ΕΠΟΥ ΘΕΩ · FATA REGENT



LEXICON CRITICVM. Sive THESAVRVS LINGVÆ LATINÆ

Aerumnabili labore congeſtus à PHILIPPO PAREO.

Norimb. Impenſis Gwolf Endteri.
M. DC XLV.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

LEXICON CRITICUM,

Sive

THESAURUS LINGUÆ LATINÆ:

EX OMNIBUS LINGUÆ Latinæ Claſſicis Authoribus, Juriſconſultis, Hiſtoricis, Antiquariis, Criticis, Oratoribus, & Poëtis, ærumnabili plurium annorum labore congeſtus

A

PHILIPPO PAREO.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

NORIMBERGÆ,
Impenſis GWOLFGANGI ENDTERI, Librarii, Anno M.DC.XLV.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO FLORENTISSIMOQ. PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO

JOHAN. ERNESTO,

Illuſtriſſimi ac Celſiſſimi Principis ac Domini, Domini

ERNESTI DUCIS

SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ, ac Bergæ, Landgravii Turingiæ, Marchionis Miſniæ, Comitis Marchæ, & Ravenſpurgi, Dynaſtæ in Ravenſtein, &c.

FILIO

PRINCIPI B. R. N.

SAPIENTER, ut omnia, divinus Plato olim dicere ſolebat, tunc demùm Reſpublicas beatas fore, cùm eas aut, Philoſophi cæpiſſent regere, aut, qui eas regerent, philoſopharentur. Oraculi hujus veritatem omnium temporum & locorum uſus & experientia comprobavit. Atque adeò quidem verum illud eſt, ut (teſte Joh. Sa-

Digitized by Google

riſberienſi Policrat. lib. 4. cap. 6.) Rex Romanorum, (Conradus, an Fridericus) Regem Francorum prudenter cohortatus fuerit, ut liberos ſuos liberalibus diſciplinis inſtituendos procuraret, adjecto præter cætera hoc elogio, quòd Rex illitteratus ſit quaſi aſinus coronatus. *Simile monitum Conradus Imperator ad proprium filium præſtitit, uti de eo prædicat Wipo in Panegyrico ad Henricum III. his verſibus:*

Quis Cæſar melius, ſi quid rubrica vetavit,
Scire valet, primis quam diſcere cœperat annis?
Felix ſit genitor redivivus laude perenni
CONRADUS Cęſar, quę maxima cauſa ſubivit,
Ut ſciręt gnatum ſtudiis ad regna paratum,
Qui rector publicus mundũ diſcernere poſſet.
Felix ſit Mater, memorando carmine digna,
GISELA, de Karoli procedens ſanguine MAGNI.
Hæc operã dederat, quòd Rex in lege ſtudebat.
Ille ſibi libros perſuaſerat eſſe legendos,
Ut varios ritus dijudicet arte peritus.
Doctrinæ lumen tenebroſum dirigit Orbem.
Gentes infeſtas vicit Romana poteſtas
Olim conſiliis: non ſemper viceràt armis.

Eodem conſilio Imperator Karolus IV. in celeberrimâ illâ Chryſobullâ ſuâ cap. ultimo ſanxit: Ut illuſtrium Principum Electorum filii & ſucceſſores in Grammaticâ, Italicâ, & Slavicâ linguis inſtruerentur: *per* Grammaticam *intelligens linguam Latialem: quæ non niſi per Grammaticam ærumnabili labore hodie addiſcenda eſt: quippe quæ, teſte A-*

thalarico

thalarico Rege Gotthorũ apud Caſſiodorum lib. 9. Epiſt. 21. eſt magiſtra verborum, ornatrix humani generis. *Et hujus quidem linguæ Latinæ ſtudio ſemper deditiſuerunt Germanici generis Reges, qui in Romanis provinciis principatum geſſerunt, uti varii graviſſimi Authores in ſcriptis ſuis memoriæ prodiderunt. Scilicet ita oportet eos, qui velut in Reipubl. puppi ſedentes clavum tenent, litteris erudiri, atque excoli, ut ſalutaribus ſuis præceptis conſiliisq́; ſubditos ſuos, tam pacis, quàm belli temporibus regere valeant. Neque verò admittendum puto illum Aulicorum quorundam Gnathonum ſtrepitum, qui Principes ſuos naſo more Bubali circumducere ſolent, illisq́; temere inſuſurrare: Inferius eſſe tantâ illorum Maieſtate, divertere ad ſubſellia litterionum, auſcultare dictatis umbratici alicujus Magiſtelli: ſatis amplis doctoribus inſtructos Majoribus ſuis. Ita Adulatores illi Aulici Poteſtatum ſuarum aures crebrò titillare ſolent, tantummodò eâ fini, ut ipſi ſoli potiores eſſe queant, & Heros ſuos in ſuâ retineant manu, ac quò velint, ducere poſſint. Bellos verò tales dominos! qui omnia alienâ manu adminiſtrare coguntur. Quantò laudabilius egit olim T. Manlius Torquatus, qui cùm Conſul declaratus fuiſſet, excuſavit valetudinem oculorum, atque eapropter ſummum Imperium detrectavit, eò quòd indignum duceret, ei capita & fortunas cæterorum committi, qui alienis oculis omnia gerere teneretur. Quid multa? Num ii, qui alieno ingenio, alienâq́; linguâ ad omnia uti neceſſe habent, ad gubernandos cæteros apti & idonei videri poterunt? Talis o-*

mninò fuit Rex Gotthorum Theodoricus, planè illitteratus, & ſic obruto ſenſu, ut in decem annos Regni ſui, quatuor litteras ſubſcriptionis Edicti ſui diſcere nullatenus potuerit. Quare laminam auream juſſit interraſilem fieri, quatuor litteras Regis habentem. Si ſubſcribere voluiſſet, poſitâ laminâ ſuper chartam, per eam pennam ducebat, ut ſubſcriptio eius tantùm videretur. O væſanos hoſce Principes! qui conſilio & arte deſtituti toti dependent ex nutu ſuorum Conſiliariorum, è quibus, Diocletiani Principis monitu, ſe quatuor aut quinque colligunt, atque unum conſilium ad decipiendum Imperatorem capiunt, ac dicunt, quid probandum, quid improbandum ſit. Imperator, qui domi clauſus eſt, qui vera non novit, non intelligit, cogitur hoc duntaxat ſcire, quod illi Parmenones loquuntur. Facit hac ratione Judices, quos fieri non oportet: amovet à Republicâ, quos debebat obtinere: atque ita bonus, cautus, optimus Imperator totus venditur. Aliter longè olim priſci Romani Principes & Imperatores, qui, ut ipſi ad miraculum docti ſemper fuerunt, ita filios ſuos tales quoque in litteris ac ſtudiis anxiè informandos curaverunt. Quorum quidem laudem plærique Principes viri in Germaniâ noſtrâ ſtudioſè affectarunt, operamque unicè dederunt, ut filios ſuos ſibi quamſimilimos efficerent, eâque re in Gymnaſiis litterariis ab eruditis Magiſtris à teneris erudiendos tradiderunt. Fecit idem Celſitudinis Veſtræ proavus celebratiſſimus, æternâq́ memoriâ digniſſimus Princeps Elector DN. JOHANNES-FRIDERICUS, qui celeberrimam Academiam

JENEN-

JENENSEM ingenti ſumtu erexit, ſummis beneficiis ac reditibus collocupletavit, eodemq́ tempore Illuſtre Phrontiſterium Muſarum GOTHÆ, tanquam Eccleſiæ & Reipublicæ perpetuum Seminarium, inſtituit, in quo ingenui & liberales Adoleſcentes in omnium Virtutum & Diſciplinarum exercitiis ſuccreſcerent. Ad eam rem oppidò uſus fuit operâ Clariſſimorum Virorum, qui Juventutem politioribus litteris penitùs informarunt, atque ad Muſarum adyta enixè deduxerunt. Inter illos primus Gothano Gymnaſio præfuit Vir omni litterarum gloriâ ornatiſſimus M. BASILIUS MUNERUS. Cui posteà plurimi alii præſtantiſſimi Viri ſucceſſerunt, uſque ad celeberrimum Virum M. JOHANNEM WEITZIUM, qui paucis adhinc annis ingenti litterarum intertrimento è vivis exceſſit. Quem & meâ cauſâ flebiliter adhucdum lugeo: quippe quîcum mihi pluribus annis ſumma neceſſitudo interceſſit. Famam Illuſtris Gymnaſii Gothani hodie ſuâ dexteritate cum cæteris Collegis, Viris ornatiſſimis & doctiſſimis, adaugere ſtudebit vir Clariſſimus M. ANDREAS RETERUS, Gymnaſii Rector: cujus ſanctis laboribus DEUS OPT. MAX. cumulatè benedicat! O igitur ter quaterque beatum Principem, Celſit. Veſtræ Optimum Parentem, qui non tantùm Gymnaſium Gothanum à Majoribus traditum ſuâ clementiâ & benignitate uſque & uſque conſervat, ac fovet, ſed & ineffabile illud litterarum Ornamentum, TYPOGRAPHEUM inquam, de novo inſtituit, atque inſuper BIBLIOTHECAM, optimis Authorum

rum libris refertam in uſum docentium ac diſcentium indies comparat, & inſtruit. In illâ proinde, Celſiſſime Princeps, incomparabilem hunc noſtrum THESAURUM LINGUÆ LATINÆ, à me multorum annorum intervallo ad ſupremam hanc ſenectam meam ætatem, diligenti ſtudio & obſervatione ex omnibus Linguæ Latinæ Authoribus collectum, vel extremis loculamentis repoſitum velim, ſupplex Celſitudinem Veſtram orans, ut devotam hanc meam mentem clementi animo agnoſcat, meq; humilimum Celſitudinis Suæ peregrinum & exulem ſervum, benigno vultu intueatur. Ita vivat Celſitudo Veſtra in longos annos cum Illuſtriſſimo Dn. Parente, & Antiquiſſimâ proſapiâ Vinarienſi! Dabam Hanoviæ Wetteravorum Comitum Metropoli: Anno CIↃ. IↃC. XLV. a. d. 24. Auguſti, qui Evangelicis funeſtus, idemque ſalutaris accidit in Galliâ, Anno CIↃ IↃ. LXXII.

Celſitudinis Veſtræ

Devotiſſimus Servus

PHILIPPUS PAREUS, Rector & Profeſſor Illuſtris Gymn. Hanov.

Digitized by Google

IN

CL. VIRI

DN. PHILIPPI PAREI

LEXICON CRITICUM

Ad Lectorem

EPIGRAMMA.

NIL legiſſe juvat permulta, niſi arbiter VSVS
Obtineat ſolidum jure magiſterium:
Quo ſine cunctus abit labor exanclatus inanis,
Perditur atque oleum turpiter, atque opera.
Hoc duce diſce libro, Authorum quis plurimus VSVS,
Quâque revolvendus quilibet arte liber:
Ac meritas celebri grates perſolve PAREO,
Ingenio cujus Muſica Pallas ovat.

CONRADUS SCHOPPIUS,
Perilluſtris Viri Dn. GASPERIS SCIOPPII, Comitis à Claravalle, Patruelis: Olim Illuſtris Gymnaſii Neuhuſiani Vangionum Rector, & deinde An. 1620. in Antiquiſſimâ Academiâ Heidelbergenſi Oratoriæ & Poëtices Profeſſor Publicus.

V. CL.

V. CL.

FELICIS WYSSII POETÆ LAUARETI,

LAUS ET AMOR IN CL. V.

PHILIPPI PAREI MONUMENTA

Theologica, Philoſophica, Philologica

EPIGRAMMA.

CLARE PAREE, *Patris Fili ſuper ætheranoti,*
Quem prohibent Muſæ poſt tua fata mori.
Exilium, miles Cyclops, annoſa ſenectus,
Num valet ingenium depopulaſſe tuum?
Irruit heu! ipſoq; dapes prædatur ab ore
Militis immanis Marte furente manus.
Ingenii at dotes excelſas improbus ille
Non deprædari Marte nec arte poteſt.
Teſtantur Monumenta, tuæ digniſſima vitæ,
Ingenio promis quæ locuplete tuo.
Quæ legit hæc ætas, quæ poſtera diliget ætas,
Queis acuis Juvenes, ædificasq; Viros.
Quæ te morte obit âæternùm ſupereſſe jubebunt,
Queis Patri par es, clare PAREE, *tuo.*
Tanta exul praſtas, curis decoctus & annis,
Pulpita poſt patria ſurgeret ecquod opus?
Intueor quoties venerandum mente PAREUM,
Qui meus inſignis fautor & hoſpes erat:

Atque

Atque PARFANUM, *quod me ſuſceperat olim,*
Ah lachrimæ toties ora genasq́; rigant!
Ut Patriâ detur tandem cum pace frui ſci,
Atque Palatinas te renovare Deas.
Hoc precor; hoc ſpera. Spes te non deſeret unquam.
Contra etenim ſpem omnem SPES *potiora feret.*
Tu modò, quod reſtat, SUPERA *victricibus armis,*
In SUPERA *tandem ſede Triumphus erit.*

Tiguri Anno 1645.
a. d. 4. Maji.

MELOS ALCAICUM
INCL. V.
DN. PHILIPPI PAREI,
Theologi, Philoſophi, Philologi, & Poëtæ,
LEXICON CRITICUM
recens editum.

PROFER *ſonantem, Calliope, chelyn*
Regina, claris ducta ſororibus,
Et cantilenâ, vel potenti
Carmine nunc celebra PAREUM!
Veſter, CAMENÆ, *cultor amabilis,*
Veſtris Amicus fontibus & choris
Hic eſt, honorem qui profectò,
Elogium & meruit perenne.
Hic nam ſecundis uſque laboribus,
Atque arte mirâ, more PATRIS *pii,*
Clariq́; Doctorum diſerta
Scripta dedit Clariæ cohorti.

Ejuſ-

Ejuſce quid mens poſſet, & indoles,
Nutrita veſtris ſub penetralibus,
Senſit facetus Comicorum
Auſonidum Pater, atque Princeps
Poëta PLAUTUS*: cui tenebris dedit*
Lumen fugatis plus vice ſimplici,
Ab inquinatâ quem palude,
Et Stygiis revocavit undis.
Forte & labanti præſidium tulit
Poſtilla! VATI*, quem peperit vetus*
Et magna KARTHAGO*, perennè*
Italicis inimica poplis.
CRISPO *benignas præbuit & manus,*
Qui geſta primus priſca Quiritium
Deſcripſit, ac diæ per ævum
Hiſtoriæ decus arrogavit.
Tum quid CATHEDRÆ *conveniat, ſatis*
Quid quisque vitet Theſpiadum vadis
Labra irrigatus, quid Iuventus
Rettineat, patefecit ORBI.
Poſt ſaniorem, non ſine gloriâ
Deprompſit ARTEM*, credite Poſteri,*
Quæ vera tradit, fraudulentas
Inſidias fugat & Sophiſtæ.
Iamnunc amœnus Mercurialium
Cultor Virorum, pectore candido
Non ante vulgatum, per Orbem
Pandere opus meditatur ingens.
Quod lene nobis rebus in arduis,
Rectumque multis conſilium dabit,
Errantis ad plenum reducet
Ingenium, dubiamq́; mentem.

Et

Et rore puro Caſtaliæ frui
Deſiderantem, tempus & ultimum
Finire quærentem labore
Erudiet ſine fraude ſemper.
Quid multa dicam? ſplendida cùm ſiet
Sat nota virtus, ars, pietas tua,
O Magne Muſarum Sacerdos
Grande decus columenq; præſens!
Te ſat ſupernos evehet ad Polos
Hac ſcripta propter, te canet, & tuum
Laudabit, ornatumq; reddet
Turba Senum Iuvenumq; NOMEN.

JOH. GEORGIUS MECKELIUS, Palatino-Britannus, Poëta Laureatus. Myrtilleti. a. d. 24. Maji. 1645.

EPIGRAMMA.

AD CL. V. DN. PHIL. PAREUM.

Τίς δηλοῦν ΛΟΓΙΚῆΣ αἰκίχητα νέοις δεδάηκε;
Τίς καὶ ΡΗΤΟΡΙΚΗΣ γλυκύῤῥοον ἐν οὔατα τήκει;
Τίς καὶ τὸ μάλα ΠΟΙΗΤΩΝ γε ἀτέρπτον οἴγει;
Τίς κ' ἐν Φιλολογεῖν Φιλομούσοις οἶσιν ἀρήγει;
Τίς κ' οὖ Θεολογεῖν ἰθύνει πύκα οἶμον;
Πάντα τάδ' ἐν Βίβλοις ὁ Φίλιππος δείξει ὀρθὰ ΠΑΡΕΙΟΣ.
Αὐτὸς γὰρ πολυΐδρις ἐγράψατο θέσπια πολλά.
Τὺ γ' οὖν μηκέτι εἶ ὁ Φίλιππος, ἀτὰρ φιλόβιβλος.
Πουλυμαθῆσι γὰρ ἧς βίβλοισιν ἄληκτα τριάσσεις,
Ἐκ τῶν καὶ δυνάμεσθα μαθεῖν σοφίης γε κελεύθους.
Ἠδὲ τανῦν τελέθεις ὀρέγω τὺ ΛΕΞΙΚΟΝ ἄμμι
ΚΡΙΤΙΚΟΝ οὔ γε πολλοῖο, χρόνοιο, πόνοιο, χρυσοῖς.

JOHANNES LAVATERUS, Helvetio-Tigurinus, ſcripſi Francofurti ad Mœnum.

TRIGA PAREORUM.
DAVID. PHILIPPUS. DANIEL.

QVISQVIS Avũ celebrẽ geſtis cognoſſe PAREUM
Inſpice divini ſcripta diſerta Viri.
Qui cupis elogiis Gnatum decorare PHILIPPUM,
Æmulus in ſcriptis qui cluit ipſe Patris.
Illius evigilans meditata celebria verſes.
Perpetuæ illa etenim præmia laudis habent.
Qui gaudes Iuveni egregio, claroq́; NEPOTI
Plaudere DAVIDIS, *γράμματα docta fove.*
γράμματα docta fove: quæ dexteritate perenni
Phœbigenûm Turbæ liquerat ille virûm.
Illa PAREORUM TRIGA *eſt, & gloria gentis*
Rara PAREANÆ, *dum manet Orbis, erit.*
Ceſſit Avus fatis: Furum ſcelerata Nepotem
Trajecit mediis cuſpide Turma viris.
Atque ita nunc ſupereſt clarus, doctæsq́; PHILIPPUS,
Phœbi delitium, Pieridumq́; decus.
Qui quamvis ſemper divinæ munera mentis
Optima tradiderit carmine, voce, libris:
Non ceſſat prudens tamen uſque ſenilia membra
Exercere, artes atque docere bonas.
Singula quid referam? Satis experiére legendo
Hoc OPUS, *efficiat quid ſua docta manus.*
Hoc OPUS; *Hoc, inquam, Muſis & Apolline dignam:*
Vtile Theiologis, Iuridicisq́; viris.
Vtile tum Medicis, tum Palladis vtile alumnis:
Vtile Philoſophis: utile Philologis.

GVILHELMVS FREY, Helvetio-Tigurinus, ſcripſi Francofurti ad Mœnum.

NOVEM. MUSIS. ET. MERCURIO. SACRUM.

PHIL. PAREVS. LVBENTI. ANIMO. DEDICAVIT. CONSECRAVIT.

OPERÆ PRETIUM non fuit viſum propoſiti mei rationem in LEXICO hoc CRITICO ſive PHILOLOGICO concinnando diffuſius enarrare: quippe cùm illi, quibus eſt cor Zenodoti, & jecur Cratetis, ex ſe facile intelligant, quod ſemper fuerit fatum litteratæ eruditionis. Numquam ſcilicet illa feliciter fuit adminiſtrata, niſi unicâ illâ animi ἑρμηνείᾳ, quæ in exprimendis animi ſenſibus per idonea σημεῖα verborum ac λέξεων conſiſtit: quam quidem φιλολογίαν, alii λογοφιλίαν appellare conſuevérunt. Hac neglectâ perit omnis animi lepos, nulla veritatis eſt indago. Res edocuit, uſus & experientia omnium ſæ-

 culorum

culorum id ſatis ſuperque demonſtravit. Non excurram in antiqua tempora. Noſtra intueamur. Nonne enim plæra pars eorum, qui cùm infima ſubſellia litterarum ſe tranſiliiſſe opinantur, continuò cruda adhuc ſtudia ſua vel in chorum, vel in forum propellunt. Scilicet (ſi DIs placet!) ut belli vel Juriſconſulti, vel Theologi evadant. At toto cœlo, ut ajunt, errare illos neceſſum eſt. Nimirum duo omninò videntur eſſe animi perficiendi media, ſine quibus in tenebris illum obtorpeſcere oportet: Linguarum videlicet cognitio, & variarum rerum comprehenſio. Qui hanc citra priorem ſe conſequi poſſe arbitrantur, næ illi profectò cum ratione deſipiunt. Et tamen hoc quidem Satageis quibuſdam placuit, qui culpare non erubeſcunt, ſi quis paulò attentius inveſtiget, quei veteres Latini aut Græci, olim loquuti ſint, quibus dictionibus uſi ſint, quæque vetuſtate degenerarint, & quomodo reſtituendæ hodiè. Et in hoc ſtudio qui verſantur, illos non verentur aſſimilare iis Regibus, qui diadema aut ſceptrum ſuum regale in ſordido aliquo fimeto abſcondere non dubitant: aut illis, qui epulum inſtruunt meris juſculis abſque ſolidâ carne. Fateor ego lubens: in ſolis verbis non eſſe conſeneſcendum, aut ad ſenectam uſque ætatem in ſolâ litteraturâ verſandum *cum conſpicilüs*, ut ipſi loquuntur. Res namque pabulum ſunt animi, non verba. Iterùm tamen fidenter

fidenter dico , nihil jejunius eſſe illo homine, qui ſibi perſuadet , ad rerum cognitionem ſe poſſe pervenire, niſi etiam linguarum & vocum perceptione probè ſit imbutus. Hujus commatis ſunt Dupondii illi Theologaſtri , & Poſtillantes Potitii , qui omnem litteraturam alto ſupercilio deſpicere ſolent, unàque eos, qui curioſius in omnem vetuſtatem anquirunt. Quidquid enim jejuni illi λογοδαίδαλοι ignorant, aut non intelligunt, illud *Plautinum* eſſe, aut *Criticum* eſſe, protinùs crocitant, adeòque, ut ipſi inficetiſſimè garriunt, ineptum planè. Ex illiuſmodi paſtoritiis rupiconibus quidam ſic nuper Epiſtolam ad me dedit: *Clariſſimo Viro* D. PHILIPPO PARÆUS. Nempè PARÆUS ἄκλιτον illi erat nomen, & Latinæ potiùs originationis, quàm Græcæ, ὁ Παρεύς. Sic alius *Propheta* nonnullus *de-Poſtilla* , querelam nectens de ſuo quodam ſocieno, ita me affabatur: N. *affecit me nigriſſimis calumniis.* Et iterum alius ſtentor dæmagogus , dilaudans neſcio quem: *Eſt ſanè vir humiliſſimus, qui nullum virum bonum offendebit.* Et alius Flamen Dialis Proverbia quoque loquebatur: *Fruſtra ſurdibus narratur fabula.* Idem quoque ajebat: *Non oportet margaritas objicere porcibus & canibus.*

Alius verò infulatus MYSTA in arduo themate, cum ἀντιπάλῳ de Prædeſtinatione diſputās ajebat: DEUS *non omnes elexit ad vitam æternam.* Sed & alius de pago Parochus nuperè mecum

de ſtudio Logicæ Artis diſceptans ſic mihi refragabatur: *In libro primo Logicæ artis non tantùm agendum eſt de* terminibus *ſimplicibus, ſed etiam conjunctis.*

Inter Divæ Themidos Myſtas haud doctiores quoque reperias Legulejos, qui *illotis*, ut Gajus JC. loquitur, *manibus* Juris materias tractant. Tales fungi quibus cum Muſis, hoc eſt, cum humanitate & doctrinæ lepore nullum eſt commercium, nil niſi *fori tintinnabula, Harpyiæ crumenimulgæ, vultures togati, canes & rabulæ,* immó adeò *infantes* dici merentur.

Quales quidem ſibilantes viperas ólim Ludovicus XI. Rex Galliarum è ſuâ Rep. ſeriò exterminandos judicavit: eò quòd iſti alienarum fortunarum, atque etiam capitis mercatores, aut potius mangones; linguam haberent damnificam, niſi eam funibus argenteis vincias. Bellos verò hoſce Cauſſidicos! egregios pecuniarum accipitres an vultures! Hi omnes, ſive *Theologi*, ſive *Iuriſconſulti* ὁμωνύμως vulgò audiãt, humaniores litteras, quas neſciunt, traducunt, ſuſque deque habentes, num boni ſint Grammatici, vel Rhetores, vel Dialectici, modò diſtenta illis pateat crumena.

Non ſic veteres olim Legum perſcrutatores, Ulpianus, Paulus, Gajus, Marcellus, Scævola, Sulpitius, Julianus, aliiq;. Non ſic ætatis noſtræ homines, Budæus, Cuiacius, Hotmanus, Briſſonius, Duarenus, Rævardus, Donellus, Gothofre-

thofredi, Giſanii, & his ſimilia lumina. Priſcorum illi exempla imitati ſunt, qui, teſte Agellio lib. 13. cap. 10. Iuris quidem civilis diſciplinam principali ſtudio exercuerunt, & conſulentibus de Iure publicè reſponſitarunt, ſed cæterarum quoque bonarum artium aut linguarum non fuerunt expertes; adeò quidem ut in Grãmaticam nonnunquam ſeſe atque Dialecticam, litteraſque antiquiores, altioreſque penetrarint, Latinarumque vocum origines, rationesque percalluerint, eâque præcipuè ſcientiâ, ad enodandos plæroſque Iuris laqueos uſi fuerint. Quibus præconiis præter cæteros inter antiquos facile excelluit præſtantiſſimus ac nobiliſſimus Iurisconſultus Labeo Antiſtius.

Sed quid his ſtipitibus, quæſo, agas? Num propterea Virtuti ſuus negandus honos? Minimè gentium. Me reſpicio ego. A teneris unguiculis ita ſum natus & factus. Altiores diſciplinas, ut ſcopum Archetypum ſtudiorum meorũ amplexus ſum: ad quas tamen cùm me pervenire non poſſe abſque humanitatis ſtudiis viderem, omni ſtudio me in illis juvenis exercui, atque etiamnum Senex exerceo: Doctiſſimorum virorum veſtigia ultrò ſequutus ſum. Princeps *S. Theologia* mihi ſola meta: Philologia & Philoſophia mihi nervus ad illam. Hoc fine juvenalibus meis annis hunc THESAVRVM linguæ Latinæ mihi colligere cœpi, quem nunc tandẽ ſenilibus hiſce annis meis in publicum, & alio-

 rum

rum quoque utilitatem edere conſtitui. Ad hunc laborem concinnandũ oppidò mihi aurẽ primitùs vellicavit Magnus Eraſmus, qui olim hoc conſilii dederat Magno J C. Budæo, ut *copioſiſſimum aliquod* LEXICON *Linguæ Græcæ concinnaret, in quo non tantum recenſeret vocabula, verùm etiam idiomata, & Græci ſermonis tropos, non quibuslibet obvios, explicaret.* Præſtitit id quoq; reabſe copioſiſſimè Budæus in Commentariis ſuis linguæ Græcæ. Idem ego quoque præſtare conatus ſum in hoc noſtro LEXICO CRITICO, ſive PHILOLOGICO Latino, quod meritò THESAVRVM LINGVÆ LATINÆ indigetavi. Illud igitur plurimorum annorum uſu atque exercitio ſedulò ex omnibus linguæ Latinæ, quà veteribus, quà recenſioribus Claſſicis Authoribus collegi, atque in eo CRITICORVM virorum, hoc eſt, omnis Sapientiæ Doctorum, conſilium ſequutus ſum: optimâ fretus ſpe, magnã me gratiam apud eos initurum, quibus curæ cordique eſt incontaminata puritas Linguæ Latinæ.

Neque enim perverſum vulgi illud judicium vel hili pendendum eſt, qui CRITICVM nomen tam petulanter averſantur, ut eâ ſe imbuerint inani perſuaſione, quicquid CRITICVM audiret, ineptum planè eſſe: cùm plenis paraſangis res ſeſe aliter habeat, ac diſcrepet à ſtultâ vulgi opinione. Soli namque CRITICI ſunt illi, qui totius litteraturæ eruditionis, omnisq;

omniſque adeò Sapientiæ humanæ baſin ac fundamentum conſervant, & abſque quibus ſi foret, omnem rem litterariam peſſum ire ac concidere neceſſum foret. Non ſine gravi igitur cauſâ factum eſt, ut LEXICON hoc noſtrum CRITICVM propriè indigetaverim: quia in eo omnem accurationem adhibui, quâ quod ab omnibus aliis vulgaribus Lexicographis in Elegantiis linguæ Latinæ eruendis ab aliis neglectum eſt, ipſe evolverim ex optimis quibuſque Latinæ linguæ Authoribus: quos ſanè infinitis locis inter veteres caſtigavi, illuſtravi, ac meliores reddidi. Illos igitur brevi hoc INDICVLO è magno numero paucos aliquot ſtrictim nominabo. Inter iſtos antiquos familiam merito ducit

M. ACCIUS PLAUTUS, Sarſinas, Poëta Comicus, Linguæ Latinæ lex, norma & regula: eoque extra ordinem in hoc Syllabo princeps nominandus. Huic enim plus operati fuimus, quam ullis aliis. In Lexico namque hoc Critico omnes elegantias ſingularias, omniumque adeò formularum

larum

larũ & particularũ uſum veluti in Indice litterario rectè & ordine diſpoſuimus. Vſi autem potiſſimum ſumus Editione noſtrâ noviſſimâ, quam expetiveramus fore *Abſolutiſſimam*: qualis adeò fieri quoque etiam debuiſſet, atque potuiſſet, abſque bibulâ illâ natione Chalcographorũ fuiſſet; q̃ ea propter novum mihi animũ inſtillavit, aliam adhuc Editionem cum abſolutiſſimo *Animadverſionum* Volumine, quod in mundo habeo, protrudendi, antequam mihi humanitùs quid accidat, vel poſt me relinquendi, ſi Deo aliter viſum fuerit.

A. Agellius. In Noctibus Atticis infinitis locis emendatus.

Ambroſius.

L. Appulleius.

Ariſtenætus.

Aſconius

Aſconius.
Athenæus. In Dipnoſophiſtarum libris.
Auguſtinus.
Auſonius.
Catullus.
Iulius Cæſar. In Cõmentar. Hiſtor.
M. Tullius Cicero. Plurimis locis caſtigatus.
Q. Curtius. In Hiſtor.
Donatus. In Terentium.
Feſtus Pompeius
Gloſſæ Veteres.
Grammatici Vett. Chariſius, Priſcianus, Diomedes: & reliqui omnes in Opere Heliæ Putſchij.
Hiſtorici Vett.
Iuriſconſulti Vett. In Pandectis, & Corpore Juris. Gaius, Ulpianus, &c.
Titus Livius. Sæpe correctus, & illuſtratus.

Lucanus

Lucanus.
Lucretius.
Macrobius.
Martialis.
Cornelius Nepos.
Ovidius.
Petronius.
Plinius Maior. Hiſtor. Natur.
Plinius Iunior. In Epiſt.
Petronius Arbiter.
Poetæ Veteres. In Fragment. Ennius, Affranius, Pacuvius, &c.
Prudentius.
Quintilianus.
Rhetores Græci & Latini.
Ruſticæ rei Scriptores. Cato, Varro, Columella, Palladius.
Salluſtius.
Seneca Philoſophus.
Seneca Tragœdus.
Suetonius.

Symmachus. In Epiſtolis.
Terentius.
Tibullus.
Valerius Flaccus.
Valerius Maximus.
Flavius Vegetius.
Velleius Paterculus.
Virgilius.

E Recentioribus paucos quoque eoſque potiores recenſebo: quorum ope *THESAVRVM* noſtrum dapſiliter collocupletavimus.

Adrianus Turnebus.
Adrianus Iunius.
Alciatus.
Angelus Politianus.
Antonius Auguſtinus.
Barnabas Briſſonius.
Cunradus Rittershuſius.
Dionyſius Lambinus, ſæpius reprehenſus.

Fran-

Franciſcus Hottomannus.
Franciſcus Iuretus.
Fulvius Vrſinus.
Gerhartus Voßius.
Godſchalcus Stevechius.
Hieronymus Mercurialis.
Iacobus Lectius.
Iacobus Scheckius. In Præmeſſis.
Iacobus Ræuardus.
Ianus Douza.
Ianus Dou*za, Filius*
Ianus Gulielmius.
Ianus Mellerus Palmerius.
Ioachimus Camerarius.
I*oſephus Scaliger.*
Ioſias Mercerus.
Iulius Cæſar Scaliger.
Iuſtus Lipſius.
Iuſtus Zinzerlingus.
Lævinus Torrentius.
Lucas Fruterius.
Ludovicus Carrio.

Obertus

Obertus Giſanius. In aureolis Collectaneis Lucret. & Obſervationibus LL. quas beneficio Melchioris Goldaſti verſavimus.

Paulus Manutius.

Petrus Colvius.

Petrus Faber.

Petrus Victorius.

F I N I S.

EPIGRAMMA
In labores Philologicos
CL. VIRI.
D. PHILIPPI PAREI.

VNdecimam Muſam! Decimam *mage dico* Paréum!
Quas tribuit laudes, Sarſina, Plaute, *tibi.*
Dextera ſic numquam mihi viſa eſt lippa Philippi:
Atq; ἵππων *nomen Tu* φίλε *inane geris.*
Dicere ritè φίλος κρίσεως: *Cenſoria mẽtis.*
Virgula dùm runcat perdita quæque ſitû.
*Prome*Opus integrum? multi lata* Ablegmina *mitte.*
Ante tuum fatum te mage fata beant.

* ANIMADVERSIONES abſolutiſſimæ in omnes XX. Comœdias Plauti.

Joh. Georgius Beſſererus.


INSI GNIA
PARE
ORUM

PHILIPPI PAREI LEXICON CRITICUM.

A.

A Et *Ab* juncta auferendi caſui eleganter inducunt vim periphraſticam, patrii, ſive genitivi caſûs: & uſurpantur de poſſeſſione, & familia.

EXEMPLA Authorum.

Plautus Amph. 1.3.℣.12. *Gubernator à navi.* h. e. navis. Sic Terent. Adelph. 4.2.℣.2. *Mercenarius à villâ.* Thuc. οἱ ἀπὸ τῶν τριάκοντα νεῶν, *triginta claſſiariis* Curc. 3.℣ 82. *Credo te eſſe ab illo.* h. e. ſervum ejus. Sic uſurpatur Græcè μετά. Matt. 26.69 καὶ σὺ ἦσθα μετὰ Ἰησοῦ τοῦ Γαλιλαίου. *Et tu eras à Jeſu Galilæo.* Terent. Andr. 1.1.℣.129. *Ea primùm ab illo animadvertenda injuria eſt.* h. e. ejus. Bacch. 2.2.℣.19. *Ut quod ab illo attigiſſet nuncius.* Bacch. 3.5.℣.3. *Si à me attigit nuncius.* Men. 5.2.℣.12. *Expetit me ad ſeſe à me ut irē.* Uti quidem mihi legendum cenſuit Janus Gulielmius. h. e. domo meâ. Cicero lib. 14. Epiſt. 7. ad Terentiam: *Quid cauſa autem fuerit, poſtridie intellexi, quàm à nobis diſceſſi.* Idem pro Milone cap. 19. *Atqui illo die certè Ariciâ rediens devertit Clodius à ſe in Albanum* h. e. in villam ſuā. Mil. 2.3.℣.68. *Scin' tu nullū commentum hinc eſſe à nobis?* Merc. 4.2.℣.8. *Sed qui hinc nam à nobis exit:* Ciſt. 4.1.℣.6. *Hæc ciſtella numnam hinc à nobis domo eſt?* Andr. 4.4.℣.5. *à nobis.* h. e. ex domo noſtrâ. Mil. 2.1.℣.76. *Foris concrepuit à ſeno.* Et 2.2.℣.5. *Quemq. à milite hoc viderit.* h. e. ex familiaribus militis. Pſeud. 2.2.℣.12. *Es tu, annon, à milite Macedonico?* Pſeud. 2.4.℣. 45. *Poſſum à*

me dare. h.e. ex ædibus meis. Stich. 5.1.℣.7. *Cadum hinc à me huc transferam*. h. e. è cellâ heri mei. Pſeud.1.2.℣.69. *Qui amant à lenone*. h. e. puellas ex lenonis domo. Sic enim interpretatur Pſeud. 2.3.℣.24. *Quia lenonis me eſſe dixi*. Pœn.5.2.℣.132. *Amat à lenone hic*. Perſ.1.3.℣.83. *Continuò tu illam à lenone aſſerito manu*. h. e. à lenonis poſſeſſione ac dominio. Similiter loquuntur alii Authores. Teren. Andr.3.1.℣.3. *Ancilla ab Andriâ* h.e. Andriæ. Lucret. II. 50. *Fulgor ab auro*. Et IV.℣.1161. *Ceres ab Iaccho*. Cicero lib.4. Attic. Epiſt.3. de Clodio: *Reus à Milone*. h.e. Milonis, ſive accuſatoris Milonis. Et lib.2 Attic. Epiſt. 12. *Ibidem illicò puer abs te cũ epiſtolis*. h.e. puer tuus. Horat. lib.2. Sat.4.℣.3. *Anyti reũ dixit*. Ennius l.1. Annal. *Acres à te vires*. h. e. acres tuas vires.

A vel *Ab* ſæpe ſignificat *quoad, quantum attinet*. Sæpè enim Adjectivis nominibus brevitatis gratiâ hæ præpoſitiones adjungi ſolent. Curc.1.1.℣.51. *A me pudica eſt*. Epid. 2.℣.26. *A morbo valui, ab animo æger fui*. Aul.2.2.℣.9. *Male valere à pecuniâ*. Truc. 1.2.℣.30. *Sterilis amator à datis*. Vide etiam infr. *Ab ingenio ſenex*. Cicero lib. 7. Attic. Epiſt.15. *Sumus enim imparati cùm à militibus, tùm à pecuniâ*. Et in Bruto cap.16. *Sed ille Græcus ab omni laude felicior*. Et lib. 5. Attic. Epiſt. 18. *Exercitus copioſus à frumento*. Lucret. III. ℣. 832. *A rebus munitus*. Vide etiam Comment. Linguæ Græcæ Guil. Budæi pag. 1151. Et infr. *Per*.

A de loco notat. Mil. 4.7.℣.16. *A matre venio*. Et 4.8.℣.3. *qui à matre & ſorore venit*. Merc.4.1.℣.1. *à viro*.

A me, notat, pro me, ſicut, *Abs te*, contra te. Rud. 4.4.℣.56. *Dum hinc hic à me ſentiat*.

A me: à te. operâ meâ, tuâ. Mil. 3.1.℣.45. *Adſunt fabri architectiq; à te, à me haud imperiti*.

A me. meâ culpâ, cauſâ. Curc.1.1.v.51. *Tam à me pudica eſt, quaſi ſoror ſit mea*.

A me: meâ ſponte. ἐξ ἐμαυτοῦ, οἴκοθεν. Capt.2.3.℣.33. *Facili memoriâ memini à me*. Vide paulò poſt *Abs ſe*.

A pro, è, vel *de*. Amph. 2.2.℣.219.&3.3.℣.12. *à navi* Naucr. Pœn.4.2.℣.107. *advenit à foro*.

A pro *poſt*. Curc.1.1.℣.73. *à jentaculo*. quamquam ibi rectius ex MS. Puteani legitur, *projent*. Vide Animadverſ. Stich. 4.1.℣.62. *à pilâ*. Ubi Mss. Pall. *in Pilum*. Vide etiã infr. *Ab*, pro, *Poſt*.

A notat cauſam, vel modum. Trin. 4.3.℣.26. *libera à legibus*. Cic. Orat.I. contra Rull. *liber à delictis*. Et lib. 4. Acad. Quæſt. *Liber ab irriſione*. Livius lib. 39. *liber à metu*.

A fundamento. Rud. 2.6.℣.55.

A malo facere peculium Eleganti formâ,

formâ, & Latinâ. Moſt. 4.1. ℣.6 Sic Apulejus Mileſ. libr. 9 *Niſi nos, putatis æs de malo habere.* Ovid. 5. Faſtorum. ℣.282. *Sed jam de vetito quisq; parabat opes.*

A mane uſq; ad veſperũ. Amph. 1.1.℣.96.Moſt. 3.1 ℣.3. & 3.2. ℣.77 *A mane ad noctẽ totũ uſq; in foro dego diẽ.* Mil.2.6.℣.23 *Supplicium diutinum à mane ad veſperum.* Sic Cic. lib.9. Epiſt. 26. *Cœnam iſte quærere à mane dixeris.* Ita enim ibi rectiſſimè Victorius ex libro Petrarchæ correxit. Lucilius apud Lactant. lib. V. cap. 9. *Nunc verò à mane ad noctem.* &c. Lucas Act. 18.23. de Paulo: πείθων αὐτοὺς τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ ἀπό τε τοῦ νόμου Μωσέως, καὶ τῶν προφητῶν ἀπὸ πρωῒ ἕως ἑσπέρας. *Suadens eis, quæ de Ieſu ſunt, ex lege Moſis, & Prophetis, à mane uſque ad veſperam.* Sic Ieſ.38.12. *A die uſque ad noctem conſummatis me:* hoc eſt, ſpacio unius diei. Agellius 2.1. *à ſummo lucis ortu ad ſolem alterum orientem.*

A minimo ad maximum Pſeud. 3.1. ℣. 10.

A primo: initio, principio. Moſt. 3.2. ℣.142.

A principio Men. prol. v.1. Pſeud. 4.2.℣.14. Caſ. prol. ℣.4. Capt. 3.4.℣.91.

A puero. Capt. 3.5. v.62. & 3.4 ℣. 112, & 5.3.℣.14.

A puero uſque. Capt. 3.4. ℣.12.

A puero parvulo. Merc. Prol. ℣. 90.

A pauxillo puero. Stich. 2.1.22.

A ſæculo ad ſæculum. Mil. 4.2.℣. 87.

A ſummo. vide litt. S. *Summum.* & litt. C. *Circumferre.* Et paulò poſt, *Abs.*

A terrâ ad cælum. Perſ. 4. 4.℣. 54. Trin.4.2.℣.105.

Ab pro *A*, ſequenti conſonâ. Epid. 2.2.℣.69. *Hæc ſic ajebat audiviſſe ſe ab ſe, atque epiſtulâ.* Bacch. 2.2. ℣. 10. *ſalutem tibi ab ſodali ſolidam nuncio.* Pœn. 1. 2.℣. 8. ſequente vocali: *Vſque ab aurorâ ab hoc, quod eſt, die.* Vide etiam Epid. 1. 1. ℣. 51. & 2. 2. ℣. 9. Moſt. Arg.℣.11.

Ab, pro, *ante.* Ciſt. 4.1.℣.7. *Ab oſtio jacentem ſuſtuli.*

Ab notat interdum totam privationem totius ſubſtantiæ domûs & familiæ. Merc. Prol. ℣. 55. *Trahere, exhaurire me, quod quirem, ab ſe domum.*

Ab pro, *ob*, vel, *propter.* Amph. prol. ℣. 35. *ab juſtis:* ob juſtam rem: ſæpe apud Ciceronem, alioſque Authores.

Abhinc biennium. Bacch. 3. 2 ℣.4.

Ab re, fruſtra, contra honeſtum. Capt. 2.2. ℣. 88. Aſin. 1. 3.℣.74 Vbi tamen aliter leg. Vide Animadv. Trin. 2. 1. ℣. 12. Truc. 2.6.℣. 40. Adelph. 5. 3. ℣ 44. Græcè ἀπὸ τρόπου. *E re.* Aſin. 3.1.℣. 35. Capt. 2. 2. ℣. 46.

Ab domo. Aul.1.2.℣. 27.

Ab notat principium. Moſt. 1.4. ℣.35.

℣. 33. *Ab Delphio*: initio facto à Delphio.

Ab alieno cohibere manus. Trin. 4.3.℣.12.

Ab pro, *poſt*, ſtatim poſt. Pœn.3.3.℣.4. *Iam ab re divinâ credo apparebunt domi.* Columella 11.15. *Poſt hac, qua diximus, & ab hoc caprinum eſt.* Ovid. lib. 4. Triſt. Eleg. 16. *Nomen ab exequiis quod dare fama ſolet.* Vtuntur quoque Hiſtorici. Livius lib. 5. cap. 44. *Nunc ab ſecundis rebus magis etiam inſolito incauti.* Ibid. cap 28. *Ibi cum incompoſito agmine negligentius ab re bene geſtâ eunt em adorti Aequi, terrore injecto, in proximos compulere tumulos.* Et lib. 24. cap. 30. *Tanto ardore militum eſt uſus ab irâ interfecta ſtationis, ut primo impetu urbem expugnaverit.* Ita vet. cod. vulg. *ob iram.* Et initio lib. 26. cap. 1. *Eatum cura maximè intentos habebat Romanos, non ab irâ tantùm, que in nullam civitatem umquam juſtior fuit, quàm quod Vrbs.* &c. Ita & ibi vet. cod. ut & Lipſius admonuit. Vide etiam ſupr. *A* pro, *poſt*.

Ab pro, *ex*, *de*. Caſ. 2. 4. ℣. 23. *Abin hinc ab oculis?* Trin. 4.2. ℣. 147. Truc. 2.5.℣. 24.

Ab aliquo ſolvere, dare. &c. is dicitur, qui pecuniam non ſuam, ſed ab aliquo acceptam ſolvit. Sic &. *Ab aliquo legare,* in Iure civili. Cicero lib 5. Attic. Epiſt. ult. *Homines non modo non recuſare, ſed etiam hoc dicere, ſe à me ſolvere. quod enim Pratori dare conſueſſent, quoniam ego acceperam, ſe à me quodammodo dare.* Sic dicitur, *Ab alio, à ſe ſolvere.* Hoc Græcé, nî fallor, dici poteſt, *αὐτόθεν καταβάλλειν.* quod Græcũ verbum interdum translaté accipitur, ut à Platone in Gorgiâ: de quo Gul. Canterus Nov. lect. lib. 2. c. 15.

Ab ineunte adoleſcentiâ. Trin. 2. 2 ℣. 21. Bacch. Grex. v. 1.

Ab juventute: a teneris. Pœn. 5. 3. ℣. 10. quamquam etiam de juvenibus intelligas.

Ab infimo. Moſt. 3. 2. ℣. 137. Aſin 5.2.℣. 42.

Ab ingenio improbus. Truc. 4.3. ℣. 59.

Ab ingenio ſenex. Mil. 3. 1. ℣. 37. Sic enim ex Mss. Pall. legendum evici in Animadverſionibus ad hunc locum. Nam τὸ *Ab* eleganter παρέλκει. Vel valet idem, quod, *quantum attinet*, *quoad*, de quo ſupra. Sic Epid. 1. 2. verſ. 26. *Ab animo ager fui, à morbo valui.* Ciſt. 1. 1. ℣. 62. *Doleo ab animo ab oculis, ab agritudine.* Truc. 1. 1. ℣. 26. *Bis perit amator, ab re, atque animo ſimul.*

Ab oſtio: ad oſtium. Merc. 2. 4. ℣. 9. *Omnia ego auſcultavi ab oſtio.*

Ab valet etiam *de*. Ciſt. 4. 1. ℣. 7. *Hinc ab oſtio jacentem ſuſtuli.* Sic Donatus. vide ſupra, pro *Ante*.

Ab ſeculo ad ſaculum. Mil. 4. 2. ℣ 87.

Ab tranſennâ. h. e. per tranſ. Bacch 4. 6. ℣. 21.

Ab unguiculo ad capillum ſummum. h. e. totum. Epid. 5. 1. ℣. 17. De hoc Proverbio vide infra plura in Mantiſſa, *Proverb.*

Ab ſummo. à ſummâ parte. Aſin. 5. 2. ℣ 42.

Ab uſque mane ad veſperum. Amph. 1. 1. ℣. 96. vide ſupra, *A mane.*

Ab Præpoſitio in verbis compoſitis ſæpe non, ex loco, ſed, in locum, ſignificat. Mil. 2. 6. ℣ 11. *hic ad me rectà abis rectà viâ*, pro, *adis.* quod eſt Pſeud. 4. 2. ℣. 11. Pœn. 5. 3. ℣. 28. 54. *Tu abduc hos intrò.* Pœn. 5. 5 ℣. 3. *ad prandium ad ſe abduxit.*

Abs terrâ ad cœlum. Trin. 4. 2. ℣. 105.

Abs ſe: ſuâ ſponte, ſpontaneus, vel per ſe. Gloſſæ Iſidori. *Abſe:* ſpõtaneus. Germ. Von ſich ſelber. Capt. 3. 1. ℣. 10. Men. 1. 2. ℣. 66. Rud. 2. 4. ℣. 21. Truc. 4. 5. ℣. 78. Salluſt. Iugurth. cap. 61. 66.

Abs ſe afferre quid. h. e. è ſuo promo͂ commodo. Aul. 2. 5. ℣. 15. Suet. Aug. cap. 40. *Singula millia nummûm à ſe dividebat*, h. e. *de ſuis nummis.*

Abſque te eſſet. Perelegans formula, omiſſo *ſi*. h. e. *niſi tu eſſes.* Capt. 3. 5. ℣. 96. Bacch. 3. 3. ℣. 8. Men. 5. 7. ℣. 13. Trin. 4. 1. ℣. 13. Phorm. 1. 4. ℣. 11. Hec. 4. 2. ℣. 25. Vide etiam infra *Abſque te eſſet.*

Abalienare, eſt, quavis ratione avertere. Aſin. 4. 1. ℣. 20. Trin. 2. 4. ℣. 112.

Abdere. Hoc verbum perperam interdum mutatum eſt in *Addere*: ut & alia. Vide poſtea, *Abducere.* Varro apud Nonium *Bulga. Cum alterum abdamus in bulgam.* Sic certè eſt in Ms. Pal. Nonij, non, *addamus.* Tibull. lib. 1. Eleg. 2. ℣. 22. *Blandaque compoſitis abdere verba notis.* Ita ex vet. cod. Robortellus lib. 1. cap. 6. Vulg. *addere.*

Abdere ſe ex conſpectu. Pſeud. 4. 7. ℣. 5.

Abdere ſe in aliquem locum: Vt; *in bibliothecam, claſſem, ſcalas, urbem, domum, provinciam, interiorem partem ædium.* Vide etiã Phraſ. Antonij Schori in *Abdo.* vulgò dicunt, *ſe includere, occultare.*

Abditivus: ſeparatus, & ſejunctus. Poen. Prol. ℣. 65.

Abdomen: pinguior pars in ventre marium quadrupedium. Curc. 2. 3. ℣. 44. ut *Sumen* in femellis. Vide Plin. lib. 11. cap. 37.

Abdomen, pro pudendis, & teſtibus. Mil. 5. 1. ℣. 5.

Abduce, ἀγχαίκῶς. Curc. 5. 3. ℣. 15. Bacch. 4. 9. ℣. 108. Rud. 3. 4. ℣. 69. Truc. 4. 3. ℣. 73.

Abducere aliquem aliquò. vel, *ad alium locum.* Moſt. 1. 1. ℣. 163. Caſ. 1. 1. ℣. 22. Sic *Abduci*, pro, *aliò abduci, aliter perſuaderi*, eleganti translatione.

Cicero lib. 1. de Divin. cap. 18. *Non enim me DEVS iſta ſcire, ſed his tantummodò uti voluit. Vtar igitur: nec abducar, ut rear, aut in extis totam Etruriam delirare &c.* Vbi tamen Lambinus perperam, *adducar*, ſuppoſuit. Et ſic in Authoribus plæraque loca ſunt depravata, ſuppoſito verbo, *adducere.* Quod idem & alijs cum hoc articulo *ab* vel *à* junctis vocabulis accidit. ut eſt, *Abdere, Abripere, Avehere, Avertere, Averſus, Avocare, Avolare.* &c. Plaut. Amph. 2. 2. ℣. 214. *Ego huc ab navi mecum abducam Naucratem.* Aſin. 5. 2. ℣. 88. *Malè cubandum eſt, judicatum me uxor abducit domum.* Sic ibi leg. Moſt. 3. 2. ℣. 7. Pſeud. 4. 6. ℣. 36. &c. 4. 7. ℣. 97. Bacch. 1. 3. ℣. 4. *Videtur hic poſſe ad nequitiam abducier.* ubi vulg. *adducier.* Pœn. 5. 3. ℣. 29. *Tu abduc hos intrò & unà nutricem ſimul jube abire ad te.* Ita erat in Mss. noſtris Pall. Ibid. 5. 5. ℣. 3. *Is etiam me ad prandium ad ſe abduxit ignaviſſimus.* Stich. 3. 1. ℣. 17. *Age, abduc has intrò quas mecum adduxi, Stiche.* Ita quoque Mss. noſtri Pall. ut & mox, ℣. 31 ubi vulg. *adduc.* Terent. Eunuch. 3. 5. ℣. 28. *Illa illicò ubi me accepit læta, ad ſe abducit domum.* Sic ibi lib. opt. Adelph. 4. 4. ℣. 19. *Ad me abducta eſt domum.* Phorm. 5. 3. ℣. 16. *Quid ait tandem? abduci non poteſt. Qui non poteſt?* Ita leg. ex v. cod. Cicero ad Cælium lib. 2. Epiſt. 10. *Abduxi exercitum ad infeſtiſſimam Ciliciæ partem.* Ita rectè ibi omnes libb. ſed, ijs invitis Lamb *adduxi.* Virgil. lib. 3. Aen. ℣. 611. *Tollite me Teucri, quaſcunque abducite terras.* Sic ibi rectè in libb. etiam impreſſis: ſed in uno vet. legitur, *adducite.* Livius lib. 27. cap. 19. *Producta deinde in conſpectum ejus conjuges, liberique, lacrymantibus gaudio redduntur, atque eo die in hoſpitiū abducti.* Ita ex vet. lib. reſtituit B. Rhenanus. Vulg. *adducti.* Vegetius lib. 1. cap. 5. *Sed tunc erat amplior multitudo, & plures militiam ſequebantur armatam. necdum enim civilis pars florentiorem abduxerat juventutem.* Sic Gifan. leg. ubi vulg. *adduxerat.* q̃ & Stevvechius ex vett. libb. rectè ita emendavit. Plin. lib. 21. cap. 3. *ex authoritate ſenatus in carcerem abductus.* Ita eſt in vet. lib. vulg. *adductus.*

Abducere. Verbum Iudiciorum. Aſin. 5. 2. ℣. 87. Merc. 3. 4. ℣. 31. Pœn. 3. 4. ℣. 10.

Abducere à. Pſeud. 4. 7. ℣. 97. *Abduceres hinc à me mulierem.* Germ. Abführen.

Abducere intrò. Epid. 3. 3. ℣. 17. Bacch. 5. 2. ℣. 38. Pœn. 5. 3. ℣. 39.

Abduxit: abduxerit. Merc. 4. 4 ℣. 59. ubi tamen Mss. codd. *abducit.* & fortean rectius.

Aberra-

Aberrare inter homines. Men. Prol. ℣.31.

Abeſſe, pro, *deeſſe*. Epid. 1. 1. ℣.25. *Vnum à praturâ tuâ abeſt.* Stich. 5. 4. verſ. 29. *id abeſt : aliud nihil abeſt.* Andr. 5.2. ℣.7. *id enimverò hinc nunc abeſt.* Falſa igitur Grammaticorum ratio, qui dicunt. *Deeſſe* de eo uſurpari, quod requiritur: *Abeſſe* de eo, quod non requiritur.

Abeſſe ab domo Epid. 5.2 ℣.16.

Abeſſe propè ab aliquo loco. Aul. 2.3. ℣.8. vide infr. *Propè.*

Abeſſe alicui : pro, non defendere. Cui contrarium: *Adeſſe*, defendere. Cicero pro Sulla cap. 5. *Vt mirari Torquatus deſinat, me, qui Autronio adfuerim, Syllam defendere.*

Abeſſe non poteſt, quin. Gracchus in P. Popilium apud Agell. 11. 13. *Ea ſi temerè repudiare tis, abeſſe non poteſt, quin aut olim cupidè appetiſſe, aut nunc temere repudiaſſe dicamur.*

Abhibere. i. *Abſtinere.* Trin. 2. 1. ℣ 30. *Procul abhibere* : uti quidem ibi legendum cenſet Acidalius. Sed certè repugnat conſenſus Mss. libb. ideòque nihil temerè immutandum. Dicit tamen Salluſt. Hiſtor. *cauſas invidia procul habere.*

Abhinc. Bacch. 3. 2. ℣. 3. *Hoc factum eſt abhinc fermè bienniũ.*

Abhorret. Abſolutè dictum. Ciſt. 1. 1. ℣. 56. *tam abhorret hilaritudo?*

Abhorrere: de homine interdum dicitur græciſſè, qui minime ſit aptus ad rem, vel artem aliquam. Cicero lib. 2. de Orat. cap. 20. dicit, priuſquam inſtituat aliquem, perſpiciendum, quid efficere poſſit, & tres eorum facit gradus: primum eorum, qui ad ſumma ſint nati: ſecundum eorum, qui ad mediocritatem: tertium eorum, qui planè ſunt inepti: de quibus ita ait: *Sin planè abhorrebit, & erit abſurdus, ut ſe contineat, aut ad aliud ſtudium transferat, admonebo.*

Abi. Exſultantis eſt interdum. Truc. 2. 1. ℣. 12. Adelph. 4. 2. ℣. 25. *Abi! virum te judico.* Vbi Donatus: Abi *verbum eſt, vel ſibi, vel alteri, cum laudatione blandientis. nam ſic dicunt, qui iam compotes ſunt votorum omnium, perfectique in rebus univerſis.*

Abi. Execrantis & reijcientis Mil. 2.3. ℣. 20. Pœn. 1.3. ℣. 20. 21. *Abi modò!* Vide, *I modò.*

Abi. Hortantis. Moſt. 5. 1. ℣. 32.

Abi in malam rem. Perſ. 2. 4. ℣. 17.

Abi, abi. Truc. 5. 1. ℣. 44. Faſtidioſe alios à ſe abigentis. Pœn. 1. 3. ℣. 20. Trin. 2. 4. ℣. 181. Stich. 3. 2. ℣. 23. Nævius apud Feſtum: *Abi, abi, deturba te ſaxo, homo non quisquilia.* Vbi τὸ *quisquilia* ſingulariter effertur. Cæcilius: *Quisquilias volantes, venti ſpolia memores. I modò!*

Abi dierectus. Pœn. 1. 1. ℣ 32.

Abi ab oculis Germ. Gehe mir auſs dem geſicht. Trin. 4. 2. ℣. 147. Truc. 2. 5. ℣. 24.

Abi ad nos. Aul. 2. 5. ℣. 8. vide ſupr. *Abducere.*

Abin: abiſne. Bacch. 5. 2. ℣. 57. Caſ. 2. 4. ℣. 23.

Abire. pro, *eſſe.* Moſt. 4. 1. ℣. 15. Pſeud. 5. 1. ℣. 7.

Abire . *Abitio* : mori, mors. Stich. 4. 1. ℣. 51. Caſ. Prol. ℣. 19. vide Feſtum. Sic *Ire*. Lucr. III. ℣. 527. VI. verſ. 563. 568.

Abire. Ambiguè pro *abire è ſervitute* Amph. 2. 2. ℣. 227.

Abire ab aliquo Curc. 2. 3. ℣. 70. Epid. 1. 1. ℣. 72. Bacch. 4. 9. ℣. 107. Moſt. 3. 2. ℣. 33.

Abire ad aliquem. Mil. 2. 6. ℣. 11. Niſi forte an ibi melior conjectura Rittershuſij. *adit.* Vide etiam Amph. 2. 2. ℣. 59. Pœn. 5. 3. ℣. 29.

Abire domo Epid. 1. 1. ℣. 44.

Abire intrò. Epid. 5. 2. ℣. 48. Pſeud. 1. 2. ℣. 35.

Abit dies. Vide, *Dies.*

Abitio : diſceſſio. Rud. 2. 6. ℣. 19.

Abitum. impersonaliter. Ciſt. 1. 1. ℣. 35.

Abiegna ſors. Caſ. 2. 6. ℣. 32.

Abies : de tabellis abiegnis. Perſ. 2. 1. ℣. 66.

Abigere ab. Men. 1. 2. ℣. 18.

Abijcere. Sæpe depravatum eſt hoc verbum ut ſupra oſtendi. Cæſar lib. 1 Bell. Gall. cap. 48. *Si adire non poſſit, monet, ut tragulam cum epiſtolâ ad amentum deligatâ intra munitiones caſtrorum abijciat.* Sic ibi vet. cod. vulg. *adijciat.*

Abjudicare : pro, *ſeparare.* Metaphorâ ductâ à Judicum ſententijs, qui reos à vita abjudicant. Aſin. 3. 3. ℣. 17. Cicero contra Rullum cap. 16. f. aliter conſtruit. *Judicabit, Alexandriam Regis eſſe, à populo Romano abjudicabit,* Idem lib. 2. de Orat. cap. 24. *Qui locus eſt talis, ut plus habeat adjumenti, quàm incommodi, hunc judico eſſe dicendum: ubi plus mali, quàm boni reperio, id ſolùm abjudico, atque reijcio.*

Abjudicare à ſe. Rud. 5. 1. ℣. 3.

Abjudicare ab. Rud. 4. 3. ℣. 100. *Numquam hercle hodie abjudicabit ab ſuo triobolum.* h. e. herus nihil dicet contra ſervum ſuum.

Abjungere : eſt equos ex curru ſolvere, ſeu dimittere (quod eſt, *Dejungere*) in pratum, vel ſtabulum. Vide & *Interjungere* infrà litt. I. Germ. Auſpannen. Propert lib. 2. Eleg. 18. ℣. 9. *Illum ſæpe ſuis decedens fovit in ulnis, Quam prius abjunctos ſedula lavit equos.* Sic ibi leg. Quod & Scaliger obſervavit.

Abjunctus: pro, *disjunctus.* Rarum nomen, ſed apud Prudentium corruptum ferè in *Adjunctus*: quod & alijs ejuſmodi accidit. Vide ſupr. *Abducere.* Prudent. de Laurentio: *Advertat abjunctas plagas Coire in unam gratiam* Ita in uno vet. cod. idque verius: ut ex prioribus verſibus intelligitur, licet in alijs item Mss libb. ut & vulg. *adjunctas.* Idem lib. 2. contra Symm. *Sed tantum diſtant*

Re-

Romana & Barbara, quoniam quadrupes abjuncta eſt bipedi, vel muta loquenti Id ibi in quatuor Mss. libb. exaratum fuit. Vulg. *adjuncta*, abſurdè.

Abjurare, eſt rem creditam perjurio negare. Inde *Abjuratio* eſt rei creditæ abnegatio. Curc. 4. 2. ỽ. 10. Rud. Prol. ỽ. 14. Perſ. 4. 3. ỽ. 9.

ABLATIVI Participiorum præciſè poſiti. Vide infr. Mantiſſa. ABLATIVI. ut, *Perfecto, non eſſe verũ. Adjũcto, ut idẽ eſſent. &c. Audito Marcium &c. Cõperto pro vinciã ei datã. &c.* Vide infra litt. I. *Intellecto.* Cicero lib. 2 de fin. c. 27. *Perfecto enim & concluſo, nec virtutibus, nec vitiis uſquam locum eſſe* &c. Et lib. 2. de Offic. cap. 12. *Ergò hoc quidem perſpicuũ eſt, eos ad imperandum deligi ſolitos, quorum de juſtitiâ magna eſſet opinio multitudinis: adjuncto verò, ut iidem etiam prudentes haberentur, nihil erat, quod* &c. Salluſt. lib. 5. Hiſtor. apud Priſc. *At Lucullus, audito Marcium Regem, Proconſulem per Lycaoniam cum tribus legionibus Ciliciam tendere.* Et iterùm: *Legiones Valerianæ, comperto lege Gabiniâ Bithyniam & Pontum Conſuli datam.* Sic quoque alii Ablativi uſurpantur.

Explicandi, pro,	Hoc ſtatu
Hac juventute.	*juventutis.*
Artiore annonâ.	*annonæ.*
Hac Rep.	*Reip.*
His rebus.	*rerum.*
Rebus incertis.	*cùm res ſunt incertæ, vel tales.*
Magno vento.	*cùm eſt magnus ventus.*

Græci adjungunt ſuum ὢν vel οὖσα. quo Latini carent. Cicero lib. 10. Epiſt. 1. ad Attic. de fratris ſui Quincti filii vitiis: *Itaq; hæc quoque, quæ naſcuntur ex indulgentiâ ſua ea ſunt tolerabilia. quid enim dicam hac juventute?* Ubi quidam non rectè: *de hac juv.* Suet. Claud cap. 18. *Artiore autem annonâ ob aſſiduas ſterilitates, detentus quondam medio foro à turbâ.* Plautus Mil. 2. 6 ỽ. 33. *Quàm, magno vento, plenum eſt undarum mare?*

Ablectæ ædes ὑδερνικταί, quæ pro derelictis habentur. Moſt. 3. 3 ỽ. 3. Ubi tamen alii malint retinere *Abjectas*: ut τὸ *l* ſit poſitum pro *i*. quod ego perinde judico. Nam τὸ *Ablegere* eſt ἀπολέγειν. *Ablegmina* erant partes, quæ Dis porriciebantur, propterea dictæ, *proſicia*, & *proſecta*, tanquam ſeparata quædam à reliqua viſceratione. Vide Feſtum, & Animadverſ. noſtras.

Ablegare à ſe. Mil. 1. 2. ỽ. 55.

Ablegere. Vide *Ablectæ ædes*

Ablocare. In Jure civili dicitur is, qui rem à ſe conductam alii

eam rem minus uti poſſit, non videri ſanum eſſe. Sic Pandect. Florent. Idem l. 8. Si cui. D. de Ædil. Edict. *Si cui lingua abſciſa ſit, an ſanus eſſe videatur, quæritur.* Sicquoque eſt in Pand. Flor. Et in eadem illâ l. 10. mox ait Ulpianus: *Catonem quoq; ſcribere lego, cui digitus de manu, aut de pede præciſus ſit, eum morboſum eſſe.* Ub *præciſum digitum* dixit, quem paulò ante dixit, *abſciſum.* Cur utrumque non ſit rectum? Calliſtratus l. ſemper 5. §. demonſtratur. D. de jure immunit. *Demonſtratur variè, nec abſciſè, numerum librorum ad excuſationem municipalium numerum prodeſſe ex reſcriptis D. Elvij Pertinacis.* Sic in Pandect. Flor. vulg. *abſciſſè.* Livius lib. 35. cap. *nec niſi abſciſâ omni ſpe, auxilium Antiochi imploraturos fuiſſe.* Juſtinus lib. 15. cap. *eumq; truncatis crudeliter omnibus membris, abſciſiſq; auribus.* ita vett. libb. Et in antiquiſſimo Codice Evangeliorum legitur Matth. cap. 5. ℣. 30. *Et ſi dextra manus ſcandalizat te, abſcide eam, & projice abs te.* Vulg. *abſcinde.* Valerius lib. 8. cap. 3. extremo: *Cujus ſi virilis ſexus poſteri vim ſequi voluiſſent, Hortenſianæ Eloquentiæ tanta hæreditas unâ feminæ actione abſciſa nō eſſet.* Sed vulg. *abſciſſa.*

Idem lib. 6. cap. 5. in fine: *Sed Actione in Civitate Tyrij præfractior & abſciſior juſtitia.* &c. ita V. C. Claudianus in Eutropium lib. 1.

Inguinis & reliquum Phrygiis abſcidere cultris.

Ita V. C. vulg. *abſcindere.* Plaut. Amph. 2. 1. ℣. 7. *Iam quidem hercle ego tibi iſtam ſceleſtam linguam abſcidam.* Ita correxi ex V. C. & Mss. Lang. itemque Pall ſec. tert. quint. nam pr. *abſidam.* alii *abſcindam.* uti vulgati omnes: ut & noviſſima Wittenbergica Aug. Buchneri. Cæſar lib. 3. de bell. Gall. cap. 14. *Quibus abſciſis antemnæ neceſſariò concidebant.* quomodo rectè edidit doctiſſimus Brantius, Amicus noſter. Livius lib. 4. cap. 19. *Caputque abſciſum victor ſpiculo gerens terrore caſi Regis hoſtes fundet.* Quintilianus lib. 8. cap. 3. in fine: *Abſciditur* per ἀποσιώπησιν. ita V. C. vulg. *abſcinditur.* Livius lib. 32. cap. 4. *Sed quod ſaxo undiq; abſciſo rupibus impoſita eſt.* Et mox cap. 5. *quâ abſciſæ rupes erant, ſtatio paucorum armatorum tenebat.* Feſtus in. Penitam. *Antiqui autem offam vocabant abſciſum globi formâ.* &c. Livius lib. 44. cap 5. *modico deinde infra intervallo ſimilis alter pons: inde tertius, & plures ex ordine. quâ rupes abſciſa erat, fiebant.* Et lib. 4. cap. 28. *non brachium abſciſum Conſulem ex tam ancipiti prælio ſummovit.* Ammianus lib. 10. *Viſam propè radicem juſſit abſcidi.*

Ablanci.

Abſenti, pro; *abſente.* Men. 3.2. ℣.27.

Abſentes, pro mortuis. Caſ.Prol. v.20.

Abſiſtere ab aliquo. Truc.2.6.℣. 32.

Abſolvere aliquem: pro, expedire, dimittere, ſatisfacere alicui. Germ. Abfertigen. Curc.3.2.℣.84. Epi.5.1.℣.24. Pſeud.4.7.℣.130. Moſt.3.1. ℣.115.& 3.2. ℣.156. Terent. Adelph.2.4.℣.13. *Ibo ad forū, ut hunc abſolvam.* Ubi Donatus: *ut hunc, reddito illi pretio, dimittam.* Ita fere Ulpianus l.37.de probat. *Si mutuatus ſum pecuniam, ut creditorem tuum abſolvam.*

Abſolvere aliquem brevi, eſt, paucis morari. Epid.3.4.℣ 34.

Abſolvere aliquem aliquid. Mē. 5.2.℣.30. *hoc primùm te abſolvo.*

Abſolvere verbo. Rud.3.2 ℣.39.

Abſolvi, pro, dimitti cum ſatisfactione. Aul.3.5.℣.43.

Abſolutum, pro perfecto: de quo infra in *Perficere.* Sed & de homine dicitur: *Vir abſolutus & perfectus*, ut Græcè τέλειος. Cicero lib.4.de fin. cap.14. *Et quòd eos, qui ſapiētes ſunt, abſolutos & perfectos putamus.* Sic *Abſolutè vivere*, h.e. perfectè. Cicero lib.3. de fin.cap.7. *Neceſſariò ſequitur, omnes ſapientes ſemper feliciter, abſolutè, fortunatèq; vivere: nullâ re impediri, nullâ prohibere, nullâ egere.*

Abſorbere acerrimè ac æſtuosè, Meretricum eſt. Bacch.3.1. ℣.5.& 3.3. ℣.67.

Abſq; te eſſet, foret. Abſq; illo eſſet. Abſque Cicerone eſſet. &c. pro, niſi ille, vel hic obeſſet. Sed videtur Ironica oratio: quâ tamen multi hodie ſibi placent, etiam non Comici. haud ſcio, quàm rectè. Terēt. Phorm.1.4.℣.11. *Nam abſque eo eſſet, rectè ego mihi vidiſſem, & ſenis eſſem ultus iracundiā.* Hec.4.2.℣.25. *Quàm fortunatus cæteris ſum rebus, abſq; unâ hac foret.* Plaut. Capt.3.5. ℣.96 *Quod abſq; hoc eſſet, qui mihi hoc fecit palàm.* Trin.4.1. v.13. *Nam abſq; te foret.* Et 5.2. ℣.3. *Nam exædificaviſſem me his ædibus abſq; te foret.* Bacc. 3.3.℣.8. *Nam abſq; te eſſet, ego illum haberem rectum ad ingenium bonum.* &c. Vide etiam ſupra, *Abſq;*.

Abſtare propius. Epid.5.2. ℣.9. Sic *Procul aſtare.* Moſt.3.1.℣. 132. Truc.2.6.℣.32. Mil.1. 3.℣. 46.

Abſtergére in ſecundâ conjugatione. Aſin.4.1.℣.52. Pœn.1. 2 ℣.19. *lavantur, tergentur.* Lucret. IV. 1037. *Abſtergére ſibi, atq; aliò convertere mentem.* Alibi ſæpius apud Catū. Vide Ind. Lucret.

Abſterrére, abigere, repellere, arcere. Vide & *Proterrere.* Livius lib.30. cap.11. *Deinde ut pedes Romanus repentinò per turmas ſuas viam dantes intercurſu ſtabilem aciem fecit, abſterruitq; effuſè invehentem ſeſe hoſtem.* Et lib.27. cap.30.

Aly

Alii è turribus porta muriq́; ſaxis, ſudibus, pilis, abſterrent hoſtem. Plautus Moſtell. 2. 1. ℣. 74. *Herus juſſit maximo opere orare, ut patrem abſterreret modò, ne introiret ædes.* Truc. 2. 1. ℣. 41. *Item ut de frumento anſeres clamore abſterret, abigit.* Men. 5. 2. ℣. 79. *Ego me aſſimulem inſanire, ut illos abſterream.* Ita ferè & illud Lucretii IV. 1056. *Sed fugitare decet ſimulacra, & pabula amoris Abſterrere ſibi.* Et ibidem ℣. 1227. *Nec divina ſatum genitalem numina cuiquam Abſterrent.* Et ℣. 844. *natura abſterruit auctum.* Terent. Heaut. 3. 1. ℣. 37. *Proterruiſti hinc muliereculam.* Ubi tamen Mss. Pall. *Perterruiſti.* Cicero pro Plancio cap. 27. *Neminem à congreſſu meo neq; janitor meus, neq; ſomnꝰ abſterruit.*

Abſtinere aliquem ab eâ re, hoc eſt retinere, diſtinere. Hoc verbum plerumq; abſolutè, interdum activè ſumitur, maximè apud Plautum noſtrũ. Men. 5. 6. ℣. 20. *Ego ita ero, ut me eſſe oportet, Metum ut mihi adhibeam, culpam abſtineam.* Si ex Mss. Pall. leg. vulg. *culpâ ut abſt.* Livius lib. 2. cap. *Ne ab obſidibus quidẽ q CCC. accepti numerò erant irâ belli hoſtis abſtinuit.* Ita V. C. in quo, *hoſtilis.* rectè. Lipſius lib. 5. Epiſt. 16. Idem Livius lib. 23. cap. *Ab Urbe oppugnandâ Pœnum abſtinuêre conſpecta mœnia.* Ita & ibi V. C. teſte eodem Lipſio. vulg. *abſterruere.* Cato apud Feſtum, Repaſtinari. *Ego jam à principio in parſimoniâ, atque in avaritiâ omnem adoleſcentiam meam abſtinui.* Terent. Heaut. 2. 3. ℣. 132. *Gemitus, ſcreatus, tuſſis, riſus abſtine.* Cicero lib. 2. de fin. cap. *Nam nec vir bonus ac juſtus haberi debet, qui me malum habeat. abſtinet ſe ab injuriâ.* Et lib. 3. de fin. cap. *Quò minus homines tenebras & ſolitudinem nacti nullo dedecore ſe abſtineant.*

Abſtinere manum. Eſt ab aliquo abeſſe: non accedere ad aliquem. Moſt. 1. 3. ℣. 133. Contrarium eſt, *Adire manum.* Vide ſuo loco. Terent. Adelph. 5. 2. ℣. 6. *Non manum abſtines?* Maſtigia.

Abſtinere ſermonem de aliqua re. Moſt. 4. 2. ℣. 17.

Abſtinere aliquid facere. Men. 1. 2. ℣. 55.

Abſtinere ſe. Syntaxis inſolens. Amph. 3. 2. ℣. 45. Mil. 3. 1. ℣. 48. Curc. 1. 1. ℣. 37. Caſ. 1. 1. ℣. 13.

Abſtinere culpam. Men. 5. 6. ℣. 20.

Abſtinere culpâ. Men. 5. 2. ℣. 18.

Abſtrahere in maximam malam crucem. Men. Pro l. ℣. 66.

Abſtrudere: eſt occultare. Aul. Arg. I. ℣. 6. Arg. II. ℣. 9. & 3. 6. ℣. 46. & 4. 5. ℣. 3. & 4. 6. ℣. 7. Merc. 1. 2. ℣. 78.

In abſtruſo ſito eſt merx. Pœn. 1. 2. ℣. 129.

Abſtrudere

Abſtrudere in aliqua re. Rud. 4. ℣.68.

Abſumedò: fictum ab *abſumendo*. Capt. 4 3.℣.4.

Abſumere: de tempore. Ut: *abſumere diem, hyemem, æſtatem*. &c. Sed eſt Livianum, & Hiſtoricum. Livius lib. 27. c. 34. *Primum diem, quo fines hoſtium ingreſſi ſunt, populando abſumſerunt: cum hiememtotam reconciliandis Barbarorũ animis; partim remiſſione obſidum, captivorumq; abſumſiſſet.* Et rursùm cap. 22. *Ipſe reliquum ætatis recipiendis in fidem Hiſpaniæ populis abſumſit.* Et c. 15. *Vt victos ſequendo priorem æſtatem abſumſiſtis.*

Abſumi. Epid. 1.1.℣.76. Moſt. 2. 1 ℣.18. pro *perire*. Ibid. Arg. ℣. 2. *Abſumere rem ſuã*. & Moſt. 5.2.℣.19. *Abſumere argentum*

Abſurdè facere. Epid. 3.1.℣.6.

Abſynthium. Trin. 4.1.℣. 90.

Abundare, & *Abundantia*, & *Abundanter*: cui contraria, *Egere inopiâ*, ſatis nota ſunt. Sed tamen *Abundantia* verbo Ciceroni uſitatiſſimo hodie rarò utuntur. De *Abundanter*, infra in Particulis. *Abundare* interdum idem valet, quod, *Effluere, defluere, Exundare, diſcedere, Exiſtere*. Cicero *Afluere* dixit: de quo infra. Id ne Nonio quidem ſatis notum.

Lucretius eo ita ſæpè utitur de imaginibus Epicuri, quas à rebus & corporibus fluere & abundare dicit. Ut l b. IV. ℣.88.

Præterea omnis odor, fumus, vapor, atq; alia res
Conſimiles ideò diffuſa rebus abundant.

Et lib. V. ℣.18.

Propterea quia quæ de terris nunc quoq; abundans
Herbarum genera —

Et lib. VI. ℣.265.

Nec tanto poſſent venientes opprimere imbre.
Flumina abundare ut facerẽt, camposq́; natare.

Sic & Virgil. Georg. lib. 1. ver. 115.

Præſertim incertis ſi menſibus amnis abundans
Exit ——

Et lib. 4. ℣. 139.

Ergò apibus fœtis idem atque examine multo
Primus abundare ——

Et lib. 4. ℣. 484.

Rursùs abundabat fluidus liquor ——

Ita ferè & Cicero de Divin. lib. 1. cap. 29. *Sive deeſt naturæ quippiam, ſive abundat, atq; effluit.* Et Plinius lib. 18. cap. 22. *Ternis ferè millibus paſſuum in omnem partem fons abundans.* Et ante eos omnes Ennius Annal. lib. xv. apud Macrob. libro ſexto capite tertio *Semper abundantes hoſtes*. h. e. reſultantes, ac velut imber defluentes. Ab eo & *Abundantia*, menſtruorum fluxus in feminis. Διάῤῥοια. Plin. lib. 24. cap. 11. *Rhus, feminarum abundantiam ſiſtit cibo.* Et lib. 27. cap. 11. *Se-*

men quoq; in vino tritum contra abundantiam ſeminarum datur.

Abundare lætitia, & *voluptatibus*, eleganter dictum. Stich. 2.2.℣.5. Turpilius; *Satine ut meum cor voluptatibus abundat?* Idem; *Suavitate mirâ abundat.*

Abuti: eſt utendo conſumere. Germ. Vnnützlich verbrauchen. Aſin.1.3.℣.44. *Abuſa ſunt*; paſſivè. Bacch.2.3.℣.26. *Sed quid futurum eſt, cùm hoc ſenex reſciverit, cùm ſe ex: urriſſe illuc fruſtra ſciverit: n s que aurum abuſos: quid mihi fiet poſtea?* Perſ.2.3.℣.10. *Nā hoc argentum alibi abutar.* Novius Ligaria Licinaria: *Quia ſupellex multa, quæ non utitur, emitur tamen.* Vide Antiquarium Jani Gulielmi pag.500. *Propriiſſimè*, inquit Donat. *hoc verbo laut⁹ utitur ſc. in vino, unguentis, pigmentis.*

Abuti, cum accuſandi caſu ſępiùs uſurpatur apud Comicos. Sic *Abuti aurum*, conſumere. Bacch.2.3.℣.126. *Abuti argentum*. Perſ.2.3.℣.10. *Abuti rem patriā* Trinc.3.2.℣.56. Pœn. 5.4.℣.27 Aſin.1.3.℣.44. *Ubi illæc quæ ante dedit? CL. Abuſa. Abuſa eſt ſapientiam tuam.* Terent. And.prol.℣ 5. *Operā abuti*, pro conſumere.

Acanthus, videtur eſſe limbus, aut faſcia prætenta veſti. Heſych. Lexic. Ἄκανθος ἄχεργα ὑφασμένον. Vitruvius lib. 2 cap.7. *Namque habent & ſtatuas amplas: factas egregiè, & minora ſigilla, floreſq; & acanthos eleganter ſculptos.* Et lib.4.cap.1 Virg. lib.1. Aen. ℣.649. *Et circumtextum croceo velamen acantho.* Et mox ℣.711. *Et pictum croceo velamen acantho.*

Accedere in urbem, in montem, in mœnia muros: pro eo fere eſt, quod *Aſcendere*. Ennius apud Agellium 10. cap. ult. *Atque atq; accedit muros Romana juventus.* Cicero lib. 4. in Verr. cap 23. *Illa verò optima, quòd cùm Haluntium veniſſet Prætor laborioſus & diligens: ipſe in oppidum accedere noluit. quod erat difficili aſſenſu atq; arduo.* Sic omnes libb. etiam vett. quibus tamē Lambin⁹. ut ipſe loqui ſolet, invitis, ſuppoſuit *aſcendere*.

Accedere in venditione dicitur, quod vēditioni adiicitur præter id, quod principaliter venit. Epid 3.4.℣.43. Unde *acceſſiones* apud Juriſconſultos. Vide Lexicon Juridicum J. Calvini.

Accedere periculum, audaciam h. eſt, audacter facinus aliquod adgredi. Epid. 4.2 ℣.46.

Accedere ad Mil.2.6.℣.14.

Accedere proximè: & *Propè accedere* ad aliquem. h.e. imitari eum. & reddere. Cicero pro Ligar cap. ult. *Homines nullâ re propius ad* DEUM *accedunt quàm ſalutem hominibus dando.* Et pro Milone ludens in Clodium cap. 22. *Proximè Deos acceſſit Clodius,*

propius

propius quàm tum cùm ad ipſos penetrarat.

Accēſus duo ſignificat. 1. Militis 2. Apparitoris genus lautiſſ. Erant enim apparitorum in numero ſcribe, Accenſi, Viatores, Prætores, lictores. &c. De primá notione Paulus Epit. Feſti: *Adſcriptitii veluti quidā ſcripti dicebantur, qui ſupplendis legionib. adſcribebātur. Hos & Accenſos dicebāt, quòd veſtiti inermes ſequerentur exercitum: nonnulli Ferentarios, quòd fundis lapidibus prælaturi, ea modò ferebant, quæ in hoſtes jacerent: alij Rorarios, quòd id genus hominū, antequam acies coirent, in modum rorantis tempeſtatis dimicares.* Idem. *Accenſi dicebātur, qui in locum mortuorum militum ſubitò ſubrogabātur.* De alterá ſignificatione paſſim obviæ ſunt authoritates. Varro apud Nonium: *Vt Conſules ac Prætores, qui ſequuntur in caſtra. Accenſi dicti, quòd ad neceſſarias res acciantur, veluti Accerſiti: & quos nunc dicimus Deputati.*

Accepta & Expenſa meretricia. Truc. 1. 1. ✠. 5. Sed in Mſs. aliter legitur. Vide Animadverſ. noſtras.

Accepti & expenſi ratio. Moſt. 1. 3. ✠. 145. Truc. 4. 2. ✠. 36.

Accepto, as. Valet ſæpe, *Accipio*, ſolitus accipere. Ea enim eſt ferè vis frequentativorum ut vocāt. ut, *factito, lectito* &c. Quare Iuriſconſulti eo utūtude annuis redditibus, qui ſæpe recurrunt. Vtitur quidē eo verbo Plautus, ut & *Dato, as.* in eâ notione, & recentiores Cicerone. Cicero autem, & optima ætas eo non vtitur. Pſeud. 2. 2 ✠ 32. *Quid dubitas dare? H. Tibi ego dem? P. Mihi hercle verò. qui res rationesq; heri Ballionis curo, argentum accepto.* D. de alim. leg. *qui annos XX. aureos, & menſtruum frumētum, atq; vinum acceptavit.* Ita idem in l. tale §. 2. D. de pact. & in l. Seio. in fin. D. de ann. leg. Et Paulus l. 44. qui nominib. in fin. de admō.

Acceptor: approbator. Trin. 1. 2. ✠. 167.

Acceptrix, & *Acceptrica.* Truc. 2. 7. ✠. 18. Vt, *ſenex, ſeneca, chœnix, chœnica.*

Acceptum eſt: pro, certum & cōpertum eſt. Moſt. 1. 3. ✠. 67.

Acceptum facere, pro, remittere. De quá formulá vide Lexicon Juris. Cicero Accuſ. 3. cap. 60. *Quid tu ibi tum? quid facis? ſtandilium cogis? quidē ſponſionem acceptam facere.*

In *Acceptum referre*, & *ferre.* tralatè uſus eſt eo Cicero de libris. Quidam hodie ita loquuntur: *In apertum proferre.* pro eo, quod, *edere*, aut *divulgare.* Sed eos induxit Ciceronis loc⁹, ab aliis depravatus Parad. 1. cap. 1. ubi in Mſs. libb. legitur: *Hoc autem opus in acceptum ut referas, nihil poſtulo.* Ita rectè Lamb. Quidam emēdarunt, *in apertum ut referas*: putantque multi, *In apertum referre* Latinè rectè dici, pro, divulgare. P. Ma-

nutius in Epiſt. opere, Sannazarius, & alii. Sed falluntur. Vtuntur eo propriè Juriſconſulti ſæpe. Aemilius Macer lib. 7. §. 1. ad leg. Jul. rep. *Illud quoq; cavetur, ne in acceptum feratur opus publicum faciundum.* Paulus I. C. in l. 101. Paulus in fin. D. de ſolut. lib. 46. tit 3. *Cùm autem creditor pignus diſtraheret, licere ei pretiũ in acceptum referre.* Vide ibid. l. 1. & l. 73. Cicero in Verrem lib. 1. de Præturâ urbanâ c. 57. *Opus in acceptum retulit quadriennio poſt, quàm diem operi dixerat, hac conditione, ne ſi quis de populo redemtor acceſſiſſet.*

Accersît, pro, *accerſiverit*. Men. 5. 2. ✠. 13.

Accerſitus. Stich 2. 3. ✠. 2. Ciſt. 1. 1. ✠. 84. & 107. *Nam ad matrem accerſita ſum.*

Accerſo, ſeu *Accerſere*, quidam rentur, non eſſe Latinum, atque pro eo ſemper, *Arceſſo* ſcriptum à veteribus. Nos utrumq; Latinum putamus: ſed Accerſo eſſe magis vetus pertendimus. *Arceſſo* Ciceroni uſitati⁹: de quo infra. Quare Lambinus in Comment. Horat. nimis confidenter (lib, 1. Epiſt. 5. ✠. 6. *Sin melius quid habes, accerſe, vel imperium fer*) vbicumq;, inquit, *Accerſere* ſcriptum eſt, *Arceſſere* reſtituendum. Modeſtius verò Paulus Manutius ad Epiſt. Cicer. 23. l. 7. ſibi non liquere ait, quid ſtatuat de eo, quod Diomedes lib. 1. & Chariſius, ſcribunt, hæc duo eò differre, quòd *Arceſſere*, pro Accuſare: *Accerſere*, pro, vocare ſumatur: quæ diſtinctio niſi ita accipiatur, ut *Acerſere* interdum pro Accuſare, *Accerſere* numquam ponatur, falſa mihi videtur. *Arceſſere* enim utrumque declarat, & vocare, & Accuſare. *Accerſere* valet tantum vocare. Plautus Capt. 5. 1. v. 30. *Tyndarum huc arceſſite.* & ✠. 29. *ſed quæſo hominem, ut iubeas arceſſi.* Ita utrobique Mss. Pall. omnes, excepto uno, qui *accerſite.* quod etiam retinet Ms. Pauli Stephani. Hoc obſervatu nō indignũ, quòd interdum uno C, nempe, *Acerſo* reperiatur. Plautus Moſt. 5. 1. ✠. 3. *Nam herus me poſtquam rumiſit, ut filium ſuum acerſerem.* Ita Mss. Pall. quos diligenter inſpexi. Vide Animadverſ. noſtras. Agellius lib. 15. cap. 6. *Redeuntes Græciâ, Brundiſium navem advertimus: ibi quiſpiam lingua Latina litterator à Brundiſinis acerſitus experiũdum ſeſe vulgo dabat.* Ita & hîc in opt. Ms. lib. ſcriptum fuit. Idem lib. 12. cap. 5. *Poſt deinde cùm Taurus medicos acerſiſſet.* Idē Ms. l. ſic habuit. Virg. lib. 10. Aen. verſ. 11.

Adveniet juſtum pugnæ (ne acerſite) tempus.

Ita & ibi exaratum in opt. lib. Mss. teſtatur Pierius. Varro Rhetor. lib. 20. apud Nonium

um : *Vt Conſules ac prætores qui ſequuntur in caſtra Accenſi dicti, quòd ad neceſſarias res acciantur, veluti Acerſiti: & quos nunc dicimus Deputati.* Sic ibi Ms. Puteani: Suetonius in Tito cap. *Galba mox tenente Remp. miſſus ad gratulandum, quaq; iret, convertit homines, quaſi adoptionis gratiâ acerſeretur.* Lucanus lib. 1. ℣. *totoque acerſitur orbe.* Sic ibi quoque vett. libb. quos contuli cum edd. Plautus Ciſtell. 1. 1. ℣. 84. & 107. *nam ad matrem acerſita ſum.* Terentius ſemper utitur *Accerſo*, numquam *Arceſſo.* Vt Andr. 1. 5. ℣. 63. *Obſtetricem accerſo.* Et ſæpè in eadē Comœdiâ, ut. 3. 4 ℣. 2. *Cur uxor non accerſitur?* Hec. 1. 2. ℣. 110. *accerſi jubet.* Sic opt. cod. Bemb. Eun. 5. 2. ℣. 53. *nutricem accerſitum iit.* Et 3. 3. ℣. 4. *juſſit me ad ſe accerſier.* Cæſar lib. 1. de bell. Gall. cap. *Tranſiſſe Rhenum ſeſe non ſuâ ſponte, ſed rogatum, & accerſitum à Gallis.* ita etiam in in opt. libb. vett. Sic &

Accerſitor. Sed hoc novum eſt verbum, quo politiores non utuntur. Plin. lib. 5. Epiſt. 6. *Nam ſuper illa, quæ retuli, altius ibi otium, & pinguius, eoq; ſecurius: nulla neceſſitas togæ, nemo accerſitor ex proximo.*

Acceſſio. Interdum ponitur pro homine, qui accedit, ut fidejuſſor, comes, aſſecla, & miniſter; qui dicitur *Acceſſio.* Vt *Vmbra* interdum ponitur pro perſonâ. Cicero in Verrem lib. de jure dicundo cap. 53. *Is ſuo labore ſuiſque acceſſionibus hujus negotij atque operis moleſtia conſequebatur, ut ad iſtum ſine ullâ ſollicitudine ſumma pecuniæ referretur.* Valerius lib. 5. cap. 7. *Nec acceſſio glorioſa illius pompæ, ſed author ſpectatus eſt.* Sic v. c. vulg. *acceſſor.* Paulus Jc. in l. ſi ſervum 91. §. nunc videamus. D. de verb. oblig. *Vtique autem principalis debitor perpetuat obligationem: acceſſiones an perpetuent, dubium eſt.*

Acceſſio, ut & *Additamentum*, interdum de homine. Vide Lexicon Juris: & paulò ante.

Acceſſio eſt. Eleganti forma dicit Comicus. Trin. 3. 2. ℣. 83. *Quid tibi huc acceſſio eſt in conſilium:* Et Trucul. 2. 2. ℣. 3. *Quid tibi ad haſce ædes acceſſio eſt, aut pultatio?* Vide Mantiſſ. *Periph.* & *Verbalia* in Io.

Acceſſio interdum de pecuniâ. Vulg. *Augmentum.* Cicero pro Rab. Poſthumo cap. 11. *Addo illud etiam, qui tandem convenit, aut tam gravi onere tributorum ad tantam pecuniam cogendam mille talentûm acceſſionem eſſe factam?* Et eodem loco *deceſſio.* Germ. ein Abbruch.

Accibo. Mil. 3. 3. ℣. 61. Vbi tamen Acidalius *acciebo* verſus causâ ex veteribus libb. ſcribendum contendit.

Accidere ad terram. Pœn. 2. 1. ℣. 38 39.

Abi ab oculis Germ. Gehe mir auß dem geſicht. Trin. 4. 2. ℣ 147. Trin. 2. 5. ℣. 24.

Abi ad nos Aul. 2. 5. ℣. 8. vide ſupr. *Abducere*.

Abin' hinc? Bacch. 5. 2. ℣. 57. Caſ. 2. 4. ℣. 23.

Abire. pro. *eſſe*. Moſt. 4. 1. ℣. 15. Pſeud. 5. 1. ℣. 7.

Abire. Abitio: mori, mors. Stich. 4. 2. ℣. 52. Caſ. Prol. ℣. 19. vide Feſtum. *Abire*. Lucr. III. ℣. 527 VI. verſ. 563. 568

Abire. Ambiguè pro *abire è ſervitute* Amph. 2. 2. ℣. 127.

Abire ab aliquo Curc. 2. 3. ℣. 70. Epid. 1. 1. ℣. 72. Bacch. 4. 9. ℣. 107. Moſt. 2. 2. ℣. 33.

Abire ad aliquem. Mil. 2. 6. ℣. 11. Niſi fortean ibi melior conjectura Rittershuſij. *ad te*. Vide etiam Amph. 2. 2. ℣. 59. Pœn. 5. 3. ℣. 29.

Abire domo Epid. 1. 1. ℣ 44.

Abire intrò. Epid. 5. 2. ℣. 48. Pſeud. 1. 2. ℣. 35.

Abit dies. Vide, *Dies*.

Abitio: diſceſſio. Rud. 2. 6. ℣. 19.

Abitum. impersonaliter. Ciſt. 1. 1. ℣. 35.

Abiegna ſors. Caſ. 2. 6. ℣ 32.

Abies: de tabellis abiegnis. Perſ. 2. 2. ℣. 66.

Abigere ab. Men. 1. 2. ℣ 18.

Abjicere. Sæpe depravatum eſt hoc verbum ut ſupra oſtendi. Cæſar lib. 5 Bell. Gall. cap. 48. *Si adire non poſſit, monet, ut tragulam cum epiſtulâ ad amentum deligatâ intra munitiones caſtrorum abjiciat.* Sic ibi vet. cod. vulg. *adjiciat*.

Abjudicare: pro, *ſeparare*. Metaphorâ ducta à Judicum ſententijs, qui reos à vita abjudicant. Aſin. 3. 3. ℣ 17. Cicero contra Rullum cap. 16. f. aliter conſtruit. *Iudicabit, Alexandriam Regis eſſe, à populo Romano abjudicabit*. Idem lib. 2. de Orat. cap. 24. *Qui locus eſt talis, ut plus habeat adjumenti, quàm incommodi, hunc judico eſſe dicendum: ubi plus mali quàm boni reperio, id ſolum abjudico, atque reijcio.*

Abjudicare à ſe. Rud. 5. 1. ℣. 3.

Abjudicare ab. Rud. 4. 3 ℣. 100. *Numquam hercle hodie abjudicabis ab ſuo triobolum.* h. e. herus nihil dicet contra ſervum ſuum.

Abjungere: eſt equos ex curru ſolvere, ſeu dimittere (quod eſt, *Dejungere*) in pratum, vel ſtabulum. Vide & *Interjungere* infrà litt. I. Germ. Außſpannen. Propert lib. 2. Eleg. 18. ℣. 9. *Illum ſæpe ſuis decedens fovit in ulnis, Quam prius abjunctos ſedula lavit equos.* Sic ibi leg. Quod & Scaliger obſervavit.

Abjunctus: pro, *diſiūctus*. Rarum nomen, ſed apud Prudentium corruptum ferè in *Adjunctus*: quod & alijs ejuſmodi accidit. Vide ſupr. *Abducere*. Prudent. de Laurentio: *Advertat abjūctas plagas Coire in unam gratiam* Ita in uno vet. cod. idque verius: ut ex prioribus verſibus intelligitur, licet in alijs item Mss libb. ut & vulg. *adjunctas*. Idem lib. 2. contra Symm. *Sed tantum diſtant*

Re-

Romana & Barbara, qui in tum quadrupes abjuncta eſt bipedi, vel muta loquenti Ita ibi in quatuor Mss. libb. exaratum fuit. Vulg. *adjuncta*, abſurdè.

Abjurare, eſt rem creditam perjurio negare. Inde *Abjuratio* eſt rei creditæ abnegatio. Curc. 4. 2. ℣. 10. Rud. Prol. ℣. 14. Perſ. 4. 3. ℣. 9.

ABLATIVI Participiorum præciſè poſiti. Vide infr. Mantiſſa. ABLATIVI. ut, *Perfecto, non eſſe verū. Adjūcto, ut idē eſſent.* &c. *Audito Marcium* &c. *Cōperto provinciā ei datā.* &c. Vide infra litt. I. *Intellecto.* Cicero lib. 2 de fin. c. 27. *Perfecto enim & concluſo, nec virtutibus, nec vitiis uſquam locum eſſe* &c. Et lib. 2. de Offic. cap. 12. *Ergò hoc quidem perſpicuū eſt, eos ad imperandum deligi ſolitos quorum de juſtitiâ magna eſſet opinio multitudinis: adjuncto verò, ut iidem etiam prudentes haberentur, nihil erat, quod* &c. Salluſt. lib. 5. Hiſtor. apud Priſc. *At Lucullus, audito Marcium Regem, Proconſulem per Lycaoniam cum tribus legionibus Ciliciam tendere.* Et iterùm: *Legiones Valeriana, comperto lege Gabiniâ Bithyniam & Pontum Conſuli datam.* Sic quoque alii Ablativi uſurpantur.

Hac *juventute.*	Explicandi, pro, Hoc ſtatu	*juventutis.*
Artiore annonâ.		*annona.*
Hac Rep.		*Reip.*
His rebus.		*rerum.*
Rebus incertis.		*cùm res ſunt incerta, vel tales.*
Magno vento.		*cùm eſt magnus ventus.*

Græci adjungunt ſuum ὢν vel οὔσα. quo Latini carent. Cicero lib. 10. Epiſt. 1. ad Attic. de fratris ſui Quincti filii vitiis: *Itaq; hac quòque, qua naſcuntur ex indulgentiâ ſed ea ſunt tolerabilia. quid enim dicam hac juventute!* Ubi quidam non rectè: *de hac juv.* Suet. Claud cap. 18. *Artiore autem annonâ ob aſſiduas ſterilitates, detentus quondam medio foro à turbâ.* Plautus Mil. 2. 6 ℣. 33. *Quìm, magno vento, plenum eſt undarum mare?*

Ablecta ædes ἠθετημέναι, quæ pro derelictis habentur. Moſt. 3. 3 ℣. 3. Ubi tamen alii malint retinere *Abjectas*: ut τὸ *l* ſit poſitum pro *i.* quod ego perinde judico. Nam τὸ *Ablegere* eſt ἀπολέγειν. *Ablegmina* erant partes, quæ Dis porriciebantur, propterea dictæ, *proſicia,* & *proſecta.* tanquam ſeparata quædam à reliqua viſceratione. Vide Feſtum, & Animadverſ. noſtras.

Ablegare à ſe. Mil. 3. 2. ℣. 55.

Ablegere. Vide *Ablecta ædes*

Ablocare. In Jure civili dicitur is, qui rem à ſe conductam alii

porrò locat. De quo verbo vide Lexicon Juris.

Abnuere: nutu negare. Capt. 3. 1. ℣. 1. Truc. Prol. ℣. 6.

Abnutare, pro, *Abnuere*. Capt. 3. 4. ℣. 79.

Abnutare, vetare, prohibere. Sed eſt obſoletum. *Antiquus* Poëta apud Cicer. lib. 3. de Orat. cap. 41 *Quidnam eſt, obſecro, quod te adiri abnutas?*

Abnutivum, pro negativo, vel negatione: ut *Adnutivum*, pro affirmativo. Uſurpavit Apuleius in libello περὶ τῆς ἑρμηνείας.

Abomino: ἀπεχαίκάω. Trin. 3. 2. ℣. 82.

Quod Abominor! Elegans veterum phraſis, pro eo, quod vulgò, *Quod Deus avertat!* Apud Ciceronem tamen ea non exſtat. Papinianus l. 41. coheredi §. ult. D. de vulg. & pupill. ſubſtit. *Illi filius meus, ſi, quod abominor! intra pubertatis annos deceſſerit, tunc in locum partemve ejus Titius heres eſto.* Ovid. lib. 9. Metam. ℣. 624. *Quod abominor. Ergò edita forte tuo fuerit ſi femina partu Invitus mando, pietas ignoſce, necetur.* Plin. lib. 6. Epiſt. 22. *Deinde ſtias, ſi quis forte te, quod abominor, fallat, paratam ultionem.* Et Epiſt. 4. *Quæ natura metuentium eſt, ea maximè mihi, quæ in maximè abominor, fingo.*

Abortio. Truc. 1. 2. ℣. 21.

Abripere. Interdum mutatum perperam in *Arripere*. Vide ſimilia ſupra in *Abducere*. Cicero in Verr. Accuſ. 5. cap. 7. *Iſte hominem abripi à tribunali, & in carcerem conjici jubet.* Ita rectè Lamb. ex vett. libb. vulg. *arripi*. Et in Piſonem cap. 34. *Socios noſtros in ſervitutem abduxerunt, familias abripuerunt, pecus abegerunt.* Ita ex vett. libb. Faërnus. vulg. *arripuerunt*.

Abripere ſe. Mil. 2. 2. ℣. 21.

Abripere ſe foras. Curc. 8. 1. ℣. 8.

Abripere naſum. Men. 1. 3. v. 12.

Abrogare fidem. Trin. 4. 3. ℣. 41.

Abrogare legi. Hæc ſyntaxis, ſeu conſecutio vix nota vulgo: eâque re ſæpe depravata. Plinius lib. de viris Illuſtr. in Saturnino: *Huic legi multis nobilibus abrogantibus, cùm tenuiſſet.* Livius lib. 9. cap. 34. *Vbi duæ contrariæ leges ſunt, ſemper antiquæ abrogat nova.* Sic olim editi libb. Sigon. ex vet. lib. *obrogat*. H. Ferrarius ex vet. lib. *antiquam abr.* Quę CL. Giſanius in ſuis Obſervationibus non potuit probare. Cicero lib. 3. de Rep. de lege divinâ & naturali: *Huic legi neq; abrogari fas eſt, neque derogari ex hac aliquid licet: neq; tota abrogari poteſt.* Sic v. l. Nam vulg. *Huic legi nec promulgari.* Idem Philipp. I. cap. 9 *Quid quod abrogatur his legibus Cæſaris, quæ jubēt.* Sic ibi leg. vulg. *ebrogatur leg. Cæſ.* Sic & Imp. Juſtin. l. 1. C. de vet. Jure enucl. *Ne quid poſſit antiquitas noſtris legibus abrogare.* Sueton. C. Cæl. cap. 28. *Quan-*

28. *Quando n. plebiſſcito Pompejus poſtea abrogaſſet.* Sic leg. vulg. *quandanec pl.* Vide etiam infr. Mantiſſ. *Verb. differentiæ. Abrogare legem.*

Abrupta. æ. Imitatum à Græco verbo ἀπόῤῥωξ. Vix auſim eo uti. Vide Collectan. Giſan. in Lucret. in verbo *Derupta* Juſtin. Epit. Trogi lib. 4. *Proximum Italiæ promontorium Regiũ dicitur, ideò, quia Græcè Abrupta hoc nomine pronunciatur.* Ita in tribus vett. libb. ſcriptum. In quibuſdam tamen Mss. erat, *pronunciantur.* ut & in vulgg. Oroſius lib. 7. *Abrupta tunc etiam Veſuvij montis verticem magna profudiſſe incendio ferunt.* Ita in vet. Cod. ſcriptũ. Vulg. *Abruptum.* Poſtea idẽ & in Gloſſario veteri legi. *Abrupta.* ἀπόκρημνα, ἀπόῤῥωγα. Ex quibus verbis Græcis videtur *Abrupta* eſſe numero multitudinis.

Abſcede ſis. Pœn. 1. 2 ℣. 162. & ℣. 151 *Abſcede tu à me.*

Abſcedere ab. Moſt. 2. 2. ℣. 29. 36. 79. & Moſt. 1. 1. ℣. 78.

Abſcedere. Amph. Sc. Tun' me. ℣. 19. Aul. 1. 1. ℣. 16. Caſ. 5. 1. ℣. 5. & 4. 4. ℣. 13. Capt. 2. 3 ℣. 74. Epid. 2. 2 ℣. 13 Merc. 1. 2. ℣. 29. & 2. 3 ℣. 55. Moſt. 3. 2. ℣. 173. Mil. 2. 2. ℣. 45. & 2. 6. ℣. 46. 10. & 5. 4. ℣. 71. Rud. Prol. ℣. 66. & 4. 4. ℣. 141. Perſ. 4. 2. ℣. 6. & 4. 7. ℣. 17. Trin. 3. 1. ℣. 24. & 3. 2. ℣. 84. & 3. 3. ℣. 17. *Dos abſcedit.* & 4. 4. ℣. 31.

Abſcedere aliquo, pro, *ab aliquo.* Epid. 2. 2. ℣. 101.

Abſcidere, Abſciſus, Abſciſio. His ſæpe vett. Scriptores ſunt uſi: quæ tamen plærique hodie contra fidem & authoritatem etiam antiquorum codd. mutarunt in *Abſcindedere, Abſciſſus, Abſciſſio.* Sicut à πήγω, πηγνῦν, eſt *Pago,* poſtea, *Pango*: ita à σχίζω, σχιδεῖν, eſt *ſcido,* poſtea, *ſcindo.* Sunt quidem vett. quoque in uſu *Abſcindere, Abſciſſus, Abſciſſio*: ſed propterea altera ſcriptura non eſt repudianda. Exemplis res fiet manifeſtior. Martialis lib. 3. Epigr. 66.

> *Par ſcelus admiſit Phariis Antonius armis*
> *Abſcîdit vultus enſis uterq; ſacros.*

Hic mutari non potuit. Sed lib. 2. Epigr. 82. *Abſciſá ſervũ quid fingis, Pontice lingua?* in Ms. lib. Julii Cæſ. Scaligeri ſic legebatur. vulg. *Abſciſſâ.* Rhetor lib. 4. ad Herenn. extremo cap. 54. *Per Abſciſionem. ſi cùm incipimus aliquid dicere, præcidimus.* Sic ibi & editi olim, & 3 vett. libb. Sed alii, in quibus & Lambinus, & Vitus Garnerus ediderunt, *per abſciſſionem.* Livius lib. 3. cap. *Poſteaquam gladio Hiſpanienſi detruncata corpora brachiis abſciſis* Ulpianus JC. in l. Idem 10. D. de Ædelic. Edict. *Idem Ofilius ait, ſi homini digitus ſit abſciſus, membrivè quid laceratum, quamvis conſanaverit, ſi tamen ob*

eam rem minus uti poſſit, non videri ſanum eſſe. Sic Pandect. Florent. Idem l. 8. Si cui. D. de Ædil. Edict. *Si cui lingua abſciſa ſit, an ſanus eſſe videatur, quæritur.* Sic quoque eſt in Pand. Flor. Et in eadem illâ l. 10. mox ait Ulpianus: *Catonem quoq; ſcribere lego, cui digitus de manu, aut de pede præciſus ſit, eum morboſum eſſe.* Ubi *præciſum digitum* dixit, quem paulò ante dixit, *abſciſum*. Cur utrumque non ſit rectum? Calliſtratus l. ſemper 5. §. demonſtratur. D. de jure immunit. *Demonſtratur variè, nec abſciſè, numerum librorum ad excuſationem municipalium numerum prodeſſe ex reſcriptis D. Elvij Pertinacis.* Sic in Pandect. Flor. vulg. *abſciſſè*. Livius lib. 35. cap. *nec niſi abſciſâ omni ſpe, auxilium Antiochi imploraturos fuiſſe.* Juſtinus lib. 15. cap. *eumq; truncatis crudeliter omnibus membris, abſciſiſq; auribus.* ita vett. libb. Et in antiquiſſimo Codice Evangeliorum legitur Matth. cap. 5. ℣. 30. *Et ſi dextra manus ſcandalizat te, abſcide eam, & projice abs te.* Vulg. *abſcinde*. Valerius lib. 8. cap. 3. extremo: *Cujus ſi virilis ſexus poſteri vim ſequi voluiſſent, Hortenſianæ Eloquentiæ tanta hæreditas unâ feminæ actione abſciſa nõ eſſet.* Sed vulg. *abſciſſa*.

Idem lib. 6. cap. 5. in fine: *Sed aliquanto Charondæ Tyrij præfractior & abſciſior juſtitia.* &c. ita V. C. Claudianus in Eutropium lib. 1.

Inguinis & reliquum Phrygiis abſcidere cultris.

Ita V. C. vulg. *abſcindere*. Plaut. Amph. 2. 1. ℣. 7. *Iam quidem hercle ego tibi iſtam ſceleſtam linguam abſcidam.* Ita correxi ex V. C. & Mss. Lang. itemque Pall ſec. tert. quint. nam pr. *abſidam*. alii *abſcindam*. uti vulgati omnes: ut & noviſſima Wittenbergica Aug. Buchneri. Cæſar lib. 3. de bell. Gall. cap. 14. *Quibus abſciſis antemnæ neceſſariò concidebant.* quomodo rectè edidit doctiſſimus Brantius, Amicus noſter. Livius lib. 4. cap. 19. *Caputque abſciſum victor ſpiculo gerens terrore caſi Regis hoſtes fundet.* Quintilianus lib. 8. cap. 3. in fine: *Abſciditur* per ἀποσιώπησιν. ita V. C. vulg. *abſcinditur*. Livius lib. 32. cap. 4. *Sed quod ſaxo undiq; abſciſo rupibus impoſita eſt.* Et mox cap. 5. *quâ abſciſæ rupes erant, ſtatio paucorum armatorum tenebat.* Feſtus in, Penitam. *Antiqui autem offam vocabant abſciſum globi formâ.* &c. Livius lib. 44. cap. 5. *modico deinde infra intervallo ſimilis alter pons: inde tertius, & plures ex ordine. quâ rupes abſciſa erat, fiebant.* Et lib. 4. cap. 18. *non brachium abſciſum Conſulem ex tam ancipiti prælio ſummovit.* Ammianus lib. 10. *Viſam propè radicem juſſit abſcidi.*

Abjegni.

Abſenti, pro, *abſente*. Men. 3.2. ℣.27.

Abſentes, pro mortuis. Caſ. Prol. v.20.

Abſiſtere ab aliquo. Truc. 2. 6. ℣. 32.

Abſolvere aliquem: pro, expedire, dimittere, ſatisfacere alicui. Germ. Abfertigen. Curc. 3.2. ℣.84. Epi. 5.1. ℣.24. Pſeud. 4.7. ℣.130. Moſt. 3.1. ℣.115. & 3.2. ℣.156. Terent. Adelph. 2.4. ℣.13. *Ibo ad forũ, ut hunc abſolvam.* Ubi Donatus: *ut hunc, reddito illi pretio, dimittam.* Ita fere Ulpianus l.37. de probat. *Si mutuatus ſum pecuniam, ut creditorem tuum abſolvam.*

Abſolvere aliquem brevi, eſt, paucis morari. Epid. 3.4. ℣ 34.

Abſolvere aliquem aliquid. Mé. 5.2. ℣.30. *hoc primùm te abſolvo.*

Abſolvere verbo. Rud. 3.2 ℣. 39.

Abſolvi, pro, dimitti ... um ſatisfactione. Aul. 5.5. ℣.43.

Abſolutum, pro perfecto: de quo infra in *Perficere*. Sed & de homine dicitur: *Vir abſolutus & perfectus*, ut Græcè τέλειος. Cicero lib. 4. de fin. cap 14. *Et quòd eos, qui ſapiẽtes ſunt, abſolutos & perfectos putamus.* Sic *Abſolutè vivere*. h.e. perfectè. Cicero lib. 5. de fin. cap. 7. *Neceſſariò ſequitur, omnes ſapientes ſemper feliciter, abſolutè, fortunatèq; vivere: nullâ re impediri, nullâ prohibere, nullâ egere.*

Abſorbere acerrimè ac æſtuosè, Meretricum eſt. Bacch. 3.1. ℣.5. & 3.3. ℣.67.

Abſq; te eſſet, foret. Abſq; illo eſſet. Abſque Cicerone eſſet. &c. pro, niſi ille, vel hic obeſſet. Sed videtur Ironica oratio: quâ tamen multi hodie ſibi placent, etiam non Comici, haud ſcio, quàm rectè. Terẽt. Phorm. 1.4. ℣.11. *Nam abſque eo eſſet, rectè ego mihi vidiſſem, & ſenis eſſem ultus iracundiã.* Hec. 4.2. ℣.25. *Quàm fortunatus cæteris ſum rebus, abſq; unâ hac foret.* Plaut. Capt. 3.5. ℣.96 *Quod abſq; hoc eſſet, qui mihi hoc fecit palàm.* Trin. 4.1. v.13. *Nam abſq; te foret.* Et 5.2. ℣.3. *Nam exædificaviſſem me his ædibus abſq; te foret.* Bacc. 3.3. ℣.8. *Nam abſq; te eſſet, ego illum haberem rectum ad ingenium bonum*, &c. Vide etiam ſupra, *Abſq;*.

Abſtare propius. Epid. 5.2. ℣.9. Sic *Procul aſtare*. Moſt. 3.1. ℣. 132. Truc. 2. 6. ℣.32. Mil. 1. 3. ℣. 46.

Abſtergére in ſecundâ conjugatione. Aſin. 4.1. ℣. 52. Pœn. 1. 2 ℣.19. *lavantur, terguntur.* Lucret. IV. 1017. *Abſtergére ſibi, atq; aliò convertere mentem.* Alibi ſæpius apud Carũ. Vide Ind. Lucret.

Abſterrére, abigere, repellere, arcere. Vide & *Proterrere*. Livius lib. 30. cap. 11. *Deinde ut pedes Romanus repentinò per turmas ſuas viam dantes intercurſu ſtabilem aciem fecit, abſterruitq; effusè invehentem ſeſe hoſtem.* Et lib. 27. cap. 30.

Alij è turribus portæ muriq́; ſaxis, ſudibus, pilis, abſterrent hoſtem. Plautus Moſtell. 2. 1. ℣. 74. *Herus juſſit maximo opere orare, ut patrem abſterreret modò, ne introiret ædes.* Truc. 2. 1. ℣. 41. *Item ut de frumento anſeres clamore abſterret, abigit.* Men. 5. 2. ℣. 79. *Ego me aſſimulem inſanire, ut illos abſterream.* Ita ferè & illud Lucretii IV. 1056. *Sed fugitare decet ſimulacra, & pabula amoris Abſterrere ſibi.* Et ibidem ℣. 1227. *Nec divina ſatum genitalem numina cuiquam Abſterrent.* Et ℣. 844. *natura abſterruit auctum.* Terent. Heaut. 3. 1. ℣. 37. *Proterruiſti hinc muliérculam.* Ubi tamen Mss. Pall. *Perterruiſti.* Cicero pro Plancio cap. 27. *Neminem à congreſſu meo neq́; janitor meus, neq́; ſomn⁹ abſterruit.*

Abſtinere aliquem ab eâ re, hoc eſt retinere, diſtinere. Hoc verbum plerumq; abſolutè, interdum activè ſumitur, maximè apud Plautum noſtrū. Men. 5. 6. ℣. 20. *Ego ita ero, ut me eſſe oportet, Metum ut mihi adhibeam, culpam abſtineam.* Si ex Mss. Pall. leg. vulg. *culpâ ut abſt.* Livius lib. 2. cap. *Ne ab obſidibus quidē q. CCC. accepti numerò erant irâ belli hoſtis abſtinuit.* Ita V. C. in quo, *hoſtilis.* rectè. Lipſius lib. 5. Epiſt. 16. Idem Livius lib. 23. cap. *Ab Vrbe oppugnandâ Pœnum abſtinuére conſpecta mœnia.* Ita & ibi V. C. teſte eodem Lipſio. vulg. *abſterruere.* Cato apud Feſtum, Repaſtinari. *Ego jam à principio in parſimoniâ, atque in avaritiâ omnem adoleſcentiam meam abſtinui.* Terent. Heaut. 2. 3. ℣. 132. *Gemitus, ſcreatus, tuſſis, riſus abſtine.* Cicero lib. 2. de fin. cap. *Nam nec vir bonus ac juſtus haberi debet, qui me malum habeat. abſtinet ſe ab injuriâ.* Et lib. 3. de fin. cap. *Quò minus homines tenebras & ſolitudinem nacti nullo dedecore ſe abſtineant.*

Abſtinere manum. Eſt ab aliquo abeſſe: non accedere ad aliquem. Moſt. 1. 3. ℣. 133. Contrarium eſt, *Adire manum.* Vide ſuo loco. Terent. Adelph. 5. 2. ℣. 6. *Non manum abſtines? Maſtigia.*

Abſtinere ſermonem de aliqua re. Moſt. 4. 2. ℣. 17.

Abſtinere aliquid facere. Men. 1. 2. ℣. 55.

Abſtinere ſe. Syntaxis inſolens. Amph. 3. 2. ℣. 45. Mil. 3. 1. ℣. 48. Curc. 1. 1. ℣. 37. Caſ. 1. 1. ℣. 13.

Abſtinere culpam. Men. 5. 6. ℣ 20.

Abſtinere culpâ. Men. 5. 2. ℣. 18.

Abſtrahere in maximam malam crucem. Men. Prol. ℣ 66.

Abſtrudere: eſt occultare. Aul. Arg. I. ℣. 6. Arg. II. ℣. 9. & 3. 6. ℣. 46. & 4. 5. ℣. 3. & 4. 6. ℣. 7. Merc. 1. 2. ℣. 78.

In abſtruſo ſito eſt merx. Pœn. 1. 2. ℣. 129.

Abſtrudere

Abſtrudere in aliqua re. Rud. 4. ℣. 68.

Abſumedò: fictum ab *abſumendo*. Capt. 4 3. ℣. 4.

Abſumere: de tempore. Ut: *Abſumere diem, hyemem, æſtatem.* &c. Sed eſt Livianum, & Hiſtoricum. Livius lib. 27. c. 34. *Primum diem, quo fines hoſtium ingreſſi ſunt, populando abſumſerunt: cum hiemem totam reconciliandis Barbarorũ animis, partim remiſſione obſidum, captivorumq; abſumſiſſet.* Et rurſùm cap. 22. *Ipſe reliquum ætatis recipiendis in fidem Hiſpaniæ populis abſumſit.* Et c. 15. *Ut victos ſequendo priorem æſtatem abſumſiſtis.*

Abſumi. Epid. 1.1. ℣. 76. Moſt. 2. 1 ℣. 18. pro *perire*. Ibid. Arg. ℣. 2. *Abſumere rem ſuã.* & Moſt. 5.2. ℣. 19. *Abſumere argentum*

Abſurdè facere. Epid. 3.1. ℣. 6.

Abſynthium. Trin. 4.1. ℣. 90.

Abundare, & *Abundantia*, & *Abundanter*: cui contraria, *Egere inopiâ*, ſatis nota ſunt. Sed tamen *Abundantia* verbo Ciceroni uſitatiſſimo hodie rarò utuntur. De *Abundanter*, infra in Particulis. *Abundare* interdum idem valet, quod, *Effluere, defluere, Exundare, diſcedere, Exiſtere*. Cicero *Afluere* dixit: de quo infra. Id ne Nonio quidem ſatis notum.

Lucretius eo ita ſæpe utitur de imaginibus Epicuri, quas à rebus & corporibus fluere & abundare dicit. Ut lib. IV. ℣. 88.

Præterea omnis odor, fumus, vapor, atq; aliæ res
Conſimiles ideò diffuſæ rebus abundant.

Et lib. V. ℣. 18.

Propterea quia quæ de terris nunc quoq; abundans
Herbarum genera ——

Et lib. VI. ℣. 265.

Nec tanto poſſent venientes opprimere imbre.
Flumina abundare ut facerent, campoſq; natare.

Sic & Virgil. Georg. lib. 1. ver. 115.

Præſertim incertis ſi menſibus amnis abundans
Exit ——

Et lib. 4. ℣. 139.

Ergò apibus fœtis idem atque examine multo
Primus abundare ——

Et lib. 4. ℣. 484.

Rurſùs abundabat fluidus liquor ——

Ita ferè & Cicero de Divin. lib. 1. cap. 29. *Sive deeſt naturæ quippiam, ſive abundat, atq; effluit.* Et Plinius lib. 18. cap. 22. *Ternis ferè millibus paſſuum in omnem partem fons abundans.* Et ante eos omnes Ennius Annal. lib. xv. apud Macrob. libro ſexto capite tertio *Semper abundantes hoſtes.* h. e. reſultantes, ac velut imber defluentes. Ab eo & *Abundantia*, menſtruorum fluxus in femina. Διάῤῥοια. Plin. lib. 24. cap. 11. *Rhus, fœminarum abundantiam ſiſtit cibo.* Et lib. 27. cap. 12. Se-

men

men quoq; in vino tritum contra abundantiam ſeminarum datur.

Abundare lætitia, & voluptatibus, eleganter dictum. Stich. 2.2.℣.5. Turpilius; *Satisne ut meum cor voluptatibus abundat?* Idem; *Suavitate mirâ abundat.*

Abuti: eſt utendo conſumere. Germ. Unnützlich verbrauchen. Aſin.1.3.℣.44. *Abuſa ſunt*; paſſivè. Bacch.2.5 ℣.26. *Sed quid futurum eſt, cùm hoc ſenex reſciverit, cùm ſe extur riſſe illuc fruſtra ſciverit: n s que aurum abuſos: quid mihi fiet poſtea?* Perſ.2.3.℣.10. *Nā hoc argentum alibi abutar.* Novius Ligaria Licinaria: *Quia ſupellex multa, quæ non utitur, emitur tamen.* Vide Antiquarium Jan. Gulielmi pag.500. *Propriiſſimè*, inquit Donat. *hoc verbo* [illegible] *utitur* ſc. *in vino, unguentis, pigmentis.*

Abuti, cum accuſandi caſu ſæpiùs uſurpatur apud Comicos. Sic *Abuti aurum*, conſumere. Bacch.2.3.℣.126. *Abuti argentum.* Perſ.2.3.℣.10. *Abuti rem patriā* Trinc.3.2.℣.56. Pœn. 5.4.℣.27 Aſin.1.3.℣ 44. *Ubi ſunt hæc quæ ante dedit? CL. Abuſa. Abuſa eſt ſapientiam tuam.* Terent. And.prol.℣.5. *Operā abuti*, pro conſumere.

Acanthus, videtur eſſe limbus, aut faſcia prætenta veſti. Heſych. Lexic. Ἄκανθος ... ὑφασμένον. Vitruvius lib. 2 cap.7. *Namque habent & ſtatuas amplas: factas egregiè, & minora ſigilla, floreſq; & acanthos eleganter ſculptos.* Et lib.4.cap.1 Virg. lib.1. Aen. ℣.649. *Et circumtextum croceo velamen acantho.* Et mox ℣.711. *Et pictum croceo velamen acantho.*

Accedere in urbem, in montem, in mœnia muros: pro eo ferè eſt, quod *Aſcendere*. Ennius apud Agellium 10. cap. ult. *Atque atq; accedit muros Romana juventus.* Cicero lib. 4. in Verr. cap 23. *Illa verò optima, quòd cùm Haluntium veniſſet Prætor laborioſus & diligens: ipſe in oppidum accedere noluit, quod erat difficili aſſcenſu atq; arduo.* Sic omnes libb. etiam vett. quibus tamē Lambin⁹. ut ipſe loqui ſolet, invitis, ſuppoſuit *aſſcendere.*

Accedere in venditione dicitur, quod venditioni adiicitur præter id, quod principaliter venit. Epid 3.4. ℣.43. Unde *acceſſiones* apud Juriſconſultos. Vide Lexicon Juridicum J. Calvini.

Accedere periculum, audaciam h. eſt, audacter facinus aliquod adgredi. Epid. 4.2 ℣.46.

Accedere ad Mil.2.6.℣.14.

Accedere proximè: & *Propè accedere ad* aliquem. h.e. imitari eum. & reddere. Cicero pro Ligar. cap. ult. *Homines nullâ re propius ad* DEUM *accedunt quàm ſalutem hominibus dando.* Et pro Milone ludens in Clodium cap. 22. *Proximè Deos acceſſit Clodius,*

propius

propius quàm tum cùm ad ipſos penetraras.

Accenſus duo ſignificat. 1. Militis 2. Apparitoris genus lautiſſ. Erant enim apparitorum in numero ſcribæ, Accenſi, Viatores, Præcones, lictores. &c. De primâ notione Paulus Epit. Feſti: *Adſcriptitii veluti quidã ſcripti dicebantur, qui ſupplendis legionib. adſcribebãtur. Hos & Accenſos dicebãt, quòd veſtiti inermes ſequerentur exercitum: nonnulli Ferentarios, quòd fundis lapidibus prœliaturi, ea modò ferebant, quæ in hoſtes jacerent: alij Rorarios, quòd id genus hominũ, antequam acies coirent, in modum rorantis tempeſtatis dimicares.* Idem. *Accenſi dicebãtur, qui in locum mortuorum militum ſubitò ſubrogabãtur.* De alterâ ſignificatione paſſim obviæ ſunt authoritates. Varro apud Nonium: *Vt Conſules ac Prætores, qui ſequuntur in caſtra. Accenſi dicti, quòd ad neceſſarias res accianiur, veluti Accerſiti: & quos nunc dicimus Deputati.*

Accepta & Expenſa meretricia. Truc. 1. 1. ℣. 5. Sed in Mss. aliter legitur. Vide Animadverſ. noſtras.

Accepti & expenſi ratio. Moſt. 1. 3. ℣. 145. Truc. 4. 2. ℣ 36.

Accepto, as. Valet ſæpe, *Accipio*, ſolitus accipere. Ea enim eſt ferè vis frequentativorum ut vocãt. ut, *factito, lectito* &c. Quare Iuriſconſulti eo utũtur de annuis reditibus, qui ſæpe recurrunt. Vtitur quidẽ eo verbo Plautus, ut & *Dato, as.* in eâ notione, & recentiores Cicerone. Cicero autem, & optima ætas eo non vtitur. Pſeud. 2. 2 ℣ 32. *Quid dubitas dare? H. Tibi ego dem? P. Mihi hercle verò, qui res rationesq; heri Ballionis curo, argentum accepto.* D. de alim. leg. *qui annos XX. aureos, & menſtruum frumẽtum, atq; vinum acceptavit.* Ita idem in l. tale §. 2. D. de pact. & in l. Seio. in fin. D. de ann. leg. Et Paulus l. 44. qui nominib. in fin. de admõ.

Acceptor: approbator. Trin. 1. 2. ℣. 167.

Acceptrix, & *Acceptrica*. Truc. 2. 7. ℣. 18. Vt, *ſenex, ſeneca, chœnix, chœnica.*

Acceptum eſt: *pro, certum & cõpertum eſt.* Moſt. 1. 3. ℣. 67.

Acceptum facere, pro, remittere. De quâ formulâ vide Lexicon Iuris. Cicero Accuſ. 3. cap. 60. *Quid tu ibi tum? quid facis? ſcandilium cogis? quid? ſponſionem acceptam facere.*

In *Acceptum referre*, & *ferre*. tralatè uſus eſt eo Cicero de libris. Quidam hodie ita loquuntur: *In apertum proferre.* pro eo, quod, *edere*, aut *divulgare*. Sed eos induxit Ciceronis loc⁹, ab aliis depravatus Parad. 1. cap. 1. ubi in Mss. libb. legitur: *Hoc autem eius in acceptum ut referas, nihil poſtulo.* Ita rectè Lamb. Quidam emẽdarunt, *in apertum ut referas*: putantque multi, *In apertum referre* Latinè rectè dici, pro, divulgare. P. Manutius

nutius in Epiſt. opere, Sannazarius, & alii. Sed falluntur. Vtuntur eo propriè Juriſconſulti ſæpe. Aemilius Macer lib. 7. §. 1. ad leg. Jul. rep. *Illud quoq; cavetur, ne in acceptum feratur opus publicum faciundum.* Paulus I. C. in l. 101. Paulus in fin. D. de ſolut. lib. 46. tit 3. *Cùm autem creditor pignus diſtraheret, licere ei pretiũ in acceptum referre.* Vide ibid. l. 1. & l. 73. Cicero in Verrem lib. 1. de Præturâ urbanâ c. 57. *Opus in acceptum retulit quadriennio poſt, quàm diem operi dixerat, hac conditione, ne ſi quis de populo redemtor acceſſiſſet.*

Accerſit, pro, *accerſiverit*. Men. 5. 2. ℣. 13.

Accerſitus. Stich 2. 3. ℣. 2. Ciſt. 1. 1. ℣. 84. & 107. *Nam ad matrem accerſita ſum.*

Accerſo, ſeu *Accerſere*, quidam rentur, non eſſe Latinum, atque pro eo ſemper, *Arceſſo* ſcriptum à veteribus. Nos utrumq; Latinum putamus: ſed *Accerſo* eſſe magis vetus pertendimus. *Arceſſo* Ciceroni uſitati⁹: de quo infra. Quare Lambinus in Comment. Horat. nimis confidenter (lib. 1. Epiſt. 5. ℣. 6. *Sin melius quid habes, accerſe, vel imperium fer*) vbicumq;, inquit, *Accerſere* ſcriptum eſt, *Arceſſere* reſtituendum. Modeſtius verò Paulus Manutius ad Epiſt. Cicer. 23. l. 7. ſibi non liquere ait, quid ſtatuat de eo, quod Diomedes lib. 1. & Chariſius, ſcribunt, hæc duo eò differre, quòd *Arceſſere*, pro Accuſare: *Accerſere*, pro, vocare ſumatur: quæ diſtinctio niſi ita accipiatur, ut *Acerſere* interdum pro Accuſare, *Accerſere* numquam ponatur, falſa mihi videtur. *Arceſſere* enim utrumque declarat, & vocare, & Accuſare. *Accerſere* valet tantum vocare. Plautus Capt. 5. 1. v. 30. *Tyndarum huc arceſſite.* & ℣. 29. *ſed quaſo hominem, ut iubeas arceſſi.* Ita utrobique Mss. Pall. omnes, excepto uno, qui *accerſite.* quod etiam retinet Ms. Pauli Stephani. Hoc obſervatu nõ indignũ, quòd interdum uno C, nempe, *Acerſo* reperiatur. Plautus Moſt. 5. 1. ℣. 3. *Nam herus me poſtquam rumiſit, ut filium ſuum acerſerem.* Ita Mss. Pall. quos diligenter inſpexi. Vide Animadverſ. noſtras. Agellius lib. 15. cap. 6. *Redeuntes Gracia, Brundiſium navem advertimus: ibi quiſpiam lingua Latina litterator à Brundiſinis acerſitus experiũdum ſeſe vulgo dabat.* Ita & hîc in opt. Ms. lib. ſcriptum fuit. Idem lib. 12. cap. 5. *Poſt deinde cùm Taurus medicos acerſiſſet.* Idẽ Ms. l. ſic habuit. Virg. lib. 10. Aen. verſ. 11.

Adveniet juſtum pugna (ne acerſite) tempus.

Ita & ibi exaratum in opt. lib. Mss. teſtatur Pierius. Varro Rhetor. lib. 20. apud Nonium

um: *Vt Conſules ac prætores qui ſequuntur in caſtra Accenſi dicti, quòd ad neceſſarias res acciantur, veluti Acerſiti: & quos nunc dicimus Deputati.* Sic ibi Ms. Puteani: Suetonius in Tito cap. *Galba mox tenente Remp. miſſus ad gratulandum, quaq; iret, converti homines, quaſi adoptionis gratiâ acerſeretur.* Lucanus lib. 1. ♆. *totoque acerſitur orbe.* Sic ibi quoque vett. libb. quos contuli cum edd. Plautus Ciſtell. 1. 1. ♆. 84. & 107. *nam ad matrem accerſita ſum.* Terentius ſemper utitur *Accerſo*, numquam *Arceſſo*. Vt Andr. 1. 5. ♆. 63. *Obſtetricem accerſo.* Et ſæpè in eadē Comœdiâ, ut. 3. 4 ♆. 2. *Cur uxor non accerſitur?* Hec. 1. 2. ♆. 110. *accerſi jubet.* Sic opt. cod. Bemb. Eun. 5. 2. ♆. 53. *nutricem accerſitum iit.* Et 3. 3. ♆. 4. *juſſit me ad ſe accerſier.* Cæſar lib. 1. de bell. Gall. cap. *Tranſiſſe Rhenum ſeſe non ſuâ ſponte, ſed rogatum, & accerſitum à Gallis.* ita etiam in in opt. libb. vett. Sic &

Accerſitor. Sed hoc novum eſt verbum, quo politiores non utuntur. Plin. lib. 5. Epiſt. 6. *Nam ſuper illa, quæ retuli, altius ibi otium, & pinguius, eoq; ſecurius: nulla neceſſitas togæ, nemo accerſitor ex proximo.*

Acceſſio. Interdum ponitur pro homine, qui accedit, ut fidejuſſor, comes, aſſecla, & miniſter: qui dicitur *Acceſſio*. Vt *Vmbra* interdum ponitur pro perſonâ. Cicero in Verrem lib. de jure dicundo cap. 53. *Is ſuo labore ſuisque acceſſionibus hujus negotij atque operis moleſtia conſequebatur, ut ad iſtum ſine ullâ ſollicitudine ſumma pecunia referretur.* Valerius lib. 5. cap. 7. *Nec acceſſio glorioſa illius pompæ, ſed author ſpectatus eſt.* Sic v. c. vulg. *acceſſor.* Paulus Jc. in l. ſi ſervum 91. §. nunc videamus. D. de verb. oblig. *Vtique autem principalis debitor perpetuat obligationem: acceſſiones an perpetuent, dubium eſt.*

Acceſſio, ut & *Additamentum*, interdum de homine. Vide Lexicon Juris: & paulò ante.

Acceſſio eſt. Eleganti forma dicit Comicus. Trin. 3. 2. ♆. 83. *Quid tibi huc acceſſio eſt in con. ilium?* Et Trucul. 2. 2. ♆. 3. *Quid tibi ad haſce ædes acceſſio eſt, aut pultatio?* Vide Mantiſſ. *Periph.* & *Verbalia* in Io.

Acceſſio interdum de pecuniâ. Vulg. *Augmentum.* Cicero pro Rab. Poſthumo cap. 11. *Adde illud etiam, qui tandem convenit, aut tam gravi onere tributorum ad tantam pecuniam cogendam mille talentûm acceſſionem eſſe factam?* Et eodem loco *deceſſio*. Germ. ein Abbruch.

Accibo. Mil. 3. 3. ♆. 61. Vbi tamen Acidalius *acciebo* verſus causâ ex veteribus libb. ſcribendum contendit.

Accidere ad terram. Pœn. 2. 1. ♆. 38. 39.

Accidit, pro, euenit, efficitur. Amph. 1.3.✝. 52.

Accidit aures ſonitus: ad aures. Stich. 1.2.✝. 31. Lucret. IV. 569 *Qua pars vocum nō aures incidit ipſas*. Vide Lexicon Lucretianum.

Accidere ad aures, ad animum. *Accidit fama, clamor, vox, verbum* &c. Sæpe id depravatum in Authoribus, ac mutatū in *accedit*, *acceſſit*: quod jam olim Clariſſ. Giſanius admonuit in Collect. Lucret. Livius lib. 8. cap. 24. *quod ubi ad aures accidit Regis, adjecit extemplò animum fatis ſuis*. Et lib 27. cap. 17. *Quod ubi paulò ante ſtrepebant, excitantes vocantesque ad arma, inde nulla accidebat vox*. Et lib. 28. cap. 7. *Inde cum fama accidiſſet, Pruſiam Bithyniæ Regem in fines regni ſui transgreſſum*. Et lib. 29. cap. 6. *Ni clamor ab ijs, qui extra arcem erant, ſublatus, incertus unde accidiſſet (omnia vana augente nocturno tumultu) feciſſet*. Idem lib. 32. cap. 30. *Poſtquam fama accidit, alterum Conſulem Boiorum urere agros*. Et lib. 40. cap. 32. *Iam clamor ſuorum vincentium accidebat, jam ardentia hoſtium caſtra apparebant*. Terentius Hec. 3.5.✝. 32. *Pamphile, ad aures haud invito ſermo mihi accidit tuus*. Sic ibi rectè emendavit Palmerius. vulg. *acceſsit*. Sic etiam Attius apud Nonium in, Eliminor. *Simul agnita vox ad aures accidit*. vulg. *acciuit*. male. Plaut. Stich. 1.2.✝. 31. *ſonus ad aures accidit*. Ad Attic. lib. 3. Epiſt. 20. *Quod vetas ſuſpicari me, quidquam ad animum tuum accidiſſe*. vulg. *acceſſiſſe*. Salluſt. Jugurth. cap. *Quò accedam? quem appellem?* Palmerius ex vetere Interprete Cornuto an Aſpero legit, *Quò accidam?* Sed de eo dubito: ut & de illo in Cæliana cap. 11. *Oratio ad animum accederet*. ubi fortaſſe rectius: *Oratio animum accenderet*. quod approbavit Palmerius. Sed de eo non dubito, quin Cicero ita ſcripſerit lib. 1. Attic. Epiſt. 14. *Ad pedes ſingulorum accidente Clodio legit*. ut & illud Cicer. Accuſ. 4. cap. 1. *Denique nihil iſtum, quod ad oculos animumque acciderit. &c. totâ in Siciliâ reliquiſſe*. ita rectè ex vett. libb. Lambinus: ut & illud in Vatin. cap. 2. *Non putas fas eſſe verbum ex ore ire cuiusquam, quod non jucundum & honorificum ad aures tuas accidat*. Pro Sextio cap. 50. *Egit cauſam ſummâ cum gravitate, copiâque dicendi, tanto ſilentio, tantâ approbatione omnium, nihil ut umquam tam videretur populare ad ipſius populi Romani aures accidiſſe*. Varro Parmen. apud Nonium, Trabs. *Alia trabs pronis in humum accidens proximè frangit ramos*. Valerius Flaccus lib. 4. ✝. 580. *Protulit ira Iovis: vox hæc ſimul accidit aures*. Ita enim rectè

rectè duos hos locos correxit olim Clar. Giſanius in Lucretio ſuo. Nam ſic Poeta ille lib.2.℣.1022.

Nam tibi vehementer nova res molitur ad aures
Accidere.

Attius Meleagro apud Nonium: *ſimul ac nota vox aures accidit.*

Accidere. *Si quid mihi, tibi, illi, acciderit.* Et plenius: *Si quid humanitus ei acciderit*: de morte, leniore verbo, intelligitur. Eo & Cicero utitur: ſed recentiores creberrimè. Ita & Græci: ἤν τι πάθοι. Cicero lib.2. Rhetor. de Invent.cap. 21. *Cujus heres non illo in tempore in Teſtamento quisquam ſcriptus erat, ſi quid pupillo accidiſſet.* Et Philipp.1. cap. 4. *Si quid mihi humanitus accidiſſet (multa autem impendere videbantur præter naturam præterque fatum)* Seneca lib. 2. Controv. *Vir & uxor juraverunt, ut ſi quid alteri accidiſſet, alter moreretur.* Paterculus lib. 2. cap. de M. Marcello: *quem homines ita ſi quid accidiſſet Cæſari, ſucceſſorem potentiæ ejus arbitrabantur.* Vtitur & Suetonius in Auguſt. fin. Et Juris-conſulti: de quibus vide Lexicon Juris. ſic &, *ſi quid eo factum fuerit.* Cicero pro leg. Manil. cap. ubi de Pompejo loquitur: *Qui cum ex eo quæreret, ſi in uno Pompejo omnia poneretis, ſi quid eo factum eſſet, in quo ſpem eſſetis habituri.*

Ita &, *ſi quid ei contigerit*: *ſi quid ei eveniſſet.* Capitolinus in Albino cap. *Marius dicit, hunc animum Severo primùm fuiſſe, ut ſi quid ei contingeret, Peſcennium Nigrum & Clodium Albinum ſibi ſubſtitueret.* Sic & in l. 41. uxorem. §. Sejum C. de leg.3. ubi Scævula: *aut ſi quid ante contigiſſet alumnæ.* Cicero Catil. 4. cap. 2. *Et ſi quid obtigerit.* Vide etiam infra in, *Obtigerit.*

Accipe: Verberātis eſt, aut alios iniuria aliqua lædētis. Amph. 4.2.℣.28.

Accipere ex aliquo aliquid. Aſin. 4.1.℣.20.

Accipere: acriter obiurgare. Men.5.1.℣.7.

Accipere; pro *ſuſcipere.* Moſt.5.2. ℣. 23. *Accipito ad te hanc litem.*

Accipere benignis auribus: Pro, *Audire.* Amph.5.1.℣.35. Men. Prol. ℣.4.

Accipere: intelligere. Caſ.2.2. ℣.18.

Accipere mancupio. Trin. 2. 4. ℣.19.

Accipere & accipi: pro tractari in conuiuio, excipere conuiuio. Aul. 4. 4. ℣.3. Moſt.3.4.℣.7. Ciſt.1.1.℣.12. Mil.3.1.℣.82. & 141. Men.5.2. ℣. 44. Rud.3.5. ℣.21. Perſ.1.3.℣.32.

Accipere bene. Perſ. 5. 1. ℣. 6. Bacch.1.1. ℣. 69. *Magnifice* Pſeud. 1. 2. ℣. 35. *Lepidè.* Pſeud.4.1.℣.36.39.40. *Nitidè.* Ciſt.1.1. ℣.12. *Hoſpitio accipere.* Rud.2.4.℣.4. Terent.

BIBLIOTECA ... ROMA ... VITTORIO EMANUELE

Eun. 5. 8. ✠. 52. *Accipit hominem nemo melius.*

Accipere omen, dicebatur propriè Magiſtratus, aut dux belli, cùm omen temere oblatum probaret: *Non accipere omen*, cùm ut infauſtum reiiceret, & abominaretur. Livius lib. 9. cap. 14. *Samnites vociferari, ſe in authoritate Tarentinorum manere, nec deſcendere in aciem. &c. accipere ſe omen Conſules ajunt, & eam precari mentem hoſtibus, ut ne vallum quidem defendant.* Apud Ciceron. lib. 1. & 2. Divinat. Paulus Aemylius: *puellam complexus Accipio omen, inquit, mea filia. quod pater omen accepit.* Ovidius lib. 7. Metam. ✠. 623.

Accipio, ſintque iſta, precor, felicia mentis Signa tua, dixi, quod das, mihi pigneror omen.

Sic ibi legendum olim docuit Giſanius Collect. Lucret. verbo, Porgere. Livius lib. 38. cap. 18. *Accipere ſe omen cùm dixiſſet Conſul, caſtra eo loco poſuit.*

Accipere legem dicunt Jc. Vide Lexicon Juris.

Accipi conuiuio. Bacch. 5. 2. ✠. 63. *Feſtiuè.* Pſeud. 5. 1. ✠. 9. *Lepidè.* Stich. 5. 4. ✠. 3. 22. *Bene ac commodè.* Caſ. 5. 1. ✠. 1. *Hilarè & ampliter.* Merc. Prol. ✠. 90. *Accipi ſuâ pecuniâ.* Germ. Wirdt ſein Geſt. Truc. 3. 2 ✠. 30.

Accipi hoſpitio. Mil. 3. 1. ✠. 82. Vbi tamen τὸ *hoſpitio* de gloſſâ additum fuit, quod verſus non tolerat. Vide Animadverſ. noſtras.

Accipi inter: haberi. Stich. 3. 2. ✠. 38.

Accipiem. antiquè. Moſt. 3. 3. ✠. 11.

Accipiter pecuniarum. Perſ. 3. 3. ✠. 5.

Acclinis. Vix notum hodie nomen: quod ſæpe in libb. Mss. deprehenditur. Nam in impreſſis fere eſt *Acclivis.* Sic & *Reclinis* interdum dicebant. *Acclinis* autem propriè eſt de hominibus aliisque animantibus. *Acclivis* de aliis rebus. Ab illo & *Acclinatus.* Virgil. lib. 10. ✠. 835.

Arboris acclinis trunco ——

Cæſar lib. 6. de bell. Gall. cap. 27. *Atque ita paulum modò acclinatæ quietem capiunt. &, Huc cùm ſe conſuetudine acclinarunt.* Horat. lib. 2. Satir. 2. ✠. 5.

Cum ſtupet inſanis acies fulgoribus, & cùm Acclinis falſis animus meliora recuſat.

Ita in vett. libb. Mss. exaratum vidimus. Lucanus lib. 2. ✠. 356.

Legitimaque faces, gradibusque acclinis eburnis Stat thorus. Vulg. *acclivis.* Tacitus lib. 13. Ann. cap. 16. *Ille ut erat reclinis, & neſcio ſimilis.* Sic legendum. Vulg. *reclivis.* Statius lib. 1. Sylv.

Tunc ipſam ſolo reclinem adfata cubili.

Ita ibi leg. Et lib. 5. Sylv. in Ep-

Epicedio Patris:

— *nunc lumine ſicco*
Ordior, acclinis tumulo
— Vulg. *acclivus*.

Et lib. 10. Thebaid. ℣.

Acclines clipeis alios. Vulg. *Acclives*.

Et lib. 4. Sylv.

Vulturn⁹ levat ora maximo-
q; Pontis Cæſarei recli-
nis arcu.

Juſtinus Epit. Trogi lib. 28. *Ingreſſusque in urbem non humi conſedit.* &c. *ſed acclinis* (vulg. *acclivis.*) *pariet.* &c.

Accolere ædibus. Bacch. 2. 1. ℣. 4.

Accommodare clypeum ad dorſum. Trin. 3. 2. ℣. 93.

Accommodare: utendum dare. Aſin. 2. 4. ℣. 39.

Accredere: pro, credere. Aſin. 3. 3. ℣. 37.

Accongerere dona. Truc. 1. 2. ℣. 17.

Accredere. Lucret. III. 870.

— *facile hoc accredere*
poſſis, Semina ſæpe in eodẽ,
ut nunc ſunt, ordine poſta.

Vide ibi Collectanea Gifanij.

Accreduas ἀρχαϊκῶς: pro, *accredas*. Aſin. 5. 2. ℣. 4.

Accubare, Tricliniare verbum. Aſin. 5. 1. ℣. 3. Bacch. 1. 1. ℣. 48. & 1. 2. ℣. 33. & 4. 9. ℣. 14. & 4. 8. ℣. 10. Moſt. 1. 4 ℣ 27. & 1. 3. ℣. 150. & 2. 1. ℣. 21. Pſeud. 4. 4. ℣. 2. & 5. 1. ℣. 25. Stich. 4. 1. ℣. 63. & 4. 2. ℣. 38. 39. Trin. 2 4. ℣. 72. *Regiè accubare*. Stich. 2. 3 ℣. 52.

Accubare: de canibus hero accumbentibus. Mil. 2. 2. ℣. 57.

Accubare: tranſlatè ad vincula transfertur. Curc. 5. 3. ℣. 13.

Accubare: de concubitu. Bacch. 1. 1. ℣. 39.

Accubare: pro, *ſedere*, *eſſe*. Bacch. 3. 3 ℣. 50. *In lupanari accubãt*.

Accubitum ire. Men. 1. 4. ℣. 7. Pſeud. 3. 2. ℣. 101.

Accubuò. fictè ad imitationem *Aſſiduò*. Truc. 2. 4. ℣. 68.

Accumbere, quid proprie ſit, explicauit eruditè præter cæteros Philologos *Iuſtus Lipſius* lib. III. Antiq. lect. qui videatur. In eam rẽ non pauca dixi in Philoſophiâ *Plautinâ* Tit. *Conuiuiorum*, *Triclinij*. Sæpiſſimè autem meminit Plautus. Moſt. 1. 3. ℣. 149. & 1. 4. ℣. 13 Perſ. 5. 1. ℣. 15. & 5. 2. ℣. 14. Stich. 3. 2. ℣. 32. & 5. 1. ℣. 8. & 5. 4. ℣ 14. 15. & 5. 5. ℣. 9. 11. Truc. 2. 5. ℣ 26.

Accumbere in ſummo lecto. Stich. 3. 2. ℣. 32.

Accumbere ſcortum: pro, *ad*, vel, *ſcorto*. Bacch. 5. 2. ℣. 70. Men. 3. 2. ℣. 11. & 5. 9. ℣. 82.

Accurare. Caſ. 2. 6. ℣. 69. & 3. 3. ℣. 25. Men. 3. 3. ℣. 15. & 5. 2. ℣. 107. Moſt. 2. 1. ℣. 7. Pœn. 1. 2. ℣. 44. & 3. 3. ℣. 55. Perſ. 3. 1. ℣. 65. & 4. 3. ℣. 54. Mil. 2. 2. ℣. 10.

Accurare rem. Perſ. 4. 1. ℣. 1. 3. *Sobriè & frugaliter*. Epid. 4. 1. ℣. 39.

Accurare: effectum dare. Men. 1. 3. ℣. 24.

Accurare: accuratè operam dare. Trin. 1. 2. ℣. 41.

Accurare: adminiſtrare. Bacch. 5. 2. ℣. 33. *Penſum ego lepidè accurabo.*

Accurare prandium. Men. 1. 3. ℣. 25.

Accurare hoſpites: hoc eſt, operam dare, vt hoſpites curatè accipiantur. Epid. 5. 1. ℣. 55.

Accuraſſis. Pſeud. 4. 1. ℣. 29.

Accurata malitia. Truc. 2. 5. ℣. 20.

Accuratè & aſtutè exequi dolum. Truc. 2. 5. ℣. 10.

Accuratio. Rarius verbum, pro *accurato ſtudio, diligentiâ.* Cicero in Bruto, ubi de G. Macro cap. *At in inveniendis componendisque rebus mira accuratio: ut non facile in ullo diligentiorem accuratioremque cognoverim.*

Accurato opus. Mil. 3. 1. ℣. 209.

Accuratum habere: pro, *accurare.* Bacch. 3. 6. ℣. 21.

ACCVSANDI *caſus* pro nominādi, vide *ἀντίπτωσις*, in Mantiſsâ Lexici.

Accuſare aliquem aliquid. Trin. 1. 2. ℣. 19.

ACCVSATIVVS *ſæpe omiſſus*, vide *Agere* & *Verba activa*, in Mantiſsâ Lexici.

Accuſator. Interdum idem ferè quod *Delator*, ſeu *Iudex*, vel is, qui accuſandi artem velut factitabat, quod turpe fuit Romæ. Quare & Cicero *Accuſatorem* & *Iudicem* ſæpè conjungit. Vide infra Mantiſs. de verbis *ἐκ παραλλήλου*. Ex eo & *Accuſationem factitare* apud Ciceronem in Bruto legitur, & Tacitus dicit *Accuſationem exercere*, de quodam Criſpo. Cicero lib. 2. Offic. cap. 14. *Id cùm periculoſum ipſi eſt, tum etiam ſordidum ad famam committere, ut accuſator nominere, quod contigit M. Bruto.* Et lib. 2. de Orat. cap. *Quid in omni oratione Craſſus &c. vel contra accuſatorem Brutum.* &c. Et in Bruto cap. *Iſdem temporibus M. Brutus, in quo magnum fuit, Brute, dedecus generi veſtro: qui cùm tanto nomine eſſet &c. accuſationem factitaverit, ut Athenis Lycurgus. is magiſtratus non petivit, ſed fuit accuſator vehemens & moleſtus.* &c. Poſtea. *Siſenna autem &c. ne à C. Ruſcio quidē accuſatore deterreri potuit.* &c. Et mox: *Quis eſt iſte C. Ruſcius? & ille fuit accuſator, inquit, vetus.* &c. Et pro Cluentio cap. *Quos M. Brutus pater illius accuſatoris de iure civili reliquit.* Et in Vatinium cap. *hominem noſtra civitatis audaciſſimum, de factione divitem, ſordidum, maledicum accuſatorem.* Cælius ad Ciceron. lib 8. Epiſt. 12. *Poſtea non deſtitit arceſſere Polam Servium accuſatorem.*

Accuſitare. Moſt. 3. 2. ℣. 23.

Accuſſo. duplici *ſſ*. dicebant veteres, teſte Bedâ Tractatu de Orthographiâ. Et ſic Membranæ Pall. V. C. Aul. 2. 6. ℣. 14. Vbi vide Animadv. noſtras.

Acer, acerrimus, acerrimè. Veteres eo multum utuntur: & valet idem, quod *magnus*, *acerrimè*, *magnoperè*. Cornelius Nepos in Hannibale: Paucis diebus multos contraxit, cùm in apparando acerrimè eſſet occupatus.

Acer pro magno Lucretius ſæpe. *Acerrima ſuavitas*, pro *ſumma*. Cicero lib. 3. de Orat. cap. *Licet hoc videre in reliquis ſenſibus, unguentis, minus diu nos delectari, ſummâ & acerrimâ ſuavitate conditis.* Nepos in Hannib. *Cùm in apparando acerrimè eſſet occupatus.*

Acerba res, pro inchoatis, & ut vulgò, imperfectis. Vide infr. *Impolitus.*

Acerbum: malum. Rud. 1. 3. ℣. 2.

Acerbum: moleſtum. Epid. 5. 2. ℣. 52.

Acerbus: immaturus, crudus. Amph. 1. 1. ℣. 35. *Acerba funera.* Aſin. 3. 3. ℣. 3 ſed *Acerba virgo* eſt ἄωρος, nondum matura viro.

Acerrimè: vehementer aſſerentis & concedentis. Pſeud. 1. 3. ℣. 129.

Acervum comedere: vt mures. Caſ. 1. 1. ℣. 38.

Acetum: pro *ſapientia*. & acrimonia iudicii. Bacch. 3. 3 ℣. 1. *Acetum peracre eſt in pectora.* Vide PROVERBIA in Mantiſſa Lex.

Acetum acerbum. Truc. 1. 2. ℣. 76.

Acetum prandere. Rud. 4. 2. ℣. 32.

Acetum acidiſſimum. Pſeud. 2. 4. ℣. 49.

Acherontis oſtium: pro inferno. Trin. 2. 4. ℣. 124. *Acheruns* namque etſi fluuius eſt: ſæpe inferos ipſos, non fluuium notat. Turneb. lib. 5. cap. 7. & lib. 19. c. 24. Vide etiam litt. O. *Oſtium Acher.* & paulò poſt, *Acheruns.* Scaliger in Appendice de Emendat. Temp. ait, eodem modo dictum, *Adramyt.* ὕπαυλις Πλύτωνος. *Mut* pœnis eſt pluto: ob peſtilentem ſcil. tractum oræ Africanæ.

Acherunti. Aduerbialiter: vt *Carthagini.* Merc. 2. 3. ℣. 11. Pœn. 1. 3. ℣. 22. Truc. 4. 2. ℣. 36. Capt. 5. 4. ℣. 1. Vide etiam *Tempori.*

Acherunticus ſenex. Merc. 2. 2. ℣. 19. Mil. 3. 1. ℣. 31.

Acheruns: receptaculum mortuorum. Amph. 5. 1. ℣. 26. Pœn. 1. 2. ℣. 131.

Acheruns: de ſeruo vlmitriba. Caſ. 2. 8. ℣. 11. Sic dicitur,

Acheruns vlmorum: μιζοφορεσκῶν. Amph. 4 2. ℣. 9. Item,

Acheruntis gloria: de iis, quorum in tergo crebræ virgæ moriuntur: aut de ipſis mortuis. Capt. 3. 5. ℣. 31. Item,

Acherontis pabulum: de homine malitioſo. Caſ 2. 1. ℣. 12.

Acheruntem: Aduerbialiter. Moſt. 2. 2. ℣. 67. Nam τὸ *in* expungi debet, ſuaſu omnium Mſſ. codicum. Sic dicitur,

Acheruntem venire. Pœn. 4. 2. ℣. 9.

Ad Acheruntem mittere. Eſt, interficere. Caſ. 2. 8. ℣. 12. Sic Ovid.

Ovid.lib.12. Metam. ℣. 257. *Tartareas miſit ad umbras.* Idem : *Mittere me Stygias ſi jam voluiſſet ad undas.* Virgil. Aen. lib. 11. ℣. 563. *Et quos mille die ſub Tartara miſi.*

Acheru[n]ticas regiones colere: hoc eſt, mortuum eſſe. Bacch. 2. 2. ℣. 21.

Achilles: pelides. Bacch. 4. 9. ℣. 5.

Achilles; κατ' ἀντονομασίαν de omnium Græcorum pulcerrimo & fortiſſimo. Mil. 1. 1. ℣. 61.

Achilles: de glorioſo milite. Mil. 4. 2. ℣. 69.

Achilles Thetide prognatus. Epid. 1 1. ℣. 33.

Achilles Ariſtarchi. Tragœdia ab Ennio Latinè verſa. pœn. prolog. ℣. 1.

Achilli: pro, *Achillis:* Bacch. 4. 9. ℣. 14. Rud. 2. 3. ℣. 72. *Herculi.*

Achillis arma. Epid. 1. 1. ℣. 32.

Achiui. Græci Troiani. Bacch. 4. 9. ℣. 12.

Acidiſſimum acetum. Pſeud. 2. 4. ℣. 49.

Aciem orationis conferre. ἀλληγορικῶς pro *colloqui.* Epid. 4. 1. ℣. 10.

Aciem oculorum præſtringere. Merc. 5. 3. ℣. 7.

Acies: ambiguè & eleganter poſitum, pro acie oculorum, & acie hoſtium. Mil. 1. 1. ℣. 4.

Acies fallaciarum. Mil. 4. 2. ℣. 37.

Acies gladiorum. Truc. 2. 6. ℣. 11.

Acinus, eſt bacca uvæ, oleæ, hederæ, ſambuci &c.

Ejus partes ſunt:
- *Folliculus.* Græcè *γίγαρτον*(?) plinio, cortex, & corium.
- *Succus,* qui à multis *ſanguis uvæ.*
- *Caro,* in quâ caro velut ſanguis latet.
- *Nucleus, τὸ γίγαρτον.* quod in oleâ *σίπυον ſamſa.* Columella & Palladius *nucleos* & *vinacia* vocant : ſed novo uſu.

Uua. racemus, βότρυς, idem valent: ejus multi acini.

Acquirere, valet interdum *adijcere : ad* h.e. amplius aliquid quærere. Cicero Tuſcul. lib. 1. cap. 45. *Multa mihi ipſi ad mortem tempeſtiva fuerunt, quæ utinam potuiſſem obire. nihil enim jam acquirebatur, cumulata erant officia vitæ.*

Acrisfugitor. Trin. 3. 2. ℣. 97.

Acroaſis. Eſt & locus, & ipſa diſputatio. *Auditorium* vulgò & *lectio* dicitur. Sic & *Concio* dicitur de loco & oratione ipſa. Sic & *Diatriba.* & de loco, & de re, ſive diſputatione. *Acroaſin* quoque *facere* dicunt veteres, quod vulgò, *Lectionem f.* De reipsâ ac diſputatione notum negotium. Sic enim libri Ariſtotelis *Acroaſios Phyſica* accipiendi videntur. De loco ita Cicero ad Attic. lib. 15. Epiſt. 17. *Et mehercule ipſi⁹ filij mei litteras ſic & φιλοστόργως & εὐπινῶς ſcriptæ, ut eas vel in Acroaſi audeam legere.* Quomodo & eodem libro Epiſt. 15. *ut vel in concione*

concione dicere auderem. Ita & Plutarchus lib. de amico ab adul. diſcern. ὅθεν ὁρᾶν ἐστὶν αὐτοὺς ἕδρας πλείονας ἐν ἀκροάσεσι καὶ θεάτροις καταλαμβάνοντας. Et Appianus lib. 4. de bello civili: ubi de M. Antonio Athenis ſine lictorib⁹ prodeũte: ἐξῄει δὲ ἄνευ σημείων, σὺν δύο φίλοις, καὶ σὺν ἀκολούθοις δύο, εἰς διδασκάλων διατριβάς, ἢ ἀκροάσεις. Ita & Varro apud Nonium. Bellum. *Diogenem litteras ſciſſe, tum uſui, quod ſatis eſſet, tum quod etiam acroaſi bellorum hominum*. Ita ex vett. libb. Gulielm. Suetonius lib. de claris Grammat. ubi de Cratete: *Per omne legationis ſimul & valetudinis tempus, plurimas acroaſes ſubinde fecit, aſſidueque diſſeruit*. Vitruvius lib. 10. cap. ult. *Eo tempore quidam architectus ab Arado, nomine Callias, Rhodum cùm veniſſet, acroaſin fecit, exemplumque protulit muri*.

Hinc & *Acroamata* dicebantur ipſi Cantores, & Ludij. Germ. die Zeuger / ſpielleut / Muſici. Euripides apud Stobæum cap. 6. videtur μηχανήματα vocare. Sed hi ſunt potius vel funambuli, vel ſaltatores. Cornelius Nepos in Vitâ Titi Pomp. Attici: *Nemo in convivio ejus aliud acroama audivit, quàm anagnoſten*. Cicero pro Archiâ cap. *Cùm ab eo quæreretur, quod acroama, aut cujus vocem libentiſſimè audiret: ejus, inquit, à quo ſua virtus optimè prædicaretur*. Et pro Sextio cap. *Ille ipſe ludius non ſolùm ſpectator, ſed actor & acroama, ne ſine corollario diſcederet, emblemata curavit*.

Acta. propriè, magiſque uſitatè dicuntur de ijs, quæ in pace, in ſenatu, judicio, foro, Rep. quis egerit. Cicero philipp. 1. & *Actum* dicit, quod rarum, cap. 7. *Ecquid eſt, quod tam propriè dici poſſit actum ejus, qui togatus in Rep. cum poteſtate, imperioque verſatus ſit, quàm lex?* Salluſtius tamen eo utitur, & de rebus geſtis in bello. Vt in Jugurth. cap. *Milites alius alium læti appellant, acta edocent, atque audiunt. &c. lachrymans obteſtatur per amicitiam, perque ſua antea fideliter acta, ne ſuper tali ſcelere ſuſpectum ſe haberet. &c. alij ſtudio talium rerum incitati, quis acta conſiliumque ignorantibus, tumultus ipſe, & res novæ ſatis placebant*. Mox vocat *res actas*. Videtur & Cicero ita uſus l. 2. de Orat. c. 15. ubi de ordine rerum, quas narrat hiſtoria: *Vult etiã, quoniam in rebus magnis, memoriâque dignis, conſilia primum, deinde acta, poſtea eventus exſpectantur: & de conſiliis ſignificari, quid ſcriptor probet, & in rebus geſtis declarari, non ſolùm, quid actum, aut dictum ſit, ſed etiam quomodo &c.* Sed Ovidius.

Ovidius,alijque:poſtea, *Acta* etiam de quolibet privato uſurpant, contra uſum veterum.

Acta quoque à recentioribus, & in Jure, pro ipſis Commentarijs & monumentis actorum ſumuntur. Vide Lexicon Juris.

In *Acta mittere*, proverbij ſpeciem habet, pro, divulgare, publicare. Seneca lib. 2. de Ben. cap. 10. *Beneficium in acta non mitto.* De Actis fuſè diſſeruit J. Lipſius ad lib. 5. Annal. Taciti.

Acta, pro littore, Græce ἀκτή. uſitatum tamen Latinis, ut & alia nonnulla, *Aer*, *Ather* &c. Videtur autem pars littoris aliqua amœnior, & ſecretior, propriè dicta *Acta*, nam & Gloſſarium id indicat. *Amœnia*, αἰακταὶ. Nepos in Ageſilao: *Quod ei uſu venit, cùm annorum* LXXX. *ſubſidio Tacho in Aegyptum iviſſet, & in actâ cum ſuis accubuiſſet ſine ullo tecto.* Cicero in Verr. Accuſ. 5. cap. *Illo autem tempore iſte, tamen eſt hominis impudentia, quam noſtis ipſe tamen, cùm vir eſſet Syracuſis, uxorem ejus parùm poterat animo ſoluto ac libero tot in actâ dies ſuos habere.* Virgilius lib. 5. Aen. verſ. 612.

> *At procul in ſolâ ſecreta*
> *Troades actâ*
> *Amiſſum Anchiſen flebant.*

Prudentius contra Symm. lib. 1.

> *Invenit expoſitum ſecreti*
> *in littoris actâ.*

Cicero Accuſat. V. in Verr. cap. 25. *Quod ubi iſti nunciatum eſt, tametſi in actâ cum mulierculis jacebat ebrius.* Sic ibi. Vet. Cot. Et Cujacius lib. 8. Obſer. cap. 1. quod Lambinus ſibi ſumſit poſtea. vulg. *noctu*. Et poſtea cap. 36. *tum iſtius acta commemorabatur: tum flagitioſa illa convivia.* Ita eum locum H. Meſmius coniecturâ ductus egregiè emendavit. Nam in libris ſcriptis eſt, *acta commemorabantur.* Quam lectionem vulgatam etſi improbat is, qui Gulielmianam Editionem Ciceronis pronuper Hamburgi protruſit: tamen in textu reliquit. Quis hic candor? quæ fatuitas hominis vaniſſimi?

Actio rerum. Vt, *Actus* illius rei, aut huius: ut *Agere* hanc, aut illam rem: eique ut contraria opponitur *oratio*. Plærumque *facere* & *facta* dicimus. Cicero tamen *actionis* verbo ita uſus eſt. Cicero lib. 1. Offic. cap. 35. *Quodque facere turpe eſt, modò occultè, id dicere obſcœnum eſt. itaque nec*

nec actio aperta rerum illarum petulãtiâ vacat, nec orationis obſcenitas.

Actor. qui agit, aut loquitur. Bacc.2.2.℣.35.

Actum eſt. Pſeud.1.1 ℣.83.Stich. 5.5.℣.10.Ciſt.4.2.℣.17. *Actũ eſt. ilicet.*

Actum eſt de collo meo. Pſeud.4. 7.℣.120.Trin.2.4.℣.194.

Actum eſt haud male. Pſeud.4.6. ℣.16.

Actus, ûs. pro actione. Eo verbo non eſt uſus Cicero: quamvis id nonnulli, in quibus & Nicolaus Gruchius, contenderint, inducti uno & altero, eoque mendoſo loco: ut hoc in Orat. pro Domo cap. 24. *Omnẽ diu collectam vim improborum, qua inveterata cõpreſſa odio, atq; tacito, iam erũpebat in actum, tam audaces duces, excepi meo corpore* &c. Sed eum Ant. Muretus lib.6. Var.lect.cap. 19. rectè emendavit: *jam erumpebat nacta tam audaces.* Sic in Orat. de lege Agrar. I. ad Populum extremâ: *quos in conſulatu inimicos eſſe, & animi & corporis actibus providi.* Sic ibi leg. vel, *acie.* ut Lamb. ubi vulg. *actib⁹.* Verùm poſt ætatem Ciceronis hoc verbum *Actus* in uſu eſſe cœpit. Cicero *facti, actionis, rei,* verbis uti ſolet: non eodem tamen omnibus in loco.

Actutùm. Dictio tota Comica. Amph. 1.1.℣. 204.& 1.2.℣. 14.&.1.3. ℣. 32. & 2.3. ℣. 80. Curc.5.3.℣.49. Capt. 3.5.℣. 75.Bacch.4.1.℣.6.&4.7.℣.1.& 5.2.℣.85.& 5.1.℣.29. Moſt.1. 1.℣.16.67.68.& 3.1.℣.68. & 4.1.℣.32.& 4.4.℣.59. Pſeud. 1.2.℣.53.& 1.5.℣.148. & 4.2. ℣.37. Merc.2.3.℣.38.55. Pœn. 1.2.℣.133.& 3.5.℣.39. Perſ.4. 4.℣.105.& 5.1.℣.13. Et alibi.

Acu tangere rem. Rud. 5.2. ℣. 19.

Aculeatum: pro periculoſo. Bacch. 1.1.℣. 29.

Aculeum dimittere: pro, virus emittere, & evomere: quaſi proverbium ex Græco. Cicero pro Flacco cap.17. *Flacco verò quid profuit? qui valuit tam diu, dum huc prodiret: mortuus eſt aculeo jam dimiſſo, ac dicto teſtimonio.* Sic Plato in Phædone: ὥσπερ μέλιττα τὸ κέντρον ἐγκαταλιπὼν οἰχήσομαι.

Aculeus pungit pectus. Trin. 4.2. ℣.158.

Acum quærere. Proverb. Men. 2.1.℣.13.

Ad pro *Apud.* Ita illud vetus: *Ad urbem eſſe*: de quo infr. Liui.lib.7.cap.7. *Neq; ſegnius ad hoſtes bellum apparatur.* Sic leg. ex V.C. Cicero Phil.2. cap. 1. *tuamq; à me alienationem commendationem tibi ad impios cives fore putaviſti.* Et ad Attic. Epiſt. *Quæ etiam ad cæteros contempti cuiuſdam hominis commendatio.* Cæſar lib. 3. bell. Gall. *Quod nomen ad omnes nationes ſanctum, inviolatumque fuiſſet.* Sic Hier. Ferrar. ex v.l. vulg. *apud.*

Ad comparaté ponitur, quaſi conciſè: eleganter tamen. Ita &, *Ad hanc*, vel illam *rem*, vel *quoad eam rem*: Plautus Capt. 2. 2. ℣. 24. *Eugepæ! Talem talento non emam Mileſium. Nam ad ſapientiam huius ille nimius nugator fuit.* Mil. 4. 1. v. 21. *Ad tuam formam illa una digna eſt.* & 4. 6. ℣. 36. Trin. 3. 2. ℣. 97. *Ad ſūmos bellatores acrem fugitorē credo fore.* Terent. Eunuch. 2. 2. verſ. 70. *At nihil ad noſtram hanc.* Et 4. 4 ℣. 14. *Nec comparandus hic quidem ad illum eſt.* Cicero pro Muræna cap. *Quapropter non ſolùm illa gloria militaris veſtri formulis, atq; actionibus anteponenda eſt, verùm etiam dicendi conſuetudo longè & multum veſtra exercitationi ad honorem antecellit.* Et de Haruſp. reſp. cap. *Certè mihi exire domo meâ ad priuatum dolorem fuit luctuoſum, ad rationem Reip. glorioſum.* Et Parad. ult. *meam autem quoniam pecuniam contemnis. Eſt enim ad vulgi opinionem mediocris, ad tuam nulla, ad meā modica.* Et lib. 2. de Orat. cap. *quem cognovimus virum bonum, & non illitteratum, ſed nihil ad Perſium.* Et pro Deiotaro cap. *Nihil ad hunc equitatum.* Ita quoque IC. Paulus l. 8. in illa. D. de verb. oblig. *Tota enim obligatio ſub conditione, & in diem collata eſt: & licet ad conditionē committi videatur, dies tamē ſupereſt.* hoc eſt, quantum, quoad cond. Hæc enim eſt vis particulæ *Ad* apud bonos Authores, inquit Ruſſardus ad d. l. 8.

Auſonius in Profeſſoribus de Staphylio: *Grammatice ad Scaurum, atq; Probum promptiſſime Rhetor.*

Idem de Nepotiano: *Et diſputator ad Cleanthen Stoicum.*

Idem in dedicatione operis ad Syagrium:

—*quo gloria noſtra ſubiret*
Æmilium ad Scaurum, Berytiumq; Probum.

Phœbadius cap. 3. *Habere initium Pater negatur, hoc ideò vt filius non ad auctorem, ſed ad tempus habere credatur.* hoc eſt, ratione, reſpectu, conſideratione temporis.

Ad pro *ante.* Pſeud. 1. 5. verſ. 116. *ad veſperum.* Salluſt. Jugurth. capit. *Nam quæ ad hoc tempus Iugurtham tutata ſunt.* Horatius lib. 2. Epiſt. 2. verſ. 98. *Lento Samnites ad lumina prima duello.*

Ad pro *in*, vel, *apud.* Capt. Prol. verſ. 49. Caſ. 2. 2. verſ. 21. Pſeud. 4. 7. verſ. 136. Moſt. 2. 1. verſ. 5. Moſt. 3. 2. verſ. 82. 162. Men. 4. 2. verſ. 18. Capt. 2. 3. verſ. 98. & 3. 5. verſ. 41. Rud. Prol. verſ. 18. & 5. 1. verſ. 2. Cicero. Att. lib. 10 Epiſt. *Commodùm ad te dederam litteras de pluribus rebus; cum ad me bene manè Dionyſius fuit:* Plinius. Epiſt. *Ego quoque ad me habeo decretum provinciæ.* Livius l. 10. cap.

cap. *Minus cladis, cæterùm non plus armorum ad hoſtes erat.* Vide Briſſon. Parerg. Libr. ſing. ubi plura exempla recenſet etiam ex Jure civili.

Ad habet vim αὐξητικὴν. *Adpotus.* Amph. 1. 1. ℣. 126. Sic Cicer. *Adnocuitius, admodeſtior, adprimus, adprobus.*

Ad παρέλκει. Amph. 1. 2. ℣. 4.

Ad: pro, adverſùs, contra. Capt. 3. 4. ℣. 2. Caſ. 2. 2. ℣. 21. *Viri jus ſuũ ad mulieres obtinere haud queunt.* Pſeud. 1. 5. ℣. 38. *Itur ad te*: hoc eſt, contra. Terent. Heaut. 3. 2. verſ. 34. *Ad ſenem aliquam fabricam fingit.* Propert. lib. 2. Eleg. 24. *Lernæas pugnet ad hydras.* Attius Tereo apud Non. in *Contendere*; *Vt vim contendas ad majeſtatem viri.* Gell. lib. 18. cap. 4. *Ad ſophiſtas utebatur eo*; hoc eſt, adverſus.

Ad, valet, *de*: Aul. 3. 5. ℣. 23. Capt. Grex. verſ. 1. Symmachus lib. 4. Epiſt. 56. *Poſtquam vos ad virtutem verba feciſtis.*

Ad me. ad domum meam. *Ad nos.* Epid. 1. 1. ℣. 64. Moſt. 1. 4. ℣. 1. 5. Mil. 5. 1. ℣. 12. Menæch. 5. 2. ℣. 11. *Expetit ut à me ad ſeſe irem.* Cic. pro Milone: *Aricià rediens divertit Clodius ad ſe in Albanum*, h. e. in villam ſuam. Idem. *Tecum apud te fui.* h. e. in domo tua. Sic 1. Reg. 10. *Aſcende ad Deum.* h. e. *ad Dei fanum.*

Et Plautus: *Ad vos*; h. e. domum veſtram. Stich. 5. 5. ℣. 34.

Ad Acherontem, Trin. 2. 4. ℣. 93.

Ad dorſum clypeum accommodare. Trin. 3. 2. ℣. 93.

Ad frugem applicare animum. Trin. 2. 1. ℣. 34.

Ad id, uſquedum. Notanda particularũ elegantia. Moſt. 1. 2. ℣. 53. Liuius præfatione libri primi dixit: *Tantiſper certè dum*; &c.

Ad incitas redigere. vide litt. I. *Incita.*

Ad pro *ob.* Caſ. 2. 3. verſ. 19.

Ad *poſtremum.* Elegans formula. Aul. 3. 5. verſ. 52. Pœn. 4. 2. verſ. 22.

Ad prandium adducere. Pœn. 5. 5. verſ. 3.

Ad pro *uſque ad.* Moſt. 3. 1. verſ. 51.

Ad meridiem. Men. 5. 7. ℣. 33.

Ad valet *pro.* Aul. 3. 2. ℣. 15.

Ad aliquem viſere. Capt. 1. 2. ℣. 17.

Ad *cœlum ferre*, & Efferre. Vide *Cœlum.* Cui contrarium: *De cœlo detrahere.*

Ad *extremum.* Ita ſæpè Cicero: quod vulgò dicitur: *In fine.* Cicero lib. 1. de fin. cap. 4. *Ad didiſti ad extremum, etiam indoctum fuiſſe.*

Ad elegãter de numeris. Germ. Ben die. Cæſar lib. 1. de bell. Gall. cap. 5. *Oppida ſua omnia, numero ad duodecim, vicos ad quadraginta, reliqua privata ædificia incendunt.* Epid. 2. 2. ℣. 112. *Ad quadraginta minas.* Terent.

Heaut.

Heaut. I. 1℣. 92. *quaſi talenta ad quindecim coegi.*

Ad numum : *Ad libellam* Vulgò dicũt, *Ad unum obolum*. Cicero Attic. lib. 5. Epiſt. ult. *Quid opus eſt? inquam rationes au feratis: aſſidunt ſubducunt: ad numum convenit.*

Ad imperandum : pro, *Ad parendum*. Vetus eſt loquutio, & ferè obſoleta: quâ tamen jocans Cicero eſt uſus. lib. 9. Epiſt. 25. ad Papirium: *Sed jocabimur aliàs coram, & ut ſpero brevi: nunc ades ad imperandum, vel parendum potius.* Sic enim Antiqui loquebantur: ſed illa, *vel ad parendum potius*, ſcholion videntur redolere. Salluſt, Jugurth. cap. *ubi armis, viriſque & pecunia ſpoliatus eſt, cùm ipſa ad imperandum Tiſidium vocaretur, rurſus cœpit flectere animum ſuum.* Sic quoque Cæſar lib. 6. de bell. Gall. cap. 2. *Senones ad imperandum non venire.* quomodo feliciſſimè ibi correxit Ciacconius. nam vulg. *ad imperatum*.

Ad Idus Apriles : *Ad eam diem*: *Ad quam diem*. Cæſar lib. I. Bell. Gall. cap. *Legatus reſpondit; diem ſe ad deliberandum ſumturum, ſi quid vellent ad Idus Apriles reverterentur.* Et lib. 7. cap. *Labienum Trebonium hortatur, ſi Reip. commodo facere poſſint, ad eam diem revertantur.* Et lib. 2. de bell. civ. cap. *Edictumque præmittit, ad quam diem magiſtratus ſibi præſtò eſſe vellet.*

Ad Kalendas. *Ad* III. *Kall*. *Ad pridie Kall. Nonas Maij &c. Ad pridie Non. Maij &c.* Hæc rectè dicuntur Latinè: quæ tamen à Dionyſio Lambino innumerabilibus in locis Ciceronis mutantur, & pro *ad Kal. ad.* III. *Kal.* ab eo *a. d.* I. *Kal. a. d.* III. *Kal.* legerat ille, quod viri docti, & maxime Juriſconſulti, obſervarunt, veteres interdum *ante diem*, ante diem III. kall. &c. pro ipſo illo die, ipſo III. Kall. eleganter dixiſſe: de quo infra *Ante diem*. Sed & illis ſunt uſi veteres. Cicero Attic. lib. 2. Epiſt. 8. *kalendis Maij de Formiano proficiſcamur, ut Antij ſimus ad V. Nonas Maij. Ludi enim Antij futuri ſũt ad.* III. *Kall. ad pridie Nonas Maij. Eos Tullia ſpectare vult. Inde cogito in Tuſculanum: deinde Arpinum, Romam ad Kall. Iunias.* Ex quibus quædam ſine depravatione: ut *ad* III. *Kall. ad pridie &c.* Et *Romam ad Kall. Iun.* mutari non poſſunt.

Ad voluptatem loqui. Vide infr. *Voluptas.*

Ad voluntatem. Vide infr. *Voluntas.*

Ad urbem eſſe. vide Lexicon Juris.

Adagio, &, *Adagium*. Cicero ſemper *Proverbij* verbo utitur. Varro L. L. lib. 6. *Apud Valerium Soranum vetus adagio eſt.* & Cenſorinus de die

de die Natali: *ne in me, ut vetus adagium eſt, jure dicatur: Sus Minervam.* Donatus in Eunuch. *Et dicta & proverbia, & adagiones, quod rē agant, facetis hominibus adſcribuntur.* Plaut. Amph. Sc. DI voſtr. ℣. 40.

Adæque: abſolute. Caſ. 5. 1. ℣. 3.

Adæq; atq;. Capt. 5. 4. ℣. 2.

Adæque ut. Ciſt. 1. 1. ℣. 57.

Adæque: pro, *magis*. Moſt. 1. 1. ℣. 29.

Adeque: cum cōparativo. Capt. 4. 2. ℣. 48. *Adæque fortunatior*. Et, *æquè melius*. Capt. 3. 5. ℣. 41.

Adagium. Amph. Sc. DI. *voſtr.* ℣. 40.

Adaxint, adegerint. Aul. 1. 1. ℣. 11. Vide Feſtum Pompeium.

Adbibere orationem, tralatitiâ formâ, & uſitatâ. Mil. 3. 3 ℣. 10. Sic Aſin. 3. 3. ℣. 50. *Devorare dicta*. Moſt. 5. 1. ℣. 15. *Guſtare ſermonem*. Stich. 2. 3. ℣. 57. Ac ſapit Græciſmum.

Adbitere, adventare. ἀρχοῦχοῦς: Capt. 3. 4. ℣. 72. Vide etiam *Bitere* & *Perbitere*.

Addecet. Amph. 3. 4. ℣. 21. Caſ. 2. 2. ℣. 26. Bacch. 1. 2. ℣. 20. Pſeud 1. 5. ℣. 156. Moſt. 4. 2. ℣. 21. Merc. 2. 3. ℣. 80. Pœn. 1. 2. ℣. 115. Rud. 1. 1. ℣. 27. Rud. 5. 3. ℣. 36. Stich. 4. 1. ℣. 14. Trin. 1. 2. ℣. 41.

Addere. pro, *apponere*. Aul. 3. 6. ℣. 20. Capt. 3. 5. ℣. 50. Mil. 2. 3. ℣. 27. 34. Horat. l. 3. Od. 4. *Nequitiæ additus cuſtos*. Cicero: *Cuſtodem Tullio me apponito.* Vide etiam Servium ad lib 6. Æneid. Virg ℣. 90. ubi *addere* ſignificat *malum dare*, & *infeſtum eſſe*. Interdum etiam de verberibus frequentatur. Livius de ſupplicio Taureæ Campani: *Adde virgas viro forti.*

Addere gradum, pro, Augere, citius ire. Livius lib. 3. cap. *In utroq; agmine, quas tempus ipſum poſcebat adhortationes, erant, qui adderent gradum, maturato opus eſſe, ut noctē ad hoſtem pervenire poſſent.* Et lib. 26. cap. *Alacresq; milites alius alium ut adderet gradum, memor ad defendendam ire patriam.*

Addere verbum. Trinc. 2. 4. ℣. 63.

Addicere. Verbum augurale eſt. Capt. 1. 2. ℣. 78. *Meis me addicam legibus*: hoc eſt, meo modo & conditione utar. Nonius: *Addictum eſt quaſi devotum, & obnoxium.* Cicero Tuſc. II. *Certis quibuſdam deſtinatisq; ſententiis addicti conſecrati ſunt.*

Addicere: vendere. Pœn. 2. 1. ℣. 50 Eſt autem proprium Prætoris, rem alicui, ut ejus fiat, pro poteſtate attribuentis. Capt. 1. 2. v. 78. Merc. 3. 4. ℣. 31. Pœn. 1. 1. ℣. 58. & 3. 1. ℣. 61. & 5. 6. ℣. 4. 24. Vide Lexica Juriſconſultorum, inprimis Joannis Calvini: & Paſſer. ad Prop. III. Eleg. 11.

Addicti, fuerunt, qui cum non eſſent ſolvendo, creditoribus addicebantur: nec ſervitute eorum liberabantur, niſi de-

C bitis

bitis quocumque modo perſolutis. Bacch. 5.2.℣.86. Vide Agellium lib. 10. cap. 1 & Forum Romanum Polleti.

Addictum tenere: in iudiciis. Pœn. 3.4.℣.10. & 5.6.℣.24. & 4.2.℣.11. *Addictum habere.*

Addictus Iudex: *Addicere Iudicem, Addicere arbitrium.* Verba Juris. Vide Lexicon Jur. Paulus Jc. l. Iudex datus 46. D. de Judic. *Iudex*, inquit, *datus in eodem officio permanet, licet furere cœperit: quia rectè ab initio Iudex addictus eſt.* Sic ibi Flor. Pomponius. in l. 80. Si in Iudicis. D. de Iudic. *Si in Iudicis nomine pro nomine erratum eſt, Servius reſpondet, ſi ex conventione litigatorum is Iudex addictus eſſet, eum eſſe Iudicem, de quo litigatores ſenſiſſent.* Seneca Epiſt. 66. *In locum ſtili ſermo ſucceſſit: ex quo eam partem ad te perferam, quæ in lite eſt, te arbitrum addiximus: plus negotij habes.* Vbi tamen Lipſius lib. 1. Elect. cap. 18. leg. putat: *adigimus.* Varro lib. 5. LL. *Hinc ab indicando, indicium. hinc illa, indicit bellum, indixit funus, prodixit diem, addixit judicium.* Valerius lib. 8. cap. 2. *De quâ re G. Aquillius &c. Iudex addictus &c.* Ita leg. vulg. *adductus.* Macrob. lib. 1. Satur. cap. 16. *Et quod Trebatius in libro primo Religionum ait, nundinis magiſtratum poſſe manu mittere, juditiaque addicere.* Sic & ibi leg. Vulg. *adijcere*, Et in lege Maniliâ apud Frontinum: *E jus magiſtratus de eâ re jurisdictio, Iudicisque datio, addictio eſto.*

Additus, pro modeſto. Aſconius in II. Verr. Verbum Cicer. *adſiduum* ita explicat: *Aſſiduum, moleſtum, additum.* Sic Lucillius apud Agellium: *Si mihi non Prætor ſiet additus.*

Adduce: Pœn. 1.3.℣.15. & 5.3.℣.50. Perſ. 3.3.℣.34. Stich. 1.2.℣.94. Truc. 2.6.℣.52.60.

Adducere & adferre diſtinguuntur. Pſeud. 2.4.℣.21.

Adducere proprie eſt puellã alicui cõciliare. Mil. 3.1.℣.195. Tibul. lib. 1. Eleg. 6.℣.59. *Hæc mihi te adducit tenebris.* Inde *Adductrices*. conciliatrices ſtupri.

Adducere ad: Aſin. 5.2.℣.66. Pſeud. 3.2.℣ 78.

Adduciturus. Truc. 1.2.℣.30.

Adducere. pro *Obducere*: eſt aliquem contraducere, qui alteri aduerſetur: fumum ſcilicet, hoc eſt, dolorem æmuli, ſeu competitoris ſui oculis concinnaturus. Aſin. 1.1.℣.73. *Dotalem ſeruũ adduxit.* Rud. 4.4.3 *Quæ me pellices adduxe dicet ante oculos ſuos.* Sic Ouid. in Heroid. *Ante meos oculos adducitur aduena pellex.* Et Cicer. ad Attic. l. *Vt mihi videatur, non eſſe ἀδυνατον Curiũ adducere.* Vide etiam *Obducere.*

Adductũ, pro ſevero, triſti: quod aliàs, *Contractũ.* Sed eo poſteriores Cicerone ſunt uſi. Cicero tamen *Adducendi* verbo utitur pro, *Contrahere.* ſed non de animo. Tacitus lib. 15. Ann. cap. *Pluribus ſermonibus*

Adeo

modò familiaritate juvenili Nero, & rurſus adductiꝰ, quaſi ſeria conſociaret. Et lib. 3. Hiſtor cap. *Minucius Iuſtus quia adductius, quàm civili bello imperitabat, ſubtractus militum ira.* Ita ibi Lipſius. Seneca Epiſt. 106. 107. *Non gaudium extollit: non triſtitia adducit?* Ita rectè Eraſmus. & ita vett. libb. teſte Vito Garnero. Muretus non rectè: *abducit.*

Adeò variè & eleganter à Plauto vſurpatur. Rud. 5. 3. ℣. 64. Stich. 2. 1. ℣. 21. 59. Pœn. 1. 2. ℣. 57. & 3. 5. ℣. 37. & Stich. 1. 1. ℣. 12. & 5. 2. ℣. 16. & 5. 4 ℣. 15. Pœn. 4. 2. ℣. 38. Pœn. 3. 3. ℣. 28. Rud. 5. 3. ℣. 32. Merc. 2. 3. ℣. 60. Trin. 1. 2. ℣. 144. 166. Truc. Prol. ℣. 21. & 2. 2. ℣. 12. 34. & 2. 4. ℣. 6. & 2. 1. ℣. 6. 8. & 4. 2. ℣. 52. & 4. 3. ℣. 1. & 4. 3 ℣. 74. *Amplicat ſentẽtiã* & ſignificat *Etiam* Pſeud. 4. 1. ℣. 52. & 1. 2. ℣. 52. & 4. 7. ℣. 3. Caſ. Prol. ℣. 77. Bacch. 4. 9. ℣. 44. & 5. 1. ℣. 17. Videtur quoque *παρέλκειν*. Pſeud. 1. 2. ℣ 51. 57. & 1. 4. ℣. 5. & 3. 2. ℣. 66. Caſ. 2. 6. ℣. 15. & 3. 3. ℣. 6. Men. Prol. ℣. 21. & 1. 2. ℣. 11. 14. & 2. 2. ℣. 22. & 4. 2. ℣. 32. & 5 2. ℣. 18. 75. Amph. 1. 1. ℣. 97. Curc. 5. 3. ℣. 37. Epid. 2. 2. ℣. 32. Merc. Prol. ℣. 26. & 5. 2. ℣. 18. & 5. 4. ℣ 33. 58. Mil. 2. 5. ℣. 28. & 4. 4. ℣. 55. Rud. Prol. ℣. 21. & 1. 2. ℣. 15. & 4. 4. ℣. 123. & 4. 5. ℣. 9. Bacch. 1. 3. ℣. 49. Trin. 4. 2. ℣ 73. Epid. 1. 1. ℣. 8.

Notat illationẽ. Amph. 1. 2. ℣. 6. & 2. 2. ℣. 46. & 3. 3. ℣. 28. Merc. 2. 1. ℣. 10. Epid. 5. 2. ℣. 19.

Ornat. Pſeud. 1. 2. ℣. 80.

Innuit cauſam impulſiuam. Aul. 3. 2. ℣. 17. Curc. 5. 3 ℣. 2. Bacch. *Grex.* ℣. 3. Caſ. 3. 2. ℣. 4. Aul. 2. 4. ℣. 12. Capt. 4. 2. ℣. 44. Aſin. 2. 3. ℣. 23. & 3. 1. ℣. 19.

Cauſam finalẽ indicat. Amph. 3. 2. ℣. 71. Aul. 4. 10. ℣. 9.

Cõparatè vſurpatur. Amph. 5. 2. ℣ 4. Aſin. 4. 1. ℣. 23. Curc. 2. 3. ℣. 54. Caſ. 4. 3. ℣. 4.

Notat circumſtantiam temporis. Ciſt. 1. 2. ℣. 5. & 2. 3. ℣. 40.

Adeò elegantia prorſus *ἀνωνύμως* vſurpatur. Merc. 5. 4. ℣. 64.

Adeò initiò poſita, valet idem quod. *quin etiam imò, quod plus eſt.* Moſt. 3. 1 ℣. 96.

Adeò pro, *autem, quidem, porro.* Moſt. 2. 2. ℣. 46.

Adeò continuationem orationis notat. Epid. 1. 1. ℣. 51.

Adeouſque dum; eò vſque dum. Amph. 1. 1. ℣. 10. Aſin. 2. 2. ℣. 62.

Adeò, pro igitur. Nam vim illatiuam habet. Merc. 2. 2. ℣. 57. Mil 2. 2. ℣. 4. Pſeud. 1. 2. ℣. 51. Rud. 3. 4. ℣. 23. 26. Alia loca paulo ante citata, inſpice & confer.

Adeò vt ne. Mil. 2. 2 ℣. 9.

Adeò. vt; pro, *eo modo, quo modo.* Epid. 4. 1. ℣. 38. 39. Trin. 1. 2. ℣. 104.

Adeo donec. Pſeud.4.7.✠.72.
Adeò, pro, *certò*. Bacch.4.7.✠.31.
Adeò. *uſq; ut* Bacch.3.4.✠.11.
Adeò dum: vſque eo dum. Merc. Prol.✠.78.
Ademſit, qro ademerit. Epid.3. 2.✠.27.
Adept', παθητικῶς, pro, *Acquiſitus*. Cicero in Catone Major. cap.2. *Quo in genere inprimis eſt ſenectus: quam ut adipiſcãtur, omnes erant, eandem accuſant adeptum*. Vulg. *adepti*. Livius lib.1.cap. *hodieq; in legibus magiſtratibusq; rogandis uſurpatur idem jus vi adeptũ*. Ita Henr. Stephan. vulg. *adẽtum*.
Adequitare. Cæſar. lib. 1. bell. Gall. cap.46. *Dum hæc in colloquio geruntur, Cæſari nunciatum eſt, equites Arioviſti propius tumulũ accedere, & ad noſtros adequitare*. Sic enim legitur Græc. καὶ πρὸς τοὺς αὐτῶ ἱππέας προσελαύνειν.
Adeſſe ad exercitum. Amph.1.4. 3.✠.6.
Adeſſe domi: pro, *eſſe*. Epid.5.1. ✠.57. Sic τὸ *Adeſſe* uſurpatur, Epid.1.1.✠.7. *Exemplum adeſſe intelligo*. Et Amph.1.1.✠.15. *Adeſt opus*. Sed in Animadverſionibus oſtendi, *eſſe*, legendũ abſolutè, propter legem Jambici verſûs. Non aliter Quintilianus lib.1.cap.2. *Sed domi quoque adſunt ejus rei exempla*. ita Mss. Pall. Vulgò. *ſunt multa ejus rei exempla*. Cicero de finibus. *Aderant morbi veſicæ & viſcerum*. Tacitus lib. XV. Animal. *Aderant etiam fortuita, corpus procerum, decora facies*. Lucret.lib. V.✠. 368. & VI. 70. Propertius lib. 1. Eleg.14. *Quæ mihi dum placata aderit*. Et lib. 1. Eleg. 11. *Sed facies aderat nullis obnoxia gemmis*. Vide etiam Lucã. V. 742. Val. Flacc. Argõ. IV. 35.
Adeſſe: favere. Pœn. Prol.✠.127.
Adeſſe ſcribendo olim dicebantur Senatores, qui dum SC. fieret, & perſcriberetur, adeſſent, idque nominatim adjici ſolet, *ſcribendo adfuerunt*. Cicero lib.4. Attic. Epiſt.17. *Et duos Conſulares, qui ſe dicerent in ordinandis provinciis Conſularibus ſcribendo adfuiſſe*. Et lib.12. Epiſt, 29. *Quamquã erat nobis dictum, te exiſtimare alicui SC. quod contra dignitatem tuam fieret, ſcribendo Lamiam adfuiſſe*. Sic dicitur *Adeſſe inferendis litibus*. Cicero pro Rabirio Poſth. cap. 4. *Itaque inferendis litibus adeſſe ſolebant, qui aliquid de ſe verebãtur*. Sic leg. vulg. *inferẽd*.
Adeſurire. Trin.1.2.✠.132.
Adhibere, & *Abſtinere*. Trin.2.1. ✠. 30. Legitur tamen ibi à nonnullis: *adhibendus*, & *abſtinendus*: ſed contrã lib. Mss.
Adhibere. Verbo hoc multum utuntur veteres, & inprimis Cicero. Vulgò pro eo, *Addere*, uti, interponere, adjungere, admovere: tamque de hominibus, quàm de rebus. *De homine*] Cicero in Bruto cap. *Celeriter ad majores cauſas adhiberi captus eſt*. Philipp 1. cap. *ad deliberationes eas, quas habebat domi de Rep. principes civitatis adhibebat*.

Pro Muræna cap. *huic ego Iudices ſatisfacere cupio, voſq; adhibere arbitros.* De Offic. lib. 2. de Arato cap. *Adhibuit ſibi in conſilium quindecim Principes.* Et lib. 3. de Orat. cap. *quam ſi ille ipſe. qui patronum adhibet, de re ſuâ diceret.* Ita dicitur: *Adhibere aliquem canæ.* De re] *Adhibere animum, audaciam.*

Adhuc, pro, *hucuſq;, continuò*. Caſ. 3. 5. ℣. 19. Moſt. 4. 1. ℣. 13. Capt. 2. 3. ℣. 25. *Adhuc locorum.* Eodem ſignificatu aliis bonis authoribus uſurpatum. Cicero Verr. VII. *Ita mihi voluntatem ſpemq; reliquæ vitæ veſtra, Populiq; R. exiſtimatio comprobet, ut ego quos adhuc mihi magiſtratus Pop. R. mandarit, ſic eos accepi, ut me omnium officiorum obſtringi religione arbitrarer.* Idem Divin. in Verrem. *Videt enim, ſi à pueris nobilibus, quos adhuc eluſit, accuſandi voluntas ad viros fortes ſpectatoſq; homines tranſlata ſit.* Iterū: *Eſt adhuc (id quod vos omnes mirari video) non Verres, ſed Q. Mutius.* Verrina II. *Videns adhuc poſt legem Tribunitiam vnum hominem.* Plin. Panegyr. cap. 1. *Ac ſi adhuc dubium fuiſſet, ſorte caſuq; rectores terris, an aliquo Numine darentur, Principem tamen noſtrum liqueret diuinitus conſtitutum.*

Adferre & adducere: diſtinguuntur. Pſeud. 2. 4. ℣. 21.

Adgredi contra. Perſ. 1. 1. ℣. 15.

Adhinnire equulam ſolent equi libidine prurientes. Ciſt. 4. 2. ℣. 88.

Adhortari opera conſilioq;. Mil. 2. 1. ℣. 59.

Adhibere aures aliquo. Pſeud. 1. 2. ℣. 20.

Adhuc. pro, hucuſque. Mil. 1. 1. ℣. 50.

Adicere: pro *adiicere.* Sic perpetuò ſcribitur in manu exaratis. Neque enim facilè vett. geminabant lit. *i.* Pœn. 5. 4. ℣. 1.

Adicere telum, aut tormentum. Ita vett. loquuntur: ſed ſæpe id mutatum perperam in, *Adigere telum.* Ita contra, *Adigere jusjur.* mēdoſe mutatum in *Adicere:* de quo paulò poſt. Græcè ἀκόντιον ἐξικνεῖσθαι. Cæſar lib. 4. belli. Gall. c 23. *uti ex locis ſuperioribus in littus telum adici poſſet.* Vulg. *adigi*, malè. Idem l. 3. de bello civ. cap. 51. *qui tātum aberat à noſtro caſtello, ut telum, tormentumve miſſum adici non poſſet.* Vulg. *adigi:* Et mox cap. 56. *Tantumq; à vallo eius prima acies aberat, uti ne in eam telum tormentumve adici poſſet.* Et lib. 2. de bell. Gall. cap. 13. *facile telum adiciebatur.* Et lib. 2. bell. Gall. c. 21. *quod non longius hoſtes aberant, quàm quò telum adici poſſet.*

Adigere, ſeu *Redigere ad incita.* Vide infra litt. I. *Incita.*

Adigere juſjurandum. Ita veteres loquuntur. quod ſæpe depravatum, adiecto in, vel in *Adicere.* Sic & Græci τὸν ὅρκον

ὅρκον ἐπάγειν. Iuſtinus tamẽ Epit. Trogi dixit, *Adigere jurejurandi.* Sic enim ait lib. 22. *Omnes deinde ſervos militares ætatis libertate donatos ſacramento adegit.* Cæſar lib. 1. de bell civ. cap. 76. *princeps in hæc verba jurat ipſe, idem juſjurandum adigit Afranium.* Ita eſt in MS. cod. vulg. *in idẽ jusjur.* vel, *ad idem jusjur.* perperam. Et l. 2. cap. 18. *Provinciam omnem in ſua & Pompeij verba, jusſiurandum adigebat.* Ita & ibi v. c. Cicero Lucull. cap *Hæc tum vera eſſe conceſſero, ſi adigã jusjurandũ.* Ita P. Manutius, rectè. Vulg. *adiciam.* Agell. lib. 7. cap. 18. *Hoc priusquam proficiſcerentur, jusiurandum eos adegit.* Sic enim ex vet. lib. eſt reſtituendum.

Adimere ſoccos pedibus. Epid. 5. 2. v. 21. Capt. 5. 4. ℣. 30. *Iſtas cõpedes tibi adimam* Heaut. 1. 1. ℣. 72. *ſervi ſoccos detrahunt.*

Adipiſci theſaurum. Truc. 4. 2. ℣. 13. Sic ibi vulgò legitur, *adepta*, quod æquè prudenter & commodè profertur, atque illud *adorta*, quod eſt in Mſſ. Pall. & pr. Edit. Epid. 1. 1. ℣. 13.

Adipiſcitur: acquiritur. Trin. 2. 2. ℣. 86. *παθητικῶς.* Sic Cicero; *Adipiſcendi magiſtratus ſunt.* Agell. l. 18. *Nomine non adepto iam, ſed cum ſpe adipiſcendo.*

Adipiſcier; pro, *acquirere.* Capt. 3. 1. ℣ 23.

Adipiſci aliquem in curſu. Epid. 1. 1. ℣. 13.

Adire manum alicui dicitur is, qui quod illi quis, tamquam in manum traditurus oſtentet; cumque ille manum ad id capiendum porrexit, ſuam ipſe manum retro trahit, eũque inanem atque hiantem deſtituit, atque ita fruſtratur, & ludificatur. Pœn. 2. 1. ℣. 11. Caſ. 5. 2. ℣. 6. Perſ. 5. 2. ℣. 18. Aul. 2. 8. ℣. 8 Vide litt. M. *Manus*, & amplius Barth. Adverſ. lib. 23. cap. 16. & 23. 16. Contrarium eſt, *Abſtinere manũ.* Moſt. 1. 3. ℣. 133. Caſ. 5. 2. ℣. 6. Poen. 2. 1. ℣. 10. Perſ. 5. 2. ℣. 18. Vide Muret. Var. lect. lib. 19. cap. 19.

Adire. interpellare, alloqui. Pſeud. 1. 5. ℣. 35. Ita Lucillius apud Nonium in *Appellare.*

Adire contra. Rud. 1. 4. ℣. 22.

Adire ad aliq. Curc. 2. 2 ℣. 12. Aſin 3. 3. ℣. 133. Trinum. 2. 2. ℣. 105. Aul 1. 1. ℣. 24. & 2. 2. ℣. 25. & 4. 10. ℣. 16. Pœnul. 1. 2. ℣. 117. & 3. 3. ℣. 38. & 5. 2. ℣. 22. Pſeud. 4. 2. ℣. 11. *Men.* 3. 2. ℣. 21. Bacch. 4. 1. ℣. 6. Capt. 3. 2. ℣. 6. Caſ. Prol. ℣. 41. Rud. 3. 6. ℣. 41.

Adire in ius. Adire Prætorem. Adire etiam præciſè, pro *Ad magiſtratum*, prætorem, principem, Judicem. Cicero de Iuriſdictione Siciliæ in Verr. *De hoc; qui antequam in ius aditum eſſet, antequam denique mentio controverſiæ facta eſſet, diſceſſiſſet, putabant, nihil agi poſſe.* Idem pro Flacco cap. *M. Gratidius legatus: Ad quem eſt aditum, actionem ſedaturũ negavit.*

Adire

Adereper epiſtolam nũcium. Mil. 4.6.℣.10.

Aduum: impersonaliter. Ciſt.1.1. ℣.35.

Aditio, aditus, Truc.2.7.℣.61.

Adiudicare. Men.1.3.℣.6.

Adjudicare, pro, tribuere, affirmare. *Adiudico illi ſalutem patriæ:* i.e. tribuo, vel dico illum authorem ſalutis patriæ. *Adiudico illi pacem.* h.e. ipſum pacis authorem dico. Cicero l.1. Attic. Epiſt. 19. *Pompeium adduxi in eam voluntatem, ut in Senatu non ſemel, ſed ſæpe, multisq; verbis ſuis ſalutem Imperij atq; Orbis terrarum adiudicavit.*

Adivero, Adiueris. pro, *Adiuvero, Adiuveris.* poetica, & fere minis antiq. Ennnius apud Cicer. initio Cat. *O Tite, ſi quid adivero, curamve levaſſo.* Ita ibi leg. Lang. *adiuro.* Terent. Heaut.1.1.℣.34 *Aut conſolando aut conſilio, aut re ivero,* ita ibi opt. cod, Bẽbi. Phorm. 5.3.℣.3 *qui me dudum adierit comiter.* Catull. de comã Beren. *Non ita me Divi vera gerunt, iuerint.*

Adiunctum, coniunctum, adnexum: Curc.1.3.℣.34.

Adiungere ad. Pſeud. 5.1.℣.14.

Adiungere ſibi ſocium: Aſin.2.2. ℣.22.

Adiungere, pro *Adijcere. Attribuere.* Interdum pro, *Conciliare ſibi aliquem. Adiungere fidem, vel authoritatem huic.* Cicero lib.2. Epiſt.12. ad Q. Fr. *Tua mandata perſequar diligenter, & adiungendis hominibus, & quibusdam non alienandis.*

Adjurare; pro *iurare: Sanctè adiurare,* adiicere, hoc amplius jurare. Ciſt.2.3.℣.27.40. Caſ.2.8.℣.48.& 3.3.℣.17.& 4.3.℣.9. Truc.2.5.℣.26.& 2.7.℣.8. Pſeud.1.1.℣.81. Livius lib.43. cap.14. *ut præter commune omnium civium jusiurandum hæc adjurarent.*

Amph.3.2.℣..8 Men.4.2.℣.52. 91.& 5.7.℣.40. Bacch. 4.6. ℣.8. Moſt.1.3.℣.26.

In adiurationibus ſolent authores inter præpoſitionem eiusque caſum interponere pronomen. Exempla vide in Litt. S. *Syntaxis inſolens.*

Adiutabilem operam dare. Mil,4. 4.℣.8.

Adiutorium. Hac voce utitur *Pollio* Aſinius: ſed is, licet Ciceroni notus, tamen optimus Latinitatis Author ſuit. Verba Aſinii apud Sueton de Illuſtr. Grammat. in Ateio: *In eam rem adiutorium ei fecit, maximè quidem Ateius.*

Adiuuare dicuntur ſpectatores fabularum, cùm æquo animo adſũt. Aſin. Prol.℣.51. Pœn. Prol.℣.128. vide etiã Prol. Caſ. ℣.27. Rud. Prol.℣.81. Eſt ergò

Adiuvare, in partem juvare, ut loquitur Horat. Epod.1 ℣. Et Catull. Carm.33.℣.4. Tibull. lib.1. Eleg.5.℣.30.

Adiuuare: opem ferre, Pœn.4.2. ℣.60. *ſi quid adiuuas.*

Adiuuare & augere. Epid. 2.2. ℣.8.

Adjuuare auxilio, Rud.1.4.℣.39. Pſeud.4.1.℣.1. *Adiutus auxilio.* Ovid.l.2. Metam.℣.728. *Auxilioq; juva.*

Adiuuare factus. Caſ.2.4.℣.7.

Adiuuat; pro *iuuat*, *delectat*. Capt. 2.1. ℣.8.

Admigrare; accedere. Perſ. 3. 1. ℣.19.

Adminiculumm: pro *adminiculario*, vel adminiculatore: ſicut *Imperium*, pro *imperatore*, & *miniſteria publica* apud Apuleium, pro ſeruis publicis. Moſt. 1.2 ℣.48.

Adminiſtrare; pro *miniſtrare*. Epid. 3.1. ℣.37.

Adminiſtrare, pro eo, quod, gerere, facere, laborare; ſatis agere, aut, agere quid. Cæſari id valdè familiare. Vtuntur tamen eo in hac notione & alii. Rhetor. ad Herenn. lib. 4. cap. 15. *Cùm igitur hac omnia fateres, diceres, & adminiſtrares, utrum animos ſociorum ab Republ. removebas, & av alienabas, annon?* Et eodem libr. cap. 10. *qua res pertinet ad bellum adminiſtrandum*. Cicero lib. 11. Attic. Epiſt. 3. *ea tamen erunt minora, ſi, ut adhuc factum eſt adminiſtratione diligentiâq; tuâ levabuntur*. Interdum & Salluſtius: ut in Iugurth. cap. *Milites neq; pro opere conſiſtere propter iniquitatem loci, neq; inter vineas ſine periculo adminiſtrare*. Vitruv. lib. 1. cap. *Hoſtis enim, ſi quam partem muri occupaverit, qui repugnabunt reſcinderint. & ſi celeriter adminiſtraverint, non patientur reliquas partes, turrim, muresq; hoſtem penetrare*. Cæſar lib. 7. de bellu Gall. cap. *Sese quid communicandum, ſeu quid adminiſtrandum videretur*. Et lib. 4. cap. *Neq; ulla noſtris facultas aut adminiſtrandi, aut auxiliandi dabatur*.

Admirari, pro, ægrè ferre, & quaſi abſurdum & inſolens, quid, ac novum & alienum à ratione reprehendere. Ita eo Cicero ſæpius eſt uſus. quod tamen à quibusdam non eſt animadverſum, qui in *Demirari* immutarunt. Sic & *Admiratio* interdum accipienda. Cicero Offic. lib. 2. cap. *Quantò Ariſtoteles gravius & ſeverius reprehendit, qui has effuſiones pecuniarum non admiremur, quæ fiant ad multitudinē deliniendam. At hi, qui ab hoſte poſſidentur, ſi emere aquæ ſextarium cogerentur minâ, hoc primò omnibus incredibile videri, omnesq; mirari: ſed cum attenderint, veniam neceſſitati dare. In his immanibus jacturis, infinitisq; nihil nos magnopere mirari, cùm præſertim nec neceſſitati ſubveniatur, nec dignitas augeatur*. Sic eum locum integrum, quem contuli, reſcribendum puto. Et lib. 3. c. *Homo autem juſtus, is q; ſentimus virum bonum, nihil cuiquā, quod ad ſe transferat, detrahet: hoc qui admiratur is ſe qui ſit vir bonus, neſcire videatur*. Et Epiſt. ad M. Brutum, Antonius Proconſul: *Magna admiratio, ut ſi eſſet receptum, Dolabella Imperator*. Et pro Cælio cap. *Quam quidem partem accuſationis admiratus*

admiratus ſum & moleſtè tuli, potiſſimum eſſe Aretino datam. Ita etiam omnes libb. & Philipp. 2. cap. *Quāquam hoc maximè admiratus ſum, mentionē te hæreditatum auſum eſſe facere.* Sic rurſum omnes libb. Non igitur mutandum in *demiratus.* In Lælio cap. *Meminiſti enim profectò Attice & eò magis, quòd P. Sulpitio utebare multum, cum is Trib pl. à Q. Pompeio, qui tum erat Conſul, diſſideret, quāta eſſet hominum vel admiratio vel querela* In Bruto cap. *Tum Brutus admirans, tantamne fuiſſe oblivionem, inquit, in ſcripto præſertim* &c. Et lib. 4. de fin. cap. *Nos cum te M. Cato, ſtudioſiſſimum teſtem audiremus, admirati ſumus, quid eſſet, cur nobis Stoicos anteferres.*

Ita omnes libb. quibus tamen invitis Dionyſ. Lamb. edidit, *demirati.* Idem & fecit in his verbis pro Cluent. cap. *Petit Oppianic', ut ſibi Saſſia nubat, id magnopere contendit: illam tamen non admiratur audaciam, non impudentiam aſpernatur.* Pro Muræna cap. *Quid habet admirationis tali viro advenienti, candidato Conſulari, obviam prodiiſſe multos: quod niſi eſſet factum, magis mirandum videretur.* Et mox: *Quid habet iſta multitudo admirationis?* &c. Et ibi Dionyſius Gothofredus I.C. ſummus noſter Amicus, *demiratur*, invitis omnibus libb. Et in Orat. de Prov. Conſul. *Sed quid eſt, quod in hac cauſâ homines admirentur, & reprehēdant meum conſilium?*

Admiſſari' ad equas. Mil. 4. 3. ℣. 9.

Admiſſe: κατὰ συγκοπὴν. Mil. 4. 7. ℣. 4.

Admittere in ſe aliquid. pro, facere aliquid. Amph. 3. 4. ℣ 4.

Admittere in aliquem aliquid. Men. 5. 1. ℣. 12.

Admittere. Verbum eſt augurale. Valet, jubere, annuere. Ex eo & *Aves admiſſivæ.* Livius lib. 4. cap. *Vt ab Auguribus, ſimul aves ritò admiſiſſent, ex compoſito tolleretur ſignum.* Paulus Epit. Feſti: *Admiſſivæ aves ab Auguribus dicuntur, quæ conſulentem jubent.* Plautus Aſin. 2 1. ℣. 11. *Impetritum, inauguratum eſt, quovis ammittunt aves.* ita rectè in vulgg. etiam Mss. niſi quod V. C. Pal. *amittunt.* ſed reliqui Mss. Pall. ſex. *admittunt.* quod valet *ammittunt.* ita enim vett. interdū ſcribebant, ut & *ammirari.* Putat Muretus, & eum ſequutus Turnebus, & in illo Tibull. lib 1. Eleg. 4. ℣. 43.

Quamvis prætexens pictâ ferrugine cælum Venturum admittat imbrifer arcus aquam.

τὸ *admittit* in hac ſignificatione accipiendum. Scaliger *amiiciat* leg. Mihi *admittat* videtur ſignificare, præſagiat certò venturam aquam, arcus hauriat aq.

Admittere: de loco. ut, in ædes, in cubiculum: &c.

Admittere equos: incitare. *Ad-*

miſſa equo : pro, incitato. Budæus in poſter. Annot. in pād. pro, *aſcendere* accipit. quod in eo & Floridus reprehendit Succiſ. lect. cap. 8. nec nō Hieron. Magius Miſcell. lib. 1. cap. 7. Ab eo & *Admiſſum*. Cæſar lib. 1. bell. Gall. cap. 22. *Conſidius equo admiſſo ad eum accurrit.* &c. Idem lib. 2. de bello civili cap. 34. *Quorum primum impetum equites hoſtium non tulerunt ſed admiſſis equis ad ſuos refugerunt.* Et lib. de bell. Afric. cap. 83. *Signo Feli citatis dato, equo admiſſo in hoſtem contra principes ire contēdit.* Ibid. cap. 63. *equo admiſſo, omiſſis omnibus rebus, celeriter pervenit Leptim.* Livius lib. 2. cap. 19. *In Poſtumium primâ in acie ſuos adhortantem, inſtruētemque Tarquinius ſuperbus, quamquam jam ætate & viribus erat grandior, equum infeſtus admiſit.* Et lib. 25. cap. 19. *Donec ſignum equitibus datum ut in hoſtem admitterent equos.* Cicero lib. 2. de fin. cap. 19. *Num etiam ejus Collega P. Decius princeps in eâ familiâ Conſulatus, cum ſe devoveret, & equo admiſſo in mediam aciem Latinorum irrueret, aliquid de voluptatib⁹ ſuis cogitabat?* Cicero de fin. lib. 1. cap. 1. *Qui autem, ſi maximè hoc placeat, moderatius tamen id volunt fieri, difficilem quādam temperantiam poſtulant in eo, quod ſemel admiſſum, coërceri reprimiq; non poteſt.* Ita hoc ibi accipiendum. Lamb. ait vet. lib. habere, *jam miſſum*, & de telo miſſo accipit. Ego *ammiſſum* puto olim ſcriptum, ut *ſummiſſum*. malim tamen *immiſſum*. Vide infra. *Immiſſus*.

Admoderari ſe riſu. Mil. 4. 2. ℣. 80.

Admodum. Idem quòd, omninò planè, certè. Rud. 1. 2. ℣. 55. & 1. 5. ℣. 11. & 3. 6. ℣. 2. & 4. 4. ℣. 37. Cicero in Bruto cap. *Quē (Lyſiam) jam prope audeas Oratorem perfectum dicere. nam planè quidem perfectum, & cui nihil admodùm deſit, Demoſthenem facile dixeris.* Et poſt, ubi de Curione patre: *Et qui Latinè non peſſimè loquebatur, uſu credo aliquo domeſtico nam litterarum admodū nihil ſciebat.* Et initio lib. 2. de Orat. cap. *ſed cum alter nō multum, quod quidem exſtaret, & id ipſum adoleſcens, alter nihil admodum ſcripti reliquiſſet.*

Admodū. affir. Bacch. 4. 7. ℣. 40. & 5. 1. ℣. 24. Trin. 2. 4. ℣. 19. Pſeud. 4. 7. ℣. 54. Vide Donatum ad Phorm. Terent.

Admodùm: pro ferè. Epid. 1. 2. ℣. 1. Livius lib. 22. *Sex millia hoſtiū caſa, quinq; admodū Romanorum.* Idem lib. 33. *Equeſtris pugna nulla admodum fuit, quia ſimul inclinatam mediam aciem Numidæ Mauriq; viderunt, extemplo fuga effuſa nuda cornua deſeruere.* Apul. lib. 1. Mileſ. *Ego igitur in efficaci celeritate fatigatus admodum veſpera oriēte ad balneas proceſſerā.* Ita enim locus hic reſtituendus ex Mſſ.

Admodũ, quã. pro, *valdè*. Bacch. 3. 4. ℣. 2. *Admodùm quàm ſævus*. Amph. 1. 3. ℣. 43. Vide *Quamuis*.

Admodum: eleganti vſu. Merc. 2. 3. ℣. 65. *Horum illa nihilum quicquã facere poteris admodũ.*

Admœnire oppidum, admunire. Pſeud. 1. 3. ℣. 148.

Admœnire: ad mœnia admouere. Ciſt. 1. 2. ℣ 5. μεταφορικῶς.

Admœnire oppidum. obſidere. Pſeud. 2. 1 ℣. 11.

Admoliri. Rud. 3. 1. ℣. 7. Aſin. 3. 2. ℣. 24. *ſacro admoliri manus*. ℣. 11.

Admonere differt à *Monere*, quod *Admonere* plerumq; eſt in memoriã redigere. Græcè ὑπομιμνήσκειν. *Monere*, eſt hortari, Græcè παραινεῖν. Ita quoque differt *Admonitio* à *Monitione*, in Epiſt. 1. lib. 1. ad Lẽtulũ: *ſed planè* nec precib⁹ noſtris, nec admonitionib⁹ reliquit locũ.

Admordere. inſigni damno afficere Perſ. 2. 3. ℣. 15. (7. ℣. 24.

Admordere: pro, *adoriri*. Pſeud. 4.

Admutilare aliquẽ. Mil. 3. 1. ℣. 172.

Admutilare. de tonſurã. Capt. 2. 1. ℣. 18.

Admutilare ad cutẽ Perſ. 5. 2. ℣. 48

Adnutare alieni. Merc. 2. 3. ℣. 100.

Adolere: comburere. *Adoleſcere*, comburi. Sed hoc obſoletũ: Poetis tamen permiſſum. Ennius in Euemero ſeu hiſtoriã ſacrã apud Lactant. *eamq; beſtiam, quam ibi ſacravit, totã adolevit*. Virgil. lib 4. Georg. ℣. 378.

Pars epulis onerãt mẽſas, & plena reponũt Pocula: Panchæis adoleſcũt ignib⁹ aræ.

Vbi Servius: *Adoleſcũt*, pro, *incendũtur*, κατ' ἀφηκισμὸν ponitur. Lucret. lib. 4. ℣. 1230.

— *& multo ſanguine mœſti Conſpergunt aras, adduntq; altaria donis.*

Adoleſcere, pro copulari, & Adhæreſcere. Vide infr. *Coaleſco*. Salluſt. apud Chariſ. lib. 1. *quaſi glutino adoleſcebant*.

Adoleſcẽs agreſtis. Truc. 2. 1. ℣. 35.

Adoleſcẽs indomitus, plenus amoris, & laſciuiæ. Trin. 3. 3. ℣. 22.

Adoleſcens de ſummo loco. Aul. Prol. ℣. 28.

Adoleſcentulus homo. Bacc. 1. 1. ℣. 32. 55.

Adoleſcentula. Epid. 1. 1. ℣. 41. Rud. 2. 4. ℣. 3.

Adoleſcens. Maiores natu ſic appellant natu minores, quamuis viros. Pſeud. 4. 2. ℣. 22. Teren. Phorm. 2. 3. ℣. 14. Pſeud. 4. 7. ℣. 38. 42. Menæch. 2. 2. ℣. 11. 15.

Adoleſcere ad ætatem. Caſ. Prol. ℣. 47.

Adoneus: Adonis, puer Veneris. Sic Auſon. *Simonideus* dixit. Men. 1. 2. ℣. 35.

Adopinari. Vide etiam *Accredere*. Lucret. lib. 4. ℣. 814. *Deinde adopinamur de ſignis maxima parvis.*

Adoptare γενικῶς, aſſumere. Ciſt. 4. 2. ℣. 78.

Adoptare bonis. Truc. 4. 4. ℣. 5.

Adoptare in diuitias. Pœn. 4. 2. ℣. 82.

Adopta-

Adoptare pro filio. Pœn. Prol. ℣. 119.

Adoptatiti'. Pœn. 5. 2. ℣. 85. 100.

Adorea. Amph. 1. 1. ℣. 38. Antiqui Romani omnem ex agris prouentum vocabant *Adoream*. Et poſtquam præmium militibus frumentum erat, parta victoria, *Adorea* pro laude capta eſt. Gloſſæ. *Adoreoſus* : ἐνδοξος, ὡς Πομπήϊος. nempe Pompeius Feſtus.

Adornare; præparare. Amph. 3. 2.

Adornare : pro *facere*, viuere. Capt. 4. 4. ℣. 13.

Adornare viaticum : pro præparare & inſtruere viatico. Epid. 5. 1. ℣. 9.

Adornare : abſolute poſitum. Epid. 3. 2. ℣. 25.

Adponere de his, quæ in menſâ ponuntur, eſculentis, poculentis Græcè παρατιθέναι. Vide infra *Apponere*. Cicero lib. 6. Attic. Epiſt. 1. in med. *Quid te in vaſis fictilibus adpoſiturum putem?* Pſeud. 3. 2. ℣. 26. *Adponunt ramicem, braſſicam*. &c. Horat. lib. 2. Satir. ℣. 16.

Hic herus Albanum, Mecænas ſive Falernum, Te magis adpoſitis delectat.

Et mox. ℣. 69. *Ne malè conditum jus adponatur*.

Adpropero : propero. Caſ. 5. 2. ℣. 14.

Adproſperare actiue capitur: Amph. Prol. ℣. 13. vide *Proſperare*. Quo loco tamen Amph. rectè retinetur *adprobare* : de conſenſu omnium Mſſ. Pall.

Adquirere, ad hoc, vel illud quaſi adijcere. Plinius lib. 1. Epiſt. 4. *ut oculis meis crederem, quid viribus, quid corpuſculo adquireres*. Cicero Catil. 2. cap. 8. *Tu agris* &c. *tu rebus omnibus ornatus & copioſus ſis : & dubites de poſſeſſione detrahere, ad fidem adquirere*. Ita leg. ex vett. lib. quod & alij admonuerunt. Idem lib. de Senect. cap.

Ad reſtim res redit. Terent. Phorm. 4. 4. ℣. 4.

Operâ tuâ ad reſtim quidem mihi redijt planiſſimè.

Adſcendere in nauem. Merc. 2. 1. ℣. 35. Rud. 2. 6. ℣. 54. Niſi forte legendum ſit *Eſcendere*: quod probum verbum, & alibi nobis adſertum.

Adſcribi proprie dicuntur coloni, quive in colonias mittuntur. Ab eo in Jure civili *Adſcriptitij*, ni fallor, dicti.

Adſcriptivi dicebantur milites, qui extra ordinem & numerum adſcribebantur inermes, qui ſuccederent armatis militibus, ſi quis eorum deperiſſet. Men. 1. 3. ℣. 2. Livius lib 8. cap. *In agrum Senatorum coloni miſſi, quibus adſcriptis ſpeciem ant, quæ frequentia Velitra acceperunt*. Et lib. 31. cap. *Colonoſq; eo trecentos (is enim numerus finitus ab ſenatu erat) adſcripſerunt*. Et lib. 33. cap. *Partim novos colonos ſpe commodorum propoſita adſcribere*. Et lib. 34. cap. *Puteolos Salernumque & Buxentũ adſcripti coloni, qui nomina dederant*. Et lib. 35. cap. *Apuſtio authore*

thore tertia pars agri dempta, quo poſtea, ſi vellent, novos colonos adſcribere poſſent.

Adſectata femina: quæ ſollicitatur à pluribus. Rud. 2. 4. ✠. 5. Vide etiam *Sectari* & *Ducere*.

Adſenſor; is, qui adſentitur alteri. Rarum profectò vocabulum. Cicero Toranio lib. 6. Epiſt. 21. *Tamen cottidie commemorabam, te unum in tanto exercitu mihi fuiſſe adſenſorem. & me tibi.*

Adſeſſio Rarius vocabulum. Cicero lib. 11. Epiſt. 72. ad Matium: *Veni Brundiſium: oblitumne me putat quâ celeritate ut primùm audieris, ad me Tarentum advolaris? quæ tua fuerit adſeſſio, confirmatio animi mei fracti communium miſeriarum metu.*

Adſeverare. Latine valet id, quod Græco ἐπαδάζειν interdum, id eſt, graviter, ac ſeriò, & vehementer aliquid dicere: cui contrarium *Jocari*: aut temporis causâ aliquid dicere, aut tentandi gratiâ. Vulgò hodie *Adſeverandi* verbum idem valet, quod, *dicere*. contra uſum Veterum. Cicero in Bruto cap. *Bella ironia ſi jocaremur: ſin adſeveramus, vide* &c. Et lib. 10. Attic. Epiſt. *Vnum illud firmiſſimè adſeverabat, ſi damnati reſtituerentur, in exiliũ ſe iturũ.* Et lib. 13. Epiſt. *Omni tibi adſeveratione adfirmo, q mihi credas velim* &c. Et Accuſat. 2. in Verr. cap. *Quæ eſt iſta defẽſio, utrum adſeveratur in hoc, an tẽtatur?*

Adſiduus. In priſco ſermone idẽ quod, *dives*, aut *locuples*. Vide infra, *Aſſiduus*.

Vt *Adſolet*: Quæ *Adſolent*. Hoc verbo in rebus ſolennibus & uſitatis uti ſolent. Cicero lib. 2. leg. cap. *Neve quem initianto, niſi, ut adſolet, Cereri, Græco ſacro.* Et Philipp. 2. cap. Prima claſſis *vocatur, renunciatur, deinde, ut adſolet, ſuffragia.* Et in Lælio cap. *Cùm in hortos D. Bruti &c. commentandi causâ, ut adſolet, veniſſemus.* Et lib. 2. Rhet. cap. *Si mihi filius genitus fuerit nunc, pluresve, is mihi hæres eſto. Deinde quæ adſolẽt.* Et lib. 2. de Nat. Deor. cap. *Senatus ad quos adſoleret, referendum cenſuit.* Terent. Andr. 3. 2. ✠. 1. *Abhuc Archillis, quæ adſolent. quæque oportet, ſigna ad ſalutẽ eſſe* Livius lib. 9. cap. *Agentibus divina humanaque quæ adſolent, cum acie dimicandum eſt Conſulibus.* Idem lib. 1 cap. *Vbi inluxit, paratis omnibus ut adſolet, vocari, &c. jubet.* Et lib. 32. cap. *ſibi in monte Albano, Latinis carnem, ut adſolet, datam non eſſe.* Et lib. 14. cap. *Ludosq; magnos, qui unà voti eſſent, tanta pecunia quanta adſoleret, faciẽdos.* Et lib. 27. cap. *Accepta à Livio claſſe, & ſacrificio, ut adſolet, rite facto.* Cæcilius Comicus apud Feſtum. *ſepulchrum plenum taniarum, ita ut adſolet.* Vtitur & Tacitus ſæpe, ut diligenter obſervavit B. Rhenanus Theſaur. locut. Vt lib. 1. Hiſtor. cap. *Primò quaſi per officium ob-*

um obviæ fuere legiones, non læta, ut adſolet. Et lib. 3. cap. *non alacri, ut adſolet, remigio*. Et lib. cap. *non ut adſolet, lecto per magiſtros, æſtimatoq; carmine*. Africanus IC. l. 23. trajectitię. D. de oblig. & act. *Trajectitia pecunia nomine, ſi ad diem ſoluta nõ eſſet, pœna, uti adſolet, ob operas ejus, qui eam pecuniam peteret, in ſtipulationem erat deducta*.

Adſpectare: eſt inſpicere. Amph. 4. 2. ℣. 8. Aſin. 5. 1. ℣. 13. Epid. 5. 1. ℣. 16.

Adſpexit: pro *Adſpexerit*. Aſin. 4. 1. ℣. 25.

Adſpice huc. Formula quâ iubem⁹ aliquẽ attẽdere ad ea, quæ volumus. Amph. 2. 2. ℣. 117. Capt. 3. 4. ℣. 38. Moſt. 4. 3. ℣. 32. & 5. 1. ℣. 55. Gręci: *βλέψον δεῦρο. Reſpice huc*. Quando ſcil. pueros noſtros ad ea, quæ dicimus, jubemus attendere. Vide Caſaub. ad Athen. lib. 9. cap. 15. pag. 434.

Adſpicere ad. Ciſt. 4. 2. ℣. 25. Capt. 3. 4. ℣. 38.

Adſpicere contra oculis. Caſ. 5. 3. ℣. 2.

Adſtare: pro ſtare. Aul. 1. 1. ℣. 17. Caſin. 2. 3. ℣. 5. Bacch. 4. 7. ℣. 17. Ciſt. 2. 3. ℣. 53. Moſt. 2. 2. ℣. 88. & 1. 4. ℣. 11. Vide Schoppii Veriſimil. lib. 3. cap. 4. Sic vſurpat quoq; Martialis priap. 61.

Autumnis ſterilis duobus adſtem. Ennius apud Nonium:

Adſta, atque Athenas antiquum opulentum oppidum
Contempla. ——

Adſtare: de aduocatis. Caſ. 3. 3. ℣. 5. Aduocati enim dum causã agunt, ſtantes eſſe debent. Men. 5. 2. ℣. 48. *Hinc ſtas, illinc cauſam dicis*. Horat. lib. 1. Sat. 9.

——*Interea ſi*
Aut valeo ſtare, aut novi civilia iura.

Vide I. Langlæi Ocii ſemeſtr. lib. 1. cap. 3.

Adſtipulari: Alicui præſto adeſſe ſua opera. Curc. 4. 1. ℣. 12.

Adſtringere, pro, contente habere: ut dicit Plautus Aſin. 1. 1. ℣. 64. Cicero lib. 10. Attic. Epiſt. 6. agens de indulgẽtiâ Quinti fratris in ſuũ filium Quintum: *Pater enim nimis indulgens, quicquid ego adſtrinxi, relaxat*.

Adſtringere furti. *Rud*. 4. 7. ℣. 34.

Aduector alicuius rei. Aſin. 2. 2. ℣. 9.

Aduehere in. Mil. 2. 1. ℣. 35.

Aduehi ad. Merc. 2. 1. ℣. 35.

Aduenire intrò: venire. Rud. 4. 6. ℣. 2.

Aduentor. Truc. 1. 2. ℣. 2. & 2. 7. ℣. 54.

Aduenire in. Curc. 4. 4. ℣. 6.

Aduenire ad. Truc. 1. 2. ℣. 60. & 1. 2. ℣. 29. & Truc. 1. 2. ℣. 6. Men. Prol. ℣. 100. & 2. 1. ℣. 13. Rud. 1. 2. 28.

Aduenire aliquò. Pſeud. 2. 2. ℣. 27. *Athenas nunquã adveni*. Sic quoque loquitur paulo poſt. Pſeud. 2. 4. ℣. 41.

Aduenire huc. Amph. 1. 1. ℣. 212.

Aduentare. Pœn. 3. 1. ℣. 58.

Aduerſa ſempiterna. Merc. 2. 3. ℣. 2.

Adverſa avi. Vide infra, *Avi ſiniſtrâ*. Et. *Rumore ſecundo*.

Aduerſare: verſare. Rud. 2. 2. ℣. 1.

Aduer-

Aduerſare: verſare. Rud. 2. 2. ℣. 1.

Aduerſari aliquid ſedulo. Trin. 2. 2. ℣. 102.

Aduerſari contra. Caſ. 2. 3. ℣. 35.

Aduerſari aduerſus aliquid. Merc. 2. 3. ℣. 43.

Aduerſarius valens. Capt. prol. ℣. 4. 6.

Aduerſum aliquem. h. e. præſente aliquo. Bacch. 4. 4. ℣. 47.

Aduerſum: contra. Pſeud. 1. 5. ℣. 39. Vide etiam paulò poſt: *Aduersùm.*

Aduerſus venit hero meo. Trin. 3. 2. ℣. 98.

Aduerſus ire. obuiam ire. Moſt. 4. 2. ℣. 6.

Aduerſum ire. Merc. 1. 2. ℣. 5.

Aduerſum tenere: pro eo, quod *Adverſus eſſe.* Nepos in vita Miliad. *Hic enim ventus ab ſeptentrionibus oriens adver ſum tenet Athenis proficiſcentibus.*

Adverſus, ut, contra. Vide lib. de particulis. Et, *Ferre arma contra.* Livius lib. 37. cap. 13. *Poſteaquã nemo advers⁹ ibat, claſſe diviſâ, pars in ſolo ad hoſtium portus in anchoris ſtetit, pars in terram milites expoſuit.*

Adverſus aliquẽ dicere. Amph. 2. 2. ℣. 18.

Adverſum recuſare. Pœn. 5. 6. ℣. 18.

Advertere cum adjuncto rectum: ut, animum, mentem, aures, oculos, naſum, pedem, proram ripæ advertere. Cicero tamen eo non eſt uſus, licet *Advertebatur* dicat lib. 1. Epiſt. 1. ad Lentulum: *quæ res augit ſuſpicionem Pompeij voluntatis. nam advertebatur Pompeij familiares adſentire Volcatio.* Et *Adverſa.* lib. ad Q. Fratrem Epiſt. 2. ferè in fine. *Atque hæc eſſe, quàm audio, non puto: & ſi ſunt occupationibus tuis minus adverſa, nunc perſpice, & purga.* quæ tamen mihi mendoſa videntur, ut & Lamb. atque legendum, *animadvertebatur*, & *animadverſa*, ſed *advertebatur* ferri poteſt. Sunt tamen libri, in quibus *advertebantur.* quod omninò probum videtur. Adferunt quidam & hunc locum ex lib. 4 Epiſt. 4. Attic. in fine: *Tu fac, ut venias, & de librariis, ſi me amas, diligenter advertas.* Sed in optimis libris non reperitur *advertas.* Et eſt oratio præcisè concepta. ſcil. *cura:* ut ſæpe in illis Epiſt.

Advertere animum, mentem. Cicero, *Attendere animum*, & Animadvertere dixit. Plautus Amph. Prol. ℣. 38. *Huc animum ad ea, quæ loquar, advertite.* Mil. 1. 1. ℣. 39. *Facetè advortis animum tuum ad animum meum*, & 3. 1. ℣. 171. *Nunc huc animum advortite ambo.* Eunuch. 3. 1. ℣. 7. *Adverti hercle animum.* Andr. Prol. ℣. 8. *Nunc quam rem vitio dent, quæſo advertite.* Lucret. lib. 3. 3. ℣. 54.

——*multoque in rebus acerbis*
Acrius advertunt animum ad religionem.

Dicit

Dicit & *Advertere*. pro *punire*, Tacitus: quod Cicero. & antiquiores *Animadvertere*.

Advertere abſolutè. Bacch. 4. 9. 69. *Advorte igitur*. Sed metri ratio requirit, *animum*. Vide Animadverſ.

Advertere navem, appellere. Ita *oculos, aurem* fabulis, vultum ſacris, curſum aliquò, pedem ripæ, mentem hac. Sic Poëtæ, Virgilius, Ovidius, alij quoq; ſcriptores illis recentiores, ut Plinius, Tacitus &c. Cicero ita non loquitur, nec utitur eo verbo, excepto uno loco, in quo *advertebatur*. lib. 1. Epiſt. ad Lentulum, uti paulò ante dictum. Quod autem quidam ex Cicerone adferunt: *De librarijs, ſi me amas, diligenter advertas*. Conciſé dictum eſt, ut ſæpe: Plautus quidem & Terentius, ut jam ante monui, *animum advertere* dicũt, ſed lenius Cicero, Cæſar, alijque, *animadvertere*. Sed barbarum eſt, admonẽte L. Vallâ, *Advertere*, ſiue, *animum*. Sic & Tacitus ſæpe, *Advertere in aliquem*.

Advertere aliquem: pro, Cõmonefacere Probæ notæ verbum. Livius lib. 1. cap. 12. *Adverterat que ea res etiam Sabinos tanti periculo viri*. Juſtus Lipſius ad lib. 2. Ann. cap. 17. *averterat*. Sed puto, ibi temere nihil mutandum. Et lib. 26. cap. 5. *Multitudo tantum cum æris crepitu, qualis in defectu Lunæ, ſilente nocte cieri ſolet, edidit clamorem, ut adverteret etiam pugnantium animos*. Ita Muretus. rectè. vulg. *averteret*. Tacitus ſæpè. ut lib. 2. Annal. cap. 17. *Octo aquilæ petere ſyluas, & intrare viſæ advertére Imperatorem*. Et lib. 12. cap. 51. *Interim Zenobiam (id mulieri nomen) placidâ illuvie ſpirantem ac vita manifeſtam advertére paſtores*. Plinius lib. 1. Epiſt. 10. *Multa in Euphrate ſic eminent, & elucent, ut mediocriter quoque doctos advertant & adficiant*.

Advigilare. Perſ. 4. 4. ℣. 64.

Advincere: non puto Latinum, nec eo uſum Ciceronem in 4. Parad. initio. Locus enim ille mendoſus, etiam in vett. codd. qui fortaſſis an ita ſit emendandus: *Ego verò te non ſtultum, ut ſæpe, nõ improbum, ut ſemper, ſed dementem, & inſanire, rebus vincam neceſſariis*. Videtur enim Horatius, ut alia multa, ita & hoc Ciceronis imitatus lib. 2. Satir. 3. ℣ 225.

Vincit enim ſtultos ratio inſanire nepotes.

Alij aliter. Noſtram ſanè lectionem confirmat Plautus Moſtell. 1. 2. ℣. 12. *Profectò ita eſſe, ut prædico, vero vincam*. Idem Mil. 2. 2. ℣. 31. *Vt eum, qui hic ſe vidit, verbis vincat*. Sic enim loca illa reſtitui in Animadverſionibus.

Advivere cum aliquo. Romana phraſis. Inſcript. pag. 1155. 8. M. VALERIO. FAVSTO. MARITO. OPTIMO. CONIVGI DVLCISSIMO. BONIS. IVDICIIS.

GIIS. EIVS. INTEGRA. ET. ÆQVISSIMA. CVM. QVO. ADVIXIT. SINE. QVERELA PER. ANNOS. XX. BENEMERENTI. VALERIA. DONATA. S. VIVA. FECIT. ET. SIBI.

Adulterare, abſolute, pro, adulterinis modis agere, adulterinis litteris: vt Bacch. 2. 3. ℣. 34.

Adulterinus ſymbolus. Bacch. 2. 3 ℣. 32.

Ad unum omnes. Livius lib. 4. cap. 28. *Circumventi igitur jam in medio ad unum omnes pœnas rebellionis dediſſent.*

Aduocare: vocare. Amph. 5. 1. ℣. 76. Pſeud. 4. 7. ℣. 59.

Aduocare aliquem alicui. Caſ. 3. 3. ℣. 7.

Aduocare ſibi aliquem. hoc eſt, adducere, ut ſibi in judicio aſſiſtat. Bacch. 2. 3. ℣. 28.

Advocare: abſolutè, ſine caſu. pro, *Adeſſe alicui*. Cicero pro Cluent. cap. 19. *Aderat frequēs, advocabat, omni ſtudio, gratiâq; pugnabat: poſtremò id, quod maximo malo illi cauſa fuit, hoc ipſo in loco, quaſi reus ipſe eſſet, ſedebat.* Ita ferè & Pōponi⁹ loquitur l. 18. Si procurator. D. Rat. rē. hab *prout interſit agentis, quod litigat, quod conſumit, quod advocat, quod damnatus ſolvit.* Vbi tamen *avocat* legendum putat Jac. Cuir.

Advocatio. Græcè παράκλησις, ipſa talium amicorum multitudo. Vide Lexic. Juris. Interdum & pro dilatione, & tempore ad illos conquirendos.

Advocatus teſte Aſconio dicitur

is, qui jus alicui ſuggerit, a
qui præſentiam ſuam ei con
modat: qui gratiæ & authe
ritatis causâ adeſt amico
jūdicio. Germ. Beiſtād, Gr
cè παράκλητος. A quo diffe
Patronus. Sed recentiores C
cerone eo cæperūt uti pro P
trono. Aſconij Pediani verb
ſunt in Divin. Cicer *Qui def
dit alterum in judicio, aut P
tron⁹ dicitur ſi Orator eſt: a*
Advocatus, *ſi aut jus ſugger
aut præſentiam ſuam comm
dat amico: aut* Procurator
negotium ſuſcipit: aut Cogn
tor, *ſi præſētis cauſam novit,
ſic tuetur, ut ſuam*. Cicero li
2. de Orat. cap. 74. *Sæpe aliq
teſtis aut non lædit, aut min
lædit, niſi laceſſatur, orat re
urgent advocati, ut invehe
mur, ut maledicamus*: Et p
Cluentio cap. 40. *Quis e
umquam, non modò in patro
ſed in laudatoris, aut advoc
loco viderat*. Plaut⁹ Amph. 4
℣. 4. Mē. 5. 2. ℣. 47. Mil. 5. 1.
26. Pœn. 3. 1. ℣. 23. Trin. 5. 2.
37. Amph. Sc. D I. *voſtr*. ℣. 7

Aduocati. Pœn. 3. 1. ℣ 3. & 3. 5
22. & 3. 6. ℣. 11. Stich. 3. 1. ℣.

Aduocatus alicui. Rud. 3. 6. ℣.

Aduocatus adſto. Caſ. 3. 3. ℣. 5.

Aduocatos ducere. Pœn. 3. 1. ℣.

Aduocatū alicui ire. Epid. 3. 3. ℣

Advolare: advenire. Mil. Arg
℣. 7.

Adulare. de voce. Amph. 1. 1
169.

Aduerſari alicui. Caſ. 2. 2. ℣

Aduerſi. adverſarij. Aſin. 3. 2.

Aduerſitor puer: qui hero o
am it. Moſt. 4. 1.

Aduorſum aliquo: eſt aliquo præſente. Aul. 4. 7. ℣. 9. Vide etiam paulò antè; *Aduerſum.*

Aduerſum venire. Caſ. 2.6 ℣. 29.

Aduorſum ire. Amph. 2. 2. ℣. 42. & 4. 4 ℣. 6. Aſin. 2. 2. ℣. 29. Mil. 2. 2 ℣. 14. Moſt. 4 1. ℣. 22. Men. 5. 2 ℣. 25. Stich. 2. 1. ℣. 81. & 4. 2. ℣. 27. Caſ. 3. 6. ℣. 5. Truc 2. 6. ℣. 21.

Aduorſũ venire. Moſt. 1. 4 ℣. 1. & 4. 2. ℣ 29. 32. Men. 2. 3. ℣. 82. 90. & 3. 1. ℣. 17. & 5. 6. ℣. 19. & 5. 8. ℣. 2. Caſ. 2 6 ℣. 29.

Aduorſum fieri. Men. 3. 2. ℣. 21.

Aduorsùm legem. Truc. 4. 2. ℣. 47.

Advorsùm quod. ut, *præquod. præterquod.* ἐλλειπτικῶς. Trin. 1. 2. ℣. 139.

Advorsùm uxori. Amph. Sc. DI voſtr. ℣. 73.

Advorsùm: contra. Stich. 4. 2. ℣. 11. *Adversùm te fabulare.*

Advorsùm ſententiam alicujus. Merc. 3. 4. ℣. 10.

Advorsùm obtueri. Moſt. 3. 2. ℣. 154.

Advorsùm alicui. Stich. 1. 2. ℣. 32.

Advorſum aliquem mendax. Pœn. 1. 2. ℣. 188.

Advorsùm aliquem mentiri. Mil. 4. 2. ℣. 88.

Aduortere animo. Pſeud. 1. 2. ℣. 10.

Aduortere animum. Tota Comicaphraſis. Merc. 5. 4. ℣. 7. Moſt. 2. 1. ℣. 52. Men. prol ℣. 5. Pſeud. 1. 2. ℣. 53 76. & 1. 5. ℣. 81. Epid. 2. 2. ℣. 21. 37. Pœn. 5. 4. ℣. 79. Pſeud. 1. 1. ℣. 30. & 1. 2. ℣. 10. Vide Lucret. III. 45. IV. 810. Amph. prol. ℣. 95. Capt. 2. 2 ℣. 79. & 5. 2. ℣. 14.

Ad urbem eſſe, dicebantur Proconſules, aut Proprætores, qui reverſi ex provincijs ſolent interdum hærere Romæ in ſuburbijs, nec ſtatim ingredi urbem, vel petendi triumphi causâ. Etiam qui interdum in provinciam profecturi hærebant ad urbem. Vt Pompeius Cicer. lib. 9. Attic. Epiſt. 11. *Quibus mecum agebas, ut ad urbem eſſem* Salluſt. Catil. cap. *Hi utrique ad Vrbem Imperatores erant, impediti, ne triumpharent, calumniâ paucorum.* Cæſar initio lib. 1. de bello Gall. cap. *Dent operam Conſules, Prætores, Tribuni pl. quiq; Procoſſ. ſunt Vrbem, ne quid Reſp. detrimenti capiat.* Interdum tamen *Ad Vrbem* nihil aliud eſt, quàm *In Vrbe.* Cicero Accuſ. 11. Verr. cap. 8. *Ad urbem cùm eſſet, audivit, Dioni cuidam Siculo permagnam veniſſe hæreditatem.*

Æacidina mina. Aſin. 2. 3. ℣. 25. vide PROVERBIA, in Mãtiſsâ.

Ædepol certè: Mil. 2. 6. ℣. 103. vide *Edepol, & Epol* litt. E.

Ædes. ſacra ſcil. Trin. 2. 4. ℣. 67. Pœn. 3. 1. ℣. 26.

Ædis ſingulari numero, de domo. Curc. 4. 1. ℣. 20. Aſin. 1. 3. ℣. 67. Vide etiam Agell. 4. 19.

Ædes: pro domo. Mil. 2. 1. ℣ 39. Truc. 2. 8. Ita enim malo interpretari. hac allegoria ferme vtitur Cicero in Piſonem: *Improbiſſimorum ſermonum domicilium in auribus ejus collocauerunt*

Ædes ablectæ. vide Allectæ.
Ædis capitalis: in qua capital admiſſum. Moſt. 2.2.℣.44.
Ædes feſtiniſſimæ. Curc.1.1.℣.91.
Ædes lamētariæ. Capt. 1.1.℣.28.
Ædes lenoniæ. Truc.1.1.℣.10.
Ædes Minervæ. Bacch.4.8.℣.60.
Ædes nitidæ, mundæ. Stich.1.2.℣.8.
Ædes probæ, pulchreq; ædificatæ. Merc.5.2.℣.60.
Ædes puræ, mūdæ. Truc.2.7.℣.6.
Ædes evomere dicuntur, quando quis eiicitur ædibus. Pſeud.4.1.℣.43. Sic Virgil. lib.2. Georg.℣.462.
Mane ſalutantum totis vomit ædibus undam.
Ædes, expolitæ, paratæ, factæ probe, examuſſim. Moſt. 1.2.℣ 18.19.
Ædes hiſcunt. Pſeud. 4.1.℣.42. Laberius: *Hietantur fores.*
Ædes plena convivarum, & mulierum. Moſt.2.1.℣.32.
Ædes Veneris. Pœn.5.3.℣.13.& 1.2.℣.105.& 4.2.℣.25.
Ædicula. Epid.3.3.℣.121
Ædificare, proprie de navibus, ſecundū Servium ad Virg. lib. 2. Æneid.℣.15. Merc. Prol.℣.87.
Ædificare: in proverbio fere eſt, cum quis Columnam mento ſuo ſuffulcit. Mil.2.2 ℣.54.
Æ diles curules. Men.4.2.℣.23.
Ædiles ludi. Pœn.5.2.℣.52.
Ædiles publici. Truc.2.7.℣.6
Ædilis faſtidioſus. Rud. 2.3 ℣.42.
Ædilitatem ſine ſuffragio gerere. In proverbio. Vide PROVERBIA, in Mantiſsā.

Aedituus. Curc.1.3.℣.48.
Aegre eſſe alicui ex aliqua re. Caſ.2.2.℣.11 & 2.6.℣.67.& 2.7.℣.6. Bacch.5.1.℣.26. Curc.1.3.℣.13. Men.4.2.℣.62. Merc.2.3 ℣.35. Mil.3.1.℣.151. Pœn.5.2.℣.107.111. Truc.2.5.℣.11.
Aegrè facere. Caſ.3.4.℣.15.
Aegrimonia. Rud 4 4.℣.146.
Aegrimonia afficere. Stich. 5.1.℣.5.
Aegritudo: proprie eſt morbus animi. Bacch.5.1.℣.24. Capt.4.2.℣.2. Merc.2.3.℣.24.
Aegritudo: de amore. Merc.1.2.℣.29.
Aegritudo: pro moleſtia, & indignatione. Moſt.3.2.℣.126.
Aegritudo animam adimit. Trin.4.3.℣.84.
Aegritudo animo obuiam eſt. Stich.4.1.℣.19.21.
Aegritudinem obiicere. Bacch.5.6.℣.9.
Aegritudinem parere. Trin. 2.2.℣ 25.
Aegritudinem ex animo exturbare. Curc.2.1.℣.9.
Aegritudine emori. Men. Prol.℣.35.
Aegrius, difficilius. Aſin.1.1.℣.106.
Aegrotum videre: inuitum videre. Trin.1.2 ℣.39.
Aegretare dicuntur ea, quæ mutantur in peius. Lucret. lib.4.℣ 1117. *ægrotat fama vacillās.* Varro lib.1. de vita populi Rō. *Diſtractione ciuium elangueſcit bonum proprium ciuitatis,*

atq; ægrotare incipit, & conſeneſcere. Ita Græci vſurpant τὸ νοσεῖν monente P. Victorio lib. 19. cap. 11. Plautus quoq; ad eandem μεταφορὰν alluſit Trin. 1. 1. ℣. 8. 34. *Aegrotans artes antiqua.* Vide Lexicon Lucretianum Danielis Parei.

Aegrum: pro ægritudine. Amph. 2. 2. ℣. 11.

Aegyptus. Moſt. 4. 3. ℣. 2.

Aemulus, pro rivali. Cicero: *Licet eum ſolus ames: me æmulum non habebis.* Seneca lib. 1. Ben. cap. 9. *ſiquis nullâ amicâ ſe fecit inſignem, nec alienæ uxori æmulum præſtat.*

Aenigma apud Plautum. Ciſt. 2. 3. ℣. 60.

Aënum. Pſeud. 1. 2. ℣. 24.

Aepol. Vide infr. *Epol.*

Aequa lege nō licet. Ciſt. 2. 1. ℣. 55.

Aequalis: pro amico, ſocio. Epid 1. ℣. 93. Trin. 1. 2. ℣. 10. & 2. 2. ℣. 45.

Aequabiles opes cum aliquo. Capt. 2. 2. ℣. 52.

Aequè. Hac particulâ pauci hodie utuntur. Veteribus, & inprimis Ciceroni familiariſſima. Valet, *Aequaliter.* Cicero in Lucullo cap. *Et ſomnia dormienti, non æquè ac vigilanti probantur.* Et pro Archia cap. *Qui æquè atq; ego ſunt occupati.* Et pro S. Roſcio cap. *Hoc æquè turpe eſt, atq; illud.*

Aeque: abſolutè. *Non æquè.* Pſeud. 2. 4. ℣. 55. 58.

Aequè: in comparatione elegāter vſurpatur, interdum abſolutè, abſque ἀναφορικῇ. Stich. 2. 1. ℣. 64. *Ridiculus nullus æque eſt, quando eſurit.* ſcil. quam, atq; ego. Pſeud. 1. 5. ℣. 12.

Atque ac. Bacch. 2. 2. ℣. 36. Men. 3. 2. ℣. 28. Pœn. 5. 2. ℣. 153.

Aeque atque. Aul. 2. 4. ℣. 18. Caſ. 1. 1. ℣. 41. Mil. 3. 1. ℣. 73.

Aeque amare. Bacch. 5. 1. ℣. 27.

Aeque bene. pro *melius.* Moſt. 1. 3. ℣. 85. 143.

Aeq; diſpares. Amph. 1. 3. ℣. 51.

Aeque mecum: juxtà mecum, vnà mecum. Aſin. 2. 2. ℣. 66.

Aeq; melius. Capt. 3. 5. ℣. 42. Sic Capt. 3. 4. ℣. 111. *certò certius.* Terent. Heaut. 4. 3. ℣. 7. *æquè commodius.*

Aeque nullus. Merc. 2. 3. ℣. 1.

Aeq; quam. Epid. 2. 3. ℣. 2. Stich. 1. 2. ℣. 1.

Aeque quicquam, quàm. Mil. 2. 5. ℣. 55.

Aeq; magnus. Men. 1. 3. ℣. 18.

Aeque ſi. Bacch. 2. 2. ℣. 37.

Aequiperare, Aequare, Adæquare. Trin. 5. 2. ℣. 2. Cicero Tuſcul. l. 5. cap. 17. *qui factis æquiperare queat.* Interdum cum dandi caſu: ſed loci ferè depravati ſunt. Vide, *Verba abſolutè poſita* Cicero l. 2. Epiſt. 5 ad Q. Fratrem: *Eâ ipsâ in re Pompeii offenſio nobis obſtitit. Senatorem enim urna copioſè abſolvit: equitum adæquavit: tribunò ærarij condemnarunt.* Et initio lib. 1. Offic. *Quamobrem magnopere te hortor, mi Cicero, ut non ſolum orationes meas, ſed hos etiam de Philoſophiâ libros, qui iam illis ferè æquarunt, ſtudioſè legas.* Ita locus hic ex vett. libb. emendandus.

dus. Sic Author lib. 8. de bell. Gall. cap. *Collocatur in eo turris decem tabulatorum, non quidẽ quæ mœnibus æquaret: (id cum nullis operibus effici poterat) ſed quæ ſuperare fontis faſtigium poſſet.* Ita & ibi in vet. lib. exaratum fuit. Livius lib. 26. c. 37. *Ita æquante fortunâ ſuſpenſa omnia utrinq; erant.* Et lib. 33. cap. 8. *Is triumphus ut loco & famâ* &c. *inhonoratior fuit: ita ſignis carpentisq; & ſpolijs. ferme æquabat.* Cicero lib. 5. Tuſc. c. 17. *qui factis Æquiperare queat.*

Æquiparare aliquid ad aliquid Mil. 1. 1. ℣. 12. *Aequiperare ſuas virtutes ad tuas.*

Aequiparabilis. Trin. 2. 4. ℣. 65. & Curc 1. 3. ℣. 11.

Aequi Contrar. *Iniqui.* Cicero pro Rabir. Poſth. cap. *in quo æqui ſperaſſe Poſtumũ dicunt, peccaſſe iniqui.*

Aequo animo eſſe: qui in neutrã partẽ propendet. Cui contrarium, *Cupidus* proprie dicitur. Cicero lib. Attic. Epiſt. 3. *Ac ne me exiſtimaris ad manendum eſſe propenſiorem.* &c. *quamobrem ut maximâ de re æquo animo deliberanti, ita mihi des cõſilium velim.* Sic dicimus etiam *Aequiſſimo animo eſſe*: vulg. *contentiſſimum eſſe* Germ. Gar wol zufrieden ſein. Sic *Æquitas animi mei, & ludum, & contemplationem Seleciana provinciæ.* Pro M. Marcello cap. 8. *Hic tu modũ vitæ tuæ non ſalute Reip. ſed æquitate animi definies.* In Vatin. cap. 16. *qui omnia in pecuniâ poſuiſſet, honore animo æquo carere debere.* Et pro Milone cap. *cederet æquo animo legibus.* &c. Et lib. 6. Epiſt. 12. *Gratulor tibi, mi Balbe, vereq; gratulor: nec ſum tam ſtultus, ut te uſurâ falſi gaudij frui velim, deinde frangi repente, atq; ita cadere, ut nulla res te ad æquitatem animi poſſit extollere.* Pro Roſc. Amer. cap. 50. *Conſequeris tamen, ut eos ipſos, quos contra ſtatuas æquos placatosq; dimittas.* In Agrar. 1. cap. 5. *quantum tibi agri vendet ſocer tuus? & ſi ego eius æquitatem animi probè novi, vendet non invitus.* Et de Senect. cap. 22. *Sapientiſſimus quisq; æquiſſimo animo moritur: ſtultiſſimus iniquiſſimo.* Plautus Aul. 2. 2. ℣. 10. *Pol ſi eſt animus æquus tibi, ſatis habes, qui benè vitam colas.* Rud. 2. 3. ℣. 71. *anim⁹ æqu⁹ optimũ ærumnæ condimentum.* Lucret. lib. V. ℣. 1117.

Divitiæ grandes homini ſunt
vivere parcè Aequo animo.

Aeque cenſu cenſeri. Trin. 2. 4. ℣. 93.

Ex *Aequo loco*. Cicero ſolet dicere, quod poſteriores eo, *de plano*. Cui contrarium: *ex ſuperiore*, id eſt, pro tribunali. Vide Lexic. Iuris. Cicero l. 3. Epiſt. 8. ad Appium. *Illud quidem ſcio, meos multos & illuſtres & ex ſuperiori, & ex æquo loco ſermones habitos cum tuâ ſummâ laude.* (2. 2. ℣. 10.

Aequum eſt: decet, par eſt. Rud.

Aequum bonum: ἐπιείκεια. Id iam notum: ſed de homine

Aequus bonus, Ciceroni ut pu[illegible]. non uſitatum. Salluſtius *Aequi boni* vocabulo ſæpe utitur, & quodam ſuo ac peculiari modo ac notione. Suetonius tamen in Octavio utitur ex quodam Mimo. Domini, inquit, appellationem, ut maledictum & opprobrium ſemper exhorruit, cùm ſpectante eo ludos, pronunciatum eſſet in Mimo: O *Dominum æquum & bonum!* de homine. quod non temere uſurpandum.

Aequus ad
- *modum ædilitium*, quaſi proverbio dicitur is, qui valde æquus, & quaſi ἀκριβοδίκαιος.
- *libellam*. &c. Varro l. 1. de re ruſt. c. 6. *Campeſter l[illegible] us melior. qui totus ad libellā æquus* Idē Varro apud Nonium. Convenire, *Fortis. æquus, vel ad ædilitium modum* ſed leg. *æcus* quomodo Antiquarii ſcribebant.

Aera de multa pecuniaria. Truc. 2.2 ℣. 42.

Aera tentare. Truc. 1.1. ℣. 12. Germ. Das Gelt anwenden. de amatorib. & ℣. 51. *Aeri plus eſt ſcortorum*, &c. & ℣. 53. *Aera uſuraria.*

Aeratus obolus. Pœn. 1.2. ℣. 61. Vide Animadv. & infr. litt. O.

Aerumna acerba. Epid. 2.1. ℣. 10.

Aerumna: de ὀδύνῃ parturientium. Amph. 1.2. ℣. 26.

Aerumna Herculis. Perſ. 1.1. ℣. 2. Cicero lib. 2. fin. extremo: *An cùm de omnibus gentibus optimè mereres, cùm opem indigentibus ſalutemq́ue ferres, vel Herculis perpeti ærumnas? Sic enim maiores noſtri labores non fugiendos. triſtiſſimo tamen verbo, Aerumnas etiam in Deo nominaverunt.*

Aerumna: de afflictionibus. Capt. 5.1. ℣ 9.

Aerumna ventris. De *Paraſitis* Mil. 1.1. ℣. 3. Vide Notas Danielis Heinſii ad Rom. c. 16. ℣. 18. pag. 368.

Aerumnam exſequi. Capt. 2.1 verſ. 1.

Aerumnam obiicere. Epid. 2.1 verſ. 10.

Aerumnam obſervare gravem pro comprimere. Epid. 4. 1. ℣ 30.

Aerumnatus. Capt. 3.4 ℣. 108. Sic enim omnes Mſſ. Pall.

Aerumnoſus. Rud. 1. 4. ℣. 39.

Aerumnulæ. Plautus in Fragmēt. apud Feſtum. Sunt furcillæ, quib⁹ religatas ſarcinas viatores gerebant. Αἰρουμένη. *ærumna* Vide infr. *Furca.* Et Feſtum *Muli Mariani.*

Aes & *As*, genus nummi, idem vett. valent. Cicero in Topicis c. 2. *Locuples enim eſt aſſiduus, ut ait Aelius, ab ære dando.* Sic ibi omnes Mss. & editi. Solus Lambinus, libris invitis, quâ phraſi ſæpe utitur, pro, *ab ære*, repoſuit, *ab aſſe.* perſpicuum ſcil. eſſe, *aſſiduus* ab *aſſe*, non ab *ære* deduci. Verùm Cicero non tam ſyllabas, quàm rem ſpectavit. alioquin enim dicere

cere

cere oportuerat, *ab aſſe duendo*, à verbo namque antiquo *duere* verè ductum eſt *aſſidui* vocabulum. Et hoc quoque credo, ſi illi in mentem veniſſet, Lambinus repoſuiſſet.

Aes: Pretium, pecuniam, notat. Aſin. 1. 3. ℣. 49.

Aes proprium, alienum. Curc. 3. ℣. 2.

Aes alienum cogere. Stich. 2. 1. ℣. 49.

Aes, pro ſtipendio militari μισθῶ νομικῶς. Aul. 3. 5. ℣. 52.

Aes militare. Pœn. 5. 5 ℣. 7. *Aere militari tangere*: de pugnis, vel gladio militis: ambiguo ioco.

Aeſchrodora: nomen meretriculæ: Pſeud 1 2. ℣ 62.

Aeſculapius. Curc. 2. 2. ℣. 11. Men. 5. 3. ℣. 9. (52.

Aeſculapii fanum. Curc. 1. 1. ℣. 14.

Aeſtas perbona Moſt. 3. 2 ℣. 78.

Aeſtimare: de pretio ſcitari. Capt. 2. 2. ℣. 90.

Aeſtimationes, pro prædiis, & poſſeſſionibus æſtimatis. Cicero eo ita utitur, ex eo, quod Cæſar rerum potitus poſſeſſiones debitorum lege latâ iuſſit tanti æſtimari bello civili, quanti fuiſſent ante: quâ de re ipſa Cæſar l. 3. de bello ciuili, initio. Cicero lib. 9. Epiſt. 28. ad Pætum. *Sed quando, ut video, æſtimationes tuas vendere non potes, neq; ollam denariorum implere, Romam tibi migrandum eſt*. Et Epiſt. 16. *Non eo ſis conſilio, ut cùm me hoſpitio recipias, æſtimationem te aliquam putes accipere*

Aeſtuare: calere. Pœn. Prol ℣. 43.

Æſtuaria Græcè ἀναχύσεις, ſunt loca plerumque mari aut flumini vicina, in quæ mare exundat, paluſtria, luculenta, multis foſſis inciſa. Strabo Geogr. lib. 3 pag. 96 Ἑξῆς δ' ἐστὶν ὁ Μενεσθέως καλούμενος λιμὴν καὶ ἡ κατὰ Ἄστα ἀνάχυσις καὶ ἀναβρόχωσις. Λέγονται δὲ ἀναχύσεις, αἱ πληρούμεναι τῇ θαλάττῃ κοιλάδες ἐν ταῖς πλημμυρίσι, καὶ ποταμῶν ἀνάπλους ἐπὶ τὴν μεσόγαιαν ἔχουσαι, καὶ τὰς ἐπ' αὐτῆς πόλεις. Sequitur *Meneſthei portus & ad Aſtam maris effuſio & ebullitio*. Aeſtuaria *hæc vocant, ubi cavitates mari impletæ in eius affluxu fluminum inſtar facultatē navigandi in mediam terram & urbes in eâ ſitas præbent*. Tacitus lib. 11. Annal. cap. *At Corbulo provinciam ingreſſus magnâ cum curâ, & mox gloriâ cui principium illa militia fuit, triremes alveo Rheni, cæteras navium, ut quæq; habiles, per æſtuaria & foſſas adegit*. Cæſar lib. 2. de bell. Gall. cap. *Maiores natu, quos unà cũ pueris mulieribusq; in æſtuaria ac paludes collectos dixeramus*. (℣. 89.

Aeſtus: de amore. Truc. 1. 2.

Aeſtus muſtulentus: calor quaſi muſto oblitus. Ciſt. 4. 2. ℣. 89.

Aeſtivè viaticatus. Men. 1. 1. ℣. 30. Dictũ eſt ex eo, *inquit Tur*. libr. 18. cap. 15 quod plura alimenta ſolent hibernis prouidere milites, quam æſtiui. Et quod æſtate qui iter faciunt, paucioribus

paucioribus diebus, quò volunt perueniunt, & de æſtatis frugibus inter eundum ſe interim tolerant: cum idem hyeme nuda tellure facere non poſſint, & ea tempeſtate lagenam & potionem potius, quam cibum& obſonium quærant. Nam in lagena eſt æſtiuum viaticum. Sic *Aeſtiua ſupellex* à Propert. dicitur lib. 4. cap.8.

—vitrique æſtiua ſupellex
Et Methymnei Graia ſaliua meri.

Lambinus inſuper ait: *viaticatos æſtiuè* dictos, tenuiter & parce viaticatos. Ab iis, qui veſtiti ſunt ad eos qui viaticati ſunt. Dicimus enim *Aeſtiuè veſtitum*, qui leuiter & expeditè veſtitus eſt. Vide etiam Cæl. Rhodig. lib.6.c.12.

Aetas: abſolutè, pro adoleſcentiâ & ætate juuenili. Bacch. 1. 2. ℣. 60. & 3.3 ℣.5.& 4.10.℣. 5. Moſt. 5. 2.℣.27.36. Sic Afranius: *Aetas & corpus tenerum, & morigeratio, hæc ſunt venena formoſarum mulierum. Mala ætas nulla delinimenta inuenit.*

Horat.l.2. Epiſt.vlt.℣.vlt.

--- Pulſet laſciua decentius ætas.

hoc eſt, juuenes; quos magis laſciuos eſſe decet, quam ſenes Propert.l.1.Eleg.7.

Nec tantum ingenio, quantum ſeruire dolori
Cogor, & ætatis tempora dura queri.

In Aetate. Vide litt.I.

Aetas ſenecta. Aul. 2. 2. ℣.75. Amph.4.2.℣.12. Merc.5.4.℣.25. Caſ. 2.3.℣.13.41.

Aetas: pro ſenectute abſolutè. Bacch. 5. 2.℣.44. Men.5.2.℣.1. Moſt.1.3.℣.129.

Aetas: pro toto homine. Rud. 5. 2. ℣. 59.

Aetas pro *vita*. Amph. 3.2.℣.57.

Aetas mea: hoc eſt, ego. Pſeud. 1. 1.℣ 109. Capt. 4.2.℣.105.& Stich. 4.2.℣.14. *Væ ætati tuæ*. hoc eſt, tibi.

Aetas noſtra; nos: *Aetas tua*, hoc eſt, tu. Bacch.2.3.℣.121. Men. 4.3.℣.1. Similiter Symm. libr. 9. Epiſt. 24. *Quod non dubito etiam ætatis tuæ homines indicaſſe.* Sic enim recte ex MST. Bertin. Beſſar. & Vatican. editum eſt.

Propertius lib.1.Eleg.2.

Hic tu ſēper eris noſtræ gratiſſima vitæ. hoc eſt, mihi.

Et lib. 1. Eleg.8.

Iſta meā norit gloria canitiē.

Et lib.1.Eleg.11.

Aut ſine te vita cura ſit vna mea. Et lib.2.Eleg.18. *Quid ſi jam canis ætas mea jam candeat annis.* Et lib.3.Eleg.9. *Quid mirare? meam ſi verſat fœmina vitam.* Vide Lexicon Lucretianum Danielis Parei, in: *Meum cor.*

Aetas firme acta eſt. Sermo ſenis. Trin. 2.2.℣.38.& 2.4.℣.148. Moſt.3.2.℣.41. Rud. Prol. ℣. 29. Pœn 1.5.℣. 6.

Aetatem agere alicubi: eſt diu verſatum ibi eſſe. Agellius lib.15. cap.2. *Ex inſula Cretâ quiſpiā ætatē Athenis agēs Platonicū ſe eſſe Philoſophū dicebat.*

Aetas

Aetas integra. pſeud. 1.2.ỽ.69.
Aetas: abſolutè pro mala ætate, ſenio. Moſt. 3.2.ỽ.117.
Aetas bona: iuuentus. Rud.2.3.ỽ. 7. vt contrà
Aetas mala, ſenectus. 1. 1. ỽ.4. Men.5.2.ỽ.6.
Aetas media: quam Cicero vocat *conſtantem* in Catone. Aul.2. 1. ỽ.37.
Aetas ſapienti condimentum & cibus. Trin.2.2.ỽ.87.
Aetas ſenecta. Amph.4.2.ỽ.12.
Aetas vini, ſylvæ, arborum, domus &c. h.e. anni diuturnitas. papinianus IC. l. 60. domus. de leg. 1. *Domus*, inquit, *hæreditarias exuſtas, & hæredis nummis exſtructas ex causâ fidei commiſſi poſt mortem hæredis reſtituendas viri boni arbitratu ſumtuum rationibus deductis & ædificiorum ætatibus examinatis, reſpondi*. Aggenus Vrbicus in Comment. ad Frontinum: *Alter è contrario, inquit, ſimiliter quæreret ex ſimilitudine ferè culturæ comparationem accipit, id eſt, ſi ſilva, cujus ſit ætatis, pars cæſura, & ætas arborum, ut ſolet, relinqui, quas ante miſſas vocant & ſilvarum quoque ætate ſint pares*.
Aetas temporis. propert. lib.1.Eleg. 4.7. *formoſi temporis ætas*. Et leg.7. *ætatis tempora dura*. Ovid. lib. 1. Faſt. *Omnia tunc florent, tunc eſt nova temporis ætas*. Sic Catull. Nupt. pelei ỽ. 22. *tempus ſæculorum*. Cicero: *O tempora! ô mores!*
Aetate exire. Merc. prol. ỽ. 40.
Aetate ineunte. Trin.2.1.ỽ.24.
Aetatem committere vni loco. Truc. 4.4 ỽ.16.
Aetatem meam: h. e. dum viuo. Men.5.1.ỽ.20.
Aetatem: ſemper, diu, perpetuè. Nonius. vel *Aetatem*, eſt *per omnem ætatem*. Aſin. 2. 2. ỽ. 5. 18. Amph. 4. 2.ỽ.3. Curc.4.3. ỽ.22. Ciſtell. 1.1.ỽ.79. pœn. 3.3 ỽ.23. pſeud. 1.5.ỽ.100. Græci διὰ βίȣ pro δι' ὅλȣ βίου. Heſych. διὰ παντὸς: ἀεί. Terent. Heaut. 4.3.ỽ.38.
Quid malum! me ætatem cenſes velle id aſſimularier?
Hecyra 5.1.ỽ.21.
Nam neque illi hoc animo erit neque pol tu eadem iſtac ætate.
Vbi Donatus: *Aetatem, tam diu, quam diu eſt ætas*.
Lucretius lib.6.ỽ.235.
Qui ſolis vapor ætatem non poſſe videtur efficere.
Lucillius——
——*Vt multos menſeſque dieſque Non tamen ætatem tempeſtati hac ſceleroſi Latentur*. ——Vide plura exẽpla in Lexico Lucretiano Danielis parei.
Aetatẽ contereret. Bacch. 46.ỽ.11.
Aetatem degere. Ciſtel. 1.1.ỽ.79. vbi tamen aduerbialiter quoque accipi poteſt.
Aetatem extendere. Bacch. 3.3.ỽ. 26.
Aetatem exigere. Mil. 4. 6.ỽ.60. Trin.4.2.ỽ.111. Caſ.2.5.ỽ.12.
Aetatula, pro vita. Ciſt.1.1.ỽ.51. Moſtel. 1.3. ỽ. 60.& 3.2.ỽ.41. pſeud. 1. 2. ỽ. 40. Inde pro formâ bonæ ætatis accipitur iiſdem locis. Sueton. Claud.

cap.16. *Monuit, vt aut parcius ætatulæ indulgeret, aut certe cautius.* Apul.lib.1. Metam. *Hic eſt, qui diebus ac noctibus ætatulam meam illuſit.* Et lib. 7. *Nec enim levi pretio diſtrahi poterit talis ætatula.* Et lib.10. *Pallio bombycino inumbrabat ſpectabilem pubem, vt dimota, pateret flos ætatulæ.*

Aetati agundæ firmior ars. Trin. 2.1.☩.57.

Aetate: propter ætatem, præ. Bacch. 5.2.☩.19. Moſt.3.2.☩. 157.

Aetate ineunte. Trin.2.2.☩.24.

Aetatem vſq;. Rud.3.4.☩.10.11.

Aeternus: pro magno. Curtius lib.4.cap. *Ablue corpus, inquit, illuvie, æternisque ſordibus ſqualidum.* Virgil. Aen.lib.8. ☩.394. *Tum pater æterno fatur deuinctus amore.*

Aetolicitus. Pœn.3.3.☩.7.

Aetolicus aper. Perſ.1.1 ☩.3.

Aeuus: pro, *æuum.* Pœn.5.4.☩. 14. Vſurpat etiam Lucretius lib.3.☩.605.

Affatim. Men.1.1.☩.15.

Affatim amare. Pœn.4.2.☩.45.

Affatim eſt: ſatis, abunde eſt. Bacch. 3.3.☩ 94. Trin.5.2. ☩.61.

Affatim divitiarũ. Mil.4.1.☩.33.

Affatim hominum. Men.3.1.☩.10.

Affatim vſque. Pœn.3.1.☩ 31.

Affectare, de conatu, & promptâ voluntate dicitur. Vt *Affectare viam*, item, *aliquò*. Fortaſſe an ſumtũ à gladiatoribus. Interdum &, *Affectare viam.* Plautus *Aul.*3.6.☩39. Rud.2.4. ☩.5. Terent. Phorm.5.8.☩.71. *Hi gladiatorio animo ad me affectam viam.* Cicero pro S. Roſcio cap. 48. *Nunc verò quam viam muniтet, quò iter affectet, videtis.* Men.4.3.☩.12. *ut me defrudes, ad eam affectus viam.* Terent. Heaut. 2. 3. ☩.60. *Ad dominas qui affectant vias.* Virgil.Georg.4.☩. 561. *victorque volentes*

Per populos dat jura, viamq; affectat Olympo.

Cicer Agrar. I cap.2. *Videte nunc, quò affecerit iter apertius, quam antea.* ita ibi V.C. etſi fortaſſe legendũ, *affectet.*

Affectare: pro eo, quaſi imitari. *Affectio.* Nepos in vitâ Attici: *Elegans, non magnificus: ſplendidus non ſumptuoſus, omnuq; diligentia munditiam non affluentem affectabat: ſupellex non modica, non multa: ut in neutrã partem conſpici poſſet.* Sic.V.C. vulg. *omnique. dilig.*

Affectare: cupere, conari. Bacch. 3.1.☩.10. Vbi Mss. vall. *afflictas*, ſcribunt. Vide ibi Animadverſ. noſtras.

Affectus, ferè, perditus, debilitatus. Sed & eleganter valet idem, quod fere, *perfectus* interdum. Livius lib. cap.52. *Modòque res poſt prodigiũ Albani lacûs niſi inſtauratio ſacrorum, auſpiciorumque renovatio affecto Vejenti bello Reip. remedio fuit?* Et lib. 6.cap.3. *Quorum legati opem rebus affectis orantes cùm ſenatum adiſſent &c.* Sed hæc notio pro perditis ac debilitatis videtur Livij propria. Cicero enim co

ita

ita utitur pro, *penè confecto*. Vt de Provinc. Conſul. cap. 8. *Bellum enim affectum videmus, & verè, ut ita dicam, penè confectum*. Et poſtea cap. 12. *Niſi ut ea, quæ per eum affecta ſunt perfecta Reip. tradantur*.

Affectus & *Perfectus* opponũtur. Cicero de prov. Conſ. cap. 12. *quæ per eum affecta ſunt, perfecta Reip. tradat*. Sic leg. Vulg. *tradantur*. contra libb. vett.

Affectus. Nomen non eſt notum melioris & antiquioris notæ ſcriptoribus: ut Ciceroni, Cęſari, Lucretio, Terentio, Plauto, Catullo. Ejus notiones collegit P. Faber lib. 3. Semeſtr. cap. 9 pag. 116. Cicero *affectionem* dicit.

Affectus & *affectio*, pro eo, quod Græcè πάθος. Ciceroni ignotum. Eo tamen recentiores plærique ita uſi ſunt. Cicero *motus* & *perturbationes* vocat. Agell. lib. 1. cap. ult. *Nam ut aliorũ omnium, quos Latini Philoſophi affectus, vel affectiones, Græci πάθη appellãt, ita hujus quoq; motus animi qui cùm eſt ulciſcendi cauſa ſævior, Ira dicitur, non privationem eſſe utilẽ cẽſui, &c. ſed mediocritatẽ*.

Afferre, pro, dicere, proferre. Cicero lib. 1. de fin. cap. 3. *Ejus nõ modò nihil afferri arbitror, quò melior eſſim*. Sic leg. vulg. *adjuvare*. Et lib. 2. de fin. cap. 22. *Quid affers cur Thorius, Poſtumius, cur Chius, cur omniũ horũ magiſter Orata, non jucundiſſimè vixerit*.

Afferre ſe pro, conferre ſe aliquò. Amph. 3. 4. ℣. 6. Terent. Andr. 4. 5. ℣. 12. *Haud auſpicatò huc me attuli*.

Afferre novum. Caſ. Prol. ℣. 70.

Afficere adoreâ. Amph. 1. 1. ℣. 38.

Afficere gloriâ. Amph. 5. 2. ℣. 10.

Afficere lucris. Amph. Prol. ℣. 3. Sic enim ibi conſtat ſyntaxis. q̃ patet ex verſu 14. *Hæc ut me vultis approbare, adnitier, lucrum ut perenne vobis ſuppetat*. Et ſic l. C. l. 5. ff. Divort. *ſi filia iccircò divertat, ut maritũ lucro dotis afficiat*. Lactant. lib. 1. cap. 9. de Hercule: *Quid tandem potuit in eo eſſe divini, qui ſuis ipſe vitijs mancipatus, & mares & feminas contra omnes leges infamiâ, dedecore, flagitio afficit?*

Afficere nunciis. Amph. Prol. ℣. 9.

Afficere prædâ. Amph. 1. 1. ℣. 38.

Afficere ſpoliis. Bacch. 4. 4. ℣. 2.

Afficere gaudiis, & *lætitiâ*. Pœn. 5. 4. ℣. 103.

Afficere virgis. Aſin. 3. 2. ℣. 29. Tacitus lib. 1. Annal. cap. 21. *Afficere verberibus*.

Affigere humo, lecto, terræ, ſolo. Cicero lib. 6. de Rep. in ſomn. Scip. *Quæſo*, inquit African⁹, quouſq; humi defixa tua mẽs erit? Horat. lib. 2. Satir. 2. ℣. 79.

Atq; affigit humo divinæ particulam auræ.

Vbi Lambinus pertinaciter contendit leg. *affligit humo*. Atqui hoc pugnat cũ omnib⁹ Mss. libb. nec ſatis Latinè videtur dictũ. Non enim *humo*, ſed *humi affig.* dicẽdũ foret. Vt, *terræ proſternere*; *procumbere*. Vide infr. *Terra*. Seneca. Virgil. lib. 6. Aen. ℣. 652.

Stant terra defixa haſta—

Vbi

Vbi tamen quidam codd. Mss. *terra*. Et eodem lib. ℣. 469.

Illa ſolo fixos oculos averſa tenebat.

Affinis: propriè in agris, is, qui proximè habitat, vel, agrum habet, qui & *Confinis*. Salluſtius: *Vt quiuque potentiori affinis erat, ſedibus pellebatur*, Paulus IC. leg. pen. Fin. reg. *Sed demonſtratio affinium novos fines inter fundos conſtituere.*

Affinis: pro genero. Aul. 3. 4. ℣. 14.

Affinitatem aſtringere. Trin. 3. 2. ℣. 73.

Affirmare: pro, confirmare. Vulgò, *Ratificare*. Livius lib. 26. cap. 24. *Hæc dicta promiſſaque à Romano Imperatore, ſcopas, qui tum prætor gentis erat, & Dorimachus princeps Aetolorum, affirmarunt authoritate ſuâ.* Et lib. 32. cap. 35. *Vulgò credebatur de induſtriâ rem in ſerum tractam, ne tempus dari poſſet Achæis Aetolisque ad reſpondendum, & eam opinionem ipſe affirmavit, petendo*. Tacitus lib. 14. cap. 24. *Iisdem diebus nimiâ luxus cupido infamiam & periculum Neroni tulit: quia fontem aquæ Martiæ ad Vrbem deductæ nando inceſſerat, videbaturque potus ſacros, & cærimoniam loci corpore toto polluiſſe, ſecutaque anceps valetudo iram Deûm affirmavit.*

Afflere: ab *Affleo*. Pœn. 5. 2. ℣. 148. Perſ. 1. 3. ℣. 72.

Afflictare: eſt in terram crebrò affligere, προσουδίζειν. Aul. 4. 4. ℣. 5. Moſt. 1. 4. ℣. 19. Bacch. 1. 2. ℣. 46. Merc. 3. 4. ℣. 63. Mil. 4. 2. ℣. 41.

Afflictari. Mil. 2. 5. ℣. 4. Pſeud. 1. 2. ℣. 6. Rud. 1. 2. ℣. 76. & 3. 2. ℣. 31. *Indignè afflictari*.

Affligere. Idem quod, Evertere, percellere, in terram deijcere, proſternere. Cui contrariũ, *Levare, erigere, Excitare*, & propriè, & tralatè. Perſ. 2. ℣. 15. Rud. 4. 2. ℣. 71. *Affligere ad terram*. Cæſar lib. 6. de bell. Gall. cap. 37. de Alcibus: *Neq; ſi quo afflicta caſu conciderunt, erigere ſeſe, aut ſublevare poſſunt*. Cicero lib. 13. Attic. Epiſt. *Vt me levarat tuus advẽtus, ſic diſceſſus afflixit*. Et pro leg. Manil. cap. *Hunc. &c, afflictum erexit perditumque recreavit*. Et de Haruſp. reſp. cap. *Videtur igitur hominem per ſe ipſum jampridem afflictũ ac jacentem pernitoſis optimatum diſcordijs excitare*. Ita & Columella lib. 5. rei ruſt. cap. 6. initio, dicit *afflictum ſenio, aut tempeſtate, arbore*.

Affligere ad terram. Perſ. 5. 2. ℣. 15. Rud. 4. 2. ℣. 71. Tacitus l. 4. Añal. c. 45. *caput. ſaxoq; afflixit*, Et l. 14 *fuſte caput afflixit*. Salluſt. lib. 4. Hiſtor. *aut mulcato corpore, in prorâ patibulo, imminens affligebatur*. Et lib. 2. *caput affligebant*.

Afluere, abundare. Ignotum vulgò: quo tamen Ciceronem uſum puto, ut *Avolare*, *Afore*. *Afluere*, pro fluere ab illo loco, vel re. Sic & *Abundare* interdũ, & quidem apud Lucretium

tium ſæpè, qui & *Fluere ab rebus* dixit. vide ſupra, *Abūdare*, & *Adfluere*. Cicero lib. 1. de Nat. Deor. cap. 41. *Nec tamen video, quomodo videatur iſte* DEVS *beatus, cùm ſine ullâ intermiſſione pulſetur, agiteturq; incurſione atomorũ ſēpiternâ, cumq; ex ipſo imagines ſemper afluāt.* Ita enim ibi leg. evincit ratio. Agit enim de imaginibus, quas Epicurus à rebus ſemper fluere finxit. Eo enim verbo *Fluere*, abundare, recedere, Lucretius utitur: & ipſe Epicur⁹ has imagines εὐαφῶζα vocat, & ἀποῤῥοίας, & illum fluxũ ῥεῦσιν. *Afluant* igitur dixit Cicero, non *adfluant*, vel *affluant*. Depravatum autem fuit, ut novum vocabulum, & ejus in locum irrepſit facile, *Affluit*, ut vicinum & ſimile: q̃ & illi *Afore* accidit: cujus in locũ *Affore* migravit ſæpenumero. Agellius lib. 19. cap. 1. *Accedit ad Stoicum, ſicut quiſpiam dives ex Aſiâ, magno, ut videbamus, cultu, paratuque rerum, & familia, atq; ipſe erat multis corporis animiq; delitijs afluēs.* Similiter forte peccatũ ibidem cap. 19. *cum infinita ſimilimarum imaginam ſpecies innumerabilibus individuis exiſtat, & ad eos afluat.* Vbi vulg. *affluat*, vel *effluat*.

Affluere. Verbum non reijciendum, ob certam notionē pro, *Abundare*. Plautus Pſeud. 1. 2. ℣. 57. *atq; adeò ut frumento affluam.* Vbi tamen obſervavi, in Mss. Pall. utroq; unico ſcriptũ, *afluā*. Virgil. Georg. lib. 2. ℣. 462. —*Si non foribus domus alta ſuperbis. Mane ſalutantum totis vomit ædibus undam.* Vbi *Vnda* de multitudine, ſicut alibi *Mons, Montes*, Sic. *Confluere* dicitur *populus*, pro, agminatim convenire. Agellius lib. 19. cap. 1. *Accedit ad Stoicum Græcus quiſpiam dives ex Aſiâ, magno, ut videbamus, cultu paratuq; rerũ & familia, atq; ipſe erat multis corporis animiq; delitijs affluēs.* Ita v. c. vulg. *diffluens.*

Affore. Capt. 5. 5. ℣. 38. Epid. 2. 2. ℣. 88.

Afformidare: compoſitum, pro ſimplici. *pro*, metuere, formidare. Bacch. 4. 10. ℣. 3.

Africani mures; pantheræ. Pœn. 5. 2. ℣. 51.

Afuit, Afuiſſe, Afore. Vulgò ferè *Abfuit* &c. Sed alterum probè dictum: cujus ignoratione peccatum interdũ in reipsâ. Vt in l. 11. D. lib. 25. Tit. 5. de tut. & cur. Celſus ita: *Curator pupillo, vel pupillæ non datur, ſi tutor eorum afuerit.* Ita ibi recte Pand. Piſ. vulg. *adfuerit*. Et l. 10. curatorem. C. Qui dam. tut. *teq; adfuturum.* &c. rectè ita vett. lib. vulg. *adfuturum*. Et Tacitus: *Piſo quamq; afuturſe dixerat Cæſar* Plautus Stich. 4. 1. ℣. 18. *Iam redeo. nimia voluptā'ſt ſi diu afueris domo.* Ita ibi ambo antiquiſſimi Membranacei codd. Pall. vulg. *abfueris*. Cicero Philipp. 1. cap. 2. *Alia porrò propria Dolabellæ: quæ niſi Collega afuiſſet, credo*

eius

ejus fuiſſe futura communia. Ita ex vetuſtiſſimo cod Vatic. Muretus in Notis ad Philipp. qui & rectè ibi ſcribit, non eſſe dubium, quin vett. euphoniæ causâ *afui*, & non *abſui* ſcripſerint, & pronunciarint. Sic & in opt. cod. Med Epiſt. Cicer. famil. ita hæc conſtanter exarata reperiuntur. Vt lib. 2. Epiſt. 1. ad Curionem: *Ego te afuiſſe tam diu à nobis, & doleo.* &c. Et alibi: *& afui proficiſcens in Græciam.* Sic Lentulus ad Cicer. lib. 12. Epiſt. 15. *Tãtum enim afuit, ut illorum præſidio noſtrâ firmaremus claſſem.* Et in fine Epiſt. *quatridui iter Laodicéâ afuiſſe.* Sic Tuſcul. lib. 5. cap. 36. *Conſtantè hominem & gravem qui glorietur, à gloriâ ſe afuiſſe.* Ita ibi duo Mss. Pall. Idem lib. 5. Tuſcul. cap. 3. *Conſtantem hominem & gravem qui glorietur ſe afuiſſe.* Idem in Piſonem cap. 23. *cùm non longè afuiſſet.* Sic ibi Mss. Curtius lib. 3. cap. *pluribus curam. omnibus afuiſſe fortunã.* Ita ibi ex Ms. lib. produxit elegantiſſimus Iuvenis Ianus Gebhartus, cujus in dolẽ valde amo. Quomodo & Ovidius l. 10. Met. ℣. 90. *Nec Chaonis afuit arbor.* Vlpianus l. 26. Sed etſi. §. ult. D. Ex quibus cauſis major. *Et generaliter quoties cunq; quis ex neceſſitate, non ex voluntate afuit, dici oportet, ei ſubveniẽdũ.* Ita rectè in Pand. Florent. Agellius lib. 14. cap. 3. *non afuiſſe ab eis mot v quosdã tacitos, & occultos ſimultatis æmulationisq; putavere.* Ita V.C. Virgil. Aen. 7. ℣. 497.

Nec dextra erranti DEVS *afuit.* ita in V. C. exaratum reperi.

Ovidius lib. 10. Metam. ℣. 55.

Nec procul afuerant telluris margine ſummæ. Ita & ibi vett. libb.

Horat lib. 1. Satir. 4. ℣. 18.

-- *quod vitium procul afore chartis.*

Cæſar lib. 6. bell. Gall. cap. 3. *Sed ab hoc conſilio afuiſſe exiſtimabuntur.* Et lib. 5. cap. 53. *neq; lõgius millia paſſuum octo ab hibernis ſuis afuiſſe.* Ita in vett. libb. Horatij & Cæſaris ſcriptum fuiſſe, obſervarunt viri docti. Catullus de comâ Berẽ.

Non his tã lætor rebus, quàm me afore ſemper: Afore me à Domina vertice diſcrucior. ita & ibi leg.

Agamemnon. Bacch. 4. 9 ℣ 1.

Agaſo Merc. 5. 2. ℣. 11.

Agathocles rex Siciliæ. Men. 2. 3. ℣. 58.

Agathoclis Regis Sicil. facinora. Moſt. 3. 2. ℣ 89.

Age. Pœn. 3. 5. ℣. 39 & 3. 6. ℣. 1.

Age, ſi quid agis, Stich. 5. 4. ℣. 28. 33. 35 *Bibe ſi quid agis* Trin. 4. 2. ℣. 139. Moſtel. 5. 1. ℣ 50. Perſ. 4. ℣. 107. Mil. 2. 2. ℣. 60. Epid. .22. ℣ 99. Seneca lib. 2. de Ben. cap. 5. *Fac, ſi quid facis.* Sic Chriſtus Ioh. 13. ℣. 27. ad Iudam: ὃ ποιεῖς, ποίησον τάχιον. *Quod facis fac citò.*

Aegedum. Aſin. 4. 1. ℣. 1. Trin. 2. 2. ℣. 78. & 4 2. ℣. 41. Perſ. 5. 1. ℣. 11. Men. 1. 2. ℣. 55. Pœn. 5. 2. ℣. 89 Stich. 5. 4. ℣. 42.

Aegeſi-

Age ſis etiam Ciceroni vſurpatū in Oratione pro Roſc. Amer. Aſin. 3.3.℣.89. Bacch. 4.9.℣. 72. Pœn. 3.5. ℣.16.

Age perge quæſo. 2 3.℣ 12.

Ager: χώρα, regio. Epid. 2.3.℣.1.

Ager ſub urbe: ſuburbanus. Trin. 2.4.℣.107. Adelph. 5.8.℣.26.

Agere, agis, agit: pro, *ais, ait*. Terent. Eunuch. 1.2.℣.19. *Sicine agis, Parmeno?* Et 4.7.℣.27. *ah aliquid agis? tace.*

Agere; tangere, trudere, tundere. Caſ. 4.4.℣.23.

Agere aliquid ſobriè, doctè, diligenter, accuratè, ſine arbitris, haud ſomniculosè. Capt. 2.1. ℣.30.

Agere ἐν ἐφαπτίδι. Caſ 5.7.℣.20.

Agere: cum auferendi caſu. Caſ. 5.3.℣.1. Pſeud. 2.4.℣.61. Vide *Facere*.

Agere cum aliquo: loqui. Rud 3. 1.℣.13.

Agere: impellere, inſectari, ἐλαύνειν. Ciſt. 2.1.℣.8. De nautis. Pſeud. 5.2.℣.12.

Agere: tranſitivè. Amph. 1 1.℣. 294.

Agere ſe: venire. Perſ. 4.3 ℣.13.

Agere ſe aliquò; pro abire aliquò. Formula Plautina. Moſt 1.4. ℣.28. & 3. 1. ℣. 31. Pœn. 1. 2.℣.120. Mil. 3.2.℣.49. Trin. 4.3 ℣ 71. Vide Iſidor. Etymol. 9.3. *Agere eſt ire*. Inde *Agmen* ab eundo.

Agere: abſolutè; pro *agere ſe aliquò*. Bacch 5 1.℣.20. *Tu unde agis?* Ter. Andr. 4.2.℣.21. *quò hinc agis?* Sic enim leg. Similia exēpla permulta collegit is, qui primam in his litteris meritò meruit, Ianus Palmerius in ſpecis ſuis pagin. 868. 866, 870. Conſule quoque Acidalium ad Vell. pag. 426. itemq; Divinationibus Plautinis pag. 426.

Aggerere aquā. Rud. 2.4.℣ 2.27. Caſ. 1.1.℣.36. pœn. 1.2.℣. 13.

Aggerere bona. Truc. 1.2.℣.16.

Agglutinare. Aul. 4.10.℣.71.

Agglutinare ſe. Men. 1.2.℣.67.

Agglutinare matrimonii copulā. Ciſt. 3.℣.17.

Aggredi ad aliquem, ad aliquid. Aſin. 3. 3. ℣. 90. Merc. 2.5.℣. 24. Bacch. 5.2.℣ 35. Pœn. 5.4. ℣.51. Cicero pro Sextio cap. *Non aggrediar ad illa maxima & ampliſſima*.

Aggredi de aliquo aliquem. Merc. 2. 3 ℣.50.

Aggredi aliquem, appellare. Moſt. 5.1.℣.26.

Aggredi dolum. Truc. 2.5.℣.79.

Agi in exilium. Moſt. 3.1.℣.65.

Agi diris malis. Amph. ſcen. *Di voſtram*. ℣.19.

Agitandum eſt vigilias. Trin. 4. 2.℣.27. Vide infra, *Gerundia*, in Mantiſſa.

Agitare amores dixit Propert. lib. 1. Eleg. 7. *Noſtros agitamus amores* Terentius, *Agitare Dionyſia*, &c. *Agita convivia*, pro convivari. Salluſtius, *Agitare vitā* vivere. Ennius: *Quis iā vivebāt homines, atq; a vā agitabāt.*

Agitare de equis dicitur. Aſin. 3. 3.℣.119. Curc. 1.1.℣.92. Virg. lib. xi. Æn. ℣. 770.

Spumantemque agitabat equum. Horat. lib. II. Sat. VII.

Clunibus aut agitavit equum laſcivaſupinum.

Hinc *agitator*

Hinc *agitator*, auriga, aut qui equũ ſtimulat. *Virg.* lib.1.Georg. ỷ.273.

Sæpe oleo ardi coſtas agitator aſelli,
Vilibus aut onerat pomis,——

Agitare aliquem: iraſci. Perſ.4.4. ỷ. 115.

Agitare: cogitare. *Magnas res agito inſtruere in mente.* Rud.4.2. ỷ.31.

Agitare cuſtodiam. Rud.3.6.ỷ.20. Alibi, *agitare vigilias*: & Salluſtius *agitare excubias.*

Agitare diem ſuauem. Perſ. 5.1. ỷ. 17.

Agitare in corde rem. Truc.2.5. ỷ.3.

Agitare ſat ſuarum rerum: pro, ſatagere Bacch. 4.3.ỷ.23.

Agitare: pro ſimplici *agere*. Capt. 2.3.ỷ.16.

Agitare feras. Verba Venatorium: ut & Excitare: de quo infr. Ovid. lib.5. Metam.ỷ. 604. *Vt ſolet accipiter trepidas agitare columbas.*

Ita ſanè expreſsè legitur in vetuſtiſſimo meo Ms. membraneo lib. qui olim fuit Illuſtris viri Claudij Faucheti Monetarij Regij in Galliâ. Vul. *urgere.*

Idem lib. 3 1.256.

Adſpicit hunc trepidos agitantem in retia cervos.

Virgil. lib.7.Aen.ỷ.478.

——*quo litore pulcher Inſidiis, curſuque feras agitabat Iulus.*

Cicero. lib.3. Offic. cap. *Sunt igitur inſidiæ, cecidere plagas, etiamſi excitaturus non ſis, nec agitaturus.* Sic & lib. 1. cap. Horat. Art. Poet. ỷ.455.

Veſanum tetigiſſe timent, fugiuntque poetam Qui ſapiunt: agitant pueri, incautiq; ſequuntur.

Idem lib.2. Od.13. ỷ.39.

Nec curat Orion leones, Aut timidas agitare lyncas.

Ita & *Inſectari* & *Agitare* conjungunt interdum Authores.

Agitare Ciceroni ſæpe idem valet, quod, *movere* & cùm de animo, de mente, idem q̃ Barbaris, *diſcurrere*, vel, *cogitare* Latinè. Cicero de Nat. Deor. lib.3. cap. *Natura omnia ciens & agitans motibus ſuis.* Et lib.2. cap. *agitationibus & motibus linguæ cibus depellitur.* Et de atomis cap. *atomos pellere ſe ipſas agitari inter ſe concurſo fortuito.* Et de Offic. *Ad quod adhibenda eſt quædam actio, non ſolùm mentis agitatio.* Et de Nat. Deor. *Actio mentis & agitatio in DEO.* Vide ſup. ex Plaut. Rud. 4.2.ỷ.31. Ab eo & Agitare, pro, perſequi, & inſectari. Cicero pro Roſc. Am. cap. *tamen eos agitant Furiæ nec uſquam conſiſtere patiuntur.* Et de Divin. lib. *alias aves inſectatur & agitat aquila.* Et lib.1. Leg. cap. *ut eos agitent, inſectenturque Furiæ non ardentibus tædis.* Hinc & *Agitare* aliquid diſputando, aut reprehendendo tractare, exercere, quod vulgò ferè *vexare*. Cicero ult. Verr. cap. *Potero ego hoc onus tantum, aut in hoc judicio deponere, aut tacitus ſuſtinere? non agitandum cenſeri? non in medium proferendam?*

renda? Pro Muræn. cap. *Summa in utroq; eſt honeſtas, ſumma dignitas: quam ego ſi mihi per Servium liceat, pari, atque eâdem in laude ponam: ſed non licet. agitat rem militarem, inſectatur totam hanc legationem.* Et pro Domo cap. *Sententia quæ erat ſuperioribus diebus agitata in Senatu.* Et Epiſt. Attic. *Agraria lex à Flavio Tribuno plebis vehementer agitabatur, authore Pompeio.* Et lib 6. de Rep. *Sunt autem optimæ* (ſcil. res) *curæ de ſalute patriæ: quibus agitatus & exercitatus animus veloci⁹ in hanc ſedem & domum ſuam pervolabit.*

Agitare, pro, habitare, vivere, & ut plærumque dicimus, *Agere*. Vt; *Hic nunc agimus, agitamus.* Sed hoc obſoletius: eòque libenter utitur Salluſtius, & in aliâ notione, vt; *Agitare vitam, Remp. imperium, gaudium, pacem, moras, prædas.* Salluſt. Iug. cap. *Propius mare Africum agitabant.* Apud Porcium in vitâ Terentij: *tres per idem tempus, qui agitabant facilimé.*

Agitari. Ciſt. 2.1.℣.4. Men. 5.1. ℣.10. Capt. 3.4.℣.64.

Agitator: auriga in ludis Circenſib. *Plautus* tralate vſurpat. Men. 1.2.℣.50.

Agite. Truc. 4.3.℣.63. Amph. 1.1.℣.146.

Agitedum. Hac particulâ aliquoties nititur Livius, ut lib. 5. cap. *Recordamini, agitedū, quoties ſacra inſtaurentur. quia aliquid ex patrio ritu, negligentiâ, caſuve prætermiſſū eſt.* Et lib. 3. cap. *Agitedum, ubi hic curiam circumſederitis.* Ibidem: *Agite dum clamorem, qualem in hac acie ſublaturi eſtis, tollite hic.*

Agitur caput, honos, vita, Reſp. imperium, exiſtimatio. vulgò ferè, *Agitur de honore, vitâ, &c.* Ita & *Ambigitur* hoc, vel illud. Vide Cicer. in Lælio apud Agell. lib. 1. cap. 3. Terēt. Heaut. 3.1.℣.67. *Non nunc pecunia agitur*, ſed illud, *quomodo minimo periculo id demus adoleſcentulo.* Cicero pro Sylla cap. *At verò cùm honos agebatur ampliſſimus familiæ noſtræ, hoc eſt, Conſulatus parentis noſtri.* Et idem pro leg. Manil. c. *Quorum magnæ res aguntur in veſtris vectigalibus exercendis occupatæ.* Ibidem: *In quo agitur P. R. gloria, vectigalia.* Et mox: *Aguntur bona multorum civium.* Et pro Plancio cap. *Agitur ſtudium tuum, vel etiam, ſi vis, exiſtimatio, laus, ædilitas: at Gn. Plancij ſalus, patria, fortunæ.* Nepos in vitâ Attici: *Suam enim exiſtimationem eâ in re agi putabat, quâ nihil habebat charius.* Cicero de fin. *Si magna res, magna hæreditas agetur.* Livius. lib. 1. cap. *Quippe imperium agebatur in tam paucorum virtute atque fortunâ poſitum.* Cicero Accuſ. 4. in Verr. cap. *Aguntur injuriæ ſociorum, agitur jus legum, agitur exiſtimatio, veritas judici-*

orum, quæ ſunt omnia permana. Pro Sylla cap. *Sed cùm agatur honos meus amplisſimus, gloriâ rerum geſtarum ſingularis.* Et de Provinc. Conſ. in fine: *ſententia mea P.C. ſi dignitas agitur C. Cæſaris, homini tribuam; ſi honos quidam ſenatus, concordiæ conſulam: ſi authoritas, decretorũ veſtrorum conſtantiam ordinis in eodem ornando Imperatore ſervabo: ſi perpetua ratio Gallici belli, Reip. providebo: ſi aliquod privatum meum officium, me non ingratum præſtabo:* Et pro Rabirio Poſthum. *quam vos ſenatores, quorum agitur fides in hunc ordinem.* Ad Heren. lib. 4. cap. *Cùm agetur incolumitas perpetua civitatis.* Ita leg. ex vet. cod. vulg. *augetur.* id & Lamb. vidit in ſuis Notis.

Agitur res. Epid. 3. 3. ℣. 40.

Agnellus: in blanditiis amantium. Aſin. 3. 3. ℣. 77.

Agni: vilior, & minima hoſtia Pſeud. 1. 3. ℣. 84. 94. *Agnina exta.*

Agnina dupla. Capt. 4. 2. ℣. 39. vocatur caro vetula. Horatius *vilem* appellat: quòd paſſim eſſet obvia, nec precii maioris, eaque propter contemneretur à gulæ proceribus, non ſecus atque *omaſum* quod tamen inter priſcorum delitias recenſet Plin. lib. 8. cap. 45. Vide etiam infra, *Duplex.*

Agnini lactes. Pſeud. 1. 3. ℣. 84.

Agnominatio. vide *Paronomaſia.*

Agnum facere. Truc. 2. 7. ℣. 52.

Agnum lupo eripere. Pœn. 3. 5 ℣. 31. Vide PROVERBIA in Mantiſſ.

Agones: ſunt victimæ; & *Agonia*, hoſtiæ. Pœn. 2. 1. ℣. 5. Videndus Scaliger ad Feſtum: & Meurſius ad hunc locum. Vbi tamen non male forte legas *ſex agnos*: vti eſt in Mſſ. Pall. Et ſic quoque expreſſi ac retinui in Editione ſecundâ.

Agoranomus: ædilis rerum venaliũ. Germ. Marckmeiſter. Curc. 2. ℣. 6. Capt. 4. 2. ℣. 44.

Agrammati à Romanis dicuntur illi, qui litteras neſciunt: ijdem ferè, qui vulgò *Idiotæ.* Vide infr. *Litteras neſcire*, ubi Modeſtinus JC. adducitur. Vitruvius lib. 1. c. 1. *Non enim debet, nec poteſt eſſe* architectus Grammaticus, uti fuit Ariſtarchus: ſed nõ *Agrammatus.* Caſſiodor. lib. 1. de div. lect. cap. 28. *Sed cùm multi agrammati ad rerum intellectũ perveniant.* Sic leg. puto ex vet. lib. vulg. *ita multi à Grammatica.* Jornandes.

Agrarÿ, & Agripetæ, Latine. Græce κληροῦχοι, quibus agri adſignati: ut Veterani milites, in coloniam deducti.

Agreſtis Adoleſcens. Truc. 2. 1 ℣. 35. 42.

Agro evertere. Trin. 2. 4. ℣. 15.

Agrorum calamitas Orco cõparatur. vide litt. A. *Acheruns.* & & lit. O, *Oſtium Acheruntis.*

Aguncula, parva imago. Nomẽ rarius & controverſum. nam pro eo quidem, *plangunculã* malunt. Cicero lib. 1. Attic. Epiſt. 1. fin. *Cùm omnia obſignarat, in Vedianas res indicit:*

in

in his inventæ ſunt quinq; aguncula, una ſororis amici tui. Sic puto leg. vel, *imaguncula.* id enim propius abeſt à vett. libb. vulg. *lagunculæ.* Simeon Boſius & Lambinus leg. putant, *plangunculæ.* de quo infr. Suet. Neron. extremo: *Siquidem aguncularum puellarem, cùm quaſi remediũ inſidiarum à plebeio quodam & ignoto muneri accepiſſet, ſacrificiis colere perſeveravit.* Ita in vett. libb. ſive, *acunculam.* Ex eo vulg. *imagunculam.* Torrent. & Caſaub. *icunculam.* rectè. Vide etiam infr. *Os hominis.*

Ah. Truc. 2.4. ✠.18. & 1.2. ✠. 92. & 4. 4. ✠.36. & 2.7. ✠.29. Rud. 2.4. ✠.6. Trin. 3.2. ✠.23.

Aha! Intereiectio ridentis, ac renuentis, ſed non ex animo, verum dolentis quaſi. Bacch. 1.1. ✠ 54. & 4.7. ✠.11.

Aheneũ vaſum. Truc. 1.1. ✠.34.

Ahenea vaſa. Pſeud. 2 2. ✠.61.

Aheni annuli; ferreæ catenæ. Truc. 2.2. ✠.18.

Ahenum. Caſ. 1.1. ✠.34.

Aiax furioſus. Capt. 3.4. ✠.82.

Ain? admirantis, & percellentis. Epid. 3.4. ✠.73. Truc. 3.2. ✠.12. Mil. 4.1 ✠.29.

Ain'tu? Formâ ironicâ. Capt. 4. 2. ✠.112. Pœn. 5.2 ✠.1. Epid. 5.2. ✠.51. Caſ. 2. 6. ✠.45. Aul. 2.2. ✠.9. Moſt. 4.2. ✠.48.58. Curc. 2.3. ✠. 44.

Ain'tu? eſt ſermo increpãtis, aut percellentis ac reprehendentis acrius, itẽ percontantis, ex quo intelligit auditor, multa ei, qui ita percõtatur, ab altero eſſe dicta. Aſin. 4. 2. ✠.3. Moſt. 2.1. ✠.36. Epid. 5.2. ✠.33.

Ain'tu? Ain'tandem? cùm quid miramur, aut ignoramus Terent. Andr. 5 3. ✠.4. *Ain'tandem? civis Glyceriũ eſt?* Phorm. 2.3. ✠.26. *Ain'tandem? carcer.* Hecyr. 3.4. ✠. 1. *Ain'tu? tibi incommodum hoc eveniſſe iter.* Cicero lib. 2. de leg. cap. *Ain' tãdem? inſanire tibi videris, quod imitere verborum meorũ, ut ſcribis, fulmina.* Idem lib. 4. Epiſt. 5. Attic. Ain'tu? *Scipio hic Metellus proavũ ſuũ neſcit cẽſorem nõ fuiſſe.* Et Epiſt. 2. *Ain' tandem? Attice, laudator integritatis & elegantiæ noſtræ.* Et lib. 12. Epiſt. 6. Ain'tu? *verum hoc fuit ſine me?* Hæc Paulus Manut. ad Cicer. Epiſt. Famil. ita diligenter collegit.

Ain'tute? Truc. 1.2. ✠.90.

Ain'tandem? Aul. 2.4. ✠.19. Aſin. 5. 2. ✠. 47. Trin. 4.2. ✠.145. Truc. 2.7. ✠.46.

Ain'verò? Amph. 1.1. ✠.128.188. Aſin. 3.3. ✠.133.

Ala. Idem ferè interdum valet, quod *Cohors.* Alioquin *cohortes peditum*, ſunt Equitũ alæ. Livius lib. 31. cap. 20. *Nec Romanus moram pugnandi fecit: ſed vix ſpatium inſtruẽdi fuit: eo curſu hoſtes in prælium venerunt Dextra ala (in alas diviſum ſocialem exercitum habebat) in prima acie locata eſt: in ſubſidiis duæ Romanæ legiones M. Furius dextræ alæ, legionib' M. Cæcilius, Equitibus L. Valerius Flaccus (legati omnes erant) præpoſiti.* Et mox: *primò Galli omni multitudine in*

unum locum conjunxi obruere, atque obterere ſeſe dexteram alam, quæ prima erat, ſperarũt poſſe.

A*la* pro eâ parte loricæ, aut ſcuri ponitur, quæ eſt ad humeros. Livius lib. 30. cap. 34. de prælio inter Scipionem & Hannibalem: *Igitur primo impetu extemplo movere loco hoſtium aciem Romani: ala deinde & umbonibus pulſãtes in ſommotos gradu illato aliquantum ſpacij, velut nullo reſiſtente inceſſere.*

Alacre, alacriter. Amph. *Sc. DI-voſtr.* ℣. 42.

Alæ: axillæ. In obſcœno ſenſu. Pœn. 4. 2. ℣. 50. *Alas hirquinas vellere.*

Ala ſubnixa: anſæ brachiorum. Perſ. 2. 5. ℣. 5.

A*larij equites*, erant ex auxiliis. Romani enim *Equites legionarij* dicebantur. Livius lib. 40. cap. 40. *Quam trepidationem ubi Flaccus conſpexit, equo advehitur ad legiones equites: ecquid auxilij in vobis eſt? actum jam de hoc exercitu erit? cùm undiq; declamaſſent, quin ederet, quid fieri velit, nõ ſegniter imperium exſecuturos. Duplicate turmas, inquit, duarum legionum equites, & permittite equos in cuneum hoſtium, quo noſtros urgent: id cum maiore vi equorum ageris, ſi effrenatos in eos equos immittitis: quod ſæpè Romanos Equites cum magnâ laude feciſſe ſuâ memoriâ proditum eſt. &c. & alarij Equites poſtquam Romanorum Equitum tam memorabile facinus videre, & ipſi virtute eorum accenſi, ſine ullius imperio in perturbatos jam hoſtes equos immittunt.* Tacitus lib. 12. Annal. cap. *Deinde L. Pomp. Legatus auxiliares Vangiones ac Nemetas addito Equite alario monuit, ut anteirent populatores.*

Ἀλαζών: interpretatur ipſe *glorioſus*. Mil. 2. 1. ℣. 8.

Ἀλάτερον: Campaniæ oppidum. Capt. 4. 2. ℣. 10.

Alba & atra diſcernere. Proverbialiter dictum, Ita: *Albus, an ater fuerit, ignoro.* de cotennto, & prorſus ignoto. Cicero lib. 5. Tuſcul. cap. 39. *Democritus luminibus amiſſis alba ſcilicet atra diſcernere non poterat.* Philipp: 2. cap. *Et quidem vide, quàm te amavit is, qui albus aterve fueris ignorãs fratris filium præterijt.* Catullus Epigr. 94.

Nec ſcire, utrum ſis albus an ater homo.

Vnde ſæpe miratus fui, cur atri noſtri Patres, qui ſe Ieſuitas jactitant, tam ſævo animo exagitarint adagionem hunc in homine Helvetio, ſanè magno Theologo, humaniorumque litterarum multò quidem politiori, quàm glorioſuli noſtri Ieſuitæ, Huldricho Zvvinglio, cùm forte *ſpiritûs atrian albi* huc alludens mentionem feciſſet.

Albis dentibus deridere. Epid. 3. 3. ℣. 47.

Albitudo capitis. Trin. 4. 2. ℣. 32.

Albo

Digitized by Google

Albo ariete aliena bona occupare. Perſ.1.2.℣ 22. Vide *Proverbia* in Mantiſſ.

Alcedo: ἀλκυών. Pœn.1.2.℣.143. Vide Plin.lib.2.cap.47. & Ariſt lib.5.cap.8. de Hiſt. Anim. nec non Alcyonem Luciani. Itemque Geſnerum, & Aldrovandum.

Alcedonia: dies Halcyonii. Caſ. Prol.℣.26. Alcedo enim, vt ait Feſtus: dicebatur ab antiquis Halcyone, ſiue Halcyon, auis marina: indè appellata, quòd in littore maris oua parit, teſte Seruio ad lib.1. Georg. Virgil.

—*Dilecta Thetiti Halcyonis.*

Suidas: *Dies à ventis quieti & tranquilli Halcyonii dicuntur.* Vide etiam Plin. lib. 10. cap. 32. & lib.2.cap.46. Ael.l.1.c.36. var. hiſt.

Alcmeo matrem interfecit mandato patris. Capt.3.4.℣.30.

Alcumena Euripidis. Rud. 1. 1. ℣.4.

Alea, Eleganter opponitur *rationi.* Varro lib.1.cap.18. re ruſt. *Nos utrumque fuere debemus, & imitari alios, & aliter ut faciamus, experientia tentare quadam: ſequentes in aleam, ſed rationem aliquam.*

Aleator. Rud.2.3.℣.29.

Alere & colere. Pœn.5.4 ℣.14.

Alere, Aleſcere, Coaleſco, Coalitū, Alimenta. Alere interdum idē valet, quod *Augere*: ut & *Aleſcere*, idem quod *Augeri*, & *creſcere.* Ab eo eſt junctū *Coaleſce* & *Coalitum.* Sed ejus alia eſt notio: de quo infr. in litt. C. Lambinus in Lucretium lib. 2. ℣.1128. pag.282. contendit hæc, *Aleſco, Coaleſco*, & ab eo deducta non eſſe Latina, eorumque in locum hæc ſubſtituenda: *Oleſco, Cooleſco.* nec tamen ullam rationē, vel authoritatem adfert. Cicero lib. 2. Rhetor.cap. *Conſuetudine jus eſt, quod aut leviter tractum à naturâ, aluit, & majus fecit uſus.* Et lib.2. de Nat.Deor.cap. *multaq; à Lunâ manant, & fluunt, quibus & animantes alantur augeſcantque.* Quintilianus initio lib.1.Inſtit.Orat.cap *Sed alere facundiam, vires augere Eloquentia poſſet.* Cæſar lib. bell. Gall. cap. *Qui diutiſſimè impuberes permanſerunt, maximam inter ſuos ferunt laudem: hoc ali ſtaturam, ali hoc vires, nervosque confirmari putant.* Virgil. lib.5. Aen.℣.209.230.

At latus Mneſtheus, ſucceſſuque acrior ipſo. Hos ſucceſſus alit ---

Varro lib. 2. de re ruſt. cap. *Quod neque mater ſola poteſt ſufferre lac, neque congenerati aleſcendo roborari.* Qui Varro, teſte Cenſorino de die nat. cap. 14. ſcribit quoque ab *aleſcendo* dici *Aduleſcentes*: nēpe à creſcendo. Sic & Lucret. lib.2.℣.1128.

Donec aleſcendi ſummum tetigere cacumen. Ita is verſus, teſte Gifanio, in o.libb. ſcriptus legitur quibus tamen repugnantibus Lambinus legendum contendit: *Donec oleſcē-*

Atqui *Oleſco* non reperitur in ullo ſcriptore, ut neque *Cooleſco*, de quo infra in verbo *Coaleſco*, licet *Adoleſco* ſit uſitatum. Confirmatur & eo hęc notio, quod & *Alimenta* pro incrementis, & hæc duo, *Alere* & *Augere*: & hæc *Ali* & *Augeri*, veteres ut idem declarantia, ἐν παραλλήλῳ eleganter ponere ſint ſoliti. Vide infr. Mantiſſ. Cæſar lib. 7. de bell. Gall. cap. 33. *Ne tanta & tam conjuncta populo R. civitas, quam ipſe ſemper aluiſſet* (foviſſet) *omnibusque rebus ornaſſet.*

Alexander, ſiue *Paris* exitium Troiæ patriæ ſuæ. Bacch. 4. 9. ℣. 23.

Alexandri forma. Mil. 3. 1. ℣. 181.

Alexandri Magni facinora. Moſt. 3. 2. ℣. 89.

Alexandrina tapetia. Pſeud. 1. 2. ℣. 14.

Alere & *Educare* differunt. Men. 1. 1. ℣. 22. Vide *verb. Differentia* Mantiſſ.

Algeo: frigeo. Rud. 2. 6. ℣. 44.

Algor. Rud. 1. 3. ℣. 33.

Algus, *us*, ô. & *algor*, algoris. Frigus eſt. Moſt. 1. 3. ℣. 3. 6.

Algu. Rud. 2. 7. ℣. 24.

Alia omnia. Vide & *Omnia alia*. Vtuntur eo & de alijs rebus. Salluſtio hoc genus familiariſſimum eſt. Vt in Catil. cap. *Volturius interrogatus de itinere, de litteris, &c. primò fingere alia omnia &c.* Cicero pro Cæl. cap. *Omnia ſunt alia non crimina, ſed maledicta.* Eſt igitur hæc phraſis aut dictio, *Alia omnia* in ſententiis vel ſuffragijs uſitata. Vulgò, *Omnia contraria*. Cui contrar. *Eadem omnia*. Vide infra in *Omnia*. Cicero lib. 1. Epiſt. 2. ad Lentulum: *De tribus legatis frequentes jerunt in alia omnia.* Plinius lib. 8. Epiſt. Apud Feſtum in verbo, Qui hoc, *Qui cenſetis, Illuc tranſite, qui alia omnia, in hãc partem. His verbis vsus est ominis videlicet causâ, ne dicat, qui non cenſetis.* Sic ferè Plato lib. 6. Polit. ἣν τοίνυν ἔθεμεν τοῦ φιλοσόφου φύσιν, ἂν μὲν, οἶμαι, μαθήσεως προσηκούσης τύχῃ, εἰς πᾶσαν ἀρετὴν μὲν ἀνάγκη αὐξομένην ἀφικνεῖσθαι. Ἐὰν δὲ μὴ προσηκούσῃ σπαρῇσά τε καὶ φυτευθεῖσα τρέφηται, εἰς πάντα τ' ἀναντία αὖ.

Cicero lib. 10. Epiſt. ad Plancium: *Eum ſenatus reliquit, & in alia omnia diſceſſit.* Hirtius lib. 8. de bell. Gall. cap. *Diſceſſionem faciẽte Marcello, ſenatus frequens in alia omnia tranſijt.*

Aliarum rerum: *cæterarum rerum*: *Alias res*, pro, quantum vel alias res attinet.

Sic conciſe & eleganter loquitur Plautus Epid. 4. 1. ℣. 39. Ita Latini dicebant, *Aliarũ rerum*: vt docet Hottomannus ad leg. 27. §. 5. ff. ad legiam Aquiliam lib. 9. Tit. 2. l. 4. 2. qua vulgo. D. ædilit. Edict. ff. lib. 21. Terent. Adelph. 4. 5. ℣. 61. *Nolim cæterarum rerum te ſocordem eodem modo.* Cicero Cat. Maj. cap. 2. *Sæpenumero admirari ſoleo cùm cæterarum*

rum rerum tuam excellentem perfectamque ſapientiam; tum vel maximè. Symmachus lib. 1. Epiſt. 9. *Tunc noſtrates viri, ſui inter ſe aliarum rerum ſæpe diſſentiunt, concordem ſententiam ſuper hujus laude tenuerunt.* Agellius lib. 13. cap. 27. *Ain tu, inquit, aliarum homo rerum judicij elegantiſſimi, mortalibus multis ineptum tibi videri & frigidum?* Cicero in Bruto cap. 6. *Tum ille cæterarum rerum, inquit, iſtuc & doleo & dolẽdũ puto.* Vbi ſciobus aliquis addidit *cauſa*. Vide plura apud Magnum IC. Franc. Hotmanum lib 4. Obſervat. c. 2. Et Cunr. Rittershuſium Comment. Inſtitut. lib. 4. lit. 3. pag. 542. nec non Gaſp. Sciopp. Veriſimil. lib. 1. cap. 19. pag. 67. Vide etiam infr. litt. C. *Cæterarum rerum.*

Aliàs. Curc. 1. 1. ✠. 63.

Alias res agere. Pſeud. 1. 2. ✠. 19.

Alibi: alio loco. Trin. 4. 3. ✠. 72.

Alicariæ meretrices. Pœn. 1. 2. ✠. 55. Sic appellabantur meretrices in Cãpaniâ, ſolitæ verſari ante piſtrina Alicariorũ, quæſtûs gratiâ. Feſtus, *Alica* dicitur, quod alat corpus.

Alicunde. Epid. 3. 1. ✠. 11.

Alienare. Germ. Vertreiben. Amph. 1. 1. ✠. 243.

Alieni, peregrini. Stich. 3. 2. ✠. 31. Men. 5. 2. ✠. 44. Aul. 1. 2. ✠. 12. Ciſt. 1. 1. ✠. 22. Mil. 2. 2. ✠. 2.

Alienis gravis. Trin. 3. 2. ✠. 58.

Alienum hujus rei. Interdum dicunt veteres, Græco more. Ἀλλότριος. Cicero lib. 1. Academ. quæſt. cap. 1. *Et uno nomine omnia, quæ eſſent aliena firmæ & conſtantis aſſenſionis.* Et lib 2. de Divin. cap. *Vt & ignoratio rerum, aliena naturæ Deorum eſt.* Salluſt. Catil. cap. *Ille eos in domum D. Bruti perducit, quod foro propinqua erat, neque aliena conſilijs propter Semproniam.* Horat. lib. 2. Satir. 3. *Qui ſpecies alias veri, ſceleriſque tumultu permixtas capiet, commotus habentur.* h. e. falſas, & non veras. ἄλλας τῆς ἀληθείας:

Lucretius *aliena ſalutis.* III. 833. *aliena rerum.* VI. 1063. *aliena rogorum.* VI. 1281. Vide ibi Collect. Giſanij. Dicunt & *Alienum hac re, ſuâ perſonâ, officio*, ſæpiſſimè, omiſſo articulo *a* vel *ab.* Sed interdum depravati ſunt loci. Cicero Matio Epiſt. 27. ad D. Brutum: *Quia ſum admiratus te, qui hæc noſſe deberes, quidquam à me cõmiſſum, quod eſſet alienum noſtrâ amicitiâ, credidiſſe.* Idem in Orator. cap. *Illud admonemus tamen, ridiculo ſic uſurum Oratorem, ut nec nimus frequenti, nec ſcurrile ſit.* &c. Et pro Flacco in extremo: *Quæ ſi acerba ſi miſera, ſi luctuoſa ſunt, ſi alieniſſima manſuetudine & miſericordiâ veſtrâ, Iudices.* Ita rectè ex vett. lib. Faernus. Et in Quintianâ cap. *ne qua ſubeſſe poſſet aliena aut ipſius officio, aut hujus exiſtimatione, ſuſpicio.*

Et in fine: *nihil alienum tamẽ vitâ ſuperiore commiſit*. Et lib. 1. de Divin. c. *nec hoc DI alienum ducunt maieſtate ſuâ*. Ovidius lib. 1. Faſtor. ỿ.

Et quicumque mero non alienus erat.

Ita Modius ex v. c. vulg. *joci*, pro, *mero*. Sic in veteri Decreto: *alienum videtur eſſe dignitate* Reip. apud Agell. lib. 7. cap. 19.

Alienus pro Alio. niſi quis locos non putet mendoſos: & *alius* in ijs ponendum. quod mihi probabilius videtur. Vlpianus IC. l. 3. §. plane. D. de ho. lib. exhib. *Cæterum ſi quæratur de ſtatu, non oportet judicium fieri alienæ cognitioni*. Vbi forte leg. *aliæ*. Idem Vlp. l. 3. D. de rei vind. *amiſſis centum redemit totidem capita aliena*. fort. *alia*. Sic Iulian. l. 5. nemo D. de duobus reis. *Nemo eſt qui neſciat alienas promitti poſſe*. Et hîc malim *alias*, cũ Cujacio.

Alienus & Ignotus. Trucul. 1. 2. ỿ. 75.

Alienus, qui conſanguinitate nõ eſt propinquus. Capt. 1. 2. ỿ. 37.

Alij ſuper alios: *Alia ſuper alia*. Phraſis pervulgata apud veteres, ſed Livium potiſſimùm. Sunt enim Scriptorum quædam & verba, & phraſes ſuæ, ac peculiares. Livius lib. 39. cap. *nec ſuſtinere alij ſuper alios inferentes ſeſe poſſunt*. Et eodẽ lib. cap. *Deinde ut ſuper alium alius idem omnes adfirmantes veniebant*. Idem lib. 3. cap. *Omniũ igitur, Appi Claudi, quæ impiè nefarieq; alia ſuper alia es auſus, gratiam facio*. Et lib. 25. cap. *Hæ clades ſuper aliam alia Romam cùm eſſent nunciatæ*. Et lib. 23. cap. *Occupatus primò auſpiciis repetendis, deinde prodigiis, quæ alia ſuper alia nũciabantur*. Et lib. 30. cap. *Itaq; circumfuſis undiq; hoſtibus alij ſuper alios cadentes obſtinati moriebantur*. Et eodem lib. cap. *Ita alios ſuper alios ſcelere cùm haud dubiè induciæ ruptæ eſſent*. Et lib. 34. cap. *quæ à te tuiſque cottidie alia ſuper alia facinora eduntur*. Vide & infr. *Tantum non*.

Alimoniæ quæſtus. de Paraſitis. Perſ. 1. 2. ỿ. 1.

Alio modo atq;. Pſeud. 1. 5. ỿ. 60.

Aliorſùm ire. Truc. 2. 4. ỿ. 49.

Aliovorſùm. Aul. 2. 4. ỿ. 8.

Aliquà: alicunde. Epid. 1. 1. ỿ. 90. & 1. 2. ỿ. 48. & 2. 3. ỿ. 8. Mil. 2. 2. ỿ. 66. Terent. Phor. 4. 1. ỿ. 19.

Aliquâ: pro, aliquâ ratione. Epid. 1. 2. ỿ. 49. & 1. ỿ. 10. Merc. 2. 2. ỿ. 62. Vide *Eâdem*.

Aliquam multi: *Aliquam-multum*. Cicero in Verr. Accuſat. pen. cap. *Sũt veſtrûm, Iudices, aliquam multi, qui L. Piſonem cognorunt*. Ita rectè Lamb. ex vet. lib. Apuleius lib. 3. Florid. initio: *Prius volo cauſam allegare, cur aliquam multos dies à conſpectu auditoris afuerim*. Et lib. 1. Met. *qui me poſt aliquam multum temporis agnitum invadit*. ita ibi leg. puto. vulg. *aliquantum multum*

tum temp. Tertullian. Apologet. *Infrendite*, inſpumare, idem tamen eſt: qui Senecam *aliquam pluribus & majoribus de ſuperſtitione veſtrâ perorantem reprehendiſtis.*

Aliquam partem: aliquâ ex parte. Pſeud. 5. 2. ℣. 23.

Aliquando: tandem. Rud. 4. 6. ℣. 1. Cicero pro Cluent. *Collegi me aliquando.* Petron. pag. 40. l. 33. *Aliquando, inquam, totum me fortuna viciſti.* Compluries tamen hæc duo in unum conjuncta, & quaſi inter ſe conciliata reperias, puta, *aliquando tamen*, vel, *tandem aliquando.*

Aliquantillum. Capt. 1. 2. ℣. 28.

Aliquantò minor: pro, multò minor. Livius lib. 27. cap. *Cenſa civium capita CXXXVII. M. C & VII. minor aliquantò numerus, quàm qui ante bellum fuerat.* Sic enim locus ille videtur accipiendus. Et antea eodem lib. cap. *Pugnatum utrinque aliquantò, quàm pridie acrius, Poenis ad obtinendum heſternum decus adnitentibus Romanis ad demendam ignominiam.*

Aliqui: pro, *Aliquis*, ut, *ſiqui*, & *Qui.* Stich. 1. 2. ℣. 9. Cicero ad Marium lib. 7. Epiſt. 1. *Si te dolor aliqui corporis, aut infirmitas valetudinis tuæ tenuit quòminus ad ludos venires. fortunæ magis tribuo, quàm ſapientiæ tuæ.* Sic V. C. vulg. *aliquis.* Sic lib. 1. Offic. cap. 32. *Ac duabus his perſonis, quas ſupra dixi, tertia adjungitur, quam caſus aliqui, aut tempus imponit.* Ita in vet. lib. reperit C. Langius: vulg. *aliquis.* Agell. 11. 13. *Dicatque mihi quæſo aliqui veſtrûm, an ſit ulla hujuſce ſententiæ aut gravitas, aut gratia.* Et ibid. *ne nos facile perſtringeret modulatus aliqui currentis facundiæ ſonitus.* Et 15. 2. *Et ſi ſimul ſi qui penitus in his affectionem cupiditatumque errores ineſſent, quos aliqui pudor reverens non celaret.* ita ex vett. libb. hic locus emendandus. Vt & 13. 23. *Nunc ornat, ut aliqui ſolet orationem.* Ita & ibi leg. nam in opt. cod. erat. ſcriptum, *aliequi.* Varro Eumenid. *Poſtremò nemo ægrotus quicquam ſomniat tam infandum quod non aliquid dicat Philoſophus.* Ita ſcriptum reperi in Mſs. Pal. Nonij. Cicero lib. 3. Offic. cap. *Niſi aliqui caſus conſilium ejus prævenißet.* Livius lib. 28. cap. *Tum ſuo more conclamaverunt, uti aliqui ex noſtris ad colloquium prodiret.* Ita quatuor libb. vett. vulg. *prodirent.*

Aliqui: aliquâ re. Moſt. 3. 1. ℣. 21. Aul. Prol. ℣. 24. Perſ. 2. 2. ℣. 10. Truc. 5. 1. ℣. 30.

Aliqui: aliquo modo. Truc. 5. 1. ℣. 30. & ℣. 31.

Aliquid fiet. vox deſperatorum, quinque inſigne aliquod ſcelus facturi videntur potiùs, quàm non exequi; quod deſtinarāt. Merc. 2. 4. ℣. 25. Truc. 2. 4. ℣. 25. Terent. Andr. 2. 1. ℣. 14. Vide etiam Paſſerat. ad Propert. lib. 3. Eleg. 12.

Aliquid. Vulgò ſemper, *Aliquod.* Cicero lib. 5. fin. cap. *quam ſi quando eorum ipſorum aut facta audiamus, aut ſcriptum aliquid legamus.* Eodem lib. cap. neceſſe eſt omninò officium, aut fugiendi, aut ſequẽdi ad eorum aliquid referri.

Aliquid eſſe, fuiſſe. Græcè τὶ εἶναι: de homine, pro eo quod, doctum, egregium eſſe. Cicero Divin. cap. *Vt tu tam aliquid eſſe videare.* Et lib. 4. Attic. Ep. 2. *Et ſi umquam in dicendo fuimus aliquid, aut etiamſi numquam aliàs fuimus tum profecto.* Plato Euthyd. *ὅτι τῶν πολλῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν σπουδαίων δοκούντων τι εἶναι.*

Aliquid. Adverbij loco ponitur: ut τὶ apud Græcos. Cicero pro Deiot. cap. *Non enim jam metuo, ut illi tu ſuccenſeas: illud verò, ne illum tibi ſuccẽſere aliquid ſuſpicere.* Terent. Andr. 2, 6. ℣. 16. *Subtriſtis viſus eſt aliquid.* vulg. *aliquam multum.* Cic. lib. 1. Offic. cap. *Nollem Corinthum: ſed credo aliquid ſecutos opportunitatem loci maximè.*

Aliquis: cum plurali. *Exite huc aliquis.* Epid. 3. 3. ℣. 18. Terentius Adelph. 4. 4. ℣. 25. *Aperite hoc aliquis oſtium.*

Aliquanto: aliquam multo, non parum. Epid. 3. 2. ℣. 44.

Aliquantum; paulum. Trin. 2. 2. ℣. 116.

Aliquò. Rud. 2. 6. ℣. 51.

Aliquoverſum. Caſ. 2. 4. ℣. 18.

Aliquos viginti dies: Circiter. Men. 5. 5 ℣. 47. Sic Varro lib. 1. de R. R. cap. 2. *Si velis in conuiuio multum bibere, cœnareque libenter, ante eſſe oportet braſſicam crudam ex aceto, & poſt aliqua folia quinque.*

Alis. vide *Elis.*

Aliter ſecus: quàm. Stich. 1. 1. ℣. 36.

Aliter: pro *male*, vel *non bene* Epid. 4. 2. ℣. 29. Salluſt. *Te providere decet, ne quid aliter proveniat.*

Aliter, pro, *alioqui.* Ita vett. ſæpe. Sic *Cæterum.* Salluſt. Catil. *Aliter ſine populi iuſſu nulli earum rerum conſuli jus eſt.*

Alitus; altus. Men. Arg. ℣. 7.

Alius pro altero. Capt. Arg. ℣. 2. Prol. ℣. 8. Vide *Alter.*

Alius; pro *diuerſo.* Pſeud. prol. ℣. 22. *Alia his:* pro diverſa ab his. Sic Phædrus lib. 3. ad Euthythum. *Quod ſi accuſator alius Seiano foret.* Horatius.

Neue putes alium ſapiente bonoq; beatum.

Item: *Ne quis ſeſe alius Lyſippo duceret ære.* Salluſt. *Aliud bello mallet.*

Alius atque. Pſeud. 4. 7. ℣. 35.

Alius, aliis moribus. Trin. 1. 2. ℣. 124.

Alius alio melior, aut nequior: *alij aliud ſentiunt; aliud aliis videtur: aliud alio tempore.* Ita elegantiſſimè veteres: quod hodie, *Vnus melior quàm alter:* ut rectè Antonius Schorus obſervavit. Sic & *Alter alteri adfuit.* Cicero pro Sextio cap. *Omnes certatim, alius alio gravius de mea ſalute dixerunt.*

runt. Et ad Attic. lib. 7. Epiſt. 2. *Accepi epiſtulas tuas, aliâ aliâ jucundiorem*. Cæſar lib. 4. de bell. Gall. cap. *Atque alius aliâ ex navi quibuscumque ſignis occurrerat, ſe adgregabat*. Eſt & hæc elegans oratio: *Aliud ex alio*: *Alia* cauſę ex alijs: Alius ex aliâ parte: Alij alijs in locis, vel partibus. Lucret. lib. 2. ✠. 1072.

—*neceſſe eſt, confiteare,*
Eſſe alios alijs terrarum in partibus orbes.

Alius fieri dicitur hiſtrio, cum alia perſona in Scenam prodit. Pœn. Prol. ✠. 127.

Alius modi. Cui contrar. *Ejuſdem modi*. Cicero Rhet. lib. 2. cap. *Nam opinio dupliciter fallit homines, cùm aut res aliusmodi eſt, ac putatur, aut non is eventus eſt*.

Aliuta; aliter Rud. Prol. ✠. 10. Sic in legibus. 31. QVIS. ALIVTA. FAXIT. IPSOS. IOVI. SACER. ESTO.

Allaudare. Merc. Prol. ✠. 85.

Allegare, ablegare. Caſ. Prol. ✠. 52. Pœ. 5. 2. ✠. 140. Pſeud 4. 7. ✠. 66. & ✠. 132. Caſ. 3. 4. ✠. 14. Pœn. 3. 5. ✠. 28. Terent. Andr. 5. 3. ✠. 29.

Allegare: priuatim mittere. Perſ. 1. 3. ✠. 55. Stich. 5. 3 ✠. 8.

Allegatu meo. Trin. 5. 2. ✠. 18.

Allegare aliquem ad aliquid: deſtinare. Epid. 3. 3. ✠. 45.

Alleuare ſe: habere bonum animum. Perſ. 2. 5. ✠. 3. 19.

Allex viri; qui virum ſibi quæſit, effeminatus. ab alliciendo. Pœn. 5. 5. ✠. 31.

Alliatus: qui allium olet. *Alliatum* verò eſt morretum, cui allium admixtum: immò vero ſic omne intritum capiendum. Græcè τρίμμα. Moſt. 1. 1. ✠. 45. (✠. 57.

Allicere aliquem ad ſe. Pœn. 3. 3.

Alligare. Epid. 5. 2. ✠. 25. *Alliga*, *colliga*.

Alligare pro *obligare*. Epid. 3. 2. ✠. 30. (✠. 48.

Alligare iureiurando. Rud. Prol.

Alligare. de inſanis, quos conſtringere opus eſt. Cicero lib. 2. Divin. cap. *Quaſi ita natura paratum eſſet, ut ea dormientes agerent, quæ ſomniarent, alligandi eſſent omnes, qui cubitum irent*.

Allium & *ſal*, cibus ſeruorum. Perſ. 2. 3. ✠. 15. dicitur etiam de homine fœdo. Moſt. 1. 1. ✠. 38. Pſeud. 3. 2. ✠. 25.

Allium obolere: alliatum eſſe, ſeu, vt Seneca loquitur Epiſt. 84. Scordalum eſſe. Moſt. 1. 1. ✠. 38. Vide paulò ante *Alliatus*.

Allium vlpicum: Punicum, quo ſolebant vti nautæ Romani, & turpiter fœtere. Pœn. 5. 5. ✠. 35.

Alloqui: pro *ſalutare*. de Dijs. Amph. 1. 1. ✠. 26. Græcè προσειπεῖν. Eurip. Herc. fur. ✠. Οὐκ ἀτιμάσω θεοὺς προσειπεῖν πρῶτα τοὺς κατὰ στέγας.

Alloquium & *Allocutio*, pro conſolatione, ut *Alloqui*. pro, conſolari. Græcè προσηγορεῖν, & προσηγορία. Sed

Sed in proſâ nõ facilè uſurpatur. Varro. lib. 5. LL. *Loqui ab loco dictum: hinc* Colloquium: *hinc allocutum mulieres ire aiunt, cùm eum ad aliquam locutum, conſolandi cauſâ.* Horat. Epod. 13. *Illic omne malum uno cantuq; levato Deformis ægrimoniæ dulcibus alloquijs.* Catullus in Cornificiũ: *Quem tu, quod minimum facillimumq; eſt, quâ ſolatus es allocutione.* Seneca in Troade: *..liosparentes alloqui in luctu decet, tibi gratulandum eſt.* Suet. Tiber. cap.

Allucere faculã. Perſ. 4. 3. ỽ 46. & Curcul. 1. 1. ỽ. 9 *Lucere cereũ.* Caſ. 1. 1. ỽ. 30. *lucere. facem.* Græcè δαδουχεῖν. Vide Budæũ Com. L. G. pag. 1103.

Alludiare: alludere, adblandiri, palpare. Germ. Sich zudäppiſch machen. Pœn. 5. 4. ỽ. 62. Stich. 2. 3. ỽ. 57. (tiſſ.

Alluſio. Vide *Paronomaſia* in Mã-

Alluvies. Verbum vix notum. Cicero lib. 3. Epiſt. 7. ad Q. Fratr. *Romæ, & maximè Appia ad Martis, mira alluvies.* Ita ibi vet. lib. vulg. *proluvies.*

Ἄλς, cõtumeliç dictio. *ἄλς mera.* Truc. 2. 2. ỽ. 9. Vnde Curc. 4. 1. ỽ. 2 *Halophanta.* & Pœn. 5. 5. ỽ. 34. *ἄλς ἀγοραῖς.*

Alter in comparationib. vſurpari ſolet. Epid. 1. 1. ỽ. 24. Sic dicimus: *Nemo alter eſt mihi hoc carior.*

Alter: alius. Capt. Arg. ỽ. 1. *Alius* alter notat [prol. ỽ. 8. Curc. 4. 1. ỽ. 17. Pſeud. 2. 2 ỽ. 17. Tibull. *Tum flebis, cùm me vinctum puer alter habebit.* Propert. *Alterius luctu fortia verba loqui.* Truc. 1. 2. ỽ. 59. Mil. 2. 3. ỽ. 17. Claudianus:

Altera Romanæ longe rectoribus aulæ Conditio. ——

Iuuen. Sat. 3. *Modo longa coruſcat Sarraco veniente abies atque altera pinum*

Plauſtra vehunt. Sidon. Apol.

Concretum gerat ipſe caput: longe altera noſtri

Gratia iudicii eſt, ſcit ſe, non læſus, amari.

Horat. Epiſt. vlt.

Permutet dominos, & cedat in altera iura

Alter nullus. Bacch. 2. 3. ỽ. 22.

Alter, alter aſſiſtite Rud. 3. 5 ỽ. 26.

Alter: ut, *Alter Virgilius, alter Cicero, Paris, Achilles.* h. e. illi geminus & perſimilis. Virgil. lib. 7. Aen. ỽ. 321.. *Quin idem Veneri partus ſuus, & Paris alter.* Et Eclog. 4. ỽ. 34. *Alter erit tum Tiphys, & altera, quæ vehat, Argo.* Ita Eurip. in Troad. φεῦ! φεῦ! ἄλλος τις Ἀἴας, ὡς ἔοικε, δεύτερος παιδὸς πέφυκε σῆς. Id obſervavit P. Victorius l. 28. c. 7. Var. lect.

Alter, ambove, ſi eis videretur. Solebant olim hæc cõiugi in Conſultis, quibus aliquid Cõſulibus mandabatur, vt vel alter eorum, vel ambo illud mandatum exequerentur. Sæpe autem ita: *Alter, ambove, ſi eis videretur.* Quæ formula plærumque his litteris A. A. S. E. V. notabatur: ſed ſæ- depravatis Cicero Philipp. 5. cap. *Alter, ambove, ſi eis videretur,*

Digitized by Google

retur, rationem agri habeant. Et paulò antè: *Alter. ambove. ſi eis videretur, cognoſcerent,* Sic enim ex Codice Vaticano Vrſinus reſtituit, in quo erat ſcriptum: *a.a.ſeu cognoſc.* Sic vetus SC. Romæ exſtante fragmento: *Vtiq; Q. Lutatius, M. Aemylius Coss.* A. AS. E. V. *eos in amicorum formulam referendos curarēt.* Sic Philipp. 7. cap. *Quid cùm decreviſtis, ut Conſul alter ambove ad bellum proficiſcerentur.* Et Philipp. 8. cap. *Vtiq; C. Panſa, A. Hirtius Coss. alter ambove, ſi eis videretur.* Et Philipp. 2. c. Et apud Frontinum lib. 2. de aquæduct. *Q. Aelius, Q. Fabius Coss. alter ambove, ſi eis videatur.*

Alter viceſimus: Alter & viceſimus, idem valent, quod XXII. Viceſimus ſecundus. Cicero ad Cornificium l. 12. Epiſt. 25. *Liberalibus litteras accepi tuas, quas mihi Cornificius altero viceſimo die, ut dicebat, reddidit.* Florus Epit. Livii 49. *Tertij Punici belli initium altero & ſexcenteſimo anno ab Vrbe conditâ, intra quintum annum, quàm erat captum, conſumati.* Livius lib. 3. cap. *Anno trecenteſimo altero, cùm condita Roma erat, iterùm commentatur forma civitatis.* Tacitus in Dial. de Orator. *Nono decimo ætatis anno L. Craſſus G. Carbonem: uno & viceſimo Cæſar Dolabellam: altero & viceſimo Aſinius Pollio Catonem: non multò ætatem antecedens, Calvus Vatinium. Iis orationibus inſequuti ſunt, quas hodieq; cū admiratione legimus.* Vbi ſi, *uno & vigeſimo*, non ſeiungas ab, *altero & viceſimo*, ineptæ battologiæ arguas Tacitum. Sic in veteri Epitaphio reperto in Caſinati: *Memoria Sexti Vigellij Aequinat. qui annum attigit centeſimum & alterum & nongenſ. perpet. valetud. exegit, reliquos ſeptem & D. XIIX. decubuit, & occubuit. nat. Lud. Sæcul obijt ſeq.* Exſtat hæc Inſcriptio in Scalig. Inſcript. Magno volumine Pag. 926. num. 8.

Alter quiſquam. Aſin. 2. 4. ℣. 85.

Altercatio. Aul. 3. 5. ℣. 12. Orationum Oratoriarum ſunt quaſi duo genera: Altercatio, & Oratio perpetua. Cicero Brut. cap. *Ipſa illa cenſoria contra Gn. Domitium Collegam non eſt oratio, ſed quaſi capita rerum, & orationis commentarium paulò plenius. nulla eſt enim altercatio clamoribus unquam habita maioribus* Et ante. *Iam in altercando invenit parem neminem.* Et de L. Philippo: Eum non fuiſſe ita magnum Oratorem, *in alterando* tamen *cum aliquo aculeo facetum.*

Altera, altera. Bacch. 4. 4. ℣. 68.

Altera: alteri. Rud. 3. 4. ℣. 44.

Alterare. Barbarum eſt: neque uſus eſt eo Ovidius, quod tamen quidam putant. Nam eius verſus lib. 1. Faſt. ℣. 373. vulgò ita depravatus eſt: *Ille ſuam*

ſuam faciem transformat, & alterat arte. cùm potius ex vet. cod. emendandus ſit: *transformis adulterat arte.* Ita enim in veteri codice exſtare obſervavit Hercules Cioſanus.

Alternis. Vide infr. *Ingratis.* Livius lib. 27. cap. *Cùm alternis hæc COSS. demonſtraſſent, nihil moti Legati.*

Alternus: è duobus alter. Trin. 4. ✠ 138.

Alterum tantum: *Altero tanto major.* Iuſtinianus Imperator *Aliud tantum* l. Sancimus. C. de fideiuſſ. ſic & in l. 7. C. de jure fiſc. Non eſt id, quod, *duplo plus* eſt, uti vulgò putant, ſed bis tantum. Germanicè dicimus: Noch einmahl ſo Viel. Vſurpat Plautus noſter Bacch. 5. 2. ✠ 65. Epid. 3. 4. ✠. 8. & in Cæco, aut prædon. Fragm. apud. Chariſ. lib. 2. *Plure altero tanto, quanto ejus fundus eſt velim.* Cornelius Nepos in vitâ Eumenis: *Illa via, antequam omnes commeabant alterum tanto longiorem habebat aufractum.* Cicero lib. 2. de Orat. Perf. cap. *Vt neceſſe ſit partem pedis aut æqualem eſſe alteri parti, aut altero tanto, aut ſeſqui maiorem eſſe.* Livius. lib. 1. cap. *Neque tum Tarquinius de Equitum centurijs quidquam mutavit, numero tantum alterum adiecit* Hirtius. *auxiliares accedebant alterum tantum prope.* Iulianus IC. l. 14. ſi ita ſcriptum. D. de lib. & poſt. *Ita enim ſecundùm voluntatem defuncti filius altero tanto amplius habebit quàm filia.* Videatur etiam l. 9. de uſur. l. 46. de jure fiſc. l. 27. de adult. Demoſthenes in Midiam dixit: τοσῦτον ἕτερον. ὑμεῖς δ' ὦ Ανδρες Ἀθηναῖοι Σμικρωνι δέκα ταλάντων ἐτίμησατε καὶ Σκίτωνι τοσούτων ἕτερον.

Alterum-utrum: *Alterius-utrius:* disjunctè ita veteres, quæ hodie ferè *Alterutrũ*, *Alterutrius*, dicuntur. De his ita Priſcianus lib. 6. *Diximus voces compoſitas ex duobus rectis in utriuſque caſibus variari, præter alterutrum. vetuſtiſſimi tamen, altera utra, & alterum utrum, & alterius utrius dixerunt.* Cicero in Protag. *Quæ igitur poteſt eſſe indignitas voluntatis ad modeſtiam, niſi cum magnitudine, aut in longitudine alterius utrius poſita?* Feſtus in verbo, Solet fax. *Quo utroque mors propinqua alterius utrius captari putatur.* Vbi quidam emendare conati ſunt contra v. l. *alterutrius.* Cicero lib. 10. Attic. Epiſt. *Ego verò Solonis popularis tui, & ut puto, etiam mei, legem negligam, qui capite ſanxit ſi quis in ſeditione non alterius ulrius partis fuiſſe.* Sic ibi V. C. Et ad Varronem lib. 9. Epiſt. 6. *Scio te ſemper mecum in luctu fuiſſe, cùm videremus illud ingens malum alterius utrius exercitûs, & ducum interitu.* Ita in antiquiſſ. cod. Medic. & duobus Mss. Pall. ut &

ut & uno Vaticano. Antea e-
rat, *alterutrim.*

In *Alto eſſe.* Senecæ, quod non
exſtat, & eminet, ſed latet, &
in imo, ſeu profundo hæret.
Cui contrarium: *In ſummo eſ-
ſe.* Cicero *in profundo* dicit lib.
4. de fin. cap. Seneca Epiſt. 23.
*Levium metallorum fructus
in ſummo eſt: illa opulentiſſi-
ma, quorum in alto latet vena.*
Et Epiſt. 71. *Extrinſecus ali-
qua ſunt incommoda, veluti in
corpore interdum robuſto ſoli-
doque eruptiones quædam pu-
ſtularum, & ulcuſcula: nullũ
in alto malum eſt.* Et Epiſt. 80.
*Sæpius pauper & fidelius ridet:
nulla ſollicitudo in alto eſt: et
jam ſi qua incidit cura, velut
nubes levis tranſit.* Et lib. de
Provid. extremo: *Non in alto
latet ſpiritus.*

Altrinſecus: ex altera parte.
Pſeud. 5. 2. ℣. 73. & 1. 3. ℣.
122. Merc. 5. 4. ℣. 16. Rud. 4.
4. ℣. 114. Apuleius *utrin
queſecus*, & *circumſecus* di-
xit.

Altroverſum. Caſ. 3. 2. ℣. 25.

Altum: pro mari. Aſin. 1. 3.
℣. 6. Epid. 1. 1. ℣. 47. Mil.
21. ℣. 39. Men. 2. 1 ℣. 12. Trin.
4. 1. ℣. 8. 13. Rud. 2. 3. ℣. 64.
& 2. 6. ℣. 29. & Prol. ℣.
66.

In *Altum provehi.* Tralatè, pro,
in graviſſimum malum. Ci
cero lib. 4. Tuſcul. cap. *Aegri
tudo autem, cæteraque pertur-
bationes amplificata, certè pe
ſtifera ſunt. Igitur etiam ſuſ
cepta, continuò in magnâ pe*

*ſtu parte verſantur. Etenim i-
pſa ſe impellunt, ubi ſemel à ra-
tione diſceſſum eſt, ipſaque ſib
imbecillitas indulget, in al-
tumque provehitur, nec reperi
locum conſiſtendi.*

Altus puteus: imus. Men. 4. 4
℣. 14.

Altus educatusq; Rud. 3. 4. ℣. 3. 5

Alveus. In balneis labrum. Rhe-
tor. ad Herenn. lib. 4. cap
*Deinde ubi viſum eſt, ut in al-
veum deſcenderet.* Cicero pr
Cæl. agens de balneis cap
*deinde fore, ab imperatrice i
inſidijs, atque in præſidio bal-
nearum locatos: ex quibus re-
quiram, quonam modo latue-
rint, aut ubi: alveusne ille, an
equus Trojanus fuerit, qui to
invictos viros muliebre bellum
gerentes tulerit, ac texerit.* Se-
neca Epiſt. 123. *dicitur mul-
ſum & alicam popoſciſſe, ab al-
veo exiſſe.*

Alumna, filia: opponuntur. Ciſt.
4. 2. ℣. 98.

Alumna: paſſiuè. Pœn. 5. 3.
℣. 4.

Alumnus. Multi ſunt Philolo-
gi, viri cæteroquin doctiſſi-
mi, inter quos olim fuerunt
Laur. Valla, lib. 6. cap. 1. Eleg.
& noſtro ſæculo Clariſſimus
Iuriſcõſult⁹ Hubert⁹ Giſani⁹,
aliique qui obſtinato animo
negarunt, dictionem hanc
nunquam activè περὶ τῦ τροφῦ
(qui Latinis *Altor* & *Educa-
tor*) accipiendam eſſe, ſed tan
tùm paſſivè, περὶ τοῦ τροφί-
μυ, de eo, qui alitur. Quibus
ego calculum meum addere
planè

planè nō poſſum. Nam compluria exempla contrarium evincunt. Docet id Grammaticus antiquus Flavius Caper, De verbis dubijs pag. 2250. *Alumnus*, inquit, *dicitur ab alendo, et qui nutrit, & qui nutritur*. Idem voluit Nonius Marcellus. Repugnavitq; primò Laur. Valla, ſed exemplis minus rectè, ut oportuit, expenſis. Quid enim clarius dici potuit ab Eutycho adoleſcēte de Syrâ ancillâ, alumnâ ſuâ apud Plautum Merc. 4. 5. ℣. 5. *Herus, atq; alumnus tuus ſum. SY. Salve, alumne mi.* Eodem ſignificatu videtur ab eodem accipi. Moſt. 1. 4. ℣. 12. *Oh! Ocellus eſt meus, tuus ſum alūnus.* Neque aliter Varronis dictū intelligi poteſt apud Nonium in Eumenid. *Et ecce de improviſo ad nos accedit cana veritas, Attica Philoſophia alumna. ex veritate namq; Philoſophia, non ex Philoſophiâ veritas nata eſt.* Idem evincit locus Plinij lib. 3. cap. 5. de terrâ Italiâ: *Terra omnium terrarū alumna, eadē & parens.* Quid manifeſtius dici potuit? Neq; enim ſeparari debent, *alumna & parens.* quia ſunt *ἰσοδυναμοῦντα κατ' ἐπεξήγησιν*. Poſſet tamen antitheſis quoque eſſe, quâ Italia & *alumna* & *parens* dicitur terrarum: illam ſcil. & ali ab aliis gentibus (frumēto enim ex Siciliâ, Africâ, & Aegypto importato utebatur) & alere alias gentes, ac tueri armis & legibus. Itaque & Rutilius de Romanis.

Altricemq; ſuam fertilis orbis alat.

Sic in illo Plinij lib. 3. cap. ult. legitur rectè Italia rectrix, parensq; mundi altera. Vulg. *mundi alumna.* Quæ lectio convenit cū ſuperiori. in illo etiam Q. Curtij lib. 8. *Alumnū veſtrum Regē ne deſeratis*, per *Alumnum* intelligi poteſt is, qui à militibus, & cum militibus, à puero nutritus fuit. Vt in Dial. Taciti cap. *Eſt magna illa, & notabilis alumna licentia, quam ſtulti libertatem vocant.* Videtur etiam ἐνεργητικῶς activè accipi in antiquâ Inſcriptione, quæ Brixiæ exſtat ſic:

D. M.

QVI. ME. VOLENT. VALETE. MATRONÆ. MATRESQ. FAMILIAS. VIXI. ET. VLTRA. VITAM. NIHIL.

CREDIDI. ME. VENERI. ALVMNÆ. ADDIXI.

QVOS. POTVI. PELLEXI. FILTRIS. ET. ASTV. VIRO. HVMATO.

Nullum verò illuſtrius exemplum eſſe poteſt, quàm illud Ciceronis in Philipp. 7. cap. 3. *Ego itaque pacis, ut ita dicam, alumnus.* hoc eſt, ut ibidem interpretatur. *ſemper pacis author. pacis ſemper laudator.* &c. Quid dici manifeſtius poteſt?

Cæterùm *Alumni* notio, vel eſt communis, vel propria. Communiter enim ſive generaliter *Alumnus* dicitur, quicumque educatus eſt ab aliquo, vel ullo in loco: ut

Digitized by Google

Alumnus Græciæ, Italiæ, urbis, terræ. Sic & tralatè *Alumnus pacis, belli, Philoſophiæ*, ut & de rebus ipſis, ut, *Eloquentia libertatis alumna.* Propriè autem *Alumnus* dicitur, quem quis infantem, & domi ſuæ natum ſervulū, ſeu vernam aluit, & præter cæteros amat. Hi *Dominorum alumni* in re familiari, illis chari, etiamſi ab iis manu mitterentur, nihilominus erant, ac dicebantur *Alumni*. Græcè τρόφιμοι. Ab his multum differunt, *Alimentarij*. Hi enim ſunt, qui publicè aluntur pueri. Vide etiam Lexicon juris.

Aluus maſculinè. *Aluus ſuus*. Pſeud. 3. 2. ℣. 34. Sic ibi Mſſ. Palatini, & Schobing. Et bene ſic ſcriptum affirmant Paſſeratius, & Meurſius: quod talia multa apud Nonium, Priſcianum, & Cariſium appareant. Poeta vetus:

Maianemus retinens grauido concepit in aluo.

Accius Annalibus:

Vt quam frigidiſſimus aluus.

Vide Animaduerſiones noſtras Menæch. 5. 6. ℣. 30.

Aluus. pro vtero. Stich. 2. 1. ℣. 5.

Ama. Vide *Hama*.

Amabo: blandientis. Men. 4. 3. ℣. 4. & 2. 3. ℣. 54. Bacch. 1. 1. ℣. 10. & 1. 1. ℣. 19. 28. & 5. 2. ℣. 19. Ciſt. 1. 1. ℣. 19. 21. & 115. & 3. ℣. 12. & 4. 2. ℣. 62. & 4. 2 ℣. 42. Millies in Plauto noſtro, & eius Simiâ Comico Terentio.

Amabò te. Truc. 2. 7. ℣. 32.

Amabilis, amœna, ſuauis. Stich. 5. 4. ℣. 54.

Amabilitas. Stich. 5. 4. ℣. 58.

Amabilitati animum adicere. Pœn. 5. 4. ℣. 1.

Amans homo. Pœn. 3. 1. ℣. 2.

Amans homo adoleſcens. Trin. 1. 2. ℣. 94.

Amantes compares. Pſeud. 1. 1. ℣. 64.

Amantes corde cati. Trin. 3. 2. ℣. 51.

Amare intereſſe. Stich. 5. 4. ℣. 47.

Amare corde. Vide litt. C.

Amare medullitus, Moſt. 1. 3. ℣. 87.

Amare plurimum omnium hominum. Truc. 2. 7. ℣. 33.

Amare immodeſtè: ſupra modū. Pœn. 1. 1. ℣. 25.

Amare miſerè. Bacch. 2. 2. ℣. 30.

Amare vnum ex omnibus. Truc. 1. 2. ℣. 83.

Amare & metuere: fere ſemper coniunguntur etiam in ſacris Pœn. 1. 2. ℣. 70.

Amare nos Dii dicuntur, quando nobis fauent, & rogata faciūt. Stich. 2. 1. ℣. 70. Aul. 2. 2. ℣. 6. Apul. Anechom. *Quos Venus amauit, fecit amores compotes.*

Apage à me. Moſt. 2. 2. ✠. 6. Bacch. 1. 1. ✠. 40. Bacch. 3. 1. ✠. 5.

Apage ſis. Pœn. 1. 2. ✠. 15.

Apelles pictor. Epid. 5. 1. ✠. 20. Pœn. 5. 4. ✠. 99.

Aperire, indicare, ſignificare. Ciſt. 1. 1. ✠. 3.

Aperire patinas: opercula remouere. Pſeud. 3. 2. ✠. 51.

Apertbo. Truc. 4. 2. ✠. 50.

Apertare. Men. 5. 5. ✠. 12.

Aphrodiſia. Dies feſti Veneris. Pœnul. 1. 1. ✠. 63. & 1. 2. ✠. 45. & 2. 1. ✠. 59. & 3. 5. ✠. 13. & 5. 3. ✠. 14.

Apicula. Curc. 1. 1. ✠. 10.

Apiſci: adipiſci. Rud. prol. ✠. 17. Epid. 5. 2. ✠. 3. Verbum Lucretio vſitatum. Vide Lexicon Lucret. Danielis Parei. Gloſſæ [illegible]. Sic Plautus in ſuo Epitaph. Agell. 1. 24. dixit *Apiſci mortem.* h. e. invenire. Quomodo in ſacris quoque invenitur τὸ *invenire.* Eſa. 58. 3. Ieremiæ 11. 18

Apolactizo: calcibus ſubmoueo, ac repello. 5. 2. ✠. 13.

Apologus. Stich. 4. 1. ℣. 32. 38. 64.
Apollinis edictum. Men. 5. 2. ℣. 18. 88.
Ἀπόλλων. Moſt. 4. 2. ℣. 57. Capt. 4. 2. ℣. 100.
Apollo: in furtis adoratur. Aul. 2. 8. ℣. 24. Vide philoſoph. plaut. Tit. *Furti*, & *Deorum*.
Apollo προστατήριος, vel ἀγυιεύς cuius ſtatuā conſecratam ante ædes ponebant. Merc. 4. 1. ℣. 12. præſes vicorum. vnde *Vicinus* dictus. Bacch. 2. 1. ℣. 3.
Aponere: deponere. Pœn. 4. 2. ℣. 35. Caſ. 2. 6 ℣. 11.
Apoplexis. Ita interdum reperio ſcriptum hoc vocabulum, ſed nolim uti. Hieronymus in Chronico fere extremo: *Valentinianus ſubitâ ſanguinis corruptione, quod Græcis ἀπόπληξις vocatur, Brigitione moritur*.
Apparare. pro, parare, inſtruere aliquid. Pœn. 5. 2. ℣. 139. Aulul. 5. 1. ℣. 18. *auxilium apparare*. Epid. 3. 2. ℣. 8 *Munditias appar*. Mercat. 1. 2. ℣. 8. Stich. 1. 3 ℣. 5. *prandium apparare*. Men. 1. 2. ℣. 61. & 1. 3. ℣ 3
Apparare aliquid: agere. Epid. 3. 3. ℣. 27.
Apparere ſeſe aliquid facere. Aſin 3. 3. ℣. 11.
Apparari: parari. Merc. 5. 2. ℣. 10
Apparere: pro *comparere*. Capt. 2. 3. ℣. 97. Hinc *Apparitores*, qui ſemper apparent prætoribus & Conſulibus.
Apparet opera. pſeud. 3. 2. ℣ 59.
Apparere. A quo & *Apparitor*. *Apparitio*, &, *Apparitura*, non eſt lictorum proprium, ſed commune omnium, qui miniſtrāt Magiſtratibus: *ut*, *ſcribæ*. *Viatores*, *Accenſi*, *Lictores*. Cicero Accuſ. 3. in Verr. cap. *In eadem civitate apparitori tuo eſſe conceſſum, ut uno nomine tredecies auferret?* Quem ibi *apparitorem*, eum paulò ante vocaverat *ſcribam*. plauto dicitur *Armiger*, & *Scutigerulus*. Caſ. 2. 3. ℣. 39. Horatio *Stipator*. Gloſſæ: *ſtipator*, *ſatelles*, σωματοφύλαξ, δορυφόρος, ὁπλοφόρος. Dicebatur & *ſtator*. Cicero lib. 11. Epiſt. 7. *Litteras à te mihi ſtator tuus reddidit*.
Apparet ratio: cùm benè ſibi omnia conſtant. Trin. 2. 4. ℣. 17. Sic Cato: *Opus non apparet*; cùm non eſt tantum operis, quantum oportebat, aut nihil etiam actum eſt.
Apparere opus, & *opera*, dicitur venuſtè. Cato de re ruſt. cap. 2. *Si opus non appareat*; *dicit villicus ſedulò ſeciſſe*, *ſervos non valuiſſe*. plautus pſeud. 3. 2. ℣. 59. 60. *Fateor equidem eſſe me cocum cariſſimum*: *verùm pro pretio facio*, *ut opera appareat mea*, *quò conductus veni*.
Apparendi verbo ſæpè utitur Cicero pro eo, quod plærumq; dicebant, *Videbatur*. Cicero lib. 12. Attic. Epiſt. 31. *Putabam ſi nihil reſcripſiſſem*: *illam cum matre venturam*: *nunc non puto*: *apparebat enim*, *illas litteras non eſſe ipſius*.
Apparitura. Rarius nomen: munus apparitoris. Ita & alia, ut *Cognitura*. *Aſſeſſura*, *aggreſſura*. *apparituram facere* Cicero *Apparitionem* vocat, verbo item non vulgari & noto. Sueton.

ton. lib. de Grammat. de Orbilio: *Orbilius Pupillus* &c. *morte parentum* &c. *deſtitutus, primò apparituram fecit magiſtratibus.* Cicero Thermo lib. 13. Epiſt. 54. *quod in longâ apparitione ſingularem & propè incredibilem patris Marcilij fidem* &c. *cognovi.*

Appellare. Huius verbi variæ ſunt notiones, & uſus, maximè apud Ciceronem multus: hodie rarior. Nam 1. *Appellare* eſt id, quod Græcè ὀνομάζειν, nominare, vocare, ciere, Germ. Nennen. Cicero lib. 1. *Qui primus* Africanus *eſt appellatus.* Et pro Cæcin. cap. *Vtimur eodem jure in ædibus, quæ in lege non appellantur.* Eò pertinent & hæc, *nomine* & *nominatim* appellare. Plautus Moſt. 2. 2. ℣. 82. 85. & 3. 1. ℣. 12. Amph. 2. 2. ℣. 58. & 2. 2. ℣. 181. Truc. 1. 2. ℣. 59. & 5. 1. ℣. 4. Caſ. 2. 3. ℣. 2. Mil. 2. 5. ℣. 10. 15. Pœn. 5. 2. ℣. 22. 30. 32. 2. Idem quod *Alloqui*, & *Convenire*. Germ. Anreden. Cicero Philipp. 2. cap. *Te autem M. Antoni, abſentem appello.* Et pro Cluent. cap. *Appellat hilari vultu hominem Balbus, ut blandiſſimè poteſt.* Plautus Moſt. 2. 2. ℣. 82. & 3. 1. ℣. 12. & Moſt. 5. 1. ℣. 26. *Aggrediar hominem, appellabo.*

Appellare aliquem. Interdum pro fidem, & opem aut miſericordiam alicuius implorare, & expoſcere, auxiliû ab aliquo poſcere. Ab eo *Appellationis* remedium apud Iuriſconſultos. Cicero pro Flacco cap. *Quem enim alium appellem? quem obteſter? quem implorem?* Et, *Vos etiam atque etiam imploro, atque appello, ſanctiſſimæ Deæ.* Item: *Quid agendum eſt? qui DEVS appellandus? cuius hominis fides imploranda?* Salluſt. Iugurth. cap. *Nunc verò exul patriâ, domo ſolus, atque omnium honeſtarum egens rerum, quò accedam, aut quos appellem?*

Appellare illepidè: eſt, maledicere. Bacch. 5. 2. ℣. 50.

Appellare nomine ſuo. Pſeud. 1. 2. ℣. 25.

Appellere ad: eſt, adducere; μεταφορικῶς à naui. *Appellere & perdere.* Bacch. 3. 1. ℣. 12.

Appellere ἐνεργητικῶς, pro adigere. Aſin. 3. 3. ℣. 43. Rud. 4. 3. ℣. 104.

Appellere claſſem, aut *navem, pecus.* Livius lib. 27. cap. *P. Sulpitius ab Naupacto profectus claſſem appulit inter Sicyonem & Corinthum.* Ibidem: *Et à navibus*, quæ aperto *mari appulſi erant*, Attius in Bruto apud Cicer. lib. 1. de Divin. cap. *Viſum eſt in ſomnis paſtorem ad me appellere pecus lanigerum eximiâ pulchritudine.* Philipp. 2. cap. *qui etiam ſine his clariſſimis viris hanc rem in Ciliciâ ad oſtium fluminis Cydni confeciſſet, ſi ille ad eam ripam, &c naves appuliſſet.*

Appellere. Abſolute, pro, *appellere claſſem.* quod nolim imitari, licet hodie ita loquantur. Livius lib. 37. cap. *Inde Phocæam petentes ad inſulam, quam Bacchium vocant* (*imminet urbi*

vrbi Phocenſium) appulerunt.

Appetentia milvina. Men. 1. 3. ℣. 29.

Appetere, inuadere. Gladiatorium verbum. Ciſt. 2. 1. ℣. 8.

Appetere. Propriè eſt amplius & cupidè, ſeu affectione quadam nimiâ, præter æquum, vehementerque petere, immò & invadere: ut. *Regnum appetere.* Cicero pro C. Rabir. cap. *hominem appetentem* pro auido: ut & *Animum appetentem* de Oratore dixit. Idem lib. 1. Offic. cap. *Ex quo quia ſuum cujusque fit eorum, quæ naturâ fuerant communia, quod cuique obtigit, id quisque teneat: è quo ſi quis appetet, violabit ius humanæ ſocietatis.* Et eodem lib. cap. *ne cupidè quid agerent, ne appeterent.* Livius lib. 1. cap. *Creſcebat interim Vrbs munitionibus alia atque alia loca appetendo.* Gracchus in Popillium apud Agell. 11. 13. *Quæ vos cupidè per hoſce annos appetiſtis.*

Appetere, Appetitio. ὁρμή. Cicero lib. 2. Divin. cap. *Is eſt hodie locus ſeptus religioſè, propter Iovis pueri, qui lactens cum Iunone in gremio Fortunæ ſedens mammam appetens caſtiſſimè colitur à matribus.* Et lib. 1. cap. *Nam cùm dormienti ei ſol ad pedes viſus eſſet, ter eum ſcribit fruſtra appetiviſſe manibus, cùm ſe convolvens ſol elaberetur: ei Magos dixiſſe, ex triplici appetitione ſolis xxx annos Cyrum regnaturum eſſe, portendi.*

Appetere aliquem, vel, *Appeti*: de homine, qui charus, qui amatur. Cicero Caſſio lib. 15. Epiſt. 14. in fin. *Confirmatio noſtræ amicitiæ, de quâ pluribus verbis nihil opus eſt: tu puer me appetiſti: ego autem ſemper ornamento mihi fore duxi.* Idem de Senectute cap. *Hæc enim ipſa ſunt honorabilia, quæ videntur levia atque communia, ſalutari, appeti, decedi, aſſurgi.*

Appetit, & Appetebat. ut, Dies, nox, tempus, ver, meridies, &c. id eſt, *appropinquat.* Cæſar lib. 6. de bell. Gall. cap. *Hæc in omnibus Eburonum partibus gerebantur, diesque appetebat ſeptimus, quem ad diem Cæſar ad impedimenta legionemque neverti conſtituerat.* Plautus quoq; in hac notione utitur. Aul. 1. 1. ℣. 37. Moſt. 3. 1. ℣. 114. ut & Livius, eoque recentiores. Cicero numquam. Plinius: *appetebat judicij dies.* Symmachus: *Dies meus natalis appetit.* Livius: *Veiorum fata appetebant.*

Applaudere. Truc. 5. 1. ℣. 75. Perſ. 5. 1. ℣ 13. & 5. 2. ℣. 32. *clarè applaudere.* Bacch. Grex. ℣. 5.

Applicare animum ad frugem. Trin. 2. 1. ℣. 34.

Applicare ſe. Men. 2. 2. ℣. 67.

Apono, apud Plautum & Terentium, pro, Depono. Vt *Apone gladium*: pone propè. Sed locis depravatis verbum hoc ignotum adhuc. Plautus Caſin. 2. 6. ℣. 11. *Apone hîc ſitellam, ſortes cedò mihi.* Ita hunc locũ correxit, cùm in Membranis Pall. repperiſſe *Atpone.*

Vul-

Vulgò mendoſe. *depone*. Vtitur quoq; Pl. Pœn. 4 2. ℣. 35. *Atonus ſurget*. Mi *at tu apoxe, & reſpice ad me*. Teren. Heaut. 1. 1. ℣. 36. *at iſtos raſtros interea tamen Apone*. Ita ibi Georg. Fabricius legendum docuit ex v. cod. ubi item vulg. *depone*. Et Andr. 4. 3. ℣. 9. *Accipe à me hunc ocius, atque ante noſtram januam apone*. Et paulò poſt 4. 4. ℣. 3. *Mulier, tunc apoſuiſti hunc?* Propert. lib. 2. Eleg. 15. ℣. 3. *Quàm multa apoſitâ narramus verba lucernâ*. h. e. remoto lumine. Sic correxi. Vulg. *appoſita*, vel. *oppoſita*.

Apponere in re malâ. Vt, Accuſatorem, calumniatorem, licitatorem, prævaricatorem. Cicero in Verr. Accuſ. 5. cap. *Apponitur his tamen accuſator Nævius Turpio quidam*.

Apponere; Verbū tricliniare, παρατιθέναι. Pſeud. 3. 2. ℣. 26. Cic. *Quid te in vaſis fictilibus appoſiturum putem?* Trin. 2. 4. ℣. 69. Mil. 3. 1. ℣. 162.

Apponere damnum ad laborem. Trin. 4. 3. ℣. 18. & 4. 3. ℣. 60.

Apportare divitias. Stich. 3. 1. ℣. 11. Vide etiam *Portare*.

Appoſivi. Vide *Poſivi*. Mil. 3. 3. ℣. 31.

Appotus: Ger. Wolbezecht. Amph. 1. 1. ℣. 126. Circ. 2. 3. ℣. 75. Rud. 2. 7. ℣. 8.

Apprehendere: amplecti. Pœn. 5. 4. ℣. 54.

Appuli: illepidis moribus præditi erant. Mil. 3. 1. ℣. 52.

Apprime. Ciſt. 1. 2. ℣. 10. Vide A. gell. lib. 7. c. 7.

Apprime probus. Rud. 3. 4. ℣. 30. Trin. 2. 2. ℣. 92.

Approbè. Trin. 4. 2. ℣. 115.

Aprugnum callum. Perſ. 2. 5. ℣. 4. Pœn. 3. 2. ℣. 2.

Aptat fingitque. Capt. 2. 2. ℣. 54.

Aptum aliquâ re. Vt, *Aptus virtute*, ferè ut, *Conjunctus virtute*, vel. *præditus*, & *affectus*. Cicero lib. 2. de leg. cap. *Sed certè ita ſe res habent, ut ex naturâ vivere, ſummum bonum ſit, vitâ modicâ & aptâ virtute perfrui*. Sic Virgil. lib. 4. Aen. ℣. 482.

—*cælum ſtellis ardentibus*
aptum.

Lucret. lib. ℣. 812.

Nec refert ea, quæ tangis, quo
forte colore prædita ſint,
verùm quali magis apta figurâ.

Aptus pro parvo & exiguo. Horat. lib. 1. Od. 12. ℣. 45.

—*& avitus apto*
Cum Lare fundus.

Catullus Carm. 28. ℣. 2. *Aptis ſarcinulis & expeditis*. Sic Thucydidem Cicero dicit *aptum verbis & expreſſum*. adſtrictum ſcil. & non redundantem. Livius lib. 10. cap. *Concurſus inde ad Conſulem factus omnium fermè juniorum, & pro ſe quisque nomina dabant. tanta cupido erat ſub eo duce ſtipendia faciendi. Quâ circumfuſus turbâ, quatuor millia, inquit, peditum, & ſexcentos Equites duntaxat ſcribere in animo eſt. Hodierno & craſtino die, qui nomina dederint, mecum ducam; maiori mihi cura eſt, ut omnes locuple-*

tes reducam; quàm ut multis rem geram militibus. Profectus apto exercitu, & eo plus fiduciæ ac ſpei gerente, quod non de
Ap*ſiderata multitudo erat.*
tus, nexus, pẽdens. *Aptus ex eâ re*, cõſtans ex eâ. Ex eo & *Apt*⁹ & *ſolutus*. Lucret. l. 2. ℣. 477.

Quod quoniam docui, pergam connectere rem, quæ
Ex hoc apta fidem ducat...

Et lib. 3. ℣. 851.

Cum corporis atque animai
Diſcidium fuerit, quibus è ſumus uniter apti.

Et lib. 4. ℣. 827.

Brachia tam porrò validu ex apta lacertis Eſſe——

Cicero in Orat. ad Brutum cap. *Verùm etiam quod multò maiorem apta habent vim, quàm ſoluta.*

Aptus huic rei: pro accommodato & conſentaneo. Vix uſitatum Ciceroni: interdum tamen eo ita utitur, ſed adiectâ abuſionis particulâ *quaſi*. Cicero in Orat. ad Brutum cap. *In alioque ponatur, aliudque totum ſit, utrum decere an oportere dicas. Oportere enim perfectionem declarat officij, quo & ſemper utendum eſt, & omnibus: decere quaſi aptum eſſe, conſentaneumque tempori & perſonæ.*

Aptus: pro, *adeptus*; ab antiquo, *apiſci*. Capt. 4. 1. ℣. 8.

Apud: pro, *in*. Epid. 2. 2. ℣. 67. *Apud Thebas:* Thebis.

Apud exercitum. Cicero Accuſ. 4. in Verr. cap. *Quid Eupolemo Calatino, homini nobili, Lucullorum hoſpiti ac perfamiliari, qui nunc apud exercitum cũ L. Lucullo eſt, non idẽ fecit?*

Apud ſe eſſe: ſibi conſtare, eſſe firmo pectore. *Non ſum apud me.* Plaut. Mil. 4. 8. ℣. 36. Terent. Andr. 2. 4. ℣. 4. Et Phorm. 1. 4. ℣. 27.

Apud ſe eſſe: pro domi ſuæ, in villâ ſuâ in domo. Mil. 3. 1. ℣. 42. Aul. 2. 6. ℣. 8. *apud nos*. Cicero lib. 2. de Orat. cap. *M. verò Craſſus, quem non longè rure apud ſe eſſe audio, vir regendæ Reip. ſcientiſſimus, ſi audierit.*

Apud aliquem eſſe, ambulare, cœnare. *Apud* ſe eſſe, valet domi illius, vel ſuæ. Aliud eſt, *Cùm aliquo eſſe*. Id enim & in meâ & in alienâ domo eſſe poteſt. Terent. Heaut. 1. 1. ℣. 120. & 3. 1. ℣. 21. *Vbinam eſt quæſo? Apud me domi.* Cicero lib. 1. de Orat. cap. *quem non longè ruri apud ſe eſſe audio.* Sic ad Lentulum lib. 1. Epiſt. 9. *cænavit apud me in generi mei Craſſipedis horto.* Vbi. *apud me*, videtur valere, *me præbente cibum.* &c. Et lib. 5. Attic. Epiſt. 9. *Cæna apud me* Et l. 5. Epiſt. 6. *qui etiam à me petierit, ut ſecũ & apud ſe eſſem cottidie.* Et Epiſt. 7. *Ego cum triduum cũ Pompeio & apud Pompeium fuiſſẽ.* Catull⁹ ad Fabullũ: *Cænabis bene, mi Fabulle, apud me.*

Aqua advorſa. Trin. 4. 2. ℣. 10.

Aqua hæret. proverbiale dicendi genus à Clepſydris Oratorijs ſumtum. Vt: *Mihi aqua hæret.* h. e. hæreo, ἀμηχανῶ, ἀπορῶ. Cicero lib. 2. ad Q. Fratr. Epiſt. 7. *Quod Idibus & poſtridie fuerat dictum, de agro Campano actum*

no actum iri, nō eſt actū. in hac cauſâ mihi aqua hæret. Idem lib. 3. Offic. cap. *Dicit ille qui dem multa multis locis, ſed aqua hæret, ut aiunt.*

Aqua intercꝰ, [illegible]. Mē 5. 4. ℣. 3.

Aqua: ad aquas. Nunc fermè Thermas dicunt. Cicero pro plancio cap. *Deſitti ſtomachari, & me unum & ys feci, qui ad aquas veniſſent.* Idem ad Tironem. *Puto utrumque ad aquas.* Varro lib. 8. L. L. *Quibus reſponderi poteſt non eſſe reprehendendum, quod ſcala & aqua calida pleraque quæ cum multitudinis vocabulis ſūt appellata, neque eorum ſingularia in uſum venerint.*

Aqualis. Curc. 2. 3. ℣. 33.

Aqualis bilibris. Mil. 3. 2. ℣. 39.

Aquam frigidam ſuffundere. Ciſt. 1. 1. ℣. 37.

Aquam gerere. Pœn. 1. 2. ℣. [illegible]. *Ab gerundâ aquâ defeſſi viri duo.* Dicitur de Aquariis ſordidis aſſeclis impudicarum mulierum: qui & *Aquarioli* dicti. περιοδιάκονοι. Vnde Lex. veteri. *Aquaculat*, lenocinatur. Vide etiam Turn. lib. 14. [illegible]. 12.

Aquila: ambiguo ſenſu pro *Aquula*, ὑποκοριστικῶς, & Aquila Romanor. ſigno militari. Perſ. 5. 1. ℣. 8. Moſt. 1. 3. ℣. 148.

Aquilina ungula. Pſeud. 3. 2. ℣. 63.

Aquilum corpus. Pœn. 5. 2. ℣. 152. *Fuſcum & ſubnigrum* [illegible].

Aquula: ὑποκοριστικῶς: parua aqua. Ciſt. 1. 3. ℣. 38. Curc. 1. 5. ℣. 3.

Ar: pro *ad* antiquè. Truc. 2. 2. ℣. 17. Sic dicebant; *arcio*, pro *accio*, *arceſſere*, *arvenire.*

Ara Iū ſacrificus. Pœn. 1. 2. ℣. 106.

Ara, pro perfugium. Rud. 3. 3. ℣. 30. Moſt. 5. 1. ℣. 45. Merc. 4. 1. ℣. 10. Heaut. 5. 2. ℣. 22. Andr. 4. 3. ℣. 11.

Arabia. Trin. 4. 2. ℣. 3.

Arabia: penitiſſima regio, h. e. longè diſſita. Perſ. 4. 3. ℣. 53. 71.

Arabes. Curc. 3. ℣. 73.

Arabia terra. Trin. 4. 2. ℣. 88.

Arabicus, *Arabius*, & *Arabus* dicitur, teſte Chariſio lib. 1. col. 99. Mil. 2. 5. ℣. 2. Pœn. 5. 4. ℣. 6.

Arabicus odor. Mil. 2. 5. ℣. 2. Feſtus: *Arabicè olet.*

Arabius odor. Pœn. 5. 4. ℣. 6. Propert. *Arabo odore.* & ſic Chariſius.

Aranea pro *vacuitatibus & inaniis.* Aul. 1. 2. ℣. 6.

Aranearum opera. Aſin. 2. 4. ℣. 19. Catullus vocat *ſitus aranearum*. Eiuſmodi telæ etiam *Araneæ* appellantur ſimpliciter. Idem ad Tibull.—*nam tui Catulle plenus ſacculus eſt aranearum.* Afranius: *Tamne arcula tua plena eſt aranearum.* Et Hom. ἀράχνια vocat Odyſſ. π ℣. 35. *Textura, tela.* *Araneas deiicere.* Stich. 2. 3. ℣. 23. 3[illegible].

Arare. Venereum verbum de συνουσίᾳ. Aſin. 5. 2. ℣. Truc. 2. 2. ℣. 47. Vide Lexicon Lucretianum Danielis Parei, in voce *Arua.*

Arationes. Truc. 2. 2. ℣. 47.

Arator, *Aratio*, *Aratiuncula.* *Arator* pro Agricola, poeticum. Ciceroni Arator eſt, qui arationem colit, id eſt; qui non eſt agri dominus, ſed colit a-

gri vectigalem. *Aratio* enim erat ager publicus Pop. Rom. cuius colonus propriè *Arator* pendebat annuum vectigal. *Agrum vectigalem* vocant Iuriſconſulti, ſeu *emphyteuticum*. Vt autem *Aratio*, ita & *Æſtimatio* de prædio, aliaque eiuſdemmodi in *io* verbalia vocabula de loco interdum uſurpantur. Varro lib. 4. LL. *Ager, arvus, & arationes, ab arando.* Cicero in Verr. 5. cap. *Pulſos aratores eſſe dico, agros vectigales, vexatos, atque exinanitos à Verre.* Et: *Magni & gnavi aratores agros latos ac fertiles deſererent, totasque arationes derelinquerent, tamẽ incolumis numerus manebat dominorum, atque aratorum.* Idem in Rullum 11. cap. *Illi Capuam, receptaculum aratorum, nundinas ruſticorum, cellam, atq; horreum Campani agri eſſe voluerunt.* Plautus Truc. 1. 2. ℣. 44. *Malo vertit res pecuaria mihi apud vos, nunc viciſſim volo habere aratiunculam pro copiâ hic apud vos.* Vide Turneb. Adverſ. 1. 6. & Notis ad Varr.

Arbiter. Pœn. 1. 1. ℣. 50. & 3. 3. ℣. 49. Trin. 1. 2. ℣. 109. Truc. 2. 7. ℣. 67. Mil. 4. 4. ℣. 1. Rud. 3. 4. ℣. 8.

Arbiter opulentus. Rud. 2. 7. ℣. 8.

Arbiter ſequeſter. Rud. 4. 3. ℣. 65. 79. 101.

Arbiter: pro iudice, conſcio alicuius rei. Amph. Arg. ſec. ℣. 7. Caſ. 1. 1. ℣. 55. Capt. 2. 1. ℣. 17. Ciſt. 1. 1. ℣. 66.

Arbiter: pro ſpectatore. Amph. Prol. ℣. 16. Mil. 2. 2. ℣. 3. Trin. 1. 2. ℣. 19. Caſ. 1. 1. ℣. 2.

Arbiter. Idem ferè, quod, Conſcius, teſtis, iudex, Ex eo, *remotis arbitris* quid fieri, vel agi dicitur. Rhetor. ad Herenn. lib. 2. cap. *Spes celandi quæ fuerit, quæritur ex conſciis, arbitris, adiutoribus, liberis, aut ſervis, aut utriſque.* Plautus Mil. 2. 2. ℣. 3. *Mihi quidem iam arbitri vicini ſunt, meæ quid fiat domi. ita per impluvium intrò ſpectant.*

Arbitrare. ἐνεργητικῶς. Stich. 1. 2. ℣. 87. Moſt. 1. 2. ℣. 38.

Arbitrarem; ἀρχαϊκῶς. Pſeud. 4. 2. ℣. 57. Moſt. 1. 2. ℣. 38. Agell. l. 1. cap. 13.

Arbitrari; παθητικῶς, eligi, diſpici; circumſpici: quomodo crebrò apud Iuriſconſultos vſurpatur. Epid. 2. 2. ℣. 83.

Arbitrari: eſt, *iudicare, obſeruare, animaduertere, conſiderare aliquid.* Epid. 5. 2. ℣. 29. Capt. 2. 1. ℣. 24. Aul. 2. 1. ℣. 1. Aul. 4. 1. ℣. 21. Caſ. 2. 4. ℣. 6. Agellius 4. 11. *Sed qui diligentius anquiſitiusque carmina Empedoclis arbitrati ſunt.*

Arbitrariè fidem; pro, *habere.* Bacch. 3. 6 ℣ 14. Sic Apul. Apol. *Cui ego fidem arbitratus, cauſam divini morbi eſſe.*

Arbitrario. Pœn. 35. ℣. 42.

Arbitrarium)(*certum.* Amph. 1. 1. ℣. 216.

Arbitratus, us. pro *ſententia, iudicio, arbitrio.* Aſin. 4. 1. ℣. 21. Amph. 3. 2. ℣. 50. Rud. 4. 3. ℣. 63. 66. 96. Truc. 2. 1. ℣. 2. Capt. 3. 1. ℣. 35. Epid. 5. 2. ℣. 22. Aul. 4. 4. ℣. 19. Rud. 5. 2. ℣. 68.

Amph.

Amph. 1. 1. ℣. 101. Men. 1. 1. ℣. 15. & 5. 5. ℣. 46. Truc. 5. 1. ℣. 19. Mil. 4. 6. ℣. 6. Moſt. 3. 2. ℣. 107. Curc. 3. ℣. 8. Capt. 4. 2. ℣. 87. Pſeud. 1. 5. ℣. 13. & 1. 3. ℣. 36. & 1. 1. ℣. 66. Trin. 4. 2. ℣. 148. Bacch. 4. 8. ℣. 35. & 4. 9. ℣. 71.

Arbitri: inſpectores, qui rem aliquam inſpiciant. Mil. 2. 2. ℣. 3. Trin. 1. 2. ℣. 109. Merc. 5. 4. ℣. 46. Capt. 2. 1. ℣. 18. *ſine arbitris*. Caſ. 1. 1. ℣. 1. *ſine te arbitro*. Ciſt. 11. ℣. 66.

Arbitria funeris, mercedes, aut pretia. Cicero in Piſon. cap. *Eodem in tempore, eodem & loci veſtigio & temporis arbitria non mei ſolùm, ſed patriæ funeris abſtuliſti.* Et poſt red. in Senat. cap. *Cùm tibi arbitria funeris ſolvebantur.* Et pro Domo cap. *complorata arbitria petentes funeris.*

Arcanò. Idem quod, *occultè*. Plautus Trin. 2. 4. ℣. 117. Cicero lib. 16. Attic. Epiſt. *Hunc tu tranſlatum in macrocolum lege arcano convivis tuis, ſed ſi me amas hilaris & bene acceptis, ne in me ſtomachum erumpant, cùm ſint tibi irati.*

Arcem defendere. Tralatè, pro, ſummum aliquod dogma, aut decretum in aliquâ arte ac ſcientiâ tueri. Cui contrarium, *In arcem ipſam invadere*. Cicero de Divin. *Arcem tu quidem Stoicorum inquam, Quincte, defendis* &c. Et ad Lentulum lib. 1. Epiſt. 9. *Nunc potui magis in arcem illius cauſæ invadere.*

Arcere: pro, Coercere, continere, conſtingere. Vulgò vix nota hæc notio: à quâ tamen eſt *Arcus*, & *Coerceo*, & *Arca*, teſte Feſto. Cicero Tuſcul. 2. cap. *Ergò hos quidem ut famulos vinclis ac cuſtodiâ arceamus.* Et de Rep. lib. 6. in ſomnium Scip. *Quorum* (ſcil. orbium) *unus eſt cæleſtis extimus, qui reliquos omnes complectitur, ſummus ipſe DEVS, arcens & continens cæteros.*

Arcere, pro arceſſere, petere. Cicero pro Quintio cap. *Præſtituenda hora ad arbitrium noſtrum: Iudex ipſe arcebitur.* Ita in duobus libb. vett. ſcriptum, teſte Lambino. Idem Cicero lib. 5. Attic. Epiſt. 1. *Quintus, Pomponia, inquit, tu invita mulieres: ego arci vero pueros.* Ita & ibi vett. libb. Feſtus: *Sagmina vocantur verbena, id eſt herba pura: quia ex loco ſancto arcebantur à Conſule.* Et alibi: *Noverca, quaſi nova arcendæ familiæ cauſa.* Vbi tamen Feſtus τὸ *Arcere* pro *coercere* accipit.

Arceſſo: ab *Arceo*, vel, *Arcio*, quod valet *Accio*. Eſt & *Accerſo*: de quo ſupr. Librarij, ſive typographi potius pro *Arceſſo* ſemper ferè *Accerſo* impreſſerunt, repugnantibus licet libb. Manuſcriptis: cùm tamen Ciceroni, alijsque ejus æqualibus, atque etiam recentioribus *Arceſſo* magis ſit uſitatum. Vtriusque autem eadem eſt notio. Nam prius *Arceſſo* idem quod, *Voco*. Deinde pro, *Accuſo*, ut & *vocare in crimen* dicimus. Præterea *Arceſſo* de rebus, ut libro, vino, idem quod, *Peto*, *aliunde ſumo*:

ſumo: ut *Arceſſitum* Ciceroni idem valeat, quod, *Externum, aliunde petitum*, ac ſumtum, adventitiũ: cui *domeſticum* reſpondeat. Quæ notio hodie vix nota. Plautus Stich. 5.3.℣.3. *Domo dudum huc arceſſita ſum*. Ita erat in utroque Mss. Pall. niſi quod unus unico, *Sarceſita*. Vulg. *accerſita*. Sic Caſ. 3.2.℣.21. & 3.4.℣.10. *arceſſiturus*. Cõferantur quoque alia loca Plauti Caſ. 3. 4. ℣.1. Amph. 3.2.℣.70. Bacch. 2.3.℣.120. & 4.6.℣.26. Mil. 1. 1.℣.70. Truc. 1.2.℣.27. Capt. 5.1.℣.29. Caſ. 3.2.℣.1.4. Vbi conſuli debent Animadverſiones noſtræ. Cicero lib. 16. Attic. Epiſt. 3. *Ego autem, & ejus librum arceſſivi, & ad Athenodorum Calvum ſcripſi*. Et ad Fab. lib. 7. Epiſt. 23. *Sed tamen ſi iſta mihi ſunt habenda, certiorem velim me facias, ubi ſint, quando arceſſantur, quo genere vecturæ*. Ita opt. liber Medic. Et Pollio ad Cicer. lib. 10. Epiſt. 33. *Atque utinam eodem S. C. quo Plancum & Lepidum in Italiam arceſſiſtis, me quoque juſſiſſetis venire*. Ita etiam codex ille. Cæſar lib. 5. bell. Gall. cap. *Itaque ex legionibus fabros deligit, & ex continenti alios arceſſi jubet*. Et poſtea: *His rebus confectis in concilio pronunciat, arceſſitum ſe ei à Senonibus*. ita ibi quatuor libb. Mss. Horat. lib. 1. Epiſt. ad Torquatum ℣.6. *Sin melius quid habes, arceſſe, vel imperium fer*. Ita vett. libb. Et Dionyſ. Lambinus, qui & id apud Horat. lib. 2. Epiſt. 1. ℣.168.

Creditur ex medio quia res acceſſit habere Sudoris minimum. ——

nî fallor, mutandum putat in, *quia vos arceſſit*. quamvis in alijs Mss. ſit, *acceſſit*. Sic & de Arte Poët. ℣.243.

Tantum de medio ſumtis accedit honoris.

Corn. Nepos in Timol. *Conquiſivit quos potuit, primũ Siculos dein Corintho arceſſivit colonos*. Ita in vet. lib. legitur. Cicero lib. 2. de Orat. cap. *Etenim cavendum eſt, ne arceſſitum dictum putetur*. Et lib. 3. cap. *Translationes orationi ſplendoris aliquid arceſſunt*. Et in Bruto cap. fere extremo: *Nec enim decet te ornatum uberrimis artibus, quas cùm domo haurire non poſſes, arceſſiviſti ex eâ urbe, quæ domus eſt ſemper habita doctrinæ*. Sic & eleganter in Cæliana cap. *Si ipſe orietur & naſcetur ex ſeſe, fortaſſe, ut ſoleo, commovebor: ſin autem ut rivulus arceſſitus, & ductus ab ipſo capite accuſationis noſtræ, lætabor*. Et Accuſat. 4. in Verr. cap. *in quæ his ſacris, quæ majores noſtri ob exteris nationibus adſcita atque arceſſita coluerunt*. Sic & *ſtudia doctrinæ arceſſita aliunde* ait lib. 4. Tuſcul cap.

Archiatri. Sunt ſoli Medici Imperatoris, aut ſummi Principis. Quidam hodie vocant *Archiatros* & eos, qui doctrinâ re-

ni reliquos antecellunt, vel Ducum aut Ciuitatum primi. Sed non rectè. Sic Galenus & Erotianus Andromachum vocant *Archiatrum* Neronis. Vtitur eo vocabulo Galenus in lib. de Theriacâ, Vtitur & Imperator Conſtantinus in l. 6. Medicos. Et Valentinianus in l. 9. Archiatri. Et l. 10. Et Theodos. Iun. in l. ult. C. de Profeſſ. ubi. *qui in ſacro Palatio inter Archiatros militarũt. Archiatros noſtri Palatij, nec non Vrbis Romæ.* Inſcriptio Vetus Romæ pag. DCXXXII. n. 4. 5. mentionem facit *Archiatri.* quæ ibi videatur.

Archilochia edicta: pro acerbis. Vt, *Hipponactéum præconium,* Cicero in Epiſtulis jocando dixit; propter Archilochi & Hipponactis verſus acerbos. Cicero lib. 2. Attic. Epiſt. 21. *Itaque Archilochia in illum Bibuli edicta populo ita ſunt jucunda, ut eum locum, ubi proponuntur, præ multitudine eorum, qui legunt, tranſire nequeamus.*

Architecto. Pœn. 5. 2. ℣. 150. Amph. Prol. ℣. 45. Quod & Douzæ placuit. Vulg. *Architectus.* Vbi tamen *Architector* Moſt. 3. 2. ℣. 69. 74. retinet Turnebus 27. 31. Vide Animaduerſiones noſtras.

Architectus: ambiguo ſenſu Mil. 4. 4. ℣. 3. Mil. 3. 3. ℣. 37.

Architectus fallaciarum. Mil. 3. 3. ℣. 27. Sic Cicero tralatè dixit; *Architectus ſceleris.* pro Cluent. cap. *Ipſum principem atque architectum ſceleris abſolverent.* Et pro S. Roſc. cap. *Ex iis, quæ nunc maximè fiunt, nonne quivis poteſt intelligere omnium architectum, & machinatorem unum eſſe Chryſogonum?*

Arctè contentéque habere. Aſin. 1. 1. ℣. 64. h. e. anguſtè tractare: vt interpretatur Marcell.

Arctè tenere. Pœn. 5. 5. ℣. 13.

Arcturus. Stella ad femur ſeu coxam Bootæ. (Alias *Arctophilax*) clara, ciens tempeſtatem ſuo occaſu, qui eſt autumnalis. Rud. Prol. ℣. 5. Vide porro Aſtronomos de hoc ſigno.

Arcula ornamentorum muliebrium. Moſt. 1. 3. ℣. 90.

Arcularius: qui arculas conficit & vendit. Aul. 3. 5. ℣. 45: Idem eſt cum *Arcario*, qui in Inſcriptione Romana Pag. DLXXX. 10. & CIII. 10. Magni operis Inſcript. Roman. Alterum ὑποχορηγικὸν huius eſt.

Arcus. Trin. 3. 2. ℣. 99.

Arcus, pro Iride Curc. 1. 2. ℣. 41. de anu incuruiceruicâ.

Ardere & *Ardor*, Veteribus, & inprimis Ciceroni uſitatiſſima; hodie rariora. Interdum pro *dolere*: & *Ardor*, idẽ quod *dolor*. Cicero lib. 12. Attic. Epiſt. 12. *Ardor tamen ille quidẽ urget, & manet.* Et lib. 2. de Fin. cap. ex antiquo Poetâ *modò intelligas, inter illum, qui dicat. Tantâ lætitiâ auct⁹ ſũ. ut mihi nõ conſtem: & eũ qui nunc demùm*

demum mihi animus ardet: quorum alter lætitiâ geſtiat, alter dolore crucietur. Et lib. 5. cap. *Is cùm podagræ doloribus arderet.* Sic lib. 2. Attic. Epiſt. *Is ardet dolore & irâ.* Et lib. 9. Epiſt. *Non angor, ſed ardeo dolore.* Et in Bruto adfert ipſe fragmentum ex Orat. pro Gall. in quo & hæc: *Vbi dolor, ibi ardor animi.*

Lucret. lib. 3. ℣. 252.

Sive voluptas eſt, ſive eſt contrarius ardor.

Catullus ad Paſſerem Carm. 2. ℣. 8.

Credo ut tum gravis acquieſcat ardor.

Virgil. lib. 3. Georg. ℣ 513. ubi de peſtilentiâ gravi:

DI meliora piis! ardoremq; hoſtibus illum.

Ardor periculi: pro ipſâ ἀκμῇ. Agellius 19. 1. *At ubi cælum enituit, & deferbuit mare, & ardor ille periculi deflagravit.*

Ardere dicuntur oculi hominibus iracundis. Capt. 3. 4. ℣. 62. Men. 5. 2. ℣. 76. Vide Lexicon Lucretianum Danielis Parei, in voce, *Micat.*

Ardere flagitio; vt, *ardere bello. flagrare inuidia.* Caſ. 5. 3. ℣. 1.

Area: vbi captantur aues. Pœn. 3. 3. ℣. 61.

Area pro curſu vitæ humanæ. Martialis lib. 7. Epigr. 31. *Per varias artes, omnis quibus area ſervit.* Servius ad 3. Georg ℣. 18. *Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus.* Id eſt, inquit, unius diei exhibebo Circenſes: quia, ut Varro dicit in libb. Degente populo Romani, olim XXV. Miſſus fiebant: ſed vigeſſimus quintus dicebatur *Ærarius*, eò quòd de coallatione populi exhibebatur. qui deſijt eſſe, poſtquam conferendæ pecuniæ eſt conſuetudo ſublata. Vnde hodieq; permanſit, ut ultimus Miſſus appelletur *Ærarius*. Martialis vocat *Aream* lib. 10. Epig. 25,

Sed vita tribus areis peractis.

Vnius diei Area eſt viginti quinque miſſuum. Sic igitur tres Areæ erunt ſeptuaginta quinque anni. Vide plura apud P. Scriverium in Notis ad Martialem pag. 229.

Arere. Rud. 2. 6. ℣. 50.

Ares. ἄρης. Mars. Trucul. 2. 7. ℣. 53.

Argentaria inopia. Pſeud. 1. 3. ℣. 65.

Argentariæ cortes: tabernæ argentariorum: vbi ſcorta Romæ. Truc. 1. 1. ℣. 47. & 51. *Argentarij.*

Argentaria elecebra dicuntur meretrices, ab eliciendo argento. Men. 2. 3. ℣. 26.

Argentaria opes. Epid. 5. 2 ℣. 7.

Argentarij erant trapezitæ, ſeu menſarii, apud quos depoſitæ erant ab iis pecuniæ, qui eas occupare, & exercere volebant. Inde enim fœnori ſumebantur. I. Cuiacius I. C. ſic eorum officium deſcribit: Fuit olim in ciuitatibus certum corpus ſeu σύστημα argentariorum

tariorum, quorum erat publicum officium. Tabernas & menſas cum ære in foro, poſitas habebant. Apud menſas pecuniæ deponebantur, emebantur, vendebantur. Quod Latinè eſt *Cambire*, Græc. ἀνταμείβεσθαι. Per eos pleriq; pecuniam credebant, & fœnori occupabant, emebant, vendebant, auctionem & omnia negotia exercebant: deque his omnibus rationes conficiebant. Ex eorum ſcriptura naſcebatur obligatio nominum ſine ſtipulatione. Vſuræ eis debentur ex ſola præſcriptione & quidem beſſes. Eorum munia, quæ varia ſunt, variis quoque appellationibus deſignantur. Nam & *menſarij* dicuntur, ſiue *menſularii* & *numularii* & *argentarii* & *argentariæ menſa exercitores*, & ἀργυραμοιβοὶ ſiue *argenti diſtractores*, *collybiſtæ*, *cermatiſtæ*, *coactores*, ſiue *collectarii*. Hactenus JCtorũ maximus Cuiacius. Eorum crebra mentio apud Plautum noſtrum. Aſin. 1. 1. ℣. 103. 113. &c.

Argentata quarimonia: quæ argentum vnà ſecum adfert. Pſeud. 1. 3. ℣. 77.

Argenteola ſitilicula. Rud. 4. 4. ℣. 124.

Argenti mina lecta & numerata. Pſeud. 4. 7. ℣. 50. Vide *Commodus*.

Argẽti mina ſana ac ſalua. Pſeud. 4. 6 ℣. 6.

Argentum aridum. Rud. 3. 4. ℣. 21. Cur ſic dicatur, diſputat Turnebus lib. 26. 2.

Argenti exterebronides. compoſitio ficta. Perſ. 4. 6. ℣. 21.

Argentum συνεκδοχικῶς pro *pecunia*, & *opibus*. Aſin. 1. 1. ℣. 74. Ciſt. 4. 2. ℣ 73.

Argentum, pro *argenteis* vaſis μετωνυμικῶς. Pſeud. 1. 2. ℣. 29. *Eluere argentum*. Vitus quidã ſumit pro vaſis potoriis, at cur *argenti* ſit mentio? quaſi verò eo ſæculo nõ habuerint quoque lances argenteas!

Argentum οἴχεται: periit, euanuit. Trin. 2. 4. ℣. 17. Sic I.C. dicunt *pecuniam proficiſci*. Vlpianus *pecunias* dicit *ire*, *redire*. Cicero in Verrem: *Pecunia*, ait, *quâ viâ inerat*, *eâdem reuertiſſe*. Vide de hac formâ loquendi Scipionis Gentilis Parerg. lib. 1. c. 20.

Argentum: pecunia. Trin. 4. 2. ℣. 15.

Argentum fieri dicitur, quando cõparatur, acquiritur. Pſeud. 1. 3. ℣. 67.

Argentum immortale. Trin. 2. 4. ℣. 13.

Argentum probatum. Perſ. 4. 6. ℣. 1. Vide *Numus*.

Arguere: accuſare. Mil. 2. 4. ℣. 27. 36. & 2. 2. ℣ 35. Men. 5. 2. ℣. 62. Amph. 3. 2. ℣. 4.

Arguere: cõuincere. Bacch. 4. 7. ℣. 10. Men. 4. 2. ℣. 87.

Arguere eſt euincere, contendere. Mil. 2. 3. ℣. 66.

Argumenta: cauſæ. Truc. 2. 6. ℣. 26.

Argumenta atq; ſigna. Amph. 5. 1. ℣. 35.

Argumēta inſtituere in corde ſuo. Moſt.1.2.℣.2.

Argumenta loqui. Capt. 5. 3.℣. 14. Sic *Argumentari* dicebant pro, diſputare, diſſerere, vulgò ferè, diſputare, multa verba facere.

Quid habet *Argumenti*: pro eo, *quid dicit? qui ſibi vult?* Cicero Cæl.cap. *Sed ſcire cupio quid habeat argumenti iſta manumiſſio.* Et lib.2.Offic.ca. *Tabulæ verò nova quid habent argumenti? niſi ut emas.* Et Accuſ.2.in Verr.cap. *Quid tandem habuit argumenti, aut rationis rei, quamobrem in eo potiſſimùm Herenianum præmium poneretur?* Et ſine *Argumento*, Cicero pro Cæl. cap. *Verùm hæc tota fabel veteres & plurimarum fabul larum Poetria, quàm eſt ſine argumento? quàm nullum invenire exitum poteſt?*

Argumentis rem exquirere. Rud. 4.4.℣.136.

Argumentis vincere. Amph. 1.1. ℣ 276.

Argumentum comœdiæ. Trin.3. 2.℣.81.

Argumentum: cauſa. Truc.1.2. ℣.67.

Arguo: accuſo. Amph.3.2.℣.4. Mil.2.2.℣.35.

Arguo: diſputo, euinco. Bacch. 3.3.℣. 67.

Argus, oculeus totus. Aul.3.6. ℣. 19. De hoc videndus Mythologus Natalis Comes.

Argus, pro, *Argivus*. Amph.Prol. ℣.98. Virg. Aen.4.365. *Dardanus*, pro, *Dardanius*.

Arguta facunditas. Truc.2.6. ℣.13. & ℣.14. *Argutus civis.* Nonius exilem & tenuem interpretatur. In Frivolaria: *Superaboque omnes argutando præficas.*

Argutari. Amph.1.1.℣.193.

Argutias exhibere: argutari. Moſt.1.1,℣.2. Nonius: *Quando ad ludos venit, alii cum tacent, totum diem argutatur, quaſi cicada.* Ennius: *Exercere linguam ut argutari poſſis.* Et Probus *argutos* vocat, qui celeriter & multum loquantur: ut *hirundo arguta*. Apul. lib. 10. Mil. *Tintinnabula pararguta*, hoc eſt, ſonora, obſtrepera, & vocalia.

Argutias exordiri contra aliquem. Bacch.1.2.℣.19.

Arguti & cati. Truc. 2. 6. ℣. 12.

Argutus: acutus, callidus, ſed ambigue ponitur. Amph.3.2. ℣.2.Pſeud.2.4.℣.56.pro, *inſimulatus, convictus, accuſatus.* Argutus facinorum.

Aries inſtrumentum bellicum, quo muri olim verberabanbantur. Capt. 4.2.℣.17.

Aries Phryxi Bacch.2.3.℣.7.

Arietare: *quaſi aries cornupetere.* Truc. 2.2. ℣.1. Seneca ad Marciam cap.11. *Vbicumque arietaveris, ſolveris.*

Arietem eſſe: Incurſare aliquem inſtar arietis. Bacch.5.2 ℣. 29.

Ariete albo aliena occupare bona.

Google

na: Perſ.1.2.℣.22. Vide *Proverbia* in Mantiſſa Lex.

Ariola dicitur à fatis & fando: quaſi fariola: vel *hariola* ab halando. Quia *ariolæ* halitu ſolebant mortalem animam velut excludere & exhalare, vt recipiant divinam. Unde & teſte Donato vocem eiuſmodi dabant, quæ eſt *Oe*: quòd *Oe* ſonus exhalādi vim præſtet Mil.3.1.℣ 98.

Ariolari. divinare. Amph.2.2.℣.50. & 3.2.℣.33 & 5.2.℣.74. Ciſt.4.2.℣.80. Mil.4.6 ℣ 41. Rud.2.3 ℣.17. 46. & 4.4.℣.97.

Arioli. Amph.5.2.℣.2. Interpres Terentii dicit eſſe à fando: forte quia vett. dicebant *Fariolus*: vnde propter maximā cognationem F. & H. factum *Hariolus.* Gloſſæ antiquæ: *Pariolus* προφήτης. εὐστόχος lege *Fariolus.* Vide Herald. in Arnob.pag.29. Edit. Pariſ. Pœn.3.5.℣.46. Rud.2.2 ℣.20.& 4.4.℣.95. Men. Prol. ℣.76. Moſt 3.1.℣.40. Truc. 2.7 ℣.41. Turneb.24.12. Caſ. 2.6.℣.4.

Ariſtarchi Achilles. Tragœdia ab Ennio Latinè verſa. Pœn. Prol. ℣.1.

Aritudo. Rud.2.6.℣.39.

Arma aurea. Mil.1.1.℣ 16.

Arma ferre contra. Sic &. *Exercitum contra ducere.* Vide & *Contra.* Cicero lib.1. Offic. cap. de vocabulo *Hoſtis.* *A peregrino enim receſſit, & propriè in eo, qui ferret arma contra remanſit.* Et poſt. *Idemque præcipit, vt eos adverſarios exiſtimemus, qui arma contra ferant.* Et lib. 1. Divin. cap. *Ex quo factum, ut viderentur virgines ferre arma contra.* Idem Verr.5.cap. *Quibus fuit portus apud eum quem contra arma tulerant.* Et Philipp 13. cap. *Sanctiore enim credo iure legati, quàm duo Coss. contra quos arma fert.* Et lib. 4. Herenn. cap. *Arma qui contra tulerunt. ſtatim crudeliſſimè trucidantur.* Et eodem lib. cap. *Quid quod exercitum contrà duxit?* Corn. Nepos in Hageſilao: *Et iratus videbatur omnibus, qui adverſus arma tulerant.*

Arma fugitiva per iocum. Epid. 1.1.℣.28.

Arma ſubmittere: dicebantur gladiatores læſi, & mortis metuentes. Quod erat ſignum victi fractiq;. Seneca de provid. cap. 3. *Quid ego iſtum mihi adverſarium aſſumam? ſtatim arma ſubmittet.* Et Epiſt. 37. *Gladiatoribus licet arma ſubmittere, miſericordiam populi tentare: tu neq; ſubmittes, nec vitam rogabis.*

Armamenta. Merc.1.1.℣.62.80.

Armarium: *armarion Græca.* Tru.1 1.℣.35. Capt.4.4.℣.10. Epi.2.3 ℣.3. Men.3.3.℣.8. Eſt promptuariū, e quo promitur cibus. vel locus etiam, in quo nummi recuduntur. Turneb. lib.7.cap.23. Facit etiam mentionem l.3. §.2. ff. de ſupel. legat. & §.25. Inſtit. de rerum divis.

 Ar-

Armiger. Caſ. Prol. ℣. 55.

Armilla. Men. 3. 3. ℣. 13.

Arra piſa ementium. Conuiciũ in hominem viliſſimum, qui pro arra dari poteſt viliſſimi mercimonii, vt ſunt piſa & alia legumina. Pœn. 5. 5. ℣. 33. vti quidem Turneb. 10. 24. ibibi leg. Vide Animaduerſiones noſtras.

Arrhabo: eſt particula pretii, quæ velut in anteceſſum datur, vt ſit quaſi pignus emtionis. Moſt. 3. 1. ℣. 110. Vide Agellium lib. 17. cap. 2. Germani vocant Ein Pfandſchilling. Pœn. 5. 6. ℣. 22. Moſt. 3. 3. ℣. 15. Rud. 2. 6. ℣. 23. 71.

Arrhabo amoris. Mil. 4. 1. ℣. 11.

Arrhaboni dare aliquid. Moſt. 4. 3. ℣. 21.

Arridere: μειδιᾶν. Truc. 2. 1. ℣. 14.

Arridere: vnà ridere. Capt. 3. 1. ℣. 26.

Arrigere aures. Rud. 5. 2. ℣. 23. 71.

Arripere. Arripitur vel homo vel res: homo ad pœnam, res ad rapinam. Curc. 5. 3. ℣. 17. Hinc fictè Perſ. 4. 6. ℣. 23. *Quod ſemel arripides, numquã poſtea eripides*. Hinc Pœn. 3. 5. ℣. 45. *Obtorto collo arripere*. Horatius: *Quem ſemel arripuit, tenet, occiditque legendo*. Propert. lib. 2. Eleg. 29. *Arripite hunc*.

Arrogare: interrogare in adſtipulationibus. Rud. 5. 2. ℣. 45.

Arrogia. Quid hoc verbi ſit, neſcio. Aul. Sc. *Quid hic*. ℣. 5.

Ars gymnaſtica. Moſt. 1. 2. ℣. 72.

Artatus: h.e. peritus, bonis artibus inſtructus, vti interpretatur Feſtus. Aliud videtur eſſe τὸ *artitus*, h.e. bonis & ſtrictis artubus, eodem Feſto interprete. Aſin. 3. 2. ℣. 19.

Artè: arctè. Mil. 4. 8 ℣. 25. Stich. 4. 2. ℣. 39. Aſin. 1. 1. ℣. 64. *artè contenteq;*. Moſt. 3. 2. ℣. 140. *artè dormiunt*.

Artem & diſciplinam parare: de dolis & fraudibus. Mil. 2. 2. ℣. 30.

Artes in bonam partem, virtutes, ἐπιτηδεύματα. Trin. 1. 2. ℣. 34. *In te ægrotant artes antiquæ tuæ*. Ter. And. 1. 1. ℣. 5. *artes* appellat fidem & taciturnitatem. ibi vide Donatũ. Horat. lib. 3. od. 3. *artes* vocat iuſtitiam & conſtantiam. Ariſtot. 2. Eth. virtutes nominat τὰς τέχνας. Vide etiam Caſaub. ad Prol. Perſij.

Artes amoris. Trin. 2. 1. ℣. 10.

Artes nugatoriæ. Trin. 4. 2. ℣. 2.

Artibus improbis ſe tenere. Pſeud. 4. 7. ℣. 9.

Articulatim concidere. Epid. 3. 4. ℣. 56. vbi tamen μεταφορικῶς vſurpatur de fallaciis & dolis

Articulus: de parte quacumque. *Commoditatis articuli*. Men. 1. 2. ℣. 31.

Articulus temporis. Epid. 3. 4. ℣. 55.

Artitus: pro, artibus inſtructus. Ita Paulus in Epit. Feſti, & in vet. Gloſſar. *Artitus*, πάντεχνος, δαίδαλος. Videtur eo uſus Plautus Aſin. 3. 2. ℣. 19. *Vbi ſæpe cauſas dixeris, pendens adverſus octo artitos, audaces viros*. Sic quidem ibi Turneb. lib. 24. cap. 25. Sed in Animadver-

madverſionibus evici legendum, *adſtitutos*. Ibi vide ſis.

Artire: pro, infigere. Sed Nonius pro, *Artare*. Novius Docata: *Artivit linguam in palatum, capit labia ſugere*. Idem Hetæra: *Conatus* (fortè, *Cognatus*) *artivi matri inter femina fortiter*. Sed hoc obſcænius.

Artopta vas fuit, in quo panis toſtus coquebatur à mulierib⁹, quas *Piſtrices* vocabant. Aul. 2.9.℣.4. quem locum Plinius citat lib.18. cap.11.

Artua: pro *artus*. Nonius. Men.5.2.℣.102.

Artus, pro pleno, ut & *Anguſtus*. Sed Poeticè. Horat. lib. 2. Epiſt.1.℣.9.

Hos ediſcit, & hos arto ſtipata theatro ſpectat Roma potens.

Tibullus lib.1. Eleg.5.&.63.

Pauper in anguſto fidus comes agmine turba ſubijcietq́; man⁹, efficietq́; viã.

Tacitus, ſive potius Quintil. de Orator. *Oratori autem clamore, plauſuq́; opus eſt, & velut quodam theatro: qualia quotidie antiquis Oratoribus contingebant: cùm tot pariter ac tam nobiles forum coartarent.*

Arundines. Rud.2.1.℣.5.

Arundo alas verberat. Bacch.1.1. ℣.17. h. e. propè captus ſum. Apuleius lib.11. *Qui diverſis arundinibus, alter aucupem cum viſco, alter piſcatorem cũ hamo induceret.*

Arundo pro perdendis araneis. Stich.2.3.℣.22.

Aruſpex. Pœn.2.1.℣.10.17.

Aruſpices. Amph.5.2.℣.2.

Arvus ager: qui aratus nec ſatus eſt. *Ager paſcuus* iam florens ad paſcenda pecora. Truc.1. 2.℣.46.

Arx Athenienſium: Acropolis. Bacch.4 8.℣.59.

Arx Troiana: in qua Palladium olim: per alluſionem. Pſeud. 4.6.℣.2. *Signum ex arce Ballionia.*

Aſcenſionem facere Rud.3.1.℣.7.

Aſcendere in navim. Merc.2.1. ℣.35.

Aſcitus, ûs. Idem quod, *Appetitus*, ὀρμή. Eiuſdem modi, *Gratus*, *Inductus*, alia nomina. Cicero Tuſcul.5.cap. *Voluptatis alij primum oppetitum putant, & primam depulſionem doloris, alij cenſent primum aſcitum doloris, vacuitatem, & primum declinatum, dolorem.*

Aſia. Trin.2.4.℣.198.

Aſini calces. Pœn.3.3.℣.70.

Aſinus, pro ſtupido, inepto, fatuo, aſinino ingenio prædito. Nos Germ. Ein Tölpel dicimus, vel, Ein Narr. Plautus Pſeud.1.2.℣.4. Terent. Adelph.5.8.℣.12. Cicero lib. 4. Attic. Epiſt. *Dices, vellem jam pridem, ſcio te voluiſſe, & me Aſinum germanum fuiſſe*: Ita Muretus Var. lect. lib.14. meo iudicio rectè illum locum emendavit.

Aſinus albus dictus fuit Junius Baſſus, homo dicaciſſimus,

ſcenus, reſte Quintil. lib. 6. Cicero in Piſon. cap. *Quid nunc te, aſine, litteras doceam? non opus eſt verbis, ſed fuſtibus.*

Aſinus Arcadicus. Aſin. 2. 2. ℣. 67.

Aſoti. Latinè. *Luxurioſi.* Vtitur tamen & Græco ſæpe Cicero. Lib. 2. fin. cap. *Sed tamen nonne reprehenderes, Epicure, luxurioſos, ob eam ipſam cauſam, quod ita viverent, ut perſequerentur cuiuſquemodi voluptates* &c. *Atq; reperiemus aſotos primum ita non religioſos, ut edant de ſcutella.* Et mox. *non reprehenderem aſotos, ſi non eſſent aſoti.* Et alibi ſæpius.

Aſpellere: *Compellere.* Trin. 3. 2. ℣. 46.

Aſper nummus. h. e. recens, non detritus. Sueton. Neron. cap. *Exegitq; ingenti faſtidio & acerbitate numum aſperum*: Seneca Epiſt. 19. *Nec voles, quod debeo, niſi in aſpero & probo accipere, ut ſe res habet.* Ab Epicuro verſura facienda eſt. Perſ. Sat. 3. ℣.

—— quid aſper
Vtile numus habet.

Virgil. lib. 5. Aen. ℣. 19.

—— dabo argento calata,
atq; aſpera ſignis.
Cymbia ——

Aſpergere aquam. Truc. 2. 4. ℣. 15.

Aſpernari. Uulgò fere, *contemnere.* Ciceroni autem valet idem, quod *Reijcere.* Quomodo & ſpernere interdum, & *Repudiare.* veteres utuntur: de quibus infr. Cicero pro Rabirio cap. *Quam quidem vos Iudices in novo genere bonitatem uſitatam claris & potentibus viris non modò non aſpernari, ac refutare, ſed complecti etiam & augere debetis.* Et in Piſon. cap. *Qui colore ipſo patriam aſpernaris, oratione genus, moribus nomen.* Et lib. 3. Offic. cap. *Non recepit iſtam coniunctionem honeſtas, aſpernatur, repellit.* Et pro Cluent. cap. *Cuius ego furorem atq; crudelitatem DEOS immortales à ſuis aris atque templis aſperantos eſſe confido.* Plautus Cap. 3. 4. ℣. 10. *Proque ignoto me aſpernaris.*

Aſpirare paulum: pro, juvare. Rara tralatio. Rhetor. ad Heren. lib. 4. cap. *Magno ſe prædicat auxilio fuiſſe: quia paululùm in rebus difficilimis aſpiravit.*

Aſſabulula Curc. 2. 3. ℣. 88.

Ex Aſſe poſſidere. Macer JC. l. pen. Qui ſatiſd. cog. *Poſſeſſor autem accipiendus eſt qui in agro vel civitate rem ſoli poſſidet, aut ex aſſe, aut pro parte.*

Aſſecare, pro *decipere.* Mil. 3. 3. ℣. 11. Vbi tamen ex MSſ. Pall. demonſtravi leg. *deaſciarei.* Vide animadverſiones.

Aſſenſor. συγκαταθέτης. Nomen rarum, q; haud ſcio, an alibi, quàm uno in loco Ciceronis reperiatur, qui & aliis eiuſdem-

demmodi utitur: ut, *Confeſſor, Extinctor, Auerſor, Adiunctor, Punitor, Reſtitutor.* Cicero lib. 6. Epiſt. 22. ad Thoranium: *tamen cotidie commemorabam te unum in tanto exercitu mihi fuiſſe aſſenſorem, & me tibi.* Et eadem Epiſt. paulò poſt: *Sed ut tu, qui coniunctiſſimâ fuiſti mecum & ſententiâ & voluntate eadem cogitares.*

Aſſentari: pro *Aſſentiri*. Moſt. 1. 1 ℣. 89. Ita ibi reſtituendum ex MſS. Pall. contra Lambinum, & Theod. Marcil. Vide paulò poſt, *Aſſentatio.* & Mil. 3. 1. ℣. 35. Bacch. 3. 3. ℣. 7.

Aſſentari. idem quandoque eſt, quod *obſequi*, quaſi *aſſemitari*, vel *aſſemtari*, συναπάγεσθαι. Amph. 2. 2. ℣. 70. Contrarium eſt; *Adverſari.* Ibid.

Aſſentatio: aſſenſio, aſſenſus. Bacch. 3. 3 ℣. 7. Petron. *Tacentibus adhuc nobis, & ad neutram partem aſſentationem flectentibus.* hoc eſt; aſſenſum commodantibus, & quaſi agentibus ſecundas. Velleius lib. 2. *Et iis, qui a Caſare dimittendos exercitus contendebant, aſſentabatur; iis, qui ab ipſo, adverſabatur.* Iterum: *M. Fulvio tantum tribuere, ut pene aſſentatione ſua quibus vellet principatus conciliaret.*

Aſſentatiunculæ. Stich. 2. 1. ℣. 75.

Aſſentio. Rud. 4. 3. ℣. 36.

Aſſer, pro palo, aut longurio, videtur interdum poni. Livius lib. 30. cap. 10. f. *Poſtremò aſſeres nuceo præfixi (harpagones vocant milites) ex Punicis navibus iniici in Romanas cœpti.* Et lib. 38. cap. 5. pr. *Arietibus muros quatiebat, aſſeribus falcatis detergebat pinnas.* Plin. lib 16. cap. 33. de duplici genere cupreſſus: *utraque autem immittitur in perticas, aſſereſve amputatione ramorum.*

Aſſerere ſalutem. Rudent. 3. 3. ℣. 4. *Aſſerere* eſt confirmare. Cicero Caton. *Nihil igitur aſſerunt, qui in re gerunda ſenectutem verſari negant.*

Aſſerere manu. Pœn. 4. 2. ℣. 83. & 5. 2 ℣. 142. & 5. 6. ℣. 11. Perſ. 1. 3. ℣ 83.
Phraſis Iuris eſt. Vide Lexicon Ioh. Calvini.

Aſſeres. Aul. 2. 6. ℣. 8.

Aſſertio, pro affirmatione, aſſeveratione: & *Aſſerere*, pro, confirmare, barbarum eſt. Cicero enim numquam eſt uſus, licet in quibuſdam Cicer. exemplaribus, maxima in Acad. quæſt. lib. 1. id ſæpe divulgatum: vbi *aſſenſio* leg. Recentiores tamen contra ſunt uſi, ut Plinius, Suetonius, & alii.

Aſſervare ædes. Truc. 1. 2 ℣. 1.

Aſſervare. German. Uffheben/ verwahren. Capt. 1. 2. ℣. 6. Men. 2. 2. ℣. 75. Epid. 4. 2. ℣. 34. Truc. 1. 2. ℣. 10.

Aſſervare: ſervare. Men. 5. 5. ℣. 51. *Aſſerva tu iſthunc, medice.*

Aſſeruire ſtudio alicuius. Amph. 1.4.℣.21.

Aſſeuerare; pro, dicere. Aliàs aliter vſurpatur. Mil.3.1.℣.165.

Aſſidere. Rud.3.3.℣.26. Stich.1.2.℣.33.35.

Aſſidere iudicium erat. Moſt.5.2.℣.22. Vide *Sedere*.

Aſſidere apud. Rud.2.6.℣.48.

Aſſiduus pro *diuite*. Amph.1.1.℣.13. Cicero in Topicis: *Cum lex Ælia Sentia aſſiduo vindicem aſſiduum eſſe iubeat, locupletem iubet locupleti. Locuples enim eſt aſſiduus: appellatus ob are dando.* De hoc vocabulo lege Agell. lib. 16. cap.10. Cicero in Topicis: *Cùm lex aſſidue vindicem eſſe iubeat, locupletem jubet locupleti. Locuples enim eſt aſſiduus ab are dando.*

Aſſiduus, pro idoneo. Vt, *aſſiduus Poeta*, pro, inſignis (ſed hæc notio rara) exemplo locupletis, quo ſæpe Cicero utitur. Agellius lib. 11. cap.8. *Ite ergò nunc &c. quærite an quadrigam & harenas dixerit è cohorte illâ duntaxat antiquiore, vel Oratorum aliquis, vel Poetarũ: id eſt, claſſicus, aſſiduuſq; aliquis ſcriptor non proletarius.*

Aſſidui, pro locupletibus, & facile munus facientibus: ſic dicti ab aſſibus duendis, hoc eſt, dandis. Trin...2.℣.165.

Aſſiduò: frequenter, interprete Varrone lib. 5. de LL. ab aſſidendo. Truc.2.4 ℣.68. *Aſſiduò: immò accubuò mavelim.* Vide Scál. ad Varr. Mil. 1.1. ℣.50.

Aſſiet: aſſit. Pſeud.4.1.℣.16.& 4.7.℣.13.

Aſſimilare. Capt.5.4.℣.10. Mil. 3.3.℣.34. Bacch.4.9.℣.38.

Aſſimilare ſimiliter: formam alicuius referre. Men.1.2.℣.37.

Aſſimilare, ſimilem facere, vel etiam pro *ſimilare*. Capt. 2.1. ℣.28. Vide paulò poſt.

Aſſimile huius facti. Merc. 5. 3. ℣.12.

Aſſimile eſt, quaſi. Tru.2.7.℣.12.

Aſſimiliter. Bacch.4.9.℣.27.

Aſſimulare, pro *ſimulare* Truc. 2.6.℣.19. Ep.2.2.℣.11. Bacch. 1.1.℣.41. & 4.5.℣.8. Pœn.3.1. ℣.57. & 3.2.℣.22. & 5.2.℣. 146. Men. 5.2.℣.79. Mil.2.1. ℣.74. & 3.1 ℣.196. & 4.4.℣. 27. & ℣.45. Truc. 2.4.℣.36. 40. & 2.5.℣.11.19.

Aſſimulare ſe alicui. Epid.3.3.℣. 38.

Aſſimulare, quaſi. Stich.1.2.℣.27.

Aſſimulatè. Ciſt.1.1.℣.98.

Aſſiſtere: ſtare. Pſeud.1.3.℣.122.

Aſſiſtere; conſiſtere. Moſt. 4.2. ℣.2.

Aſſiſtere iuxta. Trin.3.1.℣.24.

Aſſiſtere contra aliquem. h. e. ꝓpe aliquem. Pſeud.1.2.℣.23.

Aſſit: pro adſit. Men. 5.6. ℣.4. Amph. 2.2.℣.6. & 21. Trin.1. 2.℣.109. & 4.2.℣.3. Stich.2.2. ℣ 13.

Aſſolet. Perſ.5.1 ℣.7.

Aſſulæ; propriè ſunt fragmenta in cædendo marmore diſſipata; & eadem ratione omnia quæ dum franguntur, in longitudinem magis, quam in latitudinem diſſiliunt. Capt. 4.2.℣.52.

Aſſulas facere foribus : aſſulatim confringere. Merc.1.2.℣.20.

Aſſulatim. Adverbium. Capt. 4.2.℣ 5.2.

Aſſulo,as,at. ab aſſulis. Men.5.2. ℣.106.

Aſſum. Truc.2,6.℣.33.& 4.3.℣. 51. Pœn.1.2.℣.67. Curc.1.3. ℣.8. Moſt.5.1.℣.27.Capt.53. 5.3.℣.1.Pſeud.1.2.℣.48.

Aſſum : adſum. in ioco dicitur. Pœn.1.2.℣.67.

*Aſſus.*Moſt.5.1.℣.66.

Aſtaphilitium. ὑποχορισικῶς. Truc.5.1.℣.5.

Aſtare ante oſtium: ſtare. Truc.1. ℣.72.

Aſtare, ſtare. Menæch. Prolog. ℣.56.& 4.3.℣.2. Pſeud.1.4.℣. 1.& 1.5.℣. 44.& 3.2.℣.74. Bacch.5 2.℣.16.Trinum.1.2. ℣.48.Stich.3.2.℣.11.Mil.2.4. ℣.5.& 2.5 .℣.36.Trinum.1.2. ℣.48. Pœn.1.2.℣.49.Merc. 1.2.℣.75. Pœn.5.4.℣.78. Rud. 2.7.℣.27. Perſ. 2.4. ℣.3.

Aſtare contra. Capt.3.5.℣.6.

Aſtare intra limen. Moſt.5.1.℣. 16.

Aſtarte. Dea Phœniſſa. Mercat. 4.7.℣.1. De eà vide prolixè Gerh. Voſſium de Idololatr. lib.1.cap.22.pag.170.

Aſtinere manum aliquid ab aliquâ re. Truc.5.1.℣.34.52.

Aſtitueres pro *apponere*. Capt.4. 2.℣.66.

Aſtitutus. Caſ.5.2.℣.40.vt *conſtitutus.*

Aſtringere. Bacch.4.7.℣.25.

Aſtringere ſe furti. Pœn. 3.4.℣. 27.Rud.4.7.℣.34.

Aſtringere vehementer. Capt.5. 3.℣.9.

Aſſuetum eſſe. Aſin.5.2.℣.38.

Aſtu:callide, dolo. Capt.2.1.℣. 26.Epid.4.1.℣.19. Nepos in Alcibiade : *Poſtquam aſtu venit, concione advocatâ, ſic verba fecit.*

Aſtu aggredi. Trin.4.2.℣.111.

Aſtu aggredi ad aliquem. Pœn.5. 4.℣.51.

Aſtu & doctè. Pœn.Prol.℣.111.

Aſtuta fallacia. Truc.4.4.℣.39.

Aſtute accurateq; exequi dolum. Truc.1.5 ℣.10.

Aſtute oculis inueſtigare. Ciſt.4. 2 ℣.26.

Aſtutiarum regio. Mil. 2.2.℣.78.

Aſtutus,callidus:ab aſtu, *h.e.* ab vrbe. Aſin.3.2.℣.19.

A*t at.* Particulæ de ſubito aliquid demonſtrantis. *At at quem quærebam.* Ecce hic ipſus eſt, quem quærebam. Curc.3.4.℣.20.& 4.4.℣.27. Perſ.4.7.℣.12. Truc.2.7.℣. 21.Caſ.2.7.℣.11.& 3.4.℣.29. & 3.6.℣.4.& 5.2.℣.24. Pœn. 4.1.℣.5.

A*tate!* Interiectio tacitè ſecum muſſantis, & aliquid intelligere incipientis. Caſ.2.8.℣. 35 Epid.3.4.℣.25. Merc.2.3. ℣.31. Pœn.3.2.℣.32.Caſ.3.1. ℣.14.

A*t enim* exceptiua particula, & aduerſatiua. Epid.1.1.℣.25 Trin.4.2.℣.74. Pœn.5.4.℣. 25.Pſeud.2.2.℣.46.Ciſt.4.2. ℣.73.& 5.2.℣.4. Moſtell.3.3. ℣.19.

A*t etiam.* Mitigantis ſententiam,& excipientis. Mil.4.4. ℣.6.

℣.6.Rud.3.4 ℣.6. Trin.4.2. ℣.149.

At ſcin'. Mil. 4. 4. ℣.26. Aul.1.1. ℣.8.&2.4.℣.28. Amph.1.1.℣. 199.*Pœn*.1.2.℣.109.

At te. Imprecantis particula. Moſt.1.1.℣.37.

At tibi. Hac particulâ in benè ſecuſque precando uſi ſunt. Men.5.7.℣.32. Virgil. Aen.2. *At tibi pro ſcelere hoc*.

At ſcin' quomodo, vel *quemadmodum?* Eſt formula veluti minantis. Aul.1.1.℣.8. & .4.℣. 28. &5.1. ℣. 21. Amph. 1. 1.℣. 199.Bacch.4.2.℣ 12.Rud.3.5. ℣.15.Mil.4.4.℣.25.Pœn.1.2. ℣.162.

Athenarum deſcriptio. Perſ. 4.4. ℣.1 & ſeqq.

Athenæ: nutrices Græciæ. Stich.5. 2.℣.1.

Athenæ Atticæ: quia plures numerantur à Stephano, Bœoticæ, & Euboicæ, aliæque plures. Epid.3.4.℣ 70. Truc. 2.6.℣.16. Mil.2.1.℣.22.Pſeud. 1.5.℣.2.

Athleta. Interdum tralatè dicuntur, qui in quocumq; ſtudio, re, aut arte excellunt. Varro lib.3 rei ruſt.cap. *Cùm hac loqueremur, clamor fit in campo: nos athletæ Comitiorum unà, cùm id fieri non miraremur propter ſtudia ſuffragatorum*. Et lib.2. cap. *Sed hæc ita à nobis accipietis, ut vos, qui eſtis Epirotici, pecuarij Athletæ, remuneramini nos*. Ita & Demoſth. contra Ariſtog. ἐξ ὧν πάντες Ἀθληταὶ τῶν καλῶν ἔργων ἐγένοντο. Hoc prior obſervavit P. Victorius lib. 24. cap.9. Var.lect.

Athleticè valere: ἀθλητικῶς, bellè valere. Bacch. 2.3.℣.14. Epid.1.1.℣.19.

Atque: ſimulatque. Merc.3. 1.℣. 34.Virgil. *Atq; illum in præceps prono rapit alueus amni*. Ita *ſimul* pro *ſimulatq;* ſæpe vſurpant Poetæ. Et Livius *Q. Fabio, ſimul primo magiſtratu abiit, ab Caio Martio Trib. pl dicta dies eſt*.

Atque: pro *ſicut*. Bacch. 3. 6.℣. 20.Auctor.Priap. *Quæ ſucco caret, atq; petra pumex*.

Atq; particula intentiua, pro, *&* *quidem*, *vel*. Moſt. 3. 1. ℣. 18. 21.

Atq; adeò: amplificat Men.Prol. ℣ 11.

Atque: abſolutè pro *æque atque* Caſ.4 4.℣. 21. Bacchid. 3. 6. ℣.20. Quomodo ſæpe vſurpant ICti. Paulus l.item quia. ff.de pactis. *Placet conditionẽ ineſſe ſtipulationi, atque ſi hoc expreſſum fuiſſet*. Idem l.illud. 5. ff. ſi pars hæred. *Nunquid adire non poſſit, atq; qui in teſtamento portionem ſuam neſcit*.

Atq; eleganter amplificat: & eſt αὐξητικὸν, pro *immo, immo verò*. Mil. 2.3.℣.66. & 2.4 ℣.15. *atque his oculis quidem vidi*. Curc.4 4.℣.14. Pſeud. 1.5.℣. Truc.5.1.℣.6.Bacch.3.6.℣.9. Imprimis verò elegans eius uſus apparet, quando geminatur: vt in iſtis. Amph.4.1.℣. 4. *Apud emporium, atq; in macello, in palæſtra, atque in foro*. Sic

Sic Cato Cenſorinus apud Agellium lib.7.cap.3. in oratione pro Rhodienſibus: *Scio pleriſq; hominibus rebus ſecundis, atq; prolixis, atq; proſperis animam excellere, ſuperbiam atq; ferociam augeſcere atque creſcere.*

Atque equidem. Trin.2.4.℣.10.

Atq; tranſitionem notat. Bacch. 2.3.℣.93.

Atque inſuper. Amph.3.2.℣.8. Bacch.4.4.℣.73.

Atque, pro *Atqui* aduerſatiua partic. Bach.1.1.℣.53. Caſ.2.6. ℣.12.

Atque, pro certe. Stich.4.2.℣.4. Truc.1.2.℣.23.

Atque uti; quàm vbi. Amph.1.1. ℣.117. *atque uti exorta eſt ſemel.*

Atque: Fere uſurpatur in re inopinata & improviſa, pro, cõtinuo, ſtatim, illico. Amph. 2.1.℣.13. Capt.3.1.℣.19. Epid. 2.2.℣.13. Bacch.13 ℣.46. *Atq; tum ego.* Merc.2.1.℣.32.35. & 2.3.℣.19. Moſt.5.1.℣.9. & 2.2. ℣.57. Mil. 2.1.℣.39 & 2.3.℣. 139. & 2.5.℣.69. Pſeud.1.3.℣. 43.

Virgil. lib.1. Georg.

—— Si brachia forte remiſit,
Atq; illum in praceps prono rapit alueus amni.

Ennius:

Atque atque adſcendit muros Troiana iuuentus.

Atq;: In comparationibus valet, *quam.* Pſeud. Prol.℣.24. & 4. 7.℣.35. *Illi ſunt alio ingenio, atque tu* Mil.4.3 ℣.37. Merc. 3.3.℣.7. Sic in Priap. *aridior atque perta.*

Atque, pro, *Sed.* ut apud Græcos Ἀλλά. Terent. Andr.1.3.℣.20. *atque ipſis commentum placet.* Virgil. Georg.1.℣.201. *Atq; illum in praeceps prono rapit alueus omni.*, Ariſtot. lib. 3. Hiſtor. Anim. |Apoteleſm. 265. pag.392. Ἀλλ' ἔχειν πολλὴν ἡ χώρα τοιαύτην ἐκβοσίαν, καί. *Atque ea regio ſanè & multum ſufficit &.*

Atque adeò. Particula eſt elegans, & Ciceroni multum frequentata. Valet idem ferè, quod, *immò, quin potiùs*, ἐπανορθωτικόν. Cicero pro S. Roſc. Cap. 35. *Quaſi prodierit (Scio enim proditurum eſſe) audiet.* Et ibid. cap. 2. *Hoc conſilio, atque adeò amentiá impulſi.* Idem in Verr. in Q. Cæcil. Divin. cap.2.2. *Hoc inſtitui, atque adeò inſtitutum referri moleſtè ferunt.*

Atq; quoque. Pſeud.2.3.℣.132.

Atque quidem. Aul.4.9.℣.18. Epid.1.1.℣.33.

Atqui. Aſſeuerat valde: certe, profectò. Perſ.4.4.℣.31.

Atqui: ideo. Rud.3.4.℣.54.

Atqui: particula ſeruiens inſtantiis, vt loquuntur. Aul.2.4. ℣.8.

Atquipol. Aſin.3.3.℣.80.

Atrabilis. Capt.3.4.℣.64. Iracundiæ nota, Vide Men.5.2. ℣.76.

Atramentum. Moſt.1.3.℣.101.

Atra pix. Capt.3.4.℣.65.

Atrida fratres: hoc eſt, Menelaus, cuius vxor Helena ab Alexandro vel Paride rapta fuit:

℣.6.Rud.3.4.℣.6. Trin.4.2. ℣.149.

At ſcin'. Mil. 4. 4. ℣.26. Aul.1.1. ℣.8.&2.4.℣.28. Amph.1.1.℣. 199.Pœn.1.2.℣.109.

At te. Imprecantis particula. Moſt. 1.1.℣.37.

At tibi. Hac particulà in benè ſecuſque precando uſi ſunt. Men.5.7.℣.32. Virgil. Aen.2. *At tibi pro ſcelere hoc.*

At ſcin' quomodo, vel *quemadmodum?* Eſt formula veluti minantis. Aul.1.1.℣.8. & 2.4 ℣. 28. &5.1. ℣. 21. Amph. 1. 1.℣. 199.Bacch.4.2.℣ 12.Rud.3.5. ℣.15.Mil.4.4.℣.25.Pœn.1.2. ℣.162.

Athenarum deſcriptio. Perſ. 4.4. ℣.1 &ſeqq.

Athenæ: nutrices Græciæ. Stich.5. 2.℣.1.

Athenæ Atticæ: quia plures numerantur à Stephano, Bœoticæ, & Euboicæ, aliæque plures. Epid.3.4.℣ 70. Truc. 2.6.℣.16.Mil.2.1.℣.22.Pſeud. 1.5.℣.2.

Athletæ. Interdum tralatè dicuntur, qui in quocumq; ſtudio, re, aut arte excellunt. Varro lib.3 rei ruſt.cap. *Cùm hæc loqueremur, clamor fit in campo: nos athletæ Comitiorum unà, cùm id fieri non miraremur propter ſtudia ſuffragatorum.* Et lib.2. cap. *Sed hæc ita à nobis accipietis, ut vos, qui eſtis Epirotici, pecuarij Athletæ, remuneramini nos.* Ita & Demoſth. contra Ariſtóg. ἐξ ὧν πάντες Ἀθληταὶ τῶν κακῶν ἔργων ἐγένοντο. Hoc prior obſervavit P. Victorius lib. 24. cap.9. Var.lect.

Athleticè valere: ἀθλητικῶς, bellè valere. Bacch.2.3.℣.14. Epid.1.1.℣.19.

Atque: ſimulatque. Merc.3.1.℣. 34.Virgil. *Atq; illum in præceps prono rapit alueus amni.* Ita *ſimul* pro *ſimulatq;* ſæpe vſurpant Poetæ. Et Livius: *Q. Fabio, ſimul primo magiſtratu abiit, ab Caio Martio Trib. pl. dicta dies eſt.*

Atque: pro *ſicut.* Bacch. 3. 6. ℣. 20. Auctor. Priap. *Quæ ſucco caret, atq; petra pumex.*

Atq; particula intentiua, pro, *&* *quidem*, *vel*. Moſt. 3.1.℣.18. 21.

Atq; adeò: amplificat Men. Prol. ℣ 11.

Atque: abſolute pro *æque atque* Caſ.4 4.℣. 21. Bacchid. 3.6. ℣.20. Quomodo ſæpe vſurpant ICti. Paulus l. item quia. ff. de pactis. *Placet conditionē ineſſe ſtipulationi, atque ſi hoc expreſſum fuiſſet.* Idem l. illud. 5. ff. ſi pars hæred. *Nunquid adire non poſſit, atq; qui in teſtamento portionem ſuam neſcit.*

Atq; eleganter amplificat: & eſt αὐξητικὸν, pro, *immo, immo verò.* Mil. 2.3.℣.66. & 2.4 ℣.15. *atque his oculis quidem vidi.* Curc.4 4.℣.14. Pſeud. 1.5.℣. Truc.5.1.℣.6.Bacch.3.6.℣.9. Imprimis verò elegans eius uſus apparet, quando geminatur: vt in iſtis. Amph.4.1.℣. 4. *Apud emporium, atq; in macello, in palæſtra, atque in foro.*

Sic

Sic Cato Cenſorinus apud agellium lib.7.cap.3. in oratione pro Rhodienſibus: *Scio plerisq; hominibus rebus ſecundis, atq; prolixis, atq; proſperis animum excellere, ſuperbiam atq; ferociam augeſcere atque creſcere.*

Atque equidem. Trin.2.4.℣.10.

Atq; tranſitionem notat. Bacch. 2.3.℣.93.

Atque inſuper. Amph. 3.2. ℣.8. Bacch.4.4.℣.73.

Atque, pro *Atqui* aduerſatiua partic. Bach.1.1.℣.53.Caſ.2.6. ℣.12.

Atque, pro, certe. Stich.4.2.℣.4. Truc.1.2.℣.23.

Atque uti, quàm vbi. Amph.1.1. ℣.117. *atque uti exorta eſt ſemel.*

Atque: Fere uſurpatur in re inopinata & improviſa, pro, cõtinuo, ſtatim, illico. Amph. 2.1.℣.1.3. Capt.3.1.℣.19. Epid. 2.2.℣.33. Bacch.13 ℣.46. *Atq; tum ego.* Merc.2.1.℣.32.35. & 2.3.℣ 19. Moſt.5.1.℣.9.& 2.2. ℣.57. Mil 2.1.℣.39 & 2.3.℣. 139.& 2.5 ℣.69. Pſeud.1.3.℣. 43.

Virgil.lib.1.Georg.

——*Si brachia forte remiſit,*
Atq; illum in praeceps prono rapit alueus amni.

Ennius:

Atque atque adſcendit muros Troiana iuuentus.

Atq;: In comparationibus valet, *quam.* Pſeud. Prol.℣.24.& 4. 7.℣.35. *Illi ſunt alio ingenio, atque tu* Mil.4.3 ℣.37. Merc. 3.3.℣.7. Sic in Priap. *aridior atque ſerta.*

Atque, pro, *Sed*. ut apud Græcos ἀλλά. Terent. Andr.1.3.℣.20. *atque ipſis commentum placet.* Virgil. Georg.1.℣.202. *Atq; illum in praeceps prono rapit alueus omni.* Ariſtot. lib. 3. Hiſtor. Anim. [Apoteleſm. 265.pag.392. Ἀλλ' ἔχειν πολλὴν ἡ χώρα τοιαύτην ἀβοσίαν, καί. *Atque ea regio ſane & multum ſufficit &c.*

Atque adeò. Particula eſt elegans, & Ciceroni multum frequentata. Valet idem ferè, quod, *immò, quin potius*, ἐπανορθωτικόν. Cicero pro S. Roſc. Cap. 35. *Quaſi prodierit (Scio enim prodit urum eſſe) audiet.* Et ibid, cap. 23. *Hoc conſilio, atque adeò amentiâ impulſi.* Idem in Verr. in Q. Cæcil. Divin.cap.2.2. *Hoc inſtitui, atque adeò inſtitutum referri moleſtè ferunt.*

Atq; quoque. Pſeud.2.3.℣.132.

Atque quidem. Aul.4.9. ℣.18. Epid.1.1.℣.33.

Atqui. Aſſeuerat valde: certe, profectò. Perſ.4.4.℣.31.

Atqui ideo. Rud.3.4 ℣.54.

Atqui: particula ſerviens inſtantiis, vt loquuntur. Aul.2.4. ℣.8.

Atquipol. Aſin.3.3.℣.80.

Atrabilis. Capt.3.4,℣,64, Iracundiæ nota, Vide Men,5,2, ℣.76,

Atramentum, Moſt,1.3,℣,101,

Atrapix, Capt,3.4,℣,65,

Atridæ fratres: hoc eſt, Menelaus, cuius vxor Helena ab Alexandro vel Paride rapta fuit:

fuit: & Agamemnon, qui exercitum Græcorum ad Troiam duxit. Bacch.4.9.℣.1.

Atrienſis ſeruus. Pœn. 5.5. ℣.4. Caſ.2.6.℣.30. Vide etiam litteram S. *Seruus Atrienſis.*

Atritate replere. Pœn.5.5.℣.11.

Atrium. A Græco Ἄιθριον, ductum videtur. Locus enim ædium tam ſacrarum, quàm privatarum, propriè *Atrium* dicebatur: cuius in medio erat ὕπαιθρος, *Area*, vel ſub Divo, columnis cincta: à quibus & *periſtylion* interdum. Ita & rectè Gloſſar. *Atrium*, περίστωον, μέσαυλον. Quod doctè monuit CL. Caſaubonus, amicus noſter, dum viveret, ſingularis. Vide infr. *Dium.*

Attalus rex. Pſeud.3.7.℣.11.

Attemperatè. Rarior vox, pro, opportunè, & quaſi de compoſito. Terent. Andr. 5.4. ℣.13. *Itane attemperatè venit in ipſis nuptiis, ut veniret ante hac numquam.*

Attica civis & libera. Pœn.1.2. ℣.159.

Attica diſciplina. Caſ.3.5.℣.24.

Attica: ſcil. terra. Moſt.1.1.℣. 27.

Attici logi: probi, electi. Vide lit. S. *Siculus.*

Atticiſſare: imitari Atticos. Men. prol.℣.12.

Attigate. antiquè, pro, *attingite.* Moſt.2.2.℣.37.

Attigere; pro attingere, ἀρχαϊκῶς. Dicebant enim *tagere*, pro *tangere*: & *tagax*, pro *furax*. Aſinar.2.2.℣.106. Moſtell. 2.2.℣.37. Bacchid.3.3.℣.36. 41. Truc.2.2.℣.21. Epid.3.2. ℣.57. Perſ.5.2.℣.35.

Attinere: continere. Men.5.1.℣. 29. Bacch.2.2 ℣.3. Sic *Perſtinere* infr. Sed hæc vel poetica, vel obſoletioris antiquitatis ſunt. Tacitus lib.1.cap. *ni proximi prehenſant dexteram, ni attinuiſſent.*

Attinere ad rem. Rud.2.1.℣.19. Trin.2.4.℣.12.

Attinere teſtes vinctos. Trucul.4. 3.℣.63. Mil.4.8.℣.18. Bacch. 2.2.℣.3.

Attinere, pro *admouere*, Capt.2. 2.℣.16.

Attinere aliquem: eſt, occupare aliquem. Men.4 2 ℣.22.

Attinet ad. Ciſt.4.2.℣.33. Pœn. 3.3.℣.24. & 5.4.℣.9. Pſeud.1. 1.℣.12. Moſtel.1.3.℣.4. Trin. 4.2.℣.136. & 4.3.℣.58. Rud. 4.3.℣.23. *hoc attinet omne ad te.* Men.1.2.℣.36. Stich.5.2. ℣.18. Bacch.2.2.℣.51. & 5.1. ℣.24.

Attinet. Hodie multi ſic loquuntur: *Quod ad eam rem attinet: Quod illum attinet:* cùm veteres ſemper *ad* particulam interijciant: *Quod ad eam rem &c. attinet.*

Attingere: pro, Amplecti, continere, adſtringere. Cicero lib. 1. Offic.cap. extremo: *Itaq; niſi ea virtus attingat cogitationem rerum, ſolive quia cognitio, & jejuna videatur.* h.e. niſi juſtitia velut cõplexa ſit prudentiam, eamq; comitetur & conjunctam habeat. Et pro Cæcin.cap. *Neceſſe eſt ſi ad verbum*

verbum rem, volumus attingere neminem ſtatu detruſum, qui non ſummâ vi, manu demotus & actus præceps intelligitur. Sic leg. ex Mss. Hotmanus tamē & Lambin. *adſtringere.* male.

Attingere. Tralatè, pro, aggredi, aut incipere, leviter tractare: ut Græcè ἅπτεσθαι. Cicero pro Archiâ cap. 7. *Quod ſi ipſi hæc neq; attingere, neque ſenſu noſtro guſtare poſſemus.* Et pro Cæl. cap. 12. *Equidem multos & vidi in hac civitate & audivi, non modò qui primoribus labris guſtaſſent genus hoc vitæ, & extremis, ut dicitur, digitis attigiſſent.* Ab eo

Attactum. quod rarius. Cicero 3. Offic. cap. *Sed neq; vim, neq; naturā ejus, nec partes, nec genera proponunt: ut præteriri omninò fuerit ſatius, quàm attactum deſeri.* Ita ex vet. lib. Lamb. vbi vulg. *attentatum* planè barbarè.

Attingere: pro, *Adnectere*, amplecti, continere, adſtringere. Cicero lib. 1. Offic. cap. 44. *Itaq; niſi ea virtus, quæ conſtat ex hominibus tuendis, id eſt, ex ſocietate generis humani, attingat cognitionem rerum, ſolivaga cognitio, & jejuna videatur,* h. e. niſi prudentia cū junctam habeat juſtitiam. niſi juſtitia velut complexa ſit prudentiam, eamq; comitetur. Idem pro Cæcin. cap. 17. *Neceſſe eſt inquam, ſi ad verbum rem volumus attingere, neminem ſtatu detruſum, qui non adhibitâ vi, manu demotus & actus præceps intelligatur.* Sic omnes libb. tam formis quàm manu ſcripti. Hotmanus tamen legit, *volumus adſtringere.* quod & Lambinus ſequutus edendum ita curavit, eiecto verbo *attingere*, invitis ſcil. omnibus libb. ut ſolet.

Attingere digito. vide, *Digito.*

Attingere: abſolute, pro, *attingere aliquem*, ad aliquem pervenire. Bacch. 2. 2. ℣. 19. Sic enim ibi vterque Mſſ. Pall. & 3. 5. ℣. 3.

Attingit. pertinet ad. Merc. Prol. ℣. 20. 32. Cicero pro Cæcinnâ cap. 17. *Si ad rem volumus attingere.*

Attollere ſigna propius. Ἀπαγγελκῶς, propius accedere. Caſ. 2. 6. ℣. 5.

Attondere auro. eſt, emungere auro. Bacch. 5. 1. ℣. 9.

Attondere. μισοφορεῖν ab ovibus. pro, auro emungere. Bacc. 5. 2. ℣. 7. Epid. 2. 3. ℣. 60.

Attrectare: nequiore ſenſu. Rud. 2. 4. ℣. 7.

Attrepidare: ſenili gradu *appropeṙare.* Pœn. 3. 1. ℣. 41.

Attribui pecunia publica dicitur ea, quæ ex ærario datur, vel in ſtipendium, vel in opus, aut monumentum faciendū, aliumve in uſum, à Quæſtoribus. Hinc *Attributa pecunia* maximè in rem militarem. Cicero 14. Philipp. cap. extremâ. *Monumentum quàm ampliſſimum locandum faciendum curent: Quæſtores* *verba-*

urbanos ad eam rem pecuniam dare, attribuere, ſolvere, jubebeant. Ita in opt. cod. Vatic. in aliis non recte, *contribuere.* Aſconius in Verrem: *Attributa pecunia* eſt, quæ in ſtipendium militum de ærario à tribunis ærariis annumerari Quæſtori ſolet. Varro L.L. lib. 4. *Attributa pecunia* dicitur, quæ aſſignata erat; unde *Tribuni ærarij* dicti, quibus *attributa* erat *pecunia*, quæ militibus redderetur. Nam id, quod attributum erat, *æs militare* dicebatur. Cicero in Verr. *Quæſtor ex S C. provinciam Conſularem ſortitus eſt, pecunia attributa numerata eſt.* Et in Piſon. cap. *Nonne ſeſtertium centies & octogies ex ærario tibi attributum Romæ in quæſtu reliquiſti?* Idem in Epiſt. ad Caninium: *Omnis enim pecunia ita tractatur, ut præda, à Præfectis. Quæ autem mihi attributa eſt, à Quæſtore curetur.* Livius lib. 40. cap. 46. *Cenſoribus deinde poſtulantibus, ut pecunia ſumma ſibi, quâ in opera publica uterentur, attribueretur, vectigal annuum decretum eſt.* Et mox cap. 51. *Opera ex pecunia* attributâ, diviſaque inter ſe, hæc confecerunt.

Au. Interjectio in metu, aut alia perturbatione. *Au tergo meo!* Men. 2.2.℣.3. Mil. 2.2. ℣ 62. Trin. 2.3.℣.94. Terentius Phorm. 5.1.℣.27.

Auarior animus. Capt. 2.2.℣. 70.

Auariter. Rud. 4.7.℣.13. Curc. 1.2.℣.35. (℣.37.

Auaritia & tenacia. Capt. 2.2.

Auceps auribus. Stich. 1.2. ℣.45.

Auceps ſermonis. Mil. 4.1.℣.9. Sic *Venator ſermonis.* Mil. 3.1. ℣.13.

Auctare, pro *locupletare.* Amph. Prol.℣.6.

Auctarium. Merc. 2.4.℣.22.

Auctio, pro *venditione*, quæ fit per augmentum pretij, cùm publica rerum, vel ſine haſta vel cum haſta in foro poſita, fit venditio, & traduntur plus offerenti. Epid. 2.2.℣.51. Menæch. 5.9. ℣.91.94.

Auctionem facere. Pœn. 5.6.℣.27. & 1.3.℣.2. Stich. 2.3.℣.59. Men. 5. ℣.91.94.

Auctionem prædicare. Stich. 2.1. ℣.41.55. *Facere.* ℣.65.81.

Auctor, eſt is, qui rem ſuo periculo vendit. Aul. 2.2.℣.73. Epid. 3.2 ℣.21. Curc. 4.2.℣.12. Sic accipitur in jure civili. l.3. C. de peric. rei ven. per l. 1. in fin. l. 5. l. 16. fin. ff. eodem. l. 37. de act. empt. l. 4. §. 27. & 31. de doli mali except. §. 3. ℣. quidquam. Inſt. de empt.

Auctor: ſuaſor. Pſeud. 1.3.℣.1. & 4.7.℣.70. Pœn. 1.1.℣.18. & 1.3 ℣.1. & 3.4.℣.11. Merc. 2.2. ℣.41. Stich. 1.2.℣.71.72. & 4.2.℣.3.22.

Auctor, Scriptor. Rarius eſt in hoc ſignificatu. Ut, *Veteres omnes probati ſcriptores diligenter ſunt legendi*, Et ſimilibus in phraſibus *Scriptoris* nomen non ſolet poni, ſine adjuncto opere, aut re, cuius ſit *auctor.*

Digitized by Google

auctor, idemque fere quod, *Effector, teſtiſque eſt*: Ut, *huius libri auctor*. &c. Interdum tamen reperitur abſolute, & ſine genetivo poſitum, pro *ſcriptore*. Livius lib. 29. cap. *Quantum militum in Africam tranſportatum ſit, non parvo numero, inter auctores diſcrepat*.

Auctor. Olim cùm de lege aliquâ loquuntur, non is, qui eam ferebat, ſed alius, qui eam confirmabat, ſuadebat, & approbabat. Sic Manilius fuit lator legis Maniliæ: auctores eius legis nominantur P. Servilius, C. Curio, Cn. Lentulus, C. Caſſius. Sic enim Cicero pro lege Maniliâ ſub finem: *Quodſi auctoratibus hanc cauſſam, Quirites, confirmandam putatis: eſt vobis auctor &c. P. Servilius*. Cicero quoque ſe auctorem eius legis nominat in Oratione pro Domo ſuâ, ubi de Pompeio: *Conſtantiam probo, quâ mihi quoque utendum fuit, quo illo auctore extra ordinem bellum cum Mithridate Tigraneque geſſit*. Ubi Dionyſ. Lambinus miratur, cur Cicero vocet ſe auctorem, cùm Manilius (inquit ille) fuerit auctor, Cicero ſuaſor tantùm. Immo Manilius non fuit auctor, ſed lator. *Suaſor* autem eſt idem & *auctor*. Cicero lib. 3. Offic. cap. *Atque huius deditionis ipſe Poſtumius, qui dedebatur, ſuaſor & auctor fuit*. Et in Bruto cap. *Ipſe etiam Piſo & cauſſas agit, & multarum legum aut auctor, aut diſſuaſor fuit*. Et lib. 3 de leg. cap. *Neque auctor, neque lator quiſpiam bonus eſt inventus legi tabellariæ*. Ibi & legis Calliæ auctorem vocat Scipionem. Livius lib. 2. cap. *Principio ſtatim anni nihil priuſquam de lege agebatur, ſed ut inventor legis Volero, ſic Latorius Collega eius auctor tum recentior, tum acrior erat*. P. Nannius lib. 5. Miſcell. cap. 22. ex vet. cod. Buslid. legit *actor*. quod non probo.

Auctor, pro duce, capite. Ut, *Auctor Reipublicæ*. Cicero lib. 8, 8, Attic. Epiſt. 2. *Mihi enim nihil ullâ in gente umquam ab ullo auctore Reipubl. ac duce turpius factum eſſe videtur, quàm à noſtro amico factum eſt*, Sic &

Auctor Societatis videtur in publicanorum ſocietatibus eſſe qui eam primus inſtituit. Cicero pro Plancio cap. *Deinde ut ipſe &c. fuerit plurimarum rerum ſan ... ſſimum & juſtiſſimus Iudex, maximarum Societatum auctor, plurimarum magiſter*.

Auctrix. Sed antiquiores *Auctor*, & in feminino genere, Vide infr. *Defenſtrix, Imperator Diocle*t. l. 16. Cod. de evict. *Non eum, qui dominium evicerit, ſed auctricem conveniri conſequens eſt*. Cicero tamen lib. 1. de Divin. cap. *Sibi ſtas aves quibus auctoribus*

Paulo,

Paulus quoque in Epit. Feſti: *Auctor communis generis* apud antiquos.

Auctorem dare rem: h. e. reipſâ oſtendere. Trin. 1. 2. ℣. 70.

Auctoritatem defugere. Propriè in evictionibus à Iuriſconſultis, ſed tralatè in aliis quoque dicitur, pro recuſare, negare, ſe auctorem fuiſſe. Cui contrarium, *Non defugere & ſubſiſtere.* Vide Lexicon Iuris. & infr. *Defugere.* Plautus Pœn. 1. 1. ℣. 19. *Si auctoritatem poſterà defugeris.* Terent. Eunuch. 3. 3. ℣. 97. P. *Iubeſne?* CH. *Iubeo, rogo, atq; impero. Numquam defugiam auctoritatem.* Ita rectè Muretus. Cicero pro Sulla cap. *Itaq; attende iam, Torquate, quam ego non defugiam auctoritatem Conſulatus mei.*

Auctoratus, Auctore, Auctoratum, Auctoramento rogatus. Vide Lipſ. lib. 2. Saturn. cap. 5. *Auctorati* propriè dicuntur, qui ludo ſe vendunt, qui operam ſuam locant, ut ludo gladiatorio depugnent. Sic Porphyr. *Auctoramentum autem eſt merces ea, quæ talibus auctoratis gladiatoribus dabatur.* Paulus I. C. in Collect. quæ vulgò *Lex DEI.* Viro etiam filiola. *Permittitur etiam domi ſuæ deprehenſum adulterum interficere ſervum, & eũ, qui auctoramento rogatus eſt ad gladium, vel etiam illum, qui operas ſuas, ut cum beſtiis pugnaret, locavit.* Paterculus & tralatè eo eſt uſus, de quolibet præmio, ut lib. 2. *In eâ jugulati civis publicè conſtitueretur auctoramentũ &c. auctoramentoque funebri ad Conſervatoris quondam Reip. tantiq; Conſulis irritando necem.* Idem. *Auctorare mortem peſſimo facinore.* h. e. mortem veluti mercedem ſibi quæſivit, & arceſſivit, ut debitam. Ait enim de Perpernâ Sertorij interfectore: *Romaniſq; certam victoriam partibus ſuis excidium, ſibi turpiſſimam mortem peſſimo auctoravit facinore.* Seneca de gladiatoribus in Apotheoſ. *Et proximo munere inter novos auctoratos ferulis vapulare placet.* Horat. lib. 2. Satir. 7. ℣. 58.

> *Quid refert uri virgis, ferroq; necari?*
> *Auctoratus eas, an turpi clauſus in arcâ.*

Auctorati etiam dicuntur milites ſacramento obſtricti. Ut *Exauctorati,* ſoluti ſacramenmento. Livius lib. 37. cap. *Eo verò pignore auctoratum ſibi proditorem ratus eſt.* Plin. lib. 16. cap. 15. *Poſtremo iam die dependentibus tabulis, & cornibus inter ſe coeuntibus faciebat amphitheatrum, & gladiatorum ſpectacula, ipſum magis populum Romanum auctoratum circumferens.*

Auctus. pro, præditus. *Augere.* h. e. facere, ut quis aliquâ re ſit prẹditus. Terent. Heaut. 4. 1. ℣. 15. Vide paulò poſt in, *Augere.* Vide ẽt paulò poſt *Auct⁹.*

Auctus

Auctus liberis. Truc.2.6.℣.35.

Aucupare. ἀρχαϊκῶς. Men.4.1.℣.12. Moſt.2.2.℣.42. Aſin.3.3.℣.15.

Aucupare aliquem: obſervare. Mil.4.2.℣.5.

Aucupare ſermonem. Aſin.5.2.℣.32.

Aucupaui. Truc.5.1.℣.74.

Aucupari: inquirere. German. Außforſcheln. Rů.4.4.℣.49.

Aucupes. Trin.2.4.℣.7.

Aucupia: pro ipſis avibus captis. Seneca de Provid. cap. 3. in med. *Felicior eſſet, ſi in ventrem ſuum longinqui littoris piſces, & peregrina aucupia cōgererent.* Vide infra. *Venatio,* ex Lang. otij ſemeſt. lib.6.c.1.

Aucupium. Aſin.1.3.℣.67.

Aucupium ſermonum. Mil.2.1.℣.43.

Audacia impudens. Men.5.1.℣.13.

Audacia, in vitio: *Audentia,* in laude: vt θράσος & θάρσος apud Græcos. Caſ.3.5.℣.5. Turnebus in Rull. *Audaciam* interpretatur auiditatem audacter inuadendi alterum. Capt.2.2.℣.37.

Audaciter. Ita interdum veteres pro eo, quod, *Audacter.* Cicero pro Domo cap. *Vt neq; ego ob illo, quæ mihi petenda eſſent, ſatis audaciter petere poſſem.* Et pro S. Roſc. cap. *Multa ſcelerate, multa audaciter, multa improbè feciſti.* Ita Priſcian. ait à Cicerone ſcriptum. Idem in Cat. Maj. cap. *Quâ tandem ſpe fretus ſibi tam audaciter obſiſteris.* Ita eſt in vett. libb. Et pro Cæl. cap. de Catilina: *cū triſtibus ſeverè, cum remiſſis jucundè, cum ſenibus grauiter, cum juventute comiter, cum facinoroſis audaciter, cum libidinoſis luxurioſè vivere.* Ita & ibi vet. cod. Livius lib.22. cap. *Quas ob res ſi antiquus animus Romanæ plebi eſſet, audaciter ſe laturum fuiſſe de abrogando Q. Fabij imperio.* Ita ibi v. cod.

Audacius, tutius. Capt.2.2.℣.98.

Audacter alicui loqui. Trin.2.2.℣.77.

Audax: confidens. Amph.2.2.℣.207.

Audere: pro, *poſſe*; nouè dictum: itemque pro *velle* Truc.4.3.℣.44. Men.1.2.℣.40. & 4.3.℣.23.

Audere. Interdum de rebus inanimis. Ut, *Audet hiſtoria vinum.* Cicero in Orat. perf. cap. *Primiſque ab his, ut ait Theophraſtus, hiſtoria commota eſt, aut auderet uberius, quàm ſuperiores, & ornatius dicere.* Lucret. lib.6.℣.1070.

Vitigeni latices in aquai fontibus, audent Miſceri.

Audibis: ἀρχαϊκῶς. Capt.3.4.℣.86. Pœn.1.2.℣.97.

Audiens imperij. Truc.1.2.℣.24.

Audiens dicto: Amph.3.4.℣.6.8. Aſin.3.1.℣.40. Men.2.3.℣.89. Trin.4.3.℣.55.

Audientiam facere. Pœn. Prol. ℣.11. Eſt vox probe Latina, qua Cicero aliique vtuntur.

Audire: pro, *obedire*. Amph. Sc. DI *voſtr*. ✝. 25. 69.

Audire verba: pro, intelligere ex verbis. Moſt. 4. 3. ✝. 1. Epid. 2. 2 ✝. 69. Mil. 5. 1. ✝. 15.

Auditio. vix notum hodie. Idem quod, fama, ſermones, &c. Cæſar lib. 7. de bell. Gall. cap. *Impellit alios avaritia, alios iracundia, & temeritas, quæ maximè illi hominum generi innata eſt, ut lenem auditionem habeant, pro re compertâ.* Agell. lib. 9. cap. 4. *Eaque his Commentariis aſperſi, ut qui eos lectitabit, is ne rudis omninò καὶ ἀνόητος in eiuſmodi rerum auditiones reperiatur.*

Auditio Agellio, quæ Græcis ἀκρόασις. Cicero Græco uti maluit, ut ſupra dixi. Agell. lib. 14. cap. 1. *Ad verſum iſtos, qui ſe Chaldæos, ſeu Genethliacos appellant &c. audivimus Phavorinum Philoſophum Romæ Græcè diſſerentem &c. Capita autem locum argumentorumque, quibus uſus eſt, quod eius meminiſſe potui, egreſſus ibi ex auditione, propere annotavi.*

Auditor, ut & Græcè, Ἀκροατής, primo de eo, qui audit aliquem, vel orantem, vel recitantem: poſtea & qui *Diſcipuli*, auditores dici cæperunt. Hoc ſcribit Seneca Major in Controverſ. *Contumeliæ causâ à deridentibus diſcipulis Auditores vocabantur: deinde in uſu verbum eſſe capit, & promiſcuè poni pro diſcipulo Auditor.* Sic & Iſocrates ἀκροατὴν ad μαθητὴν dividit. Sic enim ad Nicoclem: ἀλλὰ τῶν μὲν ἀκροατὴς γίνε, τῶν δὲ μαθητής. Cicero tamen in hac alterâ notione verbo *Auditoris* etiam uſus eſt. Ut lib. 2. de Divin. cap. *Ad Chaldæorum monſtra veniamus: de quibus Eudoxus, Platonis auditor &c. ſic opinatur.*

Auditum: ut *partum*. Bacch. 3. ✝. 65. Sic enim ibi omnes MSſ. non *auditu*. Sic Lucret. lib. 5 ✝. 1132.

Rex ex auditis potius, quàm ſenſibus ipſis.

Avehere. Verbum nauticum Rud. 3. 6. ✝. 25. Vide infra, *Provehere*.

Avehere aliò: ut, abducere, avocare: de quibus ſupr. & infr. Sed depravatum interdum & mutatum in *Advehere*. Virgil. lib. 1. Aen. ✝. 511. *Teucrorumque alios ater quos æquore turbo Diſpulerat, penituſque alias Avexerat oras.*

Ita in opt cod. MS. vulg. *advex.* Et lib. 2. ✝. 178.

Omnia ni repetant Argis, Numenq; reducant.

Quod pelago, & curvis ſecum avexere carinis.

Sic & *Avertere aliò*. Virgil. lib. 4. Aen. ✝. 106.

Quo regnum Italiæ Lybicas averterat oves.

Avere. Venereum eſt verbum. Truc. 2. 2. ✝. 20.

Ave-

Avertere: auferre. Truc. Prol ✠. 22.

Avertere ſe aliquò. Truc. 2.4. ✠. 7.

Avertere ſe ab aliquo: animum ab aliquo: pro alienare. Vtroque vett. utûtur: nō iſto ferè. Cæſar lib. 1. bell. civil. cap. 4. *Ipſe Pompeius ab inimicis Cæſaris incitatus, & quod neminem dignitate ſecum exæquari volebat, totum ſe ab eius amicitiâ averterat*. Et lib. 1. bell. Gall. cap. 20. *Quâ ex re futurum, uti totius Galliæ animi à ſe averterentur*.

Avertit, pro, avertit ſe. Eiuſmodi verba plurima ſunt in analogiâ. Agell. lib. 4. cap. 18. de P. Scipione: *Id cùm dixiſſet, avertit, & ire in Capitolium capit*. Et lib. 1. cap. 8. *Tali petulantiâ mihi eris atque pecuniæ magnitudine ictus expavidusque Demoſthenes avertit: & diſcedens Ego, inquit pœnitere tanti non emo*. Sic illum locum emendarunt ex Mſſ. viri docti. vulg. *avertit iter*. vel, *avertitur*. Sic & Plato in Phædone: καὶ ἅμα δακρύσας, μεταστρεφόμενος ἀπῄει.

Averſus. Interdum perperam mutatum in *Adverſus*. Vide & ſupr. *Abducere*. & infr. *Avolare*. Cicero Philipp. 2. cap. *Omnia rogabat, caput in averſam lecticam inferens. beneficia. quæ venderet, à Collegâ petebat*. Ità ex v. cod. Muretus. vulg. *in adverſam*. Et Tuſcul. 4. cap. *Ita enim definit ut perturbatio ſit, averſâ ratione (vel à ratione) contra naturam animi commotio*. Ita leg. Horat. lib. 2. Od. 4 ✠ 17.

Crede, non illam tibi ſe ſceleſtâ
Plebe dilectam, neque ſic fidelem.
Sic lucro averſam potuiſſe naſci.
Matre pudendam.

Ita in tribus libb. exaratum fuit. vulg. *dilectam* & *adverſam*. Nam *averſus mercaturis* dixit idem Satir. 3. lib. 2. Id quod & Lambinus recte admonuit. Vegetius lib 2. cap. 18. *Præterea in averſo ſcuto*. Sic ex vet. lib. legit Steuech.

Avena, pro lolio. Cicero lib. 5. fin. ca. *Hi enim quâ in vita eſt aliquid mali, ea eſſe beata non poteſt. Ne ſeges quidem igitur ſpicis uberibus & crebris ſi avenam uſpiam videris*.

Aves ſquamoſæ: ilocalariter. Mē. 5.5. ✠. 20. *Aves ſquamoſæ, piſces pennati*.

Aves magnæ: vultures, aquilæ. Rud. 3. 4. ✠. 64.

Avet convenire: cupit. Truc. 2. 2. ✠. 66.

Auferre: accipere. Pſeud. 1. 5. ✠. 71. 90. Epid. 1. 1. ✠. 56. & 2. 2. ✠. 9. Aul. 3. 2. ✠. 19.

Auferre: pro, *conſequi*. Moſt. 4. 1. ✠. 21. *Impetrari*. Truc. Prol. ✠. 5.

Auferre ab aliquo. Rud. 5. 3. ✠. 27. Mil. 4. 1. ✠. 35.

Auferre ab aliquo pecuniam, accipere. Curc. 5. 2. ✠. 21.

Auferre ſe. Rud. 4. 3. ✠. 93.

Auferre aliquid ab aliquo: accipere. Truc. Prol. ℣. 19.

Auferre iurgium. Perſ. 5. 2. ℣. 19. Sic Aul. 4. 4. ℣. 11. *cavillum aufer*. & Truc. 4. 4. ℣. 7. *Aufer nugas*. Men. 4. 3. ℣. 43. *Aufer hinc palpationes*. Adelph. 5. 8. ℣. 14. *Aufer*. h. e. faceſſe omine iſto. Ariſtoph. ἄφιλε τὸ ποιεῖν.

Auferre: pro, *vapulare*. Curc. 4. 4. ℣. 13.

Auferre; pro, ſuffurari. Bacch. 4. 4. ℣. 7.

Auferri aliò, Romam. &c. pro aſportari, etiam de homine. Interdum id depravatum, & pro eo poſitum, *adferri*. Cicero Tuſcul. 1. cap. *Praclare Anaxagoras, qui cùm Lampſaci moveretur, quærentibus amicis, velletne Clazomenas patriam, ſi quid ei accideret, auferri*. Ita leg. ex vet. cod. vulgò *afferri*.

Aufugere, de aqua. Aul. 1. 2. ℣. 16.
Lucret. lib. 6.
—— *vina repente*
Diffugiant. ——

Augere aliquem. Men. 3. 3. ℣. 27.

Augere: ornare. Merc 4. 1. ℣. 10.

Augere aram. Merc. 4. 1. ℣. 11. De largâ mactatione dicitur. Herald. ad Arnob. pag. 188.

Augere opes. Capt. 4. 1. ℣. 1.

Augere aliquem honore, pecuniâ, re. &c. Sic & *Afficere*, & *Ornare* veteres utuntur.

Augere plus eſt, quàm *adiuvare*: Epid. 2. 2 ℣. 8.

Augeri re aliquâ, antiquis erat poſſidere, aut habere ſimpliciter. Ut Græcis αὔξειν eſt ἔχειν. Catullus de Nuptiis Pelei: *Externata malis, qua nullis ſenſibus aucta*.
Silius ita lib. 11. ℣. 393. *Et nos aucta ſecundis*.

Hinc *Auctus*, idem quod, *præditus*, vel, *Affectus* hac, vel illâ re. Terent. Heaut. 4. 1. ℣. 15. *Ergò herus damno auctus eſt*. Plautus Merc. 4. 1. ℣. 10. *Aliquid cedò, qui hanc vicini noſtri aram augeam*. Cicero lib. 1. Offic. cap. *Quorum alter te ſcientiâ augere poteſt, altera exemplis*. Idem de Haruſp. reſp. cap. *His ne honore augeamur, monemur*, Et ibidem. *Eodem enim tempore & ſuſcipimur in lucem, & hoc cæleſti ſpiritu augemur*. Et in Verr. lib. 3. Accuſ. *Et tamen auget atq; onerat te bonis conditionibus, ſi tu uti velis*. Ita ex vett. libb. legẽd. Lamb. non rectè, *& tamen urget*. Et de Haruſp. reſp. cap. *Ne deterioribus repulſiſq; honos augeatur*. Sed hæc loquendi ratio inuſitatior eſt. Idem Philipp. 9. cap. *Eos verò veteranos, qui pro Rep. arma ceperunt, non tueri ſolùm, ſed etiam commodis augere debeo*. Ponitur & abſolutè, ſive ſine adiuncto nomine. Cicero: *Quæcumque igitur homini homines tribuunt, ad eum augendum & honeſtandum*. Et lib. 2. de Orat. cap. *Eaque cauſa ſunt ad augendum & adornandum graviſſima atq; pleniſſima*. Ubi

quidam

quidam non rectè, *agendum* Et lib.3.de Nat.Deor.cap. *At verò aut honoribus aucti, aut re familiari &c.* Et pro Rabir. poſth. cap. *Nec interea locupletare amicos umquam ſuos deſtitit, mittere in negotium, dare partes, augere re, fide ſuſtentare.* Sic.leg. vulgò deeſt, *re.* Lamb. *re augere.* Etiam rectè, ſi ex vet. lib. In Verr. Accuſ. 3. cap. *Scandilius verò negat, ſeſe apud Artemidorum recuperatorem verbum eſſe facturum: & tamen auget atque onerat te bonis conditionibus, ſi tu uti velis.* Sic omnes libb. ſcripti & impreſſi, quibus invitis Lambin. *Et tamen urget, atque onerat.* Lucret. l. 624.

Propterea quia quæ ullis ſunt partibus aucta.

Et v.722.

Deniq; eam partem quacũque eſt ignibus aucta.

Et V.1.416. *Strata cubilia ſunt herbis, & frondibus aucta.*

Horat. lib.1.Satir.ỷ.10.

Multos ſapè viros nullis maioribus ortos.

Et vixiſſe probos amplis & honoribus auctos.

Tacitus lib.3.cap. *Exceptum comiter juvenem, ſueta ergà filios familiàs, nobiles liberalitate auget.* Et in Agricolà cap. *Auctus eſt ibi filiâ in ſubſidium & ſolatium ſimul.* Sic apud eundem cap. *Auctus ſocietate, cognomento, omine, animo,* ut & Rhenanus admonuit.

Augeri mœrore. Stich.1.1.ỷ.49. Ter. Heaut.2.2.ỷ.3. *Opiniones quæ mihi animum exaugeant.* Et Adelph. 1.2.ỷ.65. *Si augeam.*&c. Cicero huic opponit, *lætitia augeri.* lib. 2. Fin. cap. 4. Et ad Q. Fr. lib.1.Ep.4. *Multa convenerunt, quæ mentem exturbarent meam.* Idem lib.5.Fin.cap. 24. *gaudio compleri.*

Augurare: eſt, more augurum attentè pelluſtrare. Ciſt.2.4. ỷ.26. Servius ad lib.7. Virg. Æneid. *Augurio* dicimus, ſecundum Plinium, cum præſagio mentis futura colligimus. *Auguror* vero tum, quum futura veris captamus auguriis.

Augurium auſpex. Aſin.2.1.ỷ. 15.

Augurium agere: Actum augurium. Cicero lib.1.Divin.cap. 17.de Attio Nævio: *ille augurio acto poſſe reſpondit.* Sic ibi rectè habent omnes libb. quibus tamen invitis Lambinus *capto* ſuppoſuit. Et lib.3.Offic. cap. *Vt cum in arce augurium Augures acturi eſſent.* Plin.lib.18.cap.3.ex Commẽtar. Pontif. hæc adfert. *Augurio canario agendo dies conſtituatur, priuſquam frumenta vaginas exeant.*

Augurum collegium. Men.1.2. ỷ.54.

Auia. Truc.4.3.ỷ.35.

Avi ſiniſtrâ: eſt, omine bono. Epid.2.2.ỷ.2. Nam aues ſiniſtræ bonum auſpiciũ præſtant, à *ſinendo* dictę, q; ſinant,

& permittant aliquid fieri. Sic contra: *Avi adverſâ*. h.e. malo omine. Bacch. 1.2. ꝟ.5. Cæterum Latine dicimus, *Quâ avi*, hoc eſt quo omine, *Mala avi*, vel *alite*. Horat. Epod. 10. ꝟ.1.

Mala ſoluta navis exit alite.

Idem lib. 1. Od. 16. ꝟ.5.

Mala ducis avi domum.

h.e. infeliciter, & malo omine. Vide etiam Caſin. 3. 4. ꝟ. 26. Et infra, *Scæva*. Pſeud. 2. 4. ꝟ. 71. Itemque Feſtum. & Plin. lib. 2. cap 54. Vide infra, *Rumore ſecundo*.

Avidus pro, *avaro*. Pſeud. 5. 2. ꝟ. 24 Aul. Prol. ꝟ. 9. & 3. 5. ꝟ. 12. Bacch. 2. 3. ꝟ. 43.

Avidus, pro capace, magno. Cicero videri poſſit ita uſus in Orat. ad Brutum cap. *Qui* (ſcil. Demoſthenes) *quam quam unus eminet inter omnes omni generi dicendi, tamen non ſemper implet aurès meas. Ita ſunt avidæ & capaces, & ſemper aliquid immenſum, infinitumque deſiderant.* Lucretius lib. 1. ꝟ. 1029.

Efficit, ut largis avidum mare fluminis undis In tegrent amnes. ——

Et lib. 5. ꝟ. 202.

Inde avidam partem montes ſylvaq; ferarum Poſſedere ——

Et eodem lib. ꝟ. 471.

Omnia ſic avido complexu cætera ſepſit.

Aviditas. Merc. Prol. ꝟ. 29.

Avis: de thraſone militari. Pœn. 5. 2. ꝟ. 15. *Quænam illæc avis eſt?* Germ. Was iſt das vor ein Vogel?

Avis fera Capt. 1. 2. ꝟ. 7.

Avius lucus. Aul. 4. 6. ꝟ. 8.

Avocare quid aliò. Id quia rarius, depravatum interdum. Vide & *Abducere*, & *Avolare*. Impp. Severus & Antoninus l. 2. C. ubi cauſæ fiſc. *Non animadvertimus, cur cauſas ad officium procuratorum noſtrorum pertinentes, ad Proconſulis notionem avocare velis.* Ita leg. vulg. *advocare*. Calpurnius Eclog. 4.

Sed niſi forte tuas melior ſonus avocet aures.

Ita rectè ibi ex vet. lib. Modius, vulg. *advocet*.

Cicero lib. Tuſc cap. *Nam quid aliud agimus, cùm à voluptate, id eſt, à corpore &c. Cùm à negotio omni ſevocamus animum, quid inquam, tum agimus, niſi animum ad ſe ipſum avocamus, ſecum eſſe cogimus, maximeque à corpore abducimus.* Sic ibi leg. vulg. *advocamus*. Tùm quia in Cod. MS. *avocamus*, tum quia Cicero ibidem aliis ejuſdem modi utitur, ut, *ſevocare, abducere, ſecernere*.

Avolare. Et hoc, quia rarius, mutatum ſæpe in *advolare*. Cicero in verſibus lib. 2. Tuſcul. cap. de aquila capi.

Tum jecore opimo farta & ſatiata adſatim,

Clan-

Clangorem fundit vaſtum,
& ſublime avolans.

Ita rectè Turn. vulg *advolans.* Catull. de comâ Beren.

Iſque per ætherias me tollens
avolat aures.

Sic ibi leg. vulg. *advolat.*

Avorſari. Trin. 2.3.4.1.

Auertere ab aliquo. Mil. 4.2.℣.81.

Aulas antiqui dicebant, quas nos dicimus *Ollas*: quia nullam litteram geminabant. *Feſtus.* Aul. Arg. 1.℣.1. & ſæpius in hac Comœdia. Curc. 2.3.℣.89. & 3.℣.26. Rud. 1.2. ℣.47. *Aula extaris*: h.e. olla, in qua exta coquuntur. Vnde apud Feſtum: *Aulicoqua exta*: hoc eſt, elixa. Et in Fragmentis ex Rudente apud Diomedem lib. 1. pag. 376. *aulas abſtulas.*

Aurarium negotium. de auro. Bacch. 2.2.℣.51. (℣.41.

Aures adhibere alquio. Caſ. 2.8.

Aures eradicare ſermonibus, eſt id, quod Horat. Arte P. ℣.475. *occidit legendo.* Epid. 3.4 ℣.26.

Aures obtundere. Ciſt. 1.1.℣.120.

Aures perpurgata: attentæ. Mil. 3.1.℣.177. Vide litt. P.

Aures tundere. Pœn. 1.3.℣.23.

Aures vaciva. Trin. Prol. ℣.11. Caſ. Prol. ℣.29. *Date aures vacivas.* Ovid. lib. 5. Metam. ℣.334. *Præbere aures.* Livius lib. 38. cap. *Vt ſub Roſtris reum ſtare & præbere aures adoleſcentium convitiis populo Romano magis deforme, quàm ipſi ſit.* Et lib. 40. cap. *Atqui ſi aures præbere potes, inquit, manifeſtam rem teneas faciam.* Et lib. 1. Attic. Epiſt. *Etenim cùm multos dies aures meas Acutilio dediſſem.* Et pro Archia cap. *Vt aures Poetis Corduba natis ſuas deberet.* Vide etiam Plaut. Mil. 3.3.℣.10. *Aures meæ adhibêre morã tuæ orationis.* Vbi conſule Animadverſiones noſtras.

Aures verberare. Vide litt. V.

Aurichalcum: ὀρείχαλκον. Latini derivarũt ex *auro* & *ære.* Gloſſæ: *Aurichalca* χρυσμαντικά. Vide Scaligerum ad Feſtum Pag. xxvi. Curc. 1.3.℣.46. Pſeud. 2.3.℣.22. Vide Plin. lib. 24. c. 2.

Aurifex. Aul. 3.5.℣.34. Men. 3.3. ℣.2. & 4.3.℣.8. Vide etiam Inſcriptiones Romanas. pag. DCXXXVIII. 10. & MCXVII. 1. aliaſque complures: inprimis vero illam, quæ *Aurificum collegium* memorat. Pag. CCLVIII. 7 & DCXXXVIII. 9.

Aurifur. Pœn. 5.5.℣.55.

Auritum facere. hoc eſt, attentũ reddére. Aſin. Prol. ℣.4. Sic dixit Terent. *arrige aures Pamphile.*

Aurium operam dicare. Bacch. 4.9 ℣.72.

Auriculis prehendere. oſculi genus, Vide litt. P. *Prehendere.*

Auribus accipere. Trin. 4.1.℣.9.

Aurita plaga: aures. Mil 3 1.℣.13.

Aurora. Pœn. 1.2.℣.8. *Ab aurora ad hoc diei.*

Aurum Comicum. Pœn. 3.2.℣.20. Vide *Comicum.*

Aurum præſentarium. Pœn. 3.3. ℣.91.

Aurum Philippeum. Curc. 3 ℣. 70. Bacch. 2. 2. ℣. 42.

Auſculari, antique, pro, oſculari. Merc. 3. 3. ℣. 10. 14. & 4. 4. ℣. 5.

Auſcultare alicui: morem gerere, obtemperare. Bacch. 4. 8. ℣. 14. Curc. 2. 1. ℣. 8. Mil. 2. 6. ℣. 17. Stich. 1. 2. ℣. 89. Pſeud. 1. 5. ℣. 38. Rud. 2. 6. ℣. 56. & 3. 3. ℣. 32. Pœn. 1. 1. ℣. 69. & 1. 2. ℣. 98. Aſin. 1. 1. ℣. 51. & 2. 2. ℣. 83.

Auſcultaro. Trin. 3. 3. ℣. 50. Truc. 1. 1. ℣. 1. & 2. 4. ℣. 46. Pœn. 4. 1. ℣. 6. Moſt. 3. 1. ℣. 54. 99.

Auſcultare animo. Pſeud. 1. 3. ℣. 8.

Auſculto, atq; animum aduorto. Stich. . 41. ℣. 40.

Auſcultatio. Rud. 2. 6. ℣. 18.

Auſcultare crimina: fidem adhibere. Pſeud. 1. 5. ℣. 12. Aul. 3. 5. ℣. 22.

Auſcultare aliquem. Trin. 3. 2. ℣. 36. Pœn. 4. 2. ℣. 19.

Auſit: auſus eſt. Amph. Sc. DI voſtr. ℣. 34.

Auſpicare; incipere. Rud. 3. 4. ℣. 12.

Auſpicatò. Perſ. 4. 4. ℣. 57.

Auſpicaui: ἀρχαϊκῶς. Perſ. 4. 6. ℣. 7. Stich. 2. 3. ℣. 46.

Auſpicia petere, & repetere, dicebant veteres. Sic & *Omnia repetere.* Vide infr. *Repetere.* Valer. Max. lib 2. cap. 1. *Qui quamvis auſpicia petere deſierint, ipſo tamen nomine veteris conſuetudinis veſtigia uſurpant.* Et lib. 2. cap. 5. *Et pullis quibus auſpicia petuntur, puls obijcitur.* Livius lib. 8. cap. *Itemq; illud interrogo, cùm me incertis auſpiciis profectum ab domo ſcirem, utrum mihi turbatis religionibus Reſp. in diſcrimen committenda fuerit. an auſpicia repetenda, ne quid dubias Dis agerem.*

Auſpicio: pro, *facto auſpicio*, auſpicato. Epid. 3. 2. ℣. 7. Moſt. 3. 2. ℣. 97.

Auſpicio atq; virtute. Epid. 3. 2. ℣. 45.

Auſpicio atq; imperio. Amph. 1. 1. ℣. 37.

Auſpicio atque ductu. Amph. 2. 2. ℣. 25.

Auſpicium bonum melius. Men. 5. 9. ℣. 88.

Auſpicium liquidum, certum, non dubium, non turbulentum, quod ſereno cælo oſtēditur. Epid. 2. 2. ℣. 1. Pſeud. 2. 4. ℣. 72.

Auſpicium optumum. Stich. 3. 2. ℣. 6.

Auſpicium facere. Stich. 3. 1. ℣. 10.

Auſter imbricus. Merc. 5. 2. ℣. 36. Ennio eſt *imbricitor*, ὀμβροφόρος.

Autem venuſtè collocatur in media ſententia, & ferè habet vim copulandi. Amph. 2. 1. ℣. 4 *iam tu autem facis, vt.* Caſ. Prol. ℣. 8. 28. Moſt. 3. 2. ℣. 92. Aul. Prol. ℣. 30. *Illa illam neſcit, neq; compreſſam autem pater.* Merc. 1. 2. ℣. 9. & 2. 3. ℣. 85. Mil. 3. 1. ℣. 83. & 4. 4. ℣. 13. & Pœn. 4. 2. ℣. 105. & 5. 6. ℣. 7. Truc. 2. 2. ℣. 11. & 2. 3. ℣. 14. Rud. 3. 2. ℣. 41. *Iterum autem imperabo.* Capt. 3. 4. ℣. 24. Terent. Adelph. 5. 8. ℣. 12.

Quid

Quid tu autem, aſine, hic auſcultas?

Lucret.lib.6.℣.780.

Nec ſunt multa parum tactu vitanda, neq; autem Adſpectu fugienda. ——

Apuleius ad finem lib. 1. Florid. *Patior & ipſe in meis ſtudiis aliquam pro meo captu ſimilitudinem. Nam quodcumque ad vos protuli, excerptum illico, & lectum eſt; nec revocare illud, nec autem mutare, nec emendare mihi inde quicquam licet.*

Seneca;

Et hæc autem, quæ non ſunt, rerum natura complectitur.

Vlpianus;

Et generaliter autē poteſt dici.

Agellius:

Noſcitāda probationes autem, quas συγκαταθέσεις vocant. Sic Inſcript. pag. DCCLXIX.9. SERMONE LEPIDO TUM AUTEM INCESSU COMMODO. Truc.5.1.℣.10.11. *Opus eſt matri autem, opus eſt nutrici autem.* Fere pro. *Etiam* poſitum. Pſeud.4.7.℣.2.

Autem; aduerſatiuè, & copulatiue vſurpatur. Trin.3.2.℣.57.

Autem pro *tamen*. Rud.3.4.℣.22.

Autem, pro, ergo, igitur. *Quid autem?* Moſt.4.3.℣.24. Stich. 5.2.℣.18. Trin.2.2.℣.104. *Quid eſt id autem?*

Autem: in fine ſententiæ. Truc. 1.1.℣.70.

Autem ferè pro *Sed*. Trin.2.2.℣.48. *Quod tuum eſt, meum eſt; omne meum eſt autem tuum.*

Authoritatem deſugere. Pœn.1.1.℣.19. Vide litt.D.

Autolycus; Siſyphi filius, Sinonis pater, fur nobiliſſimus, qui animalium, quæ furto abſtulerat, colorē immutavit. Bacch. 2.3.℣.4.2.

Autumare; pro, *dicere*, prædicare, commemorare. Amph.1.1.℣.150.176. Perſ.1.3.℣.71.& 2.2.℣.32. Pſeud.4.1.℣.21.& 4.2.℣.28. Capt.2.1.℣.39.& 4.2.℣.105.111.& 5.2.℣.2.8. Epid.5.1.℣.37. Bacch.4.7.℣.24. Men.Prolog.℣.8.& 5.2.℣.7. Trin.2.2.℣.43.& 3.2.℣.77.& 3.3.℣.15. Rud.3.3.℣.42. Moſt.1.2.℣.14.& 5.2.℣.11. Aul. Prol.℣.30. Merc.5.2.℣.103. Gloſſ.Philox. *Autumat*, λέγει.

Autumare, pro, æſtimare, ponderare, perpendere. Plaut. Men.5.2.℣.7. *Nam res plurimas peſſimas, cùm advenit, adfert. Quas ſi autumem omnes, nimis longus ſermo ſit.* Et hæc notio etiam apud Agell. lib. 15. cap. 3. ex Nigidio, qui verbum *Autumo* junctum putavit, ex *an* præpoſitione, & verbo, *æſtumo*, quod ſignificet *totū æſtumo*, dictūque interciſè *autumo*. quaſi *abæſtumo*, tanquā *abnumero*. Sed ea origo Agellio argutior videtur, quàm verior. *Autumo* enim, inquit, non id ſolùm ſignificat, ſed &, *dico, opinor, & cenſeo*.

Autumantur. Pœn.1.2.℣.32.

Avunculus. Aul.4.10.ỷ.69.
Auxilia & ſuppetia. Epid. 5. 2. ỷ.12.
Auxiliari. Trin.2.2.ỷ.96.
Auxiliarius amicus. Truc. 2.1. ỷ.6.
Auxilio eſſe. Pœn. 5. 4. ỷ.105. & 5.3.ỷ.18.
Auxilium argentarium. Pſeud. 1.2.ỷ.103.
Auxilium emortuum. Epid. 1.2. ỷ.14.
Auxilium eſſe alicui. Curc.2.2. ỷ.17.
Auxilium ferre. Stich.2.3.ỷ.5.
Auxilium præſidium. Rud.3.3.ỷ. 2.Ciſt.4.2.ỷ.2.
Auxilium: pro DEO ſumitur. Ciſt.1.3.ỷ.6.

B.

BA! Interjectio auertentis. Pſeud.1.3.ỷ.2. Vide infra, *Bat!*

Baba! Interjectio hominis cum admiratione adprobantis. *Baba! bombax!* Pſeud.1.1.ỷ. 130.Stich.5.5.ỷ.30. Perſ.5.2. ỷ.25.

Babylonienſis miles. Truc.5.ỷ. 65.&1.2.ỷ.99.&2.4.ỷ.38.

Babylonius miles. Truc. 2.5.ỷ. 19.

Babylonica periſtromata. Stich.2. 3.ỷ.53.

Baca. Videtur dici 1. de omni arborum fructu. 2. De fructu tantum parvo, ut, lauri. oleæ.&c. 3. De quolibet globulo, vel orbiculo, ſive anulo, ut, monilis, catenæ. &c.

I. Notio. Ovid lib. 10. Metam.ỷ.

Et bicolor myrtus, & bacis cærula ficus.

Cicero Tuſcul. 5.cap. *Ergò arbores ſerens diligens agricola, quarum aſpiciet bacam ipſe nunquam.* Et lib.1.leg.cap. *non ſolùm ea, quæ frugibus atque bacis terræ fœtu profunduntur.* Virgil. lib. 2.Georg. ỷ.183.

Plurimus & ſtrati bacis ſylveſtribus agri.

Cicero lib.1.Divin.cap. *Nec fruges terræ, bacaſve arborum cum utilitate ulla generi humano dediſſet.*

II. Notio. Plin. lib.15.cap.24. *Acinorum quoque magna eſt differentia.* &c. *magna & bacis differentia. Alia namque ſunt olivis, lauris, & alio modo, loro, cornis, alio, myrtis, lentiſco.*

III. Notio. Prudent.in Pſychom.

Loth ipſe ruptis expeditus vinculis
Attrita bacis colla liber erigit.

Ita ibi leg.ex vett.libb. Et ſic Steph. Hymn.I.

Carcer inligata
Buris colla bacis impedit majus. Vulg. *boijs.*

Virgil.lib.1.Aeneid.ỷ.655.

——colloq; monile bacatum.

Baccha eſt mulier inſana & furioſa: quales erant in ſacrificiis Bacchi. Bacch.1.1.ỷ.19.

Baccha bacchans: furioſa. Amph. 2.2.ỷ.71.

Baccha aterrima. Bacch. 3. 1. ℣. 4.

Bacchanal: propriè locus eſt, vbi Bacchæ ſunt. Plautus pro ganeo vſurpat. Bacch. 1. 1. ℣. 19. Aul. 3. 1. ℣. 36. & alibi ſæpius.

Bacchanal: ſacrificium Bacchi. Mil. 3. 2. ℣. 43.

Bacchanal exercere: eſt furere, inſanire. Amph. Sc. *Tun' me*. ℣. 12.

Bacchari; de olla & aquali ioculariter dicitur à ſono, quem edit *bac bac*: ſicut vaſa dicuntur *quaſſare*, quando in effuſione ſonum hunc edunt *quas quas*. Mil. 3. 2 ℣. 42. *Bacchabatur hama: quaſſabant cadi*. Latini vocant *Bilbire*. Hebr. בַּקְבּוּק *Bakbuk*. Vide Caſaub. Exercitat. XIV. pag. 136.

Baccharum fabula. Merc. 2. 4. ℣. 1.

Bacche! Io Bacche! vox bacchantium. Caſ. 5. 2. ℣. 10.

Bacchides ἀξιωματικὸν & Bacchæ. Bacch. 3. 1 ℣. 4.

Bacchus. Vide *Liber*. Curc. 1. 2. ℣. 21.

Badiſſare eſt *incedere*. βαδίζειν. Aſin. 3. 3. ℣. 17.

Baiulare dicuntur, qui corpore proprio ferunt. Aſin. 3. 3. ℣. 70. Merc. 3 1 ℣. 10. Sic Caius lib. 3. ad legg. XII. Tabb. *Ferri* dicimus, quæ quis ſuo corpore baiulat: *Portari* ea, quæ quis iumento ſecum ducit: *Agi* ea, quæ animalia ſunt.

Baiulus; qui geſtat onera. Pœn. 5. 6. ℣. 17.

Balæna. Rud. 2. 6. ℣ 61.

Balare ovium eſt. Bacch. 5. 2. ℣. 20.

Balioli dicti Afri, à colore balio, qui eſt color tritici. Pœn. 5. 5. ℣. 22.

Baliſta: Inſtrumentum bellicũ, quo lapides & ſaxa eiaculabantur. Capt. 4. 2. ℣. 16. Pœn. 1. 1. ℣. 73. *Baliſta infortunii inventa eſt.*

Baliſta. De Amore. Trin. 3. 2. ℣. 42.

Baliſta ἀλληγορικῶς de dolis & fallaciis. Bacch. 4. 4. ℣. 58.

Balneator. Pœn. 3. 3 ℣ 89.

Balneator Neptunus. Rud. 2. 6. ℣. 43.

Balneatores. Truc. 2. 3. ℣. 4.

Balnearius fur. Rud. 2. 3. ℣. 54.

Balnea. Merc. 1. 2. ℣. 17. Aſin. 2. 2. ℣. 90.

Barathrum locus apud Athenienſes profundiſſimus, in quẽ noxii præcipites mittebantur. Rud. 2. 7. ℣. 12. Plautus per translationem pro voragine ventris uſurpat de ebrioſis hominibus. Curc. 1. 1. ℣. ℣. 28.

Barba hirquina: in conuitio & olim & nunc. Pſeud. 4. 2. ℣. 12. Apul. lib. 11. Mileſ. *Qui pallio baculoq; & buxeis & hirquino barbitio Philoſophum fingeret.* Inde Feſto *hircipiti homines*. Lucretius capras vocat *barbigeras pecudes*.

Barba alba: ſenex. Bacch. 5. 1. ℣. 15.

Barbarè eſt *Latinè*. Aſin. Prol. ℣. 11. Pœn. 3. 2. ℣. 21. Trin. Prol. ℣. 19. Nam *Barbari* dicebantur antiquitus omnes gentes, exceptis Græcis. Feſtus in voce *Barbari*: & *vapula Papyria*.

Mil

Mil. Glor. 2. 2. ℣. 96. *Poetæ barbaro*. h. e. Latino. A *Barbar* abſona voce, in quam cùm primum Græce loqui conarentur, incidere ſolebant. Caſſiodorus dictos vult barbaros à *barba* & *rure*: ſed barbarè nimis. Propriè tamen de Phrygibus accipiebant. Vnde Sophocles in Aiace, βάρβαρον φεύγω dixit: & βάρβαρον αἰάν. Ouid. 14. Metamorph. *Barbarus enſis*.

Barbari: & quaſi *Barbati*. Idem quod, *Antiquis moribus*, & aſperioribus, horridi, ſeveri, rigidi. Olim enim Romani barbam alebant. Cicero lib. 4. Finib. cap. *Hoc verò te ferre non potuiſſe, quod antiqui illi quaſi barbati, ut nos de noſtris ſolemus dicere*.

Barbari pro *Latinis* & *Italicis*. Curc. 1. 2. ℣. 63.

Barbaria lex. Romana. Capt. 3. ℣. 32.

Barbaria. Italia. Pœn. 3. 2. ℣. 21.

Barbaria, pro turbâ & multitudine. Cicero lib. 3. de Orat. cap. *Neque enim ſi multitudo litium, ſi varietas cauſarum, ſi hac turba & barbaria forenſis dat locum vel vitioſiſſimus*.

Barbarica Vrbes. Italicæ. Capt. 4. 2. ℣. 104.

Barbarico ritu cœnare. Caſ. 3. 6. ℣. 19.

Barbaries, etiam de loco & regione barbarâ, ut & *Barbaria*. Cicero lib. 2. de Nat. Deor. cap. de Scythiâ & Britãniâ: *Quodſi in Scythiã aut in Britanniam, ſphæram aliquis tulerit. &c: quis in illâ Barbarie dubitet, quin ea ſphæra perfectâ ſit ratione?* Iuſtinus lib. 12. cap. *Si incolumis Orientalis Barbaria relinquatur*. Ita ibi vett. libb. quatuor. Et lib. 9. cap. *Extra hanc ſummam & Macedonia exercitus erat, & confinis domitarum gentium Barbaria*. Ita & in quatuor libb. ibi vulg. *Barbaries*.

Barbarus pro *Romano*. Bacch. 1. 2. ℣. 15.

Barbarus: Peregrinus. Rud. 2. 7. ℣. 25.

Barbarus pultiphagus. Moſt. 3. 2. ℣. 146.

Barbarus: pro *imperito*. Bacch. 1. 2. ℣. 13.

Barbatus vir. Caſ. 2. 8. ℣. 26.

Barbatus: conuitium in ſenem. Men. 5. 2. ℣. 101.

Bardus: à tarditate ingenii, & Græco. βραδεῖς enim ſunt tardi, ſtupidi. Feſtus. Epid. 3. 3. ℣. 39. Bacch. 5. 1. ℣. 2. Perſ. 2. 1. ℣. 2.

Baſilica. Vide *Subbaſilicani*.

Baſilica: ædificium, ſive domus ampla, & publica, uel ad uſum publicum, in quâ & judicia exercentur, & ambulabant homines, & res erant venales: ut ſunt & *Curia*, Collegiorum domus, etiam Templa, & Eccleſiæ. Romæ olim erant Baſilicæ multæ: ut *Opimia, Aemylia, Portia, Iulia*

Callidus doctus. Pſeud. 2. 4. ℣. 35.

Callida, docta faceta. Pœnul. 1. 2. ℣. 25.

Callum callet. Perſ. 2. 5. ℣. 4. *Callum aprugnum.* Pœn. 3. 2. ℣. 2. Vide ſuprà *Callere.* Pſeud. 1. 2. ℣. 33.

Callidus ad quaſtum. Trucul. 2. 4. ℣. 62. & 5. 1. ℣. 40.

Callus & *Callum*: caro durata & & denſata. Pinguem aprum intelligit Plaut. Capt. 4. 3. ℣. 4. Pœn. 3. 2. ℣. 2.

Kalophanta eſt χρηστολόγος, qui honeſte quidem loquitur, ſed cujus facta ab oratione diſcrepant. καλοφάντης. Sic enim ex Mſſ. omnibus legendum duxi, nihili penſis cæteris variantiis: quæ miro artificio ab omnib⁹ ſolẽt effingi. Curc. 4. 1. ℣. 2. Vide Animadverſiones.

Calor: neutro genere, pro *calus*, vt *decor* & *decus*. Merc. 5. 2. ℣. 19. Ita quidem ibi ex Non. viri docti ſentiunt. Neque aliter Philargyrus citat in Virgilium ſic: *Neque frigus, neque calor metuo, neque ventum, neque grandinem.*

Calor, Calidus, Caleo, Calefacio, interdum tralatè ponuntur: ut & Græcorum θερμὸν, θερμότης, θερμαίνω. Sic *Ardor* & *Ardere, Feruor,* & *Feruere.* Vide & Prov. Eraſmi.

Calor, ut, *Ardor,* pro confidentia, impetu, celeritate, concitatione animi. Quintil. lib. 2. Inſtit. cap. 16. *Ad quod ille quidem conticeſcit, ſed ſermonem ſuſcipit. Polus juvenili calore inconſideratior.*

Caltula tunica, à calore luteo calta. Nonius. Epid. 2. 2. ℣. 47.

Calui, oſt, decipi, fruſtrari. ἀρχαϊκῶς. Cal. 2. 2. ℣. 4. Gaius I. C. ff. lib. 50. tit. de verb. ſign. *Si calvitur*, h. e. ſi moratur, & fruſtratur. Inde & *calumniatores* appellati ſunt, qui per fraudem & fruſtrationem alios vexant litibus. Inde & *cavillatio* dicta Lucil. lib. 17. Sat. *Si non it capito,* inquit, *eum: & ſi calvitur, ergo endo manum iacito* Gloſſæ Philoxeni: *Calvitur,* ἐξαπατᾷ. Salluſt. Hiſtor. lib. 4. *Contra ille calvi ratus, quærebat ex me, an ſomnio protenderetur theſaurus.* Pacuvius: *Poſtquam calamitas plures annos arva calvitur,* apud Nonium in, Arva. Et in XII. Tabb. *Si calvitur, pedem ne ſtruito, manum endo jacito.*

Calumnia interdum pro captione. Idẽ quod Græci σόφισμα, fraus, dolus. A *calvo*, ut dictum, h. e. decipio. Quare *Captio* propriè & *Cavillatio.* Hinc poſtea & falſa accuſatio, ſive Διαβολή. Cicero lib.

2. de Nat. D. cap. *Atq; hæc cùm uberius diſputantur & fuſius, ut mihi eſt in animo facere, facilius effugiunt Academicorum calumniam.* Idem pro Domo cap. *Illud inprimis, ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur.* Et mox: *Quæ maior calũnia eſt, quàm venire imberbum adoleſcẽtulum.* Et in Lucullo cap. *Quin etiam cum victoriâ Mithridatico bello revertiſſet, inimicorum calumnia triennio tardius, quàm debuerat, triumphavit.*

Calumniam jurare in aliquem: h. e. calumnioſè aliquem accuſare. Livius lib. 33. cap. *Nec ſatis habere bello viciſſe Hãnibalem, niſi velut accuſatores in eũ jurarent, ac nomen deferrẽt.*

Calydonia Venus. Pœn. 5. 4. ℣. 8.

Campagus. Calceamenta Patriciorum & Imperatorum ita vocabantur. Sic dicta à corrigiarum flexuris, & implicaturis, quibus circum ligabãtur. Ἀπὸ τῆς καμπῆς. ὁ κάμπαξ, κάμπακος. Hinc *Campacus* eiuſmodi calceus appellatus, qui multas καμπὰς & decuſſes in calceando faceret, ex corrigiarum alligaturis. Diminutivum ex κάμπαξ fit καμπάκιον. Vide plurima in hanc rem apud Claud. Salmaſium ad Iulium Capitolinum pag. 256. & Trebellium Pollionem pag. 291. Et utrobique Notas Iſaaci Caſauboni: nec non Adverſaria Petri Pithœi cap. 16. Et ſupra *Caliga.*

Campanica periſtromata: varii coloris. Pſeud. 1. 2. ℣. 12. Stich. 2. 3. ℣. 53.

Campas genus: Genere Campanus; mollis & effœminatus. Trin. 2. 4. ℣. 144.

Campas dicis: nugaris. Truc. 5. 1. ℣. 44. Ita ſolebant in Comœdiis illudi nugæ. Cæcilius: *Quiſquilias volantes, venti ſpolia memoras. i modò.*

Campeſtre: ſubligaculum. Aſcõ. in Orat. pro Scauro: *Cato Prætor, judicium, quia æſtate agebatur, ſine tunicâ exercuit, ſub togâ campeſtri cinctus.* Horat. lib. 1. Epiſt. 11. ℣. 18.

Penula ſolſtitio campeſtre nivalibus auris.

Vulcatius in Avidio Caſſio: *Et cum ingens ſeditio in exercitu exorta eſſet, proceſſit nudus cãpeſtri ſolo tectus: & ait: -- quòd Penula ſolſtitio campeſtrẽ nivalibus auris.*

Iſidorus lib. 19. cap. 13. *Veſtis antiquiſſima hominum fuit, perizoma, h. e. ſuccinctorium, quo tantum genitalia contegũtur. Hæc & campeſtria nuncupãtur, pro eo, quod eiudem juvenes, qui nudi exercentur in campo pudenda operiunt.* Cicero videtur *tunicam* vicaſſe, his verbis pro Cælio cap. *Nobis quidem olim unus erat unus ad cohibendum brachium togâ conſtitutus, & ut exercitatione ludoque campeſtri, tunicati uteremur.* forte leg. *tunica.*

Campi. Interdum pro arvis, ſive terris frumentarijs. Sed hæc notio recentior mihi videtur. Ab eâ tamen regio illa

Italicè

Italicè vulgò *Campagnâ* & *terra di lavoro.* Vide infra *Labor*. Plin. lib. 5. Epiſt. 6. *Prata inde, campique, quos non niſi ingentes boves. & fortiſſima aratra perfringunt.*

Campi cærulei. Trin. 4. 1. ℣. 15. Sic appellatur mare.

Campus. Tralatè Cicero pro Muræna cap. *Nullum enim vobis ſors campum dedit, in quo excurrere virtus cognoſcique poſſit.* Et Philipp. 14. cap. *Magnus eſt in Rep. campus, ut ſapienter dicere Craſſus ſolebat: multis apertus curſus ad laudem.*

Camus. Caſ. 2. 6. ℣. 37.

Cana capita ſenum. Bacch. 5. 1. ℣. 16. & Grex. ℣. 2.

Canalicolæ: ſunt homines forenſes, pauperes, quod circa canalem fori conſiſterent. *Græce* ἀγοραῖοι. Forte an inde manavit Gallorum illud *canaille*, quod vſurpant in ejuſmodi τῷ ἀγοραίῳ ἀγάλματι, & homines nihili. Curc. 4. 1. ℣. 15. Caſ. 2. 3. ℣. 22. vbi tamen retinenda potius lectio Mſſ. *Cana culex*; de ſene amatore. Agell. l. 4. c. 20. *Qui iurabat, cavillator quidam & canalicola, & nimis ridicularius fuit.*

Canalis: locus in foro vrbis Romæ, vbi crebri canales, ad quos homines nihili. Inde dicti *canalicolæ* homines forenſes: vt *Feſt.* vult, pauperes: Græce ἀγοραῖοι χυδαῖοι: Curc. 4. 1. ℣. 15. Caſ. 2. 3. ℣. 22. Agell. l. 4. c. 20. *Qui iurabat, cavillator quidam, & canalicola, & nimis ridicularius fuit.*

Canalis. Interdum pro via, itinere. Sed hæc notio minus uſitata. Appuleius lib. 6. Metam. *Iam canale directo pergis ad ipſam Orci regiam.* Et lib. 9. *propellor ad incurva ſpatia flexuoſi canalis.* Imper. Iulianus: *Neque tamen ſit cujuſquam tam inſignis audacia, qui parangarios, aut paraveredos in civitatibus ad canalem audeat commovere.* Sic & in Synod. Sardic. Can. 21. ἐν ταῖς παρόδοις ἤτοι Καναλίῳ.

Candefacere. Moſt. 1. 3. ℣. 102.

Candidatus: albus. Rud. 1. 5. ℣. 12.

Candidatus maſtigia. Caſ. 2. 8. ℣. 10.

Candide veſtitus. Caſ. 4. 1. ℣. 9.

Candidum, pro *cano*. Moſt. 5. 2. ℣. 27.

Candores corporis. Men. 1. 2. ℣. 67. Propert. lib. 1. Eleg. 2. v. 13. *Nec Phrygium falſo traxit candore maritum.* Candor eſt pulchritudinis fundamentum. Statius lib. 1. Achill. ℣. 161. *niveo natat ignis in ore Purpureus.*

Canephora. Eſt mulier, inquit Paulus ex Feſto, quæ fert canum, h. e. qualum. Cicero Accuſ. 4. Verr. cap. Ea deſcribit, quæ erant Athenis canephoræ. *Erant*, inquit, *ænea præterea duo ſigna nõ maxima, verũ eximiâ venuſtate* virgi-

virginali habitu atque veſtitu, qua manibus ſublatis ſacra quædam more Athenienſium virginum repoſita in capitibus ſuſtinebant, Canephoræ ipſæ vocabantur. Sed earum artificem quem? quemnam? Et paulò poſt: *tibi habe Canephoras: Deorum ſimulacra reſtitue.* Giſanius in Collect. Lucret. putavit olim ſcribendum *Canephoræ* per æ, ut *Demæ Adolphæ* &c. quod poſtea Lambinus ſibi ſumſit, qui ad Verr. 4. & 14. ait in libb. Mss. haberi *Canephoræ*, & *Canephoroſ.* Ex eo ſequeretur, & in illis Cicer. verbis, *ſed earum artificem* &c. legendum, *eorum.* Etſi autem Græcè dicebantur κανηφόροι, ex eo tamen non efficitur, & Latini ita dici. Immò ex Feſto perſpicuum eſt, *Canephora.* Et ex Cicerone *Canephoras* dictas. Simili errore *Pandectas* Henr. Stephanus etiam Latinè putat eſſe generis maſculini: de quo infra. Plinius tamen *Canephorum* vocat lib. 36. cap. 5. *Quarum pares in Aſinij monumentis ſunt, ubi & Canephorus ejuſdem.*

Canere intus: *canere foris*, quid ſit, ita explicat Aſconius in 3. Verr. *Cùm canunt, inquit, Citharistæ, utriusque munus funguntur officio. Dextra plectro utitur. Et hoc eſt foris canere. Siniſtra digitis chordas carpit. Et hoc eſt intus canere.* Cicero de Aſpendio Verr. 3. cap. *Quem omnia intus canere dicebant.* Et de lege Agrar. cap. *Atque hoc carnem hic Tribunus pl. non nobis, ſed ſibi intus canit. habet ſocerum &c.*

Canere intus, propriè videtur dici, qui digitis, non plectro, quod eſt foris, radit. Sed tralatè de pleonecte, qui ſibi omnia ſumit, dicitur. Virg. Aen. 6. ℣. 647.

Iamque eadem digitis, jam pectine pulſat eburno.

Cicero in Verr. 3. cap. & de leg. Agrar. cap. locis modò allatis.

Canes ἀρχαϊκῶς, pro, *canis.* Trin. 1. 2. ℣. 133. 135. Sicuti *Plebes, Trabes.* Ita in Menippi Cynici epitaphio:

Menippos ille nobilis quondam canes Heic liquit omnes homines in terra pila.

Lucillius:

Nequam magnus homo laniorum immani canes ut.

Canes: maledici. Pœn. 5. 4. ℣. 62. 64. *canes me in me latrant.* In fœminino.

Canicula: de muliere mordaci. Curc. 5. 1. ℣. 8.

Canina ſcaua. Vide *Scaua.*

Canis capitibus: ſenes. Bacch. Grex. ℣. 2. & 5. 1. ℣. 15.

Canis dicitur rabiola fœmina. Men. 5. 2. ℣. 85. & 5. 5. ℣. 34. Caſin. 2. 5. ℣. 12.

Canis fugitiua. Pſeud. 1. 3. ℣. 84.

Canis irritata. Capt. 3. 1. ℣. 25.

Canis mordax. Bacch. 5. 2. ℣. 27. de ſervo maledico.

Canis placida, fœta, Moſt. 3. 2. ℣. 168.

Canis

Canis venaticus. Mil. 2.2.℣.113.

Canis vinculi ferrei genus, *catellus ferreus*, σκύλαξ. Caſ. 2.6.℣. 37.& Curc. 5.3.℣.13. Errant autem, qui *Catellum* à *Catena* deducunt. Catullus : *Ferreo canis exprimamus ore.* Vbi ex recentioribus quidã nõ rectè *Canis* vocem ad impudentiã referunt cũ ſit cópula ferrea. Lucillius lib. 29 fragm. 15.

Cum manicis, catulo, collariq; ut fugitivum
Deportem. apud Nouium in, *Collare.*

Canis contumelioſè de homine, vel de ſordido, impuro, mordaci & maledico. Plautus Moſt. 1.1.℣.40. *Canis, capra commiſta.* Terent. Eun. 4.7. ℣. 33. Diminuam ego caput tuum hodie, niſi abis. GN. *Ain' verò canis ?* Ita Græci, & imprimis Homerus κυνὸς verbo utitur. Sic Cicero S. Clodium vocat *Clodianum canem*, qui Clodij eſſet aſſecla & ad adulator. Sic enim ait in Piſon. cap. 10. *Hujus tu Clodiani canis inſignibus, Conſulatum declarari putas?* Non enim rectè D. Lamb. contra fidem omnium libb. edidit : *Hus te Clodiane canis.* In eadem Orat. Cicero cap. *Ego iſtius pecudis, ac putida carnis conſilio ſcilicet aut præſidio niti volebam.* Ita quidem in omnibus libb. ſed P. Faber lib. 1. Semeſtr. putat leg. *putida canis.* & verius fortaſſe id videtur. Sed cùm & mox ibi : *qui abiectum hoc cadaver*, nihil mutandum putem : præſertim cùm vel *putida* omitti, vel *putidi* potius dici oporteret.

Cannabetum. Vt, *Arundinetum.* Extat in veteri Inſcript. Patav. VSQVE. AD. CANNABETVM. Huic. AREÆ. CEDIT. (15

Cano capite ſenex. Bacch. 5.1.℣.

Cantare aliquid alicui : ſeriò & crebrò inculcare. Tri. 2.2.℣. 10. 69. Moſt. 4.2.℣.64 Terent. Heaut. 2.3.℣. 19. *Cuius* (ſcil. patris) *nunc pudet me, & miſeret, qui harum mores cantabat mihi.*

Cantare idẽ quod *differre.* Pſeud. 1.3.℣ 131. *cantores probos.* Vide Feſtum in *Occentare.*

Cãtare. Vide *Clamare.* Bacchid. 4.9.℣.61.

Canthari pleni. Perſ. 5.2.℣.40.

Cantharo vno potare. Stich. 5.4. ℣.48.

Cantharus: poculi genus. Aſin. 5. 2.℣.57. Bacch. 1 1.℣.36. Men. 1.2.℣ 64. & 1.3.℣.5. Moſt. 1.4. ℣.35. Pſeud. 4.2.℣.2. & 4.4.℣. 13. & 5.1.℣. 34. Rud. 5.2.℣.32. Perſ. 5.2.℣.22. Stich 5.4.℣.23. Paulinus Epiſcopus ad Alithium Ep. 31. *In veſtibulo* (Eccleſiæ) *cantharum miniſtra manibus & oribus noſtris fluenta ructantem faſtigiatus ſolito æreis bolis ornat, & immorat nõ ſine myſticâ ſpecie quatuor columnis ſalientes aquas ambiens.* Et Epiſt. 12. ad Severum : *Sancta nitẽs famulis interluit atria lymphis Cantharus, intrantumq; manus lavat amne miniſtro.* Africanus cap. 1.

Cãthar' dulcifer. Pſeud. 5.1.℣.18.

Cantherij Gallici. ibid.

Cãtherius. Capt. 4.2.℣. 34. Seriben-

bendum cum adſpiratione, κανθήλιος enim Græcis. Feſtus. *Cantherius hoc diſtat ab equo, quod maialis à verre, capus à gallo, veruex ab ariete.* Aul. 3. 5. ℣. 21. Flauius Vopiſcus in Aureliano: *Et ego Domine Valeriane Imperator Auguſte, ideò cuncta fero, ideò vulnera patienter excepi, ideò & equos & cantherios meos laſſaui, ut mihi gratias ageret Reſpublica, & conſcia mea.* Ad quem locum apprimè docta adnotauit *Marcellus Donatus* in Dilucidationib. Pag. 1030. Addo tantum Lyſippi dictum egregium.

εἰ μὴ τεθέασαι τὰς Ἀθήνας, στέλεχος εἶ· εἰ δὲ τεθέασαι, μὴ τεθήρευσαι δ', ὄνος. εἰ δ' εὐαρεστῶν ἀποτρέχεις, κανθήλιον. Hæc ille de Athenis Græcè: ego aliquando de Francofurto, nobili Emporio Germaniæ, Latinè ſic inuerti:

Francofordiam qui non adit,
pol truncus eſt:
Quem viſa eadem non illicit,
pol mulus eſt:
Cui nõ graue hanc relinquere,
eſt cantherius. (1. ℣. 44.

Canterino ritu ſomniare. Men. 2.

Cantio. Stich. 5. 4. ℣. 25. Vide *Proverbia* in Mantiſſa.

Cantio cinadica. Stich. 5. 5. ℣. 19.

Cantiones: quæ & Carmina veneficarum Cicero in Bruto cap. ubi de | Curionis patris oblivione: *Subitò totam cauſam oblitus eſt, idq; veneficiis & cantionibus Tibi Titinia nec factum eſſe dicebat,*

Cantores: pro Hiſtrionibus, ſive Actoribus Comœdiarum & Tragœdiarum. Olim enim hiſtriones ſeu Actores Comici, non, ut hodie, uno ferè vocis tenore, ſed variâ, & multiplici, ut Cantores, pronunciabant: teſte & Polluce. Cicero pro Sextio cap. de Clodio malè ab ipſis Hiſtrionibus excapto: *Sed quid ego P. R. animum, virtutemq; commemoro, libertatem jam ex diuturnâ ſervitute reſpicientis in eo homine, cui tum petenti iam ædilitatem, ne hiſtriones quidem coram ſedenti pepercerunt? Nã cùm ageretur Togata, ſimulãs, ut opinor, caterva tota clariſſimâ contentione in ore impuri hominis imminens concienta eſt. Huic vita tua, & poſt principia atq; exitus vitioſæ vitæ. vita. ſedebat exanimatus, & is, qui antea Cantorem convitio conciones celebrare ſuas ſolebat, cantorum ipſorum vocibus ejiciebatur.* Idem Cicero lib. 3. de Orat. cap. *Valerius cottidie cantabat. Erat enim ſcenicus, quid faceret aliud? at N. Furius noſter familiaris, cùm eſt commodùm, cantat? eſt eques Romanus.* Idem lib. 3. Tuſc. cap. *O Poëtam egregium! quamquam ab his cantoribus Euphorianis contemnitur.* Horat. Art. Poet. ℣. 155.

Seſſuri donec cantor, vos PLAUDITE, dicat Prudent 2. contra Symmachum ℣. 646.

Vt Tragicus cantor ligno tegit ore cavato,
Grande aliquod cuius per hiatũ crimen anhelet.

Grande

cantrices. Trin.1.1.℣.23.

Caperat frons : pro, *caperatur*. Epid.5.1.℣.3. Hinc *frons caperata* pro triſti & ſeuera. Nonius interpretatur *rugare frõtem*, contrahere, & aſperare: aitque tractum à caprorum frontibus criſpis.

Capere. Eſt verbum augurum, cùm locum eligebant ad effandos fines templorum. Sic dicitur, *Captus augur, captus iudex, captus arbiter*. Men.1.2.℣.54. *Captum ſit collegium augurum*. Ita loqui ſolebant, inquit Turneb.30.29. cùm aliqua de re collegium augurum cõſulebatur. Feſtus: *Captus dicebatur locus ad ſacrificãdũ legitimè conſtitutus*.

Capere de menſuris: continere, comprehendere. Curc.1.2.℣. 14. Virgil. lib. 9. Aen. *Nec te Troia capit*. Varro Meleagris: *Quem terra non cœpit, & cælum recepit*. (℣.24.

Capere animo virtutẽ. Trin.3.2.

Capere, pro, coarguere, conuincere. Græcè ἀλίσκειν. Amph. 2.2.℣.188. (℣.63.

Capere: in obſcœnis. Pœn. 3.3.

Capere in lata ſignificatione de hoſtibus victis fugatiſque. Amph.1.1.℣.155.

Capere calceos, quos debeãt, neſciunt ii, quorum res ad incitas redactæ ſunt. Truc.4.2.℣.52.

capere crines. Moſt. 1.3.℣.69. Vide infr. *crinis*. (3.℣.34.

capere honorẽ: cõſequi. Bacch.3.

capere manu: adprehendere manu. Moſt.2.2.℣.48. (℣ 2.

capere rationẽ oculis. Pſeud. 2.2.

Capere Veſtalem, etiam *Flaminẽ Dialem, Pontificem, Augurem* Agell.1.12. *Capi autem virgo propterea dici videtur, qui à Pontificis Maximi manu prehensâ, ab eo parente, in cuius poteſtate eſt, veluti bello capta abducitur*. Et mox; *Pleriq; autem capi virginem ſolam dici putant: ſed Flamines quoq; Diales item Pontifices, & Augures capi dicebatur*.

Capere: de loco, aut ſpacio, ut Græcè χωρεῖν. *Atrium nõ capit tot homines* &c. Demoſt. Philipp.3. de Rege Philippo. οὔτε Ἑλλάς, οὔθ' ἡ βάρβαρος τὴν πλεονεξίαν χωρεῖ τ' ἀνθρώπου. Cicero pro Mil.cap. commemorans plurima ſcelera & flagitia Clodij *tandem adiungit: capere eius amentiam ciuitas, Italia, prouinciæ non poterant*. Et de lege Agrar. cap. Vix iam videtur locus eſſe, qui tantos acervos pecũiæ capiat. Philip.4.c. *Cui quãquã gratia referri tanta non poteſt, quãta debetur, habenda tamen tãta, quantam maximam animi noſtri capere poſſunt*. Et pro M. Marcello cap. *Quæ quidem ego, niſi ita magna eſſe fatear, ut ea vix cuiuſquam mens aut cogitatio capere poſſit, amens ſim* &c. Et Philipp.2.cap. *Cũ illi eam gloriam conſecuti ſint, quæ vix cælo poſſe capi videatur*. Et pro lege Manil. cap. *Quæ ciuitas eſt in Aſia, quæ nõ modò unius Imperatoris aut legati, ſed unius Tribuni militũ animos ac ſpiritus capere poſſit?*

Et de Prætur. Vrb. in Verr. cap. *Tantane tuæ, Verres, libidines erunt, ut eas capere ac ſuſtinere non provinciæ P. R. non nationes exteræ poſſint?* Livius lib. 36. cap. *Congregatis feminis, pueriſque & imbelli aliâ turbâ, in arcem, quæ vix capere, nedum fabri- tantam multitudinem poſſet.*

Capere tabernaculum : *Capere locum.* Livius lib. 4. cap. de Tribunorum militum, loco Conſulum, origine: *Non tamen pro firmato jam ſtetit magiſtratus ejus jus, quia tertio menſe quam inierunt decreto Augurum, perinde ac vitio creati honore abiere, quod C. Curiatius, qui Comitijs eorum præfuerat, parum tabernaculum rectè cepiſſet.* Cicero lib. 1. de Divin. cap. *Qui cùm tabernaculum vitio cepiſſet imprudens.* Et lib. 2. de Natur. Deor. cap. *recordatum eſſe vitio ſibi tabernaculum captũ fuiſſe horto Scapionis.* Ita leg. In vet. lib. legitur *hortos.* Vulg. in *hortos Scip.* Sic & Paulus ex Feſto: *Captus locus dicitur ad ſacrificandùm legitimè conſtitutus.* Ex eo dicitur quoque *Capeſſere locum* : quod valet, velle, vel, cupere locum capere. Cicero lib. 2. de Nat. Deor. cap. *Omnes enim partes eius* (ſcil. mundi) *undiq; medium locum capeſſentes, nituntur æqualiter.*

Capere: pro occupare, & attingere, de locis: Vt, *capere tumulum*, inſulam, portum, terram rupem, locum &c. Vide & *Tenere.* Virgil Aen. 6. ṽ. 752.

Dixerat Anchiſes, natumq; unàq; Sibillam Conventus trahit in medios, turbamq; Sonantem Et tumultũ capit

Livius lib. 25. cap. *Magonem ibi pedites, equitesq; armare, & capere eas latebras, ubi ingentem numerum occuleret, jubet.* Et lib. 37. c. *Sed aliæ rupes inſuper imminebant, quas celeriter oppidani aſſumtis regijs militibus, quos in præſidio habebant, ceperunt.* Et lib. 27. cap. *Priusquam caſtris locum caperent.* Idem lib. 29. cap. *Quem ceperant exſules montẽ, herbidus, aquoſusq; eſt*, Et lib. 30. cap. *Hannibal tumulum cepit.* Et lib. 34. cap. *Nocte media cum auſpicio operam dediſſet, profectus, ut locum, quem vellet, priusquam hoſtes ſentirent, caperet.* *Cæſar lib. 4. bell. Gall. cap. Quod equites curſum tenere, atq; inſulam capere non potuerunt.* Et paulò poſt: *Ex his onerariæ duæ naves, eoſdem portus, quos reliquæ, capere non potuerunt,* Virgil. Aen. 1. ṽ. 393.

Adſpice bis ſenos lætantes agmine cygnos.
-- nunc terras ordine longo Aut capere, aut captas jam deſpectare videntur.

Cicero pro Sextio cap. *Vt vigilandum ſit his, qui ſibi gubernacula patriæ depoſcerent, enitendũq;* &c. *ut tenere curſum, & capere otii illum portum & dignitatis.*

Capere : adquirere. Ita *Captum* pro parto. Ita *Recipere*. Sic, *fructus capere*. Ex eo & *Vſu capio*: per uſum acquiſitio, apud Iuriſconſultos. Etiam, *Inimicos ſibi capere*, dicimus. Cicero lib. 2. Offic. cap. *Ac primùm de illis tribus, quæ ante dixi, benevolentiæ præcepta videamus, quæ quidem capitur beneficijs maximè*. Ita libb. vett. quibus tamen invitis Dion. Lamb. edidit, *partitur*. Lang. *carpitur*. Sic in Rullum cap. *Iubes enim pecuniam, ſi quæ poſt nos Conſules ex novis vectigalibus recipiatur, hac uti Decem viros*. Vbi idē & ille, & alij, *reficiatur*, ediderunt, contra fidem vett. libb. Et Agrar. 2. cap. *Vobis interea, qui illas à majoribus pulcherrimas vectigalium ſedes captas accepiſtis*. Ita quoq; Lamb. invitis libb. o. *partas* edidit. Et de Senect. cap. *Sed honeſtè acta ſuperior ætas fructus capit auctoritatis extremos*. Ita vet. lib. vulg. *carpit*. Et de amicit. cap. *fructus enim ingenij & virtutis. &c. tum maximè capitur*. Ita & idem v. l. vulg. *carpitur*. non rectè. nam & in vulg. paulò poſt: *& amicos tamquam pecudes eos potiſſimum diligunt, ex quibus ſperant ſe maximum fructum eſſe capturos*. Terent. Andr. 4. 2. ℣. 12. *Per omnes tibi adiuro Deos numquam eam me deſerturum, non ſi capiundos mihi ſciam eſſe omnes homines inimicos*. Vlpianus l. aliud. 71. D. de v. ſ. *Aliud eſt* (inquit) *capere, aliud, Accipere. Capere cum effectu accipitur: accipere & ſi quis non accepit, ut habeat. Ideòque non videtur quis capere, quod erit reſtituturus: ſicut perveniſſe id propriè dicitur, quod eſt remanſurum*. Et Paulus I C. l. 140. cepiſſe eodem 4. *Cepiſſe* (inquit) *quis intelligitur, quamvis alij acquiſivit*. Cicero in Piſon. cap. *Vbi ſuos cum Piſonis magiſtratibus conferens, tandem de Conſulatu* &c. *Nam quid ego* (inquit) *de Conſulatu loquar? parto vis an geſto?* Et mox: *Explicatâ eâ parte, quæ erat de acquiſito in Comitijs. Sed omitto* (inquit) *ut ſit factus uterque noſtrûm. Sit ſanè fors domina campi: magnificētius eſt dicere, quemadmodum geſſerimus, quàm quemadmodū ceperimus*. Perſpicuè eo in loco idem hæc valent, *partus*, & *captus* Conſulatus. Salluſt. de Mario Iug. cap. *At illum jam antea Conſulatus ingens cupido exagitabat, ad quem capiendum præter vetuſtatem familiæ alia omnia abundè erant, induſtria, probitas, militiæ magna ſcientia* &c. Corn. Nepos in vitâ Attici: *Nullum ab eo habebat* (ſcil. Atticus) *ornamentum, ut cæteri, qui per eum aut honores, aut divitias ceperant*. Sic & Græci λαβεῖν. Euripides Medea: ἀνδρῶν τυράννων κῆδος ἠράσθη λαβεῖν. Vlpianus l. 13. non videtur. D. de diu reg. jur. *Non videtur cepiſſe, qui per exceptionem à petitione removetur*. Et Gajus

l. non videtur quiſquam eodem 4. *Non videtur quiſquam id capere, quod ei neceſſe eſt alij reſtituere.* Hinc apud eoſdem Iuriſconſultos uſitatæ formulæ: *Solidum capere, capere partem.* l. in fraud. De de his quibus ut indig. l. 6. de vulg. & pupill. l. ſi ſervus ejus. de adq. hered. l. quotiens cuidam. ad l. Falcid. Vlpian. in fragment. & locis innumerabilibus. Paulus in l. 5. Prætoris. D. de damno infecto: *Prætoris officium eſt, ut miſſus in poſſeſſionem etiam eum per longi temporis ſpatium in ſuum dominium capere poſſit.*

Capeſcere. Amph. 1. 1. ℣. 105. *Et nunc me domum capeſcere.*

Capeſcere ſe. h. e. immittere. Aſin. 1. 3. ℣. 6.

Capeſſere ſe aliquò: phraſi comica, pro recipere ſe aliquò. Bacch. 1. 2. ℣. 15. Rud. 1. 2. ℣. 83. 89.

Capeſſere conſilium. Rud. 1. 3. ℣. 21. Stich. 4. 2. ℣. 52. *capere conſilium.*

Capeſſere imperia. Trin. 2. 2. ℣. 19.

Capeſſere locum: quod valet, velle, vel cupere locum capere. Cicero lib. 2. de Nat. Deor. cap. *Omnes enim partes ejus* (ſcil. mundi) *undique medium locum capeſſentes, nituntur æqualiter.*

Capeſſere ſe præcipitem ad aliquid. Bacch. 4. 10. ℣. 2. *id eſt,* conferre ſe ad aliquid.

Capi morte. Fortè dixit Plautus in Epitaphio ſuo. Nam variè ibi legitur: *mortem aptus*, de quo in *Apiſci*: quæ lectio magis mihi probatur. Similiter intelligi poteſt phraſis illa ſacra Actor. 2. 24. *Ab inferis teneri.*

Capillum componere: anxiè curare. ornare. Moſt. 1. 3. ℣. 96.

Capillus verſipellis: h. e. canus. Perſ. 2. 2. ℣. 48.

Capita rerum expedire. Truc. 3. ℣. 16. Merc. 3. 4. ℣. 24.

Capital. Ita veteres interdum: quod plærumq; *Capitale*: & pœna, aut crimen capitale, ſeu facinus, quod capitis pænâ luitur. Feſtus. de quo conſulendum Lexicon Iuris. Vtitur eo Plautus Men. 1. 1. ℣. 16. Merc. 3. 4. ℣. 16. Sic *ædis capitalis*, in qua capital admittitur. Moſtell. 2. 2. ℣. 44. *Homo capitalis*, nefarius, flagitioſus. *Locus capitalis*: vbi ſi quid violatum eſt, capite violatoris expiatur. Moſt. 2. 2. ℣. 44. Silius Italicus: *Prævetitum namq; & capital, committere Martem ſponte viris.* Ita rectè Fr. Modius. Iuſtinus lib. 2. *Poſt multas clades capital eſſe apud Athenienſes capit.* ita ex vett. libb. emendandum.

Capitale periculum. Rud. 2. 3. ℣. 19 Trin. 4. 3. ℣. 81.

Capitalis, pro ingenioſo. Quæ ejus vocabuli notio certa & rarior eſt. Ovid. lib. 3. Faſtor.

Parva licet videas capta delubra Minervæ,

Quæ Dea natali capit habere ſuo.

Nominis in dubio cauſa eſt: capitale vocamus,

Ingeni-

Ingenium ſollers : ingenioſa Dea eſt.
Cicero de Philiſto Siculo Hiſtorico acutiſſimo in Epiſt.11.ad Q. Fratr. lib. 2. *Itaque ad Calliſthenem & Philiſtum, in quibus te video volutatum. Calliſthenes quidẽ vulgare & notum negotiũ, quemadmodum Græci aliquot locuti ſunt: Siculus ille capitalis, creber, acutus, brevis, penè puſillus Thucydides.* Ita Muretus *in Var. lect.* lib.2.cap.5. (57.

Capitalis inimicus. Pœn. 4.2.℣.

Capitalis res. Merc. 1. 2. ℣.72. Stich. 2. 3. ℣.46.

Capite aperto: hoc eſt, ſine pudore, confidenter. Capt.3.1.℣.15. Contrarium eſt *capite operto.* Amph.5.1.℣.42. (*ſtere pedes.*

Capite ſiſtere. Vide infr. litt. S. *Si-*

Capiti meo fiunt comitia. Vide *Comitia.*

Capitibus capis ſenes. Bacch. Grex. ℣. 2. & 5.1.℣.15.

Capitis res. Trin. 4. 3. ℣.120.

Capitiq; perdere. Mil.2.4 ℣.18. Aſin.1.2.℣.6.

Capitolium. Curc.2.2.℣.19.

Capitolium Iovis. Trin.1.2.℣.47. De etymo eius vide Canterum Nov.L.1.cap.11.

Capitones duri: de paraſitis. Perſ. 1.2.℣.8.

Capitulum: ὑποκεφαλίδιον, parvum caput. Curc.2.3.℣.14. *Capitulum hoc:* de homine ſemi libero, h.e. ego. Aſin.3.4.℣.89. Propert. lib. 2. Eleg. 8. ℣.16. *anuſq; In noſtrum iacies verba ſuperba caput:* h.e. in nos liberos.

Cappadocia. Mil.1.1.℣.52.

Capparis: firmioris ligni frutex, ſeminiſq; & cibi vulgati. Plin. lib.13. cap. 23. & Dioſcorides lib.2.cap.204. Curc.1.1.℣.90.

Capra commiſta, dicitur, quæ initur, & tum peſſimè fœtet. Moſt. 1.1.℣.40. Vide *Hircus ſalius.* Men.5.2.℣.86.

Capra formoſa.

Caprigenũ genus: de iis, qui perpetuò febricitant, & variè habent. Epid.1.1.℣.16. (℣.15.

Capſimus; cœperimus. Rud.2.1.

Capſit. Pſeud.4.3.℣.6.

Capſo: cœpero. Bacch.4.4.℣.61.

Captare: pro, inſidiari in ſermone, Amph.1.1.℣.269. & 2.2.℣.163. & 169. *Captare impudicitia.* Vbi *Captare* & *Capere* diſcerũtur ita, vt *Captare* conatũ notet, *Capere* effectũ. (37.

Captare novos mores. Trin.1.2.℣.

Captare; pro, anquiſitè arripere, prehẽdere. Epid.2.2.℣.31.

captare: occupare. Pſeud.5.1.℣.6.

Captare: verbis captioſe ludere. Men.4.2.℣.82.

Captare cum aliquo: vt, *cavere cũ aliquo.* Moſt.5.1.℣.21. & 5.2.℣.21. Eſt autẽ verbum gladiatorium. Sic Lucanus ad Piſonẽ.

Arma tuis etiam ſi forte rotare lacertis, (*ſtere mẽbris,*
Inq; gradu clauſis libuit conſi-
Et vitare ſimul, ſimul & captare petentem.

Et *Captatio* in diſciplina gladiatoria. Quintil. l. 5.cap.14. *Vt gladiatorum manus, quæ ſecundæ vocantur, fiunt & tertiæ, ſi prima ad evocandum adverſarii ictum prolata erat: & quartæ, ſi geminata | captatio eſt, vt bis cavere, bis*

repetere

Digitized by Google

repetere oportuerit. Actius Philoctera apud Nonium in *Cautim* : *Contra eſt eundum cautim, & captandum mihi.* Quadrigarius apud Agellium in deſcriptione certaminis ſingularis Galli cũ T. Mãlio : *Ita vt ante dixi conſtituerunt: Gallus ſua diſciplina ſcuto proiecto captabundus: Manlius animo magis , quàm arte confiſus . ſcutum ſcuto percuſſit atque ſtatum Galli perturbauit.* Sic emendauit ingenioſiſſimus Acidalius , incomparabile harum litterarum deſiderium.

Captatum advenire : fallere Pœn. 5. 2. ℣. 73. & 3. 5. ℣. 20.

Capti conſilij memor. Stich. 4. 1. ℣. 72.

Captio, pro jactura. & damno: ut & *Fraus*. Sic & *Captioſus* pro damnoſo. Plautus Truc. 2. 7. ℣. 64. Epid. 2. 2. ℣. 113. & 5. 2. ℣. 35. Moſt. 5. 2. ℣. 23. Cicero lib. 5. Attic. Epiſt. *Benè ventum. Habes ad omnia: etſi panè præterij , chartam tibi deeſſe. mea captio eſt : ſiquidem ejus inopiâ minus multa ad me ſcribis.* Vlpianus l. 1. De integr. reſtit. *Nam ſub hoc titulo plurifariam Prætor hominibus vel lapſis vel circumſcriptis ſubvenit : ſive metu, ſive calliditate, ſive ætate, ſive abſentiâ inciderunt in captionem.* Vbi *Captio* idem eſt, quod *damnũ*. Cicero pro Q. Roſcio cap. *O ſocietatem captioſam & indignam!* Et pro Cæcin. cap. *Periculoſum eſt diſſolvi hoc interdatum : captioſum eſt omnibus rem ullam conſtitui ejuſmodi, quæ cùm armis geſta ſit, reſcindi jure non poteſt.* Vlpian. l. Quod autem 6. §. Si quid cum pupillo. D. quæ in fraud. cred. *Quia pupilli ignorantiâ, quæ per ætatem contigit , non debet captioſa eſſe creditoribus, ipſique lucroſa.* Sic capit Cicero Quintio cap. *Si Dupondius tuus ageretur , S. Nævi, ſi in parvulâ re captionis aliquid vererére.* Gajus IC. l. Sed ſi quis. D. tectum. quemadm. aper. *Sed ſi quis ex ſignatoribus aberit, mitti debent tabulæ teſtamenti , ut ipſe ſit , ut agnoſcat. Nam revocavi eum agnoſcendi causâ oneroſum eſt : quippe ſæpe cum magnâ captione à rebus noſtris revocamur , & ſic iniquum & damnoſum cuique eſſet officium ſuum.*

Captio pro ſophiſmate in verbis potiſſimum. Satis notum. Plaut. Aſin. 4. 1. ℣. 45. *Scio captiones metuis.* Epiſt. 2. 2. ℣. 113. Hinc *captiones Dialecticæ*: & *captioſum genus* interrogationis , apud Ciceronem ſæpe.

Captioni eſſe: fraudi eſſe. Moſt. 3. 3. ℣. 19.

Captum eſſe : falſum, deceptum. Bacch. 5. 2. ℣. 87.

Captus oculis , auribus , mente, membris. h. e. orbatus. interdum *Captus* Ciceroni valet idem, quod, inductus, deluſus, deceptus. Vt & nos Germani, Gefangen interdum dicimus. Ita & *oculis*, h. e. per oculos,

culos, eorum ope *captus*, & in fraudem inductus. Cicero Accuſ. 4. cap. *Hunc tibus manus adferre non dubitaſti à quibus etiam oculos cohibere te religionum jura cohibebant? tametſi ne oculis quidem captus in hanc fraudem tam ſcelera tam, & tam nefariam decidiſte. Nam id concupiſti, quod nunquam videras.* Ita ibi *captus oculis* accipiendum, Victor. lib. 34. cap. 14. Var. lect. rectè admonuit.

Capularis ſenex. Mil. 3. 1. ✝. 33.

Capulum: de teſticulis viri. Caſ. 5. 2. ✝. 26.

Capulus, & um; ſepulchrum veteres dixerunt, quod corpora capiat. *Nonius, Feſtus*. Aſin. 5. 2. ✝. 43. *Capuli decus*; de ſene capulari, quem Merc. 2. 1. ✝. 19. vocat *Acheruntium ſenem*.

Caput pro *vita*. Moſt. 1. 3. ✝. 141.

Caput caſans. h. e. demiſſum, & mœſtitiam indicans. Bacch. 2. 2. ✝. 71.

Caput amnis. Trin. 4. 2. ✝. 98.

Caput canum, rutilum, atrum. Merc. 2. 2. ✝. 35.

Caput cænæ, dicebatur, princeps, ac ſummum ferculum cænæ. Sic & Græcis κεφαλὴ δείπνου. Vide & infr. *Fundus cænæ*. Cicero Tuſc. 5. cap. *Negavit ſe jure illo nigro, quod cænæ caput erat, delectatum*, Et lib. 1. fin. cap. *Semper Lælius bene, quid bene? dicet Lucilius, cocto condito: ſed cedò caput cænæ: ſermone bono. quid ex eo? ſi quæris libenter*. Martialis:

—Mullus tibi quatuor emtus
Librarum cœna, pompa caputque fuit.

Alexis. βοτρυδίου χαρίεις ἐν πυτηρίῳ ἐπιπαίζεται. κεφαλὴ γὰρ δείπνου γίνεται.

Capite demiſſo: eorum, qui in luctu, dolore, vel, metu. Cæſar lib. 1. bell. Gall. cap. 33. *Unos ex omnibus Sequanos nihil earum rerum facere, quas cæteri facerent, ſed triſtes, capite demiſſo terram intuere*. Ita ferè Lucretius de Iphigenia lib. 1. ✝. 92.

Muta metu, terram genibus ſummiſſa petebat.

Caput irraſum. Rud. 5. 2. ✝. 16.

Caput. τὸ κύριον, id quod ſummũ in aliquâ re, libro, arte, homine: *ſumma rei, litterarum*, teſte Donato in Terent. Ciceroni perfamiliare. Sic *quòd caput eſt*, pro eo, quod ſummum. Sic ait Cicero, *caput litterarũ, diſputationis, commẽdationis, criminis, defenſionis, Oratoris, partis*. Plautus Curc. 2. 1. ✝. 19. Bacch. 4. 7. ✝. 31. Pſeud. 1. 5. ✝. 2. 31. & 4. 5. ✝. 2. Mil. 2. 6. ✝. 14. Rud. 4. 4. ✝. 54. 55. Aſin. 3. 3. ✝. 139. Propert. lib. 2. Eleg. 24. *Non ego nequitia dicerer eſſe caput*. h. e. dux, ſignifer, Princeps hominum nequam. Idem dicitur *Dictator*. Ter Andr. 2. 6. ✝. 17. Adelph. 4. 2. ✝. 29. Cicero pro Flacco cap. *Caput eſt omnium Græcorũ concitandorũ*. Dativo etiam jungitur. Servius in lib. 2. Aen. *O Latio caput*. Vide etiam

Cicero pro Flacco cap. *Caput eſt omnium Græcorum concitandorum.* Dativo etiam jungitur. Servius in lib. 2. Aen. *O Latio caput.* Vide etiam, *Pes.*

Caput fluminis: pro ipſo fonte, & ortu. Ab eo &, *A capite manare.* Cicero pro Flacco cap. *Etenim ad caput & ad fontem utriusque generis veniamus.* Ex eo &, *A capite arceſſere:* à primâ origine, quod &, Altius rem repetere. Cicero lib. 2. de Orat. cap. *Etiam ætatis eſt, uſusq; noſtri, à capite quod velimus, arceſſere, & unde omnia manant, videre.*

Caput liberum: de homine libero. *Capita libera.* Vide Lexicō Iur. Cicero Accuſ. 2. cap. *Hic alteram decuriam Senatoriam Iudex obtinebit: hic de capite libero judicabit.* Livius lib. 31. cap. *Placentini captivi, ad duo millia liberorum capitum redditi colonis.*

Caput quaſſare. Interdum, *quatere.* German. Dē Kopff ſchütteln: quod eſt iratorum, vel ebriorum ferè. Vide & infra, *Quaſſare.* Lucret lib. 2 ℣. 1163.

Iamq; caput quaſſans, grandis ſuſpirat arator.

Et lib. 4. ℣. 587.

Et gen' agricolûm latè ſētiſcere, cùm Pan Pinea ſemiferi capitis velamina quaſſās.

Plautus Merc. 3. 4. ℣. 15. *Triſtis incedit, pect' ardet, hæret, quaſſat caput.* Trin. 5. 2. ℣. 45. *quid quaſſas caput?* Aſin. 2. 3. ℣. 22. *quaſſanti capite incedit.* Bacch. 2. 3. ℣. 71. *Subducunt lembum capitibus quaſſantibus.* Livius lib. 8. cap. *Ad cujus vulneris ſenſum, cū equus prioribus pedibus erectis magnā vi caput quateret, excuſſit equitem.*

Caput meū: h. e. ego. Bacch. 5. 2. ℣. 74. Aſin. 2. 4. ℣. 89. Pſeud. 2. 4. ℣. 33. Stich. 5. 5. ℣. 10.

Caput: pro perſona, ſive homine libero. Pœn. 3. 1. ℣. 16. & 3. 3. ℣. 31. Vide Turneb. lib. 15. cap. 7. & lib. 11. c. 11. Pœn. 3. 1. ℣. 16.

Caput, μετωνυμικῶς pro ſalute, vita & libertate capitis. Capt. 5. 1. ℣. 26. Moſt. 1. 3. ℣. 54. 85. Perſ. 1. 1. ℣. 37. Pſeud. 1. 2. ℣. 42. 88. Epid. 1. 1. ℣. 86. & 3. 2. ℣. 30. Capt. 2. 1. ℣. 33. Sic etiam IC. vſurpant. Græci: φίλη κεφαλή. Propert. lib. 2. Eleg. 1. ℣. 36. *Et ſūta & poſita duce fidele caput.*

Caput, περιφραστικῶς de homine certo. Aul. 5. 1. ℣. 8. *Iſti capiti dicito.* Rud. 3. 6. ℣. 47. & 4. 2. ℣. 24. Moſt. 4. 3. ℣. 10. *Væ capiti tuo!* h. e. tibi. Pœn. 3. 3. ℣. 32.

Caput ſuum: ſe. Rud. 3. 2. ℣. 21.

Carbonarius. ἀνθρακοπώλης. Caſ. 2. 8. ℣. 2.

Carbones. Truc. 5. 1. ℣. 12.

Carbunculus. Moſt. 4. 2. ℣. 70.

Carcer robuſtus; aliàs *robur* ſimpliciter. Curc. 5. 3. ℣. 14.

Carcerarius quæſtus. Capt. 1. 2. ℣. 20.

Charchedonius: Carthaginenſis. Pœn. Prol. ℣. 53. Καρχηδών. De hac Stephanus de Vrbibus: ἐκαλεῖτο δὲ καινὴ πόλις, καὶ Καδμεία, καὶ Οἰνοῦσα, καὶ Κακκάβη. τοῦτο δὲ κατὰ τὴν αὐτῶν λέξιν, ἵππου κεφαλὴ δηλοῦται. Idem valet Οἰνοῦσα, quod תִּירוֹשׁ à תִּרְשׁ sive quod significat *muſtum*. vinum. Carthago igitur etiā dicta

dicta תַּרְשִׁישׁ in ſacris literis. *Καρχηδὼν* eſt *caput equi.* Et ſic dictam Carthaginem, teſtatur Iuſtinus lib. 18. 5. Forte leg. *καδτκάβη* בתקבת חַת το eſt κεφαλὴ caput. קבה *Cabus*, ſiue *Cavus*, Equus. Idem ait Virgilius, vbi de fundamentis Carthaginis condendæ agit.

Effodiũt caput acris equi.---

Solinus cap. xxx. *Vrbem iſtam, ut Cato in Oratione Senatoria autumat, cum Rex Hiarbas rerum in Libya potiretur, Eliſa mulier exſtruxit domo Phœnix. & Carthadam dixit, quod Phœnicum ore exprimit civitatem novam: mox ſermone verſo in morem Punicum, & hæc Elyſſa, & illa Carthago dicta eſt.* Hebræis autẽ *Kiriath* eſt vrbs, & Pœnis *Corath*. Syris *Carath*: & κτ̃ συγκοπὴν. *Carth.* Servius à *Charta* derivat, quod oppidum eſt inter Tyrum & Berythum. Cornelius Nepos in vitis Illuſtrium author eſt, Carthaginem fuiſſe duplicem, cujus interior pars *Byrſa* dicebatur, exterior *Magalia*. Punicè etiam dicitur *Chadreanach*. à חֲצַר vel חַצְרֵי ἔπαυλις, ſedes. & אֲנָק *Anach*. quod deſcendit ex עֲנָקִים *Anachim*, qui fuerũt populi Palæſtinæ, qui in Africam fugerunt & novas ibi ſedes quæſiverunt, cùm Ioſua invaſiſſet terram Cananitidem. Ioſuæ cap. 15. Vide etiam Procopium Vandalicorum lib. II. 135. & Euſeb. Chron. lib. I. Illi igitur *Anachim* occuparunt in Libyâ illa loca, vbi erat Carthago; quæ propterea dicta fuit *Chadreanach*. Apud Solinum legitur, *Carthada*: apud Stephanum, καρχηδὼν, cujus origo, quando interpretatur *caput equi*, ſi vera eſt, illic *Cat-Kaba*, hîc καδκαβὴν legendum erit, id eſt בחכגה ut pateat Græcanicam eſſe originationem. Etenim *Chath* videtur eſſe κεφαλὴ, & *Kaba* idem quod *Cabus*, ſive *Cavus*, h. e. Equus. Ergò tu Pœnis Græciſmos tribuis? inquies. Vtique: quia Migdi Lybes, & non jam biſulci-linguæ, quorum ſermo mixtus & confuſus ex Syro, Afro, & Græco: cujuſmodi hodie Anglorum eſt ex Germanico, Gallico, & Britannico veteri confutus. Eam varietatem colonijs & migrationibus genitium debemus. Hinc & loci à Didone coëmti nomen Βύρσα h. e. corium, fuit, merè Grœcùm.

Carere. Hujus verbi notio triplex apud Ciceronem reperitur. I. *Carere* is dicitur, qui, quod habuit, nũc non habet: idq; deſiderat, requirit, indiget: ſive brevius: *Carere* eſt egere eo, quod habere velis. 2. Cùm ſic, tamquam in febri dicitur: *caret vino*, h. e. abſtinet, non utitur: pro, vacare, expertem eſſe. 3. Nam habere aliquid, & non requirere, ſive, ut Cicero ait *facile rem pati.* Ad ſecundam noti-

notionẽ vulgò minus notã, pertinẽt, hæ auctoritates. Cicerò lib. 3. de Republ. *Ita magnam habet vim diſciplina verecundia: carent temeto omnes mulieres.* Apud Nonium, *Temulentia.* Idem pro Milon. cap. *caruit foro, poſtea Pompejus caruit Senatu, caruit publico:* h. e. non uſus eſt, abſtinuit. Sic Plautus Aſin. 4. 1. ℣. 57. Quod Truc. 4. 3. ℣. 59. *temeto carere* dixit. Sic Cic. lib. IV. de Rep. *Ita magnam habet vim diſciplina verecundia; carent temeto omnes milieres.* A. gell. l. 13. cap. 29. *Prandium abſtemium, in quo nihil vini potatur, caninum dicitur: quoniam canis vino caret.*

Horat. Epod.

Quaque carent ventis, & Solibus oſſa Quirini.

Idem Epod. 16.

Malis carere quaritis laboribus

Idem lib. II. Od. 8.

—gelidaque Divos

Morte carentes.

Ad tertiam notionem referũtur iſtæ phraſes: *Carere vento, ſole, febri.*

Careo cum accuſandi caſu. Curc. 1. 2. ℣. 46. Pœn. 4. 1. ℣. 4. Perſ. 2. 1. ℣. 9. Capt. 2. 2. ℣. 107.

Carere lanam: à Græco κείρειν. Ger. Karten / Kartetſchen. Dicitur & *carminare.* Vide Scal. ad Varronem & Tibull. Men. 5. 2. ℣. 46.

Cares. Curc. 3. ℣. 73. (℣. 68.

Caria. Curc. 2. 3. ℣. 60. & 3. 1.

Cari homines dicuntur, qui ab omnibus vulgò amantur. *Eſt carus.* Germ. Er iſt ſehr geliebt. Cicero lib. 2. de Orat. cap. ſæpe ita loquitur.

Caritas ordinis. h. e. amor, & ſtudium ergà ordinem. Id ſatis novum apparet: *Caritas adoleſcentia.* Cicero pro Rabir. Poſt. cap. *Nunc vos Equites Rom. videte, ſcitis me ortum à vobis: omnia ſemper ſenſiſſe pro vobis: nihil horum ſine magnâ curâ, & ſummâ caritate: veſtri Ordinis loquar.* Plinius eo ſæpe utitur. vt lib. 6. Epiſt. 23. *Quod ſi cui praſtare Ruſoni meo debeo:* vel propter natales ipſius, vel propter, *eximiam mei caritatem.* Et Epiſt. 6. *Meretur hanc curam longâ mei caritate.*

Carina lineata: de fallaciis ἀμαρτωλῶν. Vide Mil. 3. 3. ℣. 42.

Carinarius: qui cerino colore veſtes inficit. Aul. 3. 5. ℣. 36. *Cera* Doricè καρὸς dicitur, quæ alias κηρὸς: Ouid. 3. Amand. (*dedit.*

Et ſua velleribus nomina cera

Carint, ἀρχαϊκῶς: pro, careãt, vt *edim,* pro, *edã.* Moſtell. 4. 1. ℣. 1.

Cariſſimus coquus. Pſeud. 3. 2. ℣. 59.

Carmen. pro brevi aliquâ ſententiâ, ſive in libera oratione ſive in verſu factâ. *Formula* vulgò dicitur. Ita ferè & Græci interdum utuntur verbo *Epigrammatis.* Livius lib. 10. cap. *Dein jurare cogebatur, diro quodam carmine in execrationem capitis familiaque & ſtirpis compoſito.* Et lib. 3. cap. *Recitabatque rogationis carmen: in quo: Si Tribunus plebis rogabo.*

Carmina

Carmina vetera. Caſ. Prol. ℣. 6.

Carnaria. Pſeud. 1. 2. ℣. 64. Sunt vaſa, in quibus carnes aſſervantur. Capt. 4. 4. ℣. 6. Curc. 2. 3. ℣. 25.

Carnifex, vel *Carnufex*; Scōma. convitium, cauillum in hominem aliquem carnifice dignum. Amph. 1. 1. ℣. 220. & ſc. *Tun' me.* ℣. 1. & 1. 2. ℣. 41. Bacch. 4. 6. ℣. 15. & 4. 8. ℣. 35. Moſt. 5. 1. ℣. 65. Perſ. 4. 3. ℣. 78. & 4. 9. ℣. 10. Rud. 3. 6. ℣. 44. Pſeud. 4. 1. ℣. 40. Merc. 3. 4. ℣. 33.

Carnifex interdum notat cuſtodem carceris, nō ipſos Triumviros capitales. Vnde *in carcerem, & ad carnificem trahere* veteribus idem ſunt. Rud. 3. 6. ℣. 19. Vide etiam Ræuardum IC. lib. 2. Var. cap. 18.

Carnifices, lanii, dicuntur per iocum Pſeud. 1. 3. ℣. 97.

Carnificina: ratio excarnificādi. Ciſt. 2. 1. ℣. 1. Capt. 1. 2. ℣. 23.

Carnificum cribrum; de ſervo, cuius tergum ita à carnificibus eſt perforatum, vt cribrū videri poſſit. Moſt. 1. 1. ℣. 52.

Carnificū dies. Aſin. 2. 2. ℣. 45. Vide Plaut. Philoſoph. Tit. *Servitutis, Suppliciorum.*

Caro porcina, agnina. Capt. 4. 2. ℣. 69.

Carthago: Vide ſupra *Carchedonius.*

Carthagini: pro, in *Carthagine.* Caſ. Prol. ℣. 71.

Carus, cariſſimus: ambiguo ſenſu, pro grato, & dānoſo. Men. 1. 1. ℣. 30. Bacch. 2. 3. ℣. 76.

Carus; magni pretii. Pſeud. 3. 2. ℣. 59.

Caſans caput. Vide *caput.*

Caſare: à cadendo dictum. Aſin. 2. 3. ℣. 23. Bacchid. 2. 3. ℣. 71. Mil. 3. 2. ℣. 37. Ennius: *Riſi egomet mecum caſabundum ire ebrium.*

Caſeus mollis, recens, vel pinguis. Capt. 4. 2. ℣. 71.

Caſeus molliculus: in blanditiis. Pœn. 1. 2. ℣. 154. 177.

Caſia. Curc. 1. 2. ℣. 7.

Caſina: ſignificat *ſcortillum.* Nā κάσαν ſcortum interpretantur. Inde κασίνα & κασσίνα, ſicut κόρη, κορίνα & κορίννα. Curc. Arg. ℣. 6. Vide tamen de hoc nomine Animadverſiones noſtras ad Caſinam.

Caſſa familia: vbi meræ ſunt eſuritiones. Aſin. 3. 1. ℣. 17.

Caſſa glans. Rud. 5. 2. ℣. 37.

Caſſa memorare: eſt fruſtra & nequicquam ſibi ſpem facere verbis; cum in re nihil ſit: à caſſa nuce, quæ putamen habet, nucleo caret. Sic *caſſam ſpeculam* Apuleius dixit. Afranius: *caſſam terriculam*: pro minis inanibus. Ciſt. 4. 1. ℣. 16.

Caſſa nux. Pſeud. 1. 3. ℣. 136.

Caſſia. κασσία, σύριγξ. Galenus. Curc. 1. 2. ℣. 7.

Caſſidem ſumere in caput. Trin. 3. 2. ℣. 100.

Caſſum, vt *caritū*, à careo. Priſc. lib. 9. *Caſſa virgo.* Aul. 2. 2. ℣. 10. Merc. 4. 6. ℣. 6. *Caſſa viro uxor*: quamquàm ibi alia quoque lectio eſt, *cauſa.* Pœn. 1. 2. ℣. 147. *Bene promittis multa ex multis; omnia in caſſum cadunt.*

Caſſus: inanis. Gloſſ. κενός. Pſeud.

M Prol.

Prol. ℣. 13. *Caſſus venter.* pſeud. 1. 3. *caſſa nux.* Rud. 5. 2. ℣. 37. *caſſa glans.*

Caſtellani, ruſtici, agreſtes. *Caſtellum* pro pago aut vico. Sed hoc Livianum videtur. Livius lib. 34. cap. *Et tria millia mercenariorum militum, X. millia popularium cũ caſtellanis agreſtibus in armis habuit.* Et mox: *Notarum deinde quidam, hi ſunt jam inde antiquitus caſtellani, agreſte genus, transfugere voluiſſe inſimulati per omnes vicos ſub verberibus acti necãtur.* Et lib. 35. cap. *per quod in caſtellum eorum vicosq; ageretur.* Et lib. 38. cap. *Excedito urbibus, agris; vicis, caſtellis, Ciſtaurum mõtem uſq; ad Tanaim amnem.* Eodem lib. cap. *Stipem à Tyrannis Caſtellanisq; devijs colligens.* Et lib. 39. cap. *Sempronius à Piſis profectus in Apuanos Ligures, vaſtando agros, urendoq; vicos, & caſtella eorum, aperuit ſaltuũ.* &c. Et lib. 40. cap. *Extẽplò in vicos, caſtellaque ſua omnes delapſi.*

Caſteria, pro, *ſcaſteria.* Græcè χαςήεια. Eſt locus, ubi remi, & gubernacula conquieſcunt, quando navigatio quieſcit. Nonius. Aſin. 3. 1. ℣. 16.

Caſtigabilis culpa. Trin. 1. 2. ℣. 6.

Caſtigare: pro, male habere, vexare. Plautus Merc. 2. 2. ℣. 45. *Nunc tu me, credo, caſtigare cogitas.* Livius lib. 39. cap. *Itaque aſperius paulò iter in Thraciâ, & exercitatior hoſtis, magnâ clade eos caſtigavit.* Cicero lib. 1. leg. cap. de Philoſophiâ: *Cumq; ſe ad civilem ſocietatem natum ſenſerit, non ſolùm illâ ſubtili diſputatione ſibi utendum putabit, ſed etiam fusâ lati' perpetuâ oratione quâ regat populos, quâ ſtabiliat leges, quâ caſtiget improbos, quâ tueatur bonos, quâ laudet claros.*

Caſtigare dictis. Bacch. 4. 8. ℣. 67.

Caſtigatio. Eſt interdum quædam ſpecies pœnæ: nempe acerbis verbis facta reprehenſio. Germã. Ein ſtarcker Filtz. Livius lib. 38. cap. *Vicit ſententia lenior, ut unde orta culpa eſſet, ibi pœna conſiſteret: ad multitudinem caſtigationem ſatis eſſe.*

Caſtigator. Trin. 1. 2. ℣. 150. & 2. 4. ℣. 13.

Caſtoris Ædes. Curc. 4. 1. ℣. 10.

Caſtra caſtris conferre. Verbum eſt militare, id eſt, accedere proximè ad hoſtem, pugnandi causâ. Livius lib. 27. cap. *Cæterum Conſulem Marcellũ tanta cupido tenebat dimicandi cum Hannibale, ut numquã ſatis caſtra caſtris collata duceret.* Et antea eod. lib. *Marcellus veſtigijs inſtabat, caſtraque caſtris conferebat.*

Caſtrare. Merc. 2. 2. ℣. 14.

Caſtrare: de linguâ, & alijs partibus corporis. Aul. 2. 2. ℣. 73.

Caſtus, a à *culpâ.* Pœn. 5. 4. ℣. 13.

Caſtus. Interdum idem, quod, *Integer*, incorruptus. Vt Iudex ἀδωροδόκητος, valet idem, quod *purus.* Quare & cum *integro* & cum *puro* conjungitur ſæpe.

ſæpe. Hodie eo rarius utimur. Cicero l. 11. Attic. Epiſt. 6. *Hominẽ enim integrũ & caſtũ & gravem cognovi.* Et pro S. Rabirio cap. *Qui caſtam concionem, ſanctum campum, inviolatum corpus omnium civium Romanorum integrum jus libertatis defendo, ſervari oportere.* Et pro Fonteio cap. *Hoc veſtræ mentes tam caſtæ, tam integræ ſibi ſuſcipient.* Et alibi pro Sextio cap. *Caſium Equitem Rom. caſtiſſimum hominem, atque integerrimum.* Et Philipp. 2. cap. de Antonio: *Legem etiam judicariam tulit, homo caſtus atq; integer, judiciorum & juris auctor.* Et Philipp. 13. cap. De Lepido: *Res familiaris cum ampla, tum caſta à cruore civili.*

Caſtè. Ad Dei quoque cultum pertinet. Græcè *ἁγνῶς*. Hinc & Virgil. lib. 10. Ỽ. *Caſti ſacerdotes*: & Feſto, *caſta mola*, genus ſacrificij. Cicero lib. 2. leg. cap. *Caſtè jubet lex adire ad Deos.* Et pro Domo cap. *Certè nihil ritè, nihil caſtè, nihil more inſtitutoque perfecit.* Et lib. 1. de Nat. Deor. cap. *Hæc enim omnia purè atq; caſtè tribuenda Deorum Numini ita ſunt.* Et de Haruſp. reſp. cap: *Quod cùm Deiotarus religione ſuâ caſtiſſimè tueretur.*

Hinc & *Caſtus, ûs*, pro ritu etiam Nonio teſte, apud quem Varro: *Noſtro ritu ſunt facienda civilius, quàm Græco caſtu.* Idem: *& religiones & caſtus id poſſunt.*

Ex eo & , *In caſto Cereris eſſe*, quid ſit, intelligitur, vel alterius Dei. idem quod, *ἁγνεύειν θεῷ τινι*, ut & Theodor. Canterus, & Ioſephus Scaliger jam pridem obſervarunt. De *caſto Cereris* Tertullian. de jejunio adverſus Pſychicos: *Sed benè, quod in noſtris ceregraphis blaſphemias ingerens, caſto Iſidis & Cybeles eas adæquas.* Feſto in verbo Minuitur: *Luctus cum in caſto Cereris eſt.* Hieronymus in Iovinianũ: *Quomodo autem virginitati veræ non præjudicat imitatio virginum Diaboli: ita nec veris jejunijs Caſtum Iſidis & Cybeles, & quorundam ciborum in æternum abſtinentia.* Sic ibi legendum admonuit Theodorus Canterus lib. 2. Vari lect. cap. 21. vulg. *coſtum*. Arnobius lib. 5. *Quid temperatus fabæ alimonio panis, cui rei dediſtis nomen caſtus.*

Catacuſtos. Men. 1. 2. Ỽ. 22.

Catadromus. Non eſt, ut putavit Budæus, ſpatium, ſeu ſtadium: ſed eſt funis, per quem decurrunt, & eunt, qui dicuntur *Funambuli*. Paulus IC. l. Pen. D. de act. empti: *Nam ſi periculoſam rem ante venditionem facere ſolitus eſt, culpâ id tuâ factum eſſe videbitur. Puta enim eum fuiſſe ſervum, qui per catadromum deſcẽdere, aut in cloacam demitti ſolitus eſſet.* Sueton. Ner. cap. *Notiſſimus eques Rom. Elephanto ſuperſedens, per catadromum*

 decu-

decucurrit. In vet. lib. erat, *gatadromum*. Sic & περίδρομος, & ἐπίδρομος apud Pollucē dicū-tur σχοινία ἄκρυος. (4.2.✠.51.

Catagelaſimus: deridicul⁹. Stich.

Κατὰ λόγον loqui, quid ſit, vide infr. litt. L.

Catamitus : de Ganymede ; & homine impudico atq; effeminato. Videtur deductum à γανυμήδης, vel γανυμήδης. Nā γάνυσθαι & γάνυσθαι idem eſt: ita vt prius dictum fuerit *Gadamitus*, deinde *Cadamidus*. Scaliger. Men. 1. 2. ✠. 35.

Cataplus. Romanis eſt ipſa claſſis, ſeu multitudo navium onerariarum, quibus merces uno tempore multæ ac variæ importantur. Dicitur & *Commeatus* interdum. de quo infr. Germ. Der Flooß. Propriè tamen κατάπλους Græcè non tam ipſa claſſis, quàm ejus appulſus ad terram, vel littus, innuitur. Martialis lib. 12. Epigr. 74.

Cùm tibi Niliacus portet cryſtalla cataplus.

Sic ibi rectè à doctis emendatum. vulg. *cataſtus*. Cicero pro Rabir. cap. 14. *Quibus cùm multæ naves refertæ fuiſſent, una non patuit parva, Cataplus ille Puteolanus: ſermo illius temporis.* Ita egregiè Adr. Turnebus Adverſ. lib. 10. cap. 23. eum locum correxit. vulg. *Parva, &, artata, plus ille*, malè. Auſonius de Narbone:

—toto ſibi navigat orbe
Cataplus—

Marcell. Empir. lib. de Medicina, extremo.

Et quicquid confert medicis
Lalagaa cataplus.

Sidonius lib. 6. Epiſt. 8. *Sed tamen quoniam illi fides magna eſt (etſi parva ſubſtantia) quotiens cum pecuniis quorumpiam catapli recentis nundinas adit, creditoribus bene credulis ſola deponit morum experimenta pro pignore.*

Catapulta non ſolum tormentum, ſed etiam telum eſt. Curc. 3. ✠. 28. & 5. 3. ✠. 11. Capt. 4. 2. ✠. 16.

Catapulta vlmea. Perſ. 1. 1. ✠. 28.

Catapirates, teſte Iſidoro lib. 19. cap. 4. eſt *linea, ſeu funis, in cuius imo pendet paxillus è plūbo, vt fundo ſidat.* Ita enim legendum apud Iſidorum. Aul. 4. 1. ✠. 12. Cæterum verſus Lucillii depravatè ibidem editos ſic emendo: *Hanc catapiraten puer eodē defert, vncum Plumbi paxillum rodi, linique metaxam.*

Catarractria. Pſeud. 3. 2. ✠. 47. Vide iufra *Cicilendrum*.

Catè: cautè, doctè, aſtutè. Caſ. 2. 6. ✠. 34. Mil. 3. 1. ✠. 6. Men. 2. 3. ✠. 61.

Catè, cordatè, doctè, ſapienter. Pœn. 1. 1. ✠. 3.

Catellus. Stich. 4. 2. ✠. 40.

Catellus: in blanditiis amantium. Aſin. 3. 3. ✠. 103.

Catellus; ambiguè. Nam, teſte Pompeio, *Catulus eſt genus quoddam vinculi, qui interdum Canis appellantur*. Catellus ferreus. Curc. 5. 3. ✠. 19.

Lucil.

Lucil. *Cum manicis, catulo collarique ut fugitiuum deportem.*

Catena ferrex. Men.1.1.℣.3.

Catena ſingularia: quæ ſunt ſingularum librarum. Capt. 1.2. ℣.3.

Catenat[illegible]m colonus: de ſervo. Aſin.1.2.℣.32.

Cati eluunt. Truc.5.1.℣.4. Vide etjam *Callere*..

Cati & arguti. Truc.2.6.℣.12.

Catillare. Eſt per alienas domos ligurrire. Sic dictum à catinis, vel catillis. Germ. ein Schüſſel/ein Plat. Caſ.3.2. ℣.2.2. Vide ibi Animadverſiones noſtras, & Fulgent. Placiad.

Catuliſuis. Truc. 2. 2, ℣.13.

Catulorũ ludus. Stich. 5. 4.℣.52.

Cãtulus ὑποκοριστικῶς. Aſin. 1.3.℣. 32.

Catus. Sabinum verbum, inquit Varro: idem quod, *acutus*, ſollers. Seruius à καίω deriuat h. e. calore ingenii. Inde *Catones* dictos ait Plinius. Epid. 2. 2.℣.74. *Conſilium catum*. Cic. 1. Tuſcul. *Egregiè cordatus homo catus Ælius Sextus.*

Catus corde. Trin.3.2.℣.51.

Catus & callidus. Perſ. 4.4.℣.7.

Catus homo. Pſeud.2.1.℣.15.

Catus mortalis. Pœn. 5. 2.℣.147.

Catus, ſollers. Moſt.1.3.℣.29.& 5.2.℣.21. *orator catus.*

Caudea ciſtella e iunco ad ſimilitudinem equinæ caudæ facta. Rud. 4.4.℣.65.89.

Caudicalis provincia. h.e. ſecandorum truncorum, ſiue caudicum. Pſeud. 1.2.℣.25.

Cauea, pro cuſtodiâ. ἀλληγορικῶς. Capt.1.2.℣.15. Ciſt.4.2.℣. 66.

Cauea eſt locus in Amphitheatro, vnde populus ſpectabat, ſeu vbi ſpectandi gratia ſedebat. M. Tull. Catone Maiore: *ut Turpione Ambiuio magis delectatur, qui in primâ causâ ſpectat: delectatur etiam qui in vltimâ ſic adoleſcentiâ.* Seruius ad Virgil. lib. VIII. *conſeſſu caueæ.* Plaut. Amph. Prol.℣. 66. Truc.5.1.℣.39. *Cauea theatri.* Vide *Lipſii* libellum de Amphitheatro.

Caveis ludificis habere. Pœn. 5. 5. ℣ 2.

Cavere & vitare differũt. Stich. 1.2. ℣.64.65.

Cavere cautè. Men.1.2.℣.42.

Cavere abs aliquo. Men. 2. 2.℣. 70. Moſtell. 3. 3. ℣. 21. 24. Pſeud. 1. 1. ℣. 126.& 1.5.℣.59. & 4. 7. ℣.125.

Cavere malo, ſicut *Vitare infortunio* dixit Plautus. Proprium domini in ſervos verbum *Caue malo*, cùm verbera minarentur. Sic apud Livium lib. 4.cap.49. M. Poſthumius cùm dixiſſet: *Malum quidem militibus meis, niſi quieverint*, infit Trib. pl. *Auditis, Quirites, ſicut ſervis malum minantem militibus?* Bacch. 1. 2.℣.39.& 3.3.℣.59. Curcul. 2. 3 ℣.19. Caſ.2.6.℣.59. Men. 1. 2.℣.13. &2.1.℣.24. Perſ.3.1.℣.41. Terent. Adelph. 1.1.℣.44. *Malo coactus qui ſuum officium facit, dũ id reſcitũ iri credit, tãtiſper cauet.* Vide *Infortunio vitare.*

Cauere de aliquâ re. Men. 5. 5. ℣. 32. & ſup. 2. 1. ℣. 41. *Metuere ab aliquo de verbis.*

Cauere aliquid. Aſin. 1. 1. ℣. 30. *Caueſis malam rem.*

Cauere Iuriſconſulti ſolēt, ſicut *cauillare* legulei. Epid. 2. 2. ℣. 108.

Cauere cum aliquo. Moſt. 5. 2. ℣. 21. Vide etiam *Captare*.

Cavere. Iterdum idem quod, *exprimere*, conſtituere, cōprehendere aliquid Teſtamento, lege, edicto, aut alio quolibet ſcripto. Cicero lib. 2. Rhet. cap. *Ita diligenter perſcripta lex eſt; ita cautum unaquaq; de re.* Et ibidem: *quædam tacitis exceptionibus caventur*. Et pro Cæcin. cap. *Nulla res eſt quâ aut comprehendi ſatis, aut caveri, aut excipi poſſit.* Iuris conſulti quoq; ſæpe ita eo utuntur. Vide Lexicon Iuris.

Caue ſis. Amph. 2. 2. ℣. 215.

Cauilla & *lum* dicitur. Aul. 4. 4 ℣. 11. Feſtus: *Cauillatio eſt iocoſa calumniatio.* A cauendo ὑποκοριστικῶς. Propriè *cauere* leguleiorum. Gloſſæ: Cauillatio: ἐνέδρα, ἀπάτη, παρεγχείρησις:

Cavillari. Interdum pro *jocari*, garrire, fabulari uſurpatur. Livius lib. 39. cap. *Hic Poſthumius accenſus irâ, tum quoq; ait eam cum Æbutio. &c. amatore cavillari, in domo graviſſimæ feminæ, & cum Conſule loqui.*

Cauillationes. Truc. 3. 2. ℣. 17. Sic ſimpliciter legendum, nō, *cauillatores*. Et fere ſubolet ruſticum primorem ſyllabā protuliſſe vt diphthongū *cau.*

cauillationes ampullariæ. Stich. 2. 1. ℣. 74.

cauillator facetus. Mil. 3. 1. ℣. 46.

cauiſtis: cauiſſetis. Rud. 2. 3. ℣. 47.

cauligtor probus: cauillator iocosâ. Truc. 2. ℣. 15. Quod emendauit Lipſius Antiq. Lect. lib. 5. cap. 7.

cauluIi. Trucr. 3. 2. ℣. 18.

caupo Aul. 3. 5. v. 53. κάπηλος καὶ παλιγκάπηλος. Germ. Verkauffer/Höcker. Dictus à *copiis*. Inſcriptio Romana *coponē* vocat. Vide Opus Inſcript. Rom. pag. DCXLVI. 7. In loco Plauti tamen oſtendi, legendum, *ciniflores*. Vide Animadvers. noſtras.

cauponius puer: meritorius. Pſeud. 2. 4 ℣ 48. Pœn. 5. 5 ℣. 19. Vide Valent. Acidalii, Velleian. lection. pag. 508.

cauſia erat pileus latas oras & margines habens ad prohibēdum ſolis æſtum: à καίω, vro. Heb. כוה. Mil. 4. 4. ℣. 42. Perſ. 1. 3. ℣. 75. Val. Max. lib. 5. cap. 1 Cauſeâ, quâ velatum caput ſuum more Macedonum habebat, texit. Facit etiam mentionem Suidas. καυσία, εἶδος πίλου βαρβαρικοῦ: & Martialis Aphor. 29. Itemque Lipſius cap. 18. Amphit. Plautus *ferrugineam* dicit ob colorem thalaſſicum & marinum.

causâ ſępe in concisâ ſententiâ omittitur. Rud. 5 3. ℣. 18. *Iuſiurandum rei ſeruandæ, nō perdendæ conditum eſt* Truc. 2. 2. ℣. 52. *duarum rerum*. *ſcil. cauſâ*. Sic Tacit. lib. IV. Ann. *Magis*

Digitized by Google

Magis uſurpandi iuris, quam quia vnius culpa foret. Salluſt. *Quæ poſtquam glorioſa modo, neq; belli patrandi cognovit.* Liuius: *Ea prodendi imperij Romani, tradenda Annibali victoria eſſe.* Vlpianus: *Siquis euitandi criminis id egit vt* Reip. cauſſa abeſſet.

Cauſſa haud eſt, quin. Elegantiſſima forma. Moſt. 2.2.℣.4. Terent. Phorm. 2.1.℣ 42. *Non cauſam dico, quin quod meritus eſt ferat.*

causâ alicuius valet, *propter* Moſt. 3.1.℣.65.

cauſſa: cõtrouerſia. Moſt. 3.3.℣. 17. Merc. 4.6.℣.6.

Cauſſa; πρόφασις, prætextus. Aſin. 4.1.℣.44. Mil. 2.2.℣.95. *Facile eſt, trecenta poſſunt cauſa colligi.* Trin. 3.3 ℣. 62. *Sexcenta ad eam rem cauſa poſſunt colligi.* Sic Tibul. lib. 1. Eleg. 6. ℣. 11. *fingere cauſas.* προφασίζεσθαι Heliodorus lib. 8. προφάσεις ἀναπλάττειν.

cauſſa eſt, cur. Capt. 2. 2. ℣.7.

Cauſa hac: pro *quod ad hanc cauſam attinet.* Moſt. 2.1.℣. 47.

causâ: gratia. ἐπιῤῥηματικῶς. Aul. 2.6.℣.11.

causâ illâ: ideò. Stich. 5.1.℣.3.5. *hac gratiâ.*

causâ meâ: propter me. Aul. 4. 10.℣.69. Valet idem quod per me licet. Germ. Meinthalben/ Men. 5.1.℣.27, & 5.2. ℣.41. & 5.7.℣.40. Epid 5.2 ℣. 14. Rud. 1.2.℣.51. Vide paulò poſt.

Causa alicuius velle, vel cupere. Vide, *Volo.* Sic & *labora re alicuius causa*, & *facere.* Cicero lib. 9 Epiſt. 13. *Volo ipſorum causâ: meq; in eo vehementer & amicitia movet, & humanitas.*

Nulla Cauſâ eſt, quin: nihil cauſa eſt: Cauſam haud dico. Numquid cauſa eſt? Quod Græcè eleganter, τίς μηχανή. h.e. nihil vetat, non recuſo. οὐδεμία μηχανή ἐστι, μὴ οὐχί. Plato in Parmenides & l. 2. de Rep. quem & Galenus & Nazianzenus imitati ſunt: ut Budæus obſervavit in Comment: linguæ Græcæ. pag. 1178. Cicero pro Domo ſua cap. 5c. Hoc *ſignum cùm in curiam caſſius tranſtuliſſet, collegium veſtrũ conſuluit, numquid cauſa eſſe videretur, quin id ſignum, curiamq; Concordia dedicaret.* Idem pro Quintio cap. 27. *cùm in alterâ re cauſa nihil eſſet, quin ſecus ipſe judicaret de ſe.* Plautus Aul. 4.10. ℣. 25. *Ego quia ſum tangere auſus, haud cauſificor, quin ego eam habeam potiſſimum.* Amph. 2. 2℣.222. *Numquid cauſa dicis, quin te hoc multum matrimonii?* Mil. 5.1℣.33. *cauſam haud dico AL. Si deliqui, nullâ cauſa eſt.* Terent. Phorm. 2.1.℣. 41. *cauſam nõ dico, quin quod meritus eſt, ferat.*

Meâ cauſâ, Plautina phraſis: quòd vulgò Germ. dicimus: Meinethalben. Vide & infra: *Volo tuâ causâ.* Plaut. Men. 5. 2.℣.41. & 5.1.℣.27. & 5.7.℣. ℣.40. *Meâ quidẽ hercle causâ vidua*

Digitized by Google

vidua, & meâ quidem cauſâ libera eſto, atq; ito, quò voles. Epiſt. 5. 2. ℣. 14. *Dum ſine me quæras, quæras meâ cauſâ vel medio in mari.* Rud. 1. 2. ℣. 51. *Meâ quidem cauſâ ſaluus ſis licet.*

Sui mei cauſâ: pro, *ſuá, meâ cauſâ*: quomodo loqui malim Vlpianus IC. l. eum qui. in fin. D. commod. *ſi verò ipſe cui voluit, commiſit, æquè culpã præſtabit, ſi ſui cauſâ accepit.* Et mox in l. 12. *Si mei cauſâ dolum tantum.* Sic utrobique dect Florent.

Cauſâ: propter. Trin. 4. 2. ℣. 137. Truc. arg. ℣. 8. Stich. 4. 2. ℣. 21. Pœn. 3. 1. ℣. 37. 48. Pœn. 1. 2. ℣. 157. Trin. 4. 2. ℣. 137. Moſt. 3. 1. ℣. 65. &. 5. 2. ℣. 47. Men. 5. 2. ℣. 4. 1.

Cauſa etiam de mercede dicitur. *Trium nummorum cauſa.* Moſt. 2. 1. ℣. 10.

Cauſa liberalis. Curc. 4. 2. ℣. 4. & 1. 3. ℣. 53. Vide litt. L.

Cauſa nil eſt quin. Pſeud. 1. 5. ℣. 19. Capt. 2. 2. ℣. 103.

Cauſam dicere pro aliquo. Bacch. 3. 3. ℣. 16. Men. 5. 2. ℣. 48. Eſt, defendere aliquem. Vnde & *Cauſidici* dicti.

Cauſam dicere. h. e. recuſare. Terent. Phorm. 2. 1. ℣. 4. 2. *Non cauſam dico, quin quod meritus eſt, ferat.*

Cauſam habere & dicere: idem ferè ſunt. Aſin. 4. 1. ℣. 44. Merc. 4. 6. ℣. 6. *Vxor viro ſi clam domo egreſſa eſt foras, viro fit cauſa.* Ergò *cauſam facere* eſt, mouere controuerſiam. Amph. 2. 2. ℣. 22. *Numquid cauſam dicis?* Et in Fragm. apud Nonium in *Accuſare*: *Non cauſam dicis.*

Cauſam dicit reus. Truc. 4. 3. ℣. 63.

Cauſas colligere. Mil. 2. 1. ℣. 9?. *Trecentæ poſſunt cauſæ colligi*: excuſationes. Trin. 3. 3. ℣. 62.

Cauſia, paulò ante. Huc referri debet.

Cauſificor, προφασίζω Aul 4. 10. ℣. 25.

Cautio eſt: cauendũ eſt. Pſeud. 1. 2. ℣. 37. Pœn. 1. 3. ℣. 36. Bacch. 4. 2. ℣. 5. Terent. Andr. 2. 3. ℣. 26.

Cautionẽ reddere. Stich. 5. 5. ℣. 17.

Cautor. Rarius vocabulum: qui cavet aliis. Epid. 5. 2. ℣. 13. Capt. 2. ℣. 6.

cauto opus eſt. Merc. 2. 3. ℣. 128. ciſt. 2. 1. ℣. 54. Moſt. 4. 2. ℣. 22.

cautum: pro, conſultum, & prouiſum. Perſ. 3. 1. ℣. 42. Trin. 2. 4. ℣. 14.

Cauum lenonium: Iocosè de muliere, in cuius domo, veluti cavo, & ſpeluncâ quadam ſoliti ſunt lenones deliteſcere. Men. 1. 2. ℣. 49.

cecidit grauiter ſtultitia mea: nimis ſtultè egi. Trin. 2. 4. ℣ 106.

cedere: concedere, dare. Merc. Arg. ſec. ℣. 13.

cedere, pro, *accedere, venire*. Aul. 3. 5. ℣. 52. ℣. 15.

cedere, pro concedere. Moſt. 1. 1.

Cedere, pro dare, concedere. Aſin. Arg. ℣. 5.

cedere; diſcedere. Mẽ. 5. 7. ℣. 29.

cedere: incedere. Caſ. 2. 8. ℣. 10. Pſeud. 4. 1. ℣. 45. Vide Torrẽt.

ad

ad Horat.lib.1.Sat.1.l.2.℣.65.

cedò da. Aul.2.1.℣.35. caſ.2.6.℣.27.Epid.4.1.℣.32.&5.2.℣.56.Men.1.3.℣.14.&3.3.℣.20.22.Merc.1.2.℣.38. Mil. 2. 4. ℣. 2.Moſt.1.℣.139.&3.4.℣.19.&2.1.℣26.137.&3.1.℣.67.&4.3.℣.44.pſeud.3.2.℣.101.&4.6.℣.3.Rud.2.4.℣.25. Truc.2.4.℣.1.2.16.&2.6.℣.54.&5.1.℣17.Bacch.4.4.℣.101&4.9.℣143.

cedò, dic. ciſt.1.1.℣.56. Moſt.2.2.℣.47. Merc. 3.4.℣.69. Mil.2.2℣.71.pſeud.1.3.℣.152.pœn.4.2.℣.43.

cedò dum.Men.2.1.℣.40.Trin.4.2.℣.116.

cedo huc: adduc. Moſt.5.102.

Κειμήλιον-munus, quod quinto poſt partum die puerperis dabatur. Truc.2.4℣.71.Terēt. Phorm.1.1.℣.13.Quæ dabantur die natali, vocabantur γενέθλια.

celare pro *fallere*.Bacch.3.2℣.19.

celare atq; *occultare*. Aul.2.3.℣.10.

celare ſe properè. Trin.4.3.℣.1.

celari. Amph.1.2.℣.28.

celata: occulta. Trin.1.2.℣.127.

celatũ; res celata. Trin.2.1.℣.15.

celebrare; pro citò curare & efficere, ſiue celerare. pſeud.1.2.℣.35.

celebrare: poſteriores uſi ſunt & pro, facere: ut, contractum, nuptias, venditionem. Sed ita nolim eo uti. Imperator Antoninus lib.1. c. de dom. rerũ alien. *Cui pro portione ſuâ ſolis illicitam venditionem celebraverunt.*

Celebris. Latinè de loco, & non de homine dicitur. Cui *deſertus* opponitur. Vulgò celebris de homine uſurpatur: pro quo Latini dicunt *Clarus*, & *Nobilis*. Sic Celebrare & *frequentare* idem. Vide infra *Frequentare*. Cicero lib.3.de Orat.cap. *Tertius ille modus transferendi verbi latè patet, quem neceſſitas genuit, inopiâ coacta & anguſtiis: poſt autem delectatio jucunditasq; celebravit.* Addit mox: *Sic verbi translatio inſtituta eſt inopiæ causâ, frequentata delectationis.* Et lib.4. Attic. Epiſt.1. *ſimilis & frequentia & plauſus, menſq; ad Capitolium celebravit.* Et pro Syllâ cap. *quorum ſtudio & dignitate celebrari hoc judicium & ornari, cauſam defendi huius innocentis vides.* Livius lib.38.cap.18. *Poſtero die ad Gordium pervenit. id haud magnum quidem oppidum eſt, ſed plus quàm mediterraneum, celebre & frequens emporium.*

Sic & *celebritas*, & *celebratio*: pro, frequentia, & frequenti cœtu. Interdum pro conventu frequentiſſimo. Corn. Nepos de vita Excell. Impp. græc. in Præfat. *Aut cuius non materfamiliâs primum locum tenet ædium, atq; in celebritate verſatur?* cicero lib.1. Offic. cap. *Impellitq; ut hominum cœtus & celebrationes & eſſe & à ſe obiri velit.* Ita rectè Lang. ex v.c. Livius lib.27.cap. *Philippus ludorum quoq; qui reli-*

qui erant, celebritatem quantacumque de Romanis tum victoria parta fama auxerat. Cicero pro Milon. cap. *Oppugnata domus C. Cæſaris, Clariſſimi & fortiſſimi viri, per multas noctis horas nuntiabatur: nemo audierat tam celebri loco, nemo ſenſerat.* Idem lib. 12. Attic. Epiſt. *Me hæc ſolitudo minus ſtimulat, quàm iſta celebritas.* Et pro Cælio cap. *Vt ea non modò ſolitudinem ac tenebras, atque hæc flagitiorum integumenta non quærat, ſed in turpiſſimis rebus, frequentiſſimâ celebritate, & clariſſimâ luce lætetur.*

Celebrus: pro celeri, cito. Obſoletum. Agell. 19. 4. *de urinâ celebrâ ex igni proximo facta.* Ita opt. v. cod.

Celerè, *ſubitò, properè.* Curc. 2. 3. ℣. 4.

Celere, Trin. 3. 2. ℣. 42. *Nihil ſic celere eſt, neque volat, atque amor.*

Celeri gradu eſſe. Trin. 2. 4. ℣. 22. Vide *Gradu.*

Cella. Servorum cubiculum: à quo & Cellæ Monachorum vulgò: quæ Græcæ μοναὶ dictæ fuerunt. Exſtruebant autem proceres & ditiores cellas non ſolùm famulis ſervis ſuis, quæ *Cellæ familiæ* dictæ, ſed etiam amicis minorum gentium, quas vocabant *pauperum cellas*. De his cellis vide plura apud P. Scriverium in Notis ad Martialem. pag. 92. Seneca Epiſt. 100. *Cùm circumſpexeris omnia, nullas videbis anguſtias inanes. Deſit ſanè varietas marmorum, & conciſura aquarum cubiculis influentium, & pauperis cella, & quicquid aliud luxuria non contenta decore ſimplici.* Idem Epiſt. 18. *Non eſt nunc quòd exiſtimes, me ducere te ad modicas cœnas, & pauperum cellas, & quicquid aliud eſt, per quod luxuria divitiarum tædio ludit.* Vbi per *pauperum cellas* Seneca intelligit tuguriola, in quæ faſtidioſi illi divites miſeros tribules amicos recipiebant, ne intra ædes ſuas admitterent. Græcè dicebantur μοναὶ κοιναὶ, *cellæ communes.* Vlpianus IC. ff. lib. 9. tit. 3. l. 5. §. 1. 2. vocat *modica hoſpitiola.* Dicit enim *Si quis gratuitas habitiones dederit libertis, & clientibus ſuis, vel uxoris: ipſum eorum nomine teneri, Trebatius ait: Idem erit dicendum, ſi quis amicis ſuis modica hoſpitiola diſtribuat.* De his vide plura apud P. Scriverium ad Martial. lib. 3. Epigr. 48. Cic. Philipp. 2. c. *Conchyliatis Cn. Pompeij periſtromatis, ſervorum in cellis lectos ſtratos videres.* Tacitus. Dial. de Orat. *Iam primùm ſuus cuique filius ex caſtâ parente natus, non in cellâ emptæ nutricis, ſed gremio ac ſinu matris educabatur.* Seneca de Tranq. cap. 8. *Numerus ille cottidie ſervorum, velut Imperatori exercitus referebatur: cui jam dudum divitiæ eſſe devu-*

debuerant, duo vicarij & cella laxior.

Cella promptuaria. Amph. 1.1.℣.4. Capt. 4.4.℣.10. eſt, in qua penus, aut vtenſilia conduntur, & vnde ad vſum familiarem promuntur. Ejuſmodi cellæ, qui præſunt, *promicondi* dicuntur. Plautus ſic vocat *carcerem* dicto loco. Eandem cellam *Promum* dicebant. Tertullianus ad vxorem lib. II. *Si cui largiendum erit, horreum, proma præcluſa ſunt.* Libro de Reſurrectione carnis *cellas promas* vocat. Locum enim Eſaiæ ex cap. XXVI. ita vertit: Populus meus introite in cellas promas. In Græco: βάδιζε λαός μου εἴσελθε εἰς τὰ ταμεῖα σου. Et addit: Cur cellarũ promarum vocabulo potius vſus eſt, & non alicujus loci receptorii, niſi quia in cellis promis caro ſalita & uſui repoſita ſeruatur, depromẽda illinc ſuo tempore.

Cella: de ventre effert paraſitus; quod in ventre cellæ locum reliquerit, vbi recondat reliquias reliquiarum. Curc. 3. ℣. 17.

Cellam obſignare. Caſ. 2. 1. ℣. 1.

Cellaria ſagina. Mil. 3. 2. ℣. 31. Vide *Sagina.*

Cellarius: præfectus cellæ. Capt. 4.2.℣.115. Mil. 3.2.℣.11.

Celox, nauigium modicum & breue, quod *bamblum* dicimus, & maioribus ac tardioribus ſubſeruit. à celeritate ſic dictum mediâ productâ. Germ. Ein Humpelnachen/ κελήτιον. Aſin. 2.1.℣.10. Capt. 4.2.℣.94. Mil. 4.1.℣.39. de ancillâ. *Hæc celox.*

Celox; celeris. Et ſimul alluditur ad celocem, nauem. Pœn. 3. 1.℣. 4. *operam celocem.*

Celox onuſta; μεταφορικῶς de ventre cibo benè ſaburrato. Pſeud. 5. 2. ℣. 12. *Onerare celocem*, eſt inebriare ſeſe. Græci ἀναβάλλειν dicunt. Hinc ἀναβάλλουσα mulier, quæ celocem libenter ſaburrat, bibula nempe, & multibiba. Vide pluribus Salmaſium ad Vobiſcum pag. 386.b.

Cenatio. Locus ipſe, ſiue diæta, in quâ cenabatur Triclinium: ut, *Ambulatio*, aliaque ejuſmodi multa apud Ciceronem.

Cena caput, fundus. Vide ſupr. *caput* & infr. *Fundus.*

Cenacula: *cenacularius*, *cenaculariam facere.* Budæus ad l. Si cujus rei D. de uſu fruct. & *cenatio.* Iuvenalis——— & *algentem rapiat cenatio ſolem.* Sueton. Ner. cap. 31.

Cænacula interdum partes domûs ſuperiores, verſus tecta: quæ pauperibus ferè elocari ſolent. Et erant divites, qui multa ejuſmodi locabant, & inde quæſtum faciebant, qui *cenaculariam facere* dicebatur, & conductor dicebatur cenacularius. Vitruvius lib. 2. cum

Cùm enim aucto in modum populo neceſſe fuiſſet in cenaculis habitare, nam antea cùm per Vrbis laxitatem iacebat, unius tantùm contignationis erant ædificia, ad ædificiorum altitudines deventum, & ædium frequentiam. Horat. lib. 1. Epiſt. 1. ℣. 90.

—*Quid pauper? cenacula mutat.* Juvenal. Satir. 10. ℣.

—18. *rarus venit in cenacula miles.*

Prudẽtius lib. 1. contra Symmach. ℣. 582. *Omnis qui celſa ſcãdit cenacula vulgus,* (extr. Vlpianus l. Saccularii, D. de Crim. *Item qui diatarij appellantur, hoc eſt, hi, qui in aliena cenacula ſe dirigunt furandi animo, plus quàm fures puniendi ſunt.* Idem) ſolum. §. plane. D. de pig. act. *Videtur autem tacitè, & cum domino ædium hæc conveniſſe, ut non pactio cenacularii proficiat domino, ſed ſua propria.* Idem l. Si vero §. ſed etſi quis D. de his qui deic. *Si quis cenaculariam exercens modicum ſibi hoſpitium retinuerit.* Qui in ſummis cenaculis habitabant, ſub tegulis dicebantur habitare, Iuvenalis: *Vltimus ardebit, quem tegula ſola tuetur A pluuiá*—

Apud Suetonium de Grammatico Valerio Catone: *Racemi duo tegulá ſub unâ Ad ſummam prope nutriant ſenectam, Quem tres coliculi & ſelibra farris,* (70.

Cenſeo; volo, poſtulo. Trin. 3. 2. ℣

Cenſeo approbantis. Caſ. 4. 3. ℣. 9.

Cenſere abſolute, pro, recte cenſere. Pſeud. 2. 2. ℣. 69. Vt; *Cenſes illum, illam.* Vide litt. I. *Immo.*

Cenſeri æquo cenſu. Trin. 2. 4. ℣. 39.

Cenſionem bubulam feſtiue Plautus vocat verbera lori bubuli, cuius cenſura in ſeruos animaduertitur. Aul. 4. 1. ℣. 15.

Cenſionem facere; eſt cenſere, ſiue dilectum militũ habere, quando ordine vnus poſt aliũ ſe ſiſtit, & ex omni numero tandem optimus quiſque ſumitur. Rud. 4. 8. ℣. 9. Vide etiã *Sumere.*

Cenſui cenſendo eſſe prædia, aut res dicuntur eæ, quæ cenſeri ſolent, aut poterant.

Cenſui cenſendo legem ferre, pro cenſendis & æſtimandis poſſeſſionibus & facultatibus civium, ſeu cenſui agendo legem dicere. Cicero pro Flacco cap. *Illud quæro, ſintne iſta prædia cenſui cenſendo?* Livius lib. 13. cap. *Legem cenſui cenſendo dicturos eſſe, ut præter commune omnium civium jus jurandum, hæc adjurarent.* Feſtus: *Cenſui, cenſendo agri propriè appellantur, qui & emi, & veniri jure civili poſſunt.*

Cenſus capere; Men. 3. 1. ℣. 9.

Cenſus ſum. Trin. 4. 2. ℣. 30.

Centauromachia; nouatè à Plauto fingitur Theſſalia, cuius partem olim tenuerunt Centauri. Curc. 3. ℣. 75.

Cento, pro lectulo ſervili. Cato: *ſervi, ancillæ, ſiquis eorum ſub centone crepuit, quod ego non ſenſi, nullum mihi vitium facit.* apud Feſtum in, Prohibere. Lucilius lib. 28. *Sarcinatorem eſſe ſummum, ſuere centonem optimè.* apud Noniũ in, Sarcinator:

Idem Lucilius lib. 30. fragm. 48.

Centunculus, vel, *Centuculus.* Apuleius lib. 1. Metam *Et cum dicto futili centunculo faciem ſuam jam dũdum pumicantem præ pudore obtexit.* Sic V. C. ubi Vulg. *ſutili.* Idem Apolog. *num ex eo argumentarère etiam, uti me conſueſſe Tragœdi ſyrmate hiſtrionis, crotalo ve ad trieterica orgia, Mimi cẽtunculo?*

Centones ſarcire; eſt, multos pannos inuicem conſuere. Plautus μεταφορικῶς vſurpat, pro, multas res varii generis in vnum incondite & nullo ordine, nulloque iudicio gerere. Epid. 3.4.ỽ.19.

Centuriata comitia; omnium maxima erant. Pſeud. 4.7.ỽ. 131.

Centuriati manipulares. Mil 3.2. ỽ. 3.

Centuriatus. Curc. 4.4.ỽ.29. Vide *Excenturiatus.*

Cẽtupondium æquum, h.e. juſtum pondo cẽtum librarum. Aſin. 2.2.ỽ.37.

Cépſe; cepiſſe. Stich. 2.1.ỽ.8.

Ceptare conſiliũ. Merc. 3. 4.ỽ.63.

Cera. Truc. 2.2.ỽ.39.

Cera; pro ceratis tabulis. Perſ. 4. 2.ỽ.59.

Cera tabellarum. Pſeud. 1.1.ỽ.34.

Ceraria mulier; quæ cereos ad ſacrificiorũ ſolemnitates patrandas facere conſueuerat. Mil. 3. 1. ỽ. 102. Vbi tamen *Geraria* etiam intelligi poteſt. Vide Animadverſiones noſtras.

Cera. h. e. ceratæ tabellæ. Curc. 3.ỽ.40. Bacch. 4.4.ỽ.64.

Cerata tabula. Aſin. 4.1.ỽ.23.

Cercobulus. Trin. 4.3.ỽ.13.

Cerconicus. Trin. 4.3.ỽ.13.

Cercopia. Trin. 4.2.ỽ.83.

Cercurus; navis Aſiana prægrandis, à Corcyra, vel Cercyra inſula. Camerarius ἀπὸ τῆς κερκούρας. Merc. Prol. ỽ.87. Stich. 2. 3.ỽ.43. & 3.1.ỽ.12.

Cereales cœna. Men. 1.1.ỽ.25. Vide *Cœna.*

Cerebroſus: pro inſano & furioſo, qui facile incipit iraſci, cui cerebrum facili de cauſa deturbatur. ἀκρόχολος, ὀξύθυμος. Moſt. 4.2.ỽ.36. Horat. lib. 1. Sat. 5. ỽ. 21. *cerebroſus proſilit unus.*

Cerebrum uritur: iraſci. Pœn. 3. 5.ỽ.25.

Cereũ ſectari. Rud. 1.2.ỽ.57.59.

Ceres. Bacch. 4.8.ỽ.51.

Cereris vigiliæ. Aul. Prol. ỽ.36.

Cereris nuptiæ. Aul. 2.6.ỽ.5. & 4. 10.ỽ.65.

Cereus. Curc. 1.2.ỽ.9.

Cereum lucere. Curc. 1.1.ỽ.9.

Cerinum veſtimentum; à colore ceræ. *Nonius.* Epid. 2.2.ỽ.49.

Cernere: decernere, perſuaſum habere. Ciſt. 1. 1. ỽ. 1. Trin. 2. 4 ỽ.78. Salluſt. Orat. & Cæſar. *Equidem mihi decretum eſt.*

eſt nihil tam ex alto reperire poſſe, quod non cogitanti tibi in promtu ſit. Vide Varr. lib. 6. pag. 81.

cernere certamen. Bacch. 3. 2. ℣. 15.

cernere pugnã Capt. Prol. ℣. 65.

cernere : pro certare, κρίνεσθαι. Amph. Argumen. 2. ℣. 3. caſ. 3. 1. ℣. 2. Ennius : *Ferro, non auro, vitam cernamus vtriq;.* Lucret. lib. 4. *Nauta cum ventis contractum cernere bellum.*

cernere hæreditatem : à quò *cretio.* Sed hæc ſæpe ſunt depravata. Vide Lexic. Iuris. Cicero de lege Agrar. cap. *Quam hæreditatem jam crevimus.* Ad Herenn. lib. 4. cap. *Peram biguum cùm verbum poteſt in duas pluresve ſentẽtias accipi, ſed accipitur in eam partem, quam vult u is, qui dixit, ut de eo ſi dicas, qui multas hæreditates adierit : proſpice tu, qui plurimũ cernis.* Livius lib. 2. 4. cap. *Palam primo, cùm clauſis Andromodorus Inſulæ portis, hæreditatem Regni creverit, quæq; procurator tenuerat, pro domino poſſederit.* Et lib. 40. cap. *Vivo & ſpirante me hæreditatem meam inibo & ſpe & cupiditate improbâ creviſtis.* Ita ex v. c. reſtituit Gelenius.

cerritus. Amph. 2. 2. ℣. 143. Men. 5. 4. ℣. 2. Pœn. 3. 1. ℣. 25. Rud. 4. 3. ℣. 67. Scribendum gemino *rr.* Eſt. enim ex *cereritus.* Δημητεληπτος Atticis. Nonius : *cerriti* & *Larvati* male ſani, aut Cereris irâ & Larvarum incurſione animo vexati. Et ſic Servius Petri Danielis pag. 412. explicat. Vide paulò poſt, *circumferre.* Horat. l. 2. Sat. 3. *cerritus fuit : an commotus crimine mentis : Abſolues hominem.* cic. lib. VIII. Epiſt. V. ad Attic. *Etſi ſolet eum, cùm aliquid furioſè fecit, pœnitere : numquam cerritior fuit, quàm in hoc negotio.* Sic legendum eſſe, princeps vidit Simeo Boſius Lemovix. Nam vulgò legitur, *certior.*

certa nomina. vide infr. litt. N. *Nomina c.*

certa res eſt. certum eſt. Amph. 2. 2. ℣. 73. Merc. 5. 2. ℣. 16. Mil. 2. 2. ℣. 112. & 2. 4. ℣. 42. 45. Moſt. 3. 2. ℣. 17.

certamen cernere. Bacch. 3. 2. ℣. 15.

certare damnis. Truc. 5. 1. ℣. 58.

certatim. Mil. 3. 1. ℣. 12.

certè, pro certò, firmiter. cicero in Top. cap. *Hoc igitur ſine quo nõ fit, ab eo, à quo certè fit, diligenter eſt ſeparandum.* Terent Adelph. 3. 2. ℣. 31. *Satin' hoc certè? Ge. certè. his oculis egomet vidi.* Sic ibi ex. v. l. leg. vulg. *certum*, vel, *hoc certò.*

certe edepol. Amph. 1. 1. ℣. 243. Aſin. 2. 2. ℣. 33. Aul. 2. 2. ℣. 38. Merc. 2. 3. ℣. 107. Mil. 2. 3. ℣. 2. Pſeud. 1. 5. ℣. 96.

certe equidem. Perſ. 2. 2. ℣. 27.

certe hercle. Aſin. 2. 1. ℣. 15. Moſt.

Moſt. 3. 2. ℣. 31. Truc. 1. 2. ℣. 70.

Certiorem facere. Rud. 2. 2. ℣. 24. Trin. 4. 2. ℣. 36. Stich. 5. 3. ℣. 2. Vide paulo poſt, *certũ facere.*

Certiorem fieri. Epiſtolica phraſis. Bacch. 4. 7. ℣. 43. Pſeud. 1. 1. ℣ 1. Pœn. 1. 2. ℣. 65.

Certiſſimus amicus. Trin. 1. 2. ℣. 57. (Men. 5. 2. ℣. 12.

Certius alicui aliquid facere.

Certò: certe. Men. 5. 9. ℣. 50.

Certo certius. Capt. 3. 4. ℣. 111.

Certò: eſt, ſine controverſia. Amph. Prol. ℣ 93. Stich. 2. 1. ℣. 86.

Certum eſt. Amph. 1. 1. ℣. 183. *certum eſt, non arbitrariũ.* Amph. 1. 1. ℣. 216 & 2. 2. ℣. 155. & 4. 3. ℣. 15. Aſin. 1. 3. ℣. 99. & 3. 3. ℣. 23. Truc. 2. 6. ℣. 68. Men. 5. 6. ℣. 13. Caſ. 1. 1. ℣. 3. & 2. 4. ℣. 15. & 2. 8. ℣. 12. & 3. 1. ℣. 8. Pſeud. 1. 5. ℣. 138. & 4. 7. ℣. 134. 136. & 4. 8. ℣. 2. Epid. 5. 1. ℣. 57. Rud. 3. 3 ℣. 22. Perſ. 2. 2. ℣. 39. Curcul. 2. 1. ℣. 1. & 4. 2. ℣. 46. Pœn. 2. 1. ℣. 48. & 5. 5. ℣. 25. Bacch. 3. 1. ℣. 15. & 5. 2. ℣. 37. Trin. 2. 1. ℣. 34. & 2. 4. ℣. 110. 184. & 4. 3. ℣. 56. & 4. 1. ℣. 19. Aul. 2. 1. ℣. 21. & 4. 6. ℣. 15. & 4. 9. ℣. 8. Stich. 4. 2. ℣. 33. & 5. 4. ℣. 2. Moſt. 1. 3. ℣. 80. & 3. 1. ℣. 133. & 5. 1. ℣. 41. Capt. 2. 1. ℣. 20. & 3. 1. ℣. 32. & 3. 5. ℣. 57. 74. 98. 107. & 4. 1. ℣. 5. & 4. 2. ℣. 14. 114. & 5. 4. ℣. 29. Merc. Prolog. ℣. 39. & 2. 4. ℣. 4. & 3. 1. ℣. 7. & 3. 2. ℣. 3. & 3. 4. ℣. 59. 78. & 5. 2. ℣. 93. Mil. 2. 3. ℣. 32. & 2. 6. ℣. 91. & 3. 1. ℣, 153. Ciſt. 3. ℣. 16. & 5. 2. ℣. 8.

Certum eſt: certa res eſt. Curc. 5. 3. ℣. 8. Mil. 2. 4. ℣. 42. 45. Stich. 3. 2. ℣. 19. 28. 45. 47.

Certũ eſt conſiliũ. Epid. 1. 2. ℣. 59.

Certum eſt mihi. Aſin. 1. 3. ℣. 97. & 3. 3. ℣. 23.

Certum facere. Formula vſitata & latina; quam tamen aliqui in Virgilio reprehendũt, quòd dixerit- *Anchiſen facinus certum.* Pſeud. 1. 1. ℣. 16. & 2. 2. ℣. 4. & 4. 6. ℣. 35. Aſin. 1. 1. ℣. 24. Men. 2. 1. ℣. 17. & 5. 2. ℣. 12.

Certus Pater. Vide infr. lit. P. *Pater c.*

Cervi: ſtipites magni ramis undique exſtantibus in modum cornuum cervinorum. Livius lib. 44. cap. *Romanus ad clitas, quas vocant munimenta cervis etiam obiectis, ut viam intercluderet, à Macedonico ad Toronaicum mare perducit.* Cæſar bell. Gall. l. cap. *Huic loricam pinasq; adiecit, grãdibus cervis eminẽtibus ad commiſſuras pluteorũ atq; aggerũ, qui hoſtiũ aſſcensũ tardarent.*

cervuli: parvi ſtipites, aut fuſtes. Frõtinus lib. 1. Stratag. cap. 5. Vallũ cervulis & alio genere materiæ conſtructũ incendit.

cervicibus tantis eſſe: pro, eſſe tam fortem, aut conſtantem, vel audacem. Cicero Accuſ. 3. cap. *Quid facis? quid decernis? Recuperatores dicis te daturũ. benè agis: tam etſi qui erunt tãtis cervicibus recuperatores qui audeãt cum Prætor aſſit, non ſolum contra voluntatem ejus, ſed etiam contra fortunas ejus judicare?*

In cer-

In cervicibus eſſe. Livius lib. 22. cap. *Adeò etſi bellum ingens in cervicibus erat, nullius uſquam terrarum rei cura Romanaune longinqua quidem effugiebat.*

Cerviculam jactare: ſe oſtentare: Cicero 5. Verr. cap. *Taménne putamus, patronum tuum in hoc crimone cerviculam jactaturum, & populo ſi ad coronam daturum?*

Ceruſſa, fucus, quo mulieres genas candefaciunt. Moſt. 1. 3. ℣. 100.

Ceſſare ſibi: eſt ſe ipſum remorari. Epid. 3. 2. ℣. 8. Pſeud. 1. 3. ℣. 12. *It dies, ego mihi ceſſo*: Propert. lib. 1. Eleg. 6. *Non umquam ceſſavit amori.* Et lib. 3. Eleg. 2. *Aut dixti, venies hodie, ceſſabimus unà Hoſpitium totâ nocte paravi tamor.* Donatus in Eun. Ter. *Ceſſare*, eſt *deſidioſi° & amantis & vacui: operam dare. Veneri.*

Ceſſatio Pœn. 4. 2. ℣. 103.

Ceſpitem facere: pro, exhaurire, & effodere terrenos ceſpites. Livius lib. 25. cap. *Sederat adeò nudus tumulus, & aſperi ſoli, ut nec virgulta vallo cadendo, nec terra ceſpiti faciendo, aut ducenda foſſa, aliúque ulli operi apta inveniri poſſet.*

Ceſtus: quid fuerit, prolixè & graphicè docet Mercurialis lib. 2. cap. De re Gymnaſtica: quem lege. Vide etiam Nic. Rigaltium ad Onoſandr. Meminit Plautus Bacch. 1. 1. ℣. 36.

Ceterà, ceteri, ceterarum rerum Expoſitis & commemoratis quibuſdam, ne reliqua omnia ſingulatim commemorent, pręcidere hoc nomine ſolent, *catera* &c. quo reliqua omnia comprehendantur. Ita & *Alij*, vel, *Alia*, de quo ſupr. Vulgò ferè dicunt, *ceteraque, ceterique, & cetera.* Cicero utroque: ſed illo ſæpius utitur, & fortaſſe ſolo: ut depravata quædam ſint loca. Græci quoque ita utuntur, τ' ἄλλα. Cicero lib. 2. de Orat. cap. *Enumerabit commoda pacis, opum, potentia, pecunia, vectigalium, praſidij, militum, ceterarum rerum, quarum fructū utilitate metimur, itemque incommoda contrariorum.* Ita rectè Lamb. vulg. *militum, utilitates ceterarum rerum.* Et Paulò poſt: *Genus, forma, vires, opes, divitia, cetera, qua fortuna det aut extrinſecus aut corpori, non habent in ſe veram laudem.* Ita & ibi Lamb. vulg. *ceteraq; qua.* Idem. Top. cap. *in partitione quaſi membra ſunt aut corporis, caput, humeri, manus, latera, pedes, cetera.* Et 2. Accuſ. cap. *Niſi quod qui G. Marij Gn. Pompeij, G. Marcelli, L. Siſenna, tui defenſoris, ceterorum virorum fortiſſimorum hoſpes fuiſſet.* Ita v.c. teſte Lamb. Et lib. 2. de Orat. cap. *Genus, forma, vires, opes, divitia, cetera qua fortuna det.* Et Tuſcul. 5. cap. *Quò cùm veniſſem, illa vita beata, qua ferebatur* &c. *bis in die ſaturū fieri, nec umquam pernoctare ſolum,*

ſolùm, ceteraque quæ comitantur huic vitæ. Sed & ibi fortaſſe ſcripſit Cicero, *cætera quæ.* Et lib. 14. Epiſt. 16. *Nam quæ ille facturus non fuit, ea fiunt, ut de Clodio &c. ſequetur Rufio Veſtorianus Victor, numquam ſcriptus, ceteri, quis non?* Et in Lucullo cap. *Dic mihi, Lyſippus eodem ære, eadem temperatione, eodem cælo, cæteris omnibus, centum Alexandros, eiuſdemmodi facere non poſſit?* Ita ibi leg. *Cælum* ibi eſt organon fictoris. Vulgo putarunt eſſe οὐρανὸν, & adiecerunt, *aqua*, ut & pro *ære* ediderunt *aere.* Lamb. male. Lucret. lib. 1. ℣. 455.

Servitium contra, libertas, divitiæq;,
Paupertas, bellum, cōcordia, cætera, quorum
Adventu manet incolumis natura, abituq;.

Et lib. 2. ℣. 853.

Propterea demùm debēt primordia rerum
Non adhibere ſuum gignendis rebus odorem;
Nec ſonitum, quoniam nihil abſe mittere poſſunt,
Nec frigus, neq; item calidū, tepidumq; vaporem,
Cetera &c. Sic ibi ex v. l. emendavit Gifanius.

Demoſth. Olynth. 1. καὶ πόλιν ἤνειχε Πύδνα; Ποτίδαια, μεθώνη Παγασαὶ, τ' ἄλλα, ἵνα μὴ καθ' ἕκαστα λέγων, πολιορκούμενα ἀπηγγέλλετο.

Ceteri: pro, aliis, ut, *Multa ceteres*, pro, multis aliis rebus. Alfenus J C. *Neque in hoc ſolùm evenire, ut partibus commutatis eadem res eſſe exiſtimaretur, ſed & multis ceteris rebus.* l. 76. D. de Iudic.

cetera egregius. &c. hoc eſt, in aliis quidē omnibus egregius. Sed hæc ſunt potius Poetica, & hiſtorica. A Græcis τ' ἄλλα, uti dictum. Oratores eo dicendi ganere non utuntur, quamvis id Ciceroni interdū arroget Lambinus, ſed, ut ipſe loqui amat, invitis omnibus libris. Livius lib. 1. cap. *Ergò virum cetera egregium ſecuta, quam petendo habuerat, etiam regnantium, ambitio eſt.* Et eod lib. cap. *Quia proximum regnum cetera egregium, ab unâ parte haud ſatis proſperum.* Et lib. 37. cap. de Scipione: *quæ commendabilia apud Africanum erant, virum, ſicut cetera egregium, ita à comitate, quæ ſine luxuriâ eſſet, averſum.* Sic enim leg. videtur. Vulg. *Sicut ad cereta.* Salluſtius Ingurth. cap. *Mauris omnibus Bocchus imperabat, præter nomen, cetera populi Rom. ignarus.* Virgil. Georg. 3. ℣ 62.

cetera nec fetura habilis, nec fortis aratro.

Et Aen. 3. ℣. 604.

confertum tegimen (ita v. l.) *ſpinis: at cetera Grajus.*

Horat. lib. 4. Od. 2. ℣. 59.

Quà notam duxit, niveus videri,
cætera fulvus.

Corn. Tacitus: *Vir cætera*

N *nenti-*

neutiquam ſpernendus, niſi quod paupertatem præcipuum malum credebas. Martialis lib. 13. de ſcaro piſce:

Viſceribus bonus eſt, cætera vile ſapit.

ceterùm, pro *ceteroquin*, vel potius λοιπὸν, Græco more. ꝗ ſanè rarum. Sed Iuriſconſulti, præſertim Vlpianus. *ceterùm*, pro, *alioqui*, ſæpe uſurpant. ut l. ſi finita §. illud quæritur. D. de damno inf. Et lib. 7. ait Prætor. §. quæſitum eſt. D. de minoribus. Vide Lexic. Juris. Cicero lib. 2. ad Q. Fr. Epiſt. 12. *Ego me in Cumano, & Pompeiano, præterquam quod ſine te, ceterùm ſatis commodè oblectabam.* Horatius ut Poeta, dixit, *cetera lætus*, hunc Ciceronis locum imitatus lib. 1. Epiſt. 10. ℣. 50.

Excepto quod non ſimul eſſes cætera lætus.

ceterarum rerum: pro eo, quod vulgò dicunt, quod ad reliqua, vel alia, attinet, ſive, in aliis rebus. Id Hotmannus obſervavit. Vide etiam ſupra *Aliarum rerum*. Sic *ſuarum rerum* videtur dixiſſe Terentius Heaut. 2. 1. ℣. 13.

Nam hic Clinia etſi is quoq; ſuarum rerum ſatagit.

Et Adelph. 4. 5. ℣. 61. *Nolim ceterarum rerum ſe ſocordẽ.* Eodem modo Cic. Caton. Maj. cap. *Sæpenumero admirari ſoleo, cùm ceterarum rerum tuã excellentem, Marce Cato, ſapientiam.* Et pro Quintio cap. *Sane ceterarum rerum paterfamiliâs & prudens & attent⁹.* Vbi non rectè Lambinus *cetera* poſuit, uti Hotman. benè admonuit lib. 4. Obſerv. c. 2. Ita in lege Aquilia: *ceterarum rerum, præter hominem & pecudem occiſos, ſi quis alteri damnum fecerit.* &c. l. ſi ſervus 27 §. ſi ſervus. D. ad l. Aquil. Et in Edict. Aedilit. *ceterarum rerũ quantum damnum datum factumq; ſit, dupli* &c. l. 42. quia mula D. de Aedil. Edict. Putet quis & in Brut. Cicer. ferè initio, pro his verbis, *Tum ille, ceterarum rerũ cauſâ, inquit, iſtuc & doleo* &c. inducto verbo, *cauſa*: Sed nihil temere mutandum. Nam & alibi ita loquitur Cic. ad Bithynicum lib. 6. Epiſt. 18. *cùm ceterarum rerum cauſâ cupio eſſe aliquãdo Remp. conſtitutam, tum* &c. Et ad C. Caſſium lib. 15. Epiſt. 15. *Ego ceterarum rerum cauſâ tibi Romam proſperandum magnopere cenſeo.* Et lib. 1. de Or. cap. *Ceterarum homines artiũ ſpectati & probati, ſi quando aliquid minus benefecerunt, quàm ſolent.* Sed hoc videtur dictum, ut, *homo bonarum partium*, & *artium*. Sic enim & pro Cælio cap. *Conſervate igitur Reip. Iudices, civem bonarum partium, bonorum virorum.*

Ceteroqui, idem quod. *Alioqui*. Sed rarius Cicero lib. 1. Nat. Deor. cap. de Simonide: *Non enim Poeta ſolùm, verum etiam ceteroqui doctus ſapienſq; tra-*

traditur. Et lib. 10. Epiſt. 10. ad Dolabellam: *Ego ceteroqui animo æquo fero* Et lib. 14. Attic Epiſt. 16. O *loca ceteroqui valdè expetenda. interpellantium autem multitudine penè fugienda*. Et li 12. Attic. Epiſt. *Ne vivam mi Attice, ſi mihi non modò Tuſculanum ubi ceteroqui ſum libenter, ſed μακάρων νῆσοι tanti ſunt ut ſine te ſim totos dies*. Et in Epiſt. posteriore ad Leptam. *Si modò tecti ſatis eſt ad comitatum noſtrum recipiendum, ceteroqui is mihi locus non diſplicet*.

Cette: κατὰ συγκοπὴν pro, *cedite*, date. Merc. 5. 4. ℣. 4.

Cetus piſcis marinus: *grandia cete*. Capt. 4. 2. ℣. 71.

Cevere, eſt inclinari in auctu Venereo. Idem eſt *Criſſare*, & dicitur de mulieribus. Pſeud. 3 2. ℣. 75. Martial. 3. 53. de pædicone: *Sed pulchrè Nævole ceves* Perſ. Sat. 1. *an Romule ceves?*
Vide infra *Conquiniſco*.

Χαίρειν. Pſeud. 2. 4. ℣. 22.

Chalcis. Vrbs Eubœæ inſulæ. Merc. 3 4. ℣ 61.

Charmides. ἀπὸ τῆς χάρμης. Trin. 4. 2. ℣. 133.

charus comparativè cum ablativo caſu. Pſeu 2 3. ℣. 22. Perſ. 4. 4. ℣. 117.

chereſtetes & *chreſtus* idem valent. Aſin. 5. 2. ℣. 15. Varro lib. 1. de Re Ruſtic. & Columella de Re Ruſt. lib. 1. c. 1.

chirographum. Interdum pro cautione, ſeu obligatione, quæ nobis vulgaris. Interdum & propriè pro qualibet ſcriptura, vel Epiſtula, noſtra manu exarata. Cicero lib 2. Attic. Epiſt. 20. *Neque utar meo chirographo neque ſigno: ſi modò erunt eiuſmodi litteræ, quas in alienum incidere nolim*.

Chlamys: propriè erat tunica militum & peregrinantium, vt patet ex his locis. Curc. 5. 2. ℣. 13. Epid. 3. 3. ℣. 10. Pſeud. 2. 4. ℣. 45. & 4. 7. ℣. 88. Men. 4. 2. ℣ 94. Puerorum idem, & ephebatorū. Merc. 5. 2. ℣. 70. *Puere, cape chlamydem*. Tangit quoq; Apuleius lib x. *Adeſt luculentus puer nudus, niſi quod ephebica chlamyda ſiniſtrum contegebat humerum*. Qua etiam menſæ miniſtrabant Anculi illi pueri. Intelligit Anacreon:

ἐπὶ μυρσίναις τερείναις,
ἐπὶ λωτίναις τε ποίαις
στορέσας θέλω προπίνειν.
ὁδ' ἔρως χιτῶνα δήσας
ὑπὲρ αὐχένος παπύρῳ
μέθυ μοι διακονείτω.

Cæterum de læna & chlamyde addam hæc verba Ammonij: Σαπφὼ αὐτὴ γὰρ μέν ... τῆς χλαμύδος. Διαφέρειν φησὶ καὶ τῷ σχήματι. ἡ μὲν γὰρ χλαῖνα φησὶν ἱμάτιον: ἡ δὲ χλαμὺς εἰς τέλειον περὶ τὰ κάτω σύνηπται. καὶ τοὺς χρησαμένους πολὺ καὶ ἀλλήλων διεστάναι. παρεστήσατο Ἀρισστίλην, Φιλόχορον, Πολέμωνα, ὅτι πολὺ διαφέρουσι. Chlamydem autem fuiſſe ποδήρη & talarem, etiam Apuleius innuit lib. xi. *Et humeris dependebat pone tergum talem*

talorum genus pretioſa chlamyda. Verum quoq; & mollis fuit, ac diſcubitoria. Varr. Hercul. Socrat. *In omnibus rebus bonis, quotidianis cubo in Sardinianis tapetibus chlamyda, & purpurea amicula.* quē locum ex duobus apud Nonium ſic coniungendum cēſeo. Eſt igitur *Chlamys* idem quod *ſagum*, indumentum militare, pallio brevius & ſtrictius, vt eſſet expeditius. Virgil. 8. Æneid.

—— ipſe agmine Pallas
In medio, chlamyde & pictis conſpectus in armis.

Author Etymologici magni; χλαμύς, τὸ περιφερὲς καὶ κυκλοειδὲς. τοῖν συνηθείᾳ λεγόμενον σάγος. ἱμάτιον ὅπερ φοροῦσιν οἱ κηροφόροι. κήρ. κηρὸς, Parca, mors. κηροφόροι ſunt militares homines, quaſi θανατηφόροι.

chlamydem *vndantem facere quaſſando.* Epid. 3. 3. ℣. 50. Eſt hominum glorioſorum, crebro motitantium chlamydem ſive pallium ſuum. Affranius dixit, *Fluctuatim ire.*

chlamidatus. Pſeud. 4. 2. ℣. 8. & 4. 6. ℣. 38. & 4. 7. ℣. 44. Pœn. 3. 3. ℣. 6. 30. Rud. 2. 2. ℣. 9.

choragium. Inſtrumentum comicum, tragicum, in ſcenis. Feſtus. Capt. Prol. ℣. 61.

choragus, ἡγεμὼν τοῦ χοροῦ: cuius munus erat, videre ne imperitiâ chori aut laſciviâ vetus Muſica corrūperetur, ſed pura atque ſincera ſervaretur. Hodie choragos vocant, qui pecunia ſua chorum conducunt & inſtruunt. Sic Caſaubonus. paulò aliter Scaliger. *In choro*, inquit, *vnus prodibat civium vitia recenſens, idque ſine cantu.* Talis eſt apud Plautum choragus. Curc. 4. 1. ℣. 3. Perſ. 1. 3. ℣. 79. Trin. 4. 2. ℣. 16. Præfectus is quoque fuit apparatûs ſcenici. Inde choragium locus, vnde omnia ad ludos neceſſaria promebantur. Erat etiam locus poſt ſcenam, quo ſe populus reciperet è theatro.

chordam tendere in ferriterio: eſt, vincula nectere. Moſt. 3. 2. ℣. 56.

chorus, pro numero, ſodalitate, multitudine. Cicero Philipp. 5. cap. *Saltatores, citharistas, totum denique commiſſationis Antonianæ chorum in tertiam decuriam Iudicum ſcitote eſſe conjectum.*

chryſos: aurum. Bacch. 2. 3. ℣. 6.

cibaria. Truc. 5. 1. ℣. 45.

cibaria res. Capt. 4. 3. ℣. 1.

cibatus, ûs, ui. Caſ. 3. 1. ℣. 10.

cibatus commeatuſq;. Mil. 2. 2. ℣. 68.

Pro cibo habere. Aſin. 3. 3. ℣. 38. Merc. 4. 4. ℣. 4. Petron. Satir. pag. 111. *Iniuriamque Eumolpi, advocationemq; commendabam, & veluti quodam cibo me replebam.*

cibit: ciebit. Rud. 4. 4. ℣. 57. *ciere teſtimonium.*

cibus pro alimonia & ſumtu. Stich. 4. 1. ℣. 57. Rud. 1. 5. ℣. 25.

cibûs: pro, *cibi.* Capt. 4. 2. ℣. 46. vt *lectûs* pro *lecti* in Amph. 1. 3. ℣. 15.

cibus

cibus æternus. Capt. 4.2. ℣.117. Sic *victus æternus*. Moſt.1.3. ℣.68.

cibus perennitatis. Perſ.3.1.℣.2.

cicatricoſum tergum: Amph.1.1. ℣.290.

cicatrix coiit. Amph.Sc. *Quis tam*. ℣.64. rufula, ſublurida.

cicer frictum. Bacch.4.5.℣.7.

ciccum; de re leviſſima; ut, *hilum*. Rud.2.7.℣.12. Gloſſ. *cicum*: ῥοᾶς ὑμὴν, membrena [sic] tenuis, quæ eſt in malo Punico cellularum diſcrimen, vt ait Varr. Heſych. κίκκος. διαχώρησις. Gloſſæ H. Steph. *ciccum*: γρῦ. κίκκος. *Nec ciccum*; οὐδὲ γρῦ, ἢ μάλα κίκκος. Heſych.

Timon Syllographus:

πτωχὸς μὲν φρένας εἰμὶ, νοῦ δέ μοι οὐκ ἔνι κίκκος.

Exſenſum mihi pect°, & haud hilum mihi mentis.

cicilendrum. Aromatis genus, aut a coquo ioculariter, ut cætera omnia, ſic fictum, aut nulli Botanicorum hodie cognitum. Pſeud.3.2.℣.42.48. 49.

cicimandrum. Pſeud.3.2.℣.46. Vide *cicilendrum*.

Ciere: vocare, nominare; non, *accuſare*, ſignificat, vt vult Lambinus. Bacch.3.3.℣.11. Vide *Perciere*.

cilicia. Mil.1.1.℣.42. Trin.2.4. ℣.198.

cimices. Curc.4.2.℣.14.

cinædus: dicitur ſaltator, vel pantomimus, ἀπὸ τοῦ κινεῖν τὰ αἰδοῖα, ſiue κῶλα. Aul.3.2.℣.8. Men. 3.2.℣.48.

cinædus calamiſtratus: de pueris mollibus & impudicis. Aſin. 3.3.℣.37. Pœn.5.5.℣.40. Perſ. 5.2.℣.23.

cinædus malacus. Mil.3.1.℣.73.

cinædicus; *cinædica cantio*. Stich. 5.5.℣.19.28.

cincinnatus miles. Mil.3.3.℣.49. Capt.3.4.℣.115.

cincinnatus mœchus. Truc.2.7. ℣.48.

cinnamomum: κιννάμωμον, aroma fragrantiſſimum. Eadem, *caſia*. Curc.1.2.℣.6.

cincticulus: puerorum & adoleſcentum erat; ut, *cinctus*, virorum, quæ zona latior, ſeu veſtis infra pectus corpus, comprehendens, ſimilis ſubligaculo. Græce ζῶμα & ζῶσμα dicitur: quo nomine Græce etiam *Tunica* intelligitur. Bacch.3.3.℣.28. Vide Turneb.l.2.cap.30.

cinctus, ûs. in genetivo. Cinctuũ varia apud Romanos erant genera. *cinctus militaris*, *Gabinus*, *limus*. Lucil. lib.7. §.8. apud Nonium, Rorarij.

Quinq; haſtæ aureolo cinctu rorariu' velox.

cinere eluuntur ſordes, ἀλληγορικῶς ad ſermones transfertur. Mil.4.2.℣.10. *Sermo haud cinerem quæritat*. Vide Plin. lib 36.cap.27. Vocat *cinerem lixivium*.

cingere arborem: pro, deradere, deglabrare, corticem undecumq; detrahere. Sic &, *Nũmos cingere*, dixiſſe videntur veteres. Alfenus l. in lege. D. locati. *Redemtor ſylvam ne cædi-*

Digitized by Google

cedito, neve cingito neve deurito. Paul. l. 5. D. arb. furt. *cædere eſt non ſolùm ſuccidere, ſed etiam ferire cædendi causâ. Cingere eſt deglabrare.* Et Vlpian. l. 7. furtim § 2. eod. tit. *Sive autem quis ſuis manibus, ſive dum imperat ſervo, arbores cingi, ſubſecari, cædi hac actione tenetur.* Idem Vlp. l. 8. quicumque. D. de leg. Corn. de falſ. *Quicumq; nummos aureos partim raſerint, partim cinxerint. ſi quis tem liberi ſunt* &c. Ita videtur is locus emendandus. nam & Græci in Baſilic. quod videre eſt in Epit. lib. 44. cap. 8. verterunt, περικόψωσιν, quod eſt, *circumcidere.* Eo enim verbo in hac quoq; re utebãtur, vel *incidere.* tit. (Theod. ſi quis ſolid. exter. circ. Vocant & *arrodere.* l. 1.) Theod. deponderat. l. 1. Theod ſi quis ſol. cir. extrem. Hotman. lib. 5. Obſerv. c. 16. probat legendum *ſtrinxerint* in cod. Flor. partim, *tinxerint*; vel, *finxerint.* τὸ *vel* indicat mendum ſubeſſe.

Cingitur: accingitur. Amph. 1. 1. ℣. 15. Ductum à more & uſu militiæ, ubi pranſi parati milites cingebant ſe, quò expeditius pugnarent. Virgil. lib. 3. Georg. ℣. *Mox tamen ardẽtes accingar dicere pugnas.* Et lib. 1. Aen. ℣. *Illi ſe prædâ accingunt, dapibuſq; futuris.* Et lib. 4. Aen. ℣. *magicas invitam accingier artes.* Donat. in Terent. Phorm. *Accingere,* apparare, atq; expedi. Hinc *diſcincti.* negligentes, imparati, & ignavi.

Ciniflones. Aul. 3. 5. ℣. 35. Sic dicti ſunt *cinerarij*, qui acus calefactas ſubminiſtrarunt ornatricibus. Gloſſæ: *cinifloγυναικῶν κοσμητὴς.* Quia ſcil. in cinerem flant ad ferrũ calefaciendũ, quo capillos criſpabant. Vide Moſt. 1. 3. ℣ 97.

cinis; de re nihili. Rud. 4. 7. ℣. 31.

circa, Solis filia, venefica: de qua fabulantur Poetæ. Epid. 4. 2. ℣. 34.

Circiter hæc loca. Ciſt. 4. 2. ℣. 8.

circiter meridiẽ. ad merid. Moſt. 3. 1. ℣. 48. vbi tamen Mſſ. legunt *meridie.*

circiter triennium; durationem temporis notat. Mil. 3. 2. ℣. 79.

Circuago: pro, *circumago.* Iuvenalis lib. 3. ℣.

--- *An poſt nimbos & fulmina cautus,*
Circuagat madidas à tempeſtate cohortes.

Ita vet. cod.

Circulari, eſt congregari: cùm multi in *circulũ*, quaſi in globum coagmentantur. quod fit cùm nova auditum confluunt. Sic Eurip dixit in Ardrõ. κύκλους. Xenophon, ἀναβὰς καὶ ϛάλιντο. Hinc & ὑστεραία ἐδύετο καὶ χεδόν τι πᾶσα ἡ στρατιὰ διὰ τὶ μέλλειν πᾶσιν κύκλους τὸ περὶ τὰ ἱερά. Cæſar lib. 1 bell. Gall. ca. *Totis verò caſtris milites circulari, & dolere, hoſtem ex manibus dimitti.* Cic. in Bruto c. *Videt oſcitãtem Iudicẽ loquẽtem cum altero, nonnumquam etiam circulantem.* Idem lib. Attic.

Attic. Epiſt. *Sermo in circulis duntaxat & in conviviis eſt liberior.* Et Epiſt. ad Q. Fr. *Is diribitis tabellis de circulo ſe ſubduxit.* Liv. lib. 34. c. *Et primò in circulis cõviviiſq; celebrata ſermonibus res eſt.* Et lib. 3. c. *Patres circumire plebem, inſerenteſq; ſe in circulos, ſermones tempori aptos ſerere.* Et lib. 32. c. *Vbi inquit, illa certamina Achæi animorum ſunt, quibus in conviviis & circulis cũ de Philippo & Romanis mentio incidit, vix manibus tẽperatis?* Et lib. 34. cap. *Hæc inter ſe primò in circulis ſerentes fremere.*

circumcurſare. Rud. 1.4. ℣.4.

Circũmdare brachiis collũ. Aſin. 3.3. ℣.106. Ovid. lib. 6. Met. dixit; *Adducere colla lacertis.* Et lib. 9. Met. *circumdet brachia collo.* Et lib 11. *Innectis ambobus colla lacertis.*

circumduce, ἀρχαϊκῶς. Moſt. 3.2. ℣.160. Mil. 2. 2. ℣.66.

circumducere aliquem. Ger. Einen herumb führen. Moſt. 3.1. ℣ 146.

circumducere aliquem aliqua re. fallere. Pſeud. 1.5. ℣ 14.115. & 2.2. ℣.39. Pœn. 5.5. ℣.8. Aſin. 1.1. ℣.84. Bacch. 2.3. ℣.77.

Circumducere aliquò. Truc. 4.4. ℣.21.

Circumducere auro. Bacch 5.2. (℣.64.

circumductio. Capt. Grex. ℣.3.

circumductus pallio : ſpoliatus. Pœn. 5.2 ℣.16.

Circumferre. Amph. 2.2. ℣.143. Erat verbum Pontificale, pro, luſtrare, & luſtrationle curari. Sicut notat Servius ad illud Virgilij vi. Æneid. ℣.229.

> *Idem ter ſocios pura circumtulit unda.*

pag. 412. ed. Dan. vbi Plaut. citat. *Plautus,* inquit: *pro laruato te circumferam* : id eſt, purgabo. nam *luſtratio* à circũlatione dicta eſt, vel tedæ, vel ſulphuris. Sic Cer. Guel. commẽt. pag. 332. ait, Græcis eſſe περιῤῥαίνειν, περιαγνίζειν, & περικαθαίρειν, & περιμάσσειν. Vide etiam Turneb. lib. 9. c. 10. & lib. 4. c. 15. Aduerſ.

circumferre : in orbem præbere à ſummo. Perſ. 5.2. ℣.40. ἐν κύκλῳ κινεῖν. Vide *A ſummo.*

circuire per hortũ. Aſin. 3.3. ℣.153

Circum : in ordinem. Moſt. 1.4. ℣.33.

circumire : tralatè ab avibus, milvis aut vulturibus, qui circumcirca volando prædã ſolent captare. Pſeu. 3.2. ℣.109.

circumire. Truc. 2.4. ℣.53. *circumit per familias.*

Circumire pro, decipere, ut, *circumvenire.* Ger. Hintergehen. Terent. Phorm. 4.3. ℣.8. *Tun' dixeras huic? facinus indignũ, chreme ſic circumiri.*

Circumitus, pro circuitu. *circũiri,* pro, *Circuiri.* Ita Feſtus uſurpavit in *Periodus*, Nepos in vitâ Datamis: *hiſq; locis caſtra ponit. ut neq; circumiri multitudine adverſariorũ poſſet.* Ita v. c. Var. l. 1. r. ruſt. c. 15. *Quarta pars de tẽporibus, quæ ad Solis circumitum annuum ſint referenda.* Liv. lib. 27. cap. *atq; cũ parte dexterâ tumuli circũiri.* Et lib. 38. c. *C. Helvium cũ tertiâ parte circũire ſenſim per infima montis.* Et lib. 45. cap.

Vigiliæ acerbius & diligentius circumitæ ſunt. Et lib. 37. cap. *Subſidia circumita à tergo cædebantur.* Et mox: *circumito à flumine cornu.*

circumplectere ἀρχαϊκῶς eſt *complecti*. Aſin. 3. 3. ℣. 106.

circumſcribere. Plerumque eſt, quaſi concludere, & determinare. Idẽ ferè quod, *circumvenire.* Et interdum, *periculum facere.* Vt cicero lib 5. fin. cap. *Iam exploſæ ejectaq; ſentẽtiis Pyrrhonis &c. quod in hũc orbem, quem circumſcripſim⁹, incidere non poſſunt.* Et lib. 1, de Orat. cap. 12. *certarum rerum forenſibus cancellis circũſcriptam ſcientiam.* Plinius lib 25. cap. 5. *Primùm enim gladio circumſcribitur.* Et ca. 13. *Hãc ſi ferro circumſcriptã effodiat.* Altera eius verbi notio tralata, pro, fallere, decipere: ut & *circumvenire,* Cicero lib. 3. Offic. c. 15. *circumſcriptiones adoleſcentum,* Et in Lucullo c. 15. *Alterum eſt, quod fallacibus & captioſis interrogationibus, circumſcripti atq; decepti quidam.*

Tertia eius verbi notio valet, removere, excludere, & maximè de Magiſtratu, qui abdicatur, vel excluditur ſenatu. Cæſar lib. 1. bell. civil. cap. *Injuriam in eripiendis legionibus prædicat, crudelitatem & inſolentiam in circumſcribẽdis Tribunis pl.* Cic. lib. 7. Attic. Epiſt. 9 *Si forte Trib. pl. Senatũ impediens, aut populũ incitans notatus, aut Sen. conſ. circumſcriptus, aut ſublatus, aut expulſus ſit.* Et pro Milon. cap. *Numquam illum Reſp. ſuo jure eſſet ulta, ſenatus, credo, Prætorem eum circumſcripſiſſet.* Et Philipp. 13. cap. *Senatus in capitoliũ: parata de circumſcribendo adoleſcente ſententia cõſularis.* Et Philipp. 2. cap. *Quod circumſcriptus à ſenatu eſſet Antonius.* Sic & lib. 1. fin. cap. accipiendũ illud: *circũſcriptis igitur his ſententiis, quas poſui, & his, quæ ſimiles earum ſunt: relinquitur, ut ſummum bonum ſit, vivere. &c.*

circumſiſtere. Verbum vim & tenorem continens. Vt ſi quẽ lictores, aut latrones &c. circumſiſtant. Livius lib. 36. cap. *Itaq; ni properè fit, quod impero, vinciri vos jam jubebo, adferriq; catenas & circumſiſtere lictores juſſit.* Et eod. lib. cap. *Et ut in numero impari duæ regiæ unam circumſiſtunt.* Et lib. 37. cap. *Superantem jam fauces, navem eius Polyxenidas tribus quinq; remibus circumſiſtit.* Plaut. Men. 5. 7. ℣. 9. *Quid quæritatis? quid circumſiſtitis?*

circumſpectare: abſolutè. Pſeud. 4. 1. ℣. 8.

circumſpectare ſeſe. Trin. 4. 2. ℣. 21. Bacch. 2. 3. ℣. 46.

circumſpectatrix. Aul. 1. 1. ℣. 2.

circumſpectus. ûs. Rarius nomẽ ad locorum & viarum varietatem. Virgil. Aen. 3. ℣. 522.

—— *circumſpicit Oriona.*

Ita & *Reſpectus, ûs.* Cicero Philipp. 12. cap. 11. *Hæc ego in Vrbe*

Vrbe pravideo. facilis eſt circũſpectus, unde exeam, quò progrediar, quid ad dextram, quid ad ſiniſtram ſit.

circumſpicere. Germ. vmbſehen. Moſt. 2. 2. ℣. 41. 43.

circumſtantia. Verbum poſt Ciceronem natum: ut & Quintilianus indicat, adverbum ex Græco περίστασις. Ut & noſtrũ Vmbſtandt. Sed Cicer. dixit, *tempora*, & *attributiones*, quibus uti malim. Quintilian. lib. 5. Inſtit. cap. 10. *Hoc genus argumentorum ſanè dicamus ex circumſtantiâ, quia περίστασιν dicere aliter non poſſumus.*

circumtentum eſſe corio elephanti: de homine ſtupidiſſimo. Mil. 2. 2. ℣. 80. Legitur etiam: *circumtectum.*

circumvallare μεταφορικῶς apud Terrentium Adelph. 3. 2. ℣. 4. *Tot res repẽte circumvallant, unde emergi non poteſt.* Græcè περιστοιχίζεσθαι. apud Demoſth. Philipp. 1.

circumvehere terras. Men. 2. 1. ℣. 13.

Circumvectus. Moſt. 4. 3. ℣. 3.

Circumvenire. de rebus inanimis, non pro, fallere, aut decipere, ſed pro *ambire*, circũplecti, circumdare, amplecti, includere circumcirca, circuire. Germ. Vmbfangen. Plini lib. 5. Epiſt. 6. ad Apollinarem: *Exteriores buxos circumvenit laurus, umbraq; platanonem ſuam confert.* Virgil. Aen. 6. ℣. 131.

—— tenent media omnia ſylva.
Cocytuſque ſinu labens circumvenit atro.

Sic Pierius ait ſe reperiſſe in omnibus libb. vett. Et rectè. Nam *circumveniendi* verbũ, quia in hac notione rarũ eſt, ut in iſto Virgilij loco, eius vice repoſito verbo *circumfluit*, eiectum erat. Ita & in aliis locis multis. Salluſt. Iug. cap. *Statuit urbes, qui viris, aut loco pro hoſtibus, & adverſum ſe oportuniſſima erant, ſingulas circumvenire.* Macrob. l. 1. Sat cap. 6. in fine, ubi de aſina: *Vicinos advocatis cuſtodibus omnia circumvenit, ne quà offerri poſſit.*

Valerius Flaccus lib. 3. ℣. 119.

—— chlamys imbelli circumvenit oſtro
Torta manum ſtrictoq; viae praefulgurat enſe.

Ita v. c. vulg. *circumdedit*. Cæſarib. 2. bell. Gall. cap. 36. *Poſtero die Curio obſidere Vticam, & vallo circumvenire inſtituit.* Ita v. c. vulg. *circummunire.*

Circumvertere argento. Pſeud. 1. 5. ℣. 127.

Circumvincire virgis. Rud. 2. 4. ℣. 27.

Circumviſere; circumſpicere. Amph. 5. 1. ℣. 53.

Cicumvorti. ſaltatorũ eſt, περιστρέφεσθαι: quod Cic. in Piſon. dixit, *Verſare orbẽ ſaltatoriũ.*

Circus: tralatè ad iocos. Mil. 4. 2. ℣. 1.

Circus; de theatris propriè. Pœn. 5. 5.

Ciris auis eſt, quã Galli *Aigrette* vocant.

vocant. Germ. Ein weiſſer Reyger. teſte Geſnero in hiſtoria auium. Capt. 1. 2. ✠. 75.

cirnea. Vide *Hirnea*.

cis; intra. Moſt. 1. 1. ✠. 16. *cis paucas tempeſtates*. Mamertinus Paneg. c. 15. *cis pauculos dies*. Sextus Victor: *cis menſem decimum*.

Cis paucos dies: intra breue tempus, propediem. Truc. 2. 3. ✠. 27. Turneb. l. 19. c. 13. l. 4. c. 15.

cispellere: eſt diuerſim. & ex loco pellere, & abigere. Contrarium eſt *aſpellere*. Amph. 3. 4. ✠. 17. Capt. 3. 3. ✠. 4. Merc 1. 2. ✠. 5.

Ciſta. Truc. 2. 6. ✠. 54.

ciſtellatrices. Trin. 2. 1. ✠. 23.

ciſtella. Ciſt. 3. ✠. 7. & paſſim.

ciſtellula. Amph. 2. 2. ✠. 241.

ciſteria: vel, vt alii, *Caſteria*, eſt locus, ubi, cũ navigatio quieſcit, remi & gubernacula cõquieſcunt. Turneb. l. 4. c. 13. legit *Schaſteria*. χασηεία funis eſt vel trochlea, qua aliquid vel intendendo vel laxando demittitur. Aſin. 3. 1. ✠. 16.

ciſtula, *ciſtellula*. Rud. 4. 4. ✠. 34. 38. 44. 65. 86. 89. & 2. 3. ✠. 58. 60.

citare, forenſe verbum, Plauto in ioco uſurpatum. Pſeud. 1. 1. ✠. 30. Curc. 1. 3. ✠. 6. Men. 3. 1. ✠. 9. & 5. 2. ✠. 91. Vulgò hodie *Citandi* verbo utũtur pro eo, quod Cicero *adferre*, *proferre*, *addicere ſcriptorem aliquem*. Veteres eo non ita ſunt uſi, niſi forte Livius. Barbari quoque Iuris Interpretes *citare*, pro, *in ius vocare*, uſurpant. Livius lib. 4. ca. *Qui ſi eâ in re ſit error, quod tũ veteres annales, quodq́; magiſtratum libri, quos linteos in æde repoſitos Moneta Macer Licinius citat idẽtidem auctores*. &c. Cic. lib. 1. Nat. Deor. c. ſatis aperte indicat *citandi* verbũ loquentib. proprie id nõ valere. Sic enim ait: *Tu ipſe paulò ante cùm tãquam Senatũ Philoſophorum vitares, ſummos viros deſipere, delirare, dementes eſſe dicebas. Vbi, quadam imagine uſus, hoc tamen dicere voluit, cùm ſummos, plurimosq́; Philoſophos afferres*. Sed *citare Senatum* rectè dicitur, pro, *vocare*. Plura de hoc verbo vide apud Fran. Duaren. lib. 1. Anniverſ. Diſp. cap. 7. pag. 424.

Quantum *citius poſſum*: h. e. citiſſime. Mil. 2. 1. ✠. 36. *quantũ poſſum*.

citò, pro, *tã citò*. Ciſt. 4. 2. ✠. 82.

citò curriculo. Mil. 2. 6. ✠. 43.

citius extemplò. Perſ. 3. 3. ✠. 30.

citus. Amph. 1. 1. ✠. 88. Bacch. 4. 4. ✠. 86. (*præcurri*.

citus: citò, Stich. 2. 3. ✠. 66. *citus*

cives optati. Vide litt. O.

civis Attica & libera. Pœn. 1. 2. ✠. 159.

civis: vulgò *concivis*. Trinum. 1. 2. ✠. 63. Rud. 2. 4. ✠. 22.

civis, ἡ. Rud. 3. 4. ✠. 36. Perſ. 4. 3. ✠. 8.

civile. Interdum idẽ quod, Cõmune omnium, & vulgare. Ita & Græci πολιτικὸν vocant. Demoſth. περὶ στεφάνου· τίς ἡ τοῖς εὐπόροις, ἢ τοῖς ἀπόροις πολιτικὴ καὶ κοινὴ βοήθεια χρημάτων παρὰ σοῦ. Ita fere *civilis ſermo*, pro com-

communi, pervulgato, uſitato. Sueton. de Gramm. in Ateio: Vbi *priſcorum verborum* uſui in Salluſtio opponit *ciuilem ſermonem*, his verbis: *Quò magis miror, Aſinium Pollionē credidiſſe antiqua eũ verba, & figuras ſolitũ eſſe colligere Salluſtio, cùm ſibi ſciat nihil aliud ſuadere, quàm vt noto ciuiliq; & proprio ſermone utatur.*

ciuile, ciuiliter. Idē quod, Inter cives, inter pares receptum, uſitatum, & ordinarium: ac ꝓinde pro moderato. Cui cōtrarium, *Incivile*. Sic & ἴσως, καὶ πολιτικῶς Demoſtheni idem valent. Cic. pro Mil. c. *Quid enim odiſſet Cloldiũ Milo ſegetē ac materiam ſuæ gloriæ, præter hoc civile odium, quo improbos omnes odimus?* P. Victorius in Var. lect. legit: *hoc commune odium*. non rectè. Ovidius:

Exercet memores pluſquam civiliter iras.

Tacitus Annal. lib. 1. c. *Legata non ultra civilem modum, niſi quod* Agel. 10. 6. *Ob hæc mulieres verbatã improba, ac tã incivilia.* Lucan. lib. 1. ℣. 1.

Bella per Emathios plus quã civilia campos.

Cic. pro Ligar. c. *Non hoſtile odium, ſed civile diſſidium.* Liv. lib. 33. c. *Horum in tam impotenti regno (neq; enim civiliter nimiis opibus utebantur)*

ciuilitas. A poſterioribus pro cōmunitate &c. Sueton. Octav. c. 51. *clemẽtia civilitatiſq; eius multa & magna documẽta ſũt.* Lamp. Alex. *cùm & mater & uxor nimiam illi civilitatem obijcerent.*

civilis, & de homine ipſo, in eâ notione receptũ: ſed nō apud Cic. ut puto. Sueton. tamen uſurpat. Sic & *civilis vir* pro homine politico: *ciuilis cæna*: pro cōmuni & plebeia, *ciuilis dies*, cui cōtrar. *Naturalis*. vide infrà, *Dies*, Varro lib. 1. r. ruſt. c. 28. *Quæ reducta ad dies ciuiles noſtros, qui nunc ſunt primi verni temporis.*

ciuitas cælitum. Rud. Prol. ℣. 2.

clades calamitaſq;. Cap. 4. 4. ℣. 3.

clam: cum accuſandi caſu. Aſin. 5. 2. ℣. 92. Caſ. Prol. ℣. 51. & 2. 2. ℣. 27. & Grex. ℣. 8. & 2. 8. ℣. 34. Aul. Prol. ℣. 7. Mil. 2. 1. ℣. 34. Pœn. 5. 4. ℣. 67. Rud. 1. 2. ℣. 45. Merc. 3. 4. ℣. 75. & 2. 3. ℣. 8, 26. & 4. 6. ℣. 311. Truc. 2. 1. ℣. 37. Moſt. 5. 1. ℣. 13. Amph. Prol. ℣. 107. Men. 1. 2. ℣. 43. & 5. 9. ℣. 78.

Clam: cum ablatiuo. Curc. 1. 3. ℣. 17. Merc. 3. 2. ℣. 2. & 4. 6. ℣. 6. Caſ. Prol. ℣. 54.

clam iunctum nomini verbali. *clã mordax*. Bacch. 5. 2. ℣. 27.

clam eſſe alicui. Mil. 2. 1. ℣. 65.

Clam eſt. Truc. 4. 3. ℣. 21.

clam furi mq; eſſe. Pœn. 3. 3. ℣. 49

clam furtivè. Pœn. 5. 2. ℣. 62.

Clamare: eſt, *clare admonere.* Bacch. 2. 3. ℣. 51. Cic. IV. Verr. *Litteræ ſunt in medio, quæ ſe corruptas eſſe clamant.* Lucret.

Carmina quin etiam divini pectoris eius.
Vociferantur, & exponunt.——

Sic Plautus uſurpat τὸ *cantare*. Bacch. 4. 9. ℣. 61.

Clamator.

Clamator. Idem ferè, qui, *Rabula*. Agell. 19. 9. de Iuliano Rhetore, *qui ortus terrâ Hiſpaniâ foret, clamatorq; tantũ, & facũdiâ rabidâ, jurgioſâq; eſſet*. Cicero in Bruto cap. *Ego tamen ita de vnoquoq; dicã, ut intelligi poſſit, quem exiſtimem clamatorẽ, quem oratorem fuiſſe*. Et lib. 3. de orat. ca. *At hũc nõ clamator aliquis ad clepſydram latrare docuerat, ſed, ut accepimus, Clazomeni⁹ ille Anaxagoras*. Ita Lamb. ibi rectè ex vett. libb. vulg. *declamator*.

clamare magnùm. Mil. 3. 2. ℣. 10.

Clamitare aliquem: acclamare. Pſeud. 5. 1. ℣. 30.

Clamor ſine modo. Pœn. 5. 3. ℣. 27.

Clamorem & convitium facere. Bacch. 4. 8. ℣. 33.

Clamorẽ tollere. Curc. 2. 2. ℣. 27.

Clanculum. Amph. 1. 3. ℣. 25. Bacch. 2. 3. ℣. 83. & 3. 1. ℣. 8. Truc. 2. 4. ℣. 54. & 3. 2. ℣. 2. Mil. 2. 1. ℣. 52. Men. 4. 2. ℣. 41. Moſt. 5. 1. ℣. 4. & 3. 2. ℣. 9. Caſ. 2. 8. ℣. 8. Ciſt. 1. 1 ℣. 93. Trin. 3. 3. ℣. 69.

Clandeſtinò. Truc. Arg. ℣. 4. Mil. 4. 1. ℣. 10.

Clarigatio. Latinè, quod Græcè ἐπιχοριασμός, liberi hominis oppignetario. Vulgò fere, *Arreſtum*, aut, *Preſſalia*. Livius lib. 8. cap. *In Veliternos veteres cives Romanos, quod toties rebellaſſent, graviter ſævitum: & muri deiecti, & ſenatus inde abductus, juſſuſq; trans Tiberim habitare: ut eius, qui cis Tiberim deprehenſus eſſet, uſq; ad mille pon io clarigatio eſſet: nec priuſquam ære perſoluto is qui cepiſſet, extra vincula captum haberet*.

Claritudo, & *Claritas*. Cicero *Nobilitatis* nomine ſæpe utitur. Illo tamen & Siſenna, & Salluſtius, ut & Tacitus utuntur. Hoc & Cicero ſemel. Rhetores ſæpe, ut Quintilianus, Suetonius, Tacitus etiam & Valerius vſi ſunt. Siſeña lib. 3. Hiſtor. *Quod fortaſſe an ex voluntate ſuâ ſummâ cũ claritudine confeciſſet*. apud Nonium, Claritudo. Salluſt. Iugurth. cap. *Cum præſertim tã multæ variaq; ſint artes animi, quibus ſumma claritudo paratur*. Cicero lib. 13. Epiſt. 68. ad P. Servilium. *quæ quamquam ex multis pro ſuâ claritate audiam, tamen ex tuis libentiſſimè cognoſcam litteris*.

Claro luce. Aul. 4. 10. ℣. 18. Nonius. Varr. Bimarc.

Claror: pro, *claritudinẽ*. Moſt. 3. 1. ℣. 107.

Clarum eſſe. Trin. 3. 2. ℣. 38.

Clava. Rud. 3. 5. ℣. 20.

Clavator: qui clavam geſtat, κορυνήτης. Rud. 3. 5. ℣. 25. De ſervis clavigeris vide Turn. lib. 13. 6. & Auſon. Popmam lib. de Servis. Exſtat quoque hæc dictio Pœn. 3. 1. ℣. 27. Vbi de gloſsâ olim *clavatorem*. in textum irrepſit, *grallatorẽ*. *Clava* eſt ξυλόβαθρον, vel *gralla*. Inde *clavator* dictus eſt *grallator*.

Clatrata feneſtra: quæ clatris eſt vallata. Mil. 2. 4. ℣. 25.

Claſſia unomammia fictè à Plauto vocatur exercitus Amazonum.

num, quæ vna mamma aduſta prodierunt in exercitum. Curc. 3. ℣. 75.

Claudere. Abſolutè pro, *Claudicare.* Hoc Cic. utitur de quo mox. Illud obſoletũ, idq; tralatè, pro, deeſſe, deficere. Ger. *Manglen.* Vnde ſuũ Lõbardi hodie, & Galli, *Manchar, Mãquer.* Uſurpavit id Terentius Andr. 3. 3. ℣. 41. *Nolo tibi ullũ commodum in me claudere.* Et Eunuch. 1. 2. ℣. 84. *Nunc tibi meam benignitatem ſenſiſti in claudere?* Vbi Donat⁹, *Claudi, aut, claudicare.* Salluſt. in Oratione Macri: *Neq; enim ignorantia claudit res.* Et: *Nihil ſocordiæ claudebat.* Idẽ Donatus ad illud Eun. 2. 3. ℣. 41. *Illum liquet mihi deierare.* Vbi inquit: *Liquet,* pro liquidũ eſt: ut *Claudit,* pro claudum eſt. Ut apud Salluſt. Nihil ſocordia claudebat. Idem verbum adſtruitur authoritate Tullij lib. 5. Tuſc. c. 8. *Beatam vitã, etiamſi ex aliquâ parte clauderet.* Ad quæ verba ingenioſiſſimus Iuvenis, mihi dũ viveret, familiariſſimè not⁹, optimeq; de bonis litteris merit⁹, ac merendi amplius paratiſſimus, maximèq; idoneus, niſi aliter viſũ ſupremo vitæ noſtræ Arbitro, *Ianus*, inquam, *Gebhartus*, qui ſic loquitur: *Invito & fremente Antonitano ita legendum. nam licet αὐταδείᾳ, & nimio gentis* (Italicæ) *ſtudio cõtradicendi* Decur. I. cap. II. Obſerv. in Criticos, *Lipſio obvertat cornua, tamen & veritas, & vetuſtiſſimorum librorum cõſpiratio plus potuit, quã iſtius Criticomaſtigos vaſania.* Ita autẽ habet Mſſ. Pall. tertius, quart⁹, & optimus ille Fulvij Vrſini, quem Vaticanæ Bibliothecæ addixit. In Mſ. Palat. quinto, eſt, *claudicet,* veſtigium priſcę ac primæ lectionis. Sic cl. Gebhartus, firmatq; celeberrimus vir, ideq; Amicus noſter Andr. Schottus in Nod. Cic. lib. 4. c. 17. Quid multa? Nonne idem verbum aliis quoque opt. Authoribus frequẽtatum? Oſtẽdit iã olim Magnus Scaliger Auſon. lect. c. 21. Auſonium ſic loquutum in Procem. de ludo Sapiẽtum. Cui adſtipulatur eiuſdem Auſonij fidus interpres Elias Vinetus. Exſtat quoq, in Symmacho ad Auſonium lib. 1. Epiſt. 33. *Et vereor, ne forte in nos parentis claudat affectio,* quẽadmodum in vetuſtiſſimis Mſſ. libb. cl. Gif. ut & Bertin. diſertim ſcriptum fuiſſe atteſtatur αὐτόπτης Gaſper Sciop. Habet quoq; Agel. lib. 1. c. 7. extremo: *At ſi explicuit, diceret, imperfecto & debili numero ſonus clauderet.* Vulg. *clauderetur.* Cuicumq; igitur trabali huic cõſenſui temerè deinceps refragari volupe erit, eum jubebimus ἐς κόρακας ἰέναι...

Claudus ſutor: in proverbio. Aul. 1. 1. ℣. 35. Vbi Membr. Pall. antiquè *Cludus.* vt & Aſin. 2. 4. ℣. 21.

Clavi ferrei, Trin. 4. 3. ℣. 32.

Clavis Laconica dicebatur, quæ intus aperiebat, forinſecus clau-

claudebat: vt docet Scal. Catalect. quem Vide in Moreto. Moſt. 2. 1. ℣. 57.

Clavis pro *vecti*. Ger. ein Riegel. Caſ. 5. 2. ℣. 7. Vide Scal. in Moretum pag. 161.

clauſtra. Curc. 1. 3. ℣. 47.

clauſula. Propriè eſt extremum, ſeu exitus, vel in epiſtolâ, vel in lege, in oratione, in periodo, etiam fabulæ, Comœdiæ, actionis. Ita eo ſemper utitur Cicero, eoq; recentiores, ut Columella, Quintilianus. Videntur tamen Iuriſcōſulti interdum nūc pro extremâ, inde pro qualibet Edicti vel ſtipulationis, aut tabularū particulâ ſeu verſu, uſi. Vide Lex. Iuris. Cic. lib. 6. Attic. Epiſt. 3. *clauſula eſt difficilis in provinciâ*. Et Philipp. 3. cap. *Videamus aliquando ad clauſulam*. Ita litterarum Antonij extremum vocat. Quintil. Inſt. lib. 8. cap. 5. *Vocatur aliquid & clauſula, quaſi eſt, quod conclusionem dicimus, & rectè, & quibuſdam in partibus neceſſaria eſt*. Columella in fine libb. de re ruſt. *clauſulam peracti operis mei P. Silvane, non alienum puto, judicem* &c. Ita, *Addere, Imponere clauſulam*.

clavus cupidinis: pro ſolidiſſimo & plane adamantino vinculo. Aſin. 1. 3. ℣. 4. Sic Horat. l. 1. od. 33. *Mittere animos ſub iuga ahenea*.

clavus navis: pro gubernaculo. Amph. Sc. *Qua tam*. ℣. 38.

Clemens: cui acer, vehemēs, immoderatus, opponitur. Græcè ἐπιεικής. Germ. Gemach. De vēto, loco, flumine, famâ. &c. Ab eo ad mores translatū. ut *clementia* ſit māſuetudo, humanitas. Plaut. Merc. 5. 2. ℣. 111. *Sequere ſis. B. Clementer quaſo! calces deteris*. Terent. Andr. 1. 1. ℣. 9. *Vt ſemper tibi apud me juſta & clemens fuerit ſervitus*. Ovid. lib. 9. Met. ℣.

—— *nec qua ſit clementiſſimus annus,*
Quærit.

Ita et Catullus *undas* ſcribit *pulſas flumine clementi*. h. e. miti aurâ. Tac. de mor. Ger. *Danubius molli & clementer edito montis Abnobæ jugo effuſus*. Sal. Iugurth. c. *de prælio facto, & oppugnatione Cirrhæ audiebatur: ſed is rumor clemens erat*. Cic. lib. 2. fin. c. *Etſi ſatis clemens ſum in diſputando, tamen interdum ſoleo ſubiraſci*. Sic & *clementiam hyemis, æſtatis*, legimus. Et *clementer* ac moderatè jus dicere. Cæſar & Cicero, *leniter hominem clementerq; accepit*.

clementer: placidè & leniter. Epid. 2. 2. ℣. 21. Stich. 4. 1. ℣. 26. Merc. 5. 2. ℣. 111.

clemētiſſimè facere, fieri aliquid. Mil. 4. 3. ℣. 5. h. e. commodiſſimè, abſque difficultatibus.

Κληρούχοι Caſ. Prol. ℣. 31.

clepere: rapere, furari. κλέπτειν. In *clepta*. quo Cicero etiam vtitur lib. 3. Tuſc. *Veniat Aeſchylus: quomodo fert apud eū Prometheus dolorem, quem percipit ob furtum Lemnium: unde ignis lucet mortalibus, clam diditus. Eum Prometheus clepſiſſe eſt dictus dolo, panaſq; Iovi*

fato

fato expendiſſe peſſimo. Et lib. 5. de fin. cap. *Stoici reſtant. Hi quid? non unam &c. atq; vt reliqui fures earum rerum, quas clepſerunt.* Sic Muretus correxit. vulg. *quiceperunt.* Et lib. 4. Republ. *Non modo ut Sparta, rapere ubi pueri & clepere diſcunt.* Plaut. Pſeud. 1. 2. ℣. 6. *Rape, clepe, tene, harpaga.*

Clepta: fures. Truc. 1. 2. ℣. 9.

Cliens: Chariſ. lib. 2. *cliens* communis generis eſt. Invenitur tamen apud Afranium *clienta.* & apud Horat. lib. 2. Od. 18. Mil. Glor. Arg. 2. ℣. 13. vbi tamen Mſſ. Pall. *clienta* quoque habent: quæ dictio aliquot adhuc locis reperitur in Plauto. Mil. 3. 1. ℣. 193. Rud. 4. 1. ℣. 2. Pœn. 5. 4. ℣. 7.

clientela. Rud. Arg. ℣. 4.

clientes. Men. 4. 2. ℣. 4. Trin. 2. 4. ℣. 70.

clinia: filius Demetrii ex fabula antiqui Comici, forte Turpilii. Bacch. 4. 8. ℣. 71.

cliniſco: inclino, quieſco. Ciſt. 4. 2. ℣. 33. Vide *conclinſco.*

clipeatus miles. Curc. 3. ℣. 54.

clipeum ad dorſum accommodare. Trin. 3. 2. ℣. 93.

clipeus. Trin. 2. 4. ℣. 195. Truc. 2. 6. ℣. 25.

clitellarii homines. Moſt. 3. 2. ℣. 95.

clitella: ſunt ſellæ doſſuariæ iumentis imponi conſuetæ ad onera commodius geſtanda. Moſt. 3. 2. ℣. 87. *vehit clitellas.*

cloaca: de fœtido ventre. Curc. 1. 2. ℣. 29.

cloacina. Curc. 4. 1. ℣. 10. Dea. Tertulliano à cloaca dicta. Alii *cluacinam* malunt à purgando. *Luere* enim eſt *nominare.* Vide Plin. l. 15. cap. 29.

cloſtrum, & *clauſtrum,* idem quod *Sera.* Videtur tamen omne id, quod clauditur, *clauſtrum* dici. Plautus Curc. 1. 3. ℣. 47. *Bene vale, ocule mi. nam ſonitum & crepitum clauſtrorum audio.* Virg. Aen. 1. ℣. 55.

Illi indignantes magno cum murmure montis
circum clauſtra ferunt. h. e. circa obices ipſos portarum.

Seneca lib. 7. Benef. cap. 21. *Deinde per cloſtrum, quâ ſe cõmiſſurâ laxaverat, quatuor denarios in tabernam inſeruit, ac miſit. &c.*

cluda meretrix. pro, clauda. Pſeud. 2. 2. ℣. 64.

cluo & clueo decebant veteres. pro, *eſſe, nominari.* Forte à Græco καλεῖν corruptè, vt alia multa: vel potius ἀπὸ τοῦ κλύειν, quod eſt *audire,* vel *eſſe, dici:* quomodo Latinis hoc ipſum in uſu eſt. Vnde *Inclutus* pro celebri. Amph. 2. 2. ℣. 14. Dum meus victor belli *præcluat.* Terentianus: *Et qui venuſtâ præcluent comœdia:* Martianus *præcluis* pro nobili & claro accipit. Rud. 1. 5. ℣. 25. Trin. 2. 2. ℣. 28. 32. & 2. 4. ℣. 95. & 3. 1. ℣. 19. Bacch. 4. 9. ℣. 1. Pſeud. 2. 1. ℣. 17. & 2. 2. ℣. 5. & 3. 4. ℣. 90. Men. 4. 2. ℣. 7. & 5. 2. ℣. 101. *qui cluet Cygno patre.* Sic Prudentius:

dentius: *Qui patriâ virtute cluis.* Cicero de claris Orat. *Tum duo Capiones multum cluentes conſilio & linguâ.* Moſt.5.2.ỳ.21.Capt.3.5.ỳ.31. Trin.2.2.ỳ.28.32.&2.4.ỳ. 95.&3.1.ỳ.19. Truc.5.1.ỳ.4. Ita quoque vſurpatur τὸ *Audire.* Vide Lucretianum Lexic.Danielis Paréi.

cluére victoriâ.Pœn.5.4.ỳ.20.

clueri: nominari,dici. Pſeud.4. 1.ỳ.12.

clurinum pecus: de puella deformi.Truc.2.2.ỳ.14. Vide ibi Notas, & Animadverſiones noſtras.

cluninſtaridyſarchides.Fictũ Imperatoris nomen. Mil.1.1.ỳ. 14.

coaccedere. Curc.2.3.ỳ.65.

Coactio: de fenore, & pecuniâ, quæ cogitur, & excipitur: *coctio argentaria*. Plautus Aſin.1. 3.ỳ.54. *Nihili coctio*(coactio) eſt. Vbi vide Animadverſiones noſtras.Suetonius initio Veſpaſ.de Avo Veſ. *Vbi deinde veniâ & miſſione impetratâ, coactiones argentarias impetravit.* Vide etiam infr. *cogere pecuniam.*

coactor, vel,*coctor*,eſt,qui argentariorum aut feneratorum ſummulas exigit,qui & *collectarius* dicitur. C.lib.4.litt.2. leg.16.M. Vide etiam D. lib. 40.tit.7.l.40.f.

coaddere. vna addere. Caſ.3.1. ỳ.4. Ita dicitur quoque *coaccedo*. Curc.2.3.ỳ.65.

coagmenta ædium ſunt coniunctiones arctæ & compages, à cogẽdo,vt vult Nonius.Moſt. 3.2.ỳ.140. Ita ibi duo Mſſ. Pall exprimunt. At Schobingeriani vt & Sambuciani Mſſ. ſcribunt *ornamenta*. quod nõ ita nauci eſt. Videtur enim innuere ornamenta varia ædium præliminaria, aliaque quæ in poſtibus parcibuſque hinc inde viſebantur. Illa lepidè dicit *dormire*.

coaleſcere. *coaluit*. Eſt verbum notum & vulgare: idque benè Latinum: quod tamen Dionyſius Lambinus negat eſſe Latinum,eiusq; in locum effinxit τὸ *cooleſcere*, *cooluit*. quod Latinum eſſe hoc uno argumento contendit, quia ab eo *Adoleſcens*, teſte Nonio. Immò Nonij hæc ſunt verba: *Adoleſcere*, *creſcere*. Vnde *adoleſcendi* dixit Lucret. lib.2.ỳ.1128.*dumq; adoleſcendi*. at Lucretij hunc verſum Nonius mendoſè adducit. In Lucretio enim legi debet, *Donec aleſcendi*: prout jam olim oſtendit Giſanius. Fateor,& certum eſt,*Adoleſco* eſſe Latinum, idque interdum valere idem, quod *Adhæreſcere*: de quo ſuprà, ſed ex eo non efficitur,eſſe & *cooleſco*, quod numquam lectum. Vide & ſupr. *Alere*,& *Adoleſco*. Hic de *coaleſco*,licet noto verbo, authoritates tamen aliquot proferamus, exempli causâ. A. gellius 7. 7. *Pars in unam vocem coaluiſſet.* ita in opt. vet. lib. Et 17. 9. *atque ita littera per ambitum eundem ſurculi*

ſurculi coaleſcentes, rurſum coibant. Iuriſconſulti ſæpe eo utuntur. in Gaius l. 9. D. de acquir. rer. don. *Quâ ratione autem planta, quæ terrâ coaleſcit.* &c. ut Alfenus Servij auditor l. 9. ✠. 2. de dam. inf. *Ita demùm autem cruſtum vindicari poſſe.* Idem Alfenus ait, *Si non coaluerit, nec unitatem cum terrâ meâ fecerit.* Tacitus: *vetuſtate imperij coalita audacia.*

Coaſſolet: abſolutè & conciſe. ſcil. *fieri.* Epid. 1. 1. ✠. 5.

Cochlea. Capt. 1. 1. ✠. 13.

Cochlea tarditudo. Pœn. 3. 1. ✠. 29.

Cocio, Mil. 3. 2. ✠. 29. Eſt arrilator, negotiator, μεταβόλος, μεταβολεύς, πραγματευτής, vt habent antiquæ Gloſſæ H. Stephani & Iſidori. *A concoquendo* per irriſum ſic dicebantur olim Negotiatores & arrilatores, quod pecuniam quam debebant, quia lente ſoluebant, quodammodo elixarent apud ſe & coquerent, mallentq; arca lata tricones eſſe & tergiverſari, quam debita ſua perſolvere: cum interim domi plenas ollas auri haberent. Sic exponunt etiam Gloſſæ. *Cocio* ἑψίτης. *Auricoctor* χρυσεψίτης. Cocus enim & cocio dicebatur, ſicut Puſus & Puſio. Ergo non à cunctando dictus *Cocio* quaſi *cuctio*, vt voluit Scaliger. Uſurpavit eandem dictionem Laberius apud Agel. l. 16. cap. 7. *Hoc plus negotij eſt, inquit Cocio.* Ita apparet, *cociones* in vulgi ore ſæpe uſurpatos. Vide *Proverbia* in Mantiſſa. Sed in Animadverſionibus in loco Aſin. 1. 3. ✠. 54. defendi lectionem Mſſ. Pall. *coctio*, pro, *Conctio.* Ibi vide.

Coci rapaces comparantur ſentibus. Caſ. 3. 6. ✠. 1.

cocles quaſi *Ocles*, qui vnum haberet oculum. *Varro.* Plin. lib. 11. cap. 37. *Qui altero lumine orbi naſcerentur, coclites vocabantur.* Curc. 3. ✠. 23.

Coctio. Vide paulò ante *Coactio.*

Coctores: pro coquis, apud Petron. pag. 111. *Interim coctores inſularijq; mulcant excluſum, & alius veru extis ſtridentibus plenum, in oculos eius intendat.* Vbi vide Ian. Douſam P.

Coctores juris. Pœn. 3. 2. ✠. 9.

coctum, ſiue *Excoctum*, pro eo, quod eſt *maturum.* Mil. 2. 2. ✠. 53. Perſ. 1. 1. ✠. 51. Rud. 2. 3. ✠. 12. Stich. 2. 1. ✠. 97. *Exta cocta.* Porcius Latro Decl. in Catilinam: *Conſilia nefaria facinoris in ampliſſimi ciuis M. Lecca domo decoquebantur.* Sidon. Apoll. l. 1. Ep. 11. *Cumq; de capeſſendo diademate coniuratio Marcelliana coqueretur nobilium iuuentuti ſigniferum ſeſe in factione præbuerat.* Simili tralatione dixit Suet. Aug. c. 8. *Id quidem conſilium vt preceps, immaturumque omiſit.*

Coctus, & *Decoctus*, pro maturo, & tralatè pro ſuavi. Cicero de Senect.

cit pretium, ſed qui auctioni aliorum accedunt. Sic dicit Cic.lib.7. Epiſt.29. *Sum enim χρήσει μὲν tuus. κτήσει δὲ Attici noſtri. ergò fructus eſt tuus, mãcipium illius: quod quidẽ ſi inter ſenes coemtionales vænale proſcripſerit, egerit non multũ.* h.e. ſi mihi inter reiicula eiuſmodi mãcipia titulũ in vænalitio pinxerit, vẽdideritq; me, parũ rei fecerit. Quare? quia inutiles ſumus, & nullius pretij. Ita de ſe modeſtè. Quibus in locis Plauti & Cic. præter Turneb. & Hotman. Marcil. Guth. & õs utriuſq; Interpretes mirificè ſunt hallucinati. P. Victorius contentus monuiſſe, *coemtionem*, & *coemtionales ſenes* propria verba Iuris eſſe, cũ opus fuerit, declaraturum ſe cætera promittit. Et erat ſanè opus. ſed pfectò vir doctiſſimus haud dum ſatisfacere potuit ſibi. Turneb. *Coemptionales ſenes* interpretatur, qui ad coemtiones libẽter accedunt, & libenter emũt. Quid hoc eſt, emaces ſenes vendere? gravius utiq;, q̃ de ponte deijcere. Quis hoc audiret umquam, homines liberes, & quidem ſenes, qui libenter accedunt ad coemtiones, inter vænales proſcribi, & vænum ire? Mancipia ſunt, quę venduntur, & ſub hoc genere ſe putat Curius, dum inter *coemtionales* ſe ponit, atq; huc conijcit herum ſuum ludens ſervus: qualia videlicet onerosæ mantiſſæ inſtar, accedunt merci, vel qualia non niſi in cumulum venduntur. Facit huc in pecore vendũdo conventio, cuius meminit Varro lib.2. de re ruſt.c.11. *In emptionibus jure utimur eo, quod ter praſcripſit. In eo enim alij plura, alij pauciora excipiunt. Quidam enim pretio facto in ſingulas oves ut agni chordi duo pro unâ ove adnumerentur, & ſi cui vetuſtate dentes abſunt, item bina pro ſingulis ut procedant.* Et communiter omnium rerum vænalium hæc ferè ratio eſt, ut quæ majoris ſunt pretij, ſingula, quæ vilia, acervatim vendantur. Talium *ſervorum decuriam* deſcribit elegãter Seneca Epiſt. 47. *Stare ante limen Calliſti dominum ſuum vidi, & eum, qui illi impegerat titulum, qui inter reijcula mancipia produxerat, aliis intrantibus excludi. Retulit illi gratiam ſervus, ille in primam decuriam conjectus, in quâ vocem præco experitur.* Nec ille primus eâ voce de ſervis uſus, ſed ante eum Columella lib.1.cap.ult. *claſſes verò non maiores, quàm decem hominum, facienda. quas Decurias appellavère antiqui.* Ut *turdorum decuria*, ſeu *corona*, apud Martialem in Xenijs, ubi XLVIII. lemma tale factum. Ita enim conjunxit codex Pyrckhaymeri, ſive Arondellianus. Videtur autem, inquit Turneb. proſcribere vænale inter ſenes coẽtional. eſſe in tabula auction.

proponere rem hac conditione vænalem, vt proprietas tãtùm penes emtorem ſit, nec res tota proſcribatur & alienetur. Quare autem? Ariolatur deinde Iuriſconſult. forſan ad perimendum in ſervitiis uſum-fructum coemtionem quandam ſenum inveniſſe, & cauſas inquirendo χαλκῆν μύϛακ θυράζει. lib. 1. Adverſ. cap. 28. Hotmanus: ſi inter eos ſevres, qui multos ſervos coemunt, mancipium hoc vænale proſcripſeris. Quinam autem ſenes illi, qui multos ſenos coemunt? aut ubi forum illud, in quo ſolis ſenibus vęnalia proponebantur? quis denique *Proſcribere inter aliquos* explicet, proſcribere certis emtoribus? Ad ſenum, quos ad faciendas coemtiones ſacrorum privatorum cauſâ repertos ab Iuriſconſultis pro Muræna ait Cicero, aliud genus eſt. Magno errore viri docti, ſed ſolennia ferè errantes, hos cum illis confundunt. Verba ſunt Ciceronis pro Mur. cap. 12. *Sacra interire illi noluerunt: horum ingenio ſenes ad coemtiones faciendas interimendorum ſacrorum cauſâ reperti ſunt.* Nõ poterant hos cum illis cõglutinare, niſi interveniret tertiũ genus coemptionis, quâ matrimonium contrahebatur: ſcilicet, ut vara vibiam ſequeretur. Dicamus, ait Hotman. ſenes orbos matrimoniũ per coemtionẽ contraxiſſe: quâ ratione accidebat, ut eorum uxores ſacrorum ſociæ ſuæq; illis hæredes eſſent. At ſimul atq; alteri nubebant, in eius ſacra tranſibant: atq; ita ſenis illius ſacra interibant. Operoſum hoc nimis, hominẽ ſenem, & de relinquendis rebus iam cogitantem, oblatratricẽ ſibi in ædes intromittere: ſed nec niſi orbis faciendum. At cuius acuminis eſt, contra deſtinationem teſtatoris, & exſpectationem hæredis ingenti calliditate ad ignotam & extraneam hæreditatem averti? Saltem addidiſſet, hanc mulierẽ poſtea legitimo hæredi nubere cogi. Sacra onerabãt hæreditatem: parcus Deorum quidẽ cultor, qui ſacra interire patiebatur, gratificabatur hæredi: quomodo igitur capularis, & Acheruntiсus duceret uxorem, eaq; relictâ hęrede illum ſpe ſuâ & iure interverteret? Adeòne quiſquam eſſet iratus Diis, ut dum illis cum lenone Plautino adiret manum, ad extraneos transferri patrimoniũ ſuũ gauderet, & agnatos forte bene meritos (nuſquam enim maior reverentia orborũ, quàm Romæ) fraudaretur? Subtilius Paulus Manutius cõminiſcitur certũ genus bonorũ, ſacris obnoxiorũ, & ſenes coemiſſe illa bona, quæ qui haberent, ſacris adſtringerentur. Quod ut alicubi cõtigiſſe poſſit videri, ita cõmuniter ſacra erãt totius hæreditatis: quod vel

ex

ex Proverb. cõſtat: *Sine ſacris hæreditas*. Itaq; hîc quoq; in ſubſidium arceſſit coemtionẽ matrimonij cauſâ: coemtio autem, ait, actio illa tota dicebatur, cùm ſenibus illis eã partem bonorum, quæ ſacris obnoxia eſſet, coementibus reliqua omnia mulieris in mariti poteſtatem dotis nomini tranſibat. Et mox: *interimentorum*] tollendorum, ut ea interimerent, neq; iis mulieres adſtringerentur. Quæ verba Manutij ipſo illo antiquo ritu obſcuriora ſunt: certè non intelligere me fateor. Scal. ad Feſti *Puri, probi, profani, ſui auri*: Ubi agit de modis ſacrorum abolendorum, ita cenſet: Aut fiebat alio genere imaginariæ venditionis, quæ vocabatur *Coemtio*, adhibitis ſenibus coemtionalibus, qui aſſe Caiano, hoc eſt, nummo ſeſtertio dicis cauſâ ter accepto, & rurſùs reddito hæredes abſolverẽt. Cautius ſanè, quã cæteri; & de matrimonio ſilet. Sed illos ſenes nemo dixit *Coemtionales*. Nec explicat quales fuerint illi ſenes, ut in ipſis ſacra interirent, nec aut transferre ipſi ea in hæredes ſuos, aut ſumtis ſacris, quæ erant neglecturi, caput obligare piaculo viderentur. Si integra eſſet pars illa lib. II. de leg. Cic. ubi de ſacris perpetuis tractat, res, credo, declarata foret ſatis: nunc facilius reijcere opiniones aliorum, quàm ipſi certiorem prodere poſſumus. Tentemus tamen & nos aliquid, ne ſimus *ἀσύμβολοι*. In Teſtamento per æs & libram præter quinq; teſtes aderat libripens & familiæ emtor. Atq; hic familiæ emtor loco & vice erat hæredis, ut teſtator quaſi vivus alienaſſe hæreditatẽ videretur. Non enim erat ipſe hæres, vel Plutarcho teſte: *ὅσων διαθήκας γράφουσιν ἑτέρους μὲν ἀπολείπουσι κληρονόμους, ἑτέροις δὲ πωλοῦσι τὰς οὐσίας*. Pro hærede erat tamẽ: ideò ut neq; heres ſcriptus, neq; is, qui in eius poteſtate eſt, neq; pater eius, qui eum habet in poteſtate, neq; fratres, qui in eiuſdem patris poteſtate ſunt, teſtes adhiberi poſsũt. §. x. de teſtam. ordin. ita nec ipſe familiæ emtor, nec illi, qui per poteſtatem ei coniuncti erãt, ut itidẽ aſſerit Imperator, & Vlp. tit: xx. eodẽ argumento, quo ſubmovet illum Imperator, *quoniam familiæ mãcipatio inter teſtatorem & familiæ emptorem fit*. Antiquo Iure & LL. XII. Tabb. qui familiæ emtor erat, idem erat ſacrorũ & quod ille dicis cauſâ peregerat, hoc revera cõſequebatur hæres poſt mortem teſtatoris. Invenerunt hîc Iuriſcõſulti effugiũ: requirere ſenes orbos parvi pretij, & qui propter ſummam paupertatem, quod alio ſenſu de Myrone effert Petronius, non invenirent hæredem: eos adhibere præter familiæ emtorem, qui cùm negotium totũ ſit ima-

ginariū, ille emente familiā, ipſi accepto dicis causâ nūmo ſeſtertio, ut etiā pecuniæ emtores viderētur (vel datq potius. emtoris enim eſt dare pretium) coemebant, id eſt, ſimul emebant ſacra, ut ab his illum, & in eius perſonâ hæredem à ſacris liberarent, quę cum illis nullo exiſtente hærede, commorerentur. Ideo dicebātur *coemere*, quòd ſubſervirent familiæ emtori. Credibile eſt autem quamdiu vivebant poſt mortē teſtatoris, & inſtaurāda ſacra eſſent quæ ſuſceperant, ſumtū ad id muneris ab hærede illis ſuppeditatū. Hos nō magis dicas *coemtionales*, quam maritum *ſenē coemtionalē*, qui ſenex coemtione uxorē acceperat. Quāquam de hoc ferri poſſit illud per iocum, ſi vendiderit, ſe ac ac libertatē pro dote, & Martialis verbo, uxori ſuę nupſeris

Hactenus Gronovius.

cœna: pro cibis cœnæ. Pſeud. 3. 2. ✠. 102.

cœna adventitia. Stich. 4. 1. ✠. 8.

cœna aſpera: eſt illa ipſa, quam Plaut. *terreſtrem* quoq; vocat: eorum ciborum, qui è terrâ naſcuntur. Capt. 3. 1 ✠. 37.

Cœna cereales: ſunt optimæ & lautæ, ac multis ferculis oneratæ: quod feſtis Cerealibus populariter ſolerent Genio indulgere. *ceres* verò erat Dea educatrix hominum Inde Plin. lib. 15. c. 19. *auras Cereales* vocat, quæ educant, & aliūt fructus. Et Varro *pompam Cerealem*, appellat longum illū ordinem ferculorum, quæ in Cereali epulo inferebantur. Men. 1. 1. ✠. 25.

cœna condita. Pſeud. 3. 2. ✠ 91. *Suavitate condire cœnam*.

cœna dicta eſt. Stich. 5. 2. ✠. 14.

cœna ebria eſt, quæ benè madida eſt, & percocta. Caſ. 3. 6 ✠. 18.

cœna paraſitica: hæreditas ſine ſacris. Trin. 2. 4. ✠. 83.

cœna popularis: eſt epulum, quod populo datur, vti in Triūphis, & decimis Herculis. *Trin.* 2. 4 ✠ 69. Vide Turn. lib. 26. 16. & P. Fabrū lib 1. Semeſtr. c. 6.

Cœna ſororia: quæ datur ob repertam ſororem. Curc. 5. 2. ✠. 61. Ibid. *Nuptialis*: de quâ Faber dicto loco.

Cœna terreſtris: in quâ terræ naſcentia apponuntur. Cap. 1. 2. ✠. 80. Sic Diphilus: *δεῖπνον, ἀλλ' οὐδ' αἷμα ἔχει*. Horat. *cœna ſine ſanguine*.

cœna Thyeſtéa. Rud. 2. 6. ✠. 25. Vide in Mantiſſa Lex. *Prov.*

Cœna viatica: quæ peregrinis datur. Bacch 1. 1. ✠. 61.

cœnacula dicūtur, ad quæ ſcalis aſcenditur. Gloſſæ vertunt *δίαιτον ὑπερῷον*. Amph. 3. 1. ✠. 3. Turneb. 4. 15. & 13. 11. Vide etiam Scal. ad Feſtum. Vtitur quoque Cic. lib. 1. ad Herenn. cap. 14 & lib. 2. cap. 13. Ita ibi Mſſ. Pall.

cœnare. accuſandi cauſa iunctū. Aſin. 5. 2. ✠. 86. Horat. l. 2. Sat. 2 *Nos cœnamus aves*. Idē lib. 2. Epiſt. *Emptum cœnat olus.*

cœnare cœnam. Rud. 2. 6. ✠ 24.

cœnare barbarico ritu. h. e. Romano,

mano, munde & eleganter. Caſ.3.6.℣.19.

cœnare lepidè nitideq́;. Caſ. 3. 6. ℣. 9.

cœnare odorem. Pſeud.3.2.℣.55.

cœnare foris: ſcil. in cõvivio. ger. zu gaſt gehen. Moſt.2.2.℣.53. Stich.1.1.℣.36. *Domi* ℣.38.

cœnam coquere. Caſ.3.6.℣.16.& 4.1.℣.8. & 4.2.℣.1. Stich.3.1. ℣.35. & 4.2.℣.18.22.29.& 5. 3.℣.7. Rud.4.7.& 38.

cœnam curare. Pœn.5.3.℣.51.

cœnata noctes. Truc.2.2.℣.24.

cœnatica ſpes. Capt.3.1.℣.36.

Cœnatus. Aul.2.7.℣.6.

cœnatus & appotus. Curc.2.3.℣. 75.

cœno côllitus. Pœn.1.2.℣.93.& 4.2.℣.4. Moſt.1.3.℣.132.

cœno delibuta: meretrices luteę. Pœn.1.2.℣.56. Truc.4.4.℣.1.

cœnum lutulentum: de meretricum ganeis & luſtris. Bacch. 3.1.℣.17.

cœnum; pro *cœnoſo*, lutulento. Pſeud.1.3.℣.13. *E ſterquilinio effoſſus.* Caſ.1.1.℣.16. Catullus *lutum* vocat. Vide Ciceronẽ pro Domo, & Seſtio. Terent. Phor.3.2.℣.41. *Sterquilinium* Græcè κόπρειος ἀνήρ.

cœnum commictum. In maledictis. Perſ.3.3.℣.2. vel, *commictus cœno:* quod idem eſt.

cœpere; inire, incipere. Perſ.1.3. ℣.41.

cœpere; capere, Men.5.5.℣.57. Truc.2.1.℣.23.

cœptides. Pſeud.3.2.℣.43. Vide ſuprà *cicilendrum.*

cœptus, ûs, ἀρχή. h. e. exordium. Rarius eſt nomen, ut &, *Inceptus, Oratus,* Cic. videtur primᵘˢ eo uſus, ut novo. lib.4. fin. c.15. *Atq; ipſa inſtitutio hominis ſi loqueretur, hæc diceret, primos ſuos cœptus appetendi fuiſſe, ut ſe conſervaret in eâ naturâ in quâ ortus eſſet.*

Coëpulonus. Perſ.1.3.℣.20. Sic Cic. Læl.c.26. *Coamicus.*

coëtus; pro coitu à coeundo. συμβολή. Amph.2.2.℣.23. Ciſt.2. 1.℣.54. Terent. Phorm.2.2.℣. 32. *Prima coitio acerrima.* Sic Chalcidius *coëtus Lunæ* vocat *coitus Lunæ.*

cœtus. Sic quoſvis conventus & celebrationes, τὰς πανηγύρεις vocabãt, quibus ſpectacula ludiq; ſolẽnes ad alliciendos cõciliandoſq;, vicinos populos exhibebãtur: quo nomine valdi eas cõmendat Iſoc. Cic. lib. 1. offic. c. *ut hominum cœtus & celebrationes & eſſe, & à ſe obiri velit.* Tuſc.5.c. Itẽ *nos quaſi in mercatus quandã celebritatem de urbe aliquâ, in hanc vitã ex aliâ vitâ & naturâ profectos, alios gloriæ ſeruire, alios pecuniæ.* Pro Sulla c. *Quæ domus? quæ celebratio? quæ familiaris dignitas? quæ ſtudia amicorum.*

cogere agmen. Militare verbũ eſt: exercitûs ꝓcedentis extremę parti præeſſe. Græci οὐραγεῖν dicunt, & οὐραγία τὸ τέλος τοῦ στρατοῦ, eatremũ agmen. Cic. & tralatèutitur, pro, eſſe ultimũ. Dicunt &, *claudere aciẽ, & agmen.* Liv. lib.42 a. *Ipſe cum equitatu & levi armaturâ ſubſtitit ad agmen cogendũ, ratus, id quod accidit, inſecuturos ad extrema ab tergo carpenda hoſtes.* Et lib.44. cap. *Ipſe equites* im-

impedimentaque præ ſe habens cum legionibus agmen cogit. Et lib. 36.c. *Eumenes agmen cogebat.* Et lib.34.cap. *primæ legionariæ cohortes ibant: levis armaturæ equites agmen cogebant.* Et mox: *Appius Claudius agmen cogebat.* Et lib. 39.cap. *quibus dum locum ad evadendas anguſtias cogendo ipſe agmen præbet.* Cic.lib.15. Attic. Epiſt.13. *Aſſentior tibi, ut nec duces ſimus, nec agmẽ cogam⁹, faveamus tamen.* Author lib. 8.de bell.Gall.c. *Deinde impedimentorum agmẽ cogerit* x1.

Cogere pecuniam: pro, cõgerere: Terent. Heaut.1.1.℣.92. *Omnes (ſervos) produxi, ac vendidi, inſcripſi illicò ædes mercede. quaſi talenta ad quindecim coegi.* Hinc eſt *coactor*, & *coactio.* Donatus, ſive Calphurn. potius in Heaut.1.1.℣.94. hinc *coactores argentariorum dicũtur, qui pecunias cogunt.* Idem & Acron ad Horat. lib. 1. Sat. 6.℣.6. *coactores ſunt mercenarij eorum, qui habent argentariam.* Erat autem & in auctionibus eorum uſus. Cicero pro Cluent. cap. *Quidam ex amicis Saſſiæ recordatus eſt, ſe nuper in auctione quadam vidiſſe è rebus minutis aduncam &c. ſerrulam. & perquiritur à coactoribus.* Et pro Rabir. Poph. cap. *Utrum acceſſionẽ decumæ, ut noſtri coactores facere ſolent, centeſimæ.* Horat. lib.1.Satir. 6.℣ 86.

Si præco parvas, aut, ut fuit ipſe coactor,
Mercedes ſequerer——

Suetonius in vitâ Horat. *Horatius Flaccus Venuſin⁹, patre, ut ipſe tradit, libertino, & exactionum coactore.* Scævola IC. Dig. Tit. 7. de ſtatu liberis l. 40.§.8. *Argentarius coactor cùm penè totam fortunam in nominibus haberet.* Vide etiam ſupra, *Coactio.*

Cogere rem. Truc.2.2.℣.55.

Cogere pecus, oves. Bacch.5.2. ℣.15.

cogere tergo examen mali. Truc. 2.2.℣.59.

cogi. pro, cõcludi ſive effici. Dialecticum verbum. Videtur dictum imitatione Græcorũ, apud quos συνάγεσθαι idem valet. Cic.lib.2.leg.cap. *Sunt autẽ ea, quæ poſui, è quibus id, ꝙ volumus, efficitur & cogitur.* Et lib.3.Nat.Deor.c. *Innumerabilia sũt, ex quib' effici, cogiq; poſſit nihil eſſe.* De fato c. *Qui aũt ex eo cogi putat, ne ut ſedeamus quidẽ & ambulemus, volũtatis eſſe, is non videt, quæ quamq; res conſequatur.*

cogito: abſolute poſitum. Moſt. 3.1.℣.23.

cogitare: à cogendo. Mil.2.2.℣. 46. vel, eſt ab *agitando*, quaſi *coagitare*, ut, *cogo*, pro, *Coago.* Nam quæ in deliberationem revocamus, nunc huc, nunc illuc tamquã movemus: quæ eſt translatio verbi. Cic.lib.1. Offic.c.24. *Idq; eſt viri magni animi, rebus agitatis punire ſontes.* Salluſt. Iug. cap. *Nam callidus id modo feſtinabat, Boccho pacem imminuere, ne mox agitando, aliud quàm bellum mallet.*

cogi-

cogitare cum animo ſuo. Moſt. 3. 2. ℣. 13.

cogitatè verba facere. Pœn. 5. 4. ℣. 49.

cogitatè meditari. Mil. 3. 3. ℣. 69.

cogitatio. Ciceroni interdum, quod, *Mens,* ratio, ingenium, *νοῦς, διάνοια:* à quo & *cogitationis ſtudia,* pro liberalibꝰ, & mentis, ſive dianoëticis. Cicero li. 1. leg. cap. de homine: *Animal hoc providum, ac plenum rationis & conſilij.* Et mox: *particeps rationis & cogitationis: cùm cætera ſint omnia expertia.* Et lib. 3. Nat. Deor. cap. *Num ergò iccircò in Vrbe eſſe rationem cogitationem mentem putas?* Et Accuſ. 2. Verr. cap. *Eundem mira quadam excogitare genera furandi. Nam ipſum Verrem tantum ſemper avaritia hianti atque imminenti fuiſſe ingenio & cogitatione multa.* Et lib. 1. Nat. Deor. cap. *cogitationem prudentiam, mentem, conſilium, rationem* idem valere ait. Et lib. 3. Fin. cap. *Atq; ita cogitatione & ratione collegit.* Sic ibi rectè ex v. l. Lambinus. vulg. *cognitione.* Sed idem non rectè ad illud lib. 1. Offic. cap. *tum agitatio mentis, quæ numquam acquieſcit, poteſt nos in ſtudiis cogitationis etiam ſine operâ noſtrâ continere,* pro, (ut loquitur) *cogitationis,* reclamantibus omnibus libb. ſupponit *cognitionis.* Sic eodem lib. 1. cap. *Sic reperies multos quibus periculoſa & callida conſilia, & quietis & cogitationis ſplendidiora & maiora videantur.* Ita in vett. libb. exaratum fuit. Nam & Livius lib. 30. cap. *quieta.* Et lib. 35. c. *callida & audacia conſilia* vocat.

cognati & amici. Stich. 4. 2. ℣. 2.

cognatio. Magnæ cognationis eſſe dicitur qui latè patentē habet familiam. Cæſar lib. 7. bell. Gall. cap. 32. *Alterum Cotum, antiquiſſimâ familiâ natum, atque ipſum hominem ſummæ potentiæ, & magnæ cognationis.*

cognitio. Interdum idem quod Græcè *ἀναγνώρισις*: de quâ Ariſtot. de Arte Poet. Olim Græci cùm exponerent interdum puerum, annulum aliquem, vel quid alium adiungebant: ex quibus poſtea velunt ſignis agnoſcebantur *Expoſititij.* Terent. Eunuch. 5. 3. ℣. 12. *Ibo intrò, de cognitione ut certum ſciam.*

cognitio in iudicando quid ſit, notum: & de eo Lex. Iuris. Interdum *cognitio,* quæ vulgò *Regula* in artibus: ut, Regula Iuris, Grammatica, Phyſica, & præceptum aliquod, ſeu definitio: de quâ infr. Cicero lib. 3. de fin. cap. *Artes etiam ipſas propter ſe aſſumendas putamus, tum quia ſit in iis aliquid dignum aſſumtione, tum quod conſtent ex cognitionibus, & contineant in ſe ratione conſtitutum, & via.* Et lib. 2. leg. cap. *Sed Iuriſconſulti ſive erroris obiiciundi cauſâ, quâ plura & difficiliora ſcire videan-*

tur, ſive quod ſimilius veri eſt, ex ignoratione dicendi, & ſæpe quod poſitum eſt in unâ cognitione id incognita diſpartiuntur.

Cognitor: procurator alteri⁹, ſed præſentis: de quo Lexic. Iuris. Abeo.

Cognituræ dicuntur à Suetonio *procurationes*, & officia procuratorum in foro. Vide & ſupr. *captura*. Sueton. Vitell. cap. *cuius filius ſectionibus & cognituris uberius compendium nactus* &c. Ita ibi leg. Vtitur & *Apparitura* vocabulo idem Sueton. vide ſupr.

cognominis: συνώνυμος. Bacch. 1. 1. ℣. 5.

cognomentum dandi caſui iunctum. Perſ. 1. 2. ℣. 8.

cognomenta. Pſeud. 4. 2. ℣. 20.

cognoſcere: noſſe Pœn. 5. 5. ℣. 45.

cognoſco: video. *Pœn.* 5. 4. ℣. 12.

Cognoſcere ſe invicem. Men. Arg. ℣. 10.

cognoſcere. Ger. Erkennen. Pſeu. 4. 2. ℣. 45.

cognoſcere, & *Noſcere*, & *Notitia:* de concubitu. Ita & Latini interdum, ut & Græci ac Hebr. Turpilius Demiurgo *Mulier meretrix, quæ me quæſti causâ cognovit ſui*. Ovidius Hypſiphyle ℣.

Turpiter illa virum cognovit adultera virgo.

Plautus Moſt. 4. 2. ℣. 12. *novit herus me*, Tit. *ſuam quidem ipſe vel culcitellam oportet*. Idem Perſ. 1. 3. ℣. 52. *Hic leno neq; te novit, neq; gnatam tuam.*

Cognoſſe, Cognoſſem. &c. Vſitata veteribus, pro, *cognovisse, cognoviſſem*. ut infr. *Conſueſſe*, *conſuêrat*. Val. Max. lib. 2. cap. ult. *Quod cùm ex Favonio amiciſſimo ſibi unà ſedēte cognoſſet, diſceſſit è theatro*. Sic v. c. Idem lib. 4. c. 6. *Quæ cùm apud Philippos victum & interemtum virum ſuum Brutum cognoſſet*. &c. Sic & ibi v. c. Nepos in Eumene: *Eumenes intelligebat ſi copiæ cognoſſent, adverſus quos ducerentur*. Cæſar lib. 4. bell. Gall. c. *Interim legatis tribuniſq; militum convocatis, & quæ ex Voluſeno cognoſſet, & quæ fieri vellet, oſtendit*. ita v. l. Cic. lib. 3. offic. c. *Itaq; Calpurnius cùm demolitus eſſet, cognoſſetq; Claudium ædes poſtea proſcripſiſſe, quàm eſſet ab Auguribus demoliri juſſus*. Sic lib. MS.

Cohærere Cicerone eſt, quod in Scholis Philoſophorum vulgò *ſubſiſtere*. Et *cohærētia*. Cic. *ſubſiſtentia*. Cic. lib. 5. Tuſc. c. *Nec enim virtutes ſine beatâ vitâ cohærere poſſunt, nec illâ ſine virtutibus*. Idem lib. 2. de Nat. Deor. c. *Iam verò circuitus ſolis & Lunæ, reliquorumq; ſiderum, quamquā & ad Mūdi cohærentiam pertinent*. Et eod. lib. cap. *Sed nihil maius, quàm quòd ita ſtabilis eſt mūdus, atq; ita cohæret ad permanendum*. Et antea: *an eo ſtatu, quo cohærere nullo modo potuerint, niſi ſenſu moderante*. Et lib. 3. c. *Illa verò cohæret & permanet Naturæ viribus, nō Deorum*. Et lib. 2. c. *Sed nos cùm dicimus, Naturâ cōſtare adminiſtrariq; Mundum, nō ita dicimus*

cimus ut glebam aut fragmentum lapidis, aut aliquid eiuſmodi nullâ cohærendi naturâ: ſed ut arborem, ut animal, in quibus nulla temeritas, ſed ordo apparet, & artis quædam ſimilitudo. Vbi id videtur velle Cicero, res illas inanimas non ita per ſe permanere & cõſtare, ut animantes. DION. LAMB. in Notis ad eum locum mirè æſtuat. Et lib. 3. de Orat. c. *Hæc tantam habẽt vim, ut paulùm immutata cohærere non poſſint.*

Non cohærent. Abſolute: pro, non conveniunt.

Terent. Andr. 2. 2. ℣. 22. *Paulum obſoni, ipſus triſtis, de improviſo nuptiæ: non cohærent.* Et mox: *non videntur convenire hæc nuptiis.*

Cohibere, pro, cõtinere, complecti. Cic. Cat. Maj. c. *Quæ cùm gremio mollito ac ſubacto ſparſum ſemen excepit, primùm id occæcatum cohibet.*

Cohibere manus ab alieno. Trin. 4. 3. ℣. 12.

Cohibere arctâ. Merc. Prol. ℣. 65.

coibilis, coibiliter, preſſus, breuis, breviter. Nomen obſoletum Apuleius de Deo Socr. *Eandẽ iſtam fabulã in pauca cogam', quantũ poteſt fieri, cohibiliter.*

Cohors, Chors, & cors. Idẽ valent. Nam veteres *chortem* interdũ dicebant pro *corte*. Eſt autem *chors* primùm villæ ſæptum, à Græco χόρτος, ꝙ ab Heſychio περίβολος τῆς αὐλῆς. curtẽ Barbari vocant. Varro lib. 3. de re ruſt. c. *In plano cohors, in quâ paſcebantur gallinæ.* Vopiſcus Aurel. *roſas in eiuſdem mulieris cohorte exiſſe purpureas.* Martialis: *Rauca chortis aves.*

Cohors. In re militari, à cohorte ruſticâ. *ut enim in villâ*, inquit Var. li. 4. LL. *ex pluribus tectis conjungitur, & quiddam fit unum, ſic hæc ex manipulis copulatur cohors. Legio ex decem cohortibus: & cohors ex tribus manibus* &c. *conſtabat.* id eſt, CCCCXX *militibus. Græcũ* σπεῖρα *vocatur.*

coici, pro, *Conici*, vel *conijci*. Ita veteres ſæpe locuti, ut contra *conauditum*, pro, *Coauditum*, & *cõagulatum*, pro, *coagulato*, antiquos dixiſſe, ait Feſtus. Var. lib. 3. de re ruſt. c. 14. *Quã quam ex Africâ quæ vocantur Solitanna ita ut in eas LXXX. quadrantes coijci poſſint.* Sic v. c. Laber. apud Agel. 16. 7. *& coijcior*, inquit, *in fullonicam.* ita ibi l. vet. vulg. *collicior.* Iuſtinus lib. 1. *caput cyri amputatum in utrem, humano ſanguine repletum coici regina iubet.* Ita v. c. Et lib. 32. in fin. *Quippe omniũ ſerpentiũ genus in fictiles lagenas coici iuſſit.* nõ aliter vett. libb. Vlpianus JC. l. 3 D. de cuſtod. & exhib. reor. *Diuus Pius ad epiſtolam Antichenſium Græcè reſcripſit, non eſſe in vincula coiciendum eũ, qui fideiuſſores dare paratus eſt.* Ita Pand. Flor. Cic. lib. 9. epiſt. ad pætum: *In Epicuri nos adverſarij noſtri caſtra coiecim'.* Sic opt. lib. Medic. Cælius ad Cic. lib. 8. *Nam in diſputando cojecit illam vocem Cn. Pompeius, omnes oportere Senatũ dicto audientes eſſe.* Ita ibi v. c.

coire:

Coire: honeſto ſignificatu de lecto diſcubitorio. Moſt.1.4.℣.14.

coire; convenire. Men 5.9.℣.46.

Colaphus. κόνδυλος. Alapa, ῥάπισμα. diducta ſeu explicata & porrecta manu ictus ille fit. Capt.1.1.℣.20. Perſ.2.4.℣.22 Gloſſæ: *Alapator,* ὁ καυχητής.

Colapho icere. Perſ.5.2.℣.65. κολαφίζειν. *Pugnum ducere* dicit Vlp. & Quintil.

Colaphos abſtrudere in cerebro. Rud.4.3.℣.68.

Colabiſcus: nomen villici. Pœn. 1.1.℣,42.

Colere, pro, habitare, incolere, degere. Vt, *illi eo loco colunt.* Sic & *Colere urbem,* h. e. aſſiduum ibi eſſe. Liv. lib. 24.c. *Syphax cum paucis equitibus in Mauruſios ex acie Numidas (extremi propè Oceanum adverſus Gades colunt) refugit.* Cic. lib.2. Ep. 12. ad Cælium. *Urbem, mi Rufe, cole & in iſtâ luce vive.* Plaut. Pſeud.1.2.℣.68. *Huncine hic hominem pati colere juventutem Atticam?*

Colere aliquem : pro, ei adeſſe, operam dare, Plautus Ciſt.1.1.℣.23. *quia me colitis & magnificatis.* Terent. Adelph. 5.8.℣.4. *maximè facere hãc familiã, colere, adiuvare, adiungere.*

Colere vitam : διάγειν. Rud.1.5.℣.25. Vide infr. litt. V.

colere ſervitutem. Pœn.4.2.℣.7.

colere artes malas. Trin.2.2.℣.16. Græci quoque τὸ τρέφειν ſumunt ἀντὶ τοῦ ἔχειν, vt docet Caſaub. lib.1. Animad. in Ath. cap.18. pag.345.

colere quæſtum ſuum. Pœn. 5.2.℣.137.

colere & alere. Pœn.5.4.℣.14.

Coli pro *habitari.* Moſt. 3. 2. ℣.79. Inde *Inquilinus,* qui ædes incolit.

collabi in corruptelam. Truc.3.2.℣.3.

collabaſcunt amici. Stich. 4. 1. ℣.17.

collaria; vincula quo colla vinciuntur. Germ. Kragen. Capt. 2.2.℣.107.

collatio: comparatio. Mil.3.3.℣.67.

collator ſymbolorum. Vide litt. S.

collatiuus, pro, *coactus, collectus.* Nazarius in Orat. ad Imper. Conſtant. *Innumeræ ſimul gẽtes ad bellũ coactæ, ſed uno impetu tuo fuſæ, dum collativam vim comparant, compendioſam victoriam præſtiterunt.* Ita ibi ex v. c. leg. vulg. *collatitiam.* Sic *collatiuꝰ vẽter* apud Plaut. Curc.2.1.℣.16. pro magno & turgido, in quem ſcil. omnia edulia cõgeruntur, inquit Feſtus. Vide infr. litt. V. *Venter.*

collaudare. Truc.2.6.℣.15. Trin. 2.2.℣.15.

collaudo conſiliũ. Trin.5.2.℣.24.

collaudare ſe. Pœn.5.4.℣.11.

Collaudare laudibus. Capt.2.3.℣:61.

collectio : pro argumentatione, Syllogiſmo. Sed hæc notio poſt Cic. cœpta videtur. Scævola JC. ff. lib.29. tit.7. l.14. de jure codic. *Sabini & Caſſii collectio, quam & ipſi reddunt, nulla eſt, quòd codicill.* &c. Vbi vide gloſſam Accurſii. Ita

Sene-

Seneca eo utitur Epiſt. 86. *Huic collectioni Peripateticorum quidam reſpondent.*

collega, de ſervo uſurpatur. Aſin. 3.2.ỽ.10.&30.

collegium augurum. Men. 1.2. ỽ.54.

collibitum eſt. Merc.2.1.ỽ.34.

collidere, pro, Committere, in contentionē deducere. Petr. Satir. pag.55. *Alioquin mille cauſæ nos cottidie collident.* Silius Ital. *concurſuſq; viros colliſerat acer.* Statius: *Gloria collidit fratres.* Abſolutè verò Seneca de Provid. de Catone Vticenſi: *Quem ſibi rerum natura delegit, cùm quo metuenda collideret.*

colligare. Epid.5.2.ỽ.18.

colligare vaſa. Pſeud.4.3.ỽ.16.

colligere ſe. Eſt ex terrore, vel irâ, aliâve perturbatione ac dolore redire ad ſe, atq; conſidere. Idem & diligētius animo ſuo conſiderare ſeſe, & reprehendere. Vide infr. *Repreh.* Sic & Plato *συναγείρειν ἑαυτόν*. Sic enim in Protagorâ Socrates: *ἐπειδὴ δὲ ᾐσθόμην, ὅτι τῷ ὄντι πεπαυμένος εἴη, μόγις πως ἐμαυτὸν, ἀσπερεὶ, εἶπον.* Ita fere & in Phædone, ubi de animo intra ſe cogendo, & à ſenſibus abducēdo. *πείθουσα δὲ ἐκ τούτων μὲν ἀναχωρεῖν, ὅσον μὴ ἀνάγκη αὐτοῖς χρῆσθαι· αὐτὴν δὲ εἰς αὐτὴν συλλέγεσθαι καὶ ἀθροίζεσθαι παρακελευομένη.* Cic. Tuſcul. 4. cap. *Quid eſt ſe ipſum colligere, niſi diſſipatas animi partes in ſuum locum cogere?* Idem lib. 2. Div. cap. *Eum primò perterritum ſomno ſurrexiſſe, deinde cùm ſe collegiſſet, idq; viſum pro nihilo habendum duxiſſet, recubuiſſe.* Et lib. 1. ad Lentul. Epiſt. 9. *Hæc cùm ad me frater retuliſſet, collegi ipſe me, & cum ipſâ quaſi Rep. ſum locutus.* Et lib. 3. Epiſt. 10. *Etſi graviter primo nuncio commotus ſum, tamen, ut me collegi, cætera mihi faciliima videbantur.* Et lib. 5. Epiſt. 18. *Rogo, atq; oro, te colligas, virumq; præbeas.* Et ad Attic. lib. 12. Epiſt. 34. *Etſi minus urgeor, meq; ipſe propemodùm collegi, tamen indigeo tui conſilij.* Et lib. 15. Epiſt. 21. *Tum me collegi, verens, ne quid mihi ille iratus tibi noceret.* Idem ad M. Brutum Epiſt. 13. *Iudicium tuum magni æſtimans, idque veritus, me ipſe collegi.* Et Accuſ. 2. Verr. cap. *Perturbatus eſt, ubi ſe collegit, vocat ad ſe Syracuſanos &c.* Lucret. lib. 3. ỽ.939. *Quin correptus homo ex ſe colligit ipſo.* Cicero pro Domo cap. *Ac ſi me populus Rom. incitatus iracundiâ aut invidiâ è civitate eieciſſet: idemq; poſtea mea in Remp. beneficia recordatus ſe collegiſſet, temeritatem atque iniuriam ſuam reſtitutione ſuâ reprehendiſſet.*

collinere. Moſt.1.3.ỽ.132.

colliniare. Vulgò, ſcopum ferire, attingere, vel iacere aliquò. Sic & *Deliniare* interdum Poetę. Multi ſcribunt, *collimare:* quidam & *collineare.* Sed eini ſæpè mutari, teſtes ſunt vett. libb. Agellius 9.1. *At ſi in editiora*

tiora mittas, & ad percutiendũ ſupernè aliquid, manum & oculos collinies, quo motus à te datus fuerit, & telum ibi t. quò jeceris. Cic. lib. 2. Divin. cap. *Quis eſt, qui totum diem jaculans non aliquando colliniet?* Et lib. 3. fin. c. *Vt enim, ſi cui ſit propoſitum, colliniare haſtum aliquò?* Vbi Lamb. diſtinguit, *collimare*, & *Colliniare*, & tãdem ſuſpectum habet verbũ *collineare*. Sed fallitur. Nam & *Deliniare* eſt apud Ovid. *Deliniat ictu.*

colliphia, Panes recenti caſeo commixti. *Perſ.* 1. 3. ℣. 11. Qui cibus propriè fuit gladiatorũ. Iuvenal. Sat. 11.

Luctantur pauca, comedunt colliphia pauca.

Collocare de cadavere defuncti. Amph. 1. 1. ℣. 148. Vide Electa Plaut. Tit. *Funeris.*

collocare abſolutè. pro, *nuptum collocare*, elocare filiam. Aul. Arg. 2. ℣. 15.

collocare alicui filiam, matrem, vel ſororem: & plane. *nuptum collocare*. Cic. lib. 2. offic. c. *Sed ut pecunia non quærendæ ſolũ ratio eſt, verùm etiam collocãdæ.* Et pro Cæc. c. *cũ præſertim pecunia ex partitione deberetur uſquam poſſe eam melius collocari.* Plin. lib. 10. Epiſt. *Non aliud remedium diſpicio, quàm ut quantitas uſurarum minuatur, quo facilius pecuniæ publicæ collocentur.* Iuriſconſulti ſæpe *collocare pecuniã*: interdum, *collocare nominibus*, vel, *in nomina*, dicunt. Vide L. Iur.

collocare, ut &, ***Locare***, dicitur præco in auctionibus: cùm res alicui addicitur. Varro:

Colloqui aliquem. Pſeud. 1. 3. ℣. 15. 21. & 3. 1. ℣. 20. Aſin. 1. 2. ℣. 25. & 3. 1. ℣. 20. Mil. 4. 2. ℣. 17. Men. 2. 3. ℣. 76. Moſt. 3. 2. ℣. 97. Trin. 5. 2. ℣. 11. 26.

Cicero pro Milone, cap.

Quid ergò hanc dubitas colloqui?

colloqui cum aliquo. Amph. 3. 2. ℣. 17.

collubitum eſt; pro, *lubet*. Moſt. 1. 3. ℣. 136.

collum. Actum eſt de collo meo. Trin. 2. 4. ℣. 194.

Collum obſtringere. Vide *Obſtriringere.*

collo obtorto rapere. Pœn. 3. 5. ℣. ℣. 45. Vide *Obtorto collo.*

collo rem ſoluere. Germ. Mit der Haut bezahlen. Pœn. 5. 6. ℣. 17

collo appenſa crumena. Truc. 5. 1. ℣. 64.

collus & ***collum***. ὁ καὶ τὸ. *Nonius.* Amph. 1. 1. ℣. 288. Capt. 2. 2. ℣. 107. & 4. 3. ℣. 1. Cato. *Accipite hoc onus in veſtros collos.*

collutulare: dedecorare. Trin. 3. 2. ℣. 67.

collyra. Panificij quoddam gen⁹, quod ex iure ſumeretur. Perſ. 1. 3. ℣. 12. Vide Turn. 4. 1.

Collyricum ius. Perſ. 1. 3. ℣. 15. 17.

collobiũ. Videtur fuiſſe olim genus quoddam veſtis quod honoris causâ pullio, aut togę extrinſecus ad cervices & humeros ſuperinduebatur: quo *ſenatores* uterentur, ut hodie *Doctores* multis in locis, & Electores, atq; adeò ipſe Imperator.

rator, uti interdū ſolent. *Almutium* barbarè, & Arabicè, ni fallor, dici ſolet.

Colonia. Interdum pro villâ, ſeu prędio ruſtico, coloni domus. Paul. Jc. l. 24. Si in l. §. colonis D. locati cond. *Nam & qui expulſus à conductione in aliam ſe coloniã contulit* (ſc. colon⁹) *nō ſuffecturus duabus. neq; ipſe penſionũ notione obligatus erit.* Vlp. l. 2. §. privatæ. D. ne quid in loco publ. *Has ergò, quæ poſt conſularem excipiunt in villas, vel alias colonias ducentes. putem & ipſas publicas eſſe.* Idem l. 27. eius §. Ad municip. *Si quis negotia ſua, nō in colonia, ſed in municipio ſemper agit.* Et mox: *Omnibus deniq; municipij commodis, nullis coloniarũ fruitur: ibi magis habere domicilium, quàm ubi colēdi causâ diverſatur.* Sen. lib. 1. Contr. in procem. *Intra coloniã meã me continui: alioquin potuiſſem eum audiſſe in illo atriolo.*

colonia mola: piſtrinum. Pſeud. 4. 6. ✠. 38. *colonia* autem apud JCtos pro quavis habitatione uſurpatur, & conductione coloni ſeu domicilii. Aſin. 2. 2. ✠. 32. Pſeud. 4. 6. ✠. 38. Aul. 3. 7. ✠. 39.

Color, recentioribus, quod antiquioribus *Nomen ſpecies*, ſive *ſimulatio*, πρόφασις. Marcell. JC. l. 49. D. de donat. *Si color, vel titulus, ut ſic dixerim, donationi quæſitus eſt.* Et Vlpian. l. 1. inf. D. de abig. *Si non color abiegatûs quæſitus eſt, ſed verè putavit ſua.* Marcianus l. 2. D. de inoffic. teſt. *hoc colore inofficioſo teſtamento agitur.*

Colos thalaſſicus: Venetus, marinus, naucleric. Mil. 4. 4. ✠ 43.

coloſtra; & *Coloſtrum*: eſt lac nouum in mammis. *Nonius.* Nēpe eſt prima à parte ſpongioſâ denſitas lactis, quæ, ut ait Ariſtotel lib. 6. Hiſtor. Anim. ubi cōcreverit, fit quaſi lapis, ſive pumex, niſi aqua ei admiſceatur. Pœn. r. 2. ✠. 154. 177. Martial. 13. 38. Plautus noſter vſurpat in blāditiis amatoriis.

colubrino ingenio eſſe. Truc. 4. 3. ✠. 6.

colubra; ſerpētes. Stich. 2. 2. ✠. 51.

columnam mento ſuffulcire. Mil. 2. 2. ✠. 54.

columba in blanditiis amantiũ. Aſin. 3. 3. ✠. 103. Caſ. 1. 1. ✠. 50. Græcè περιστέριον. Vide Caſaub. Animadv. Athen. lib. 9 cap. 11.

columbar eſt genus vinculi, cui collũ inſeritur. Rud. 3. 6. ✠. 50. Vide Turneb. Adu. lib. 26. cap. 2.

Columbari. Cn. Marius: *columbatiq; labra conſerens labris.* Vnde Mæcen. *Si quis femina cirro criſpata labris columbatur*: vel ut Tibull. loqui amat, *dat anhelanti pugnantibus linguis humida oſcula.*

Columbus. Rud. 3. 6. ✠. 49.

Columen audaciæ. Amph. 1. 1. ✠. 211. *columen Senati.* Epid. 2. 2. ✠. 5. Caſ. 3. 2. ✠. 6. Tere. Phor. 2. 1. ✠. 57. *columen familiæ.* Lucill. li. 22. *Seruus neq; infidus domino, neq; inutili cuiquam,* Lucill. I. *columella. hic ſitu' Metrophanes.* Metaphora ſumta

ſumta ab architectonica: quaſi columna & ſuſtentatio. Sic *columella* dicebantur ſervi maiores domus, quos heri ſuis negotiis præficiebant. Tale eſt illud Virgil. Æneid. lib. 12. ℣. 95. de Turno.

—— *in quem domus inclinata recumbit.*

columnatum os; dicitur id, quod brachio tamquam columna ſubnixum eſt. Mil. 2. 2. ℣. 56.

coluthea: Interpretantur bellaria, & τραγήματα. Perſ. 1. 3. ℣. 7.

Comburere diem; de ſumma hilaritate convivandi. Men. 1. 2. ℣. 43.

comedere bona, rem, beneficia. Tralatè, pro alicuius bona dilapidare. Moſt. 1. 1. ℣. 11. & 3. 1. ℣. 28. Caſ. 4. 1. ℣. 21. Men. 4. 2. ℣. 64. Bacch. 4. 1. ℣. 8. Terent. Eun. 5. 8. ℣. 57. Varro: *crede mihi, plures dominos servi* (h.e. ſervi nequam, & fugitivi) *comedére, quàm canes.* h.e. paraſiti: Græci etiam dicunt γῆν καταφαγεῖν, τὴν οὐσίαν καταφαγεῖν. Cic. pro Flacco cap. *quaſi bona comeſſe Roma non liceret.* Et lib. 9. Epiſt. 20. ad Pætum: *Sed cura, ſi me amas, ut valeas, ne ego te iacente tua comedim.* Et pro Sextio cap. *Vtrum ego tibi patrimonium eripui, Gelli, an tu comediſti?* Et Philipp. 2. extremâ: *comites verò Antonij, qui poſtquam beneficia Cæſaris comederunt, conſulem deſignatum obſident.* Et lib. 11. Epiſt. 21. *Quocirca Segulium negligamus, qui res novas quærit: non quo veterem comederit (nullum enim habuit) ſed hanc ipſam recentem novam devoravit.* Author Orat. in Sal. (qui apud Diomedem Didius) *modò, inquam, patrimonio non comeſo, ſed devorato: quibus rationibus repente factus es tam affluens, & tam beatus.*

comedere hunc, vel, *illum*: pro, eius bona conſumere, dilapidare: ut Donatus in Servium. Sed P. Victor. lib. 15. cap. 10. Var. lect. pro, perſtringere, & dicteriis illudere, accipit. Nam & τὸ παραφαγεῖν apud Diog. Laert. ſic ſumitur: ἴδε τίμων παρέφαγον ὡς θρυπτόμενον Et ita Horatius lib. 1. Epiſt. 18. ℣. 82.

—— *qui dente Theonino cùm circumroditur.*

Terent. Eun. 5. 8. ℣. 57. *Hunc comedendum & deridendum vobis propino.* Eadem tralatione videtur uſus Plautus Pſeu. 4. 7. ℣. 24. *Iam admordere hũc mihi lubet.* & ℣. 25. *Iam ne comeſurus illum es?*

comedere acervum, ut mures. Caſ. 1. 1. ℣. 38.

comedere: conſumere, degulare, abligurire. Pſeud. 4. 7. ℣. 6. Germ. Verfreſſen. Trin. 2. 2. ℣. 79. & 2. 4. ℣. 15. & 3. 3. ℣. 24.

comedere. Obſcænum interdum: ut & *Vorare*. & *commanducari*. Lucill. Sat. lib. 4. *commanducatur totũ cõplexa comeſtq;.* Tibull. Priap. ℣. 29.

Tibi hic paratur, ut tuum ter aut quater
Voret profunda foſſa lubricum caput.

Nævi-

Nævius apud Nonium: *Quod editus, nihil eſt, ſi vultis, quod eacetis, copia eſt.*

Comedim: pro, comedam. Nonius ἀρχαϊκῶς. Curc. 4. 4. ℣. 4. Bacch. 4. 4. ℣. 91. Vide *Edim.*

Comedint. Truc. 2. 6. ℣. 53.

Comedis: comedas: *Comedere* eſt deglubere. Trin. 1. 2. ℣. 65.

Comedere & exornare ſe. Stich. 5. 4. ℣. 19.

Comeſum eſt. Trin. 2. 4. ℣. 5.

Comeſſe ſe; triſtem eſſe. Truc. 2. 7. ℣. 36.

Comeſte: dit. Trin. 2. 1. ℣ 20.

Comeſtis; comeditis. Truc. 1. 2. ℣ 53.

Comica verba in leones. Pſeud. 4. 6. ℣. 19.

Comici, & Tragici. Pœn. 3. 2. ℣. 4. Perſ. 4. 2. ℣. 4.

Comici ſenes: pro fatuis. Moſt. 5. 2. ℣. 30. Sic vetus Poeta, ni fallor, Cæcilius apud Cicer. Læl. cap. 26.

Me hodie ante omnes Comicos ſtultos ſenes verſaris, atq; illuſeris lautiſſimè.

Sic malim, quam in vett. quibuſdam, *coamicos*, ut & rectè Lamb. qui tamen illud *illuſeris* antea ediderat in ſuâ editione, *atque luſeris.* Idem Cicero in Caton. Maj. cap. *Nam quos ait Cacilius Comicos ſtultos ſenes.* &c. ita ibi rectè Lamb. aliique, licet in vett. libb. & antea vulgg. *Comicus* &c. Sic & Varro apud Donat. in Adelph. 5. 8. ℣. 15. *Hac atas eſt, etiam Comicorum ſenum.*

Comici Dij. Idem Varro apud Nonium, *Scenatilis. Vt Comici nothi, Dij ſcenatici.*

Comici homines: qui ſpecie ſervi boni ſunt, re non item. Rud. 4. 7. ℣. 23.

Comici ſervi. Capt. 4. 1. ℣. 8. 11. Pomponius apud Nonium: *Si ſciam, quid velis, quaſi ſervi Comici commiſtiles.*

Comici teſtes. Cicero lib. 2. Epiſt. ad Cælium: *mea vero officina ei non defuiſſe, tute es teſtis: quoniam κωμικὸς μάρτυς, ut opinor, accedit Phania.*

Comici adoleſcentes. Cicero pro S. Roſcio. cap. *Et certè ad rem nihil interſit, utrum hunc ego Comicum adoleſcentem, an aliquem ex agro Vejente nominē.*

Comici in Tragœdia. Pœ. 3. 2. ℣. 3.

Comicum aurum ſunt lupini. Pœn. 3. 2. ℣. 20. Stich. 5. 4. ℣. 9. Vide Turneb. lib. 1. 15. & lib. 19. 17. & Alciat. Parerg. lib. 7. 3. Horat. lib. 1. Epiſt. 7.

Nec tamen ignorat, quid diſtent æra lupinis.

Comis: prodigus; in malam partem. Trin. 2. 1. ℣. 24. Sic etiam *Benignus*, & *Elegans*. Vide ſuis locis.

Comiſſari non à *comedo*, ſed à Græco κωμάζειν, ſumtum eſt, molliter viuere, ebriorum aut intemperantium more ſe gerere, laſcivire, ſcortatum ire. Hinc *Comiſſatio*, conuiuium meretricum, & proteruum, comporatio nocturna & petulans. Moſt. 1. 4. ℣. 5. 22. Vide inprimis de hoc vocabulo Comment. Torrentij in Sueton. Vitellium. cap. 13.

P MSſ.

Mſſ. ſcribunt geminato *m.* Stich. 5.4.ỷ.4.

Comitas. Eſt prompta ad loquendum hilaritas & facilitas. Mil. 2.1.ỷ.1.

Comitas in vitio. Trin. 2.2.ỷ.52.

Comitas: commoditas, & facilitas morum. Rud. prol. ỷ.38.

Comitati eſſe; in vitio liberalem eſſe, & prodigum. Trin. 2.2. ỷ.75.

Comitem habere alicui rei. Pſeud 1.1. ỷ.15. Men. 5.6. ỷ.1.20.

Comiter. Rud. 1.5.ỷ.28. Cicero pro corn. Balbo cap. 16. *Comes,* benigni, faciles, ſuaves homines eſſe dicuntur, *qui erranti comiter monſtrant viam.*

Comiter factum. Pœn. 3. 6. ỷ.10.

Comitia agere de capite: iocoſè. Aul. 4.7.ỷ.19. Pſeud. 4.7.ỷ. 131. Truc. 4.3.ỷ.45.

Comitialis homo, qui religionem iuriſiurandi parum nouit. *Turn.* Pœn. 3. 2.ỷ.7.

Comitia: concio. Men. 3. 1.ỷ.12.

Comitium, notat puteal Libonis, vbi ius dicebatur; & vbi iurare ſolebant. Curc. 4.1.ỷ.6.

Comœdia tua vicit. Trin. 3.2. ỷ.80.

Comœdiam tranſigere. Truc. Prol. ỷ.11.

Comœdice; feſtiuè & concinnè. Mil. 2.2.ỷ.58.

comœdiai; genitiuus antiquus. Pœn. Prol. ỷ.51.

commarituus. Caſ. ỷ.218.4.2.

commeare; ire, venire. Curc. 3. ỷ.28. Rud. 2.2.ỷ.16. Mil. 2.3. ỷ.68. Epid. 3.2.ỷ.7. Capt. 4.2. ỷ.46. Truc. 3. 2. verſ. 14. *commeare in vrbem crebrò.*

commeatum inimicis intercludere. Germ. den Paß verlegen. Mil. 2.2. ỷ.68.

Commeatus Suetonio, plærumq; *κατάπλους.* Suet. Neron. cap. *Alexandrini, qui de novo commeatu Neapolin confluxerant:* Intelligit *commeatum claſſis:* ut *commeatus tabellarii.*

Commeatus, pro apparatu & inſtrumento. Q. Claudius lib. 1. apud Agell. 17.2. *Et Romani,* ait, *multis armis, & magno commeatu prædâq; ingenti copiantur.*

Commeatus, tranſitus. ut, tabellarii altero commeatu. Plautus Stich. 3.1.ỷ. 44. *Eâ ibo obſonatum, eadem referam obſonium per hortum utroq; commeatus continet.*

Commeatus in re militari: poteſtas eundi aliquo, & redeundi intra diem certum, militibus data, teſte & Feſto. Dabatur & ſenatoribus non abſimilis. Rhetor. Heren. lib. 1. cap. *Vt ille, qui ad diem commeatus non venit, cùm aqua interclusiſſent:* Quintil. lib. 7. cap. 4. *Vt quam miles ad commeatûs diem non adfuit.* Velleius Paterculus cap. *Vt cum commeatu petito Romam veniſſet, Conſul fieret.* Suet. Claud. cap. *commeatus à ſenatu peti ſolitos beneficij ſui fecit* Sic & lib. 1. lib. 3. §. qui quidem. D. de re mil. lib. 22. §. pen. Ad múncip. &c. Vide Lexicon Iuris

Com-

Commeatus argentarius. ἀλληγορικῶς. Pſeud.1.5.℣.9.

Commeatus, mutuus acceſſus. Mil.2.5.℣.58. Stich.3.1.℣.44. Mil. Arg. 2.℣.10.& 2.1.℣.65.

Commemini. ſcio. Amph.1.1.℣.97.& 2.2.℣.105. Truc. 1.2. verſ. 18. & 4. 3. verſ. 4. Perſ. 1. 1. ℣. 8. Mil. 3. 1. ℣.49.& 3.3.℣.40. Curc.5.3.℣.32.

Commeminiſſe aliquid. Pœn. 5. 2.℣.25. Men.5.9. ℣. 15. Curc. 4.2.℣.7. Pœn.3. 4. ℣.16.

Commeminit domi: domûs. Trin.4.3.℣. 20.

Commemorare, idem quod, *Rememorare*. h. e. mentionem facere, renovare memoriam. Livi9 lib.27.cap. *Et Alexãdriã ad Ptolemæum, Cleopatramq; Reges M. Attilius, & M. Acilius legati ad commemorãdam renovãdamq; amicitiam miſſi donat uléri.*

Commemorare: commonefacere, teſte Nonio: qui in eam rem inepte duo loca Tullii laudat, quæ tale nihil habent. Plauti tamen hic aptitiſſimus eſt. Pſeud.5.1.℣.36.

Cõmemorare: dicere. Ciſt. 1.1.℣.67. Pſeud.4.7.℣.88.

Commemorabitur. Truc. 4.4.℣.29.

Commemorabilis pugna. Pſeud. 1.5.℣. 111.

Commendare ſuos. Cicero lib.3. offic.cap. *Damonem & Phintiam Pythagoricum ferunt hoc animo inter ſe fuiſſe, ut cùm eorum alteri Dionyſius Tyrannus diem necis deſtinaviſſet, & is qui morti addictus eſſet paucos ſibi dies commendandorum ſuorum cauſa poſtulauiſſet, vas factus eſt alter ei ſiſtendi,*

Commendare. Eſt deponere. Querol. Lar familiaris inquit: *Mihi theſaurum cõmendavit.* Plaut. Aul. Prol.℣.6. *concredidit mihi theſaurum.* Et ibid.4. 2.℣. 8.l. C l. & ſiquis. ff.de religioſis l.186.ff.de V.S. Cicero lib.2.de leg. c. Iuſtinus lib.35.ſub finem: *Demetrius duos filios apud hoſpitem ſuum commendaverat.*

Commentare: ἀρχαϊκῶς, eſt raptim aliquid & memoriæ cauſa indiſtincte & ſine ordine annotare Plautus μεταφορικῶς vſurpauit de plagis, *commentare ora*.h.e. verberibus quaſi. Men.5.7.℣.30.

Commentari: eſt reminiſci: Caſ. 2.3.℣.25. Ciſt.2. 1.℣32. Truc. 4.2.℣.25.

Commentari, commentatio. Idem quod, meditari, meditatio.h. eſt exerceri, exercitatio. Cicero lib. 2. de Orat. cap. *quos quidem locos nullâ commentatione atq; meditatione paratos atque expeditos debetis.* Sed videtur *Commentatio* pro *cogitatione* poſitum Cicero lib.1. de Orat.cap. *Nam ſi ſubitum*

& fortuitum orationem commentatio & cogitatio facile vincit.

Commentari. Idem interdum valet, quod, in in commentarios referre, vel, ſcriptis mãdare: quod tamen nòn Ciceroni, ſed eo recentioribus uſurpatum. Plinius Præfat. *Cenſorij* Catonis *verba ponam, ut inde appareat, etiam* Catoni *de re militari commentanti* &c. Et lib. 18. cap. 25. *id eo ipſo anno cùm commentaremur, hoc notatum eſt.* Agell. lib. 1. cap. 9. de Pythagoræ diſcipulis. *Is autem, qui tacebat, quæ dicebantur ab alijs, audiebat, neque percunctari, ſi parum intellexerat, neque commentari, quæ audierat, fas erat.* Henr. Stephanus id non vidit in Notis ad Agell.

commentum: confictum. πανουργικῶς. Truc. 2. 5. ℣ 2. *Edepol commentum male:* h. e. vafrè. Ciſt. 2. 1. ℣. 1.

Commentus eſt. Trin. 5. 2. ℣. 24.

Commentus ſiet. Amph. 3. 3. ℣. 25. Epid. 2. 2. ℣. 96. *Quid ego, niſi te commentum aſtutè intelligo.*

Commenta eſt dolum. Truc. 1. 1. ℣. 66.

Commercari. capt. Arg. ℣. 3.

commercium: pro re, negotio. Aul. 4. 4. ℣. 4. Rud 3. 4. ℣. 20. Bacch. 1. 2. ℣. 9.

commercium & pax. Stich. 4. 1. ℣. 15.

commercium: ſcortationis dictio. Truc. 1. 1. ℣. 76.

cõmerere culpã. Merc. 4. 6. ℣. 12.

commereo: facio, admitto. Moſt. 5. 2. ℣. 56.

commereri aliquid in ſe. alio, pro, *facere.* Epid. 1. 1. ℣. 59.

commetiri porticus ædium. Moſt. 3. 3. ℣. 8.

commodùm: opportunè. Amph. 2. 2. ℣. 37. Mil. 4. 4. ℣. 61. Rud. 2. 6. ℣. 35. Merc. 1. 2. ℣. 106. Trin. 5. 2. ℣. 12. Stich. 2. 3. ℣. 40. caſ. 3. 4. ℣. 3. Eadem vis eſt particulæ, *Tantũ quod:* de qua lege plura in Lexico LuDan. Parei. Vide infr. *Commodùm*

commigrare habitatum. Trin. 4. 3. ℣. 77. Perſ. 1. 3. ℣. 57.

comminiſci: pro, *in memoriam revocare.* Moſt. 3. 1. ℣. 128. 134.

comminiſci dolum. Pſeud. 4. 7. ℣. 64.

comminiſci mendacium. Pſeud. 2. 3. ℣. 23.

commiſcere rem; contrahere. Rud. 2. 6. ℣. 3.

commiſcere conſilium. Mil. 2. 5. ℣. 68.

comminuere artua. Men. 5. 2. ℣. 104.

comminuere fores & poſtes ſecuribus. Bacch. 5. 1. ℣. 30.

comminuere caput. Rud. 4. 4. ℣. 74.

commiſereſcit Rud. 4. 4. ℣. 46.

commiſſari. commiſſator, commiſſationes. Imitata ex Græco, κωμάζω. κῶμος. κωμιστής. Quidam *comeſſari*, alij, *comiſſari*, ſcribunt. non recte. Eſt autem *commiſſatio* quaſi poſtremũ, hoc eſt, cùm quis jam cenatus poſtea potabat, aut opulabatur: quod hilaritatis causâ adole-

adoleſcentes plærumq; factitabant, ad alium diſcurrentes. Germani, vocant, ein Schlaftrunck. Paulus ad Feſtũ, *commiſſatio, à vicis, quos Græci κώμας dicunt, appellatur. Inhis enim alij alios cõvictûs* cauſa *invitabant*, Græcè κωμάζειν, κῶμος. Sueton. Vitell. cap. 13. *Epulas trifariam ſemper, interdum quadrifariam diſpertiebat, in jentacula, prandia, cœnas, & commiſſationes.* Vide etiam loca apud Plautum. Moſt. 4. 2. ℣. 72. Rud. 5. 3. ℣. 67. Stich. 5. 5. ℣. 34.

commiſſum: peccatum. Men. 5. 2. ℣. 21.

commiſſurum me, ut patiar. Trin. 3. 2. ℣. 78.

committere. Verbum de gladiatoribus, qui dicebantur *committi*, cùm in arenam deducti paria paribus componerentur. Plautus de conviviis uſurpat. Perſ. 13. ℣. 12. & 5. 1. ℣. 19. Ad has *commiſſiones* alluſum Aſin. 5. 2. ℣. 42. Moſt. 1. 4. ℣. 33. Varro Endymionibus: *Dominus maturo ovo cœnam committit.* Cicero l. 3. fin. cap. *Heri ludis commiſſis ex urbe profectus.*

committere multam, pœnam, ſtipulationem, edictum, devotionem, fiduciam. &c. pro, facere ei locum, teneri ad multam &c. Vide Lexic. Iuris. cicero pro Gluentio cap. *Non numero hanc abſolutionem. nihilo minus enim poteſt, ut illam multum non commiſerit, accepiſſe tamen ob rem judicandam pecuniam.* Celſus IC. l. 37. quamvis. D. de recept. qui arbitr. *Quamvis arbiter alterum ab altero petere vetuit, ſi non hæres petijt, pœnam in committet.* Cicero lib. 13. Epiſt. Et pro domo ſuâ cap. 57. *meque ac meum caput eâ conditione devovi, & hanc ego devotionem capitis mei, cùm ero in ſedes meas reſtitutus, tum denique convictam eſſe & commiſſam putabo.* Et pro Flacco cap. *hanc fiduciam commiſſam tibi dicis, tenes hodie ac poſſides.* Ita rectè Faernus ex vet. lib. *commiſſa*, inquit Aſcon. in Verr. 3. *dicuntur, quæ contra teſtatoris voluntatem aut non facta ab hæredi multâ aliquâ pœnâque plectuntur.*

committere animos dixit Catullus Carm. Nupt. ℣. 16. *animos ſaltem committite veſtros.* h. e. tandem contendite, in commiſſionem & certamen adducite, & ad contentionem comparate. Propert. lib. 2. Eleg. 3. *Et ſua cum antiqua committit ſcripta corinna.* Suet. Calig. cap. 56. *committere aliquos inter ſe.* h. e. reddere inimicos, & hortari in certamen. Et Aug. cap. 44. *committere pugiles Latinos cum Græcis.*

committere, eſt. mittere unà: ut ſi duo currus eodem momento, vel duo equi ſimul emittantur ad curſum. Hinc *committere ludos, prælium, convivium*, pro, incipere: quia in Circo emittebantur

ſimul currus. Videtur hoc explicaſſe Feſtus, ex quo Paulus ita: *Committere propriè eſt ſimul mittere.* nunc eo utimur aut pro, facere, aut pro, relinquere, aut pro, incipere.

Committere; credere. Ger. Vertrawen, Curc. 5.2. ℣.55. Moſt. 3.3. ℣.21.

Commada prorſa. Moſt. 1. 3. ℣. 149.

Commodare; prodeſſe. Rud. 5.3. ℣.43.

Commodare; dare. Rud. 2.4. ℣.21. 22. Ciſt. 4.2. ℣.75. Perſ. 2.5. ℣.19.

Commoda mina argenti: integræ, iuſti ponderis, Aſin. 3.3. ℣.14. Pſeud. 4.7.127.

Commodè: commodùm. Trin. 2. 3. ℣.9.

Commodè. pro, *rectè.* Moſt. 1.3. ℣. 96.

Commodè & lepidè. Mil. 3. 1. ℣. 20.

Commodè & bene. Caſ. 5.1. ℣.1.

Commodè reſpondere. Pœn. 1.2. ℣. 189.

Commodi ſunt: qui ſeſe ad aliorũ mores accommodare ſciunt. Bacch. 3.2 ℣.15.

Commoditas mea, in blanditijs. Pœn. 1. 1. ℣.12. Men. 1.2 ℣. 28.

Commoditas: pro *homine commodo.* Epid. 5.1. ℣.8.

Commoditatem creare. Pœn. 4.2. ℣.94.

Quod *commodo tuo.* Elegans dictio: aliàs, *Quod* ſine moleſtiâ tuâ fiat. Cicero in Bruto cap. *Neque exigam, niſi tuo commodo.* Et lib. 3. Epiſt. ad App. *Quod tuo commodo fieri poſſit, utriusque noſtrum magni intereſt.* &c. Et lib. 13. Epiſt. ad Mēmium: *Quod ſine tuâ moleſtiâ fiat, ei de habitatione accommodes.* Et lib. 1. Attic. Epiſt. *Quod commodo tuo facere poteris, venias ad id tempus.* Et lib. 14. Epiſt. 26. *Velim, quod commodo tuo facere poteris, venias ad id tempus.*

Quod *Commodo Reip facere poſſis* vel, *poſſit*: vel, *ſi Reip. commodo facere poſſit.* Cicero lib. 1. Epiſt. 1. ad Lentulum: *Decernit, ut Regem reducas, quod commodo Reip facere poſſis.* Ita egregiè eum locum emendavit P. Manutius: ubi in vett. lib. *quod commodo res facere.* Cæſar lib. 1. bell. Gall. cap. *Quoniam Senatus cenſuiſſet, uti quicumque Galliam Provinciam obtineret, quomodo Reip facere poſſet, ac duos defenderet.* Et. lib. 5. cap. *ſcribit Labieno, ſi Reip. commodo facere poſſet, cum legione ad fines Nerviorum veniat.* Et lib. 6. cap. *Labienum Treboniumque hortatur, ſi Reip. commodo facere poſſint, ut ad eam diem revertantur.* Cicero Epiſt. ad M. Brutum: *Decrevi hoc amplius, ut niſi arbitrabere, utile fore, & è Rep. facere poſſis.* Livius lib. 22. cap. ſcribendum Conſuli, ut cùm *Prætori exercitum* tradidiſſet, *primo quoque tempore, quantum per commodum Reip. fieri poſſit, ut ad comitia Romam rediret.* Et lib. 34. cap. *Et aut ipſe, ſi per* com-

commodum Reip. poſſet, ad opprimendum Gallicum tumultum proficiſceretur, aut L. Furio prætori ſcriberet.

Commoda, multitudinis numero, ut militum, quæ *præmia*, & *beneficia*. Vulgò, *privilegia*, Sueton. Vitell. cap. 16. *Dilectum quoque eâ conditione in Vrbe egit, ut voluntarijs non modò miſſionem poſt victoriam ſed etiam veteranorum juſtæve militiæ commoda pollicere tur.* Et Claudio cap. 19. *Nam & negotiatoribus certa lucra propoſuit, ſuſcepto in ſe damno, ſi cui quid per tempeſtates accidiſſet, & naves mercaturæ cauſâ fabricantibus magna commoda conſtituit. Pro conditione cujusque, civibus vacationem legis Papiæ Poppææ: Latino jus Quiritium: feminis* &c. ita ibi leg. ex v. cod. in quo tamen *Latinæ*. non rectè. Vide etiam Animadv. Caſaub. Et Octav. cap. *Item alias immodeſtè miſſionem poſtulantes citra commoda emeritorum præmiorum exauctoravit* (ubi τὸ *præmiorum* nothum videtur) & *ſacerdotum numerum, & dignitatem, ſed & commoda auxit*. Cicero philipp. 3. cap. *Poſtea per triennium maximè ex omnibus ſervis Siratonem illum dilexerat, in honore habuerat, commodis omnibus affecerat.* Et Orat. poſt red. ad ſeu cap. *Qui omnibus provincialibus ornamentis commodisque depoſitis, totam ſuam quæſturam in me ſuſtentando & conſervando collocavit.* Brutus & Caſſius ad Anton. apud Cicer lib. 11. Epiſt. 2. *Nam illud valdè leve eſt, & nugatorium, eâ de re denunciatum eſſe veteranis, quod de commodis eorum menſe Iunio laturus eſſes.* Ovidius lib. 1. de arte am.

Romule militibus ſciſti dare commoda ſolus.

Et—*Hæc mihi ſi dederis commoda, ſolus eris.*

Poſtea ℣. 35. vocat *præmia*, & *emolumenta*.

Præmia nunc alia, atque alia emolumẽta notemus, Sacramentorum. Et ſic ℣. 1.

Quis numerare queat felinis præmia, Galle, Militiæ?

commoditas orationis, & dicendi a copia. Rhetor. od. Hereñ. lib. 1. cap. *Non enim parum habet in ſe fructus copia dicendi & commoditas orationis.*

commoditas *vitæ jucunditasque*. Cicero lib. 1. Offic. cap.

commoditas in occaſione ad faciendum idonea Cicero lib. 2. de Iuvent. cap.

commoditas, pro utilitate, ὠφελείᾳ Terent. Andr. 3. 3. ℣. 37. *At ſi corrigitur, quot commoditates, vide!*

commoditas, pro facultate. Terent. 4. 5. ℣. 76.

Magnam mihi iniecit ſuâ commoditate curam.

commoditas hominis. Terent. Adelph. 4. 5. ℣. 76. *Itaque adeò magnam mihi iniecit ſuâ commoditate curam.* h. e. ſuâ facilitate, erga me, & manſuetudine.

Commoditas: pro *homine commodo* Epid.5.1.℣.8.

Commoditatem creare. Pœn.4.2.℣.94.

Commodò: commodùm.Trin.5.1.℣.2.

Commodulè. Stich.5.4. ℣.8. Rud,2.4.℣.11.

Commodum argentum: eſt iuſti pōderis,non adulterinum argentum. Aſin.3.3.℣.136.

Commodùm: Aduerbium, pro, opportunè, in tēpore. Merc. 1.2.℣.106. Trin.5.2. ℣.12. Mil.4.9.℣.5. Vide ſupr. poſt *Commetiri.*

Commodum eſt, & lubet: pro,opportunum eſt. Amph 2.1.℣.8. & 3.1.℣.2. Sic,Cicer. lib.3. de orat. *Purius noſter familiaris, cum eſt commodum, cantat.*

Commodus pro *facete.* Pœn.3.3. verſ.2. Legendus comment. Lamb. in Horat. ad Od.8. libri 4.

Commodus: pro integro, non adulterino,quod modum nō excedit. Aſin.3.3.136. Merc. 2.3. ℣.101. *Commoda mina* Sic Pſeud.4.7.℣.50. *Argenti mina lecta & numerata.* & Rud. 5.2. ℣.31. *Talentum argenti commodum magnum inerat in crumenâ.* Ter. Adelph.1.2.℣.38. *Commodum dabitur:* hoc eſt ampliter & prolixè. ἱκνούμενον ὑπερεχόμενον. Lucillius vocat *Millia commoda* juſta, quibus nihil deeſt, nihil ſupereſt. Horat. lib.2. Satir.3.℣.240. *Solidum* appellat. Herodotus lib.4.157. ἀπτής. Cicero *iuſta itinera* dixit. Herod. δίκαια Et plaut. Pſeud. 4.7.℣.130. *Modicas minas.* Curc.1.2. verſ.5. *Modica amphora.* Græcè etiam dicitur σύμμετρον, τέλειον. Quod autem præter iuſtam menſuram eſt, illud eſt aut κατὰ μᾶλλον, cùm plus, aut ὑπέρμετρον eſt, quod τὸ μέτρον excedit aut κατὰ τὸ ἧττον, cùm minus iuſto eſt, & διάμετρον, τὸ ἐλλεῖπον ἀπὸ τοῦ δικαίως μετρηθέντος Cùm plus eſt, vocatur ἁδρὸν, ἔνεδρον, παχὺ: cùm minus eſt, βραχὺ. Vide plura apud Joſ. Scalig. de re nummariæ pag.26.

Commodus homo: qui commodis moribus eſt, & tolerabilis in conuerſatione. Pſeud.1.℣.28.

Cmmœnitus: ἀρχαϊκῶς, munitus. Capt 2.2.℣.4.

Commonefacere. Stich.1.2. verſ.6.

Commonere miſeriarum. Rud.3.4.℣.37.

Cōmonere ſe. Recordari. Amph. 1.℣.181.

Commoneri. Mil.3.3.℣.8.

Commonere officium, pro, de officio.Pſeud.1.2.℣.17.

Commonitus ſum, Trin.4.3 verſ.43.

Commonſtrare: monſtrare.Pœn.5.2.℣.84.

commonſtraſſo; commonſtrauero.Epid.3.4.℣.5.

commorari aliquid mille paſſuum: moram iniicere. Men.1.2.℣.64.

Com-

commorari ſe. Pſeud. 4.7.℣.31.

commouere ſe. Truc. 4.3.℣.44.

commovere ſacra: ἀπαγογικῶς dicit ſeruus de ſuis fallaciis, & alludit ad ſacra Deorum myſtica, vt Bacchi, Matris Deûm, quorum arcana in ciſtis erant recondita: ſicut illud Virgilii oſtendit.

——*Qualis commotis excita ſacris* Thyas. In quem locum Servius ſic commentatur: *commotis ſacris ideo dixit, quia in ſacrorum renouatione commovebantur ſimulacra.* Vnde Horatius: *Non ego te candide Baſſareu inuitum quatio.* Quod ad *trieterica*, hoc eſt, triennalia Bacchi pertinet, Ea enim ſacra tertio quoque anno innovabantur: vt prolixè docui in commentario noſtro ad illum Poetam. Porrò cùm illa ſacra commouerentur, homines qui ſacra tum obibant, miris vlulatibus & planctibus turbas excitarunt. Quorſum Pſeudolus Plauti reſpexit. Pſeud. 1.1. ℣.107.

commune: pro communi populò, ſive Republicâ. cicero pro lege Manil. cap. *quod ex locis tam longinquis, tam diverſis, omnes unà huic ſe dediderunt? quod à cõmuni c[illegible]ium legati ad cn. Pomp. in[illegible]imas propè terras venerunt.* &c. Vide Iani Gulielmii Quæſt. Plaut. in Milit. cap. 6.

communicare cum aliquo, Latine dicitur, non, *communicare alicui.* Videantur hæc loca: cæſar lib.3. de bello civil. cap. 18. *Rurſus adhibito Libone, & L. Lucceio, & Theophane, quibuſcum communicare de maximis rebus* Pompeius conſueverat. Cicero in Bruto cap. 73. *Quo enim uno vincebamur à victâ Græciâ. victâ Græciâ, id aut ereptum illis eſt, aut certè à nobis cũ illis communicatum.* Et in Divinat. cap. 4. *Quorum duarum civitatum ſi adeſſent, duo crimina vel maxima minuerentur, quæ cum his civitatibus* c. *Verri cõmunicata ſunt* Vide etiam clariſſ. Grunovii Obſervat. lib. 2. cap. 6.

communicare aliquem menſâ. Mil. 1.1.℣.51.

communicare provinciam. Trin. 1.2.℣.1.53.

Cõmunicarius dies, in quo omnibus Diis communiter ſacrificabatur, qui & *Pandicularius*: de quo Feſtus. Huic non abſimilis, qui *Omnium Sanctorum*, in Occidente inſtitutus.

Communis, Communitas: pro facili, leni, populari & commodo homine, ac patiente æquitatis: ſicuti Græcè κοινὸς, ad quem facilis eſt aditus, qui eſt humanus, qui aliorum cõſuetudinem non averſatur. Ei opponitur *Superbus.* Terent. Heaut. 5.1.℣.39. *Quem quamne animo tam communi eſſe, aut leni putas, qui ſe vidente*

videntē amicam patiatur ſuam? Sic ibi Faernus ex v. lib. vulg. *comi*, vel *cōmuni*. Suetō. Claud. cap. 21. *Nec ullo ſpectaculi genere communior aut remiſſior erat*. Cornel. Nepos in Miltiade extremo: *Sed in Miltiade erat tum ſumma humanitas, tum mira communitas, ut nemo tam humilis eſſet, cui non ad eum pateret aditus.* Sic. v. l. vulg. *comitas*, cui repugnant illa verba, *ut nemo tam humilis.* Cicero de amicit. cap. *Simplicem præterea & communem & conſentientem, & qui rebus eiſdem commoveatur, eligi par eſt.* Idem lib. de Orat fere extremo: *Sunt enim aliæ virtutes, quæ videntur in moribus hominum, & quadam communitate ac beneficentiâ poſitæ: aliæ, quæ in ingenij aliquâ facultate, aut animi magnitudine ac robore.* Vulg. *& quadam comitate*, malè; ut apparet ex ſeqq. Idem lib. 4. Epiſt. 9. ad M. Marcellum de Cn. Pompeio: *An qui in bello cum omnium noſtrûm conjunctum eſſe periculum ſuo cerneret, certorum hominum minimè prudentium conſilio uteretur, eum magis communem cenſemus in victoriâ futurum fuiſſe, quàm incertis rebus fuiſſet.* Et lib. 9. ad Papir. Epiſt. 24. *Nec id ad voluptatem refero, ſed ad communitatem vitæ atque victûs, remiſſionemque animorum.* Ovid. lib. 4. Triſt. Eleg. 4. ℣.

Ipſe pater patriæ (quid enim communius illo?)
Suſtinet in noſtro carmine ſæpe legi.

Sic. v. l. Bircheimeri. Vulgò mendosè, *civilius*. Xenophō: ἰδίᾳ δὲ Ἑρμοςράτην προσομιλοῦντες, μάλιστα ἐπήνησαν τήν τε ἐπιμέλειαν καὶ προθυμίαν καὶ κοινότητα. Theophraſt. Charact. Ἀρεσκείας; καὶ παρακληθεὶς δὲ πρὸς δίαιταν, μὴ μόνον ᾧ πάρεστι βούλεσθαι ἀρέσκειν, ἀλλὰ καὶ τῷ ἀντιδίκῳ ἵνα κοινὸς εἶναι δοκῇ. Sic κοινὸν λόγον, vocat Ariſtoph. in Avibus. In contrarium Cicero lib. 6. Attic. Epiſt. *Ad me autem etiam cùm rogat aliquid, contumaciter, arroganter,* ἀκοινωνήτως ſolet ſcribere. Dion. Halicarn. lib. 6. ἀλλ' εὐτυχεῖτε καὶ ζῆτε βίον, ὃν ἂν προαιρῆσθαι, οὕτως ἀπολίτευτα, καὶ ἀκοινώνητα πρὸς τοὺς ταπεινοτέρους φρονοῦντες.

Communis opinio: quæ omnium eſt hominum: ut *jus commune*, *vita communis*, & intelligentia. Cicero lib. 3. de Nat. Deor. cap. *Ille verò in Synephebis Academicorum more contra communem opinionem non dubitat pugnare.*

Commune Aſiæ, Siciliæ: ut Græcè: τὸ κοινὸν Ἀσίας, Σικελίας. Cicero Accuſ. ... cap. *Pro quæſtore verò q...do iſte commune Miltiadum vexarit.* &c. Et Accuſat. 2. cap. *Cui ſtatua*

tua Romæ ſtant inaurata à communi Siciliæ datas. Ita rectè Faërnus. Ita in l. 25. Imperator. D. de appell. Αὐτοκράτωρ Ἀλέξανδρος τῷ κοινῷ τῷ ἐν Βιθυνίᾳ ἑλλήνων. Et in l. Si de vi. D. de Judic. τῷ κοινῷ τῶν θεσσαλῶν.

C*ommunis res* vocatur, quæ commune præſtat commodum: vt eſt res Mercatorum; de qua dici ſolet κοινὸς Ἑρμῆς, *communis Mercurius.* Amph. Prolog. ỷ. 10. (ỷ. 56.

C*ommutare:* Mutare. Mil. 2. 3.

C*ommutare;* permutare. Trin. 1. 2. ỷ. 2. 1. Pſeud. 5. 1. ỷ. 34.

C*ompaciſci.* Pſeud. 1. 5. ỷ. 129. quod tamen verbum ibi non admittunt numeri. Nam ex lege ſeptenarii leg. *ſi ſumus pacti.* In vulg. hæſit, *Si ſumus conſpecti.* quod nonnullis complacitum eſt: quia ſequitur verſus ſeq. *cõvenimus* Vitus edidit: *ſi ſumus compecti, ſive conſil.* Sed ratio metri repugnat.

c*ompactum;* à *co*, & *paciſcor*. Vnde quidam contendunt ſcribendum *Compectum.* Eſt pactum inter plures factum. *Soſipater.* In conſtitutione Divorum Severi & Antonini l. 3. C. de execut. rei iud. ſtructam collato in vnum conſilio machinationem ſonat. Dicitur etiam conventio, vt quis fraudetur. Sic eleganter & merè Latinè dicitur, *compacto agere.* Pſeud. 1. 5. ỷ. 126. Capt. 3. 1. ỷ. 24. 29. ἐκ συνθήματος. Gloſſæ: Concluſio, compactum, συνδιασμός. Vſus eſt Livius lib. VI. V. C. & Cicero ad Atticum.

C*ompar*: ſocius cuiuſvis rei. Pſeud. 4. 3. ỷ. 9. Vnde & *conjuges*, qui divinæ & humanæ domûs ſocii ſunt, *compares* vocat Plin. lib. 18. Alias *Collega* quoque dicitur. Sic Cicero Dolabellam Collegam & ſocium ſcelerum omnium Cajum Claudiumque Timarchidis Collegam fuiſſe ſcribit in conciliatura furtorum & judiciorum corruptelâ. Vide plura in hanc rem apud inſignem Iuriſconſultum. Ianum Langlæum lib. 7. cap. 5. Otii ſemeſtr. tur, vt eruditè obſervavit Longiano IC. lib. 7. cap. 5 Otij Semeſtr.

C*ompar*, de marito. Caſ. 4. 2. ỷ. 18.

C*omparare*: *Comparatio.* Eſt interdum idem, quod acquiſitio, adeptio, acquirere, κτᾶσθαι, πόρος κτῆσις. Caſin. 2. 8. ỷ. 71. *Comparare alicui malum.* Cicero. lib. 3. fin. cap. *Sit inquam tam facilis, quàm vultis, voluptatis comparatio.*

C*omparare*, pro componere, conferre. Aſin. 3. 3. ỷ. 78. *compara labella cum labellis.* Vbi Scalig. Comment. Hiſtor. Animal. pag. 533. videtur legiſſe, *compone l. cum l.* Græcè συναρμόττειν, συμπλέκειν. Virgil. de Mezentio lib. 8. Aen. ỷ. 486. *Corpora componens*

Compa-

comparare inter ſe dicebantur conſules, quando de provincijs diſtribuendis inter ſe conferrent, & inter illos conveniret, uter utram haberet. Vtebantur & ſimplici verbo *Parare cum*. cicero lib. 1. Epiſt. 1. ad. P. Lentulum: *Si curiata lex non eſſet, ſe paraturum cum collegâ.* Livius lib. 24. cap. *Quo die Magiſtratum inierunt* coss. *Senatus in capitolio eſt habitus: decretumque omnium primùm, ut* coss. *ſortirentur, compararentque inter ſe, ut claudius comitia perficeret.* Et lib. 26. cap. *Inter ſe compararent claudius, Fulviusque, utri obſidenda capua, utri ad prohibendam obſidione patriam, Romam veniendum eſſet.* Et initio lib. 30. cap. *cn. Servilius capio, & cn. Servilius Geminus* coss. *(Sextus decimus is annus belli Punici erat) cùm de Rep. belloque & provincijs ad Senatum retuliſſent, cenſuerunt Patres, ut* coss *inter ſe compararent, ſortirenturve, uter Brutios adverſus Hannibalem: uter Hetruriam ac Liguriam provinciam haberet.* Et eod. lib. circa finem cap. *Patres igitur jurati (ita convenerat) cenſuerunt, uti* coss. *provincias inter ſe compararent, ſortirentur ve, uter Italiam, uter claſſem navium L. haberet.* Salluſt. Iug. cap. *Poſt A. fœdus exercitûsque noſtri fugam fœdam Metellus & Syllanus* coss. *declarati provincias inter ſe paraverant: Metelloque Numidia evenerat.*

Comparáre, aut expetere aliquid. caſ. 3. 5. ℣. 3.

comparare, pro, conformare. Amph. 3. 3. ℣. 5.

comparare dolos: congerere in unum. Bacch. 4. 4. ℣ 42.

comparaſſit. Epid. 1. 2. ℣. 19.

compares amantes. Pſeud. 1. 1. ℣. 64. Sunt σύζυγοι. Horat. lib. 2. Od. 6. *Nondum munia comparis æquare valet.*

compedes. Men. 5. 6. ℣. 9. Perſ. 5. 2. ℣. 9.

compedes craſſa. Pſeud. 4. 7. ℣. 80. capt. 3. 5. ℣. 64.

compedes indere. Men. 1. 1. ℣. 4. De ligneis compedibus capiendum

compedum tritor. de ſervis. Perſ. 5. 2. ℣. 17.

compedum contritor. convitium in ſervos. Perſ. 3. 3. ℣. 14.

compeditus. capt. 5. 1. ℣. 24.

compellare: ſalutare. Pſeud. 1. 3. ℣. 35. Trin. 3. 4. ℣. 35.

compellare: pro, acerbè aliquem alloqui, & quaſi iuvehi in aliquem alloqui, & quaſi Iuvehi in aliquem. Sic & *compellatio.* cicero ad cornif. lib. 12. *Itaque crebras, vel potius cottidianas compelliones meus non tulit.* Agellius lib. 1. cap. 5. *maledictis compellationibusque probroſis jactatus eſt.*

compellere. Ruſticorum ſive paſtorum vox eſt, pro, *oves cogere*, aut in ſtabulum, aut in campum. *Agere* etiam hoc dicebant. Veteres *Minare.* Cicero huc alludens lib. 3. de

Orat.

Digitized by Google

Orat.cap. *Me quidem in Academiam totam compuliſti.* Et lib. 2. cap. Et in Lucullo cap. *Tu mihi videre nimis etiam nunc agere jejunè: cùm ſit etiam campus, in quo poſſit exultare oratio, cur eam in tantas anguſtias, & in Stoicorum dumeta compellimus?*

compellere ad frugem. Bacch. 4. 10. ℣. 10.

compellere familiariter. Men. 2. 3. ℣. 23.

compellere, aſpellere. Trin. 3. 2. ℣. 46.

compellere, & perpellere. Bacch. 4. 4. ℣. 3.

compendiũ facere alicujus. Stich. 2. 1. ℣. 40. capt. 5. 2. ℣. 12. Mil. 3. 1. ℣. 185.

compendium facere proltandi volo. h. e. intermittere pultationem. Pſeud 2. 2. ℣. 11.

compendium facere: lucrum facere. Bacch. 1. 2. ℣. 51.

compendium errationis facere. Rud. 1. 2. ℣. 90.

ad *compendium ponere.* caſ. 3. ℣. 3.

compendi facere, fieri. Eleganti compoſitione apud Plautum. Aſin. 2. 2. ℣ 41. Bacch. 2. 2. ℣. 6. Moſt. 1. 1. ℣. 57. Pſeud. 4. 7. ℣. 42. pœn. 1. 2. ℣. 138. Perſ. 4. 9. ℣. 2. Truc. 2. 4. ℣. 26. Vtitur quoque Symmachus lib. 1. Epiſt. 75. Sic *Multifacere,* pro *Magnifacere.* Rud. 2. 3. ℣. 50. Eadẽ compoſitiõe uſurpat Seneca *Manufacere,* quod eſt ſpõ & ultrò aliquid acquirere, te arceſſere. Vide loca. conſol. & ad Marciã cap. 19. De brev. vitæ cap. 3. De Ira lib. 3. cap. 11. De benef. lib. 6. cap. 41. Significat tamen etiam aliquid arte & induſtriâ facere. Seneca Epiſt. 89. & 91. 95. & 53. & lib. 2. de Ira cap. 8. Vide plura apud Lipſium Senec. de conſol. ad Marciam cap. 19. Et Epiſt. 27. *Hanc compendiariam invenit.* Petron. Sat. pag. 49. *Pictura quoque non alium exitum fecit, poſtquam Aegyptiorum audacia tam magnæ artis compendiariam invenit.*

compercere. pœn. 1. 2. ℣. 137.

compernis: qui eſt longis pedibus, vt Nonius, vel vt Feſtus, qui eſt genibus plus iuſto conjunctis. Mil. 3. 1. ℣. 127.

compeſcere: pro *parcere,* temperare. Bacch. 3. 3. ℣. 59. *Paſcere & parcere* promiſcuo vſu fuerunt. Feſtus: *Paſcito linguam in ſacrificiis dicebatur. h. e coerceto, contineto, taceto.* Apul. lib. 9. Mileſ. *Nec ſugientibus ſaltem compeſcunt ſed eò magis irritatores ſequuntur.*

competere, reſpondere, aptum eſſe, quadrare, paratum eſſe apte. Videtur hiſtoricum. Livius lib. 22. cap. *ceterùm pro ſtrepitu ac tumultu, nec conſilium, nec imperium accipi poterat. tantumque aberat, ut ſua ſigna atque ordinem & locum noſceret miles, ut vix ad arma capienda aptandaque pugnæ competeret animus.* Tacitus lib. 3. cap. *neque oculis, neque auribus ſatis competebat.* Et lib. 19. cap. *Dux ſegnis &*

velu

Digitized by Google

veluti captus animi non linguæ nec aurib. competere. Et lib. 18. cap. *Et tempora reputantibus initium; finemque miraculi cum Otthonis excitu competiſſe.*

Compilare : verbum militare, pro cogere. Nam *pilatum* agmen dicebatur preſſum ac denſum. Scaurus. *Pilatim exercitum duxi*, hoc eſt, ſtrictim ac densè. Ab eo *pilare* eſt promere & cogere. *Pilatim, & paſſim* iter facere opponuntur. Ab eo igitur *compilare*; non vt Nonius & Aſconius volunt, *à pilis*. Ergo qui omnia preſſim collegit, dicitur compilare, & in vnum condere: vt Feſtus exponit. Alii derivant à Græco φιλήτης, quod notat furem & latronem, mutata aſpiratâ in tenuem. Aſin.2.2.℣.6. Menæch.4.1.℣.2.& 5.1.℣.40.

Compingere in carcerem. Men.5.5.℣.39. Amph.1.1.℣.3.

Compingere in nauem. Mil.2.1.℣.34.

Compingere in anguſtum locum. Rud.4.4.℣.103.

Compingere in oculos. Men. 4.3.℣.17.

Complacitum eſt. Rud.1.3.℣.3.

Complectere. Activè. Aſin.3.3.℣.106.

Complecti: amplecti. Mil.2.6.℣.53.& 4.8.℣.19.& Truc.2.4.℣.19. Men.5.9.℣.65. Curc.1.3.℣.33.

Complere : cum gignendi caſu. Amph.1.2.℣.8. *erroris*. 4.1.℣.8. *ſtupri*. Men.5.5.℣.3. *flagitij & formidinis*. Vide *Implere*.

Complere: de ſaturitate. Ciſt.1.2.℣.5.

Complere : perficere. Vide infr. *Implere*. Cicero lib.2. Rhet. cap. *tamen his ſuſceptis difficultatibus compleri, atque ad exitum perduci poteſt.*

Complexio, pro coacervatione. συναγωγή. Cicero Tuſcul.5. de vitâ beatâ, & beato, qui ſit agens. cap. *Nec ulla alia huic verbo, cùm beatum dicimus, ſubjecta notio eſt, niſi ſecretis malis omnibus cumulata bonorum complexio.*

Complexus ûs, ui. Aſin.3.3.℣.53. Propert. lib.1. Eleg.13. *Non ego complexus potui diducere veſtros.* Cicero pro domo, & pro Fonteio: *Abſtrahi & divelli â complexu.*

Complexus; παθητικῶς. Amph.1.1.℣.134. Aſin. 3.3.℣.50.52. à *complecto*, cuius ſimplex eſt *plecto*, :proindè uti ab *Implecto* dicitur *implexus*. Lucret. IV. 1186. *Quæ complexa viri corpus cum corpore jungit:* Et, *implexus validis Veneris complexibus hæret.* Sic quoque vſurpat Cicero pro Roſc. Amerino, de parricidio: *in quo ſcelera omnia alia complexa videantur.*

Complexim contrectare mulierem. Pœn.3.3.℣.84.

Compluries. Perſa 4.3.℣.65. Vide Agell. lib.5. cap.21.

Compluſculi dies. Rud. 1.2.℣.43.

Componere capillum: anxie curare, ornare. Moſt.1.3.℣.96.

Compo-

Componere; ſedare. Curc. 5. 3. ✠. 23. Virgil. *Non noſtrum inter vos tantas componere lites.*

Componere: præparare. Mil. 4. 7. ✠. 21. (✠. 29.

Compoſita eſt fallacia. Pœn. 3. 5.

Compoſita mendacia. Amph. 1. 1. ✠. 209.

Componere, Interdum funebre verbum: ſed Poeticum & hiſtoricum, ni fallor. Horat. lib. 1. Sat. 9. ✠. 28.

Omnes compoſui felices: nũc ego reſto.

Sic & illud Ovidij accipi poteſt lib. 4. ✠.

Vt quos certus amor, quos hora noviſſima jũxit, Componi tumulo non invideâris eodem. (✠. 374.

Ita & illud Virgilij lib. 1. Aen.

Ante diem clauſo componet veſper Olympo.

Tacitus lib. 1. Hiſtor. cap. *Piſonem Veronia uxor ac frater Scribonianus, T. Vinium Criſpina filia compoſuére.*

Componere Ciceroni, & optimis ſcriptoribus valet, rectè & ordine aliquid ponere, & coagmentare: rectè & ordine deſcribere. A quo *compoſitio*, quæ & *collocatio*. Græcè σύνταξις: de quâ exſtat liber Dionyſij Halicarnaſſéi Cicero in Bruto de Hortenſio cap. *Erat in verborum ſplendore elegãs, compoſitione aptus, facultate copioſus.* Idem lib. 3. fin. cap. *Verum admirabilis compoſitio diſciplinæ, incredibilisque rerum traxit ordo. quæ per DEOS immortales! nonne miraris? quod enim aut in naturâ, quâ nihil eſt aptum, aut deſcriptius, aut in operibus manufactu tam compoſitum, tamque compactum & coagmentatum inveniri poteſt?* Idem lib. 15. Attic. Epiſt. 4. *componendum argumentum eſt, & ſcribendi exſpectandum tempus maturius.* Et in Bruto cap. *prudens, acutus, minimè incautus patronus in cauſis cognoſcendis componendisque diligens.*

Ita *Compoſitum*, pro diſpoſitio, collocatio. Vt, *compoſita ſidera.* Cicero lib. 2. Divin. cap. *Etſi ad rem pertinet, quando cælo affecto, compoſitisque ſideribus quoque animal oriatur.*

Et *Compoſitor*, quaſi Ordinator. Cicero Orator. perf. cap. *Non enim invẽtor, aut cõpoſitor, aut actor hæc complexus eſt omnia.*

Ex eo & *Componere* interdum colligere, conſarcinare. Terent. Heaut. 4. 3. ✠. 5. *I ergò intrò, & compone, quæ ſimul tecum ferantur.* Plautus. Mil. 4. 7. ✠. 21. *Omnia compoſita ſunt: quæ donavi, auferat.* Sic *cõponere ligna*, apud Hor. l. 3. od.

Componere, pro, comparare. Cicero pro L. Flacco cap. 26. *tũ ſe ipſi expẽdant, tum his ſe comparent, tum ſi audebũt, dignitati horum componant ſuam.* Ita ex libb. Mss. rectè Faërn., & Lamb. ubi vulg. *anteponãt*, abſque *ſuam.* Virgil. Tityre ✠. 124. (ſolebam.

--- *Sic parvis componere magna*

Cõpos libertatis: h. e. liber. Capt. Prol. ✠. 42.

compos patria. h. e. redux in patriam. Capt. 3. 4. ✠. 89.

com-

Compos culpa: affinis. Truc. 4. 3. ℣. 61.

compos miſeriarum mulier; quæ multas miſerias conſecuta fuerit. Epid. 4. 1. ℣. 32.

compotiri; compotem facere. Rud. 1. 3. ℣. 22. & 4. 2. ℣. 6.

comprecari: erat molâ ſalsâ, aut thure deuenerari; *h. e.* deprecari ſomnia, pacemque ac veniam à prodigiali Iove, Diiſque Auerruncis, h. e. malorum depulſoribus, nullo non ſuppliciorum ac piamentorum genere exābire. Amph. 2. 2. ℣. 106. Mil. 2. 4. ℣. 41. Vide philoſ. Plaut. Tit. *ſomniorum*.

Comprehendere oves Feſtus: *Pedum eſt quidem baculum incurvum, quo paſtores utuntur, aut comprehendendas oves aut capras.* Livius fere ita lib. 30. c. *Easque ipſas naves, ne in tumultu pugnæ turbari ordines poſſent, malis antennisque de nave in navem injectis ac validis funibus veluti uno inter ſe vinculo illigatis comprehendit.*

comprendere: fere antiqui dicebant, quod nos *comprehendere*. Vide infr. *Prendere*. Sed plæraque loca contra fidem vett. libb. ſunt mutata. Agell. lib. 13. cap. ult. *Vix ipſos litterarum apices potui comprehendere.* Ita vetus cod.

Comprehendibilis. Vide *Perſuadibilis*, aut *Suadibilis*. Vulgò quidem *comprehenſibilis*: ſed in vett. libb. Cicero. *comprehendibilis* legitur, in quo tantùm ſemel reperitur, nam eo utitur pænè invitus, quod καταληπτος, quemadmodum verteret Latinè, vix haberet. Etſi *comprehenſus* aliàs dicere ſolet. *comprehendibilis* ergò, ut *Patibilis* Ciceroni quoque à præſenti, quod vulgò *poſſibilis* à præterito tempore. Verba Ciceronis ſunt hæc lib. 1. Acad. quæſt. cap. 11. *Id autem viſum cùm ipſum cerneretur comprehendibile, fereris hac? nos verò, inquam. quonam enim modo καταληπτον diceres?* Vbi Mss. Pall. omnes, *comprehendile.* Et ad oram Ms. quarti adnotatum fuit aliàs legi, *comprendibile.*

compreſſa virgo. Truc. Arg. ℣. 9.

compreſſiones arctæ amantum. Pſeud. 1. 1. ℣. 64.

compreſſor; eſt ſtuprator. Aul. Arg 1. ℣. 7.

compreſſus, ûs, ui. Epid. 4. 1. ℣. 15. Truc. 2. 6. ℣. 18.

comprimere: Ambiguo & obſcœno ſenſu: quandoque vſurpatur a Plauto etiam pro λεσβιάζειν Amph. 1. . ℣. 191. Aſin. 2. 2. ℣. 16. Truc. 2. 2. ℣. 7. Caſ. 2. 6. ℣. 10. Rud. 4. 4. ℣. 20. 29. 31. 81. Epi. 4. 1. ℣. 13. & Arg. ℣. 5. Aul. Prol. ℣. 29. & 4. 7. ℣. 8. ciſt. 1. 3. ℣. 10. 14. & 1. 3. ℣. 72.

comprimere iram. Truc. 2. 2. ℣. 8.

cõprimere puellã. ciſtell. Arg. ℣ 1.

comprimere dentes, vocem, orationem. *Pſeud.* 3. 1. ℣. 21. 22. & & 1. 4. ℣. 16.

comprimere annonam. Vide ſupr. *Annona.*

comprimere fullonem: eſt fortiſſimæ

ſimæ libidinis. vide infr. *Fullo.* Nævius apud Priſcian. lib 10. *Quãdo ego plus ſapivi, qui fullonem compreſſi Quinquatribus.*

Comprimere, pro reprimere, impedire. Livius lib. 27. cap. *Eo metu compreſſi Hethruſci quieverunt.* Ita *animo comprimere* dixit Cicero pro Flacco cap. *remittant ſpiritus, comprimant animos ſuos, ſedent arrogantiam.* Plautus Merc. 2. 3. ℣. 6. *Bonum qua meum comprimit conſilium.*

Comprimi ad ſilentium. Rud. 5. 2. ℣. 46.

Comprimi : pro, *temperare ſibi.* Moſt. 1. 3. ℣. 46.

Computare rationem. Mil. 2. 2. ℣. 49.

Con jũcta, de multis: ubi ſimplicia de uno. Vt, *tacet unus: conticuerunt omnes. Sonat unus: conſonat multitudo,* ſilva. *ſtatuitur,* de unâ re: *conſtituitur* de multis. Cicero pro M. Tullio apud Priſcian. pag. 678. *Hoc judicium ſic exſpectatur, ut non una rei ſtatui, ſed omnibus conſtitui putetur.*

Conata: πειρήματα. Merc. Prol. ℣. 39. Ita ibi omnes cod. Mſſ. Accius: *Ego incipio; conata exequar.*

Conatus. Interdum ſic reddit Cicero ὁρμὴν, & plærumque *appetitionem.* Cicero lib. 2. de Nat. Deor. cap. *Sic natura mundi omnes motus habet voluntarios, conatusque & appetitiones, quas ὁρμὰς Græci vocant.* Et eod. lib. cap. *Dedit autem eadem natura beluis & ſenſum & appetitum, ut altero conatum haberent ad naturales paſtus capeſcendos.*

Concalere Perſ. 1. 3 ℣. 8. Amph. 1. 3. ℣. 15.

Concaſtigare. Bacch. 5. 2. ℣. 56.

Concaſtigare probè. Bacch. 3. 3. ℣. 94. Trin. 1. 1. ℣. 4.

Concatenatus. Capt. 2. 1. ℣. 9.

Concedere alicui: pro, ex conſpectu alicuius ſecedere. Epid. 5. 2. ℣. 16.

Concedere ; ire. Men. 5. 9. ℣. 27. Bacch. 4. 2. ℣. 28.

Concedere ; eſt quieſcendi aut conſiſtendi gratia in locum quempiam ſecedere. Merc. 5. 2. ℣. 21. Amph. 3. 4. ℣. 1. Curc. 2. 1. ℣. 81. Moſt. 2. 1. ℣. 81.

Concedere pro *cedere.* & victum fateri. Caſ. 2. 4. ℣. 15. Amp. 1. 1. ℣. 119. Aſin. 3. 3. ℣. 56. Capt. 1. 1. ℣. 19. Livius lib. 36. cap. *Pulſi loco intra munimenta ſubductu ordinibus conceſſerũt.* Tacitus lib. 19. cap. *Simul iuncta lutris ictibus ſaxorum conceſſit.* Livius lib. 27. cap. *Concedentibus Tribunis comitia habita ſunt.*

Concedere alicui pro veniam dare. Cicero lib. 6. Epiſt. ad Cæcinam; de Cæſare agens: *Quia,* inquit, *non putant ſe ſuſtinere cauſas poſſe multorum, ſi tibi cui juſtius videtur iraſci poſſe conceſſerit.*

Concedere injuriam : pro, remittere. *concedere delicta,* pro, gratiam eorum facere. Oppius lib. 1. de bell. Alex. cap.

 Sueton.

Sueton.Ner.cap.29.&Calig. cap.15.

concedere ab aliquo. Perſ.1.1.ỷ. 51.

concedere aliquò: ſenſim cedere. Men.1.2.ỷ 48 Moſt.3.1.ỷ.44 153.Pſeud.1.4.ỷ. 21. & 1.5.ỷ. 158. Trin. 2.4.ỷ. 116. & 4.2. ỷ.65.

concedere:largiri,ignoſcere.Caſ. 2 3. ỷ. 47. Cicero Caton. *Quamquam eſt id quidem ſenile, ætatique noſtræ conceditur.* Et lib.1.de Orat.cap. *Tenenda præterea eſt omnis antiquitas exemplorumque vis: neque legum, aut juris civilis ſcientia non concedenda eſt.* h. e.ferendum non eſt,ut ius civile ignotet.

concelebrare locum aliquem: hoc eſt, frequentem & plenum facere. Vide etiam ſupr. *celebrare*, idem quod, frequentare. Plautus Caſin.4. 3.ỷ.2. *Age tibicen, dum illam educunt huc novam nuptam foras ſuavi cantu concelebra omnem hanc plateam Hymenæo.* Lucretius lib.1.ỷ 4.

Alma Venus cœli ſubter labentia ſigna.

Quæ mare navigerum, quæ terras frugiferentes concelebras ———

concelebrare diem natalem. Pſeu. 1.2 ỷ.31.

concenturiare: eſt colligere; dictum à centuriis, quæ ad ſuffragia conueniebant. Pſeud. 1.5.ỷ.159. Trin.4.2.ỷ.160. Cicero ad Att. *Brutus centuria Capua.* Vide & *Succenturiare.*

convenientia & conjunctione naturæ, quam vocant συμπάθειαν, *quid cuique rei conveniat, ex ſomnijs & quidquã quæ rem ſequatur, intelligunt.* Et antea: *Vt enim jam ſit aliqua in natura rerum contagio.* Et mox. *ut diſtantium rerum cognatio naturalis appareat.* Vbi tamen *contagio* malim, licet contra Lamb. Et mox: *quæ ex contagione naturæ & quaſi concentu atq; conſenſu, quem* συμπάθειαν *Græcè appellant, convenire poteſt, aut viſum cum lucello meo.* Et lib. 2. de Nat. Deor. cap. *Quid verò tanta rerum conſentiens continuata contagio? quem enim coget ea, quæ à me dicuntur, cõprobare?* Et lib. 3. cap. *Itaque illa mihi placebat oratio de convenientiâ conſenſuque naturæ, quam quaſi contagionem continuatam dicebas, illud non probabam, quod negabat, id accidere potuiſſe, niſi ea uno divino ſpiritu contineretur? illa verò cohæret,* & permanebat manere viribus: eſtque in eâ iſte quaſi conſenſus, quod συμπάθειαν Græci vocant. Et lib. 3. de Nat. Deor. cap. etiam legẽdum puto, *contagio*, & *contagionem.* Vbi vulgò, *cognatio*, & *cognationẽ.* Dubito tamen, annon utroque nomine uſus ſit Cicero.

Contechnari; technas, fraudes machinari. Pſeud 4.6. ℣. 34. Græcè κατασκευάζειν. Vide Bud. L. Gr. p. 712.

Contemnere ſe: *non cõtemnere ſe.* Elegans Oratio, vulgò vix nota. *Contemnere ſe.* eſt, humilem eſſe. & demiſſi animi, pati ſe affici injuria, ac pedibus quaſi conculari. *Non-contemnere ſe*, contrarium valet. Sic & Græci καταφρονεῖν ἑαυτοῦ. Demoſth. ἵν᾽ ἂν αὐτοὶ δι᾽ ἑαυτοὺς τὰ τοιαῦτα γράφοντες, καὶ συνεθίζοντες ὑμᾶς εἰς αὐτὸ τὸ καταφρονεῖν ἕνεκα δι᾽ ἡδύ ἀνθρώπους θαυμάζειν à Granius apud Cicer. lib. 6. Attic. Epiſt. 3. Lucret. lib. 5. ℣. 1237.

Qui mirum, ſi ſe temnunt mortalia ſæcla?

Sic Philipp. 13. cap. *Quanquam enim eſt tanta auctoritas, quãta debet in homine nobiliſſimo, tamen ſenatus ipſe ſe non contemnit: nec Verres fuit umquã gravior, conſtantior, fortior.* Et lib. 12. Attic. Epiſt. 22. *Quod aut homines à me poſtulare ſcribis, ut Romæ ſim, neq; mihi ut abſim, comedere, aut quadantenus eos mihi concedere.* Iampridem ſcito eſſe, cùm unum te pluris, quàm illos, *omnes putem: ne me quidem contemno,* meque judico, multo *ſtare malo, quàm omnium reliquo-*

Contemnere: etiam *conterere* notare poteſt apud Pl. noſtrum. Stich. 2. 2. ℣. 33. Ita alibi coniunguntur *contemtim conterere.* Vide *Verba Activa* in Mantiſſ.

Contẽplari; videre. Pœn. 5. 3. v. 10.

Contemplo: ἀρχαϊκῶς Amph. 1. 1. verſ. 285. Aſin. 3. 1. ℣. 35. Epid. 3. 3. verſ. 2. & 5. 1. ℣. 16. Merc. 2. 3. ℣. 72. Mil. 4. 2. ℣. 38.

Moſt;

Moſt.1.3.ỷ.10.16.124. Perſ. 4.4.ỷ.15. Trin.4.2.ỷ.21.]

Contemtrix. Bacch.3.6.ỷ.2.

Contemtim conterere aliquem. Pœn.3.1.ỷ.34.

Contendere, pro, eniti, vehementer aliquid agere, pugnare, petere, & inſtare: Ciceroni perfamiliare: & *Contentio* pro, inſtantia, ſtudio: cui contrarium, *Remiſſio* dicitur. Et *contendere* aliquid ab aliquo, valdè urgere. Vide *Eniti*. Ita & Græci utuntur verbo συντείνειν. Plato in Sophiſtâ: ὅτι μάλιστα συντείνειν πειρᾶσθαι.

Contendere curſum. Ciſt. 2. 1. ỷ. 57.

Contente arctéque habere. Aſin.1. 1.ỷ.64.

Contentio, pro collatione, comparatione. Sic & *contendere*, pro, *comparare*. de quo & Nonius. Cic. lib. 2. Offic. cap. *Danda omninò opera, ut omni generi ſatisfacere poſſimus: ſed ſi res in contentionem veniet, nimirum Themiſtocles eſt adhuc adhibendus*. Et 2. Catil. cap. *Si umquam* his rebus omiſſis, ipſas cauſas, quæ inter ſe confligunt, *contendere volimus*. Et Rhetor. lib. 2. cap. *primùm igitur leges oportet contendere, utra lex ad majores pertineat*. Horat. lib.1. Epiſt. 10.ỷ.26.

—*qui Sidonio contendere callidus oſtro*
Neſcit Aquinatem potentia vellere fucum.

Contentiores mage: h. e. magis contenti: Pœn.2.1.ỷ.15.

Contentus genitivo caſui jungitur interdum· ut, *contentus equorum* pro, contentus equis. Curtius lib. 2. in fine: *contentus artificum*. Ibi vulgò additur, *opera*. contra libb. vett. fidem. Claudius in l. 37. Cùm quis decedens nuptura. D. de legat. l.3. quoniam in his expreſſit, ut *contentus eſſet partis dimidiæ dotis*.

Contentus eſſe, ſtare, aut acquieſcere alicui. Hodie vix notum in eâ notione. Cicero tamen ſæpè ita utitur. Pro Cluent. cap. de Affricano: *Itaque is, cujus arbitrio & populus R. & extera gentes contenta eſſe conſueverant, ipſe ſuâ conſcientiâ ad ignominiam alterius contentus fuit*. Et ead. Orat. in fine: *Gellij judicio ſtetit Lentulus, neque Lentuli exiſtimatione contentus fuit*. Et ante: *Hic primùm illud nonnumquam animadverſionibus cenſorij hanc civitatem ita contentam, ut rebus judicans fuiſſet Gellius*. Et Epiſt. ad Attic. *Sed quemadmodum in finibus contenti Idibus Martij ſimus*.

Conterere diem. Cal. 3.3. ỷ.4. vide etiam infr. *Obterere*.

Conterere in tergo corios bubulos. Pœn.1.1.ỷ.11.

Coterere orationes. h. e. verbis obtundere. Ciſt.2.3.ỷ.65.

Conterere ætatẽ. Bacch.4.6.ỷ.11.

Conterobromia. Curc.3.ỷ.76. Vide etiam, *Obterere*.

Conterobromia Libya. Vide litt.L.

Conte-

Conterere: pro, conſumere: atterere. Moſt. 4. 1 ℣. 98. *conterere quaſtum Herculis.*

Conterere quaſtu. Rud. 3. 4. ℣. 43.

Contextus orationis. & præciſe, *Contextus*. Modeſtinus I C. l. 43. Mænia. D. de manumiſſ. Teſt. *Neq; contextum verborum totius ſcripturæ, neq; mentem Teſtatricis cauſam eſſe.* Pomponius l. 11. de cond. eidem. *Sed & quod reliquum per contextum ſcriptum eſt.* &c. Quidam *contextum* hodie opponunt ſemper *ora*, aut margini libri: quomodo tamen & veteres eo interdum uſi, qui & *corpus* id vocant, quod corpus neque ex contextu Teſtamenti poſſit appareri. Sic dimus: *in toto quaſi contextu orationis.* Idem in Cicerone occurrit: *in toto curſu orationis.* Cicero in Partit. Orat. cap. *Quamobrem omnis laudandi vituperandiq; ex his ſumetur virtutum vitiorumque partitio: ſed in toto quaſi contextu orationis hac erunt illuſtranda maximè.* Et lib. 2. de Orat. cap. *Nam ego benevolum mihi Iudicem facilius facere poſſu in curſu orationis, quàm cùm omnia ſunt inaudita.*

Conticiſcere. Mil. 2. 4. ℣. 56. Rud. 5. 2. ℣. 69. Bacch. 4. 6. ℣. 28.

Conticinium eſt prima pars noctis. Germ. Der erſte ſchlaff. Aſin. 3. 3. ℣. 95.

Contigit; accidit. Amph. 5. 1. ℣. 9.

Continens: de eo, qui non ſtudet porationibus aut amatiōibus Moſt. 1. ℣. 30.

Continens oratio. Suetonius *continuam* dixit in Claudio: *continuis orationibus.* Cicero Tuſcul. l. cap. *Sed nihil te interpellabo: continuam orationem audire malo.*

Continere. Interdum id, quod vulgò, *premere*, ſibi ſervare, neque cum aliis communicare: cui contrarium: *Proferre.* Cicero lib. lib. 1. de Orat. cap. *Quodſi inquit Craſſus petimus ab Antonio, ut ea, quæ cõtinet, neq; adhuc protulit* &c. *nobis illa dicendi myſteria enunciet.*

Continet cauſam, rẽ, Philoſophiã, vitã. Hæc loquendi formula Ciceroni uſitata eſt, pro, quod vulgò dictũ, *id quod præcipuũ eſt, quod maximi momenti eſt.* &c. Hermogenes Rhetor τὸ αἴτιον, τὸ συνέχον, τὸ κρινόμενον in cauſis cauſis cõſideranda docebat, ut eſt apud Fortunatianũ l. 3. de Rhetoricâ arte. Cicero Tuſcul. 4. c. *Mihi quidẽ in totâ ratione, ea, quæ pertinet ad animi perturbationem, una res videtur cauſam continere, omnes eas eſſe in noſtra poteſtate.* Idem lib. 4. fin. cap. *Nunc videamus quæſo de ſummo bono, quod continet Philoſophiam* Et lib. 1. fin. cap. *Hac quæ vitã continet omnem negligemus.* Et lib. 1. de nat. Deor. cap. *Nam & de figuris Deorum, & de locis & ſedibus, & de actione vitæ multa dantur: deq; his ſũma Philoſophorum diſſenſione certatum, quod verò maximè rem cauſamq; continet, eſt, utrum nihil agant, nihil moliantur.*

continere. pro, cohibere, impedire. Amph. 2.2.℣.58.

continere ſe. Men.2.1.℣.28.

contingere. pro, attingere. Amph. 2.2.℣.104. in obſcœno ſenſu. Sic quoque *Tangere*. Propert. lib. 2. Eleg. 34. ℣. 9. *Lincea, tune meã potuiſti tangere curã?* Martial. lib.1. Eleg. 74. *Nullus in urbe fuit totâ, qui tangere vellet Uxorem gratis Cæciliane tuam.* Turpilius Leucadia: *Si forte quaſillarias alibi tango.* Eurip. Hippol. ℣.884. θιγεῖν τῆς εὐνῆς.

continuare agros. Dicuntur, qui infinitâ cupiditate ſunt, & plus agrorum indies appetũt. Livius lib.34. cap. *Quid legem Liciniam excitat de quingentis aggeribus, niſi ingens cupido agros continuandi?* Horatius: *Quam ſi Mygdonius regnum Alyatici campis continuem.* Cicero de lege Agrar cap. *Syllanus ager à certis hominib⁹ latiſſimè continuatus tantam habet invidiam.*

continuò; ſtatim. Ciſt.2.1.℣.7.& 2.3.℣.35. Epid.1.2.℣.52 & 2.2. ℣.6.83. & 3.3.℣.42. & 4.1.℣. 37. Bacch. 2.3.℣.29.66. Rud. 3.4.℣.61.

continuum triennium. Stich.2.1. ℣. 61.

Continuus. Cicero de tempore ferè & itinere. *continuos decem annos: cõtinuis itineribus:* ut videatur de disjunctâ quãtitate & ſimul de pluribus rebus, & pluribus annis, itineribus, quaſi uno definente, altero ſtatim ei adjuncto.

contollere gradum: eſt, congredi. Aul.5.1.℣.6. Bacch.3.6.℣.6.

contortuplicata nomina. Perſ. 4. 6.℣. 26. vſurpavit hanc dictionem in verſione latinâ Bibliorum Franciſcus Iunius Exod. 26. ℣.1. De ejuſmodi tortuoſis verbis vide Theatrũ Rhetoricum Creſollij lib. 2. cap.4. pag.126. Cicero de fato cap.8. ſub finem vocat *contortiones orationis*.

contra; eleganter vſurpatur in comparationibus; pro, *ſi contra appendatur*. Curc.1.3.℣. 45.46. Epid.3.3.℣.30. Pſeud. 2.3.℣.22. Mil.3.1.℣.63.& 4.2. ℣.83. Truc.2.6.℣.57.

Varro:

Vbi poma veneunt contra auro.

Vide ibi Scalig. pag.195.

contra, mutuò, viciſſim. Ciſt.1. 2.℣.13. Mil.1.1.℣.3.& 2.1.℣. 45. Trin.4.2.℣.55. Amph.2.2. ℣. 21. Pſeud.2.1.℣. *illa illum contra*. ſcil amat. Propert. lib. 2. Eleg.1.℣.45. *nos contra anguſto verſamus prælia lecto.*

contra adire. Rud.1.4.℣.22.

contra adſpicere oculis. Caſ.5.3.℣. 2. Moſt.5.1.℣.56.

contra aſſiſtere. propè. Pſeud.1.2. ℣.23.

cõtra ea, p, contra. Nepos Ageſilao: *Nullũ ſignũ libidinis, nullũ luxuriæ videre poterat: cõtra ea plurima patientiæ atque abſtinentiæ.* Idem Alcibiade: *contra ea ſi quid adverſi incidiſſet, ſe unum ejus delicti fore reum.* Idem. *Epaminondas namque ille cum universâ Græciâ vix decem annis unam cepit urbem*

bem : ego contra ea mox urbe noſtrâ dieque uno totam Græciam Lacedæmonijs fugatis liberavi. Livius quoque non rarò ſic loquitur.

Contraferre manum. Truc. 1. 2. ℣. 23. In ſalutationibus.

Contrahere malũ. Caſ. 3. 2. ℣. 21.

Contracta frons. Rud. 2. 2. ℣. 12.

Cõtrahere lites. Capt. Prol. ℣. 63.

Contrahere litigium inter aliquos. Caſ. 3. 2. ℣. 31.

Contra incedere aliquem. Rud. 3. 3. ℣. 31. *Malitiam lenonis contra incedam.* Sic dicimus *Contranti, Contravenire, contrapugnare.* Lucret. II. 280. Gloſſæ: *Contravenio:* ἀπαντῶ.

Contra vocare; provocare in certamen. Stich. 5. 5. ℣. 31.

Contractus, ûs. Nomen hoc fugiunt quidam, quaſi quo Cicero non reperiatur uſus. Nam ille fere *negotia rerum contrahendarum* dicere ſolet. Sed eo tamen uſus eſt Servius Sulpitius, ætate eâdem vir in ſcribendo caſtiſſimus, apud Agell. lib. 4. cap. 4.

Contradicere. Vulgò dicitur, *Opponere.* Cicero lib. 3. Tuſc. cap. *contradicuntur hæc, quis tam demens, ut ſuâ voluntate mæreat.* Quintil. lib. 2. cap. 18. *Ponuntur hæc quoque in 2. de Orat. libro contradictionis.*

Contrahere cum aliquo: cui opponitur ut contrarium, *ſecum agere aliquid.* Cicero initio de Offic. *Nulla enim vitæ pars, neque publicis, neque privatis, neque forenſibus, neque domeſticis rebus, neque ſi tecum agas aliquid, neque ſi cum altero contrahas, vacare officio poteſt.*

Contrahere, pro, Coercere, reprimere, minuere. Cicero: *Ex quibus illud intelligitur, appetitus omnes contrahendos ſedandosque eſſe, excitandamque animadverſionem & diligentiam.*

Contrariò, pro, contra, ut, *cotidianò.* de quo infra in litt. *Quotid.* Cicero de Vniverſo: *Poſt iram & mentem, & reliquos motus animi comites ſuperiorum, & his eſſe contrario diſſidentes.*

Contrectare. Pœn. 4. 5. ℣. 32.

Contribuere: propriè in ijs, qui aliquem liberum populum ſub alterius ditionem ſubjungunt. Livius: *corinthum iis contributuros in antiquum gentis concilium.* Idem: *Phocenſes, Locrenſes, contribuerunt Aetolis.* Hinc *contributi dicti fuerũt caſ. Oſcenſes, & calaguritani, qui erant cum Oſcenſibus contributi.* Latinè autem non dicitur *contribuere pecuniam,* ſed *Attribuere.* Cicero Philipp. 9. cap. *Tantam pecuniam redemtori ſolvendam attribuendamque curent.* Et Philipp. 14. cap. *ad eam rem pecuniam dare, attribuere, ſolvere iubeãt.*

Controverſia. Rud. 3. 5. ℣. 46.

Controverſum jus. Apud Iuriſconſultos eſt id, quod nondum eſt certum, de quo Jure I C. nondum

 inter

inter ſe conſentiunt. Hinc tralatè pro quavis re controverſâ & dubiâ uſurpari ſolet. Livius lib. 3. cap. *Omnium primùm cùm velut in controverſo jure eſſet, teneretur, ne Patres plebiſcitis* &c. Cicero Offic. lib. cap. *Hae ſunt quaſi controverſa jura Stoicorum.* Ita Turneb. rectè. nam & vett. quidam libri ſic habent.

Contruncare. Bacch. 4. 9. ℣. 51.

Contruncare cibum; abſumere. Stich. 4. 1. ℣. 48. Apulejus; *contruncare offulam, & detruncare cibum* dixit.

Contubernalis crucis. Mil. 2. 2. ℣. 28. vt *Diſcipulus crucis.* Aul. 1. 1. ℣. 20.

Contui: pro, contueri, cernere, ab antiquo *Tuor*, quo ſæpe Lucretius vſus. Aſin. 1. 1. ℣. 111. & 3. 1. ℣. 20.

Contuitus: aſpectus. Trin. 2. 1. ℣. 28.

Contumax, pro ſuperbo, quique alios contemnit. Sic in veteri Gloſſario καταφρονητής, *contemtor, ſpernalis, contumax.* Et Velius Longus à cõtemnendo deducit: eoq; ue *Contimax* ſcribundum: quamvis Niphus à tumore derivet: proinde *contumax* ſcribendum pertendat.

Contumelia reci dent in te; h. e. iniurias omnes lues. Men. 3. 2. ℣. 54.

Contumeliam facere. Aſin. 2. 4. ℣. 82. Cicero in 3. Philipp. cap. 9. hanc φράσιν reprehendit. Vide Comment. Camerarii in l. 1. Tuſcul. Quæſt. Nec non Barrienti ſylu. Faſc. Crit. Tom. III. Pag. 423. Turn. lib. 17. cap 19. Scaliger Orat. contra Eraſmum pag. 87. ait, Ciceronem non id reieciſſe, tanquam nemo vmquam ſic loquutus fuerit, ſed quod tũc ita nemo loqueretur. Non enim dicit; *quis ſic vmquam loquutus eſt?* ſed, *quis ſic loquitur?* Certè quidem optimæ Latinitatis auctores ita loquuti ſunt. Nam præter Plautum noſtrum loco dicto etiam Terentius vſurpat Eun. 5. 2 ℣. 26. *Nam ſi ego digna hac contumeliâ ſũ maximè, at tu indign⁹ ẽ, qui facias tamẽ* Phorm. 5. 8. ℣. 79. *Quin novo modo ei faceres contumeliam.* Cato Orat. contra Caſſium apud Agell. 10. 14. *Atque evenit ita Quirites, ut in hac contumeliâ, quæ mihi per hujuſce petuliam factum itur.* Q. Mecellus apud Agell. 12. 9. *Quâ in re quantò univerſi me unum antiſtatis, tantò vobis quàm mihi maiorem iniuriam atque contumeliam facit.* Seneca Epiſt. 72. *Quisquis volet, tibi contumeliam faciat, & iniuriam.* Idem Epiſt. 70. *Hoc fuit morti contumeliam facere.* Idem lib. 3. de Benef. cap. 28. *Nulli ad calcaudes alios paratiores, quàm qui contumelias facere accipiendo didicerunt.*

Contumeliam dicere audacter; audire. Curc. 4. 1. ℣. 17. Bacch. 2. 3. ℣. 33. Pſeud. 47. *contumeliam ſi dices, audies.* Truc. 2. 2. ℣. 44.

℣.44. *dicis contumeliam.* Cicero Phil. 1. cap. *Si quid contumelia dixero.* Et Phil. 2. cap. *Quid eſt dictum à me cum contumeliâ?* Et de Offic. *cum ſtudioſè de abſentibus detrahendi causâ, aut per ridiculum, aut ſeverè aut maledicè, contumelioſeque dicitur.*

Contundere facta alicujus: comprimere famam alicuius. Stich. 2.2.℣.33.

Contundere pugnis. Bacch. 3.3.℣. 46.

Contuor. Moſt. 3.2.℣.155. Aſin. 2. 3.℣.23.

Conturbare pedes; in obſcœnis. Caſ. 2.8.℣.25.

Conturbare, conturbatio, & *conturbans*, de animo. Cicero ſæpe, quod vulgò ſemper, *Perturbare* dicit. *conturbare* & plenè conturbare *rationes*, *fortunas* dicuntur illi, qui vel dilapidant ſua bona, vel alioquin ijs amiſſis deſinunt eſſe ſolvendo, quod & *Decoquere* dicitur. Ex quibus & *Decoctores. & conturbatores*. Id rectè Budæus in Pandectis obſervavit Annot. Prior. pag. 363. Alphenus I.C.l. 16. quidam fundum. D. de in rem nec ſol. *Servus boves vendiderat, alius redemerat, nummos venditori non ſolverat: poſtea conturbaverat.* Ita Labeo apud Vlpian. l. 5. Idem Labeo. D. de inſtit. act. *Si quis piſtor ſervum ſuum ſolitus fuit in certum locum mittere ad panem vendendum: deinde is pecuniâ acceptâ præſenti ut per dies ſingulos eis panem præſtaret, conturbaverit* &c. Cicero pro Plancio cap. *Verum fac me multis debere; & in his Plancio: utrum igitur me conturbare oportet? an cæteris cùm cuiusque dies venerit, hoc nomen debitoris quo urget nunc competitor diſſolvere?*

Conturbatus oculus: propriè dicitur ejus, qui laborat ophthalmiâ, qui caligat, & confuſim videt. Cicero Tuſcul. lib. cap. *Scribonius ad conturbationes & epiphoras oculorum ſuo multa collyra, etſi tardè, magnos tamen effectus habere:* Et alibi: *Hoc maximè probo, ut recentes epiphoras & conturbationes oculorum tumores & dolores.* &c. Alibi vocat *perturbationem*. Eſt autem *conturbatio* propriè minor opthalmia, & τάραξις vocatur à Græcis, definiturque oculorum tumor, cum rubore & calore ex causâ obortus ex terra, fumo, ſole, pulvere, oleo.

Convadari: eſt validimonio obſtringere, ſive diem judicij ex compacto conſtituere, & in ius vocare. Curc. 1.3.℣.5. Etiam activè vſurpat Horat. lib. 1. Sat. 9. ℣. 36. Paſſivè ſumitur Bacch. 2.2.℣.3.

Convena. Vide *conventitij patre*.

Convenibo; ἀρχαϊκῶς. Caſ. 3.2. ℣. 18.

Convenire, pro Venire. Truc. 3. 2.℣. 14. *In urbem crebrò convenio*. Sed in Mss. legitur, *commoveo*. Vera lectio eſt, *comme.*

Tacitus lib. 14. cap. *Satis conſtat, extitiſſe proditorem, & Agrippinam.* Et lib. 2. cap. *Prætulerit ve beneficij ſigna, parum conſtitit.* A. Gell. lib. 1. cap. 19. *Sed eam mulierem tunc à Tarquinio digreſſam, poſtea nunquam viſam conſtitit.* Qui & ſæpè ita loquitur, ut lib. 4. cap. 5. *conſtititque eam ſtatuam &c. in locum editum ſubducendam.* Et lib. 2. cap. 28. *ſed ne inter phyſicas quidem Philoſophias ſatis conſtitit.* Et lib. 17. cap. 21. *quoniam de Homero & Heſiodo inter omnes ferè ſcriptores conſtitit, ætatem eos egiſſe.* Et mox: *Romæ autem per eas tempeſtates Decemviros legibus ſcribendis creatos conſtitit.* Sic & ſæpe Iuriſconſulti, ut Vlpianus l. 1. Inſtitut. *publicum Ius in ſacris, in ſacerdotibus, in magiſtratibus conſtitit.* Et l. 1. D. de juſt. & jur. ita rectè in opt. cod. Flor. in alijs, *conſiſtit.* Sed Iacobus Ræuardus lib. 4. Varior. cap. 12. illud *conſtitit*, de præterito tempore accipit, putatque tantum ante Vlpiani, atque adeò ante Imperatorum tempora in publicum fuiſſe, non verò tempore Vlpiani. *Quàm non rectè*, inquit, *jus conſtitit, aut in acquirendo, aut in conſervando.* ita ibi Flor. nam in alijs, *conſiſtit.* Ita & in l. 14. de negot. geſt. *Hæc,* inquit, Paul⁹, *diſputatio in facto conſtitit.* Ita & Gaius IC. *conſtitit autem uſusfructus non tantùm in fundo* &c. Et mox: *Quibus autem modis uſusfr. conſtitit, & finitur.* l. 3. de uſusfr. ubi vulgò, *conſtituitur.* Val. Max. l. 1. cap. 6. *Bello etiam Punico ſecũdo conſtitit, Gn. Domitij bovem dixiſſe: cave tibi Roma.* ita in v. cod. legitur.

Conſtituere: pro, confirmare, ſtabilire. Id & Budæus in Commentar. linguæ Græcæ obſervavit. nam & συνιςημι ita uſurpatur. Cicero pro Sextio cap. *Agrariam legem Tib. Gracchus ferebat; grata erat populo: fortunæ conſtitui tenuiorum videbantur.* Ibid. *nominatim ſum appellatus in Bruto Tullius, qui libertatem civibus ſtabiliverat. millies revocatum eſt. parũmne videbatur Populus Romanus judicare, id à me & in Senatu eſſe conſtitutum, quod perditi cives ſublatum per nos criminabantur.* Et in Cat. Maior. cap. *Sed memẽtote eam me ſenectutem laudare, quæ fundamentis inventutis cõſtituta ſit.* Et lib. 6. Epiſt. 17. ad Bithyn. *cùm cæterarum rerum causâ cupio eſſe aliquando Rom. conſtituam, tum velim* &c. Et 1. Epiſt. ad Lentulum: *Vt frater meus verè exiſtimet, adiuncto iſto fundo patrimonium fore ſuum per te conſtitutum.*

Conſtitutio: pro exiſtimatione, & affectione: ut *conſtituere* quis ſecum aliquid dicitur. Vlpianus in l. locus 60. D. de verb. ſign. *cæterùm ad ò opinio noſtra & conſtitutio locum à fundo*

à fundo ſeparat, ut & modicus locus poſſit fundus dici &c. *ſi jam hoc conſtituerimus, nec non & fundus locus conſtitui poteſt.*

Conſtitutio. καθηπικῶς. Cicero lib. 1. de Rep. apud Non. *Omnis civitas, quæ eſt conſtitutio populi, Reſp.* Vbi Lamb. non rectè, *conſtituta à populo.* Ita illud Vlp. l. 4. de ſtatu ho. *Servitus eſt conſtitutio juris gentium.* h. e. quid conſtitutum jure gentium.

Conſtringere & *conſtrictus*, pro, vincire, ligare. Verbum Ciceroni perfamiliare; hodie non item omnibus notum.

Conſtrictas ducere ancillas. Truc. 4. 2. ℣. 58.

Conſuadeo. Merc. 1. 2. ℣. 32. Pſeud. 2. 2. ℣. 71. Trin. 2 4. ℣. 125.

Conſuadere, rectum facere. Aſin. 2. 1 ℣. 13.

Conſuadere : vetare. Trin. 3. 2. ℣. 46.

Conſuere. Amph. 1. 1 ℣. 282. in dolis & lenociniis dicitur : ſicut & *aſſuere.* vnde *Sutela* pro dolis : & *ſutere* ῥάπτειν dolos ſtruere.

Conſueſcere ; Et κατὰ συγκοπὴν, *Conſueſſe*, *conſuêrunt*, *conſuêrãt.* Balbus Ciceroni lib. 8. Epiſt. 25. Attic. *qui ſi paſſus eſſet, nos ſecum, ut conſueramus, loqui, & non ſe totum etiam, & etiam à ſermone noſtro avertiſſet, minus miſer, quàm ſum, eſſẽ.* Sic habent Mss. Pall. Corn. Nepos in vitâ Alcibiad. *qui quidem duo maledicentiſſimi neſcio quo modo in uno illo laudando conſuêrunt.* Idem in Thraſib. *Nam parva munia diutina locupletia non propria eſſe conſuerunt.* Cæſar. lib. 4. de bell. Gall. cap. *quo plurumque genere in prælio uti conſuêrunt.* ita v. l. Et mox: *non eadem alacritate & ſtudio, quo in pedeſtribus uti plus conſuêrant, utebantur.* Ita & ibi vett. libb. Plautus Aſin. 1. 1. ℣. 65. *Patres ut conſuêrunt.* Idem & *inſuêrat.* Capt. 2. 2. ℣. 56. *Qui imperare inſuêram.* Ita ibi correxi ex Mss. Pall. vulg. *inſueveram.* Vſurpatur ferè hoc verbum de ſtupro: ut ait Donatus ad Hecyr. Ter. Lucretius ſimplici utitur, *Sueſcere.* Donatus ad Terent. Hecyr. 4. 1. ℣. 41. & Adelph. 5. 2. ℣. 32. Amph. 5. 1. ℣. 71. *ſe dixit clam conſuetũ cubilibus cũ Alcumena.* Ciſtell. 1. 1. ℣. 89. 96. Sic Cæcilius in Plotio apud Agell. 2. 23. *Ea me clam ſe cum meâ ancillâ ait cõſuetum.* Inde Plautus quoque dixit *conſuetio* Amph. 1. 2. ℣. 28. Mil. 4. 7. ℣. 13. ubi vide Animadverſiones noſtras. In Iure tamen de conſuetudine maritali accipitur, vt docet Alb. Gent. Lib. 7. cap. 2. de Nuptiis.

Conſuetus : ſolitus. Aul. 4. 4. ℣. 9. Stich. 5. 5. ℣. 18.

Conſuetus ſum; conſuevi. Amph. 5. 1. ℣. 70. Aſin. 3. 3. ℣. 114. Capt. 4. 2. ℣. 87.

Cõſuetudine aliquid facere. Trin. 2. 2. ℣. 81.

Con-

Digitized by Google

conſuluntur, niſi quis ſuſpicetur illud *de Iure civili* eſſe inculcatum Cicero pro Cæcina cap. *In iſta defenſione accuſas eos, qui conſuluntur: quod æquitatis cenſeant rationem non verbi haberi oportere.* Ibidem. *Nam qui hoc diſputant, ſi id dicunt, non re ſe aliquid ſtatuere eos, qui conſuluntur.* Et pro Quintio cap. *Si dupondius unus ageretur, & non ſtatim ad C. Aquilium, aut ad eorum aliquem, qui conſuluntur, concurriſſes.* Ita Budæus egregie. Et lib. 1. leg. cap. *Quid enim eſt tantum, quantum Ius civitatis? Quid autem tam exiguum, quàm eſt munus hoc eorum, qui conſuluntur, quamquam eſt populo neceſſarium?* *Flacco jure, legibus, auctoritate omnium, qui conſulebantur, Teſtamentum P. Annius fecerat.* Et pro Muræna cap. *Erant in magnâ potentiâ, qui conſulebantur:* Et in Partit. Orat. Idem in Verr. Accuſ. lib. 1. cap. 46. *Nam quæſo redite in memoriam, Iudices, quæ libido iſtius in Iure dicendo fuerit, quam inanes domus eorum omnium, qui de Iure civili conſuli ſolent.*

Conſultus. Interdum, ſed rarius, ponitur pro *Iuriſconſulto*. Poëtæ ſæpius utuntur. Cicero pro Cæcina cap. *Qui* (G. Aquillius) *Ita juſtus & bonus vir eſt, ut naturâ, non diſciplinâ conſultus eſſe videatur.* Et mox: *Ego ex iſto genere Conſultorum, non nominem iſtum ipſum.* Horat. lib. 2. Epiſt. 2. ℣. 159.

Quadam (*ſi credis conſultis*)
Mancipat uſus.

Et lib. 2. Epiſt. 2. ℣. 87.

Frater erat Romæ conſulti
Rhetor.

Conſulere in medium: in commune. Terent. Heaut. 3. 3. ℣. 16. *Oro te, in commune ut conſulas.* Tacitus de vitâ Agricolæ cap. *Nec aliud adverſus validiſſimas gentes pro nobis utilius, quàm quod in commune non conſulunt.* Idem lib. 2. Ann. cap. *graviſſimos Principis labores, quis Orbem terræ capeſſat, egere adminiculis, ut domeſtica curâ vacuus in commune conſulat?*

Conſulto conſilio: *conſultâ operâ.* Sed malim, *certo conſilio, deditâ operâ.* Paulus IC. lib. 1. Sent. tit. 19. ſentent. antepen. *qui ſciens prudens ſe pro minore obligavit, ſi id conſulto conſilio fecit, licet minori ſuccurratur, ipſi tamen non ſuccurritur.* Ammianus lib. 14. cap. *Inter cotidiana preludia exercitꝰ cõſilio cognitos.* Agellius. lib. 6. cap. 17. *ſed ea omnia & ſponte, neque operâ conſultâ, ſed à militibus forte auxiliariis incenſa ſunt.*

Conſummare: pro, perficere, conficere. Non eſt ætatis Ciceronianæ, ſed recentioris, ut Plinij, Quintil. Nam locus Cicer. Philipp. 11. cap. 7. ita ex antiquiſſimis libb. ſcribendus: *Bella, quæ à coss. aut à Dictatoribus geſta & confecta ſunt.*

ſunt: non ut vulgò, *& conſummata.* Ergò in Porcæ... lib. I. Offic. *Quæ de officijs tradita ab illis, & præcepta ſunt, & conſummata.* extremum verbum tollendum eſt: quia in vett. libb. reperitur. Dicimus, *Conſummare* aliquot diverſas *ſummas*, numeros, ſive quantitates, & pretia coniungere. Pomponius ex Sabino, ut videtur, in l. 36. ſi plura. de ædil. edict. ff. lib. 21. tit. I. *ſi confusè univerſis mancipijs conſtitutũ pretium fuerit. quod ſi ſingulorum mancipiorum conſtituto pretio, univerſa tanti venierũt quantũ ex conſummatione ſingulorum fiebat* &c. Vide ibi Notas Dion. Gotofredi.

Cõſutus tunicis. Amph. I. I. v. 122.

Contabefacit cura miſeria. Pſeud. I. I. ✝. 19. Sic rectius legas cum Mſſ. Pall. quam, *contabeſcit.*

Contabeſcere eſt, liqueſcere, conſumi. Merc. I. 2. ✝. 92.

contactus. Verbum vix notum hodie: veteribus tamen uſitatiſſimum. Eſt idem, quod *adfectus*, ſive, *infectus, adſperſus:* ut & verbum *Contingere*, morbo, ſcelere, ſocietate improba, ſale, amurcâ, ſacrilegio, colore, liquore, ſapore &c. Lucretius lib. I. ✝. 932.

Carmina Muſæo contingens cuncta lepore.

Et mox ✝. 936.

—prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci flavoq; liquore.

Et mox ✝. 945. *—dulci contingere melle.*

Et lib. 2. verſ. 754.

Proinde colore cave contingas ſemina rerum.

Livius lib. cap. *Bona Tarquiniorũ diripienda plebi data, ut contacta regia præda.* Et. lib. 31. cap. *Multis in Italia contactis gentibus Punici belli ſocietate.* Et lib. 29. cap. *At Hercule milites contactos ſacrilegio furor agit, ut in Ducibus ipſis puniendis nullum* DEI *Numen apparuit.* Arnob. lib. 3. *Quiſquã eſt hominum rationis alicuius ſapore contactus?* Apuleius lib. 9. Metam. princip. *certè venenatis morſibus contacta nonnulla.* Cicero lib. 2. Divin. cap. *contactum aliquo morbo carbonis.*

Contactus, ûs: pro contagione, quo tamen non antiquiores, ſed Tacitus in Hiſtoriâ eſt uſus. *plures*, inquit Tac. lib. 5. *infecti quaſi valetudine & contactu.*

Contagio rerum, aut *natura*, dicitur, quæ Græcè συμπάθεια. Interdum & *Convenientiam & coniunctionem* naturæ vocat eam Cicero: fortaſſe & *Cognationis* verbo ita eſt uſus. Cicero lib. de Fato Contagionis nomine in hac notione ſæpe videtur uſus. Nam ita ibi: *ut in ipſa rerum contagione reſpondeamus.* Et lib. 2. de Divin. cap. *Quæ poteſt igitur contagio ex infinito penè intervallo pertinere ad Lunam vel potius ad terram?* Et eod. lib. *Aut coniectores ex quadã con-*

convenientia & conjunctione naturæ, quam vocant συμπάθειαν, quid cuique rei conveniat, ex ſomnijs & quidquã quæ rem ſequatur, intelligunt. Et antea: *Vt enim jam ſit aliqua in natura rerum contagio.* Et mox. *ut diſtantium rerum cognatio naturalis appareat.* Vbi tamen *contagio* malim, licet contra Lamb. Et mox: *quâ ex contagione naturæ & quaſi concentu atq; conſenſu, quem συμπάθειαν Græcè appellant, convenire poteſt,* aut *viſum cum lucello meo.* Et lib. 2. de Nat. Deor. cap. *Quid verò tanta rerum conſentiens continuata contagio? quem enim coget ea, quæ à me dicuntur, cõprobare?* Et lib. 3. cap. *Itaque illa mihi placebat oratio de convenientiâ conſenſuque naturæ, quam quaſi contagionem continuatam dicebas, illud non probabam, quod negabat, id accidere potuiſſe, niſi ea uno divino ſpiritu contineretur: illa verò cohæret,* & permanebat manere viribus: eſtque in eâ iſte quaſi conſenſus, quod συμπάθειαν Græci vocant. Et lib. 3. de Nat. Deor. cap. etiam legẽdum puto, *contagio*, & *contagionem.* Vbi vulgò, *cognatio*, & *cognationẽ.* Dubito tamen, annon utroque nomine uſus ſit Cicero.

Contechnari; techinas, fraudes machinari. Pſeud. 4. 6. ℣. 34. Græcè κατασκευάζειν. Vide Bud. L. Gr. p. 712.

Contemnere ſe: *non cõtemnere ſe.* Elegans Oratio, vulgò vix nota. *Contemnere ſe.* eſt, humilem eſſe, & demiſſi animi. pati ſe affici injuria, ac pedibus quaſi conculari. *Non-contemnere ſe*, contrarium valet. Sic & Græci καταφρονεῖν ἑαυτῶν. Demoſth. ἐπὰν αὐτοὶ δ᾽ ἴσως τὰ τοιαῦτα γράφοντες, καὶ συνεθίζοντες ὑμᾶς εἰς αὐτὸν καταφρονεῖν ἐνιαδὲ ἡδὺ ἀνθρώπους θαυμάζειν à Granius apud Cicer. lib. 6. Attic. Epiſt. 3. Lucret. lib. 5. ℣. 1237.

> *Qui mirum, ſi ſe temnunt*
> *mortalia ſæcla?*

Sic Philipp. 13. cap. *Quanquam enim eſt tanta auctoritas, quãta debet in homine nobiliſſimo, tamen ſenatus ipſe ſe non contemnit: nec Verres fuit umquã gravior, conſtantior, fortior.* Et lib. 12. Attic. Epiſt. 22. *Quod aut homines à me poſtulare ſcribis, ut Romæ ſim, neq; mihi ut abſim, comedere, aut quadantenus eos mihi concedere.* Iampridem ſcito eſſe, cùm unum te pluris, quàm illos, *omnes putem: ne me quidem contemno,* meque judico, multo *ſtare malo, quàm omnium reliquo-*

Contemnere: etiam *conterere* notare poteſt apud Pl. noſtrum. Stich. 2. 2. ℣. 33. Ita alibi coniunguntur *contemtim conterere.* Vide *Verba Activa* in Mantiſſ.

Contẽplari: videre. Pœn. 5. 3. v. 10.

Contemplo: δέρκομαι Amph. 1. 1. verſ. 285. Aſin. 3. 1. ℣. 35. Epid. 3. 3. verſ. 2. & 5. 1. ℣. 16. Merc. 2. 3. ℣. 72. Mil. 4. 2. ℣. 38.

Moſt:

Moſt.1.3.℣.10.16.124. Perſ. 4.4.℣.15. Trin.4.2.℣.21.]

Contemtrix. Bacch.3.6.℣.2.

Contemtim conterere aliquem. Pœn.3.1.℣.34.

Contendere, pro, eniti, vehementer aliquid agere, pugnare, petere, & inſtare: Ciceroni perfamiliare: & *Contentio* pro, inſtantia, ſtudio: cui contrarium, *Remiſſio* dicitur. Et *contendere* aliquid ab aliquo, valdè urgere. Vide *Eniti*. Ita & Græci utuntur verbo *συντείνειν*. Plato in Sophiſtâ: *ὅτι μάλιστα συντείνας πειράθητι*.

Contendere curſum. Ciſt. 2. 1. ℣. 57.

Contente arctéque habere. Aſin.1.1.℣.64.

Contentio, pro collatione, comparatione. Sic & *contendere*, pro, *comparare*. de quo & Nonius. Cic. lib. 2. Offic. cap. *Danda omninò opera, ut omni generi ſatisfacere poſſimus: ſed ſi res in contentionem veniet, nimirum Themiſtocles eſt adhuc adhibendus*. Et 2. Catil. cap. *Si umquam* his rebus omiſſis, ipſas cauſas, quæ inter ſe confligunt, *contendere velimus*. Et Rhetor. lib. 1. cap. *primùm igitur leges oportet contendere, utra lex ad majores pertineat*. Horat. lib.1. Epiſt. 10.℣.26.

—*qui Sidonio contendere callidus oſtro*
Neſcit Aquinatem potantia vellere fucum.

Contentiores mage: h. e. magis contenti: Pœn.2.1.℣.15.

Contentus genitivo caſui jungitur interdum: ut, *contentus equorum* pro, contentus equis. Curtius lib. 2. in fine: *contentus artificum*. Ibi vulgò additur, *opera*. contra libb. vett. fidem. Claudius in l. 37. Cùm quis decedens nuptura. D. de legat. l.3. quoniam in his expreſſit, ut *contentus eſſet partis dimidiæ dotis*.

Contentus eſſe, ſtare, aut acquieſcere alicui. Hodie vix notum in eâ notione. Cicero tamen ſæpè ita utitur. Pro Cluent. cap. de Affricano: *Itaque is, cujus arbitrio & populus R. & exteræ gentes contenta eſſe conſueverant, ipſe ſuâ conſcientiâ ad ignominiam alterius contentus fuit*. Et ead. Orat. in fine: *Gellii judicio ſtetit Lentulus, neque Lentuli exiſtimatione contentus fuit*. Et ante: *Hic primùm illud nonnumquam animadverſionibus cenſoriis hanc civitatem ita contentam, ut rebus judicatis fuiſſet Gellius*. Et Epiſt. ad Attic. *Sed quemadmodum in finibus contenti Idibus Martiis ſimus*.

Conterere diem. Caſ. 3.3.℣.4. vide etiam infr. *Obterere*.

Conterere in tergo corios bubulos. Pœn.1.1.℣.11.

Cōterere orationes. h. e. verbis obtundere. Ciſt.2.3.℣.65.

Conterere ætatē. Bacch.4.6.℣.11.

Conterobromia. Curc.3.℣.76. Vide etiam, *Obterere*.

Conterobromia Libya. Vide litt. L.

Conte-

Conterere: pro, conſumere: atterere. Moſt. 4. 2 ℣. 98. *conterere quaſtum Herculis.*

Conterere quaſtu. Rud. 3. 4. ℣. 43.

Contextus orationis. & præciſè, *Contextus.* Modeſtinus I C. l. 43. Mænia. D. de manumiſſ. Teſt. *Neq; contextum verborum totius ſcripturæ, neq; mentem Teſtatricis cauſam eſſe.* Pomponius l. 11. de cond. eidem. *Sed & quod reliquum per contextum ſcriptum eſt.* &c. Quidam *contextum* hodie opponunt ſemper *oræ*, aut margini libri: quomodo tamen & veteres eo interdum uſi, qui & *corpus* id vocant, quod corpus neque ex contextu Teſtamenti poſſit appareri. Sic dimus: *in toto quaſi contextu orationis.* Idem in Cicerone occurrit: *in toto curſu orationis.* Cicero in Partit. Orat. cap. *Quamobrem omnis laudandi vituperandiq; ex his ſumetur virtutum vitiorumque partitio: ſed in toto quaſi contextu orationis hæc erunt illuſtranda maximè.* Et lib. 2. de Orat. cap. *Nam ego benevolum mihi Iudicem facilius facere poſſũ in curſu orationis, quàm cùm omnia ſunt inaudita.*

Conticiſcere. Mil. 2. 4. ℣. 56. Rud. 5. 2. ℣. 69. Bacch. 4. 6. ℣. 28.

Conticinium eſt prima pars noctis. Germ. Der erſte ſchlaff. Aſin. 3. 3. ℣. 95.

Contigit; accidit. Amph. 5. 1. ℣. 9.

Continens: de eo, qui non ſtudet potationibus aut amatiõibus Moſt. 1. ℣. 30.

Continens oratio. Suetonius *continuam* dixit in Claudio: *continuis orationibus.* Cicero Tuſcul. l. cap. *Sed nihil te interpellabo: continuam orationem audire malo.*

Continere. Interdum id, quod vulgò, *premere*, ſibi ſervare, neque cum aliis communicare: cui contrarium: *Proferre.* Cicero lib. lib. 1. de Orat. cap. *Quodſi inquit Craſſus petimus ab Antonio, ut ea, quæ cõtinet, neq; adhuc protulit* &c. *nobis illa dicendi myſteria enunciet.*

Continet cauſam, rẽ, Philoſophiã, vitã. Hæc loquendi formula Ciceroni uſitata eſt, pro, quod vulgò dictũ, *id quod præcipuũ eſt, quod maximi momenti eſt.* &c. Hermogenes Rhetor τὸ αἴτιον, τὸ συνέχον, τὸ κρινόμενον in cauſis cauſis cõſideranda docebat, ut eſt apud Fortunatianũ l. 3. de Rhetoricâ arte. Cicero Tuſcul. 4. c. *Mihi quidẽ in totâ ratione, ea, quæ pertinet ad animi perturbationem, una res videtur cauſam continere, omnes eas eſſe in noſtra poteſtate.* Idem lib. 4. fin. cap. *Nunc videamus quaſo de ſummo bono, quod continet Philoſophiam* Et lib. 1. fin. cap. *Hæc quæ vitã continet omnem negligemus.* Et lib. 1. de nat. Deor. cap. *Nam & de figuris Deorum, & de locis & ſedibus, & de actione vitæ multa dantur: deq; his ſũma Philoſophorum diſſenſione certatum, quod verò maximè rem cauſamq; continet, eſt, utrum nihil agant, nihilq; moliantur.*

continere. pro, cohibere, impedire. Amph. 2.2.ỳ.58.

continere ſe. Men. 2.1.ỳ.28.

contingere. pro, attingere. Amph. 2.2.ỳ.104. in obſcœno ſenſu. Sic quoque *Tangere*. Propert. lib. 2. Eleg. 34. ỳ. 9. *Linceu, tune meã potuiſti tangere curã?* Martial. lib. 1. Eleg. 74. *Nullus in urbe fuit totâ, qui tangere nollet Uxorem gratis Caciliane tuam.* Turpilius Leucadia: *Si forte quaſillarias alibi tango.* Eurip. Hippol. ỳ. 884. θιγεῖν τῆς εὐνῆς.

continuare agros. Dicuntur, qui infinitâ cupiditate ſunt, & plus agrorum indies appetũt. Livius lib. 34. cap. *Quid legem Liciniam excitat de quingentis aggeribus, niſi ingens cupido agros continuandi?* Horatius: *Quam ſi Mygdoniis regnum Alyatici campis continuem.* Cicero de lege Agrar cap. *Syllanus ager à certis hominib⁹ latiſſimè continuatus tantam habet invidiam.*

continuò; ſtatim. Ciſt. 2.1.ỳ.7. & 2.3.ỳ.35. Epid. 1.2.ỳ.52 & 2.2. ỳ.6.83. & 3.3.ỳ.42. & 4.1.ỳ. 37. Bacch. 2.3.ỳ.29.66. Rud. 3.4.ỳ.61.

continuum triennium. Stich. 2.1. ỳ. 61.

continuus. Cicero de tempore ferè & itinere. *continuos decem annos: cõtinuis itineribus:* ut videatur de disjunctâ quãtitate & ſimul de pluribus rebus. & pluribus annis, itineribus, quaſi uno definente, altero ſtatim ei adjuncto.

contollere gradum: eſt, congredi. Aul. 5.1.ỳ.6. Bacch. 3.6.ỳ.6.

contortuplicata nomina. Perſ. 4. 6. ỳ. 26. vſurpavit hanc dictionem in verſione latinâ Bibliorum Franciſcus Iunius Exod. 26. ỳ.1. De ejuſmodi tortuoſis verbis vide Theatrũ Rhetoricum Creſollij lib. 2. cap. 4. pag. 126. Cicero de fato cap 8. ſub finem vocat *contortiones orationis*.

contra; eleganter vſurpatur in comparationibus; pro, *ſi contra appendatur*. Curc. 1.3.ỳ. 45.46. Epid. 3.3.ỳ.30. Pſeud. 2.3.ỳ.22. Mil. 3.1.ỳ.63. & 4.2. ỳ.83. Truc. 2.6.ỳ.57.

Varro:

Vbi poma vaneunt contra auro.

Vide ibi Scalig. pag. 195.

contra, mutuò, viciſſim. Ciſt. 1. 2.ỳ.13. Mil. 1.1.ỳ.3. & 2.1.ỳ. 45. Trin. 4.2.ỳ.55. Amph. 2.2. ỳ. 21. Pſeud. 2.1.ỳ. *illa illum contra*, ſcil amat. Propert. lib. 2. Eleg. 1.ỳ.45. *nos contra anguſto verſamus prælia lecto.*

contra adire. Rud. 1.4.ỳ.22.

contra adſpicere oculis. Caſ. 5.3.ỳ. 2. Moſt. 5.1.ỳ.56.

contra aſſiſtere. propè. Pſeud. 1.2. ỳ.23.

cõtra ea, p. contra. Nepos Ageſilao: *Nullũ ſignũ libidinis, nullũ luxuriæ videre poterat: cõtra ea plurima patientia atque abſtinentia.* Idem Alcibiade: *contra ea ſi quid adverſi incidiſſet, ſe unum ejus delicti fore reum.* Idem. *Epaminondas namque ille cum univerſâ Græciâ vix decem annis unam cepit urbem*

bem : ego contra ea mox urbe noſtrâ dieque uno totam Græciam Lacedæmonijs fugatis liberavi. Livius quoque non rarò ſic loquitur.

Contraferre manum. Truc. 1. 2. ℣. 23. In ſalutationibus.

Contrahere malū. Caſ. 3. 2. ℣. 21.

Contracta frons. Rud. 2. 2. ℣. 12.

Cōtrahere lites. Capt. Prol. ℣. 63.

Contrahere litigium inter aliquos. Caſ. 3 2. ℣ 31.

Contra incedere aliquem. Rud. 3. 3. ℣. 31. *Malitiam lenonis contra incedam.* Sic dicimus *Contraniti, Contravenire, contrapugnare.* Lucret. II. 280. Gloſſæ; *Contravenio: ἀπαντῶ.*

Contra vocare; provocare in certamen. Stich. 5. 5. ℣. 31.

Contractus, ûs. Nomen hoc fugiunt quidam, quaſi quo Cicero non reperiatur uſus. Nam ille fere *negotia rerum contrahendarum* dicere ſolet. Sed eo tamen uſus eſt Servius Sulpitius, ætate eâdem vir in ſcribendo caſtiſſimus, apud Agell. lib. 4. cap. 4.

Contradicere. Vulgò dicitur, *Opponere.* Cicero lib. 3. Tuſc. cap. *contradicuntur hæc, quis tam demens, ut ſuâ voluntate mæreat.* Quintil. lib. 2. cap. 18. *Ponuntur hæc quoque in 2. de Orat. libro contradictionis.*

Contrahere cum aliquo: cui opponitur ut contrarium, *ſecum agere aliquid.* Cicero initio de Offic. *Nulla enim vitæ pars, neque publicis, neque privatis, neque forenſibus, neque domeſticis rebus, neque ſi tecum agas aliquid, neque ſi cum altero contrahas, vacare officio poteſt.*

Contrahere, pro, Coercere, reprimere, minuere. Cicero: *Ex quibus illud intelligitur, appetitus omnes contrahendos ſedandosque eſſe, excitandamque animadverſionem & diligentiam.*

Contrariò, pro, contra, ut, *cotidianò.* de quo infra in litt. *Quotid.* Cicero de Vniverſo: *Poſt iram & mentem, & reliquos motus animi communes ſuperiorum, & bis eſſe contrario diſſidentes.*

Contrectare. Pœn. 4. 5. ℣. 32.

Contribuere: propriè in ijs, qui aliquem liberum populum ſub alterius ditionem ſubjungunt. Livius: *Corinthum ijs contributuros in antiquum gentis concilium.* Idem: *Phocenſes, Locrenſes, contribuerunt Aetolis.* Hinc *contributi dicti fuerūt caſ. Oſcenſes, & Calaguritani, qui erant tum Oſcenſibus contributi.* Latinè autem non dicitur *contribuere pecuniam*, ſed *Attribuere.* Cicero Philipp. 9. cap. *Tantam pecuniam redemtori ſolvendam attribuendamque curent.* Et Philipp. 14. cap. *ad eam rem pecuniam dare, attribuere, ſolvere iubeāt.*

Controverſia. Rud. 3. 5. ℣. 46.

Controverſum jus. Apud Iuriſconſultos eſt id, quod nondum eſt certum, de quo Jure I C. nondum

 inter

℣.44. *dicis contumeliam.* Cicero Phil. 1.cap. *Si quid contumelia dixero.* Et Phil. 2. cap. *Quid eſt dictum à me cum contumeliâ?* Et de Offic. *cum ſtudioſè de abſentibus detrahendi causâ, aut per ridiculum, aut ſeverè aut maledicè, contumelioſeque dicitur.*

Contundere facta alicujus: comprimere famam alicuius. Stich. 2.2.℣.33.

Contundere pugnis. Bacch. 3.3.℣.46.

Contuor. Moſt.3.2.℣,155. Aſin.2.3.℣.23.

Conturbare pedes; in obſcœnis. Caſ.2.8.℣.25.

Conturbare, conturbatio, & *conturvans,* de animo. Cicero ſæpe, quod vulgò ſemper, *Perturbare* dicit. *conturbare* & plenè conturbare *rationes, fortunas* dicuntur illi, qui vel dilapidant ſua bona, vel alioquin ijs amiſſis deſinunt eſſe ſolvendo, quod & *Decoquere* dicitur. Ex quibus & *Decoctores.* & *conturbatores.* Id rectè Budæus in Pandectis obſervavit Annot. Prior. pag. 363. Alphenus LC.l.16. quidam fundum. D. de in rem nec ſol. *Servus boves vendiderat, alius redemerat, nummos venditori non ſolverat: poſtea conturbaverat.* Ita Labeo apud Vlpian. l. 5. Idem Labeo. D. de inſtit. act. *Si quis piſtor ſervum ſuum ſolitus fuit in certum locum mittere ad panem vendendum: deinde is pecuniâ acceptâ præſenti ut per dies ſingulos eis panem præſtaret, conturbaverit* &c. Cicero pro plancio cap. *Verum fac me multis debere; & in his Plancio: utrum igitur me conturbare oportet? an cæteris cùm cujusque dies venerit, hoc nomen debitoris quo urget nunc competitor diſſolverei?*

Conturbatus oculus: propriè dicitur ejus, qui laborat ophthalmiâ, qui caligat, & confuſim videt. Cicero Tuſcul. lib. cap. *Scribonius ad conturbationes & epiphoras oculorum ſuo multa collyra, etſi tardè, magnos tamen effectus habere*: Et alibi: *Hoc maximè probo, ut recentes epiphoras & conturbationes oculorum tumores & dolores.* &c. Alibi vocat *perturbationem.* Eſt autem *conturbatio* propriè minor opthalmia, & τάραξις vocatur à Græcis, deſiniturque oculorum tumor, cum rubore & calore ex causâ obortus ex terra, fumo, ſole, pulvere, oleo.

Convadari: eſt validimonio obſtringere, ſive diem judicij ex compacto conſtituere, & in ius vocare. Curc. 1. 3.℣.5. Etiam activè vſurpat Horat. lib.1.Sat. 9.℣.36. Paſſivè ſumitur Bacch.2.2.℣.3.

Convena. Vide *conventitij patre.*

Convenibo; ἀρχαϊκῶς. Caſ.3.2.℣.12.

Convenire, pro Venire. Truc.3.2.℣.14. *In urbem crebrò convenio.* Sed in Mss, legitur, *cōmoveo.* Vera lectio eſt, *cōme-*

Convenire: accidere, contingere. Pſeud. 1. 2. ℣. 44. *Facite, ut mihi munera multa huc ab amaioribus conveniant.*

Convenire de dote. Trin. 2. 4. ℣. 168.

Convenire de aliqua re invicem. Pſeud. 1. 5. ℣. 129.

convenire; quadrare, aptum eſſe. Pſeud. 4. 7. ℣. 85.

Convenire; conſentire. Aul. 2. 2. ℣. 80.

Convenire; adire, alloqui. Mil. 2. 2. ℣. 16. & 2. 3. ℣. 6. Bacch. 4. 10. ℣. 11. Merc. 3. 2. ℣. 16. Perſ. 5. 2. ℣. 74.

Convenire verbum pactionum. Capt. 2. 3. ℣ 18. Pſeud. 4. 5. ℣. 8. 9.

Convenire. Meretricium verbum; pro, liberis operam dare. Inde *conventus conventiones, convenæ.* Mil. 2. 1. ℣. 61. & paulò poſt, *Patres conventitij.* Ciſt. 1. 1. ℣. 42. Mil. Arg. 1. ℣. 7. Mil. 2. 1. ℣. 61. & 4. 3. ℣. 2. Ovid. lib. 3. de Arte Amandi; *Conveniunt illas, cum voluère viri.* Arnob. lib. 7. *Amant ſuos fœtus, & gignendis conveniunt liberis.* Idem lib. 2. *Ex conventu Iovis inſeminati & nati ſunt.*

Convenit; decet. Græcè, Δεῖ. *Non convenit.* Germ. Es ſchickt ſich / es gebürth ſich / es ſoll alſo ſein / es reymt ſich nicht. Veteribus, & Ciceroni familiare, vulgò non item. Trin. 3. 2. ℣. 55. Cicero pro Cæcina cap. *Qui igitur convenit, quæ cauſa fuerit ad conſtituendum judicium, eandem moram eſſe ad judicãdum.* Et pro Milon. cap. *Nunc illum primùm egreditatem è villâ ſubitò. Cur veſperi? quid neceſſe eſt tardè? qui convenit? præſertim id temporis?* Et pro Flacco cap. *Et cùm illam pecuniam nominatim Flacco datam referant, maiorem etiam quoq; aliquam cùm huic idem darēt in Aedem ſacram reficiendam ſe perſcripſiſſe dicunt. Quod minimè convenit* Et pro Quintio cap. *Illico ire ad Prætorem convenit.* D. Brutus ad Cicer. lib. 11. Epiſt. 3. *Neque enim decet, aut convenit, nobis periculo ulli ſubmittere animum noſtrum.* Et pro Poſthumo cap. 11. *Addo illud etiam: qui tandem convenit, aut tam gravi onere tributorum ad tantam pecuniam cogendam mille talentûm acceſſionem eſſe factam? aut in tantâ mercede hominis ut jus avariſſimum mille talentûm deceſſionem eſſe conceſſam.* Et Philipp. 3. cap. *Qui autem convenit, ut tibi Iulia natus* (al. *nata*) *ignobilis videatur: cùm tu eodem materno genere ſoleas gloriari.* Ita eum locum Muretus ex opt. cod. Vaticano correxit: ubi antea, *evenit.* Et lib. 2. Offic. cap. *Convenit autē cùm in dando munere finē eſſe, tum in exigēdo non acerbum.* Et pro Quintio cap. *Illicóne ire ad Prætorem convenit?* Et pro Sextio cap. *Vos his malis mederi convenit.* Et lib. 2. nat. Deor. cap. *Quæ qui cõvenit penes Deos eſſe, negare, cũ eorũ auguſta & ſan-*

& ſanctà ſimulachra vereamur? Eodem lib. *Qui igitur convenit ſignum aut tabulam pictam cùm adſpexeris, ſcire, adhibitā eſſe artem?* Ibid. *Multa ante fieri convenit.* Et lib. 3. Herenn. cap. *Tres convenit habere res, rationem* &c. Et lib. 2. fin. cap. *Sed quid ages tandē, ſi utilitas ab amicitia, ut ſapè benefecerit? relinques ne? quæ iſta amicitia eſt? ſpretinebis qui cōvenit?* Salluſt. Catil. cap. *Qui convenit in minori negotio legē timere, cùm eam in majore neglexeris?* Terent. Heaut. 1. 1. ℣. 113 *Non convenit, qui illum ad laborem impellerim, nunc me ipſum fugere.*

Non convenit. Interdum valet, non conſtat, ſive: diſſentiunt inter ſe ſcriptores. Nepos in Hannibale: *In colloquium convenit: conditiones non convenerunt.* Sic apud Feſtum, *conventa conditio. Dicebatur,* inquit, *ea, cùm primus ſermo de nuptijs, & earum conditione habebatur.*

Convenientia: pro cōſenſu. Vulgò dicunt, *correſpondentia.* Cicero Læl. cap. *Virtus inquā & conciliat amicitias & conſervat. In eā eſt enim convenientia rerum; in eā ſtabilitas, in eâ conſtantia.*

Convenit; aſſentiendi particula. Cal. 2. 3. ℣. 54.

Convenit; cum accuſandi caſu, pro decet. Merc. 5. 4. ℣. 24.

Conventis opus eſt dentibus. Curc. 2. 3. ℣. 4. 1.

Cōventitij patres; ſunt, qui vndiquaq; conveniūt meretrices: promiſcui adventores, qui in vnius ſcorti nidum conſpiraverant amatores. Ciſt. 1. 1. ℣. 42. Ita enim leg. docui in Animadverſionibus noſtris, quas vide. Cæterum Látini autores τὸ *convenire*, pro, *liberis operā dare*, vſurpant. Arnob. lib. 7. *Amant ſuos fœtus, & gignendis conveniunt liberis.* Et *conventus*, pro, *concubitu* idem dixit lib. 2. *Ex conventu Iovis inſeminati & nati ſunt.* Inde eoſdem hos patres conventios vocat Plautus noſter *convenas*. Milite 2. 1. ℣. 61.

Conventam eſſe volt. Pœn. 5. 2. ℣. 159. Ciſt. 4. 2. ℣. 38.

Convento aliquo opus eſt. Curc. 2. 3. ℣. 23. Caſ. 2. 8. ℣. 68.

Conventio, prò conventu, hoc eſt, cœtu, concilio, Comitijs, concione. Græcè, σύλλογος. Apud Varr. LL. ex tabell. Cenſ. pag. 62. *cenſores inter ſe ſortiuntur, uter luſtrum faciat, ubi templum factum eſt. Poſt autē conventionem habet, qui luſtrū conditurus eſt.* Et ibidem: *In commentarijs conſularibus: Voca ad conventionem omnes Quirites huc ad me Accenſus dicit ſic: omnes Quirites ire ad conventionem huc ad Iudices.*

Conventus. In veteri Inſcriptione, quæ eſt in viâ Iulia pag. CCCXLIV. num. 7. 9. M. ACCILIO. M. F. QVIR. RVFO. PROC. CÆSARVM. CONVENTVS. TARACON. Livius lib. 31. cap. *Scilicet ſicut vos Naupacti legibus*

veſtris per magiſtratus à vobis creatos concilium habetis. ſocium hoſtem liberè, quam velitis, lecturi. pacem ac bellum arbitrio habituri veſtro. *Sic Siculorum civitatibus Syracuſas, aut Meſſanam, aut Lilybaum indicitur concilium. Prætor Romanus cōventus egit: eo imperio vocati conveniunt: excelſo in ſuggeſto ſuperba iura reddentem. Stipatum lictoribus vident, virgæ tergo, ſecures cervicibus imminent, & quotannis alium Dominum ſortiuntur.*

Conventus, a, um, pro, *pactus, a, um, de quo eſt conventum. ut, conventa induciæ*, h.e. pactæ, & *conventa pax, conventum matrimonium, conventio pacta*, ſive, *pactum conventum*, Feſtus: *conventa conditio* dicebatur, cùm primus ſermo de nuptijs, & earum conditione habebatur. Hinc in jure dicuntur *Pacta conventa*. Quod ita conjunctim intelligi debet.

Convenit aliquid, pro, de aliquo. Vt, *Variare* multa de multis. Cicero Philipp. 1. cap. *Addebant præterea rem conventuram.* Livius lib. 27. cap. *Vbi & ratio agenda rei, & tempus convenit.* Et lib. 29. cap. *In eas conditiones cùm pax conveniſſet.* Et lib. 36. cap. *Ac ſpem facere ſæpius ultrò citròque agitantibus rem conventuram non male.* Et eod. lib. cap. *Si conditiones convenirent pacis* &c. Et lib 34. cap. *Tempus autem eo me liberat, quod cùm jam Argos haberem, ſocietas mihi vobiſcum convenit.* Et poſtea: *Pax, quæ cum T. Quintio conveniſſet, ut rata eſſet, petierunt.* Feſtus in. Reciperatio: *Vt ait Gallus Ælius cùm inter populum & Reges, nationesque, & civitates peregrinas lex convenit.* Salluſt. Iugurth. cap. *Tamen quia mortis metu mactabatur, ſicuti Regi lubuerat, pax convenit.*

Conventum volo. Trin. 5.2.℣.51.

Converrere aliquem totum cum pulviſculo. Rud. 3.6.℣.7.

Converrere ædes. Stich. 2.3.℣.26. 50.63.

Converſio & perturbatio omnium rerum: Cicero Phil. 11. cap. *Neceſſe eſt enim in tantâ converſione & perturbatione omnium rerum temporibus potius parere, quàm moribus.* Sic Ms. Ferrar. vulg. *concurſatione.* Et pro Flacco cap. *Videtis, in quo motu temporum, quantâ in converſione rerum, ac perturbatione verſemur.* Et pro Domo ſuâ cap. *Cui nihil oberat præter converſionem ſtatûs, & inclinationem communium temporum.*

Convertere ſe, transformari. Epid. 2.℣.4.

Convictus & condemnatus de pugnis. Truc. 2.6.℣.5.

Convitium: ſæpe pro multorum vociferatione, & clamore: nec ſemper in malam partem! quaſi *Convocium*. Vide Lexic. Juris. Quare *clamor* & *Convitium* ſæpe junguntur.

Plaut.

Plaut.Bacch.4.8.℣.33.*Vis tibi ducentos nummos jam promittier? ut ne clamorem hîc facias, nec convitium?* Cicero pro Gellio apud Aquilam Rhetorem in Fragm[illegible]t. *Vt clamor, ut comitium mulierum, ut ſymphonia cantus.* Sic lib.5.ad Lentul. Epiſt.5. *Clamore convitioque jactatus eſt.* Idem in Verr.lib.4. cap. *Deinde cùm quidam ex illius amicis commoverent, oportere decerni, maximo clamore eſſe, & convitio repudiatos.* Et lib. ult. cap. *Erant autem convitia* (Verris) *non illo ſilentio Prætorum, atq; Imperatorum, neque eo pudore, qui in magiſtratum convitiis verſari ſolet, ſed cum maximo clamore atque convitio.* Et pro Sextio cap. *Et is, qui antea cantorum convitio conciones celebrare ſuas ſolebat* &c. Hinc apud Vlp. IC. l.item apud is. §.3.convitium. D.de iniuria: *convitium vel à concitatione dicitur, vel à conventu, hoc à collatione vocum. Cùm enim in unum complures voces conferuntur, convitium appellatur, quaſi convotium.* Cicero pro Muræna cap. *Quare cum iſta his auctoritate M. cato non arripere debes maledictum ex trivio, & ex ſcurrarum aliquo convitio, neque temere Conſulem P.R. ſaltatorem vocare.* Sic omnes lib. vett. & editi: niſi quod Lambinus edidit, *convitio*, & ita legendum cõtendit. Cicero pro Archia *Quæres à nobis, Gracche, cur tantopere hoc homine delectemur? Quia ſuppeditat nobis, ubi & animus ex hoc forenſi ſtrepitu reficiatur* &c. *res convitio defeſſa requieſcãt.* Sic locus ille commódè mihi videtur intelligi poſſe. Idem Lucullo cap. *Vrgebar jam omnium veſtrûm convitio.* &c. Sic eum locum accipio.

Convitium domus & familiæ dicitur filius nequam. λώβη καὶ ὑπόμνιον. Merc. Prol.v.59. *Vitium* enim domûs eſt pars aliqua corrupta: *convitium* eſt, cùm plures partes ruinam trahunt. Sic enim eſt in Inſcriptione Veronenſi pag. CVII.1.

Convitiũ. Refecerũt. Tectũ. parietes. Allevarũt. Valvas. Limen. De. Sua. Pecunia. Laribus. dant.

Inde eſt apud *Plautum* prædicto loco, *Convitium paſcere domûs ſuæ*; fovere filium degenerem, atque ita ruinam familiæ ſuæ inducere. Vide etiã Catalecta Scaligeri pag. 120. Eodem modo dicitur in Curcul.1.3.℣.42. *Alere & expergefacere probrum.*

Convitium facere. Merc. 2.1.℣.11. Moſt.3.1.℣.84.

Conviva commodus. Mil. 3.1.℣.46.

Convivæ commodi: ſunt faceti. Pœn.3.3.℣.2.

Convivere; eſt, convivium agitare. Amph. Sc. Di voſtram. ℣.45.

Convivii ſat eſt: ſatis amplum convivium. Stich. 5. 4. ℣. 28.

Convivio digna: quaſi proverbiali dicto, jocularia, non ſeria. Cicero lib. 1. Offic. cap. 11. *Turpe eſt enim, valdeque vitioſum in re ſeverâ convivio digna, aut delicatum aliquem inferre ſermonem.* Sic forte legendũ, nõ, ut vulgò, *dignum.*

Convivium agitare. Mil. 2. 2. ℣. 10. Cicero in Verr. 3. *celebratur omnium ſermone lætitiâq; convivium.*

Cõvivium tollere. Men. 3. 1. ℣. 17.

Convorti fugam in ſe: hoc eſt in ſe converſam & inclinatã habere. Amph. 1. 1. ℣. 82. Sic, *Nuda genu.* Et, *Lacrymis oculos ſuffuſa nitentes.*

Cooriri. Perſ. 2. 5. ℣. 12.

Copia: poteſtas: facultaſ. Aul. 2. 2. ℣. 76. Capt. 2. 3 ℣. 14. & 3. 5. ℣. 90. & 4. 2. ℣. 73. Caſ. 4. 3. ℣. 12. & 4. 4. ℣. 18. Epid. 1. 2. ℣. 58. & 3. 1. ℣. 3. & 3. 2. ℣. 18. Bacch. 3. 3. ℣. 84. Mil. 4. 1. ℣. 25. Trin. 5. 2. ℣. 7. Truc. 1. 2. ℣. 45.

Copia; pro eo, qui omnium rerũ copiam ſuppeditat. Bacch. 4. 3. ℣. 25. Rud. 2. 6. ℣. 73.

Copia: *Ex omni copia.* Sic: *Ex omni nobilitate.* Cicero Epiſt ad Cęſarem: *Publiũ craſſũ ex omni nobilitate adoleſcẽtẽ dilexi plurimũ*: Salluſt. Iugurth. c. *Tum rurſus Bacchus ex omni copiâ neceſſarium quinq; diligit.*

Copa, cupa, & *caupa.* Græcè *κάπηλις.* German. Wirdtin: ut *caupo*, ein Wirdt. Sic dicitur, *cludus, clodus, claudus. coda cauda, ploſtrũ, plauſtrum* Cicero in Piſonem cap. *Piſtor domi nullus, nulla cella, panis & vinum à propola, atque de cupa.* Sic enim Curacius ad l. 5. in fi, D. de oblig. & act. accipiendum id putat, reprehenſo Turnebo. Ego dubito: & velim potius *copâ* de vaſe acceptum. Et ita in bello poemate *Copa.* *copa Syriſca caput Graiâ redimita mitellâ*: ut recte Joſeph. Scaliger. Sueton. Neron. cap. 27. *diſpoſita per littora & ripas diverſoria tabernæ parabantur, inſignes ganeæ, & matronarum inſtitoria, copas imitantium, atque hinc inde hortantium.* Ita vetus cod. Cicero pro Cluent. cap. *Atque etiam ut nobis renunciatur, hominum multorum hoſpitum A. Binnium quendam coponem de viâ Latinâ ſubornatis.*

Copia, æ, pro exercitu: plerumque tamen numero multitudinis, *copiæ, arum*, dicebant. Pompeius ad Domitium lib. 8. Attic. Epiſt. 19. *Neque ſolùm cum iſtâ copiâ tantam multitudinem ſuſtinere poteris, ut frumentatum eas.* Ibid. *etiam atque etiam te hortor, ut cum omni copiâ quamprimum ad me venias.* Et pro L. Murena cap. *Non uſque eò L. catilina Remp. deſpexit, atque contempſit, ut ea copia, quam ſecum eduxit, ſe hanc civitatem oppreſſurum arbitraretur.* Idem ad COSS. lib. 8. Epiſt. 17. *Alter in Siciliam cum eâ copiâ, quâ capua, & circa capuam compara viſtu, & cũ ijs militibus, quos Fauſtus legit*

git, proficiſceretur. Et mox: *Ad Brunduſium ducerem hanc copiam, quam ego habeo meam.* Et lib.8. Attic. Epiſt. *Vt quamprimùm eum omni copiâ huc venias.* Sic ibi ex Mss.leg.vulg.*cum omnibus copijs.* Virgil.lib.2.Aen.℣.564. *Reſpicio, & quae ſit mecircum copia luſtro.*lib.11.Aen.℣.17.

Incurrunt denſi ſimul omnis copia Teucrûm.

Salluſt. Catil. cap *Poſtremò ex omni copiâ, neque in praelio, neque in fugâ quiſquam civis igneus captus eſt.*

Copia Dea: quæ omnium rerum copiam ſuppeditat. Pſeud. 2. 4. ℣. 46. (℣.34.

Copia; multitudo. Bacch. 3. 6.

Copia & gloria, opponuntur. Aul. 3.6.℣.5.

copia cordis. Epid. 3.3.℣.12.

copia venuſtatum. Pœn.5.4.℣.5.

Copia celer. Merc. 5.2.℣.9.

Copia eſt. Rud.2.6.℣.73.&|3.℣.4. 59.& 3.5.℣.2.Capt.3.3.℣.14.

Copia vidẽdi tui. Truc.2.4.℣.19.

Copia)(*inopia.* Trin.3.2.℣.45.

Copia: de amaſiis, quæ amatorũ divitiæ dicuntur. Bacch. 3.6. ℣. 22.

Copia, pro divitiis, facultatibus. Ciſt. 1.1.℣.32.Aſin.3.3.℣.65.

Copia eſt licet, facultas eſt. Merc. 5.4.℣.30.Bacch.3.3.℣.17.

Copia regia aureaque. Bacch.4.4. ℣. 6.

Copia: pro dolis & fallaciis. Pſeud. 2. 1.℣.5.

Copiam facere: anſam præbere. Trin. 1.2.℣.98.

copiam parare. Pœn.1. 2.℣.149.

copiam aliorum experiri: eſt, benignitatem aliorum implorare. Aſin.1 3 ℣ 93.

copiam facere alicuius rei; *poteſtatem.* Caſ.2.8.℣.14.Ciſt.1.2. ℣.19.Merc.2.5.℣.66.

copis: pro *copioſo, divite.* Nonius, Feſtus, & Varro. Pſeud.2.3.℣. 8.Bacch.2.3.℣.117.

copula; pro vinculis, & loris. Epid.5.1.℣. 11.

copulantur: pro, *copulant.* Aul.1. 2.℣.38.

copulare caput & corpus. Pœn. 1. 2.℣.130.

copulare ſermonem. Pœn. 3. 3. ℣. 41.

coquere cœnam. Stich.4.1.℣.28.

coqui. Trin.2.4.℣.6.

coqui. fures. Pſeud.3.2.℣.2.

coquinare: à *coquina*; vt, à ſarcina, ſarcinare. Pſeud. 3. 2. ℣. 85.

coquinatum ire. Pſeud.3.2.℣ 64. Aul.3.1.℣.3. *coquinatum venire.*

coquint: coquãt, ὀψαρτεύωσι. Pſeud. 3.2.℣.30.

coquinum forum. Pſeud. 3. 2. ℣. 1.

coquino, aſat. Aul.3.1.℣.3 Sic legendum, docui in Animadv. noſtris: & probat eximius Salmaſius ad Spartianũ pag. 22.

coquus nondialis. Aul.2.4.℣.45. κατὰ συγκοπὴν ſic dictus, quaſi *novemdialis.* Notatur autem coquus vilis, nullius pretij tardus item & imperitus rei coquinariæ. Feſtus vocat *Novemdialem*, qui in funeribus mortuis feralem cænam coquit nono die. Et ſic Plautus

Pſeud.

Pſeud.3.2. ℣.3. Talis coquus feralis magna arte coquendi non eſt præditus, cui magno ingenio ad ſtruices eſcas mor tuis parandas non eſt opus. De hoc novendiali coquo plu ra legi poſſunt apud Kirchmanum de Funeribus & Meurſium quoque itemque Iacob. Gutherium lib.1.de Iure Man.cap. 26. nec non Lipſiũ ad Tacitum Annal.lib.6.pag. 104. Budæus in pandect.ad l. ſi quis venditor pag.501.vocat *Coquum nundinalem*, vulgarem, & vilem, qui non niſi nundinis conducitur cùm plebs ex agris convenit. Germanis. Ein Kyrch weihkoch/ Ein Sudelkoch.

Cor pro, cogitationes cordis. Epid.3.3.℣.3. Furius Bibaculus de Catone Grammatico: *En cor Zenodoti! en jecur Cratetis!*

Cor; in blanditiis. Pœn. 1. 2. ℣. 154.170.175.

Cor modeſtè ſitum: prudens. Men. 5.6.℣.6.

Cor cruciatur. Trin.5.2. ℣.45.

Cor perfrigefacere; metu & honore quodam perfundere, Pſeud.4.7. ℣.113.

Cor timidum. Pſeud.2.1.℣.3.

Cor durare. Pſeud.1.3.℣.6.

Cor; pro animus. Caſ. 2. 2.℣.18.

Cor; pro mente & ſapientia. Vnde *excors, vecors*. Mil. 3. 1. ℣. 190. Ciſt.1.1.℣. 68.

Cor atq; animus. Truc.1.2.℣.75.

Confoditur ſtimulo. Bacch.5.2. ℣.39.

Cor ſalit. Caſ.2.6.℣.62. Sic Aul. 4.3. ℣.4. *Cor meum in pectus capit emicare*. Vide Ciofan.ad lib.6.Ovid.Met.pag.41.

Cor habere: cordatum eſſe, Perſ. 4.4.℣.72.

Cor ſobrium. Truc.4.4.℣.2.

Cor directum. Capt.3.4.℣.103.

Cor liberum: curis ſolutũ. Epid. 1.2.℣.43. (4.3. ℣.4.

Cor & pectus diſtinguuntur. Aul,

Corculum; in blanditiis amantium. Moſt.4.2.℣.70.caſ.4.4. ℣.14.

Cor habere: eſt prudentem eſſe. Moſt.1.2.℣.3. Sic Auſon.

Qui Reminiſco putat ſe dicere poſſe Latino,
Hic vbi Coſcriptum eſt, faceret Cor ſi cor haberet. Furius Bibaculus:
En cor Zenodoti, en iecur Cratetis! Priapeia: (*iſſet.*
Nam ſenſus mihi corque defu-

Corde conſpicere: intelligere. Pſeud.3.1. ℣.3.

Corde: ex toto corde τῇ καρδίᾳ. Capt.2.3.℣.60.

Cor peruium eſſe dicitur, quod eſt apertum. Pſeud.2.4. ℣. 70.

Cor retunſum eſt oppugnando pectore. Pſeud.4.4.℣.8.

Coram præſens 5. præſenti. Pſeud. 4.7. ℣.4.3.

Cor uritur. Perſ.5.2.℣.21.

Cor lienoſum. morboſum, Caſ.2. 6.℣.62.

Corbita! naues onerariæ tardæ & grandes. Sic dictæ, quod earum malus præferebat corbẽ in ſummò faſtigio. Pœn. 3.1. ℣.4 40.

Corbula. Varro l. 1 v. LL. *Corbes ab eo, quod ſpicas, aliudve quid corruebant; hinc minores corbulæ dictæ*. Aul.2.7.℣.4.

Cor-

Digitized by Google

Cordatè & doctè. Mil. 4.2.℣.96.
corde atque animo lubentiſſimo. Pſeud.5.1.℣.25.& 5 2.℣.22.

cordi eſt; carum eſt; amicum eſt. placet. Ciſt.1.1.℣.11. Epid.1.2.℣.30. Moſtell.1.4. Terent. Andr.2.1.℣.28. *Aut tibi ſi nuptiæ hæ ſunt cordi.* Cicero ad Att. *Dionyſius nobis cordi eſt.* Idem pro Quint. *Mihi vita horrida cordi eſt.* Agell.lib.12. cap. 13. *cordi, inquam, mihi fuit, priusquã ad te irem, quærere, explorareq; , quonam modo veteres noſtri particula iſta, qua de agitur, vſi ſint.* Nonius: *cordi eſt; animo ſedet.* Lucill. *Et quod tibi magnopere cordi eſt, mihi magnopere diſplicet.* Sim. lib.2.Epiſt.61. *Nunc ſi tibi voluntas mea cordi eſt.*

cordis radices. Curc. 2.1.℣.23.
cordis ſaltus. Ciſt. 2.3.℣.9.
cor dolium. Ita διῃρημένως ſcribitur in antiquiſſimis noſtris libb. Mſſ. Pall. vtroque loco. Ciſt.1.1.℣.67. Pœn.1.2.℣.86. Vide *Dolium,* & mox *cordolium*, vnitâ dictione.

cordolium ſubſtantiuè quoque junctim accipi poteſt. Græcè καρδιωγμός, καρδιαλγία. à dolendo. Pœn.1.2.℣.86. Scaliger quaſi *condolium.* Vide ſi lubet eruditiſſimi viri Chriſtiani Becmani Origines L.L. in *Dolor.*
coriandrum. Pſed. 3. 2. ℣. 25.

corinthus. Merc.3.4.℣.61.
corium ſufficere. Pœn. 4. 2.℣.33. Idem Frag. Caſinæ.
—*Sufferam meum tergum ad injuriam.*
corium ſincerum: de tergo non exſincerato. Moſt. 4. 1. ℣. 14.
corium; pro cute hominis, imò pro tergo, & dorſo. Epid.1.1. ℣.63.84.& 5.1.℣.19. Ciſt.4.2. ℣.36.
corium puniceum. Rud. 4. 3. ℣. 59. 60.
corium phœnicium. Pſeud.1.2.℣. 92. Rud.4.3.℣.59.
corius bubulus. Pœn. 1. 1. ℣. 11. δερμάτινος.
cornu: pro laterna cornea. Amph.1.1.℣.184.
In cornu ſedere. Apud Livium videtur in extremâ parte aut angulo ſedere. Et ita ferè Italicus Interpres *in capo.* h. e. in extremo quodã ſcamno. Sed certè videtur quid latere in hac formulâ. Livius lib.25.cap.3. *Et forte in cornu primus ſedebat caſca.* Tacitus lib. 1. Ann. cap. *Nec Patrum cognitionibus ſatiatus judiciis aſſidebat in cornu tribunalis.* &c. Valerius lib. 5. cap.7. *At Seleucus quidem uxore, Ariobarzanes autem filio ſuo cappadocia regno ceſſit, in cõſpectu cn. Pompeij: cujus cùm tribunal conſcendiſſet invitatusque ab eo in curuli ſellâ ſediſſet, poſtquam filium in cornu ſcribæ humiliorem fortuna ſua locum obtinentem conſpexit,* non

coronâ circumdedit, ut ſimul non ſuſtinuit infra ſe collocatum intueri.

Cornua: pro variis iniuriis & oppreſſionibus. Aul. 2. 2. ℣. 57.

Cornua obvertere Pſeud. 4. 3. ℣. 5. Sic Græci dicunt κεϱαΐζεσθαι. Euſtath. ad Homer. Iliad. X. ℣. 63. Et in S. Scriptura Thren. 2. ℣ 3. Pſalm 68. ℣. 111. 148.

Cornua pro viribus & potentia.

Cornucopia Vide Proverb. κέϱας Ἀμαλθείας: Pſeud. 2. 3. ℣. 5.

corolla dapſiles: magnificæ & elegantes. Pſeud 5. 1. ℣. 21.

corolla plectilis; eſt, quæ ex herbis odoratis plectitur, non conſeritur, neque ſuitur. Eurip. Hipp. ςέφανος πλεκτός. Plaut. Bacch. 1. 1. ℣. 37.

corollarium: propriè de cantoribus, & hiſtrionibus. Cicero Accuſat. 4. cap. *Hic quaſi feſtivum acroama, ne ſine corollario de convivio diſcederet, emblemata avellenda curavit.* Gloſſar. B. Germ. *coronarium* ἐπιστεφάνωμα, Diomedes lib. 3. pag. 485. ubi de etymologia Tragœdiæ multiplice: *Alij*, inquit, *à vino arbitrantur, propterea quod olim vinum dictabatur* τϱύξ, à quo τϱύγητος, *hodie quoque vindemia eſt: quia Liberalibus apud Atticos die Feſto Liberi patris vinum cantoribus pro corollario dabatur: cujus rei teſtis eſt Lucilius in* XII. Varro lib. 4. LL. *Eadem pecunia vocabulum mutat. nã poteſt idem dici d.s , arrhabo, merces, corollari..m.* Et poſt: *corollarium ſi additum præter quam quod debitum ejus vocabulum fictum à corollis, quod ha. cùm placuerant actores in ſcena dari ſolita.* Plin. lib. 21. cap. 2. extremo. Vide. Cicero Verr. 5. *Noli hoc colligere, quò nummulis corrigatis, de nepotum donis ac de ſcenicorum corollarijs.* Plautus, Aul. 2. 8. ℣. 15.

Corona convivantium. Men. 3. 1. ℣. 16. & 3. 3. ℣. 31. & 4. 1. ℣. 5.

Corona ædium. laris. Trin. 1. 2. ℣. 1.

Corona florea. Men. 4. 2. ℣. 65.

Corona Iovis. Men. 5. 5. ℣. 38. Trin. 1. 2. ℣. 47.

corona, pro populi multitudine, & cervicula, ſeu turba. Ita, *corona ſedare.* Cicero pro Flacco cap. *Invidia quæritur, oratio avertitur, vox in coronam turbamque effunditur.* Et lib. 3. Accuſ. cap. *Tamen ne putemus patronum ſuum in hoc crimine cerviculam ſuam jactaturum, & populo ſe ac coronæ daturũ.* Ita rectè Nannius ex v. l. & Lipſius. Idem in Bruto cap. *Atticè cùm dicuntur, non modò à coronâ, quod eſt ipſum miſerabile, ſed etiam ab advocatis deſeruntur.*

Coronâ, & operibus oppugnare urbem, contraria ſunt. Coronâ oppugnatur, cùm nullis machinis, ſed ſcalis admotis per milites undique circumfuſos oppugnatur. Livius lib. 23. cap. *Hoc colloquium abſtulit ſpem Hannibali per proditionẽ recipiendæ Nolæ. Itaque oppidũ ab-*

ab omni parte mœnia aggrederetur. Et lib. 37. cap. *cùm ad mœnia caſtra poſuiſſet, non coronâ, ſicut Lamiam, ſed operibus oppugnare urbem eſt adortus.* Et lib. 26. cap. *Quod ſpem non præſentis modò ab tanto certamine ac labore quietis obſeſſis, ſed etiam in poſterum dedit ſcalis & coronâ capi urbem non poſſe: opera & difficilia eſſe, & tempus datura ad ferendam opem imperatoribus ſuis.* Et lib. 4. cap. *Poſtero die ad Lavicos ductus exercitus, oppidumque coronâ circumdatum, ſcalis captum, & direptum eſt.* Et lib. 32. cap. *Nec ſcalis, nec operibus capi poterat.* Et lib. 24. cap. *Ubi ſatis omnia inſpexit, alij ſcalas, alij ignem, alij alia, quibus non oppugnarent modò, ſed etiã terrerent, portabant.* Et lib. 37. *Primâ luce coronâ mœnia eſt aggreſſus.* Eod. lib. cap. *priusquam aut operibus mœnia aggrederetur.*

corona florens conviviorum magiſtri. Perſ. 5. 1. ℣. 18.

coronati incedebant ebrii. Men. 4. 2. ℣. 65.

corpore excedere, exire: Eſt veluti proverbialis phraſis, & vulgaris gladiatorum. h. e. vitare, & evadere, aut declinare, ipſo motu corporis, plagam, ictum, vulnus &c. Cicero Catil. 1. cap. 6. *Quod ego tuas petitiones ita conjectas, ut vitari nullo modo poſſe viderentur, parvâ quadã declinatione, & ut ajunt, corpore exceſſi.* Ita ex Servio in 9. Aen. ℣. 439. *Volſcentem petit.* eum Ciceronis locum legendum exiſtimo. Vulg. *effugi*: quod Lambinus ait, ſe in antiquis libb. reperiſſe cum liturâ: ediditque *evaſi*. Virgil. Aen. lib. 5. ℣.

Corpore tela modò, atque oculis vigilãtibus exit.

corpus amittere. h. e. vires; & ponuntur hæc duo conjunctè. Et ſic eleganter dicebantur, qui morbis toti exhauſti valde imbecilles facti ſunt. Lucret. lib. 1. ℣. 1036. *Nam veluti privata cibo natura animantum Diffluit amittens corpus.* Et paulò ante ℣. 809. *ſcilicet & niſi nos cibus aridus & tener humor Adiuvat amiſſo jã corpore, vita quoque omnis Omnibus è nervis atque oſſibus exſolûatur.* Et lib. 6 ℣. 1202.

Huc hominis tota vires, corpusque fluebat.

Cicero lib. 7. Epiſt. 25. ad Gallum: *Ego hic cogito cõmerari, quoad me reficiam. nam & vires & corpus amiſi.* Phœdrus Fab. 46. ℣. 5. dicit. *Facere corpus* h. e. pingueſcere, & nitidum, beneque curatâ cute fieri. Vide ibi Notas Cunr. Ritterſhuſii noſtri.

Corpus, pro ordine & familiâ, collegio. Livius lib. 4. cap. *Virginem plebeij generis maximè formâ notam petiêre juvenes: alter virgini genere par, qui & ipſe ejuſdem corporis erat: alter nobilis.*

Corpus: de libris. Sic & Græci σῶμα uſurpant. Cicero lib. 2. Attic. Epiſt. 1. *Hoc totum σῶμα curabo*

curabo ut habeas. Agit de orationibus ſuis conſularibus in unum volumen collectis. Et ad Q. Fratr. lib. 2. Epiſt. 12. *Sed utros ejus habueris libros (duo enim ſunt corpora) an utrosque, neſcio.*

Corpus munitionum. Eſt totum opus, totaque munitio. Cæſar lib. 7. bell. Gall. cap. *Nec facile totum corpus Romanum manu militum cingeretur.* Sic leg. Livius lib. 26. cap. *ceterùm habitare tantum tamquam urbem capuam, frequentarique placuit: corpus nullum civitatis, nec Senatus, nec plebis conſilium, nec magiſtratus eſſe.* Et poſt cap. 24. *Et Acarnanas, quos ægre ferrent Aetoli à corpore ſuo diremptos, reſtituturum ſe in antiquam formulam jurisque ac ditionis eorum.* Et lib. 34. cap. de urbe Hiſpaniæ maritimâ, & emporiis: *Iam tum emporia duo oppida erant muro diviſa. Vnum Græci habebant à Phocæa, unde & Maſſilienſes oriundi: alterum Hiſpani: tertium genus Romani coloni ab Divo Cæſare poſt devictos Pompeij liberos adjecti. Nunc in corpus unum confuſi omnes, Hiſpanis omnes prius, poſtremò & Græcis in civitatem Romanum adſcitis.* Et lib. 38. cap. *Ita minus eos corporis fore, & de omnibus rebus facilius conſenſuros.*

Corpus orationis. Vocatur & contextus, & *curſus orationis.* Rhetor ad Her. lib. 4. cap. *Hic locus non eſt à totâ cauſâ ſeparatus, ſicut membrum aliquod, ſed tamquam ſanguis profuſus eſt per totum corpus orationis.* Cicero partit. Orat. cap. *Augendi autem & hic eſt proprius locus in perorandi, & incur ſu ipſo Orationis declinationes ad amplificandum dantur* &c. Et poſtea: *Sed in toto quaſi contextu orationis hæc erunt illuſtranda.* Ita & Hieronymus loquitur alibi.

Corpore dotem quærere. h. e. artibus meretriciis. Ciſt. 2. 3. ℣. 21.

Corpulentior & habitior. Epid. 1. 1. ℣. 8.

Corpus publicant meretrices. Bacch. 4. 8. ℣. 22.

Corpus aquilum. Pœn. 5. 2. ℣. 152.

Corpus ſubvulturium, ſubaquilum. Rud. 2. 4. ℣. 9. Vide litt. S.

Corpuſculum mellitulum. Caſ. 4. 4. ℣. 19.

Corradere numos. Pœn. 5. 6. ℣. 26.

Correpere. Rud. 3. 6. ℣. 34. Trin. 2. 4. ℣. 22.

Corrigere. propriè pro, lapſum inclinatum erigere, & rectum facere. Cato de re ruſt. *Vineas novellas, alligato crebrò, ne caules perfringantur, & quæ jam in perticam ibit, ejus pampinos teneros alligato leviter, corrigitoque, uti rectè ſpectent.* Imp. Antoninus l. 3. æde D. de locato. *Niſi proprijs uſibus dominus eam neceſſariam eſſe probaverit, aut corrigere domum maluerit.* Valerius Max.

Mox lib.6.cap.5. *Sub quo duce aciem noſtram apud Verruginem à Volſcis inclinatam cũ celeribus equitibus correxerãt.* Livius lib. 29. cap. *Cælius tuus præterquam quod non merſas fluctibus naves cæteros omnes cæleſtes maritimoſq; terrares poſtremò abreptã poteſtate ab Affrica claſſem ad inſulam Aegimurum, inde ægrè correctum curſum exponit.*

Corrigere viam: pro, munire, videtur à Scipione Africano dictum. Sic enim ille apud A. gell. lib.2.cap.20. *Inde corrigere viam, aliis per vineas medias, aliis &c.*

corrigere ad frugem. Trin. 1. 2. ℣.81.

Corripere, pro, Abripere, retrahere, & manu reprehendere Cicero lib.15. Epiſt.6. *Sed perſcribe quæſo, quæ cauſa ſit. Myrtilo pœnas quidem illum pependiſſe audivi: & ſatiſne pateat, unde correptus.* Sic ibi v.c. Vulg. *corruptus.* Cæſar lib.1. bell. civil. *Timere Cæſarem correptis adeò duabus legionibus ne ad eius periculum reſervare, & retinere eas ad urbem Pompeij videretur.* Sic ibi ex v.cod.leg.vulg. *abreptis.* Lentulus ad Cicer. lib.13. Epiſt. *Vt & reliqua vectigalia exigerem, & quam depoſui pecuniã, colligerem, quicquid ex ea correptum eſſet, aut quorum id culpâ accidiſſet, cognoſcerem quamprimùm.* Et paulo ante: *Et vaſtata provincia, correptis vectigalibus, præcipuè civibus Romanis omnibus crudeliſſimè denuntiatis ac divenditis.*

corripere impenſas. pro, minuere. Sed hoc non ex uſu Ciceronis. Sueton. Tiber. cap. *Ludorum ac munerum impenſas corripuit, mercedibus Scenicorum reciſis.*

Correptum hinc inde, corraſum, & injuſtè. Lentulus lib. 12. Epiſt. 5. ad Senatum: *Quod cùm pertimuiſſet Dolabella, & vaſtata provincia correptis vectigalibus Aſia exceſſiſſet &c.* Et mox: *Et quam depoſui pecuniam colligerem, quicquid ex ea correptum eſſet, aut quorum id culpa accidiſſet, cognoſcerem.* Et pro Balbo cap. *Tum pecuniam L. Cornelij, quæ neque invidioſa eſt, & quantacumque eſt eiuſmodi eſt ut conſervata magis, quàm correpta videatur.* Ita v. cod. vulg. *corrupta.*

corripere ſe repente: abire. Germ. Sich hinweg packen. Merc. 3.4 ℣.76.

Corripi ex amore. Aſin. 5. 2. ℣. 34.

corruere divitias: pro, conijcere, coacervare. Vide *Ruere.*

Corrumpere aliquem: de moribus. Moſt.1.1.℣.20.27. Etiam de ſtupro dici ſolet. Græcè διαφθείρειν. Sueton. *Fratris filiam adhuc virginem non multò poſt alij collocatam, ultrò corrupit.* Petronius: *Sed Lichas memor adhuc uxoris corruptæ, contumeliarumque, quas in porticu Herculis acce-*

perat. turbato vehementius proclamat. Gloſſæ : διαφθορεὺς παιδός, *Stuprum.*

corrumpere diem. Men. 4.2. ℣. 31. Aſin. 2. 2. ℣. 25. *lacerare diem.*

corrumpere oculos. Amph. 1.3. ℣. 32. Merc. 3.1. ℣. 3.

Corrumpi & abſumi, de magna animi ægritudine. Amph. 5.1. ℣ 6.

corruptela. ἐπεγγυητικῶς. Truc. 3.2. ℣. 3. Pœn. 3.5. ℣. 8.

corruptela ſtudere. Aſin. 5.2. ℣. 17.

corruptelam eſſe; eſt corrumpere. Aſin. 5.2. ℣. 17.

corruptor ciuium. Pœn. 3.6. ℣. 21.

Cornus: pro, laternâ corneâ. Amph. 1. 1. ℣. 185. & notat Priſc. lib. 6. maſculinum eſſe. Lucret. lib. 2. *Lumen per cornum tranſit.*

Cor ſtimulo foditur. Bacch. 5. 2.

Cortes, tabernæ. Truc. 1.1. ℣. 47. *Cortes, argentariæ*: vbi lenones & meretrices Romæ.

cortina. Pœn. 5.5. ℣. 12. Eſt τρίπους λέβης, in qua lana ſuffecta ſuccos ebibit. Sic dicta à rotunditate, quòd vt cortes, ita hęc rotunda erat. Varro à *corde* derivat. Vide Scalig. Coniect. ad Varr.

corvitare: Inſtar cornorum ſeſe ingurgitare. Caſ. 4.1. ℣. 20.

Coruſcum præ tremore: timida, vibrantia. Rud. 2.6. ℣. 42.

Coſta callent plagis. Pſeud. 1.2. ℣ 4.

Cottabi Bubuli. Trin. 4.3. ℣. 4.13. Vide *Bubuli cottabi.*

cottabus: nomen ſervi. Trin. 4.3. ℣. 13.

Cottidianò, pro, *cottidiè.* Capt. 3. 5. ℣. 67. Sic dicitur adverbialiter, vt *arcanò, ſempiternò, hodiernò. heſternò. annò, hornò, poſterò. anniverſariò, commodo. matutinò.* Quibus omnibus paſſim linguæ latinæ authores utuntur. Cicero lib. 4. in Verr. cap. 8. ex Mſſ. Cuiacii. nam vulg. *quotidie.*

Cotytto: κοτύττια. Aul. Sc. *Quid hic.* ℣. 20.

coturnix; in blanditiis amantiū: & puerorum. Aſin. 3.3. ℣. 76. 5.4. ℣. 6.

Coxendix Bacch. 5.2. ℣. 40.

crabrones irritare. Prov. Amph. 2.2. ℣. 75.

crapulam amouere. Pſeud. 5. 1. ℣. 35.

crapulam edormire. Moſt. 5.2. ℣. 1.

coapulam edormiſcere. Rud. 2.7. ℣. 28.

Craſſator. Ita veteres hoc nomen extuliſſe euincunt libb. vett. quod vulgò *Graſſator.* Agell. lib. 11. cap. 2. *Si qui in eâ re ſtudebat, aut ſeſe ad convivia applicabat, craſſator appellabantur.* Ita in editione Aldinâ. Horat. lib. 2. Satir. 5. ℣. 93. *Obſequio craſſare: mone, ſi increbuit aura.* Livius lib. 2. cap. ubi Mutius ad Porſennam: *Trecenti conjuravimus Principes juventutis Romanæ, vt in de in hac vitâ craſſaremur.* Ita legi in vet. cod. Buslid. ait P. Nannius lib. 5. Miſcell.

Craſſitudo. Moſt. 3.2. ℣. 137.

craſſus

craſſus ager: pro pingui. Cicero pro Flacco cap. *Si iam te craſſi agri delectabant, hic alicubi in cruſtumino, aut in capennati paraviſſes.* Cato de re ruſt. *Ager craſſus & latus, ſi ſit ſine arboribus, eum agrum fieri oportet.* Varro rei ruſt. lib. 1. cap. 24. *In agro craſſo & calido oleam conditaneam. &c.*

craſtini die, ἀρχαϊκῶς. Moſt. 4. 1. ℣. 25. Vide Agell. lib. 10. cap. 24.

craſtinum. Pſeud. 5. 2 ℣. 33.

Cratis, & tes. Supplicij genus Carthaginenſibus vſitatum. Pœn. 5. 2. ℣. 65.

creare non eſt idem, quod, *Condere*, ſed, *Gignere*, γεννᾶν. ut, *Natum creat*, Cicero lib. 5. fin. cap. *Etenim omnium rerum, quas & creat natura, & tuetur, quæ aut ſine animo ſit, aut non multò ſecus.*

Creator: de oppido, vel urbe, qui uſitatius, *Conditor.* Cicero pro Balbo cap. *Qui princeps ille creator huius urbis Romulus.*

Crebrare: de amatore, qui crebras noctes impetrat. Truc. 1. 1. ℣. 29.

Crebri crebrò. *Tam crebri quã pira.* Pœn. 2. 1. ℣. 38.

credere: pro, concredere, committere ſe fidei alicuius. Pſeu. 2. 1. ℣ 3. Germ. Vertrauwen. & 1. 5. ℣. 91. & 2. 2. ℣. 34. 37. Bacch. 2. 3. ℣. 84. Aſin. 2. 4 ℣. 94. Moſt. 2. 2. ℣. 7. Trin. 1. 2. ℣. 108. & 2. 4. ℣. 3. 118. & 4. 2. ℣. 119. & 4. 3. ℣. 47. Cicero lib. 4. Epiſt. ad Serv. Sulpititium: *Victori ſeſe crediderunt.* Idem ad Marium: *certè nihil fuit præterea, ſi te Victori nolles, aut non auderes committere.* Terent. Eun. 5. 1. ℣. 15. *Quid facerem? ita ut tu iuſſti, ſoli credita eſt.* TH. *Sceleſta, ovem lupo commiſiſti.*

credere omnium rerum. Aſin. 2. 4 ℣. 51. Trucul. 2. 2. ℣. 52. Forte talis eſt ratio loquendi, quæ apud Symmach. l. 1. ep. 9. *aliarum rerum.* Et Terent. Adelp. 4. 5. atque Cicer. Caton. Maior. *cæterarum rerum.* Vide Hottomanni obſerv. & Gentilem ad Apuleium pag. 524. Et ſupr. *Cæterarum rerum.*

credere: pro, *fidere.* Epid. 3. 2. ℣. 4.

credere: putare, exiſtimare. Perſ. 4. 3 ℣. 64.

Credere alicui de aliquâ re. Men. 4. 2. ℣. 53.

Crdere alicui aliquid: eſt aſſervandum commendare. *Non.* Aul. Prol. ℣. 15. Curc. 4. 1. ℣. 20.

credere: pro committere. Bacch. 5. 2. ℣. 37.

Credere rem ſuam. Trin. 2. 4. ℣. 20.

Credidi; perſuaſi mihi. Curc. 4. 3. ℣ 9.

Credo hercle. Epid. 2. 2. ℣. 72.

Credo συγκατικόν. & dubitantis eſt

Donat. Epid.1.1.ỽ.32. Caſ.2. 6.ỽ.3. Ciſt.2.3.ỽ.81.

creduam. Pœn.3.5.ỽ.1.

creduas : ἀρχαϊσμὸς. pro *credas.* Bacch.3.3.ỽ.72. Trin.3.1. ỽ.5.

creduat: ἀρχαϊσμὸς. *credat.* Bacch. 3.4.ỽ.6. & 4.8.ỽ.6.

Creduis, credideris. Amph.2.2. ỽ.40. & Sc. DI voſtram. ỽ.9. Capt. [illegible].ỽ.74.

Creduit. Truc.2.2.ỽ.52. *Numquam quiſquam duarum rerum mihi creduit*, Ni. Formula obſervanda.

cremor craſſ—. Perſ.1.3.ỽ.15.

Creo; Rex. Amph.1.1.ỽ.195.

Crepare: pro, ſonare, de foribus ſæpiſſimè apud Plautum noſtrum. Accipitur etiam pro, queri, accuſare. Horat. lib. 1. Od. 18. *Quis poſt vina gravem militiam, aut pauperiem crepat?* Lucilius lib. 2. *Et crepat antiquum genus, ut pietate repletum.* Sumitur quoque tralatè, pro, aſſiduè de re aliquâ loqui. Plautum Mil. 3.1.ỽ.56. *crepare leges.* Horatius lib.1. Epiſt.2. *Sulcos, & vineta crepat mera.* Et alibi ſæpius.

crepidula, à *crepida*: Perſ.4.3.ỽ. 3. Vide Agell.13.20.

Crepuſculo primo. Caſ. Prol.ỽ. 40.

Creſcere, pro, adoleſcere, aut in altiorem locum, vel dignitatem pervenire. Cicero pro S. Roſcio. cap. *Si mihi liberet accuſare, accuſarem alios potius, quibus poſſem creſcere.* Et lib. 5. Accuſ. cap. *Denique ſi videor hic, idque ego non quæſivi, de uno iſto voluiſſe creſcere. Iſto abſoluto quod ſine multorum ſcelere fieri non potuit, de multis mihi creſcere licebit.*

creta eſt oratio: quæ omnes ſordes ab animo eluit. Pœn.5. 2.ỽ.8. Aul.4.9.ỽ.7. *creta ſe occultant.* Idem eſt Perſ.1.2. ỽ.22. *Albo rete aliena bona oppugnant.* Perſius: *cretata ambitio.*

cretâ ſordes veſtium extergebantur & eluebantur. Plin. lib.35. cap.15. Aul.4.9.ỽ.7. Merc.3.4.ỽ.61. Truc.2.2.ỽ. 39. ¶Creta de fuco muliebri dicitur.

cretani. Curc.3.ỽ.4.

cretio: hæreditatis aditio. Vide Lexicon Iuris, *Cernere.* Vſus eſt & Cicero lib.1. de Orat. cap.22. *De his credo rebus, inquit Craſſus, ut in cretionibus ſcribi ſolet, quibus ſciam, poteroque.* Ita ibi vetr. libb. atque ita emendarunt Duarenus & Hotmanus. Vbi vulg. *conditionibus.*

crepitare. Men.5.5.ỽ.27.

crepitare dentibus clarè. Rud.2.6. ỽ52. Lucan. V.746. *Hiems ſequitur, crepitans ac dentibus algor.*

crepitat vanter vecuus. Amph. Sc. *Di voſtram.* ỽ.12.

crepitus cardinum. Curc.1.3. ỽ.1.

crepitus cœli. Amph.5.1.ỽ.11.

Crepitus polentarius. eſt *ſtrepitus obſcenus.* πορδὴ, βδεσμὸς, ex-

pol-

Digitized by Google

polentâ comeſtâ natus. Curc. 2.3.℣.16.

crepitus ventris. flagitium eſt, ſi edatur in cœtu hominum. Pœn.3.2.℣.33.

Crepundia: luſus & oblectamenta puerorum puellarumve. Græce *κρόταλα* à crepitu: & *πλαταγώνια*. Latinis aliàs *monumenta* dicta. Etiam *γνωρίσματα*. Ciſt.4.1.℣.4. & 3.℣.5. Rud. arg.℣.2. & 4.4.℣.37. & 5.3.℣.7. Mil.5.1.℣.6.

crevi: præteritum à *cerno*. Ciſt. 1.1.℣.1. Priſcian. lib.10. pag. 898.

cribrum carnif. Vide ſup. *carnif.*

cribrum crebrius. Rud.1.2.℣. 14.

cribrum pollinarium: de farinâ dicitur à furfuribus expurgatâ, quam *Florem*, h.e. pollinem appellamus. Ita *molam* uſurparunt vett. pro farre molito ac toſto. Alias *Cribrum* eſt incerniculum. Germ. Ein Sieb. Pœn.3.1.℣.9.

crimen: pro *criminatione*. Bacch. 4.3.℣.15.32. Agell. lib.12. cap. 12. Propert.

—*Erit tanti criminis illa memor.*

Idem. *Quid tantum merui, quæ te mihi crimina mutant?*

crimen: de ipsâ accuſatione, & criminoſo accuſatore. Cicero pro S. Roſcio. cap. *Tres ſunt res, quæ obſtent hoc tempore S. Roſcio: crimen adverſariorum, & audacia, & potentia.* Et pro Cluentio cap. *Ille autem acerbus, criminoſus, popularis homo, ac turbulentus.*

criminare aliquem apud alium. Pſeud.1.5.℣.78.

Criminator. Bacch.4.7.℣.28.

Crinis. ἡ. Moſt.1.3.℣.69. Vbi *crines capere*, inquit Lipſius, idem eſſe, quod nubere, & matronam fieri. Vide etiam Mil.3.1.℣.196. *crines captare*, eſt blandiri, & aſſentari, levique capillorum tractu aut attactu mulcente delinire, & amabiliter attingere. Sic etiam leniter ac leviter tractabant crines eorũ, quibus adulabantur, quoſque captabant, & admirabantur, & quibus indicabant, vel ſimulabant amorem, quoſque oſculabantur. Horat. lib.2. Satir. 5. *Aurem ſubſtringe loquaci.* Plautus Aſin.3.3℣.78. *Prehende auriculas, & compara labella cum labellis.*

crinnus: nomen ſervi. Trin.4.3. ℣.13.

criſpi, cincinni, ficti, compoſiti, ungnentati. Truc.2.2.℣.32.

Criſpus: Rud.1.2.℣.37. Capt.3. 4.℣.115.

Criſſare. Obſcænum de mulieribus. Iuven. Satir.6. *Ipſa Medullinæ frictum criſſantis adorat.* Martial.14.203. *Tam tremulum criſſat.* Vide Gaſp. Scioppij Indicem in Priapeia: & ſupar, *cevere*.

Crocinum. croci odor. Curc.1.2. ℣.7. Propert. *Et crocino nares murreus ungat onyx.*

crocire: eſt coruorum. Aul. 4.3. ℣.2.

Crocotarius inſector: à crocota, quæ eſt genus veſtis crocei coloris. *Nonius*. Aul.3.5.℣.47.

Crocotula. veſtis erat mulierum, non virorum. Græci κροκωτὸν appellarunt. Epid.2.2.℣.47. Sic Virgil.lib.9.æneid. effeminatos & ſemiviros Troianos inceſſit. *Vobis picta croco, & ſplendenti murice veſtis.* Ita quidem Turnebus explicat.

In malam crucem, hoc eſt: in peſſimum cruciatum. Non enim *Crux* hic patibulum, ſed cruciatum malum videtur valere. Plaut. Men. Prol. ℣.66. *Abſtruxitq; hominem in maximam malam crucem.*

Cruci condonare. Rud.4.4.℣.26.

cruciabilitates animi. Ciſt.2.1. ℣.3.

Cruciabiliter. Pſeud.4.1.℣.40.

Cruciamenta, cruciatus. Aſin.2.2.℣.51. Capt.5.4.℣.2.

Cruciare. Caſ.2.8.℣.9.

cruciare ægritudine. Bacch.3.3. ℣.89.

Cruciari aliquid. Mil.4.8.℣.11. Ciſt.2.1.℣.4.

cruciari. Truc.2.5.℣.2. Vbi tamen Palmerius mauelit *cruciantq;*. Sæpe enim verba activa uſurpantur παθητικῶς. Vide ſuo loco *Verba activa* in Mantiſſa Lex.

Crucias mala: vt, *ſatias*. Caſ.2.6. ℣.64.

Cruciatus malus. Aul.3.3.℣.11. Bacch.4.9.℣.132. Perſ.4.4. ℣.25. Rud.2.6.℣.11. Pſeud.3.1.℣.12. Epid.5.1.℣.5. Perſ.5.2. ℣.9.

In Cruciatum dedere. Bacch.4.4. ℣.36.

Cruciatus maximus malus. Mil. 2.3.℣.8.

Cruciatus: pro dolore, damno. Amph.2.2.℣.161. & 4.2.℣.15. Capt.3.5.℣.23. Curc.1.3.℣.37.

Crucis diſcipulus. Vide litt. D.

Cruciſalus: ficte, in cruce ſaliens. Bacch.2.3.℣.128.

crudus: *ſubdolus* & *callidus*. Pœn. 5.2.℣.147.

Crudus vir: impotens & inhumanus. Truc.2.8.℣.14. ὠμὸς, durus & inexorabilis. Cicero Epiſt. ad Plancum: *Quæ poteſt enim ſpes eſſe in ea Rep. in quâ hominis impotentiſſimi atque intemperantiſſimi armis oppreſſa ſunt omnia.*

Crudum, an coctum)(Aul.3.2. ℣.16.

crumina. Bulga eſt folliculus omnis, quam & *cruminum* vett. appellarunt, & eſt ſacculus è brachio pendens. Nonius. ἀπὸ τῦ κρεμᾶν pendere. Amph.Sc. *Quis tam* ℣.44. Aſin.3.2.℣.44. & 3.3.℣.63. Truc.3.1.℣.7.8.10. *crumina de collo*: & 5.1.℣.64. Perſ.2.5. ℣.16. (℣.71.

crumina are prægnans. Aſin.3.3.

cruminam pertundere. Pſeud.1.2. ℣.37.

Crura ſuffringere: *diffringere, effringere*. Plautus Aſin.2.4.℣.68. ubi ad ſervum lenoi *crura hercle diffringentur, ni iſtum impudicum percies.* Cicero

cero pro S. Roſcio cap. de canibus Capitolinis. *Quodſi luce quoque canes latrent, cùm Deos ſalutatum aliqui venerint, opinor iis, crura quidem nobis nemo ſuffringet.* Sueton. Aug. cap. *Thallo à manu, quod pro epiſtola prodita quingentos denarios accepiſſet, crura effrigit.*

Crucricrepidæ. Trin.4.3.ꝟ.14. Fictè, de ſervis.

Crucricrepium. Formari poteſt, vt *crurifragium.* Pſeud.1.1.ꝟ.128.

Crurifragium. Pœn.4.2.ꝟ.64. paſſiue de ſervo, cui ſuffringi debeant crura.

Cruſtulum comminutum. Stich. 5.4.ꝟ.9.

Crux; laxè capitur nonnunquam, pro omni angore, cruciatu, atque exitio: & apud Plautum pro homine aquis merſo. Men. Prol. ꝟ.66. Rud. 1.2.ꝟ.87. Aulul.3.5.ꝟ.48. *Aliqua mala crux ſemper eſt, aliquis petat.* Sic Terent. Meretrices à crucinado *cruces* vocat. Vide Lipſ. lib. 1. de Cruce cap. 2.

Crux ſeruis ſupplicium & ſepulchrum erat. Mil. 2.4.ꝟ 19. Moſt.3.2.ꝟ.57.

Crux, pro extrema pernicie ſæpe apud Accium noſtrum. Caſ.1.1.ꝟ.5. Aſin.5.2.ꝟ.91.

Crux mala. Moſt.3.2.ꝟ.166. Caſ.3.5.ꝟ.17.&5.4.ꝟ.8. Rud. 2.6.ꝟ.34. Pſeud 1.3.ꝟ.100.& 2.2.ꝟ.57.&4.7.ꝟ.86.&5.2. ꝟ.5. Curc.5.2.ꝟ.13. Men.5.7. ꝟ.28. Pœn.3.5.ꝟ.44.&3.6. ꝟ.4.

Crux mala, pro eo, qui cruciat. Aul.3.5.ꝟ.48.

Crux mala idem quod *Furia.* Bacch.4.2.ꝟ.2. *Quæ te mala crux agitat?*

Crux: in execrationibus. Perſ.5. 2.ꝟ.73. Rud.1.2.ꝟ.87.& 4.4. ꝟ.118.

Crux mala magna. Men.5.2.ꝟ. 96.

Crux mala maxima. Capt.3.1. ꝟ.9. Men. Prol. ꝟ.66. & 2.1. ꝟ.53. Trin.2.4.ꝟ.197. Perſ.3. 1.ꝟ.24. Caſ.3.4.ꝟ.21. Rud.1. 2.ꝟ.87.& 2.6.ꝟ.34.

crux ſtimulorum: de ſervis. Perſ. 5.2.ꝟ.17.

Crux ſumma. Stich.4.2.ꝟ.45.

Cubando in lecto obdurui. Truc. 5.1.ꝟ.24.

Cubare, decumbere. Caſ. Prol. ꝟ.37 Hor.l.1.Sat.9 ꝟ.18.& lib.2.Sat.3.ꝟ.289. lib.2. Epiſt. 2.ꝟ.68. Ovidius Epiſtola Acontiana: *Hac cubat, ille valet.* Eadem ſignificatione τὸ κεῖσθαι accipitur apud Græcos pro *ægrotare.*

Cubare. Triclinare verbum, *in cubitum ſe componere.* Aſin.5. 2.ꝟ.73.

Cubare de συνουσιασμῷ Bacch. 4.9 ꝟ.86. Caſ.2.5.ꝟ.30.& 2.8. ꝟ.48. Ciſt.1.1.ꝟ.46. Mil.1.1. ꝟ.65. Bacch.4.8.ꝟ.55.

Cubare: iacere de nomine in cerâ deſcripto. Pſeud.1.1.ꝟ.34.

Cubare puerperio. Truc.2.5. ꝟ.22.

Cubiculum. Aſin.4.1.ꝟ.42.

Cubile: de muribus. Truc.4.4. ꝟ.16.

Digitized by Google

℣.16. Athenæus lib. 3. hæc cubilia *Muria* vocat μυσόρια, ὅτι τοὺς μῦς τηρεῖ: quia in illis poſita murium ſalus. Item τὰς τῶν τινῶν διεκδύσεις.

cubitare in cunis: obſcænum eſt. Pſeud.4.7.℣.81. Vide *cuna*.

Cubitare cum viro. de fœminis. Curc.1.1.℣.57.76. Stich.4.1. ℣.41. Sic verecundè dicebant *Requieſcere*. Propert. lib.1.Eleg 8. *Ille vel anguſto mecum requieſcere lecto*. Virgilius Elog.1. *Hic tamen hac mecum poteris requieſcere nocte*. Ovid.libr.1.Amor.Eleg. 6. *Forſitan & tecum tua nunc requieſcit amica*. Et lib. 2. Eleg.15. *Mecum habuit poſitum lenta puella caput*. Et Propert.lib.1.Eleg.14. *Nam ſive optatam mecum trahat illa quietem*. Cicero pro M. Cælio: *Qui tecum propter nocturnas imagines, puſio cum maiore ſorore cubitavit*. Terent. Eun. 2.3. *Cibum unà capias, adſis, tangas, ludas, propter dormias*.

Cubitiſſim. Caſ.5.2.℣.38.

cubitum abire. Moſt.2.2.℣.55.

cubitum ire. Truc.2.6.℣.66.

cubitum longa littera. Pœn.4.2. ℣.15.Rud.5.2.℣.7.

cucúlus: Et ſcribendum vno *l*, & media producenda. Aſin.5. 2.℣.74.85. Pſeud.1.1.℣.94. Trin.2.1.℣.18.Perſ.2.4.℣.11. In convitio. Horat.lib.1.Sat. 7.℣.31.

—*compellans voce cucúlum*.

Dicebantur olim *cucúli*, qui ſpretis ſuis vxoribus alienas mulieres conſectabantur; ſicut *cucúlus* proprie avis eſt, quę in alieno nido parit. Vide Plin.l.18.cap.26.

Cucuma, & *Cucumella*, lebes, aut olla. Vtuntur & Iuriſconſulti, ut Aeſo, Accurſius, Bartolus, putantque fuiſſe partem fræni. Sed confundunt *curcumium* cum *cucuma*. Martialis lib.10.Epigr. 79.℣.4. *cucumam fecit Otacilius*. Petronius Satir. *Incincta quod rato pallio cucumam ingentem foco appoſuit*. Idem: *frangitur cervix cucumæ, ignemque convaleſcentem exſtinguit*. Martianus J C. l.1.§. Divus.D. ad l. Corn. de Sicar. *Sed ſi clavi percuſſit, vel cucumâ, in rixâ*. Ambroſius Serm.90. *Dij ærei, ex quibus cucumæ melius fiunt ad uſus hominum*. Arrianus dixit *cucumium*. diſſert. ad Epictet. περὶ κυνισμοῦ, h.e. de Cynicâ profeſſione: Δεῖ αὐτὸν κουκούμιον ἔχειν ὅπου θερμὸν ποιήσει τῷ παιδίῳ, ἵν' αὐτὸ λούσῃ. Hunc locum adduxit & Politianus Miſcell.c.30.

cucumis: de natura virili. Caſ.5. 2.℣.29.

cucus, idem quod *cucúlus*, teſte Iſidoro lib.12. cap.7. Perſ.2. 1.℣.6. Vide ibi Animadverſiones.

cuia vox. Trin.1.2.℣.7.

Cuia: cuius. Rud.3.4.℣.29.

cui rei? quare, in quem finem. Pœn.2.1.℣.33.

Cuiatis. Pœn.Prolog.℣.109. & 5.2.

5.2.ỽ.33. Men.2.2.ỽ.66. Curc.3.ỽ.37.

Cuius, ia, um. Curc.1.2.ỽ.18. & 2.1.ỽ.14. Epid.2.2.ỽ.110. Rud.2.3.ỽ.2.& 2.4.ỽ 21.Stic. 2.3.ỽ.47. Ciſt.3.ỽ.2. Bacch. 4.9.ỽ.24.55.Pſeud.2.4.ỽ.11. & 4.4.ỽ.6.Merc.1.2.ỽ.87.& 3.1.ỽ.31.& 4.3.ỽ.20.21.& 5.2. ỽ 23.Terent.Andr.5.4.ỽ.28. & 4.4.ỽ.24.Rhetor.Herenn. lib.4.cap. *Quærunt hunc, reprimit domus cuia ſit.* Agell. lib.9.cap.ult. *Qui fortiter fecerat, petit alterius uxorem in matrimonium, & accepit. is deinde cuia ea uxor erat, fortiter fecit: repetit eandem: contradicitur.* Cicero Accuſat.2.Verr.cap. *Ne is redimeret, cuia res eſſet.* Et lib. 1.cap. *Vt optimâ conditione ſit is, cuia res ſit, cuium poculum.* Et Accuſat.2.cap. *cuium nomen exiſſet, ut is haberet id ſacerdotium.* Ita vet. cod.

Cuimodi, ut & *Cuinſmodi*, pro, *cuius cuius modi.* Dictio hodie vix nota, quia à librariis, aliiſque recentioribus eſt mutata, in *cuicuimodi:* quod non videtur Latinum: quamquam Priſcianus dicat Ciceronem eo uſum eſſe pro *cuius cuinſmodi.* Operæ pretium igitur fuerit in lucem illam proferri. Sic Feſtus teſtatur *Alimodi*, pro, *aliuſmodi*, dixiſſe vett. Vide & *Quotienſque* infra in Particulis. Cicero lib.3.Epiſt.22. Attic. *Tuque ad me velim omnia cuimodi ſunt, diligentiſſimè ſcribas.* Agellius libr. 14.cap.1. *Atque illud etiam cuimodi eſſet, conſiderandum putabat, quod aliud ſtellarum agmen foret, quo primum tempore conciperetur homo in utero matris.* Sic ibi v.l. Et lib.9.cap.2. *Atque ibi Herodes: Demus, inquit, huic aliquid æris, cuimodi eſt, tamquam homines: non tamquam homini.* Et lib.18.cap. 3. *juſſitque eum, conſenſu petituque omnium, eandem illam ſententiam diſerti viri, cuimodi poſſet verbis, dicere.* Sic & ibi opt.li. Et l.2.c.8.*Sed Epicurus cuimodi homo eſt, non inſcitia videtur.* Sic v.c. Et lib.13.cap.21. *ac ne id quidem prætermittendum puto cui modi eſt, quod.* Et lib.14.cap. 6. *Et cuimodi Homerus fuiſſe dicat.* Sic ibi MS.cod.Turnæſij & Caſaub. Et lib.20. cap.1. *amiſſoque ſtudio quicquid lubitum eſt, arguendi tuendique, conſideres gravius, cuimodi ſint ea, quæ reprehendiſti.* Et mox: *quoniam ſatis eſſet invalido, cuimodi vectabulum.* Cicero lib.2.leg. cap. *Neque in populo lex cuimodi fuerat illa, etiamſi perniçioſum aliquid populus acceperit.* Et Tuſcul.3.extremo: *Supereſt enim nobis hoc cuimodi eſt otium.* Et Tuſcul.5. extremo: *Vbi enim melius uti poſſumus hoc cuimodi eſt otio.* Sed Victorius in his locis edidit ſemper, *cuicuimodi*, cum-

ỽ.16. Athenæus lib. 3. hæc cubilia *Muria* vocat μυωρία, ὅπ τοὺς μῦς τηρεῖ: quia in illis poſita murium ſalus. Item τὰς τῶν τινῶν δυκδύσεις.

cubitare in cunis: ubi cænum eſt. Pſeud.4 7.ỽ.81. Vide *cuna*.

Cubitare cum viro. de fœminis. Curc.1.1.ỽ.57.76. Stich.4.1. ỽ.41. Sic verecundè dicebant *Requieſcere*. Propert. lib.1.Eleg 8. *Ille vel anguſto mecum requieſcere lecto*. Virgilius Elog.1. *Hic tamen hac mecum poteris requieſcere nocte*. Ovid.libr.1.Amor.Eleg. 6. *Forſitan & tecum tua nunc requieſcit amica*. Et lib. 2. Eleg.15. *Mecum habuit poſitum lenta puella caput*. Et Propert. lib.1.Eleg.14. *Nam ſive optatam mecum trahat illa quietem*. Cicero pro M. Cælio: *Qui tecum propter nocturnas imagines, puſio cum maiore ſorore cubitavit*. Terent. Eun. 2.3. *Cibum vnà capias, adſis, tangas, ludas, propter-dormias*.

Cubitiſſim. Caſ.5.2.ỽ.38.

cubitum abire. Moſt.2.2.ỽ.55.

cubitum ire. Truc.2.6.ỽ.66.

cubitum longa littera. Pœn.4.2. ỽ.15.Rud.5.2.ỽ.7.

cuculus: Et ſcribendum vno *l*, & media producenda. Aſin.5. 2.ỽ.74.85. Pſeud.1.1.ỽ.94. Trin.2.1.ỽ.18.Perſ.2.4.ỽ.11. In convitio. Horat. lib.1.Sat. 7.ỽ.31.

—*compellans voce cucúlum*.

Dicebantur olim *cucúli*, qui ſpretis ſuis vxoribus alienas mulieres conſectabantur; ſicut *cucúlus* proprie avis eſt, quę in alieno nido parit. Vide Plin.l.18.cap.26.

Cucuma, & *Cucumella*, lebes, aut olla. Vtuntur & Iuriſconſulti, ut Aeſo, Accurſius, Bartolus, putantque fuiſſe partem fræni. Sed confundunt *curcumium* cum *cucuma*. Martialis lib.10.Epigr. 79.ỽ.4. *cucumam fecit Otacilius*. Petronius Satir. *Incincta quod rato pallio cucumam ingentem foco appoſuit*. Idem: *frangitur cervix cucumæ, ignemque convaleſcentem exſtinguit*. Martianus J C. l.1.§. Divus. D. ad l. Corn. de Sicar. *Sed ſi clavi percuſſit, vel cucumâ, in rixâ*. Ambroſius Serm.90. *Dij ærei, ex quibus cucumæ melius fiunt ad uſus hominum*. Arrianus dixit *cucumium*. diſſert. ad Epictet. περὶ κυνισμοῦ, h.e. de Cynicâ profeſſione: Δεῖ αὐτὸν κυκούμιον ἔχειν ὅπως θερμὸν ποιήσῃ, τῷ παιδίῳ, ἵν' αὐτὸ λούσῃ. Hunc locum adduxit & Politianus Miſcell.c.30.

cucumis: de natura virili. Caſ.5. 2.ỽ.29.

cucus, idem quod *cucúlus*, teſte Iſidoro lib. 12. cap. 7. Perſ.1. 1.ỽ.6. Vide ibi Animadverſiones.

cuia vox. Trin.1.2.ỽ.7.

Cuia: cuius. Rud. 3.4.ỽ.29.

cui rei? quare, in quem finem. Pœn.2.1.ỽ.33.

Cuiatis. Pœn. Prolog. ỽ.109. & 5.2.

5.2.℣.33. Men.2.2.℣.66. Curc.3.℣.37.

Cuius, ia, um. Curc.1.2.℣.18. & 2.1.℣.14. Epid.2.2.℣.110. Rud.2.3.℣.2.& 2.4.℣.21.Stic. 2.3.℣.47. Ciſt.3.℣.2. Bacch. 4.9.℣.24.55.Pſeud.2.4.℣.11. & 4.4.℣.6.Merc.1.2.℣.87.& 3.1.℣.31.& 4.3.℣.20.21.& 5.2. ℣.23.Terent.Andr.5.4.℣.28. & 4.4.℣.24.Rhetor.Herenn. lib.4.cap. *Quærunt hunc, reprimit domus cuia ſit.* Agell. lib.9.cap.ult. *Qui fortiter fecerat, petit alterius uxorem in matrimonium, & accepit. is deinde cuia ea uxor erat, fortiter fecit: repetit eandem: contradicitur.* Cicero Accuſat.2.Verr.cap. *Ne is redimeret, cuia res eſſet.* Et lib. 1.cap. *Vt optimâ conditione ſit is, cuia res ſit, cuium poculum.* Et Accuſat.2.cap. *cuium nomen exiſſet, ut is haberet id ſacerdotium.* Ita vet. cod.

Cuimodi, ut & *Cuiuſmodi*, pro, *cuius cuius modi.* Dictio hodie vix nota, quia à librariis, aliiſque recentioribus eſt mutata, in *cuicuimodi*: quod non videtur Latinum: quamquam Priſcianus dicat Ciceronem eo uſum eſſe pro *cuius cuiuſmodi.* Operæ pretium igitur fuerit in lucem illam proferri. Sic Feſtus teſtatur *Alimodi*, pro, *aliuſmodi*, dixiſſe vett. Vide & *Quotienſque* infra in Particulis. Cicero lib.3.Epiſt.22. Attic. *Tuque ad me velim omnia cuimodi ſunt, diligentiſſimè ſcribas.* Agellius libr. 14.cap.1. *Atque illud etiam cuimodi eſſet, conſiderandum putabat, quod aliud ſtellarum agmen foret, quo primum tempore conciperetur homo in utero matris.* Sic ibi v.l. Et lib.9.cap.2. *Atque ibi Herodes: Demus, inquit, huic aliquid æris, cuimodi eſt, tamquam homines: non tamquam homini.* Et lib.18.cap. 3. *juſſitque eum, conſenſu petituque omnium, eandem illam ſententiam diſerti viri, cuimodi poſſit verbis, dicere.* Sic & ibi opt.li. Et l.2.c.8. *Sed Epicurus cuimodi homo eſt, non inſcitia videtur.* Sic v.c. Et lib.13.cap.21. *ac ne id quidem prætermittendum puto cuimodi eſt, quod.* Et lib.14.cap. 6. *Et cuimodi Homerus fuiſſe dicat.* Sic ibi MS. cod. Turnæbi & Caſaub. Et lib.20. cap.1. *amiſſoque ſtudio quicquid lubitum eſt, arguendi tuendique, conſideres gravius, cuimodi ſint ea, quæ reprehendiſti.* Et mox: *quoniam ſatis eſſet in valido, cuimodi vectabulum.* Cicero lib.2.leg. cap. *Neque in populo lex cuimodi fuerat illa, etiamſi pernitioſum aliquid populus acceperit.* Et Tuſcul.3.extremo: *Supereſt enim nobis hoc cuimodi eſt otium.* Et Tuſcul.5. extremo: *Vbi enim melius uti poſſumus hoc cuimodi eſt otio.* Sed Victorius in his locis edidit ſemper, *cuicuimodi*, cum-

que ſequuti alij. Sed fallitur Victorius. Vide annotat. ad lib. 13. Attic. pag. 221. Inſpiciantur etiam hæc loca apud Plautum. Pſeud. 2.4.℣.51. Rud. 2.4.℣.10. Trin. 2.4.℣.101. Perſ. 3.1. ℣.58.& 4.4.℣.97. Merc.1.4. ℣.3.

Cuiuſmodi, pro, *cuiuſmodi cumque*. Vide etiam infra in Particulis *Quandoque*. Cicero l.4. Epiſt. 7. ad. Marcellum: *Cogitandum tamen ubi Romane & domi tua cuiuſmodi res eſſet: an &c. malles vivere.* Et lib.5 fin. cap. *Atque omnia quidem ſcire cuiuſque modi ſunt, cupere, curioſorum eſt.* Sic vulg. forte, *cuiuſmodi ſ.* ut lib. 3. cap. 9. *His tamen omnibus eos antepono, cuiuſmodi ſunt, qui ſummum bonum in animo atque in virtute poſuerunt.* Ibi Lambinus, *cuiuſcuiuſmodi* leg. putat. Et pro Cælio cap. *Sed Cœlius optimam cauſam Aſcibilij eſſe arbitratur cuiuſmodi autem ſit, à ſuâ putat eſſe ſejunctam.* Vbi non rectè Lambinus edidit, *cuiuſquemodi*, contra fidem vett. libb. & uſum linguæ Latinæ. Et lib. 3. Attic. Epiſt. 22. in fine: *tuque ad me velim omnia quàm diligentiſſimè cuiuſmodi ſunt, ſcribas.* Et lib. 1. Attic. Epiſt. 14. Idem pro S. Roſcio cap. *Vereor enim, cuiuſmodi es, Roſci. Ita hunc videor voluiſſe ſeruare.* Lambinus, *cuiuſcuiſmodi.* non rectè

Cuiuſmodicunque. Agell. lib. 11. cap. 18. *In illis legibus furem cuiuſmodicunque furti, ſupplicio capitis puniendum eſſe.* Ita erat in optimo codice.

Cuiuſquemodi, pro, *cuiuſmodicumque*. Sed & hoc ferè depravatum. Plinius Panegyr. *Cuiuſquemodi pecunia ex hæreditate alicui obvenerit, ſecurus habeat, quietuſque poſſideat.* Ita leg. ex v. l. Salluſt. Catil. cap. *Neque ſolùm cives, ſed cuiuſque modi genus hominum, quod modò uſui bello foret, S. ſollicitabat Lentulus.* Vulg. *cuiuſcumquemodi.*

Cuius, pro, *cuiuſcumque*. Verba L. Papiæ l. 9. filii. D. de iure patron. *Si index cuius flagitij ſit pueritia.*

Cuiuſque, pro, *cuiuſcumque*. Vlpianus l. 7. liberis § 2. De lib. cauſ. *Non denegatur vendito in libertatem proclamaclamatio, cuiuſque ſit ætatis.*

Cuiuſdam modi: ut, *Eiuſmodi*. de quo infra. Idem ferè, quod & vulgò Barbarè dicunt, *aliquatenus*. Cicero lib.5. fin. cap. *Iam verò animus non eſſe ſolùm, ſed etiam cuiuſdammodi debet eſſe, ut & omnes partes ſuas habeat incolumes, & de virtutibus nulla deſit.* Et lib. 2 de Divin. cap. *Vnum etiamſi fiſſum cuiuſdammodi fuerit indecorè locum oſtenderit.*

Cuiuſquemodi, vel, *Cuiuſcemodi*. Ita

Google

Ita veteres dicunt, ubi hodie plerique, *cuiuſcumque modi*. Cicero lib. 2. fin. cap. *Sed id tamen, nonne reprehenderet, Epicure, luxurioſos ob eam ipſam cauſam, quod ita viverent, ut proſequerentur cuiuſquemodi voluptates. Cùm enim fertur quaſi torrens oratio, quamvis multa cuiuſquemodi rapiat, nihil tamen teneas.* Et pro Flacco cap. *Sed tamen judicium fieri videtur, cùm tabulæ illæ ipſæ cuiuſquemodi ſunt, proferuntur.* Ita omnes libb. Non rectè igitur Lambinus *cuiuſcunque modi*. Et lib. 2. Rhetor ad Her. cap. *Quod ſi hæc cùm ſummè inutilia, tam multò turpiſſima ſint, legem cuiuſcemodi ſint in præſentiâ conſervari à iudicibus.* Et hîc Lambinus *cuiuſcuiuſmodi* l. Lucretius lib. 4. ℣. 135.

> *Et cuiuſquemodi formarum vertere in ora.*

Et lib. 6. ℣. 769.

> *Principio hoc dico, quod dixi ſæpe quoq; ante,*
> *In terrâ cuiuſquemodi rerum eſſe figuras.*

culcita: replebatur ex ciliciis pilis, ſive tomentis: ab inculcando. Græcè [illegible] Mil. 4. 4. ℣. 42.

culcitella: à *culcita*. In obſcœnis habetur, ſicut *Sponda lecti*, quemadmodum Dolabella C. Cæſarem, qui audiebat *Delitium Nicomedis*, appellare ſolebat *Spondam regiæ lecticæ*. Moſt. 4. 2 ℣. 13.

culcitra, vel **culcita**. Caſin. 2. 4. ℣. 28.

culcitra: de tergo. Moſt. 4. 1. ℣. 12.

Culex cana: de amatore ſene. Caſ. 2. 3. ℣. 22. Vide Turneb. lib. 16. Adverſ. cap 3. Et Anthol. lib. 7. duo Epigrammata Meleagri in Culices.

culices. Curc. 4. 2. ℣. 14.

culina. μολγὸς. ἀσκὸς βόειος, utris, in quo oliuum recondebant. Pſeud. 1. 2. ℣. 78. Etiam in hunc parricidæ condebantur. Fulgentius. *culleus dicitur ſaccus, in quo rei concluſi in mare mittuntur.* Plura de culleo parricidiali dixit *Melchior Goldaſtus* ad Dositheum lib. 3. pag. 63. Edit. Genev.

Culpam & ſuſpicionem à ſe ſegregare. Trin. 1. 2. ℣. 42. 44. **Culpam admittere**.

culpam conferre in aliquē. Truc. 4. 3. ℣. 55.

Culpam & deſidia. Trin. 3. 1. ℣. 21.

culpâ abſtinere. Men. 5. 2. ℣. 18.

culpam abſtinere. Men. 5. 6. ℣ 20.

Culpâ carere. Trin. 5. 2. ℣. 5.

culpare. Truc. 2. 3. ℣. 18.

Culpari vituperari,)(**Extolli laudari**. Ibidem.

Culpitare. Ciſt. 2. 1. ℣. 19.

Culter acutus. Epid. 2. 2. ℣. 2.

cultu eſt: pro, *cultui*. Rud. 2. 1. ℣. .

Cultu optimus. Mil. 1. 1. ℣. 13.

cultus

Cultus verborum. Eleganter. Cicero lib. 2. Tuſcul. cap. 1. *Et cum obruerentur copiâ ſententiarum, atque cultu verborum, jejunitatem & famem ſe malle, quàm ubertatem & copiam dicerent.* Ita ſcriptum fuit in Chirographo Palatino. Quintilianus lib. 2. cap. 8. *Nam & principia abrupta, & concitatam ſemper orationem & in verbis effuſiorem, ut ipſi ipſi vocant, cultum affectaverunt.* Et lib. 8. cap. 1. *Cultu verò atque ornatu ſe quoque commendat ipſe qui dicit.* Ibid. *Nemo ex corruptis dicat me inimicum eſſe cultè dicentibus.*

Cùm. Sæpè non initio orationis, aut poſt primum ſtatim verbum, ſed poſt alterum, aut tertium demùm verbum etiam ponitur. Sed hoc mutatum ſæpe. Livius lib. 2. cap. *Frumentum Cumis, cùm coemtum eſſet, naves pro bonis Tarquiniorum ab Ariſtodemo Tyranno, qui hæres erat, retenta ſunt.* Sic rectè ex vet. cod. repoſuit Rhenanus. Vulg. *cum Cumis.* Salluſt. Catil. cap. *Ad hæc maledicta alia cùm adderet, obſtrepere omnes.*

Cum cura: Vide paulò poſt, *Cura.*

Cùm. Etiam præſenti jungitur, Amph. 2. 1. ℣. 34. *Gravidam ego illam hic reliqui, cùm abeo.* Moſt. 1. 3. ℣. 12. *Quin tu te exornas moribus lepidis, cùm lepida tota es.* Vide raſſerat. ad Propert. pag. 137.

Cùmmaximè: pro, quàm maximè. Terent. Adelph. 4. 1. ℣. ℣. 2. & Phorm. 1. 4. ℣. 27. Plautus Mil. 4. 4. ℣. 17. Livius lib. 29. cap. *Omnia, quæ captæ urbes patiuntur, paſſi ſumus, & nunc cummaximè patimur.* Ita ibi olim editi. Sed Sigonius *quam maximè* repoſuit. Et lib. 40. cap. *Deinde propter totam aciem vulgatum eſt caſtra amiſſa eſſe: & cummaximè ardere dixit.* Tacitus alicubi upſurpat quoq; & Seneca lib. 3. de Benefic. cap. 3. & Plinius lib. 6. cap. 6. Cicero pro Cluent. cap. *Quæ multos iam annos, & nũc cummaximè filium interfectum cupit.*

Cum aliquo eſſe quid: eſſe minus, eſſe nihil, eſſe omnia. Vide & *Omnia.* Pro eo, quod, eſſe alicui familiarem, eſſe cum eo, eſſe communia. quod verbum *Commune*, vel *Communia* mendosè interdum adiectum. Cicero lib. 13. Epiſt. 1. *Cum patrono Epicureo mihi omnia ſunt, niſi quod in Philoſophiâ vehemẽter ab eo diſſentio.* Salluſt. Iugurh. cap. de Metello: *Is ubi primum magiſtratum ingreſſus eſt, alia omnia ſibi cum Collegâ ratus, ad bellum &c. animum intendit.* Ita leg. vulg. *cum Collega communia ratus.* Cicero lib. 15. Epiſt. 15. *Bruto meo nullo loco deero, idq; etiamſi cum eo nihil fuiſſem, face-*

Digitized by Google

facerem. Verr.5.cap. *Non ut quiſque maximè eſt, quicum tibi aliquid ſit. &c.*

Cùm eleganter tempus deſcribit. Merc. 3.1.ѵ.35.44. Perſa 1.3.ѵ.57. Moſtell. 2.2.ѵ.39. Men.3.1.ѵ.1. *Bacch.* 3.3.ѵ.13. Inſpice loca.

Cùm: pro, *inter.* Bacch.2.3.ѵ.95.

Cume; pro, *cum.* Capt. Prol. ѵ. 24.

Cùm extemplo. Vide litt. E.

Cum imperio publico eſſe. Trucul. 1.1.ѵ.74.

Cùm magis: magis. Perſ. 4.4.ѵ. 15.

Cùm pro *quamuis.* Moſtel. 4.1. ѵ.1. *Cùm; tamen.*

Cum; ſæpè à veteribus addebatur, vbi nos omittimus. Moſt. 3.1.ѵ.124. *Bono cum iure.* Ennius: *Optima cum pulchris animis Romana iuuentus.* Cicero Arat.

— Magnis cum viribus amnis.

Cùm; pro, *poſtquam.* Moſt. 5.1. ѵ.9. Rud.4.7.ѵ.22.

Cum: Indicatiuo iunctum, pro, *quia.* Aſin.1.1.ѵ.66. Rud.2.2. ѵ.2. Moſt.3.1.ѵ.56. Bacch.5. 2.ѵ.5. Stich.4.2.ѵ.1. Mil 2.2. ѵ.25.

Cùm: tum. Truc.1.2.ѵ.86. Caſin. 1.1.ѵ.51. Bacch.1.2.ѵ.37. Ciſt. 1.1.ѵ. Mil.4.8.ѵ.56.

Cùm: pro, *quod.* Rud.4.8 ѵ.6. Capt.5.1.ѵ.2. Men.5.9.ѵ.87.

Cùm; pro, *quia.* Pœn. 1.1.ѵ.81. Moſt.2.2 ѵ 2.& 2.3.ѵ.31.

Cùm: interdum cauſam notat, *propter, ob.* Moſt.2.2.ѵ.33. Epid.1.1.ѵ.73.

Cumatilis veſtis: à colore fluctuum marinorum. Nam τὰ κύματα fluctus ſunt. Epid.2.2. ѵ.54.

Et quem colos cumatilis deceat. —

Vide etiam *Plumatilis.* Titinnius Setina: Et *quem colos cumatilis deceat.*

Cumulatè. Vix notum hodie: Cicer. valdè familiare. Vulgò ſemper dicimus, *Omninò, plenè,* &c. quamquam & Cicero interdum dicat *plenè. Ita,* *Cumulatè gratias agere*, ſatis facere, reddere, reſpondere, tractare aliquem, gratiam referre, Cicero libr. 13. Epiſt. *Cumulatius nihil fieri poteſt, quàm polliceris.* Et lib.2. Divin. cap. *Quæ ut plenè cumulateq; perfecta, de diuinatione ingreſſi ſumus his libris ſcribere.*

Cumulare eidem Ciceroni interdum idem valet, quod, *augere*: & ut *augere* atque *auctus* interdum idem valet, quod, *præditus* & *affectus* aliquâ re: ita & *cumulatus*, & *cumulare* interdum. Vide *Afficere*, & *Augere.*

Cumulatus commoditate, &c. Mil.4.9.ѵ.6.

Cumulatus ſcelerum. Aul. 5. 1. ѵ 16.

Cuna. Truc.5.1.ѵ.13. ubi *Cunæ* diſtinguuntur ab *Incunabulis.* Vide Cl. Salmaſ. ad Vopiſc. pag.347.E. Itemq; *faſcia* aliud ſunt, Ibid. pag.348.A. Pſeud. 4.7.ѵ.81.

cuna & cunabula in obſcœno ſenſu forte accipiuntur. pſeu. 2.4. ℣. 48. *uſque à cunabulis.* Sed aliter ibi legendum, oſtendi in Animadverſ. noſtris. & 4.7. ℣. 81.

cunctare: ἀρχαϊκῶς. Caſ. 4. 2. ℣. 13.

cunei ferrei. Stich. 4.2. ℣. 39.

cunila gallinacea, Satureia, Ger. Garten Yſop. Trin. 4. 2. ℣. 90.

cupedia, & *Cupes* ſunt lautiores cibi. Feſtus. Stich. 5.4. ℣. 32.

Cupere, conſectari. Trin 2.1. ℣. 11.

cupere domum. Vide litt. D.

cupere aliquem ſervatum, h. e. facere, vt aliquis ſervetur. Epid. 5.1. ℣. 37.

cupere alicuius. Eleganti ſyntaxi, & bonis authoribus frequentata. Mil. 4.1 ℣. 17. Sic Symm. *Iam dudum veſtri cupiunt.* Et vetus Poeta a Cic. l. 3. de Nat. Deor. *Qui neque te amet, neque ſtudeat tui.* Et ſic Trin. 4. 1 ℣. 12. *cupio domi:* h. e. cupidus ſum domûs.

Cuppes: ganeo, cupediarum amans; Ger. Eingeyer Maul. Trin. 2.1. ℣ 13.

Cupido; pro libidine. Amph. 2.2. ℣. 210. Vbi *Cupido ſedatus* eſt, quem Propert. lib. 2 Eleg. 18. vocat *bonum* —— *Sæpe cupido Huic malus eſſe ſolet, qui fuit ante bonus.*

cupido diſcernitur à Venere & Amore. Bacch. 1.1. ℣. 3.

cupido aqua. Trin. 3.2. ℣. 50.

Cupidinis hoſpitium. Trin. 3. 2. ℣. 47.

Cupidine differor: amore. Pœn. 1. 1. ℣. 28.

cupido, Deus munditiaus, h. e. mundus. Caſ. 2.3 ℣. 9. Merc. 5. 2. ℣. 13.

Cupido verſatur in corde. Pœn. 1. 1 ℣. 68.

cupidus; volens. Curc. 1.1. ℣. 3. & 1.2 ℣ 2.

cupidus vino. Syntaxis notanda. Pſeud. 1.2. ℣. 50. Sic Virgil. Cul. ℣. *compos mente* Ennius: *ſtudioſus robore belli.* Attius Clytemn. *Magnis & multis malis compos.* Turpilius: *Expers malitiis.*

cupidus auri. Pœn. 1.1. ℣. 51.

cupidus damni. Pſeud. 4.7. ℣. 34.

cupidè cupere. Caſ. 2.3. ℣. 49.

Cupiens alicuius. Amph. Prol. ℣. 132.

Cupiens corporis. Mil. 4.2 ℣. 7. 58.

Cupiens nuptiarum. Mil. 4.4. ℣. 27.

Cupienter. Pſeud. 2.3. ℣. 17.

cupere alicui: pro, favere. Id iam vulgare eſt, & notum. Terent. Andr. 5. 4. ℣. 2. *vel tu, vel quod verum eſt, vel quod ipſi cupio Glycerio.* Plancus ad Cicer. lib. 10. Epiſt. *certè ut tibi, cui maximè cupio, & omnibus viris bonis ſatisfaciam.*

Cupio tuâ, illius causâ: cupio omnia illius causâ. Vide infr. *Cupidi:* à Cicerone dicuntur, qui vulgò barbarè, *Partiales,* infecti partibus, affectibus dediti, vehemantes: quibus contrarij homines, *Moderati, æqui.* Sic & *Cupiditatis* verba utimur. Cicero pro Fonteio cap.

cap. *Igitur teſtibus. Iudices, nō credere cupidis & iratis, & cō iuratis,* &c. *non ſolùm poteſtis, ſed etiam debetis.* Et poſtea: *ne aut irato facultas nā dicendū data, aut cupido auctoritas attributa eſſe videatur.* Et mox: *quorum virtuti, generi, rebus geſtis, fidem & auctoritatem in teſtimonio cupiditatis, atque inimicitiarum ſuſpicio derogavit.* Et poſt: *Si qui ob aliquod emolumentum ſuum cupidius aliquid dicere videntur. Et ne quod minus moderatè poſitum, ne quod ab aliqua cupiditate prolapſum verbum eſſe videatur, vultu deniq; laboratis, ne qua ſignificari poſſit, ſuſpicio cupiditatis.* Et *poteſtis, cupidos moderatis* &c. *anteferre.* Pro Muræna cap. *Eſt tum M. cato* &c. *retinere adjutorem, defenſorem, ſocium in Rep. conſulem non cupidum.*

Cupidus quoque idem, quod Græcè πλεονέκτης, & aliàs Latinè *Avidus.* Cicero lib. 2. de lege Agrar. cap. *Iubet enim Comitia virum habere creandis rerum qui legem tulerit. Hoc dicam planius. Iubet Rullus boni non cupidus, neq; appetens, habere Comitia Rullum.*

Cupiditatis verbo utitur Cicero ſæpiſſimè: nunc pro amore ac ſtudio alicuius rei. Ut, *cupiditas ſcientiæ, dominatûs, gloriæ,* pecuniæ, victoriæ. Nunc idem ferè quod vulgò, *affectus, cupiditates,* dicuntur.

Cupis: producit τὸ is. Curc. 2. 3. ℣. 84.

Cupita civitas. Merc. 5. 1. ℣. 15.

Cupitum: exoptatum, *contingit.* Pœn. 5. 4. ℣. 99.

Cupitus atque expectatus. Pœn. 5. 4. ℣. 88.

Cura cor movit. Truc. 4. 2. ℣. 60.

cura in animo. Truc. 2. 5. ℣. 5.

Cura eſt, ut. Stich. 5. 2. ℣. 4.

Cura eſt: pro, *curæ eſt.* Merc. 3. 2. ℣. 11.

Cura maxima eſt. Aul 2. 7. ℣. 2.

Cura: pro, *amica.* Epid. 1. 2. ℣ 32. Propert. lib. 1. Eleg. 1.

Hoc moneo vitare malum ſua quemq; moretur
Cura, neq; aſſueto mutet amore locum.

Et alibi ad Lynceum ſenem.

Lynceu, tunc meam potuiſti tangere curam?

Cum curâ: pro, diligenter, magno ſtudio. Salluſtij, Livij, & Hiſtoricorum proprium. Livius lib. 35. cap. *Bovem cum curâ ſervari, aliquò haruſpices juſſerunt.* Salluſtius Iugurth. cap. *Saucios cum curâ reficit: & cum curâ magnâ parare omnia. & cum maximâ curâ vitare injurias feſtinat.*

Curæ exanimales; tabificæ, βιοφθόροι. Rud. 1. 4. ℣. 2. Nonnus γυιοβόρους aut γυιοβόρους appellat.

Cura mala. Pſeud. Prol. ℣. 25.

Curâ cruciari. Merc. 2. 1. ℣. 23.

Curare: efficere, Germ. Außrichten. Men. Prol. ℣. 15.

Curam eximire. Caſ. 3. 1. ℣. 3.

Curam adhibere. Mil. 1. 1. ℣. 41.

CA-

curare: efficere. Men. 1. 3. ✠. 24.

curare; abſolutè, pro, curioſe aliquid adminiſtrare. Bacch. 2. 2. ✠. 49. & 4. 4. ✠. 99. Rud. 2. 3. ✠. 50. Stich. 1. 2. ✠. 38. Salluſtius; *Marius in dextra parte exercitus curabat*: hoc eſt, rem gerebat.

Curare: ambiguum eſt. Interdũ θεραπεύειν notat: interdum vehementi cura angi. Men. 5. 4. ✠. 7. 11.

curare; verbum convivii. Men. 2. 3. ✠. 16. Stich. 5. 3. ✠. 9. *Curare amicos*: h. e. lautè tractare.

curare, Germ. Verſehen. Pſeud. 1. 2. ✠. 32.

curare rẽ; de re familiari. Moſt. 1. 1. ✠. 25.

Curare: pro, *morari*. Moſt. 3. 1. ✠. 94.

Non ego iſtûc curo quis ſit. Liviul lib. 36. *Nec hercule magnopere nunc curo, quid Ætoli futurum eſſe cenſeant.*

curare; ad omnes delitias ſpectat. Pſeud. 2. 2. ✠. 67. & 3. 1. ✠. 8. *curare nitidiuſculè*. Moſt. 2. 3. ✠. 2. 16. Horat. *Curata cuticula* dixit.

Curare; verbum rei coquinariæ eſſe docet Donatus Andr. 1. 1. Inde *Excurare*. Caſ. 3. 6. ✠. 6. Pſeud. 5. 1. ✠. 8.

Curare; operam dare. Mil. 1. 1. ✠. 1.

curare: abſolutè; pro, *cœnam apparare*. Perſ. 1. 3. ✠. 5.

curare: de mundo muliebri. Ciſt. 1. 1. ✠. 115.

curare rebus alienis. ἐπιμελεῖν. κατὰ ſyntaxieum dativo. Rud. 1. 2. ✠. 57. 92. Stich. 5. 3. ✠. 9. Truc. 1. 2. ✠. 34. & 4. 3. ✠. 50. Sic Apul. Apol. *ſolis hominibus & eorum paucis curare.* Et paulò poſt, *adeò rebus meis curat.* Vide etiam Nonium. Accius: *Neq; profectò Deûm ſummus Rex omnibus curat.*

Curare rebus publicis; inſolens ſyntaxis. Trin. 4. 3. ✠. 50. Nõnulli eodem modo legunt Perſ. 1. 2. ✠. 23.

curare bene ſe ſuamque ætatem. Pſeud. 4. 7. ✠. 34.

curare aliud; proverbialiter. Mil. 3. 3. ✠. 55. & 4. 2. ✠. 96.

Curare munus. Truc. 2. 4. ✠. 76.

Curare cœnam. Rud. 4. 6. ✠. 11.

curare. Vulgò hodie, *Nihil curare*. id eſt, non laborare. Ger. nichts darnach fragen. Livius tamen lib. 36. cap. ita loquutus eſt: *Nec hercule*, inquit, *magnopere curo, quid Aetoli &c. cenſeant.*

curare, abſolutè, idem, quod, *Adminiſtrare*, rem gerere. Varro apud Nonium, in, Deſcobinatis: *Sin autem delectationis causâ venamini, quantò ſatius eſt, ſaluis auribus in circo ſpectare, quid his deſcobinatis in ſilvâ curare.* Sic ibi leg. vulg. *exſpectare*, & *currere*. Sed in vet. lib. eſt, *curare*. Idem apud Nonium in, Hornum: *cum in eo eſſem occupatus*, atq; in ſcholâ *curarem*. Salluſt. Iug. cap. *Itaq; ipſe* (Metellus) *& apud primos erat: in poſtremo G. Marius legatus cũ equitibus curabat, & legatus imperat, ubi quiſq; legat⁹ aut tribun⁹ curaret.* Ib. *nã is in eâ parte curabat*

Cu-

Curãtia, & *nõ-curãtia* pro, nulla ſollicitudo. Sed hoc depravatum eſt vocabulum, & eſt Latinum. Cicero lib. 2. ad Q. fratr. Epiſt. 8. *Quod me admones de non curantia, ut meminerim Iovis orationem, quæ eſt in extremo illo libro.* Sed ibi emendatius editum: *quod me admones de noſtrâ Vraniâ, ſuadeſque.* &c. Fortaſſi ita ſcripſit Cicero: *Quod me admones, ſuades que* &c.

Curare obſonium, Merc. 3. 3. ℣. 21.

curari molliter. Pœn. 3. 3 ℣. 79.

curaſſere. Men. 3. 1. ℣. 15.

curatio, cura. Amph. 1. 3. ℣. 21. Caſ. 2. 3. ℣. 43. Pœn. 1. 2. ℣. 141.

curatores ludorum. Pœn. Prolog. ℣. 36.

curculio: vermis eſt, frumenta exinaniens. Græcè κίς. Germ. Wiebelen. ſic appellatus, quaſi totus *guttur*. Eſt enim *curculio* pars ea ſeu fiſtula, per quam ſpiritus attrahitur & demittitur: tracheam aſperam vocant Medici. Curc. 4. 4. ℣. 30. Trin. 4. 3. ℣. 9. *curculio eſt exercitor* Columell. lib. 1. cap. 6. Virgil. 1. Georg.

—populanſque ingentem farris acervum
Curculio.---

curculiunculi minuti. Rud. 5. 2. ℣. 38.

curcumia, Imper. Leo in l. 1. tit. 11. lib. 2 C. *de curcumijs verò omnium prorſus qualiumcumque gemmarum habitum præcipimus ſubmoveri.* Ita in omnibus libb. Mss. eſſe ait Cujacius, qui fatetur, ſe non ſatis ſcire, quid eo vocabulo declaretur. Editũ ibi, *curcumijs*, in quibuſdam, *cucurmis*. Vide Obſerv. lib. 11. cap. 10.

curia. propriè eſt ipſe locus, in quo Senatus convenire ſolet. Feſtus: *curia eſt locus, ubi publicas curas gerebant*. Cicero lib. de Orat. cap. ubi de metaphorâ: *Ex quo genere hæc ſunt, Martem belli eſſe communem, cererem pro frugibus, Liberum appellari pro vino, Neptunum pro mari, curiam pro ſenatu, campum pro comitijs, Togam pro pace, Arma ac tela pro bello.*

Curialis. Idem ferè, qui Græcè δημότης apud Atticos. Videtur & propius à Græco Popularis interdum ita uſurpari. Cicero lib. 2. Offic. cap. *Theophraſtus quidem ſcribit cimonem Athenis etiam in ſuos curiales Laciadas hoſpitalem fuiſſe.* Sic apud Terentium *curialis vernula* videtur intelligendus: quamvis Scaliger in Feſtum putet eſſe *ſervum curiæ*, qui Comitia curiata convocare Romæ ſolitus ſit, ſed Terentius palliatæ Comœdiæ ritus potius imitatur, ni fallor, quando ait: *curialis veranda eſt, qui me vocat.*

curiales: à curia, qui ſunt ejuſdẽ curiæ. Aul. 2. 2. ℣. 2. Cicero etiam *curiones* vocat.

curio: agnus macer Feſtus: *Qui oſſa & pellis totus eſt, & qui crura macet.* Aulular. 3. 6. ℣. 26.

℣.26. Vide *Proverbia* in Mantiſſa.

Curioſè : diligenter, & ſolicitè. Amph. Sc. *DI voſtram.* ℣.23.

Curioſus. Dicterium in homines graciles & macilentos : quaſi ij curis ſemet conficerent & macerarent. Aul. 3. 6. ℣.26. *quo quidem agno ſat ſcio Magis curionē nusquā eſſe ullā beſtiam.* Afranius Privigno: *Nemo illâ vivit carie curioſior.* Sic correxit I. Gulielmius.

Currentem incitare. Genus dicendi elegans, & quaſi proverbiale. Cicero lib. 15. Epiſt. 15. *Cumque* &c. *ad pacem, currentem, ut ajunt, incitarem.* Et in Orat. cap. *Facilius enim eſt currentem, quod, ajunt, incitare, quàm commovere languentem.* Et interdum conciſè, ut lib. 2. ad Q. Fratrem Epiſt. *Quare facis tu quidem fraternè, quod me hortaris, ſed me hercule currentem nunc quidē.* Et ad Attic. lib. Epiſt. *Quod me hortaris, ut eos dies conſumam in Philoſophiâ explicandâ, currentem tu quidem.* Hæc Eraſmus in Proverb. diligenter collegit, qui & ex Homero. ὀτρύνειν τὸν σπεύδοντα, Luciano. παρακαλεῖν αὐτὸν τὸν σπεύδοντα.

Curriculo : uno curſu. Germ. **Eines Lauffs.** h.e. citò. Epid. 1. 1. ℣.12. Moſtell. 2. 1. ℣.15 & 3. 3. ℣.26. Rud. 3. 5. ℣19. & 3. 6. ℣. 17. Perſ. 2. 2. ℣. 17. Mil. 2. 6. ℣. 43.

Curriculo celeri eſſe. Stich. 2. 3. ℣. 12.

Curriculum: curſus. Merc. 5. 2. ℣. 91. Stich. 2. 2. ℣.35.

Curriculū facere. Trin. 4. 4. ℣.11.

Curſim. Pſeud. 1. 3. ℣.123. Pœn. 1. 2. ℣.156.

Curſim & citò. Pœn. 3. 1. ℣.64.

Curſor. Trin. 4. 3. ℣.16.

Curſores. Pœn. 3. 1. ℣.43.

Curſum contēdere. Ciſt. 2. 1. ℣. 57.

Curſura : pro, fuga. Aſin. 2. 2. ℣. 61. Stich. 2. 2. ℣.34. Merc. 1. 2. ℣.10. Trin. 4. 2. ℣.164. & 4. 3. ℣.9. Moſt. 4. 1. ℣.5. *Ad curſuram ſe exercere.*

Curſus. Moſt. 1. 2. ℣.72.

Curſus, iuventutis exercitium. Bacch. 3. 3. ℣.24.

Curſus pro navigatione : ſatis nota notio : ſed non tamen vulgò. Horatius ſuo more audacter, Græcosque imitatus, dixit etiam *currere* pro navigare. *Licebit iniecto ter pulvere curras.* lib. 1. Od. 28. ℣.35. Cicero pro Plancio cap. *Brundiſium terrâ petere contendi. nam maritimos curſus præcludebat hyemis magnitudo.* Xenophon : Ἕλληνες Ἆγις δ' ἐκ τῆς Δικελίης ἰδὼν πλοῖα πολλὰ σίτου ἐς Πειραιᾶ καταθέοντα. Nepos in Miltiad. *Miliades morandi tempus habeas, curſum direxit, quò tendebat.*

Sic quoque *Currus* accipitur pro navi, Græcorum exemplo. Catull. de nuptijs Pelei: Ipſa levi fecit volitantem flumine currum. Vide plura apud Muretum lib. 1. cap. 11. Var lect.

Curſus orationis: qui & *Contextus orationis* interdum. Cicero lib. 2. de Orat. cap. *Nam ego mihi benevolum judicem facilius facere poſſum, quàm cùm omnia ſunt inaudita.* Et in Partit. Orat. *Sed amplificatio quamquam habet proprium locum, ſæpe etiam primum, poſtremum quidem ferè ſemper. tum reliquo in curſu orationis adhibenda eſt.* Et poſt: *Augendi autem & hic eſt proprius locus in perorando: & in curſu ipſo orationis declinationes ad amplificandum dantur.* Et poſt. *Sed in toto quaſi contextu orationis hæc erunt illuſtranda maximè.*

Curtus. Idem ferè quod *Mutilus*, & cui aliquid deeſt. A quo & pro detrito ac rupto interdum. Et *Exiguus*: ut vulgò quidem eo utuntur. Illi contrarium eſt *Plenum redundans*. Cicero in Orat. cap. *Meæ quidem aures & perfecto completoq; verborum ambitu gaudent. & curta ſentiunt, nec amant redundantia.* Et eod. lib. *Nihilne eis inane videtur, nihil inconditum, nihil curtum, nihil claudicans, nihil redundans.* Iuvenal. lib. 1. Sat. 3. ℣. 269.

> *Quod ſpatium tectis ſublimibus unde cerebrum Teſta feris, quoties rimoſa & curta feneſtris vaſa cadunt.*

Lucretius lib. 4 ℣. 1020.

> *Puri ſæpe lacum propter ſe, ac dolia curto ſomno devincti credunt extollere veſtẽ.*

Fortunatianus lib. 3. Rhet. Et omninò curta & ſine capite oratio eſt, quæ ſine principio àb ipſis rebus orditur. Horat. lib. 1. Sat. 6. ℣. 103.

> —*plures calones atque caballi paſcendi: ducenda petorrita. nũc mihi curto Ire licet mulo, vel ſi libet uſque Tarentum: Mãtica cui lũbos onere ulceret atq; eques armos.*

Ita *curtum mulum* ipſe Poëta interpretatur, *cuius annis ſunt detriti vulnerati* &c.

Curvum infortunium. Pſeudol. 4. 7. ℣. 44. Sic enim ibi legendum fortiter aſſerui in Animadverſionib⁹: quæ omninò conſuli debent. Eodem modo Rud. 3. 5. ℣. 53. *anceps infortuniũ*. Et Pœn. Prol ℣. 25. vocat *Craſſũ infortuniũ*. Cõtrariũ eſt, *ſolidum infortuniũ* Merc. Prol. ℣. 21. (Caſ. 1. 1. ℣. 36.

Curvum facere; ab onere ſcil.

Curaſſis: curaveris. Moſt. 2. 1. ℣. 92. Pœn. 3. 1. ℣. 50. Pſeud. 1. 3. ℣. 3. (3. ℣. 34.

Cuſtodela. Merc. 2. 1. ℣. 9. Rud. 3.

Cuſtodia notat vel cuſtodiendi locum. Sic Plautus Pœn. 5. 6. ℣. 28. *Cuſtodia lignea.* vel ipsũ cuſtodiendi actum: ut Rud. 3. 6. ℣. 20. *Cuſtodiam agitare*, vel eum, qui cuſtodit. Tibull. *ſed pretium ſi grãde feras, cuſtodia victa eſt*, Interdum accipitur pro reo, qui ſub cuſtodiâ eſt ὁ ἐν τῇ φυλακῇ. Sueton. Tiber. & Domit. *Nec niſi ſecretò atq; ſolus plaraſq; cuſtodias receptis quidem in manu catenis audiebat.* Modeſtinus IC l. 12. ff. de publ. judic. *Cuſtodias auditurum tam clariſſimos viros.* Et

 Vlpian.

Vlpian.l.6.de offic.procoſ. *Solent etiam cuſtodiarum cognitionem mandare legatis.* Vide ibi notas Dion. Gothofr.

Cuſtodire. Vſus huius verbi variat, maxime in honorum petitionibus. Cicero pro Plancio cap. *Quod me vel vi pulſum vel ratione cedentem, receperit, cuſtodierit, hic & ſenatui, populoque Rom. ut haberent, quod reducerent conſervarit.* Et Philipp.2.cap. *Poſtea cuſtoditus ſum à te, tu à me ſenatus in petitione Quaeſturae.* Et Accuſat. 1. in Verr. cap. *Tu cùm Quaeſtor ad exercitum miſſus ſis, cuſtos non ſolum pecuniae, ſed etiam conſulis particeps, omnium rerum conſiliorumque fueris.*

Cuſtodire aliquem: pro, obſervare, ne quid furetur, vel auferat. auff einen Warten/lůgen. German. Cicero in Divinat. cap. *cuſtodem, inquit, Tullio me apponite. Quid mihi, quàm multis cuſtodibus opus erat, ſi te ſemel ad meas captas ad miſero? qui non ſolùm ne quid enunties, ſed etiam ne quid auferas, cuſtodiendus ſis.* Q. Cicero Epiſt. de petit. Conſul. *Fac itaque, ut ſe abſque te cuſtodiri atque obſervari ſciant.* &c.

Cuſtodire tu bem DEVS aliquis dicebatur, cujus praeſes & DEVS tutelaris erat. Cicero Accuſ.lib. 4. Verr.cap. *Vt hac inſula ab ea non ſolùm diligi, ſed etiam incoli cuſtodirique videatur.*

Cuſtodibitur. φυλαχθήσεται. Capt.3.5. ℣.71.

cuſtos bona. Truc.4.3.℣.38.

cuſtodes: de canibus. Mil. 2. 2. ℣. 57.

cuſtos: pro, praeceptore, paedagogo, informatore, magiſtro. Pſeud. 3. 2. ℣. 76. & 4.3 ℣.19. Aul.3.6.℣.20. Capt.3.5.℣.50. Mil.2 3.℣.34. Horatius de arte poetic. ℣. 161. 239. & lib.1. Sat.4.℣. 118. & ſaepe apud alios authores.

Cuſtos mulierum. Mil.2.1.℣.68. *conſervum meum miles concubinae cuſtodem addidit.* Tacitus Annal. lib. 11. cap. 35. *Titium Proculum cuſtodem à filio Meſſalinae datum.* Ad illum locum plura Ludov. Dorleans. Vide Heinſ. ad Heſiod. pag. 15. Eunuchi olim dicti continentiae magiſtri.

Cutis mollis. Caſ. 4.4.℣.21.

Cutis viva. Bacch.2.3.℣.8.

Cyamus: ſervus. Truculent.2.7. ℣. 28.

Cyathis ſeptenis bibere. Perſ. 5.1. ℣. 19.

Cyathiſſo: à cyathis ſum. Men.2. 2.℣.29. Diphilus Comicus:

> ὥσπερ κυαθίζουσ᾽ εἶθ᾽ ἡμῖν ἡ τύχη
> ἓν ἀγαθὸν ἐπιχέασα, τρί᾽ ἐπαντλεῖ κακά.

Quos verſus Latinè ſic verterim:

> *Tanquam cyathiſſans bis ſemel nobis Hera*
> *Vnum bonum emiſcet, tria ancu[l]at m[a]la.*

Cyathooculum excutere. Perſ. 5. 2.℣.16.

Cyatho

Digitized by Google

Cyatho bibere. Stich. 5. 4. ℣. 24.

Cyathus & cātharus. Pſeud. 4. 2. ℣. 2.

Cyathus nebulæ: pro re leuiſſima. Pœn. 1. 2. ℣. 42.

Cygno patre cluére. convitium in ſenem cano capite. Men 5. 2. ℣. 101. De Cygnis vide Fabb. Poëtarum.

Cylindrus. nomen coqui, iocula riter *Corinedrus*: Men. 2. 2. ℣. 21.

Cynica gens. Perſ. 1. 3. ℣. 43.

Cynicè accipi. Stich. 5. 4. ℣. 22.

Cyprus. Merc. 3. 4 ℣. 61.

Cyrenæ. Rud. Prol. ℣. 33.

D.

D hiatus cauſa vſurpatum ſæpiſſimè Amphit. 1. 1. ℣. 202. 277. & 2. 2. ℣. 29. 180. & 3. 2. ℣. 18. Epid. 3. 3. ℣. 8. & 5. 1. ℣. 23. Bacch. 2. 3. ℣. 123. & 3. 6. ℣. 42. & 4. 4. ℣. 88. Mē. 5. 5. ℣. 39. Pſeud. 1. 3. ℣. 136. & 1. 5. ℣. 108. & 4. 6. ℣. 7. & 5. 1. ℣. 27. Merc. 1. 2. ℣. 85. & 5. 2. ℣. 61. & 5. 4. & 23. Menæch. 3. 2 ℣. 1. Mil. 3. 1 ℣. 67. 154. Stich. 3. 2. ℣. 33. & 5 4. ℣. 26. Pœnul. 4. 2. ℣. 64. Moſtell. 1. 4. ℣. 20. Vide. Muret lib. 15. Var. lect. cap. 19. de hac littera *d*.

Dædaleis remigiis ferri. Amph. Sc. *DI voſtr*. ℣. 51. eſt, volare.

Damnari voti. Vide litt. V.

Damnum, diſpendium. Pœn. 1. 1. ℣. 35. 71.

Damnum alienum: quod peregrinis infertur. Ciſt. 4. 2. ℣. 60.

Damnum: de ſcorto damnoſo. Men. 1. 2. ℣. 24.

Damnum & flagitium facere. Merc. 2. 1. ℣. 13.

Damnifica beſtia. Ciſt. 4. 2. ℣. 62.

Damnum aut malū dare. Truc. 1. 1. ℣. 17. Ciſt. 1. 1. ℣. 108.

Damnum. Interdum pro ſumtu & impenſâ. Ita & *Diſpendium*. Imper. Iuſtin. § hæc autem. de Pœn. rem litig. *Et ut improbus litigator damna & impenſas litis inferre adverſario cogatur*. Et ita ibi Theoph. aliique recentiores Interpr. id quod veteres non rectè acceperunt. Imper. Theodoſ. l. 4. C. de fruct. & litt. *pro pecuniariâ verò poſt diſpendia, poſt ſumtus*. &c. ita ibi leg ex vet. lib. teſte Cujacio. Sic in §. at ex contrario. Quib. alien. lit. *Vt prius judicialis ſententia, ſine omni damno celebrata hoc permittat*. Germ. ohn Entgelt.

Ex eo *Damnoſus*, pro, *ſumptuoſus*. Suet. Ner. cap. 11. *Non in aliâ re dānoſior, quàm in ædificādo*. Horat. lib. 3. Od. 6 ℣ 46.

Damnoſa quid non imminuit dies?
Tempus omnia reſumens.

Et lib. 2. Satir. ult. ℣. 34.

Nos niſi damnoſè bibimus, moriemur inulti:
Et calices poſcunt majores.

Livius lib. 39. cap. 9. *Huic conſuetudo juxta vicinitatem cum Aebutio fuit, minimè adoleſcentis rei, aut famæ damnoſa.*

Damnificus & nequam. Ciſt. 4. 2. ỷ. 62.

Damnigeruli: qui jacturam ſumtuum inferunt. Truc. 2. 7. ỷ. 1. Sic *Damnoſus*. Suet. Neron. cap. 31. Sic *Salutigerulus*. Aul. 3. 5. ỷ. 28. *Nugigerulus*. Ibid. ỷ. 51.

Damnis certare. Truc. 5. 1. ỷ. 58.

Damno eſſe. Pſeud. 4. 7. ỷ. 29.

Damnoſi homines : vel quibus multum inſumitur, quales ſunt meretrices & lenones: vel prodigi ſumptusque nullius rationem habentes. Trucul. 1. 1. ỷ. 44. 63.

Damnoſi Dij : qui damnum creât. Bacch. 1. 2. ỷ. 9. Horatius *Venerem* vocat *damnoſam*, quæ imminuit rem familiarem.

Damnoſus : qui damnum infert. Curc. 4. 1. ỷ. 11.

Damnoſus : πιθηκισμός. Epid. 2. 3. ỷ. 14.

Damnoſus: pro ſumtuoſo. Pſeud. 1. 5. ỷ. 1.

Danam; dabo, diſtribuam, ἀρχαϊκῶς. Caſ. 1. 6. ỷ. 22.

Dane: da, antiq. Truc. 2. 2. ỷ. 19.

Daniſta; fœnerator. Epid. 1. 1. ỷ. 51. & 1. 2. ỷ. 67. Moſt. 3. 1. ỷ. 6.

Daniſticum genus. Moſt. 3. 1. ỷ. 128. Syneſius vocat χρηματιστικὸν φῦλον.

Danis; dat. Perſ. 2. 3. ỷ. 4.

Danoſus, h. e. liberalis; à *Dano*, do. Epid. 2. 3. ỷ. 14. Truc. 1. 1. ỷ. 63. Sic enim ibi legit Ioh. Brantius.

Danunt: pro, dant ἀρχαϊκῶς. Moſt. 1. 2. ỷ. 48. & 3. 1. ỷ. 10. 93. 124. Mercat. 2. 1. ỷ. 1. Rud. 3. 1. ỷ. 2. & 4. 7. ỷ. 3. Pſeud. 3. 1. ỷ. 1. 4. Capt. 4. 2. ỷ. 39. Truc. 2. 1. ỷ. 34. Pœn. 5. 4. ỷ. 81. Perſ. 5. 2. ỷ. 70.

Dapinare: fictum, à dapibus, vt, *propinare*. Capt. 4. 2. ỷ. 117.

Dapſilis; largus, copioſus. δαψίλεια, copia, abundantia. Aul. 2. 1. ỷ. 45. quamquam ibi MSſ. Nouiani Ioſiæ Merceri, vt & noſter Palat. *dotes dapſilas*: quod haud improbem. Moſt. 4. 1. ỷ. 66. Trin. 1. 1. ỷ. 34. Vide & infr. litt. L. *Lapſilis*.

Dapſiles coronæ. Pſeud. 1. 1. ỷ. 21.

Dapſilia dicta: munifica. Pſeud. 1. 4. ỷ. 3.

Dardanarii: qui vulgo *monopolæ*, qui omne vel frumentum, vel oleum, vel alias merces coëmunt. Germ. die korn Juden/ Wein Juden &c. Gloſſar. Germ. *Dardanarius*: παντοπώλης. παντομετάβολος. σιτοκάπηλος. Paulus I C. l. 37. de Pœn. *In Dardanarios propter menſurarum modum ab utilitatem popularis annonæ, pro modo admiſſi, extra ordinem judicari placuit*. Et Vlpianus l. 6. annonam. D. de extraord. 1. in. *Annonam attentare & vexare vel maximè dardanarij ſolët*. Et mox: *Propterea debetis cuſtodire, ne Dardanarij ullius mercis ſint*.

Dare : jungitur eleganter ſupinis, ſicut τὸ *Ire*. Perſ. 4. 1. ỷ. 9. Vide litt. I. *Ire*. (2. 3. ỷ. 152.

Dare; pro, *dicere, narrare*. Bacch.

Dare à ſummo: h. e. exhibere poculum ei, qui primus ſeu ſummus in lecto accumbebat. ab eo enim ordiebantur. Aſin. 5. 2. ỷ.

2.℣.42.Perſ.5.1.℣.15.19.Græci vocabant ἐν κύκλῳ πίνειν. quod Plautus dicit *dare circũ*. Moſt. 1. 4. ℣. 33. Vide infra *Summum*.

Dare ſe; pro, offerre, permittere. Bacch.4.4.℣.25. Cicero lib. 10. Att. Ep. 4. *Te optimum Terentia dabis*. Et 2. de Orat. *Si ſe dant & vt antè dixi, ſua ſponte, quo impellimus, inclinant, atque propendent, accipio quod datur*. Pro Rabirio. *Dedit ſe regibus*. Terent. Eun.3.3.℣.10. *Mihi ſe dare sermonē quærere*.

Dare ſe amicæ ſuæ. Pſeud.5.1.℣.31. Sic Cicero loquitur lib. 2. de Orat. *Annuit, vt ſe Craſſo daret*. Et lib. 9. Epiſt. 4. ad Att. *Video vt ſe huic dent*. Et V. Verrina: *Dare ſe populo ad coronam*.

Dare ſe foras. Mil.2.3.℣.37. Moſt. 3.2.℣.4. Caſin.2.8.℣.7.

Dare ad aliquem, Aſin.3.3.℣.120.

Dare ad terram; affligere ad t. Capt.4.2.℣.17.

Dare verba. Rud.2.2.℣.19.& 4. 4.℣.28. Capt.5.1.℣.25. Epid.3. 4.℣.88. Pſeud.4.4.℣.7. Vide *Proverbia* in Mantiſſa.

Dare viam. Aul.3.1.℣.2. Curc.2. 3.℣.1. Vide Philoſoph. Plaut. Tit. *Magiſtratus*.

Dare bona. Pſeud.4.1.℣.29.

Dare ludum. Caſ. Prol.℣.25. Vide litt. L.

Dare pignori. Moſt. 4.4.℣.39.

Dare pugnam; edere. Bacch. 2.3. ℣.40.

Dare ſe in pedes, Capt.1.2.℣.12.

Dare in ruborem. Capt. 5.2.℣.9.

Dare in timorem. Pſeud.4.1.℣.19.

Dare in divitias. Trin.3.1.℣.4.

Dare abs ſe. Germ. Von ſich geben. Men.3.3.℣.21.

Dare ſe. pro, *ſiſtere ſe*. Aſin. 5.1. ℣. 21.

Dare ſe aliquò, in fugam. Curc.2. 3.℣.84. Caſ.5.3.℣.13. Sic Gulielmius correxit Caſ.2.8.℣.7. *Receſſim dabo me ad parietem*. Moſt.3.2.℣.9. *Ex ædibus me clanculum dedi foras*.

Dare pro *dedicare*. Curc. 3. ℣. 69.

Dare; inter Priapeia. Caſ. 2. 6.℣. 10. Aſin. 1.3.℣.15. Pſeud.3.1. ℣. 19.

Dare: pro *eligere*. Moſt.5.2.℣.5.

Dare; pro *reddere*. Epid. 4.1.℣. 17.

Dare magnum malum. Trin.4.3. ℣. 55.

Dare bibere. Perſ.5 2.℣.40. Livius lib. 40. cap.47. *Iuſſit ſibi dare bibere*. Terent. Andr.3.2. ℣. 4. Vbi Goveanus negat, Latinè dici, *Dare bibere*: quem iure reprehendit Palmerius Spicileg. pag. 742. Ibi vide.

Dare litem ſecundùm Titium (aliquem) Livius lib. 33. cap. *Secundùm eum litem Iudices dare*. Ita ex ver. cod. rectè Lipſius lib. 2. Epiſt. quæſt.2. Senſus eſt: *Iudices* cauſam illi plærumque addicebant, qui aptiſſimus ad conciliandum vulgus. Vide etiam paulò poſt: *Dare litem* in, *Do*.

Dare Senatum, conſilium, concionem, colloquium: ut & *Petere* & *Poſtulare Senatum*. Cice. lib. 2. ad. Q. fratr. Epiſt. 12.

Eodem igitur de Tyrij, eſt Senatus datus frequens. Livius lib. 3. 2. cap. *Nunc Prætor video, aut non dandum conſilium legatis fuiſſe, aut inde ſine reſponſo eos de mittendos nos eſſe.* Sic ibidem. *concionem Argivorum Rex poſtulabat, ut id fieri poſſet.* Et lib. 34. cap. *concilio advocato, cùm omnes dandum colloquium cenſuiſſent, dies locuſque* conſtituitur. Et lib. 36. cap. *Qui priuſquam ijs conſilium daretur, impleverant omnium aures.* Et lib. 39. *Nam ſupra cætera etiam ſine reſponſo dimiſſi, nec datum præſentibus erat Achaicorum conſilium.*

Dare ſermonem his, aut illis: pro eo, quod vulgò, eſſe occaſio, vel cauſa: ut hi, vel illi loquuntur de aliquo. Cicero Varroni lib. 9. Epiſt. 5. *Dabimus ſermonem his, qui neſciunt nobis quocunque in loco ſimus, eundem cultum, eundem victum eſſe. quid refert? Tamen in ſermonem incidemus.*

Dare ſe alicui: &c. permittere, impertire. Genus dicendi forenſe, & à populo ſumtum. Vide & infra *Dare* &c. Cicero pro Rabir. cap. *Dedit autem ſe Regibus.* Et lib. 10. Attic. Epiſt. 4. *Te optimum Terentia dabis.* Et lib. 2. de Orat. cap. De judicibus ab Oratore permovẽdis: *ſi ſe dant. & ut ante dixi, ſua ſponte quò impellimus, inclinant, atque propendent accipio: quod datur.* Et eod. lib. cap. *Id quod toto capite annuit, ut ſe mihi dare, ſermonemque quærere. Ita & Plato in Phædone utitur verbo* παραδιδόναι. Ἀπέχονται τῶν κατὰ τὸ σῶμα ἐπιθυμιῶν ἁπασῶν, καὶ κατέχουσι, καὶ οὐ παραδιδόασιν αὐταῖς αὐτούς. Vide infr. *Do, das, are.*

Dare viam. Vide infra in *Do.*

Datum mihi, illi, hoc, vel illud: pro fataliter conceſſo. Terent. Eun. 3. 5. ℣. 5. *Eſt iſthuc datum profectò mihi, ut grata mihi ſint quæ facio omnia.* Cicero Catil. 4. cap. *Mihi quidem ſi hæc conditio Conſulatus data eſt, ut omnes acerbitates, omnes dolores, cruciatuſq; perferrem.*

Dari; dici. Mil. 3. 1. ℣. 174.

Data: pro muneribus dixit Plautus. Aſin. 1. 3. ℣. 30. 36. Pſeud. 1. 3. ℣. 71. Auſon. Ephemer. *Nil ex invidia retines, plenuſque datorum.* Truc. 2. 1. ℣. 30. *ſterilis amator à datis.*

Datare. Pſeud. 2. 2. ℣. 32. & 4. 7. ℣. 31. *Venus mihi hæc bona datat.* Sic enim ex Mſſ. Palatinis leg. Curc. 2. 3. ℣. 49. Hinc *datatim.* 1. 6. ℣. 17. Aul. 4. 4. ℣. 9. Pœn. 3. 4. ℣. 2. Vide etiã ſupr. *Accepto.*

Datare: obſcœno ſenſu. Aul. 4. 4. ℣. 9. Vide paulò ante: *Dare.*

Datare fenore. Moſt. 4. 2. ℣. 4.

Dataria ſalus. Pſeud. 4. 2. ℣. 13.

Datatim ludere; ſcil. pila. Curc. 2. 3. ℣. 17. Etiam ad amatoria transfertur. Iſid. l. 1. cap. 25. Nævius de quadam impudica. *Quaſi in choro pila ludens Datatim dat ſe & communem facit.* Sic enim illum locum emendo. Pomponius Adelph. *Cum datatim in lecto tecũ luſi.*

Cæte-

Cæterum dè ratione ludendi pila videndus Mercurialis in libb. Gymnaſticis.

Datores novi. Truc. 2.1.℣.33.

Dator. Truc. 2.7.℣.18.

Dator probus. Truc. 2.1.℣.36.

Dator ambiguè. Curc. 2.3.℣.18.

Datu meo; vt, *rogatu meo*. Trin. 5. 2.℣.16. & ℣.18. *Allegatu meo*.

Datur. Vide, *Sic datur*. Pſeud. 1. 2.℣.13.

Davus: pro callida vulpecula. Amph. 1.1.℣.209.

De abſtruſam elegātiā habet. Inſpice exempla. Capt. 1.2.℣.2. 4. Rud. 4.2.℣.10 Moſtell. 3.2.℣. 8. Truc. 2.8.℣.2. Singula in ſeqq. explicatius poſita ſunt.

De: In compoſitione αὐξητικὴν καὶ ἐπιτατικὴν vim habet: vt, *Denarrare*. Truc. 2.2.℣.53. 3. Horat. lib. 2. Sat. 3.——*matri denarrat*. *Depoſcit*. Aul. Arg. 2. ℣. 7. *Deperire*. Epid. 1.1.℣.62. *Deſubito*. Capt. Prol. ℣.62. *Derogitare*. Amph. 2.2.℣.123. Aſin. 1.2.℣.52. & 2.2.℣.60. *Deamare*. Epid. 2.2.℣.35. *Detexere telam*. Pſeud. 1.4.℣.7. *Dejurare*. Caſ. 3.5.℣.57. *Demirari*. Caſ. 2.3.℣.3. *Defleo*. Capt. 1.2. ℣.30. Cicero lib. 3. Epiſt. 10. *armis denique detexit ſuis*. Ita ibi Mſ. Pall. *Detegere*: eſt æque intenſè & accuratè tegere. Vide etiam Lexico Lucret. Danielis Parei in, *Degerere*

De die eſt durante toto die, antequam nox ingruat. vel, de medio die, quando maximè diem eſſe apparet Aſin. 3.1.℣. 13. & 4.2.℣.16. Sic Cæſar. lib. 1. de bello Gallico: *De tertia vigilia T. Labienum legatum properè cum duabus legionibus, & iiſdem ducibus, qui iter cognoverant, ſummum iugum montis adſcendere iubet*. Catull. ad Porc. & Socr. *Vos cōvivia lauta ſumtuoſe De die facitis*.--

Sic *de nocte* dixerunt boni autores. h.e. mediâ nocte: quando maximè noctē eſſe apparet. Rud. 4.1.℣.7. & 4.2.℣. 10. Horat. lib. I. Ep. II. *Vt iugulent homines ſurgunt de nocte latrones*. Cicero pro Muræna. *Vigilas tu de nocte, vt conſultoribus tuis reſpondeas*.

De; pro *ab*. Moſt. 3.1.℣.135. Epid. 3.4.℣.62. Vide *Emere*. & Lipſ. Comment. ad XIV. Annal. Taciti.

De: eleganter vſurpatur, pro, *quantum attinet*. Rud. 4.7.℣. 2. Epid. 5.2.℣.40. Men. 5.5.℣. 33. *Modeſtior eſt de verbis*: hoc eſt, quod verba attinet. Curc. 2.1.℣.17. *De forma aut colore aliquē noſſe*. Epid. 2.2.℣.104. Amph. 2.2.℣.168. *Iam illud non placet principium de oſculo*. Stich. 2.3.℣.34. *Principium placet de lectis*.

Propert. lib. 2.

De me; mi certe poteris formoſa videri, *(venis.*
Mi formoſa ſatis, ſi modò ſæpe

De via, de ſemita decedere. Trin. 2.4.℣.80. Curc. 2.3.℣.2.

De mea re; propter res meas. Pœn 1.1.℣.18.

De malo aliquid facere. Vide ſupra litt. A. *A malo*.

De meo de tuo: pro, meo, tuo ſūtu. Bacch. 1.1.℣.65. Terent. Adelph.

Adel.1.2.℣.37. *Olet vnguenta de meo.*

De *ſua ſententia*; ex ſe, nullis adhibitis in conſilium. Capt. Prol. ℣.48.

De *ſententia alicuius aliquid facere*: ſuaſore, & authore aliquo. Bacch.4.9.℣.115.

De *compacto*. Pſeud.1.5.℣.126.

De: conciſum ſæpe facit ſermonem. De *aliqua re fateri*: Moſt. 3.1.℣.22.

De; idē, quod, *pre*. Caſ.2.6.℣.61.

De *ſummo loco & genere*. Capt. Prol.℣.31.

De: pro, *ex*. Epid.1.1.℣ 62. & 3.4.℣.11. & 4.2.℣.27. Curc.1.1.℣. 81. De *odore ſcit me adeſſe*. Moſt. 1.2.℣.71. Truc.2.8.℣.2. De *vento*. Propert. *Iam tibi de timidis iſte proteruus erat*. id eſt, ex timidorum numero. Tertul. de præſcript. *Et ipſe Chriſti traditor de Apoſtolis fuit*. Priap. Carm. 1. *Nec qua de patrio vertice nata Dea eſt*. De Minervâ, ex cerebro Iovis natâ. Et Carm. 40. *Quæ puto de quæſtu libera facta tuo eſt*. Et Carm. 31. *Exire ut ipſa de tuo queas cunno*. Sic primus hunc locum correxit perilluſtris ille Veneris nepotulus *Gaſper Scioppius*, Comes à Clara Valle: qui ea propter altùm gloriatur, ſe ſequiori ſexui, ſive mulieribus, id reſtituiſſe, quo ſunt, quod ſunt: *cunnum* videlicet, quo nunc ſæcula aliquot, *culo* contētæ, caruerūt. Facinus mehercle Lampſaceno hoc Heroe dignum!

De: valet, *propter*. Pſeud.1.1.℣.121.

De *iſtac re in vtrumvis oculum conquieſco*. Curc. 4.1.℣.17. Truc.2.6.℣.26. Moſt.5.2.℣.9. Truc.4.2.℣.56. De *nihilo iraſci*.

De *induſtria*: ob induſtriam. Aul. 3.2.℣.6. Caſ.2.3.℣.58.60. Aſin.1.3 ℣.60.

De; pro, *poſt*. Moſt.3 2.℣.8.

De *nocte*, noctu. Rud. 4.1.℣.7. & 4.2.℣.10.

De; privādi vim habet interdum. De*ſtimulare*. Bacch. 1.1.℣.30.

De: pro, *in*, vel, *ex*. Moſt.5.1.℣.55.

De *opinione*. Rud.4.4.℣.48.

De *exemplo alicuius aliquid facere*. Moſt 3.2.℣.87.

De*amare*. Pœn. 4.2.℣.72. & 5.4.℣.3.

De*amata acceptaq; dona*. Truc. 4.1.℣.5.

De*armatus*. Capt.3.4.℣.108. & 3.5.℣.14. Vſus etiam hoc verbo Cicero Epiſt. ad Att. lib. 7. epiſt. 2. ex emendatione Boſii, & Lambini.

De*aſciare aliquem*: de fallacijs. Mil.3.3.℣.11. vti quidem vulgò legitur. Vide *Aſſeeare*, & Animadverſiones.

De*bere non poteſt*: De*bere non poſſe*. Eleganter, pro eo, quod, præſtandum, perſolvēdum, dandum. Cicero de leg. *Præclarè exigis, Quinte. At ego effugiſſe arbitrabar, & tibi horum nihil deberi poteſt*. Et lib.3.cap. *Senſit enim deberi non poſſe huic civitati iſtam poteſtatem*. Et in Epiſt. lib. ad Trebatium: *Verum tamen quid præſenti tibi propè ſubnegarem, non tribuerem certè, id abſenti debere non potui*.

tui. Et in Topicis ad eundem: *Non potui tibi ſæpius hoc rogâti debere diutius*. Et lib. 3. de Orat. c. Tū Craſſus: *An me tam impudentem eſſe exiſtimatis, ut nobis hoc præſertim munus putem diutius poſſe deberi?*

Debere *de ratione*. Trin. 2. 4. ℣. 24.

Debere: de pœnis. Terent. Eun. 5. 2. ℣. 22. *Quid ita verò? debeam credo iſti quicquam furcifero*. Vbi Donatus: Debere *dicimur pœnas pro injuriâ ei, cui injuriam fecerimus*. Sic Horat. lib. Od. *Tu niſi ventis debes ludibrium, cave*. Virgil. lib. XI. de vitâ functo: *Nos juvenem exanimem, & nil jam cæleſtibus ullis* Debentem, *vano mæſti comitamur honore*.

Debere *gratiam*. Moſt. 3. 3. ℣. 23. Vbi vide Animadverſiones noſtras.

Debilis. De corpore, vel aliâ re, cujus partes fractæ, non integræ. Vt cui manus, pedes præciſi. Ita & Debilitas, cui *Integritas* contraria. Cicero lib. 5. fin. cap. *Bonum liberi miſera orbitas: bonum patria, miſerum exilium: bonum valetudo, miſerum morbus: bonum integritas corporis, miſerum debilitas*.

Deblaterare: eſt inconditè & inaniter aut ſtultè & percupidè loqui. Aul. 2. 3. ℣. 2.

Decātare. Germ. Außſingen. Eſt deſinere cantare. Hiſtrionum & Cantorum verbum. Vt, Deludere Gladiatorum: de quo infr. Cicero lib. 3. Tuſcul. cap. *Vide etiam in Peloponeſo, cùm eſſem adoleſcēs, quoſdam Corinthios. Hi poterant omnes eadem illa de Andromacha deplorare. Hæc omnia vidi, & jam decantaverāt fortaſſe*.

Decantatus. Vt, Decantatum *habere*. Eſt quaſi in numerato habere, & quod facile recitare memoriter poſſis. Cicero lib. 2. de Orat. cap. *Si in perſonis ponitur, quot homines, tot cauſæ. Sive ad generum univerſas quæſtiones referuntur, ita modica & pauca ſunt, ut omnes eas diligentes & memores & ſobrij Oratores percurſas animo, & propè decantatas habeant*.

Decedere: mori. Dicitur ferè de hominibus: ſed & de brutis. Sic Val. Max. lib. 1. cap. 5. §. 3. *Deceſſerat autem capellus, quē puella in delitijs habuerat*.

Decedere *alicui*; eſt, cedere. Amph. 2. 4. ℣. 4. Merc. 1. 2. ℣. 7. Terent. Heaut. Prol. ℣. 31.

Decem; ἀντὶ πολλῶν. Merc. 2, 3. ℣. 11. Bacch. 1. 2. ℣. 20. Decem *linguas*.

Decentia. Hoc verbo primus Cicero eſt uſus lib. 2. de Nat. Deor. *Colorum etiam & figurarum tam venuſtatem, atque ordinem, & ut ita dicam decentiam oculi judicant*.

Decernere *rem*. Livius lib. 25. cap. *Itaque haud magna vis certaminis fuit: primus clamor, atque impetus rem decrevit*.

Decer-

Decernere; p, diſcernere. Amph. Arg. I. ℣. 8.

Decertare. Men. 5. 2. ℣. 58.

Decretum eſt. Stich. 2. 1. ℣. 65.

Decet; convenit. Germ. es ſtehet wol an. Pſeud. Prol. ℣. 20. & I. 5. ℣. 45. Moſt. 3. 2. ℣. 41. Moſt. 1. 3. ℣. 16. *Hoc amiculum me decet.*

Decet; pro, dignum eſt. Et ſic cū auferendi caſu conſtruitur. Aſin. 3. 2. ℣. 31. Sic Cicero II. de Fin. *Quos non eſt veritum in ea voluptate*, &c. hoc eſt, quos non eſt puditum, vel quos non puduit. Et in Lucullo: *Negat quicquam à falſis intereſſe*; pro differre. Vt ſit μεταληψις.

Decet; oportet. Rud. 1. 4. ℣ 29. & 1. 2. ℣. 24.

Decet. Interdum dativo jūctum: ſed obſoletius eſt. Plautus Amph. 3. 4. ℣ 25. *Ibo intrò, ornatum capiam, qui potis decet.* Vbi vide Animadverſiones noſtras. vulg. *potius*. peſſimè. Aſin. 3. 2. ℣. 31. *ut ingenio noſtro decuit*. Capt. 2. 2. ℣. 71. *Ne patri decere videatur magis*. Perſ. 2. 2. ℣. 31. *ut decet lenonū familia*. Et in libb. Iuris: *Decet enim tantæ majeſtati eas ſervare leges, quibus ipſe ſolutus videtur.* Muretus Var. lect. lib. 10. cap 13. Terentius: *ut nobis decet*. Vide etiam Iuvare.

Decidere collum. Merc. 2. 2. ℣. 37.

Decidere telum: eſt vulnere latius inciſo telum evellere. Caſ. 2. 4. ℣. 18.

Decidere morbo. Trin. 2. 4. ℣. 143. Metaph. à pomis maturis arbore decidentibus: aut à flore, q[illegible] aridus decidit. Et ſic tralat[illegible] *Maturus*, de ætate gravi, & morti contigu[illegible]. Vide Crepund. Gebh. lib. 3. cap. 7. pag. 117. Etiam Horatius poſuit pro *mori*. lib. 2. Epiſt. 1. *Scriptor ab hinc annis centum qui decidit.* Arnob *Ex viventium numero index ille decidit.* Ovid. Metam. VI. 10. *Deciderat mater.* Sic ibi Mſſ. Pall. Vulgò; Occiderat.

Decidere hanc rem [illegible] partem ſuam &c. pro de parte tranſigere. Cicero pro Roſcio cap. *Magno tuam de media partem decidiſti: magno & tu tuam partem decide.*

Decies centena. ſcil. ſeſtertiorum. Phraſis conciſa: de ſummâ ingenti. Horat. de Tigellio lib. I. Sat. 3 ℣. 15

Decies centena dediſſes huic parco.

Martialis: *Illa illa dives mortua eſt Secundilla: centena decies quæ tibi dedit dotis.*

Decipere foveâ. Pœn. 1. 1. ℣. 59.

Decipi dolo. Caſ. Arg. ℣. 3. Rud. 4. 7 ℣. 10.

Declarare aliquem, pronunciare, dicere, &c. Germ. einen declariren. Pſeud. 2. 2. ℣. 16.

Declinare ſe. Aul. 4. 8. ℣. 11.

Decoctus: pro dulci, maturo. Metaphoricè. *decocta vox*. Vide & *Coctus*. Cicero lib. 3. de Orat. cap. *Nec tamen poteſt aliter eſſe ut ſuavitatem habeat auſteram, & ſolidam, non dulcem atque decoctam.* Tralate à vino, non ſolum colari, ſed etiam

etiam decoqui ſolito ad delitias, ut omnem auſteritatem poneret, quod inter luxuriæ corruptelas veteres Scriptores ſæpè ponunt. Perſius Sat. 4. 125. Satiras ſuas *decoctas* appellat, hoc eſt diligenter elaboratas caſtigatas & limatas.

Decollare, eſt, fallere, decipere. *Diomed.* Item, de collo deponere; vt *Nonius*. Græce κεφαλοτομεῖν. Alii *excidere* explicant, tamquam onus, quod ſuccollatum eſt. Ita Suet. *Succollare*, in collum tollere, & humeris quaſi ſubire. Propriè autem *Decollare* dicitur de marſupio, quod collo abeſt. & perit: ſicut notat doctiſſimus Caſaubonus ad Theophraſti characteres. Veteres enim crumenas de collo ſuſpenderunt. Aſin. 3. 3. ℣. 67. Epid. 3. 2. ℣. 24. Truc. 3. 1. ℣. 7. Plautus de ſpe vſurpat, *Spes decollat*. Capt. 3. 1. ℣. 37. Cal. 2. 4. ℣. 28. *Si ſors decollaſſit*. h. e. fefellerit.

De conſilij ſententiâ. Vide ſupr. *Conſilij*. Cicero pro Plancio cap. *Quod in proximo reo de conſilij ſententiâ conſtitutum eſt*. Sic; *de amicorum ſententiâ*.

Decoquere: eſt fidem nolle, aut non poſſe liberare, apud Senecam lib. 1. Ben. cap. 1. *Id genus hujus crediti eſt, ex quo tantum recipiendum ſit, quantum ultrò refertur, decoquere verò fœdiſſimum*. Metaphora ad ingratos ex profeſſo in beneficiis.

Decoquere. Eſt minuere, detrahere. Sic minuit aqua, dum coquitur. Ita docti ſcripta ſua, ubi ſemel illa effuderunt, diligenter caſtigant, plurima detrahendo, exemplo Virgilij, fuit mane cōponere quinquagenos aut plures verſus, quos operâ veſpertinâ redigebat ad denos, aut duodenos. Quintil. lib. 11. cap. 4. *Materiam eſſe primum volo vel abundantiorem, atque ultra quàm oportect fuſam. Multum inde decoquent anni; multum ratio limabit, aliquid vel ipſo uſu deteretur*. Perſius Satir. 1. ℣. 125.

Si forte aliquid decoctius audis.

Sidonius ad Probum lib. 2. initio: *Cùm ille adhuc ætatulam noſtram, mobilem, teneram, crudam modò caſtigatiora ſeveritate decoqueret, modò mandatorum ſalubritate condiret*.

Decoquere valet rem familiarem abſumere. Perſi⁹ Satir. l. 5. ℣ 57.

Hic campo indulget, hunc alea deceperit.

Symmachus lib. 9. Epiſt. *Senectus nihil decoquit firmitatis*. Et lib. 4. Epiſt. *Flanda moneta nequitiam decoquat larga purgatio*. Græcè *decoquit*, τήκει: ut apud Scobæum. σῶμα ἀργίη τήκει ψυχὴν δ' ἀμεληπσίη. Inde *Decoctores* bonorum abligurritores.

Decoquere iram. Amph. Sc. DI. *veſtram*. ℣. 35. Sic dicunt Græci πέψαι ὀργήν. Hom. χόλον θυμαλγέα πέσσει.

Deco-

Decorum aliquem, pro; alicui, καθ' ὑπαλλαγήν. Mil. 3.1.℣.24. *Neque te decóra, neq; tuis virtutibus.*

Decrepitus ſenex: qui ætate confectus eſt, vt dubium ſit, an vivat, an mortuus ſit. Sic dicitur à lucernâ, vel candelâ, quæ ultimum exſpirans crepidum edere ſolet. Hoc enim eſt *Decrepare*. Græcè dicitur ὑπέργηρως. τετυμβωρίος, ἴφθος, γέρων ἔσχυ θάνατος. Aſin. 5.2 ℣.13. Epid. 5.2. ℣ 1. Merc. 2.2.℣.20. 43. & Caſ. 3.2.℣.29. *Decrepitus vir. Capuli decus*, ſilicernium, ὁ τυμβογέρων. Ei opponitur *ſenex crud'*. Germ. ein friſcher Alter. Epid. 5.2.℣.1. Vide etjam infra, *Senex vetulus*.

Decrérunt: pro decreverunt: *decrere, decreſſe, decreſſet*. Vt, *conſuérunt*. Terent. Hecyr. 2.1. ℣.15. *Qui illum decrérunt dignum, ſuos cui liberos committerent.* Livius lib. 3. cap. *datâque inter turbã viâ, cùm multitudo Icilij maxime interventu reſiſti poſſe Appio crederet, lictor decréſſe ait, vociferantemque Icilium ſummovet.* Plaut. Curc. 5.3.℣.25. *Siquidem vultis, quod decréro facere.* Livius lib. 30. cap. *Omnes* &c. *xxx. Tribus P. Scipioni Imperij decreſſe.* Et lib. 34. cap. *Cùm omnes bellum decréſſent* &c. Et lib. 38. *ut Achais ex fœdere ac legibus ſuis, quæ decreſſent, agere liceret.*

Decretũ eſt. Aſin. 1.1.℣.59. Merc. Prol. ℣.1. Ciſt. 3.℣.17. Mil. 1.1. ℣.77. Bacch. 3.4.℣.19. Caſ. 1.1. ℣.6. Pſeud. 4.2.℣.17. Vide *Certum eſt.*

Decribrare; conficere tamquam per cribrum. Capt. 4.4.℣.6.

Decũbere: eſt verbum tricliniare, aliàs ægrorum. Aſin. 5.1.℣. 1. & 5.2.℣.65. Curc. 2.3.℣.72. Stich. 5.1.℣.6. Caſ. 5.2.℣.9. Sic quoque Terentius vſurpavit Phorm. 2.2.℣.28. *Prior bibas, prior decumbas.*

Decumus, menſis. Amph. 1.1.℣.19. Trucul. 2.4.℣.48. & 2.6.℣.16.

Decuria: ζῳικᾶς, pro quovis dignitatis gradu. Perſ. 1.3.℣.63.

Decurio. Ita è veteribus dicitur, quem recentiores ferè *Decanum*. Sic *Decurio cubiculariorum, lecticariorum.* Sueton. Domit. *Succiam ac repugnantem adorti Clodius Cornicularius, & Maximus Partheniꝫ libertus, & Saturius Decurio cubiculariorum.*

Decurrere ſpatium. quod & *Currere ſpatium*: & *transcurrere per ſpatium*: ait Lucretius lib. 4.℣.192. & lib. 2.℣.162. & lib. 4 ℣.1189. & lib. 3.℣.1056. & & lib. 6.℣.92. Cicero Cat. Maj. cap. *Quaſi decurſo vitæ ſpatio ad carceres à calce revocari.* Ovid. Triſt.

> *Nam pede inoffenſo ſpatium decurrere vitæ*: Sic eſt in v.l. ut Gulielm. adnotavit. vulg. *præcurrere.*

Lactant. de opif. Dei cap. 15. *Conficiamus igitur ſpolium, quo nunc decurrimus.* Seneca Epiſt. 107. *Calcem enim antiqui dicebant, quam nunc in Circo Cretam vocamus.* Plaut.

Plaut. Merc.3.2.℣.4 Stich.1. 2.℣.14. *Decurrere ætatis ſpatium*. Terent. Adelph.5.4.℣. 6. *Prope jam decurſo ſpatio.*

Decus: in malam partem. Aſin. 5.2.℣.43. *capuli decus.*

Decutere argentū: pro, depromere. Epid. 2.3.℣.4.

Dedecoramentum. Hoc verbo uſus eſt Gracchus. Vide infr. *Flagitium*.

Dedecorare ſe. Trin. 2.2.℣.8.

Dedecorare aliquem flagitijs. Bacch.3.3.℣.95.

Dedecorum: indecorum, aliter quàm decet. Bacch. 5. 2. ℣. 72.

Dedere: pro, dare. Bacch.11.℣. 11.

Dedere alicui operas. Et Bacch.1.1. ℣.60.

Dedere operam. Sic Cæcilius Comicus apud Ciceronem pro Cælio: *Dede ac diſſice; per me licebit: ſi egebis, tibi dolebit*. h. e. rem tuam dona ac diſſipa, diſperde, profunde.

Dedere alicui habitationem. Moſt. 2.2.℣.66.

Dedere aliquem alicui. Bacch.5.2. ℣.31.

Dedere in cruciatum. Bacch. 4.4. ℣. 36.

Dedere; eſt aliquid dare ſuperiori, hoſti, victori. Amph. 1. 1. ℣. 71.

Dedere ſe aliquò. Phraſis Comica. Moſt.3.2.℣. Pſeud.4. ℣. 125. *Ex ædibus me dedi foràs.*

Dedicare: eſt affirmare, adſeverare, adſerere. Mil.3.2.℣. 30. Sic enim profectò ibi legendum ductu Mſſ. Pall. vti euici in Animadverſionibus noſtris. Cæterum de hoc verbo conſules Lexicon Lucret. Danielis Parei, & *πολυμαθ.* Illuſtris viri Gaſperis Sciopij Comitis à Clarà valle. lib. 3. cap. 8. Et inprimis Collectan. Lucret. Oberti Giſanij.

Dedicare in cenſu, vel, *in cenſum* referre, & profiteri, quæ ſua ſint in cenſendo. Hodie in multis civitatibus *Commentarios* habent, *Cataſtos* Barbari vocant. Sic & *Dedicare in funus*: *Dedicare in ſacrum*. Cicero pro Flacco cap. *At hæc prædia etjam in cenſu dedicaviſti. Mitto quod aliena, mitto quod poſſeſſa per vim, mitto, quod convicta* &c. Vbi nimis licenter Lambinus edidit, *incenſa*. Et poſtea: *in cenſu dicaſti*. P. Africanus contra Aſellum apud Agell. lib. 7. cap. 11. *Sed tu in uno ſcorto majorem pecuniam abſumſiſti, quàm quanti omne inſtrumentum fundi Sabini in cenſum dedicaviſti*. Livius lib. 39. cap. *Ornamenta & veſtem, & vehicula, quæ pluris quàm quindecim millium æris in cenſum referre viatores juſſit*. Paulus IC. l 19. filius fam. D. in rem verſ. *Filius familiàs togam emit: mortuo deinde eo pater ignorans, & putans ſuam eſſe, dedicavit, cū in funus ejus.*

Gajus

Gaius lib. ult. de litigioſ. *Rē de quâ controverſia eſt, prohibemur in ſacrum dedicare.* Videtur ex duodecim Tabulis ſumtum. Sic inſ. Siciliâ apud Feſtum: *Publicis ponderibus, ſive quis in ſacrum dedicare volverit, liceto.* Sic ibi leg. vulg. *indicare.*

Dediſcere. Amph. 2. 2. ℣. 56.

Dedita opera. Pœn. 3. 1. ℣. 5. Trin. 1. 3. ℣. 29. Ciſt. 4. 1. ℣. 18.

Dedolare aſſulatim viſcera. Men. 5. 2. ℣. 106.

Deducere: pro, deponere. Curc. 2. 3. ℣. 82. *Deduco pedes de lecto.* Sic fere Tibullus:

Illa docet furtim molli decedere lecto.

Cæterum de hoc verbo vide Herculem Ciofanum ad Naſonis Metamorph. lib. VI. non procul ab initio.

Deducere. Propriè de Prætoribus, aut Proconſulibus, ex provinciâ in Vrbem redeuntibus, qui exercitum, vel alios, ſecum ducebant. Ipſi autem DECEDERE dicebantur: de quo ſupr. Ita & *Teſtes deduci*, qui ex provinciâ Romam adducebantur. Cicero pro Flacco cap. *Audiamus igitur Sextilium fratres denique ipſi prodeant, quàm volent, impudenter mentiantur. &c. Non deduxi, inquit, Sextilium. Cedò tabulas, non deportavi.* Et poſt: *hoc tanto numero deductus eſt nemo.*

Deduci dicũtur, qui ad ſtuprum: ut & *Perduci.* de quo infr. Cicero in Verrem: *ad quem iſte deduxerat Tertiam Iſidori Minui filiam.* Sueton. Cæſare cap. *Cùm quidem plerique vilitatem mirantibus, facetiſſimè Cicero quò melius, inquit, templum ſciatis, Tertia deducta eſt.*

Deducere: *Deductum*, pro ſubtili, tenui. Pomponius vetus Comicus: *Vocem deducas oportet, ut mulieris videantur verba. Iube modò: adferatur unus: ego vocem reddam tenuem & tinnulam.* Et infra: *Etiam nunc vocem deducã.* Afranius: *verbis pauculis reſpondit, triſtis voce deductâ, malleque ſe non quieviſſe dixit.* Lucilius Satir. 30. *Deductâ ad hunc* (vulpem) *voce leo.* Talis vox ægrotorum & ſenum eſt. Nonius: *Deductũ*, diminutum, ſuppreſſum. Cornificius: *deductâ mihi voce garrienti.* Hæc apud Macrob. lib. 6. cap. 4. Virgil. Eclog. 6. *deductum dicere carmen.* Auſon. in Grat. act. Cum ea, *quæ ad grates agendas pertinebant, ſummatim tenuiori filo, ut dicitur, deducta libaverim.*

Deducere. Hoc verbum in nuptiarum ſolemnitate uſitatum erat. Puella enim quæ nubebat, & ad maritum ibat *deduci* dicebatur. Plaut. Mil. 3. 1. ℣. 91. *Nam bona uxor, ſi ea deducta eſt uſquam gentium.* Tacitus lib. 4. cap. *Huic primùm nuptiarum dies loco funeris fuit deducta in domum, in quâ nihil niſi luctuoſum haberet.* Propertius lib. 4. (pertulit.

Quæ mihi deducta fax omen

Tibull.

Tibull.lib.3.Eleg.4.℣.31.
Vt juveni primùm virgo deducta marito.
Cicero apud Macrob. lib. 2. *Comparavit hunc fundũ Serviliæ, tertia deducta.* Vbi ambiguitate verbi Tertia & *deducta* luſit Cicero.

Deducere. Deductio. verba uſitata in ratiocinijs: & in formulâ SINE. DEDVCTIONE. In ſcriptio vetus Hiſpanienſis. SIGNVM. PANTHEI. TESTAMENTO. FIERI. PONIQ. EX. ARGENTI. LIBRIS. C. SINE. VLLA. DEDVCTIONE. IVSSIT. ALIA. HÆREDES. SINE. VLLA. DEDVCTIONE. XX. POSVERE. Seneca lib.2.Ben.c.4. *ut integra ad eos, quibus promiſſa fuerunt, perveniant, ſine ullâ, quod ajunt, deductione.* Et Epiſt.58. *Plato natali ſuo deceſſit, & annum unum atque octoageſimum implevit ſine ullâ deductione.*

Deerrare. Men.5.9.℣.54.

Defæcatum: quod non eſt turbidum. Pſeud.2.4.℣.70. Aul.1.2.℣.1. *Defæcatus animus.* μεταφρενικῶς, pro hilaro, læto. Moſt.1.3.℣.2. Sic *vinum defæcatum* dicitur, quod percolatum & à fæce purgatum eſt. Macrob.l.1.Somn. Scip.c.8. *Ternæ virtutes ſunt purgati jam defæcatique animi, & ab omni mundi hujus aſpergine preſſe pureque deterſi.*

Defatigare, Defatigatio, Defatigatus: pro defeſſo. His ſæpe utitur Cicero. *Fatigare* aliud valet: de quo infr.

Defendere. Interdum abſolutè, & ſine perſonâ, ſed cum re. vt, *hæc defendere*, pro, *pro defenſione adferre.* Vide & Deprecari, & *Refellere.* Cicero 5. Verr. cap. *Si ita poſſet defendere, tamẽ fides huic defenſioni non haberetur.* Et mox: *Cui etiam id, quod defendit, velim concedere: tamen illa ipſa defenſio &c. dicit.* Et paulò poſt: *Malo, malo mehercule id, quod tu defendis his judicibus &c. probari.* Et in Partit. Orat. *Aut jure factum defenditur, aut ulciſcendi doloris gratia.* Sic ibi leg. putat Lamb. ubi vulg. *depellitur.* quod ipſum tamen reperitur in MSS. libb. nec videtur temerè mutandum.

Defendere, pro repellere, arcere, parcere. Vt, defendere hoſtes, injuriam, frigus, æſtum, crimen, &c. vide & *Vindicare.* Cicero lib.3. Offic. cap. *Etenim ſi is, qui non defendit injuriam, neq; propulſat à ſuis, cùm poteſt, injuſtè facit, ut in primo libro diſſerui: qualis habendus eſt is, qui non modo repellit, ſed & adjuvat injuriã.* Cato de re ruſtica cap.141. *Vti tu morbos viſos inviſosq;, viduertatem, vaſtitudinemq;, calamitates, temperiaſq; prohibeſſis, defendas, averrunceſq;.* Idem eod. lib. *Eo ſarmẽta aut crates ſicarias imponito, quæ frigus defendant, & ſolem.* Quadrigarius lib. 19. *Quare milites Metelli ſauciabantur, multò minus & quod maxime opus erat, à pinnis hoſtes defendebãt faciſlime fundi-*

 tore.

tare. Sic eſt apud Agell. lib. 9. cap. 1. Cicero Cat. Maj. cap. *& nimios Solis defendit ardores*. Cæſar lib. 1. bell. civil. cap. *Et quod bellum non intulerit, ſed defenderit*. Et lib. 8. bell. Gall. *ut hoſtis à duplici propugnatorum ordine defenderetur*. Ita ex v. cod. leg. Horatius lib. 1. Od. 17. ꝟ. 3. *defendit æſtatem capellis*. Sic & Euripides verbo ἀμύνειν eſt uſus; quod aliàs valet βοηθεῖν, opem ferre. ut in Medeâ, πατρίδα, δόμους ἀρῆξαι, φόνον δοκεῖ μοι τέκνοις. Et Troad. πῶς δ' ἂν δυναίμεσθα ἐάνω τον ἀρῆξαι. Et Heraclid. Ὦ παῖ Ἀθάνας, σὺ τὸν Ἀργείων γόνον, σπείροντες, οὐκ ἀρίζεται αἰσχύνην πόλει. Virgil. Eclog. 7. ꝟ. 6.

Cum teneras defendo à frigore myrtos.

Et extremo lib. 10. Æ. ꝟ. 904.

--- Scio acerba meorum
Circumſtare odia: hunc oro defende furorem.

Plautus Moſt. 4. 2. ꝟ. 20. *maximam quit his injuriam foribus defendat*. Sic Cicero pro Roſcio. Amer. *Omnes hi, quos videtis adeſſe in hac cauſa, injuriam novo ſcelere conflatam putant oportere defendi: defendere ipſi propter iniquitatem tēporum non audent*. Martial. lib. 7. Epig. 35.

-- ſubditos defendere nimbos.

Propert. lib. 1. 20.

Nympharum cupidas ſemper defende rapinas.

Defendere ſe. Truc. 4. 3. ꝟ. 56.

Defenſare injuriâ: defendere ab injuriâ. Bacch. 3. 3. ꝟ. 39. Rud. 3. 3. ꝟ. 30.

Defenſtrix. Ciceronem eo uſum in Timæo admonuit & obſervavit Priſcianus lib. 1. col. 1220.

Deferre in SC. & beneficio: Aquo &, Delati olim, qui provincijs præerant, dicebātur. Solebāt eorum (ut, Tribunorum, præfectorum, Centurionum, Comitumque ſuorum) nomina, facta, ac ſcripta, ad ærariū deferri, quorum ipſis utilis opera fuiſſet in provinciâ. Cicero pro Archia cap. *In beneficijs ad ærariū delatus eſt à* L. *Lucullo Prætore & Conſule*. Et pro Balbo cap. *In Præturâ, in Conſulatu præfectum fabrum detulit*. Et lib. 5. Epiſt. 20. Rufo. *Quod ſcribis de beneficijs*, ſcito à me *Tribunos militū & præfectos, & contubernales dūtaxat meos delatos* &c. Philipp. 13. cap. *SC. falſa delata ab eo judicavimus*. Et Philipp. 13. cap. *quæ quidem omnia citius delata, quàm ſcripta ſunt*. Et in Epiſt. ad Cornif. *Omnia tum falſa SC. deferebātur* Et Philipp. 5. cap. SC. *Tamquam facta ad ærarium deferebantur*. Tacitus lib. 3. cap. *Factum SC. ne decreta Patrum ante diem decimum ad ærariū deferrentur*. Livius lib. 39. cap. *Qui per infrequentiam furtim SC. factum ad ærarium detulerit*. Idem lib. 3. cap. ſcribit, inſtitutum fuiſſe à L. Valerio M. Horatio coss. ut SC. in Aedem Cereris ad Aediles pl. deferrentur, quæ ante arbitrio coss. ſupprimebantur, nunciabanturque. Pertinent huc verba Modeſtini lib. 32. abeſ-

ſe.D. ex quib.cauſ.major. *Et ad Tribunos militum & præfectos & comites legatorum, qui ad ærarium delati aut in commentariũ Principis delati ſunt.* Pomponius vero IC, memoriæ prodidit, non SC. ſed plebiſcita ad illos Aediles deferri ſolita fuiſſe. Sit autem loqui ſolet Cicero, cũ quid præpoſtere factum vult oſtendere. Vt in V. Verr. *Quid! nonne ante lata quã ſcripta eſt?* ſcil. lex. Et pro domo cap. *Quæ & illud nativum, & hoc delatum malum ſanare poſſet.* Sic emendat H. Ferrar. Vulg. *delectum*. Sic Verr. 7. *Quæ non jam recepta ſed innata: neque delata ad me, ſed in animâ ſenſuque meo penitus affixa, ætate inſitaeſt.*

Deferre alicui. Men. 2. 3. ✝. 42.

Deferre nomẽ, pro, *accuſare*. Aul. 3. 2. ✝. 2. (✝. 5.

Deferre, pro, *efferre*. Ciſtell. Arg.

Defero. fero. Truc. 5. 1. ✝. 64.

Defeſſus reperire, quærere. Epid. 5. 2. ✝. 24. (*ab gerundâ aquâ.*

Defeſſus ab. Pœn. 1. 2. ✝. 14. *Defeſſi*

Defetigare, & *Defetigatus*, dicunt veteres illi antiquiores potius, quàm *defatigare*. de quibus tamẽ Magnus ille Orthographus Claudius Dauſqueis nihil in ſuo ſumtuoſo & inani libro Orthographico. Cæſar lib. 5. bell. Gall. cap. 16. *Integriq; & recentes defetigatis ſuccederent.* Sic ſcriptum in MS. Palat.

Deficere. Vſitatum eſt, rei inanimæ id tribui, ut, *pecunia deficit*: ſed tamen & de hominius, pro, deſerere, deſtituere. Varro l. 2. de re ruſt. c. *Nedeficiãt animũ.* Val. Max. lib. 3. c. 6. *Quia deficere noſtrã amicitiã voluerunt.* Sic vet. l. Pighij.

Deficere vitâ. Aſin. 3. 3. ✝. 19.

Deficitur. Cui contrarium, *Abũdat.* Cicero pro Cluent. cap. *En hoc illud eſt, quod ante dixi: mulier abundat audaciâ, conſilio & oratio e deficitur.*

Defiet, [illegible] erit. Livius lib. 5. cap. *numquam cauſa defiet, cur victi pacto non ſtetis?*

Defigere. Verbum eſt Magicum. Sagæ enim aut malen[illegible], cui nocere volunt, eum defigere, & quaſi vinculo nectere ſolẽt. Virgil in Ciri ✝. 376.

Pergit Amicleo ſpargens altaria Thallo Regis Colchiacis animũ defigere votis.

Cicero lib. de leg. cap. *Quæq; Augur injuſta, nefaſta, vitioſa, dira defixerit: irrita infectaq; ſunto.* Ita leg. vulg. *infeſta* Ovidius: *ſagaq; Pœnicia defixit nomina cerâ.* Plin. lib. 18. cap. 2. *Execraris enim illam deprecationibus: nemo nõ metuit.* Seneca de benef. lib. cap. *Execraris enim illum, & caput ſãctum dirâ deprecatione defigis.* &c. *qui magicis ac emcli artib⁹ contra ſalutem hominum moliti aut pudicos animos ad libidinem defixiſſe dedignẽtur.* Ita ex Cod. Theod. Cuiacius recte emẽdavit. Vulg. *deflexiſſe.*

Defigere: eſt, valde figere; ita vt τὸ De ſit *αὔξητικὸν*, vt in multis. Perſ. 2. 4. ✝. 2. 2. 24. Perſius Sat. 5. *Ingenuo culpã defigere ludo.*

Definire: decernere. Ciſt. 1. ✝. 42.

Definire. Eleganter etiam arbo-

res dicuntur extremam agri partẽ. Vulgò, *Claudere* dicũt Cicero & *Terminare* dicit. Cicero pro Cæcina cap. *Eius autem fundi extremam partem oleæ directo ordine definiunt.* Mox ibidem ait: *intra finem eius loci, quẽ olea terminabãt.*

Definire orationem: pro, concludere. Ita & Cicero pro ſeneɛt. cap. *Qui Imperium P R. Orbis terrarum terminos definiſſet.*

Definitio. Idem valet interdum, quod vulgò, *Regula.*

Deſit: deficit. Men. 1. 4. ✠. 3. Rud. 4. 4. ✠. 63. *Deſit dies.*

Deſit animus. Mil. 4. 6. ✠. 46.

Deflere. Eſt funebre vocabulum. Cicero lib. 1. Tuſcul. cap. de Pompeio: *Non exercitu amiſſo, nudus in ſervorum ferrum & manus incidiſſet: non liberi defleti, non fortunæ omnes à victoribus poſſiderentur.* Lucret. lib. 3. ✠. 921. *Inſatiabiliter deflebimus.* Virgil. lib. XI. ubi de Aeneâ ad funus Pallantis lacrimante: *Hæc ubi deflevit, tolli miſerabile corpus Imperat.* Petronius Satirico: *Secundùm illam eandem conſulam, in quâ recens cada ver deflebat.*

Deflere ſe. Capt. 1. 3. ✠. 36.

Defloccatus ſenex. h. e. calvus. Epid. 5. 1. ✠. 10. Vide litt. S.

Defodere. Moſt. 2. 2. ✠. 51. 70. Germ. Vergraben.

Deformare: pro, rude lignum polire, aut figurare. Cincius de verbis priſcis: *Quemadmodum omnis ferè materia non deformata rudis appellatur, ſicut veſtimentum, rude non perpolitum.* Apud Feſtum.

Deformare, pro, *deſcribere*, ὑποτυπῶσαι. Sed Cicero ferè in malum partem. Cicero pro Cæcina cap. *Ille quem ſupra deformavi, voluntarius amicus mulieris.* Et ad Herenn. Rhet. lib. cap. *Aut ſigna re deformabimus*, &c. Et de Haruſp. reſp. cap. *Si hominem deterrimum Poëta aliquis fictis conquiſitiſque vitiis deformatum vellet inducere.* Seneca lib. 7. de Benefic. cap. *Hanc voluptatem* &c. *recipit hic, quem deformamus cum maximè.* Vide etiam Henr. Steph. Proodop. ad Senec. lib. 2. cap. 10.

Deformatum: deſcriptum, tralate ab ædificiorum deſcriptione. ὑποτυπῶσαι. Pſeud. 2. 3. ✠. 11. *Certa & deformata cuncta.*

Defraudare: vel, *defrudare*, eſt fructũ minuere, vel per fraudem aliquid eximere. *Nonius.* Aſin. 1. 1. ✠. 78. 80. 81. 82. Bacch. 4. ✠. 83. Men. 4. 3. ✠. 12. Rud. 5. 3. ✠. 31. 60. Terent. Phorm. 1. 1. ✠. 10. Paullus I C. l. 45. Gajus Seius D. Sol. matr. *ne commodo dotis defrudetur.*

Defraudare: avertere. Trin. 2. 4. ✠. 11.

Defraudare Geniũ. Aul. 4. 9. ✠. 15.

Defricari lubet. Truc. 2. 7. ✠. 30. Loquitur de frictione genuum in ſupplicationibus: de qua Aſin. 3. 3. ✠. 80. 88.

Defringere crura. Mil. 3. 1. ✠. 126.

Defringere lũbos. Stich. 2. 1. ✠. 27.

Defringere talos. Mil. 2. 2. ✠. 1.

Defrutum: muſtum ex duabus parti-

partibus ad tertiam confe-ctum. Vide Mercur. lib. 2. c. 13. Plin. lib. 14. cap. 13. Pſeud. 2. 4. ℣. 51.

Deſuat. ὀρχηϊκῶς. pro, *deſit*. Bacch. 1. 1 ℣. 3.

Deſugere auctoritatem. Elegans formula. Valet, cùm ipſe rei alicuius auctor fueris, eiuſque eventum in te receperis, id inficiari poſtea, & fateri nolle, eam auctore te factum. Plautus Pœn. 1. 1. ℣. 19. Terent. Eun. 2. 3. ℣. 98. Cicero pro Sulla cap. *Itaque attende jam Torquate, quàm ego non defugiam auctoritatem Conſulatûs mei*: h. e. quàm non recuſem, quo minus ea, quæ me Conſule in opprimẽdâ coniuratione geſta ſunt, me auctore geſta eſſe dicantur. Dicunt etiam præciſè *Defugere*. Vide Lexic. Iuris. Et P. Victorij Var. Lect. lib. 5. c. 22.

Defundere vinum, venenum, aquam. Eſt fundere in pateram, vel cyathum, bibendi cauſâ. A quo multum differt, *Diffundere vinum*. Id enim valet, vinum vel ex lacu in dolium, vel ex dolio fundere in cadum, vel amphoram, ſervandi cauſâ. Hæc differentia ex auctoritatibus intelligetur. De qua & rectè jampridẽ Hadr. Turnebus Adverſ. lib. 1. cap. 1. admonuit. Sed ſcriptorum veterum libri fere ſunt depravati, exceptis Manuſcriptis. Nam vulgò *diffundere* tantum notum fuit, idque omnibus in locis perperam inculcatum, etiam à Dionyſio Lambino. Cicero lib. 2. fin. cap. *Quibus vinum defuſum è pleno ſit in eſore: ut ait Lucilius*. Ita ibi ſcriptũ fuit in v. c. Horat. lib. 2. Sat. 2. ℣. 58.

Eſt niſi mutatum parcit defundere vinum.

Fruſtra ibi quoque mutavit Lamb. contra libb. vett. Sic & Oda 5. lib. 4. *Te multâ prece, te proſequitur mero defuſo pateris.* Sed ibi *defuſo* videtur valere *fuſo* de pateris, ut ibi Lamb. Virgil. l. 4. Georg. v.

Hac ait, & liquidũ ambroſia defudit odorem.

Ovid. lib. 10. Metam. ℣. 23.

Cauſa via eſt coniunx, in quam calcata venenum
Vipera defudit. Ita ibi Membranæ noſtræ, vulg. *diffudit*. (*largo*

Patron. Satir.—*ſic flumine*
Plenus Pierio defũdes(vulg. *diffundes*)*pectore verba.*

Diffundere vinum: quid ſit modo dictũ. Auctoritates jã adferam⁹. Horat. l. 1. Epiſt. 5. v. 4.

Vina bibes iterùm Tauro diffuſa.

Proculus I C. l. 6. cui vinum. D. de tritic. leg. *cui vinum hæres dare damnatus eſt, quod in amphoris & cadis diffuſum eſt, dari debet*. Et l. 15. vinum. D. de trit. vini. *Cui vinum cũ vaſis legatum erit, ei amphoras, cados, in quibus vina diffuſa ſervamus, legatos eſſe*. Vinum enim in amphoras & cados hac mente diffundimus, ut in his ſit, donec noſtrâ cauſâ probetur. Et ſcilicet id vendimus cum his amphoris &

cadis. In dolia autem aliâ mente conijcimus: ſcilicet, ut ex his poſtea vel in amphoras, & cados diffundamus, vel ſine ipſis dolijs væneat. Et l. 16. *Qui vinum Surrentinum in urnalibus habebat diffuſum.* Ergò in l. 14. ſic forte legendum: *Vino legato ea demùm vaſa ſequuntur, in quæ ita diffuſus eſt, ut non ad perpetuum uſum reſervaretur*, ſcil. vinum. Vbi hoc vult Pomponius, non dolia, in quibus ad perpetuum uſum &c. ſed amphoras tantùm & cados, in quibus non ad perpetuum uſum vinum reſervetur, ſed vẽditur. Poteſt tamen ibi, *non ad perpetuum tuum reſervaretur*, vetus ſcriptura retineri. Iuvenal. lib. 4. Satir. 11. ✠.

Hic tibi vina dabit diffuſa in montibus illis.

Fungi panâ: pro, ſubire pænã: cæde, morbis. Livius lib. 29. cap. *Ante omnia libera corpora placere ſine morâ Locrenſibus reſtitui, non levi defuncturum panâ, qui nõ reſtituiſſet.* Et lib. 3. cap. *Cæteram multitudinem prædam agentem, quæ inciderit in Quintium, nequaquam pari defunctum eſſe cade.* Eod. lib. *Defuncta morbis corpora ſalubriora eſſe incipere.*

Degere ætatem: viuere. Ciſt. 1. 1. ✠. 79. Lucret. IV. 1115.

Degere: eſt. *detrahere.* **Non. & Feſt.** Aul. 2. 1. ✠. 43. Men. 5. 1. ✠. 41. Vtitur etiam Apul. Apol. *Peccata degere*, minuere. & Agell. l. 17. cap. 16. *Degere venena.*

Degerere: gerere, ferre. Men. 5. 1. ✠. 41.

Degerere: deferre. Men. 5. 2. ✠. 53.

Deglupta: ψωλὸς, recutitus, apella. Pœn. 5. 5. ✠. 33.

Dego pro. *ago.* Moſt. 3. 1. ✠. 3. *Amane ad noctẽ totũ vſque dego diẽ.*

Degredi: pro, deſcendere. Mutatũ ferè in *Digredi.* à quo tamen multum differt. Plautus Caſ. 5. 3 ✠. 40. Livius aliquoties eo utitur, ut lib. 25. cap. *Cũ equitibus ad pedes degreſſis.* Et lib. 29. cap. *Cum quingentis peditibus degreſſum jugis Maſiniſſam ſequutus.* Et lib. 40. cap. *Duabus aris Iovi & Soli ſacratis cùm involaſſet, qui triduo adſcenderat* (ſic Sigon. vulg. quatriduo aſc) *biduo* degreſſus eſt.

Degulare patrimonium. Plautus in Fragmentis.

Deguſtare aliquem; vel alicuius mentem, pro, cognoſcere, explorare, experiri. Cicero lib. 8. Attic. Epiſt. 8. *Tu velimè Fabio, ſi quem habes aditum, odorére, & iſtum convivam tuum deguſtes.*

Dehinc; in poſterum. Aſin. 1. 1. ✠. 98. & 5. 2. ✠. 8. Pœn. Prol. ✠. 124. & 1. 2. ✠. 161. & 5. 2. ✠. 69.

Dei: pro, Dij. Bacch. 2. 3. ✠. 22.

Dei divites. Nota: non ſẽper Dij inflectitur. Trin. 2. 4. ✠. 89.

Deierare. Caſ. 3. 5. ✠. 35. Men. 5. 2. ✠. 63. Sic enim ibi legendum; vti probavi in Animadverſionibus.

Deijcere præſidium. Dictio eſt militaris, pro, expellere, fugare præſidia, ſeu milites præſidiarios. Horat. lib. 2. Epiſt. 2. ✠ 30. *Præſidium regale loco deiiit*

Digitized by Google

cit. Cicero Philipp. 8. cap. 2. *Non eſt hoſtis is, cujus præſidium Claternæ dejecit Hirtius.* Et ipſe Hirti⁹ ibid. *Dejeci præſidium Claternæ potitus ſum.* Livius lib. 34. cap. *Et præſidium Hiſpanorum, quod in caſtello erat, re dejectum.* Cæſar. lib. 3. bell. civil. cap. *Et noctu militibus expoſitis præſidium equitum dejecit.*

De*inceps*. Non idem valet, quod *deinde*, ut multi putant: ſed valet idem, quod, *ordine*, & Græcè ἐφεξῆς. Livius lib. 29. cap. *Exercitus ſe in agrum Hergetum, Auſetanorumque, & deinceps aliorum populorum ductores.* Ibidem: *Ea igitur manus ſuccedentes, & deinceps alia aliis pertulêre deinceps.* Cicero lib. 4. cap. *Graviſſimus auctor in Originib⁹ dixit Cato, morem apud maiores hunc epularum fuiſſe, ut deinceps qui accubarent, canerent ad tibiam clarorum virorum laudes atq; virtutes.* Idem lib. 2. Divin. cap. *Tū verò ea, quæ ἀκροστιχὶς dicitur, cùm deinceps ex primis verſuum litteris aliquid connectitur.* Idem lib. 3. leg. cap. *Omnes antiquæ gentes regibus quondam paruerunt. Quod genus imperij primùm ad homines juſtiſſimos & ſapientiſſimos deferebatur: idque in Rep. maximè voluit, quod ei regalis poteſtas profuit. Deinde etiam deinceps poſteris prodebatur.* Livius lib. 26. cap. *collaudavitque milites, quod duabus tantū cladibus deinceps ipſe provinciam obtinuiſſet.* Cicero lib. 2. nat. Deor cap. *poſſe ex his in terram excuſſis Annales Ennij, ut deinceps legi poſſent, effici.* Livius lib. 27. cap. *Ludi Apollinares* &c. à P. Corn. Sylla prætore *Vrbano primū facti erāt. Inde omnes deinceps prætores Vrbani fecerāt.*

Deinde porrò. Epid. 5. 2. ✝. 60. Trin. 4. 2. ✝. 103.

Deis proxim⁹. Pſeud. 5. 1. ✝. 15. Vide proverb. in Mātiſſa, *De⁹ ſū.*

Dejungere: dejugare. Aſin. 3. 3. ✝. 75. Idē eſt, *abjungere*. Propert. l. 2. Eleg. 13. *Quam prius abjūctis ſedulo lauit aquis.*

Gloſſæ: abjungere, ἀποζεῦξαι. Mart. lib. 3. Epigr. 67. *Horat. laſſos interiungit equos meridiana.*

Dejuvare: deſerere, non iuvare. Nam τὸ De quandoque ςέρησιν notat. Trin. 2. 2. ✝. 63. Sic ibi leg. Floridus lib. 2. cap. 8. ſubſec. lect. nec non doctiſſimus Meurſius.

Delaſſatus labore. Aſin. 5. 2. ✝. 22.

Delectatio. pro delinitione, & illecebris, ſive allectione. Cicero lib. 2. Offic. cap. 16. *Itaq; illa delectatio multitudinis ac breve exiguumq; tempus* &c. Ita leg. ex MSS. Pall. vulgò *delinitio*.

Delectare ſe pane, victu. Capt. 1. 2. ✝. 75. Vide *Oblectare*. & *Iuvare*.

Delectare oculos. Pœn. 1. 1. ✝. 64.

Delectū parare. Pſeud. 1. 3. ✝. 156.

Delectum dimittere. Rud. 4. 8. ✝. 15.

Delegare: eſt, aſſignare. Amph. prol. ✝. 67. & 83.

Dele-

Delegare. Eſt verbum Iuris, & ſignificat pro ſe vicarium dare, qui ſolvat. Seneca lib. 4. Ben. c. 11. *Debitores nobis Deos delegat, precatur.* Et lib. 7 Ben. cap. 19. *Etiam ſi mihi adulterã cui numerẽ delegaverit, ſolvã.* Epiſt. 18. in fine: *Delegabo tibi Epicurum. ab illo fiet numeratio.* Epiſt. 27. *Delegationem iſta res non recipit.* à to facienda eſt numeratio. Symmach. Epiſt. 27. lib. 1. *Ago gratias, & meam vicem, quia ſolvendo par non ſum, cæleſtibus delego virtutibus.*

Delenifica facta: blanda & ad decipiendum comparata. Mil. 2. 7. ℣. 37. Vtitur hac voce ſæpè Symmachus in Epiſt.

Delenire: eſt, verbis blandis demulcere, θέλγειν. Aſin. 2. 4. ℣. 22. Ciſt. 2. 1. ℣. 40. Stich. 3. 2. ℣. 4. *Delinire dictus.*

Deleniri; eſt, à mente abalienatum eſſe. Nonius. Amph. 2. 2. ℣. 214. Titinnius: *Dotibus deliniti ultro etiam uxoribus ancillantur.* Sic, θέλγειν, quod vulgò valet delectari, ſeu εὐφραίνειν, interdum apud Homerum ſignificat decipere, & à recta ratione abalienare. Sic apud *ICtos delenimenta* & *delenifica dicta* ſumuntur pro incantationibus & venenis quibus mens de ſuo ſtatu deiicitur.

Deleniri *verbis commodis.* h. e. delenificis. Stich. Arg. ℣. 4.

Delerare: vulgò. *Delirare.* Cicero lib. 2. Offic. cap. *Contraq; falli, errare, labi, decipi, tã dedecet quàm delerare, & mente eſſe captum.* Sic profectò ſcriptũ repperi in optimo Ms. lib. Nonii, qui cùm ſpolium factus eſſet militũ, nunc penes me eſt. Teſtatur item Had. Junius in Ms. libb. ſe ubique vidiſſe, *delerare, delere, leravit.* &c. Vide etiam infra, *Delirare.*

Delibare Rhetor. Her. lib. 2. cap. *Nonne de ſuâ gloriâ cum pari præmio tales homines affici videant, delibari patent.* Vulg. *deliberari:* Et eod. lib. *ut cum incolumitati cõſuluerimus, quod ſit in præſentiâ de honeſtâ re delibatum, virtute aliquando, & induſtria recuperetur.* Vulg. *deliberatum.* Lamb. *deliberatum.* Et de Senect. cap. *Audiebam Pythagoram* &c. *numquam dubitaſſe, quin ex universa mente divina delibatos animos haberemus.* Ibi quoque Lamb. *deliberatos.* Et lib 4. Herenn. cap. de Graccho: *Ille multa voce delibãt inſitam virtutem concidit Tacitus.* Vbi Lamb. leg. putat, *nullam vocem edit inſita virtute.* Nimis audacter Plancus ad Cicer. lib. 10. Epiſt. 21. *Putabam me nec de laude jejuni hominis delibare quicquam.* Ita erat in opt. cod. Medic. Lambinus tamen *delibrare* repoſuit. Agell. 15. 8. hæc profert ex oratione Favorini: *Videte qui relinquitur: niſi ut delibari ſibi cœnas jubeant.* ad oram libri opt. *delibrari.* ut notabile nomen erat adſcriptum.

Delibare. Propriè, defringere, deterere, detrahere. Varro lib. 2. de re ruſt. cap. 2. ubi de agnis. *Circiter decem dies cùm prateriierant, palos effigunt, & ad eos alligant, libro, aut qua alia re levi diſtantes, ne toto die curſitantes inter ſe teneri, delibent aliquid membrorum.*

Delibuta cœno meretrices. Pœn. 1. 2. ℣. 56. Truc. 4. 4. ℣. 1.

Delibatũ facere: de plagis. Curc. 5. 3. ℣. 13. Alibi dicit, *Superbũ facere.*

Delibatus puer fere in obſcœno eſt. Moſt. 4. 2. ℣. 32. Sic Alceſimus Caſ. 3. 1. ℣. 14. *Cadẽdus tu homo es, nimias delicias facis.*

Delicia, delitium, & delicies, efferunt authores. Rud. 2. 4. ℣. 13. Pœn. 1. 2. ℣. 152. Truc. 5. 1. ℣. 29. Exẽpla in Inſcriptionibus Rom. paſſim obuia.

Delitia. Interdum dicũtur pueri parvi & loquaculi, ac dicaces, qui garrulitate ſua recrearent dominos in menſâ &c. Græci vix habent nomẽ, quo id Romnũ areddãt. De his ita Seneca lib. de Trãquill. vitæ c. *Pueros quidam in hoc mercantur procaces, & eorũ impudentiam acuũt, & ſub magiſtro habent, qui probra meditatè effundant: nec has contumelias vocamus, ſed argutias.* Cicero ad Mariũ lib. 7. Epiſt. 1. *Delitia verò tua noſter Aeſopus eiuſmodi fuit ut ei deſinere per omnes homines liceret.* Et Dio lib. 58. ubi de nuptiis Aug. & Liviæ: παιδίον τι τῷ ψιθύρων, οἷα τῶν Καισαρευε παιγνίων παιδάριον; οἱ Δηλίκια ῥωμαίοις καλοῦνται.

Delitia: proluxu. Trin. 2. 2. ℣. 53. *In delitiis diſperdidit rẽ.* Germ. Im wollleben hat er ſein gutt verthan.

Delitia. in blanditiis. Pſeud. 1. 2. ℣. 40. 90. Stich. 5. 5. ℣. 1. *Detia ſummatum virûm.*

Delitia populi: de vrbano ſcurrâ. Moſt. 1. 1. ℣. 14.

Delicias facere: irridere, ludere, Caſ. 3. 1. ℣. 14. Men. 2. 3. ℣. 30. Pœn. 1. 2. ℣. 68. 83. Catullus: *Si quis delicias diceret, aut faceret.*

Delictum. Participium, à *delinquo.* Vt; *Nihil à me delictum.* Quod plærumque dicimus, *Nihil à me peccatum.* Cicero Attic. lib. 9. Epiſt. 11. *Nihil habebam. His ego tuis me conſolor: ut nihil à me adhuc delictum putem.* Et mox: *Ego ſi nihil peccavi* &c. Agell. 5. 4. *in tua unâ nuſpiam littera delictum eſſet.*

Deliberare; pro, conſulere, conſultatum ire. *Deliberatio,* pro conſultatione. Cicero lib. 3. Offic. cap. *ſapientem & bonum virum fingimus, de eius deliberatione & conſultatione quærimus.* Et lib. 1. cap. *Ex quo ſunt illa communia, non prohibere aquâ profluente: pati ab igne ignem capere, ſi quis velit: conſilium deliberanti dare.* Idẽ pro Plãcio cap. Et lib. 6. Epiſt. 3. *Quamobrem ut maxima de ſe aquo animo deliberanti, ita mihi conſilium des velim.* Et lib. 14. Epiſt. 18. Attic. *Ad Brutũ noſtrum, ad Caſſium, ad Dolabellam epiſtolas ſcripſi, earum exempla tibi miſi non ut*

deliberatum, reddēda ne eſſent, Et lib. 5. Tuſcul. cap. *Pueris nobis Gn. Anfidius Pratorius, & in ſenatu ſententiam dicebat, nec amicis deliberantibus decreto & Gracam ſcribebat hiſtoriam.* Corn. Nepos in Miltiade: *Ex his delecti Delphos deliberatum miſſi ſunt.* Et in Themiſtocl. *Deliberantibus Pythia reſpondit.*

Deligare. Men. 1. 1. ℣. 13.

Deligere: eſt, ſeparare, eijcere, eliminare. Aſin. 3. 3. ℣. 42. Men. 3. 1. ℣. 8. Itaque quoque explicat Nonius ex Plauti Curcul. Terent. Adelph. *vbi exſpectatum elegiſſet foràs.* Lucill. *corrumpat prorſus ac nervos eligat omnes.* Propert. l. 2. Eleg. 21. *Altaque mortali deligere aſtra manu.* Lucret. l. vi. *Inde ſonus ſequitur qui tardius alligit aures.* Virgil. in Ætn: *præcipiti delecta ſono.* Cicero pro Quintio cap. 2. *Telum adverſarius legerit.* Ita ibi ex Mſſ. Gulielm. Idem Vatin. c. 14. *Vrnas delegerit.* Sic ibi Mſſ. Pall. Vulg. *deiecerit.*

Delingere ſalem dicuntur, qui perquam tenuiter victitant. Curc. 4. 4. ℣. 6. Perſ. 3. 3. ℣. 25. *Vide Proverb.* in Mantiſſa. Perſ. Satir. 5. ℣. *digito ſalinum terebrare.* h. e. duobus digitis primoribus pauxillum ſalis delibare, ſicut veſtigia impreſſa appareant digitorum. Græcè *ἅλιαν τρυπᾶν.*

Delinquere. Men. 2. 1. ℣. 46. Pſeud. 4. 7. ℣. 125.

Deliqueſco. Caſ. 2. 6. ℣. 47.

Deliquio eſſe: in tertio caſu; vt, *bono eſſe, ſolatio eſſe.* Capt. 3. 4. ℣. 93.

Deliquum: quod deeſt, à delinquendo, quod delinquat, h. e. deficiat. Caſ. 2. 2. ℣. 33. Tubero: *Num delinquit, aut ſupereſt tibi?* Cælius: *delinquere frumentum.* Vt *Reliquum* à reliquo, ita *deliquum* à delinquo. *Delictuum* Gloſſ. *ἐλλεῖμμα.* Sic *Deliquum* & *Reliquum* oppoſita inveniuntur. Dicimus enim; *Nihil reliquum eſt mihi:* h. e. nihil vltra reſiduum factum eſt mihi. Contrà: *Nihil deliquum eſt mihi*, hoc eſt nullius rei indigus ſum.

Delirare. Metaphoricum eſt, à re ruſticâ. Plin. lib. 18 cap. 20. de occatione: Hoc quoque vbi conſuetudo patitur, crate dentata, vel tabula aratro annexa, quod vocant *lirare*, operientes ſemina. Vnde primum appellata *Deliratio eſt.* Transfertur maximè ad ſenum ſtultitiam. Men. 5. 2. ℣. 63. qui locus tamen corruptus; vti oſtendi in Animadverſionibus. & 5. 9. ℣. 15. Cic. Catone M. *Senilis ſtultitia, quæ deliratio appellari ſolet.* Sæpe apud Comicos. Epid. 3. 3. ℣. 10. Lucret. III. 454. *Claudicat ingenium, delirat linguaque menſque.* Vide etiam ſupra, *Delerare.*

Deliramenta: ſunt nugæ. Amph. 2. 2. ℣. 64. & 95. 98. Men. 5. 5. ℣. 21. Derivatum à *lira*, quod eſt arationis genus, teſte Iſidoro:

doro : cum agricolæ facta ſemente dirigunt ſulcos. Inde *Delirus*, qui à recto ordine & quaſi de ſulco & lirâ Rationis evagatur. Vnde *delirare* ; de quo paulò antè.

Delphicum reſponſum : ſive oraculum. Pſeud. 1. 5. ℣. 65.

Delubrum. Pœn. 5. 4. ℣. 2.

Deluctare ærumnis: pro *deluctari*. Et eſt Syntaxis Græca Poetis, inprimis Horàtio, vſitata. Trin. 4. 1. ℣. 20. (℣. 4.

Deluctari ; ἀνταγωνιστεῖν. Perſ. 1. 1.

Deludere. Idem quod, *Eludere*. Et fortaſſe legendum *eluſerint* apud Plinium. propriè dicuntur Gladiatores, cùm pugnare deſinunt ſingulis ludis. Vt, *Proludere*,) (*Eludere*: de quibus infra. Varro apud Plinium lib. 36. cap. ult. *Inde enim cinis lixivius potus medetur: Vt licet videre gladiatores, cùm deluſerint, hac iuvari potione*. Vide Lipſij Saturn. lib. 2. cap. 1. Cicero de Iſocrate. *Non enim in acie verſatur & ferro: quaſi rudibus, eius alludit oratio*. Alluſit & huc fortaſſe his verbis pro S. Roſcio cap. *Ac primò rem differre cottidie ac procraſtinare illi cæperunt : deinde aliquantò lentius, nihil agere : atque deludere*.

Deludere: irridere, contemnere. Aſin. 3. 1. ℣. 24. Amph. 1. 1. ℣. 38. & 2. 2. ℣. 60. & 3. 3. ℣. 26. & 3. 4. ℣. 14. & 23. Aul. 5. 1. ℣. 11.

Deludificare indignis modis. Rud. 1. 2. ℣. 59.

Deluere, *Diluere*. Agell. 15. 2. *Et calefacto ſimul refotoque animo ſi quid in eo vel frigida triſtitia, vel torpentis verecundia fuerit, deluamus*. Cicero lib. 1. Offic. cap. *Vt amicitias, quæ minus delectent, & minus probentur, magis decere cenſent ſapientes, ſenſim deluere, quàm repente præcidere*. Idem in Lælio cap. *Tales igitur amicitiæ ſunt remiſſione uſus deluendæ, & ut Catonem dicere audivi, diſſuēdæ potiùs, quā diſcindēdæ*.

Deluſor. Amph. 2. 2. ℣. 60.

Demarchus, Tribunus plebis. Apud Dorienſes vocantur *demiurgi*. Curc. 2. 3. ℣. 7.

Demenſum dare, copioſè, non parcè; παχυμερῶς. Men. Prol. ℣. 14.

Demere ; eſt, de toto auferre. *Adimere* ipſum totum auferre. Bacch. 4. 4. ℣. 14. Aul. 2. 1. ℣. 43. *Nunc ego iſtum laborem demam ac diminuam tibi*. Sic ibi legendum, docui in Animadverſionibus.

Demerere: mereri. Pſeud. 4. 7. ℣. 9. Agell. lib. 1. cap. cap. 8. *Lais Corinthia ob elegantiam venuſtatemque grandem pecuniam demerebat*. 4. ℣. 14.

Demeritas lætitias dare. Pſeud. 2.

Demetrius pater Cliniæ ex fabula antiqui Comici, forte Turpilij. Bacch. 4. 8. ℣. 71.

Demigrare. Amph. 11. ℣. 84.

Deminuere. Truc. 2. 7. ℣. 10. Sic Caſaub. ex Mſs. legit in Suet. Iul. cap. 5. *deminueras vim*. Et Aug. cap. 41. *fenore diminuto*. Gloſſæ, diminuit, ἐλαττοῖ, ἠλάττωσεν.

De-

Deminuere. Interdum idem, quod *Alienare.* Cicero pro Sulla cap. *Vt quæ cauſa cæteros ad facinus impulit, cupiditas retinendæ poſſeſſionis, ea Brutio non fuerit prædiis deminutis.* Et pro Flacco cap. *Nihil enim poteſt de tutelâ ſine omnium tutorum auctoritate deminui.* Et lib. 1. ad Q. Fratr. Epiſt. 2. *Is mihi dixit, te ad Procuratores ſuos litteras miſiſſe, quæ mihi viſa ſũt iniquiſſima, ne quid de bonis quæ Lucij Octavij Naſonis fuiſſent, cui L. Plancus hæres eſt, diminuerent.* Et paulò poſt: *Hæc mihi veriſimilia non vidẽtur. Sunt enim à prudentiâ tuâ re notiſſima. Ne deminuat hæres? quid ſi infitiatur?* Sic in Edicto Prætoris: *ſi juſta cauſa eſſe videbitur, bona interea deminui vetabo.* l. 7. ait prætor D. de jure de lib. Vlpian. Quid ſit autem, *deminui vetabo,* videamus. His verbis Prætor non tantum abalienationem impedit: verùm etiã actiones exerceri non patitur. Sic & in aliis locis Juriſconſulti eo verbo utuntur. l. 20. Item veniũt. §. item placere. & §. ait Senatus: & l. 2. D. de petit. hæred. l. 31. ſi creditores D. de rebus. auct. jud. Et ita quoque Livius lib. 39. *Vtique Hiſpalæ Fecennia datio, deminutio, gentis emptio, tutoris optio item eſſet, quaſi ei cur teſtamento dediſſet.* Quod Hotmannus lib. 3. Obſerv. cap. 16. admonuit.

Demirari: valde mirari. Men. 5. 1. ℣. 6. Stich. 2. 1. ℣. 109. Merc. 4. 2. ℣. 7.

Demiſſis manibus fugere. Epid. 3. 4. v. 16. Vide *Prov.* in Mãtiſſa.

Demiſſis pedib' volare. Pſeud. 3. 2. v. 52. Vide *Proverbia* in Mãtiſſa.

Demiſſitia tunicæ. Pœn. 5. 5. v. 24

Demittere: deorſũm mittere. Cicero Philipp. 2. cap. *Cùm tamen tu nocte ſociâ per tegulas demitterere.* Vulg. *dimitt* Livius Dec. 4. *Multi proximâ nocte funibus per murum demiſſi.* Statius lib. 2. Thebaid. *Tyrij demiſſ' origine Cadmi.* Vbi Lutatius: *Demiſſus, fluens.* Vide plura apud I. Gebhart. Crepund. lib. 3. cap. 6. (℣. 16.

Demolibor, ἀρχαϊκῶς. Bacch. 3. 1.

Demonſtrare. commonſtrare Ciſt. 2. 36. Trin. 1. 2. ℣. 113. Pœn. 3. 2. ℣. 6.

Demonſtrare, præmõſtrare. Trin. 4. 1. ℣. 12. 24.

Demorari: morari. Epid. 3. 2. ℣. 40. Rud. 2. 4. ℣. 16.

Demori aliquem; eſt perdite aliquem amare; deperire. Mil. 4. 1. ℣ 23. & 4. 2. ℣. 49.

Demortuus. Eo utuntur veteres, cùm de eius ſucceſſore loquuntur. Cicero Accuſ. 4. Verr. cap. *Mancipium, quo & omnes utimur; & non præbetur à popopulo, ſanxerunt, ne quis emeret, niſi in demortui locũ. Siqui Romæ eſſet demortuus: immò ſi quis ibidem.* Ita eum locum emendandũ cenſeo. Et Acccuſ. 2. Verr. cap. *Nam cùm eſſet ex veterum numero quidam ſenator dimortuus.*

De-

Digitized by Google

Demoueri de ſententia Perſ.3.1. ℣.46.

Demum; pro *tandem*. Moſt. 3.2. ℣.159.

Demum cũ, tunc, Merc.3.2.℣.9.

Demutare, Trin. 4. 4. ℣. 19. Pſeud.1.5.℣.142.153. Men.5. 2.℣.18. Mil.4.3.3.

Demutare poculo.Stich.5.4.℣.42.

Denarrare, Devocare, Deponere, Denatare, Delegare. Sic quædam verba juncta Articulo De, ſatis mirè uſurpantur. Terent. Phorm. 5.8. ℣. 51. *Hac adeò ego illi iam denarrabo*. Corn. Nepos in vita Cimonis: *Cottidie ſic cena ei coquebatur, ut quotquot invocales vidiſſet in foro, omnes devocaret*. Sic opt. vetus lib. Cicero lib. 2. de Offic. cap. *Cùm autem Reſp. in qua omnis mea vero cogitatio, opera poni ſolebat, nulla eſſet omnino: illæ ſcil. litteræ cõticuerunt forenſes & ſenatoriæ: nihil autem agere cùm animus non poſſet, in his ſtudijs abinitio verſatus ætatis, exiſtimavi honeſtiſſimò poſſe de ponere, ſi me ad Philoſophiam retuliſſem*.

Denaſci: pro mori. *Denatus*. mortuus. Obſoleût. Apud Nonii Caſſius Hemina l. 2. *Quæ nata ſunt, omnia denaſciajũt*. Ex Græco: πάντα γινόμενα καταφθείρεται. Varro l.4. *de LL*. *Qui denaſcitur ignem amittit frigeſcit*. Foret & eo uſus Cicero lib.11. Epiſt.2. Attic. *Ex multis meis ac miſerrimis curris una denata eſt*. Vbi Turneb. ex Ms. *levata*. Lamb *enata*.

Denegare: Curc.2.3.℣.71.

Denique tandem: Trin.4.2℣.93.

Dentes calceati: Capt.1.2.℣.78.

Dentes ferrei: de milite. Truc. 5.1.℣.43.

Dentes pleni, qui dicantur Curc. 2.3.℣.39. Vide infr. in litt. P. *Plenus*.

Dentes pueris cadunt ſeptuẽnibus. Men.5.9.℣.57.

Dentibus albis deridere. Epid.3.3. ℣.47. (14.

Dentibus bonis eſſe. Truc.2.1.℣.

Denti frangibulus: fictè. qui aliis dẽtes frangit. Bacch.4.2.℣23.

Dentifrangibula. Articuli digitorum, ſeu pugni, ſic fictè appellantur. Bacch.4.2.℣.14. Vide etiam. Amph.1.1.℣.166.

Dentilegum facere. Ita dedolare verberibus, vt dentes colligere neceſſe habeat. Capt.4.2.v.18.

Dentire: ὀδοντοφυεῖν, dentes primum emittere, quod non fit ſine dolore. Plautus μεταφορικῶς vſurpat de famelicis paraſitis, quibus *dentes dentiunt* præ fame, vti famelicis canibus crepare ſolent. Græci etiã μυλᾷν dicunt. Vide Scalig. ad Catalecta Virgil. Mil. Glor. 1. 1.℣.34. (Moſt.3.3.℣.18.

Denumerare. Epid. 3.4.℣. 32. Rud.5.3.℣.50. Vide etiam infrà, *Dinumerare*.

Denunciare quid, pro, ſignificare, prædicere. Notum quidẽ, ſed tamen non admodùm uſitatum. Nam *Prædicere* potiùs utuntur. Ex eo & *Denuntiare alicui*, pro eo, quod, *Certiorẽ facere*, dicimus. Cicero pro Cæcina cap. *Homini Romæ in foro*

foro denunciat, fundum illum eſſe. Et Epiſt. Ego *autem numquam, cùm mihi denunciatũ eſſet à tuis, ire aliquẽ nõ dedi*

Denunciare teſtimonium. De eo vide Lex. Iuris. Interdum *Denũciare* in reb⁹ aſperis & triſtibus quaſi minari alicui malum. Barbarè, *Diffidere.* Cicero lib. 4. Attic. Epiſt. *Ita videtur & in oratione, ut aliquid reticere dicat, ut denunciet, ut liberius qui audiat.* &c Sic leg. vulg. *ut denunciet, quid caveant, ut liberius.*

Denunciare. Interdum conciſè valet idem quod, *Iubere, ut adſit.* quod tamen inculcatum ab imperitis. Gr̨ęcè παραγγέλλειν. Cicero Accuſat. Verr. *Domino denunciatum eſt: cauſa dicta, damnati ſunt.* Ita leg. Vulg. *denunciatum eſt, ut adeſſet.* Ita & Brutus & Caſſius Epiſt. ad Antonium lib. 10. Epiſt. 3. *Reſcribas nobis ad nobis ad omnia rogamus. Nam illud valdè leve eſt, ac nugatorium, ea denunciatum eſſe veteranis, quòd de commodis eorum menſe Iunij perlaturus eſſes.*

Deorſum: quietem notat ſæpe, & locum inferiorem. Aul. 2. 7. v. 5. Varro l. 1. de re ruſt. cap. 6. *Qui colunt deorſũ magis æſtate laborãt qui ſurſũ, magis hyeme.*

Deorſũ ducere ſe; eſt, *deſcendere.* Nonius Aul. 4. 8. ✠. 8. ✠. 18.

Deoſculari. Caſ. 1. 1. ✠. 48. & 2. 8. ✠. 18.

Depectus: turpiter pactus. Vide Lexic. Iuris. Vlpianus l. & generaliter De calumn. *Hoc edicto tenetur etiã is, qui depectus eſt: depectus autem dicitur turpiter pactus.*

Depellere: pro, Defendere. Sic & *Refellere:* infr. & ſupr. *Defendere.* Cicero Partit. Orat. *Aut iure factum depellitur, aut ulciſcendi dolor.* Lamb. invitis omnibus libb. ut ait, legit, *defenditur.*

Depellere. Interdum rei ruſticæ eſt verbum: ut, *depellere à mammâ,* Germ. Abſtoſſen, aut à matre fœtum. *Depulſus lacte infans.* Vide & *Compellere, Diſpellere.* Pacuvius. Iliona: *Ab eo depulſum mamma pædagogandum accipit repotijs.* Apud Feſtum, *Repotia.* Virgil. Eclog. 1. ✠. 22.

Paſtores ovium teneros depellere fœtus. Varro lib. 2. de re ruſt. cap. 4. *Cùm porci depulſi ſunt à mamma à quibusdam delici appellantur, neque iam lactantes dicuntur.* Horat. lib. 4. Od. 4. *Qualemve lactis capreapaſcuis Intenta fulva matris ab ubere.* Sueton. Tib. cap. *Atq; etiam quaſi infantes firmiores, nec dum tamen lacte depulſos.*

Depeculari: paſſiuè. Epid. 3. 4. ✠. 87.

Depelli dictis. Trin. 3. 2. ✠. 14.

Depelli; cõpelli. Aſin. 3. 3. ✠. 149.

Dependere: deorſum pendere, penultimâ correptâ. Aſin. 2. 2. ✠. 39. Trin. 2. 4. ✠. 25.

Deperdere. Epid. 1. 1. ✠, 9.

Deperire: valde amare. Curc. 1. 1. ✠. 46. Epid. 2. 2. ✠. 35. 115. & 3. 4. ✠. 5. Pſeud. 1. 5. ✠. 114. Caſ. 1. 1. ✠, 19. & 2. 8. ✠. 36. Pœn. Prolog. ✠. 103. Milit. 3. 1. ✠. 200. & 3. 3. ✠. 58.

Digitized by Google

3.3.℣.58. & 4. 9. ℣. 9. & 4.2. ℣.9.35. Mercat. arg. ſec. ℣. 4. Merc.3.1℣.34. Aſin.3.1.℣.24. Epid.1.1.℣.62.

Deperit indignè. Bacch.3.3.℣.67.

Deperire mutuò. Mil. arg. 2. ℣.1.

Deperire amore miſerè. Ciſt. 1. 2. ℣.12.

Depinxti. Pœn.5.2.℣.154.

Deplorare ſine caſu utitur Cicero: ut verbo *Queri* uti ſolemus Ita & *Complorare*, & *Imploratio*. Cicero pro Flacco cap. *Querendum eſt ergò, & deplorandum, id quod iam dudum facio de omni accuſationis iniquitaté*. Et pro Sextio cap. *neceſſariò mihi de ijsdem rebus eſſe arbitror, ſi non ſubtilius diſputandū: at certè, Iudices, dolentius deplorandum*. Et Accuſ.2. Verr. cap.4. *Hoc conſilio à L. Metello legationes univerſæ petiverũt, ut quamprimùm iſti ſuccederet. Hoc animo totiẽs apud patronos de ſuis miſeriis deplorarunt*. Et lib. 3. cap. 18. *Tanta vis fuit iniuriarum, ut homines quidvis perpeti, quàm non de iſtius improbitate & injurijs deplorare & cõqueri mallẽt*. Et lib. 5. Verr. cap. *Si te illius acerba imploratio, & vox miſerabilis non inhibebat*.

Depolire dorſum virgis. Epid. 1.1. ℣.85. Vide, *Peclere & Exſincerare*.

Deponere caput: demittere. Curc. 2.3.℣.81. Aul.3.6.℣.38.

Deponere jumentis: pro, de jumẽtis deponere. Cæſar lib. 1. de bell. civil. cap. *Vbique unâ frõte contra hoſtem caſtra muniũt, neq; jumẽtis onera deponũt*.

Deponi vino; pulchrâ tralatione dixit noſter. Aul. 3. 6.℣.39. Curc.1.3.℣.81. *Deponere* nãq; & *Cõponere* verba in funerib⁹ vſitata fuiſſe docuit Torrent. ad lib.1. Horat. Od.36.℣.17. & lib.1. Sat.9.℣.28. Vide & *Percuti vino*.

Deportare. Videtur eſſe vocabulum nauticum, dictumque de ijs, quæ manibus aliquò pertãtur, ſive homines, ſive merces, ſive animanres, & quælibet alia onera. A quo *deportationis pœna* videtur dicta in Iure civili. Vide Lex. Iuris. Nepos in Alcib. *Et in triremem, quæ ad eum deportandum erat miſſa, adſcendit*.

Depoſiuit: ἀξιωματικῶς. Moſt.2.1.℣. 35. Vide *Poſivit*. Bacch.2.3.℣. 72. Curc.4.3.℣.4.

Deprecari alicui. h. e. *pro aliquo*. Aſin. 1.2.℣.96.

Deprecatus eſt Regem erraſſe, pro, deprecandus eſt, causâ erroris. Salluſt. Iugurth. ferè extremo: *Romæ quoq; legatis ejus poſtquã erraſſe Regẽ, & Iugurtha ſcelere lapſum deprecati ſunt amicitiam & fœdus petentibus hoc modo reſpondetur*. Vbi nihil mutãdum: licet Rivius, *deplorati ſunt*, malit.

Deprehendi: cum genitivo. *Deprehendi doli*. Bacch. 4.9. ℣ 26.

Deprehẽſus ſum. Vt nos dicimus ich bin gefangen im Strick. ich bin erdapt. Sic Terent. *Teneor medius*. Cicero de Orat. cap. *Deprehenſum equidem me, inquit Antonius, planè video, atque ſentio*.

De-

Depreſſum ire. Ciſt. 1. 1. ℣. 39.

Deprocul. Capt. 2. 1. ℣. 24. Perſ. 4. 2. ℣. 6. & 4. 7. ℣. 17. Florus lib. 2. cap. 3. *Deſub*. Talia ſunt, *Derepente*, *Adusque*, *Abante*, *Inante*. &c.

Depromere cibum. Trin. 4. 2. ℣. 102.

Depromere: pro *promere*. Curc. 2. 2. ℣. 15. Interdum idem eſt, quod *accerſere*, *excire*, *legere*; Amph. 1. 1. ℣. 4. *Inde cras è prōtuaria cella depromar ad flagrum*. Inde Ianus Gebhartus lib. 2 Crepund. cap. 11. ex Mſſ. Pall. emendat Quintil. lib. 9. cap. 11. vbi Cato ſic loquitur: *Communem rem agi putate: ac vos huic rei promtos eſſe*.

Depromere bubus glandem prandio. Truc. 3. 1. ℣. 2.

Depreperare. Pœn. 1. 2. ℣. 108.

Deproperare citò. Caſ. 3. 6. ℣. 17.

Depſere. Obſcenum verbum. Cicero lib. 9. Epiſt. 22. ad Papirium. *Batuit, inquit, impudenter: depſit multò impudentius*. Catull. in Gellium: *Hoc ne ipſi acciderit, patruo, perdepſuit ipſã uxorem* &c. Ita Scaliger in Conject. ad Varr. L L. Nam antea edebatur *perdeſpuit*.

Depugnare. ſtrenuò pugnare. τὸ *De* eſt αὐξητικὸν. Caſ. 2. 5. ℣. 35. 43.

Depugnare eſt etiam unâ pugnâ, unoq; prælio de tota re & toto bello decernere. Cicero l. 7. Attic. Epiſt. *Nec adhuc ferè inveni, qui non concedendum putaret Cæſari, quod poſtularet, potius, quàm depugnandum*. Eod. lib. *Depugnes oportet, niſi concedis*.

Depugnare cum animo ſuo. Trin. 2. 2. ℣. 24.

Depugnare prælium. Men. 5. 6. ℣. 31. Eſt, finire prælium.

Depulſare cubitis. Stich. 2. 2. ℣. 13. *Depulſa de vitâ*. Alias *Perurgere*. ὠθίζεσθαι. Hor. l. 2. Sat. 6. ℣. 28. *Facienda iniuria tardis*.

Depurgare piſces. Stich. 2. 3. ℣. 34.

Deputare: firmiter ſtatuere. nam τὸ *De* eſt αὐξητικὸν, Amph. 1. 1. ℣. 6. & ſeq. *Tun' me*. ℣. 26. Ciſt. 2. 1. ℣. 9. Trin. Arg. ℣. 8. & 3. 3. ℣. 19. Pſeud. Prol. ℣. 19. & 2. 3. ℣. 25.

Deputare. Hoc verbo utebantur ſępe in contemnendo, aut ſpernendo, vel homine, vel re aliquâ. Interdum tamen ſimpliciter. Terent. Hecyr. 5. 3. ℣. 1. *Edepol na meam herus eſſe operam deputat parvi pretii*. Cicero de Divin. cap. *Proinde vide, ne, quem eſſe hebetem deputes, æquè ac pecus, is ſapientia munitum pectus egregium gerat*. Terētius iterum Phorm. 2. 1. ℣. 16. *Quicquid præter ſpē evincunt, omne id deputare eſſe in lucro*. (*relicta habere*.

Derelicta. Truc. 4. 4. ℣. 14. *Pro de*

Derelinquēre pro *relinquere*. Capt. 2. 3. ℣. 75.

Derepente Moſt. 1. 2. ℣. 57. Men. 5. 2. ℣. 11.

Derepere, Plin. lib. 8. cap. 36. de urſis: *Ingrediuntur & bipedes, arborem averſi derepunt*.

Deridere: pro, *falſum dicere*. Bacch. 4. 9. ℣. 87.

Deridere: irridere. Amph. 3. 3. ℣. 8.

Bacch.

Bacch. 3.4. ℣. 8. 18. & 4. 8. ℣. 22. & 5. 2. ℣. 8. Pſeud. 4. 5. ℣. 8. ℣. 5. 2. ℣. 14. Epid. 2. 2. ℣. 78.

Deridere albis dentibus. Epid. 3. 3. ℣. 47.

Deridiculi gratiâ: h. e. pro ludo & ioco. Amph. 2. 2. ℣. 50.

Deridiculo eſſe. Mil. 2. 1. ℣. 14.

per *Deridiculum*. Pſeud. 4. 5. ℣. 7. Truc. 2. 2. ℣. 8.

Deridiculum: valdè ridiculum. *De* enim augendi particula. Varro lib. 1. de re ruſt. cap. 18. *Sequetur, ut duos villicos, & duas villicas habeat, quod eſt deridiculum.*

Deripere; deorſum rapere, detrahere, eripere. Gloſſæ. ἀφαρπάζω. Aul. 2. 4. ℣. 42. & 4. 10. ℣. 18. Men. 5. 2. ℣. 17. Rud. 3. 1. ℣. 8. & 3. 2. ℣. 35. & 3. 3. ℣. [illegible]0. & 3. 5. ℣. 5. & 3. 6. ℣. 2. Cicero lib. 3. Offic. cap. *Sic in vitâ ſibi quemque petere, quod pertineat ad uſum, non iniquum eſt: alteri deripere jus non eſt.* Virg. 4. Aen. ℣. 28. *Non arma expedient, totaque ex urbe ſequentur? Deripientque rates alij navalibus.* Et lib. 1. ℣. *Tergora deripiunt coſtis, & viſcera nudant.* Et lib. 10. Aen. ℣. 413. *Dextram fulgenti deripit enſe.* Sic quoque Pierius teſtatur eſſe in vet. ſuo cod. nam vulgò, *diripi*, Cicero lib. 2. in Verr. c. 7. *Eſſe dereptum.* Vulg. *ereptum*. Vſurpatur autem pro, *Eripere*. Phædrus: *Deripit* (feles) *ad cubilo ſetoſa ſuis.* Tibull. *Sertaque de ſanctis deripuiſſe focis.* Sic *Degredi* pro *Deſcendere* dixerunt Salluſtius, *Livius*, Auſonius.

Deripi: abripi. Men. 5. 7. ℣. 17.

Deriſor. Pœn. 5. 5. ℣. 7.

Deriſores. adulatores, paraſiti. Capt. 1. 1. ℣. 3.

Deriſum venire: irridere. Trin. 2. 4. ℣. 45. 47.

Derogatur fides: pro, minuitur. Rar[illegible]phraſis. Cicero, ſed adoleſcens, in Quintil. cap. *At contra omnes, quibus cum ratio huic aut eſt, aut fuit, adſunt, defendunt, ſedes huius multis locis cognita, ne perfidiâ S. Navij derogetur, laborant.*

Deruncinatus: eſt, *runcina diſſectus*. Runcina autem ſerræ genus eſt, & ῥυγχάνη dicitur. Mil. 4. 4. ℣. 6. *Vt lepidè deruncinavit militem!* Sic ibi Mſſ. Pall. Decurt. Sic Capt. 3. 4. ℣. 108. *deartuatus ſum miſer.*

Deſcendere de lecto. Aſin. 4. 1. ℣. 32.

Deſcribere aliquid: notare. Mil. 3. 1. ℣. 167.

Deſcribere: pro, diſtribuere, dividere: itemque aptè, ſuoque loco diſtributè quid collocare. Cicero lib. 2. Attic. Epiſt. 1. *Veruntamen videbare mihi tempora peregrinationis poſſe commodius deſcribere.* Sic v. cod. vulg. *diſtribuere*. Et Catil. 3. cap. *Vt cùm Vrbem omnibus ex partibus, quemadmodum deſcriptum diſtributumque erat, incendiſſent.* Et lib. 12. Epiſt. 1. ad Caſſium: *Tabulæ finguntur, immunitates dantur, pecunia maxima*

Digitized by Google

deſcribuntur. Ita Manutius in Epiſt. 1. lib. 12. ad Caſſium putat ſcribendum, *diſcribuntur.* ut & P. Victorius *Deſcribere pecunias*, eſt, hanc huic, hanc illi pecuniæ ſummam, quam ſolvere debeat, definire. Livius lib. 30. cap. *Decem millia talentûm argenti deſcripta penſionibus æquis in annis quinquaginta ſolverent.* Et eod. lib. *Quod magnam vim frumenti &c. Aediles Curules quaternis æris vicatim populo deſcripſerunt.* Et lib. 31. cap. *Militibus voluntariis ex Africano exercitu in legiones deſcriptis, navibuſque ex Claſſe Conſulis Cornelij lectis.* Cicero Philipp. 5 cap. *Quorum ipſorum bona, quantumque erant, ſtatim comitibus ſuis compotatoribusq; deſcripſit Antonius.* Et pro Cluent. cap. *Siut nos dicimus ut* IↃCXL. *millia numûm ſexdecim Iudicibus darentur: non Archimedes melius potuit deſcribere.* Et pro C. Rabir. cap. *Ille Cæſar onera multorum huius amicorum excepit unus: quaque multi homines neceſſarij ſecundis Poſthumi rebus deſcripta ſuſtinuerunt, nunc eius adflictis fortunis univerſa ſuſtinet.* Et de petit. Conſul. extremo. *Et ſi hominibus ſtudioſis gratioſiquàm noſtri ſuum cuique munus deſcribimus.* Et ferè initio: *Fac ut planè in ijs omnibus quos devinctos tenes, deſcriptum ac diſpoſitum ſuum cuiquam munus ſit.* Et poſtea: *Totam Italiam fac ut in animo ac memoriâ tibi tributim deſcriptam, comprehenſamque habeas.* Horat. lib. 2. Od. 13. ℣. 23. *Sedeſque deſcriptas piorum.* Sic olim Lambinus hunc locum emendavit: ſed ante illum Gifan. in Collect. Lucret. Cæſar lib. 3. de bell. civil. cap. *Vecturaſque frumenti finitimis civitatibus deſcripſit.* Et lib. 5. Verr. cap. *Pro numero militum pecuniarum ſummas deſcribere*, dixit. Idem pro Flacco cap. *Qui cùm omnes Aſiæ civitates pro portione deſcripſiſſet.* Sic ibi leg. Ibid. *Deſcripſit autem pecuniam ad* Pompeij *rationem quæ fuit accommodata L. Syllæ deſcriptioni.* Et lib. 2. de Orat. cap. *Ipſe adferet ut quæ ſunt in jure vel acutè deſcribere, vel ornatè illuſtrare poſſit.* Et mox: *Vt eam materiam orationibus omnibus locis deſcriptam, inſtructam, ornatamque comprehenderet.* Cicero Rhet. vet. *In præſentiâ tantummodò numeros & modos & partes argumentandi confusè & permixtè diſperſimus, poſt deſcripte & electè in genus quodquam cauſâ digeremus.* Ita rectè Camerarius, pro, *diſcretè.* Et in Epiſtolâ magnâ ad Q. Fratr. *Nomen autem publicani aſpernari non poſſunt, qui pendere ipſi vectigal ſine publicano non potuerint, quòd iis inæqualiter Sylla deſcripſerat.*

Deſcri-

Deſcribere jura. pro, reddere, dicere quod Magiſtratuum eſt, propriè. Cicero Verr. 5. cap. *Controverſia ſecretè deferebantur, paulò poſt palam decreta auferebantur. deinde ubi pauliſper in cubiculo, pretio, non æquitate, jura deſcripſerat.* Et pro Quintio cap. *Quis tandem nobis iſta jura tam æqua deſcribit? quis hoc ſtatuit, quod æquum ſit in Quintium, id iniquum eſſe in Nævium?* Et lib. 1. Offic. cap. *Eſt igitur proprium omnis magiſtratûs ſervare leges, jura deſcribere, ea fidei ſuæ commiſſa meminiſſe.* Et lib. 2. cap. *Ex quo leges, moresque conſtituti tam juris æqua deſcriptio, certaq; vivendi diſciplina.*

Deſedere: ſedere. Pſeud. 4. 4. ℣. 7.

Deſiccari. Truc. 2. 7. ℣. 30.

Deſidere. Bacch. 2. 3. ℣. 4.

Deſidere terra dicitur, quæ labē terræ, motum, ſinumque facit, aut hiatum. Vide ſupr. *Conſidere*, & infr. *Diſcedere*. Livius lib. 3. 2. cap. *Terra Velitris trium jugerum ſpatio caverna ingenti deſederat.*

Deſiderium: dolor, & moleſtia, quæ capitur ex abſentia amici, vel amicæ. Turpilius apud Nonium, in, Suavitudo. *Intercapedine interficior. deſiderio differor.* Cicero Læl cap. 3. *Ego ſi Scipionis deſiderio me moveri negem, quàm id rectè faciam, viderint ſapientes: ſed certè mentiar.* Et Cat. Maj. cap. 15. *At Homerus &c. Laertem lenientem deſiderium, quod capiebat è filio, colentem agrum, & eum ſtercorantem facit.*

Deſiderium: pro poſtulatione, Iuris eſt vocabulum. Vide Lex. Iuris.

Deſiderium. Sic res charas ſolent blandè uſurpare. Olim Catullus Lesbiam ſuam ita vocabat. *Cum deſiderio meo intenticharum neſcio quid, libet jocari*. Cicero ad Terentiam: *Meum deſiderium, mea lux.* Sic Phanocles de Orpheo: πολλάκι δ' ἐσκιεροῖς ἐν ἄλσεσι. &c. εἶχεν ἀείδων πόθον οὐδ' ἦν ὁ θυμὸς ἐν ἡσυχίῃ. Bion. in Bucol. 5. θνατῶν ἀθανάτων τε πόθος: mortalium & immortalium deſideria, ſive amor.

Deſignare: pro, oſtendere in aperto, facere. Græcè ἀποδεῖξαι. φαίνειν. Terent. Adelph. 1. 2. ℣. 7. *Quæ antehac facta ſunt omitto. modò quid deſignavit?* Germ. dicerent: Was hat er jetzo angeſtelt? Vide plura apud doctiſſimū Deſid. Heral. Adverſ. lib. 2. cap. 17.

Deſignator. In funeribus & exequiis, qui earum eſt Curator. Horat. lib. 1. Epiſt. 7. ℣. 6. *Deſignatorem decorat lictoribus atris.* Cic. li. 4. Epiſt. 3. *Poſt has minas, incendia, rapinas, deſertus à ſuis vix in decimum deſignatorem. vix Gellium retinet.* Seneca li. 6. Benef. c. 38. *An Aruntium & Aterium, & cæteros, qui captandorum Teſtamentorum artem profeſſi ſunt, non putas eadem habere,*

quæ Deſignatorios, *&* Libitinarios.

Deſilio,ui,&iui. Rud. Prol. ℣. 74. & 1. 3. ℣. 84.

Deſinere artem. Et interdum præcisè, *deſinere*, olim dicebantur Hiſtriones, & gladiatores, qui ob ætatem omittebant artem. Cicero & de ſuâ arte dicendi eo utitur lib. 7. ad Marium Epiſt. 1. *Omninò ſi quæris, ludi apparatiſſimi, ſed non tui ſtomachi. Conjecturam enim facio de me. Nam primum honoris causâ in ſcenam redierant ij, quos ego honoris causâ de ſcenâ deceſſiſſe arbitrabar: delitiæ vero tua noſter Aeſopus eiuſmodi fuit, ut ei deſinere per omnes homines liceret. Is jurare cùm cœpiſſet, vox eum defecit, in illo loco, ſi ſciens fallo.* Et ead. Epiſt. *His ego tamen diebus, ludis ſcenicis, ne forte videar tibi non modò beatus, ſed liber omninò fuiſſe, dirupi penè me in judicio Galli Caninij, familiaris tui. Quod ſi tam facilem populum haberem, quàm Aeſopus habuit, licenter me hercule artem deſinerem, tecumque & cum ſimilibus noſtri viverem.* Sueton. Tiber. cap. *Expulit & Mathematicos: ſed deprecantibus, ac ſi artem deſituros promittentibus veniam dedit.* Cicero pro Muræna cap. *Quod ſi licet deſinere, ſi te auctore poſſum, ſi nulla inertiæ, nulla ſuperbiæ turpitudo, nulla inhumanitatis culpa ſuſcipitur. Ego verò libenter deſino.* Agell. lib. 15. cap. 16. de Milone Crotonienſi Athletâ: *Cùm jam natu grandis artem Athleticam deſiſſet.*

Deſiſtere: omittere. Pſeud. 1. 5. ℣. 81. Epid. 1. 1. ℣. 38.

Deſiſtere dictis. Rud. 3. 3. ℣. 20.

Deſiſtere: nolle. Bacch. 5. 2. ℣. 52. *Vt iſtuc delictum deſiſtas tantopere ire oppugnatum.*

Deſiſtere; pro, conſiſtere in aliquo loco. Moſt. 3. 2. ℣. 101.

Deſiſti: pro, ſuperſederi. Mil. 3. 1. ℣. 141.

Deſipere mentis. Epid. 1. 2. ℣. 35. Symmachus; *Num vobis videor multa luxuria ebrius mentis inſipere, atque adeò in Poetas nomen dediſſe.*

Deſtũ eſt; intermiſſum eſt. Moſt. 4. 2. ℣. 42.

Deſperanter. Rarum eſt, & à Cicerone prolatum: ut, *rarenter* à Varr. Sunt etiam alia ejuſdem modi: de quibus & Soſipater: & in his Cicero lib. 14. Attic. Epiſt. 20. *Servius proficiſcens, quod deſperanter tecum locutus eſt, minimè miror, neq; ei quicquam in deſperatione concedo.*

Deſpicatui habere. Men. 4. 3. ℣. 19. 21.

Deſpicatus, a, um παθητικῶς. Caſ. 2. 2. ℣. 15. Ter Eunuch. 1. 3. ℣. 93. *Et illis crucibus quæ nos, noſtramque adoleſcentiam habent deſpicatam.* Cicero lib. III. Accuſat. *Ne hoc quidem retinebimus Iudices, ut magiſtratibus noſtris in obtinendo iure noſtro ne contemtiſſimi ac deſpicatiſſimi eſſe videamur.*

Idem

Idem pro Seſtio: *Ceſſi tribuni pl. deſpicatiſſimi hominis furori.*

Deſpicere: deorſum ſpectare. Mil. 2.3.ỷ.16. & 2.6.ỷ.72.

Deſpicere. De ijs, qui incipiunt viſu uti, ut *Catuli* primò cæci, poſtea deſpicere incipiunt. Sed tamen & de aliis dicitur. Cicero lib. 4. fin. cap. *Et quoniam catuli, qui iam deſpecturi ſunt caci aquè, ut ij, qui modò nati.* Et mox: *Et catuli aque caci, priusquã deſpexerint* &c. Sueton. Ner. cap. *Deinde tota oberta caligo eſt, ut deſpicere non poſſet.*

Deſpicatio, pro contemtu. ὀλιγωρία. Vtitur eo Cicero: quod tamen rarum eſt nomen. Cicero lib. 2. fin. cap. *Atq; ut odia, invidia, deſpicatio, nec adverſantur voluptatibus.*

Deſpoliare aliquem. Men. 5.2.ỷ. 53.

Deſpoliator. Trin. 2.1.ỷ.14.

Deſpoliatus. Aſin. 1.3.ỷ.52. Vſurpavit etiam Martial. l. 11. Epig. 50.

Deſpondere: propriè eſt patris adoleſcentis: ſicut *Spondere* puellæ patris. Ciſtel. 2.1.ỷ.21. & 2.3 ỷ.57. *Deſpondere filiam in divitias;* & Trin. 5.2.ỷ.9. *in familiã fortem* Rud. 4. 8.ỷ.5. Pœn. 5.4.ỷ.95.107. & 5.3.ỷ. 33. & 5.6.ỷ.20. Trin. 5.2.ỷ. 32. Truc. 4.3.ỷ.51. Videatur. *Albericus Gentilis,* de Nuptiis lib. 2. cap. 2. pag. 121.

Deſpondere. deſpondi, & deſpopõdi. Trin. 3.1.ỷ.23. *Spondere filiam ſæpius.*

Deſpondere virginem. Ciſt. Arg. ỷ.7. Curc. 5.2 ỷ.63.

Deſpondere animum. Mil. 1.1.ỷ. 6. & 4.2.ỷ.62. Merc. 3.4.ỷ. 29.30. Men. Prol. ỷ.35.

Deſponſus. Vulgò ferè *Deſponſatus:* quod minus elegans. Ita *confeſſum debitum* veteres dicunt Iuriſconſulti, quod Barbari *Confeſſatum.* Livius lib. 26. extrem: *Scipio percunctat⁹ patriam parentesque inter cætera accepit, deſponſam eam principi Celtiberorum adoleſcenti.* Ita correxit Rhenanus ex v.c. vulg. *deſponſatum.*

Deſquamare piſces. Aul. 2.9.ỷ.1.

Deſpuere. Eſt aliquid averſari quaſi cũ ſcreatu: abominari, reijcere, & aſpernari. Germ. Verſpeyen. Aſin. 1.1.ỷ.26. Tibullus de ſene amatore.

Hunc puer, hunc juuenis, turbâ circumſtrepit arcta:
Deſpuit in molles, & ſibi quiſque ſinus.

Perſius:

Eſt propè te ignotus, cubito qui tangat, & acres
Deſpuat in mores.

Theocr. Idyll. 28. τὸ ςόμα κλύζω ... ἀποπτύω τὸ φίλαμα. *Lavo os meum, & oſculum deſpuo.*

Deſtimulare bona; eſt, diminuere, & quaſi ſtimulo admoto decerpere. & ſummam pecuniæ lædere. Bacch. 1.1. ỷ.30.

Deſtinare: emere. Perſ. 4.3.ỷ.72. & 4.4.ỷ.115. Moſt. 3.1. ỷ.112. Epid, Arg. ỷ.4. & 2.2.ỷ.92.

Deſtinare: de pactione connubiali datâ arrhâ. Rud. Prol. ỷ.45.

Digitized by Google

Sic Apul.lib.4.Mileſ.*Pacto iugali deſtinatus.*

Deſtinare: conſtituere ſecũ.Merc. Arg.ſec.ᵬ.13.

Deſtinare. pro, *Oſtendere.* Vide ſupr. *Deſignare*. Et Animadverſiones noſtras ad Moſt. 5. 1.ᵬ.63.

Deſtinare: firmare, figere, defigere firmiter. Cat. *At tu Catulle deſtinatus obdura.* Sic.leg. vulg.*obſtinatus*, quod metrũ refutat. Vitruvius lib.5.c.12. *arce ſtipitibus robuſtis & catenis incluſa. in aquam demittẽda, deſtinandeq; firmiter.* Et mox ibid. *Et inter deſtinatas* (ſcil arcas) *creta in erronibus & ulna paluſtri factis calcetur.* Et Cicero Phil.5.c.*Qui ne ſortem quidem fortunas noſtras deſtinavit*, Vulgò malè, *deſtituit.* ut Faernus exiſtimavit. Sic *deſtinatas ſententias* vocat Cicero,quas vulg.*obſtinatas.*

Deſtinare: alligare, deligare. Appuleius lib.8.Met.*Deaq; vehiculo meo ſublata, & humi repoſita, cunctis ſtramentis me renudatum, ac de quadam quercu deſtinatum flagro pecuniis oſſibus catenato verberantes penè confecerant mortem.*

Deſtinare ſcopum: deſignare, notare. Sagittariorum verbum. & paſſim corruptum, in, *Deſignare*.*Deſtinatum corpus.* Liv. lib.3.5.cap. *Non capita ſolùm hoſtium vulnerabant, ſed quem locum deſtinaſſent oris.* Ibid. *Et ſtantes quò deſtinatiores erant.* Et eod. lib. *plura velut deſtinatum petentibus vulnera accipiebant.* Rhet.ad Herenn. *Quid oportebat ab ambobus in causâ deſtinari, quò ratio omnis totius orationis conferatur.* Curtius lib.4.c.*Fama eſt, cùm Rex Urbis futura muros polẽta, ut Macedonũ mos eſt deſtinaſſet, avium greges advolaſſe, & polentam eſſe paſtas*, Et lib.9.c. *Conjectum oculorum, quibus ut fur deſtinabatur, ferre non potuit.* Eod.lib.c. *Intellectum mare deſtinari ab ignaris naturæ eius.* Virg. Culice ᵬ. *locum capit, hũc & in orbem deſtinat.* Liv. lib.10.c. *Ex his* CCXXVI. *qui omnium conſenſu deſtinabantur, & infandæ colonorum cædis & defectionis auctores, vinctos Romam deducunt.* Vegetius: *Ad quem caſtrorum poſitio, valli, & foſſa deſtinatio pertinebat.*

Deſtinare: prẽdere, id quod petis. Cæſ.de bell.Gall.lib.4.c. *Nã laqueis falces avertebant quas cùm deſtinauerant, tormentis retrorſus retroducebant.*

Deſtinari. Activè. Moſt.4.2.ᵬ.58. Sic Afr. apud Non. *qui me eſt exercitus.* pro, *exercuit.* Lucr. 4.ᵬ.1239. *penetratum*, pro,*penetrauit.* Var.de r.r.*Scio me eſſe ſpectatũ ſuem.* p.*ſpectaviſſe.*

Deſtituere: collocare. Feſtus in. *Stipatores: Unde & ſtipã, quâ amphora cùm exſtruuntur, firmari ſolẽt: et ſtipites, qui ob eãdem cauſam deſtituantur.* Vbi malè in quibuſdã libb. *conſtituantur*, vel. *deſtiutãtur*. Var. lib.1. de r. ru.c.20.de bubus: *Novellos cùm quis emerit juvẽcos, ſi eorũ colla in furcas deſtitutas incluſerit.* Sic o. vett.lib. teſte

zed by Google

teſte Victor. vulg. *furcas deſtinata*. Næv. Gymnaſt. *In alto navem jubet deſtitui anchoris.* apud Non qui perperã expo-nit pro, *rurſus ſtatui*. Gracch. de legg. promulgatis: *Paulus, inquit, in foro deſtitutus eſt, ve ſtimenta detracta ſunt, virgis caſus eſt*. Tudit. apud Agell. 6. 4. *Idq; ubi Romæ cognitum eſt, nobiliſſimus Pœnorũ captivus liberos Reguli à Senatu deditos, & ab iis in armario muricibus præfixo deſtitutos.* Vbi *defixus* quidam reponere ſunt conati, cõtra fidẽ vett. codd. Liv. lib. 23. c. *Atq; ante pedes deſtitutũ causã dicere juſſit.* Sic o. l. ſed Sigon. leg. putat, *ante pedes ſtatutũ*. Gabr. Faern. in Scholiis ad Phil. Cic. ibi: *qui ne ſorti qui dem fortunas deſtinavit*, putat *deſtitui*: putatq; verbũ *deſtituendi* valere, *deducere rẽ aliquã in peſſimũ ſtatũ*. Agell. li. 21. c. *deſtrictu gladiis diſtinctos deſtituit* Idem lib. 1. c. de Mucio: *Ante tribunal Regis deſtitutus.*

Deſtituere. Obſcænũ eſt interdũ Hoc Cic. ait in Epiſt. quadam lib. 9. Epiſt. 22. ubi & hæc proferuntur ex antiquo Poeta in eũ ſenſum verba: *Ibi me deſtituit nudam.* Hinc in priapeiis Carm 83 ℣. 15. *Ne fande deſtitutor inguinum. Vale Priape.*

Deſubitò. Moſt. 2. 1. ℣. 63. τὸ De auget, vt in *derepente*. Stich. 5. 4. ℣. 39.

Deſudaſcitur: deſudatur. Bacch. 1. 2. ℣. 33.

Deſultura, vel, Inſultura equi. Mil. 2. 3. ℣. 9.

Detegere domum ventus dicitur, cum deiicit tectum. Moſt. 1. 2. ℣. 59. & 1. 3. ℣. 6. μεταφορικῶς dicitur. Rud. 1. 1. ℣. 35. *Deturbare detecto tegulas.*

Detegere corium alicui. Epid. 1. 1. ℣. 63.

Detegere menſam: dicuntur paraſiti. Men. 1. 1. ℣. 2.

Detergere remos. Phraſis in re navali, aut in prælio, aut cõcurſu navium, remos aliorũ aut hoſtiũ frangere. Liv. lib. 28. cap. *Duas triremes ſuppreſſit unius prælata impetu lateris, alterius, remos deterſit.* Idẽ l. 38. c. *Arietibus muros quatiebat, aſſerib⁹ falcatis detergebat pinnas.* Et li. 38 c. *Et primùm ab utroq; latere remos detergunt.* Et l. 37. c. *Et ſi qua concurrerat roſtro cũ hoſtiũ navi, aut proram lacerabat, aut remos detergebat.* Et lib. 37. c. *Implicitũ remis latus alterum deterſit.* Et lib. 38. c.

Detero. deminuo. Plin. li. 9. Epiſt. 35. *Eſt tamen aliquis modus: primùm quòd nimia cura deterit magis quàm emendat.*

Deterior facie. Enn. in Euchimero apud Lactant. li. 7. adv. gentes c. 14. *Ibi Titum, qui facie deterior eſſet, quàm Saturnus, &c.*

Deterrere aliquẽ. aliter perſuadere. Mil. 2. 3. ℣. 61. Tr. 5. 1. ℣. 37.

Deterrere de. Trin. 2. 4. ℣. 159.

Deterruma negotia. Trin. 2. 3 ℣. 2.

Deteſtari: valde teſtari, αὐξητικῶς. Men. 5. 2. ℣. 61.

Deteſtari: auertere, arcere, ac depellere, cum quadam cõteſtatione doloris. Ita & deteſtatio ſcelerum. Cic. Phil. 5. c. *O DI immortales! avertite & deteſtamini quæſo hoc omen.* Idẽ in Piſo-

Piſonem cap. *Omnem memoriam à Rep. deteſtantur.* Et Catil. 1. c. *Nunc ut à me P.C. quandam propè juſtam patriæ quærimoniam deteſter, ac deprecer.* Et pro domo c. *Quo tandem juſtum perturbatione mentis omnium templorum atq; tectorum, totiuſq; Vrbis, pradonẽ fuiſſe cenſetis, cum pro deteſtatione tot ſcelerum unam aram nefariam conſecraret.*

Detexere. Amph. 1. 1. ℣. 137. Pſ. 1. 4. ℣. 7. Ger. Abweben. Textoriæ artis verbum. ὑφαγκέναι τὸν ἱςὸν. gloſſæ: *Detexo*, καθαιρῶ ἱςὸν. Titinius Fullonibus: *Quæ inter annos decem nequiſti togam unam detexere.* Alij *Deponere telam* dixerunt. Vlp. ff. 34. Tit. de auro, argento, mũdo. *Veſtimenti id eſt, quod detextum eſt: deſectũ non eſt, quod in tela eſt: nondum detextum, contextum appellatur. Si quis igitur veſtem legaverit: neque ſtâmen, neq; ſubtegmen legato continebitur.* Virgil. Eclog. 2. *molli detexere iunco.* Vbi Servius; *Detexere*, id eſt, *multum texere, finire, perficere.* Nam *De* modò non minuentis eſt, ſed augentis. Atque inde *Detexta lana* dicitur, cum perfecta eſt, & à textrinis inſtrumentis detrahi poteſt: adeoq; *Detexere* prò auferre uſurpatur. Virg. 10. Æneid. *Detexit Imaona Aleſus*, h. e. *ſpoliat.* Bacch. 2. 3. ℣. 5. dixit *Extexere.* Etiam *Ferire* eſt textorium verbum. Amph. 1. 1. ℣. 158. *Nequiter ferire malam.*

Detrahendi Verbum veteribus, & inprimis Ciceroni uſitatiſſimum: hodie minus notum. Nam eò loco utuntur verbo *Auferre*, depellere, eripere, deminuere, deijcere, tollere. *Detrahere* de pecuniâ, de ſummâ, de amore, aliquid, pondere, de commodis ſuis, de causâ, celeritatem, laudem, honorem alicui: de cælo aliquem ab injuriâ, ab aris, ſollicitudinem, opinionem probitatis, auxilia legiones alteri, calamitatem alteri, nido aves, torquem hoſti, aut ſpolia, de digito annulum, veſtem alteri. Interdum pro *Obtrectare*: ſed hoc tamen Cicero ſæpius utitur: & illo ita, *Detrahere de aliquo*, rariſſimè, *alicui detrahere.* Sine obtrectatione pro, verè, & bonâ fide: non ex compoſito, vel quæſito colore. Vt l. 7. Iulia de adult. hoc adfertur ab Vlpiano: *Ne quis inter reos referat eum, qui tum ſine detrectatione Reip. causâ aberit.* l. 15. ſi maritus. D. ad l. Iul. de adult.

Detrahere: pro extrahere, elicere, evocare. Ut, *detrahere* ex Galliâ, de cælo. Cicero de Provinc. c. *At hi non modò illum inimicum ex Galliâ ſententiis non detrahebant.* Livius lib. 29. cap. *Hannibalem ex Italiâ detracturum.* Ibid. *Quod ad Hannibalem detrahendum ex Italiâ ſe tranſire vulgaverat.*

Detrudere in molas. Pœn. 5. 3. ℣. 52.

Detruncare. Capt. 4. 4. ℣. 7.
Deturbare. cum impetu quodam deiicere & decutere dicitur tempeſtas. Moſt. 1. 2. ℣. 59. Mil. 2. 2. ℣. 6. Merc. 1. 2. ℣. 6. Rud. 1. 1. ℣. 3.
Deuehere. Pœn. 4. 2. ℣. 81.
Devenire: incidere. Aſin. 1. 1. ℣. 92. Epid. 3. 2. ℣. 28. Bacch. 2. 3. ℣. 84. Mil. 4. 3. ℣. 10. Pœn. 3. 3. ℣. 14. Rud. Arg. ℣. 5.
Devellere: eſt decerpere, ἀποτίλλειν. Pœn. 4. 2. ℣. 50.
Devenire: ire. Pſeud. 1. 3. ℣. 51.
Deverti: *deverſorium*, *Devertere*, *deverſari*. Ita veteres loquebantur, non *diverſorium*. Vide Orthograph. Dauſquij.
Deverſores: qui devertunt apud caupones. Rarum vocabulũ. Cicero eo utitur, ſed adoleſcens. lib. 2. vet. Rhetor. cap. *Caupo non multò poſt conclamat, hominem eſſe occiſum, & cum quibuſdam deverſoribus illum, qui ante exierat, conſequetur.*
Devincere: ſuperare. Pſeud. 2. 3. ℣. 12.
Devincire ad. Pſeud. 1. 2. ℣. 66.
Devitare. Rud. 1. 2. ℣. 79.
Devium hoc non erit tibi valde: aut ſanè devium. Cicero lib. Att. Epiſt. 4. *Nos circiter Kall. in Formiano erimus, ſi nos amas, in Pompeianum venito. Id & nobis erit perjucundum, & tibi non ſanè devium.* Ger. Es wird dir nicht weit auß dem Weg ſeyn.
Deûm pax. Pœn. 1. 2. ℣. 43.
Deûm atque hominum me pudet. Trin. 4. 2. ℣. 67.
Deûm virtute: bonitate, clementiaque. Mil. 3. 1. ℣. 81. 84.
Deungere ſe vino. Pſeud. 1. 2. ℣. 88. Sic rectè ibi legitur, tametſi MSſ. *Devincis* habeant. Nam Xyſtilis de vino, vt de oleo loquitur. Vide Animadverſiones noſtras.
Devoluere aliquẽ vitâ ſuâ, Men. 5. 5. ℣. 5.
Devorare. Rud. 2. 6. ℣. 60.
Devorare nomen: balbutiendo muſſitare. Trin. 4. 2. ℣. 63.
Devorare orationẽ auribus. Pœn. 5. 2. ℣. 9. Aſin. 3. 3. ℣. 59. *Devorare dicta*. Vide ſup. *Adbibere ſermonem*.
Devorare aliquem. Aſin. 2. 2. ℣. 71. Pſeud. 4. 7. ℣. 26.
Devorare: nequam verbum. Aſin. 2. 2. ℣. 71. Sic apud Apuleium *Exedere*. 8. Metam. *Et heus, aiunt, cave ne ſolus exedas tam bellum. ſc. pullum.* Apud Lucillium *commanducare* & *cõeſſe*. *Commanducatur totum complexa, comeſtq;.* Similiter forte accipitur *Edere* apud Non. *Quod editis, nihil eſt, ſi vultis quod cacetis, copia eſt.* Pompon. Proſtibulo. *Ego quæro quod edim: has quærere quod cacent, contra ius eſt.* Item *Vorare* apud Catul. *Neſcio quid certè eſt: an verè fama ſuſurrat.*

Grandia te medij tenta vorare viri.

Et: *Non ſi demiſſo ſeipſo vores capite.*

Nam dextra pater inquinatiore.

Culo filius eſt voraciore.

Deuortere in. Pſeud. 4. 2. ℣. 6.

Devorti: commorari alicubi ad tempus. Pſeud. 2. 2. ℣. 63.

Deuorti in hoſpitium. Trin. 3. 2. ℣. 47.

Deuotare: exſecrari. Caſin. 2. 6. ℣. 36. Cicero Paradox. 1. cap. 3. *Qua patrem Decium, qua filium deuotavit.* Accius Decio: *Patrio exemplo me dicabo. atq; animam deuotabo hoſtibus.* Vide Philoſ. Plaut. Tit. *Nuptiarum.*

Devovere, & devotus. Corn. Nepos in Alcibiad. *Poſtquam autem ſe capitis damnatum bonis publicatis audivit, & id, quod uſu venerat, Emolpidas & Ceryces à populo coactos, ut ſe deuouerent: cuiuſq; devotionis, quo teſtatior eſſet memoria, exemplum in pilâ lapideâ inciſum, eſſe poſitum in publico.*

Deus à divo differt. Tertull. lib. de Animâ: *Quia pleroſq; Auctores etiam DEOS exiſtimavit Antiquitas, nedum Divos, ut Mercurium Aegyptium.*

Deus pro principe, & inſigni in aliquâ arte, vel re. Vt: Eſt Deus in arte dicendi. Vide infr. *Divinitas.* Terent. Adelph. 4. 1. ℣. 19. *Laudarier te audit libenter. Facio te apud illum deum.* Cicero lib. 1. De Orat. cap. 23. *Equidem te cùm in dicẽdo ſemper putavi Deum, tum verò tibi numquam eloquentiæ maiorem tribui laudem, quam humanitatis.* Et lib. 2. c. 42. *Qui ordo tibi placet, inquit, Catulus, & quæ diſpoſitio argumentorum, in quâ tu ſemper mihi DEVS videri ſoles. Vide, quàm ſim in iſto genere, inquit, Catule, Deus.* Et lib. 4. Attic. Epiſt. 15. *Sed feci idem, quod in politiâ Deus ille noſter Plato.*

Deus interdum pro auctore: ut & Parens. Cicero pro Sextio cap. *Cuius ego patrem Deum ac parentem ſtatuo fortunæ & nominis mei.* Et poſt red. ad Quir. cap. Et lib. 3. de Orat. c. *Quem DEVM inter homines putant.*

Deus in Femin. gen. de Venere. Pœn. 2. 1. ℣. 10. & 5. 3. ℣. 15. Et Virgil. lib. 2. Æneid. *ducente Deo.* h. e. Venere. Caluus Poeta; *Pollentemq; Deum Venerem.* Vide plura in Notis Ioſeph. Scaligeri ad Feſtum pag. CLI.

Deus ſum. Curc. 1. 3. ℣. 11. Proverbialiter dictum. Terent. Hec. 5. 4. ℣. 3. *Deus ſum, ſi hoc ita eſt.* Propert. 2. 14. *Immortalis ero, ſi altera talis erit.* Epigr. Græcum. Εὐδαίμων ὁ βλέπων σε, τρισόλβιος ὅστις ἀκούει, Ἡμίθεος δ' ὁ φιλῶν, ἀθάνατος δ' ὁ συνών.

Deus loquendi. Ciſt. 1. 3. ℣. 2.

Deus tranquillus. Capt. 4. 2. ℣. 85.

Dextella: qui dextrâ manu utitur. Cicero lib. 14. Attic. Epiſt. 20. *Qui filius, ut ſcribis, Antonij eſt dextella. Per eum igitur, quod volemus facile auferemus.* hoc eſt: Ille erit nobis fidus amicus, per quem facile omnia impetrabimus. Sic *Scæva* dicitur de homine, qui ſiniſtrâ manu utitur. Vide infr. litt. S. *Scæva.*

Dextrovorſum, Rud. 1. 2. ℣. 87. & 2. 3. ℣. 38. Curc. 1. 1. ℣. 70.

DIJ pro, diei. Merc. Prol. ℣. 4.

Diabolus, Διάβολος: de homine vere improbo. Aſin. *Diabolus adoleſcens nihili, & nulli bonæ rei*. Vide Ariſtarch. D. Heinſij cap. 7. pag. 778.

DI deæque dent vobis multa bona! Pœn. 3. 3. ℣. 53. 73.

DI duint! Trin. 2. 4. ℣. 35.

DI deæque omnes te ament! Pœn. 4. 2. ℣. 37.

DI faciant! Aul. 2. 3. ℣. 79. & 3. 6. ℣. 9. & 4. 10. ℣. 59.

DI me ſaluum ſeruatumq; volũt. Trin. 4. 3. ℣. 69.

DI melius faciant! Formula aliquid deprecandi: quæ interdum conciſè effertur, *DI melius* vel, DIJ *meliora*. Græcè εὐφήμει. Pſeud. 1. 3. ℣. 80. Ovid. lib. 7. Met. ℣. *DI meliora velint!* Tibull. *DI meliora ferant!* Pacuvius Chryſe: *DI moverint meliora!* Idem: *Dicamus bona verba! venit natalis ad aras*. Cicero Philipp. 8 cap. *Quid nos? numquid talia habemus? DI meliora!* Et Cat. Maj. cap. *Bene Sophocles, cùm ex eo quidam iam ætate cõfecto quæreret, uteretur ne rebus Venereis: DI meliora!* inquit. Qui locus à Platone (lib. 1. de Republ. pag. 329 C.) totus eſt translat. Liv. *Si ſpopõdiſſemus vrbem hanc relicturum Pop. Rom. DI meliora, inquis*: Et alibi: *Bacch. initiari velle idubi mulier audivit, perturbata, DI meliora! inquit*. Terent. imminutè: *Bona verba quæſo*. Sic in rebus divinis aliud erat *Favere linguis* quàm εὐφημεῖν. Ovidius:

> Evinctus vittâ crines albente ſacerdos,
> En DEUS eſt, DEUS eſt.
> Animis, linguiſq; favete!

Euripides in Iphigen. τὰς δ' ἐν μέσῳ ταλθύβιος, ὃ τόδ' ἦν μέλον εὐφημίαν ἀνεῖπε, καὶ σιγὴν στρατῷ.

DIJ *magni, minuti, patellarij*. Ciſt. 2. 1. ℣. 45. Truc. 4. 1. ℣. 3.

DI dent tibi quæ velis! Pœn. 5. 2. ℣. 95. Trin. 5. 2. ℣. 18. Epid. 1. 1. ℣. 4. Stich. 3. 2. ℣. 15.

DI dent tibi multa bona. Pœn. 1. 1. ℣. 80. (1. 1. ℣. 32.

Dij dent tibi quæcunq; optes. Aſin.

DI veſtram fidem, mare, cœlum, terra. Pœn. 4. 2. ℣. 78. & 5. 1. ℣. 20. Trin. 2. 4. ℣. 190. & 4. 3. ℣. 63. Truc. 1. 1. ℣. 8.

DI te ſervaſſint mihi! Trin. 2. 2. ℣. 103.

DI perdant! Trin. 4. 2. ℣. 78.

DI te perduint! Pſeud. 4. 7. ℣. 129. Pœn. 3. 2 ℣. 9. 33. & 4. 2. ℣. 41. Trin. 2. 3. ℣. 10. & 4. 2. ℣. 150. 155. Mil. 4. 3. ℣. 10. Vide etiam Gutherium lib. 4. cap. 14. de iure Pontif. & in primis Hercul. Ciofan. ad Ovidium Metam. lib. 8. pag. 94.

DI *bene vortant!* Formula bonum omen comprecantis. Aul. 2. 3. ℣. 79. Pleu. 2. 2. ℣. 51. Trin. 2. 4. ℣. 102. 172. 175. Terent. Adelph. 4 7. ℣. 10.

DIs volentibus. Ex formula. Additur tamen præpoſitio *cum*. Mil. 4. 8. ℣. 41. Perſ. 3. 1. ℣. 4.

DIJ *irati* qui, vide *Proverbia* in Man-

Deuortere in. Pſeud.4.2.℣.6.

Devorti: commorari alicubi ad tempus. Pſeud.2.2.℣.63.

Deuorti in hoſpitium. Trin.3.2. ℣.47.

Deuotare: exſecrari. Caſin.2.6.℣. 36. Cicero Paradox.1. cap.3. *Quæ patrem Decium, quæ filium deuotavit.* Accius Decio: *Patrio exemplo me dicabo, atq; animam deuotabo hoſtibus.* Vide Philoſ. Plaut. Tit. *Nuptiarum.*

Devovere, & *devotus*. Corn. Nepos in Alcibiad. *Poſtquam autem ſe capitis damnatum bonis publicatis audivit, & id, quod uſu venerat, Emolpidas & Cerycas à populo coactos, ut ſe deuouerent: cuiuſq; devotionis, quo teſtatior eſſet memoria, exemplum in pilâ lapideâ inciſum, eſſe poſitum in publico.*

Deus à *Divo* differt. Tertull. lib. de Animâ: *Quia pleroſq; Auctores etiam DEOS exiſtimavit Antiquitas, nedum Divos, ut Mercurium Aegyptium.*

Deus pro principe, & inſigni in aliquâ arte, vel re. Vt: Eſt Deus in arte dicendi. Vide infr. *Divinitas.* Terent. Adelph. 4.1. ℣.19. *Laudarier te audit libenter. Facio te apud illum Deum.* Cicero lib.1. De Orat. cap.23. *Equidem te cùm in dicēdo ſemper putavi Deum, tum verò tibi numquam eloquentiæ maiorem tribui laudem, quam humanitatis.* Et lib.2. c.42. *Qui ordo tibi placet, inquit, Catulus, & quæ diſpoſitio argumentorum, in quâ tu ſemper mihi DEVS videri ſoles. Vide, quàm ſim in iſto genere, inquit, Catule, Deus.* Et lib.4. Attic. Epiſt.15. *Sed feci idem, quod in politiâ Deus ille noſter Plato.*

Deus interdum pro auctore: ut & *Parens.* Cicero pro Sextio cap. *Cuius ego patrem Deum ac parentem ſtatuo fortunæ & nominis mei.* Et poſt red. ad Quir. cap. Et lib.3. de Orat. c. *Quem DEVM inter homines putant.*

Deus in Femin. gen. de Venere. Pœn.2.1.℣.10. & 5.3.℣.15. Et Virgil. lib. 2. Æneid. *ducente Deo.* h.e. Venere. Caluus Poeta; *Pollentemq; Deum Venerem.* Vide plura in Notis Ioſeph. Scaligeri ad Feſtum pag. CLI.

Deus ſum. Curc. 1. 3. ℣.11. Proverbialiter dictum. Terent. Hec. 5.4.℣.3. *Deus ſum, ſi hoc ita eſt.* Propert.2.14. *Immortalis ero, ſi altera talis erit.* Epigr. Græcum. Εὐδαίμων ὁ βλέπων σε, τρισόλβιος ὅστις ἀκούει, Ἡμίθεος δ' ὁ φιλῶν, ἀθάνατος δ' ὁ συνών.

Deus loquendi. Ciſt.1.3.℣.2.

Deus tranquillus. Capt.4.2.℣.85.

Dextella: qui dextrâ manu utitur. Cicero lib.14. Attic. Epiſt. 20. *Qui filius, ut ſcribis, Antonij eſt dextella. Per eum igitur, quod volemus facile auferemus.* hoc eſt: Ille erit nobis fidus amicus, per quem facile omnia impetrabimus. Sic *Scæva* dicitur de homine, qui ſiniſtrâ manu utitur. Vide infr. litt. S. *Scæva.*

DEX-

Dextrovorſum, Rud.1,2.ỷ.87.& 2.3.ỷ.38. Curc.1.1.ỷ.70.
Dij pro, diei. Merc. *Prol*.ỷ.4.
Djabolus, Διάβολος: de homine verè improbo. Aſin. *Diabolus adoleſcens nihili, & nulli bona rei*. Vide Ariſtarch. D. Heinſij cap.7.pag.778.
DI deaque dent vobis multa bona! Pœn.3.3.ỷ.53.73.
DI duint! Trin.2.4.ỷ.35.
DI deaque omnes te ament! Pœn. 4.2.ỷ.37.
DI faciant! Aul.2.3.ỷ.79.& 3.6.ỷ.9.& 4.10.ỷ.59.
DI me ſaluum ſeruatumq; volūt. Trin.4.3.ỷ.69.
DI melius faciant! Formula aliquid deprecandi: quæ interdum conciſè effertur, *DI melius*, vel, *Dij meliora*. Græcè 'εὐφήμει. Pſeud.1.3.ỷ.80. Ovid.lib.7.Met.ỷ. *DI meliora velint!* Tibull. *DI meliora ferant!* Pacuvius Chryſe: *DI moverint meliora!* Idem: *Dicamus bona verba! venit natalis ad aras.* Cicero Philipp. 8 cap. *Quid nos? numquid talia habemus? DI meliora!* Et Cat. Maj. cap. *Bene Sophocles, cùm ex eo quidam iam ætate cō fecto quæreret, uteretur ne rebus Venereis: DI meliora! inquit.* Qui locus à Platone (lib.1. de Republ, pag.329.C.) totus eſt translat. Liv. *Si ſpopōdiſſemus urbem hanc relicturum Pop. Rom. DI meliora, inquis*: Et alibi: *Bacch. initiari velle idubi mulier audivit, perturbata, DI meliora! inquit.* Terent. imminutè: *Bona verba quæſo.* Sic in rebus divinis aliud erat *Favere linguis* quàm 'εὐφημεῖν. Ovidius:

> Evinctus vittâ crines albente ſacerdos,
> En DEUS eſt, DEUS eſt.
> Animis, linguiſq; favete!

Euripides in Iphigen. σὰς δ' ἐν μέσῳ ταλθύβιος, ὃς τόδ' ἦν μέλον εὐφημίαν ἀνεῖπε, καὶ σιγὴν στρατῷ.
Dij magni, minuti, patellarij. Ciſt. 2.1.ỷ.45. Truc.4.1.ỷ.3.
DI dent tibi quæ velis! Pœn.5.2. ỷ.95. Trin.5.2.ỷ.28. Epid.1.1. ỷ.4. Stich.3.2.ỷ.15.
DI dent tibi multa bona. Pœn.1.1. ỷ.80. (1.1.ỷ.32.
Dij dent tibi quæcunq; optes. Aſin.
DI veſtram fidem, mare, cœlum, terra. Pœn.4.2.ỷ.78.& 5.1.ỷ. 20. Trin.2.4.ỷ.190.& 4.3.ỷ. 63. Truc.1.1.ỷ.8.
DI te ſervaſſint mihi! Trin.2.2. ỷ.103.
DI perdant! Trin.4.2.ỷ.78.
DI te perduint! Pſeud. 4.7. ỷ. 129. Pœn.3.2 ỷ.9.33.& 4.2.ỷ. 41. Trin.2.3.ỷ.10.& 4.2.ỷ. 150.155. Mil.4.3.ỷ.10. Vide etiam Gutherium lib.4. cap. 14. de iure Pontif. & in primis Hercul. Ciofan. ad Ovidium Metam. lib.8. pag.94.
DI bene vortant! Formula bonum omen comprecantis. Aul.2.3.ỷ.79. Pſeu.2.2.ỷ.51. Trin. 2.4. ỷ. 102. 172. 175. Terent. Adelph.4 7.ỷ.10.
DIs volentibus. Ex formula. Additur tamen præpoſitio *cum*. Mil.4.8.ỷ.41. Perſ.3.1.ỷ.4.
Dij irati qui, vide *Proverbia in* Man-

Mantiſſa,& Philoſ. Plaut. Tit. *Deorum*. Amph.1.1.ẏ.236. Mil. 2.3.ẏ.43.

Dij cœlipotentes. Perſ.5.1.ẏ.3.

Dij damnoſi: qui damnū inferūt. Bacch.1.2.ẏ.9.

Dij immortales! Exclamatio admirantis & imprecantis. Epid. 1.1.ẏ.11.54.& 2.2.ẏ.12.& 3.2.ẏ.5.& 5.1.ẏ.21. Pœn.4.2.ẏ.101. Truc.4.4.ẏ.14.

Dij immortales omnipotētes. Pœn. 1.2.ẏ,63.

Dij minores. Caſ.2.5.ẏ.27.

Dii minuti. caſ.2.5.ẏ.24.

Dij propitij. Bacch.3.3.v.48.

Dij ſuperi, inferi, medioxumi. Ciſt. 2.1.ẏ.35.

Dij undecim; *Dij duodecim*. Epid. 5.1.ẏ.4.& 5.2.ẏ.10. Vide Philoſoph. Plaut. Tit. *Deorum*.

DIs dignum eſt. Trin.4.1.ẏ.12.

Dij quomodo dicantur nos amare, vide *Amare*.

Dij me ſervatum velint. Germ. Behüte mich Gott. Men.5.9.ẏ.61.

Dij te ament! Formula ſalutandi, & gratias agendi. Men.2.2.ẏ.6. Pœn.3.5.ẏ.6. Moſt.1.4.ẏ.27.& 3.2.ẏ.28.122.& 5.2.ẏ.9. Pſeud.5.2.ẏ.5. Rud.5.2.ẏ.16.

Diis iratis & inimicis natus. Dicebatur de homine invenuſto & miſero, cui nihil bene ſuccedit. Moſt.3.1.ẏ.32. Mil. 2.3.ẏ.43. Perſius: *DIs iratis Genioq; ſiniſtro*.

Horat.lib.2.Sat.3.ẏ.8. *Iratis natus paries DIs atque Poetis*.

DIs iratiſſimus. Pœn.1.1.ẏ.4.

DIsfretus: *Deos ſperare*; *in Deos confidere*. Caſ.2.5.ẏ.37.

Diabathrarius: qui facit & divendit diabathras. Aul.3.5.ẏ.39. Feſtus: *Diabathra genus ſolearum Græcanicarum*.

Diadema. Interdum de muliebri genere: ut, *glaucoma*. Pomponius in Satirâ: *Cuius vis leporis liber diademam dedit*. apud Priſcian.lib.6.col.679. Vide & *Schema*.

Diæta, & *Diætula*. Plin.li.6.Epiſt. 6. *Contra mediam ferè porticum diætâ paulùm recedit: cingit areolam* &c. *Eſt in hac diætâ dormitorium cubiculum, & juncta ei cottidiana amicorumque cenatio: nec procul à balineo ſcala, quæ in cryptoporticum ferunt prius ad diætas tres*. Et mox: *Hinc oritur diæta, quæ villæ hippodromum adnectit*. Ibid. *Hac adeuntur diætæ duæ, quarum in alterâ cubicula quatuor, in alterâ tria, ut circuit Sol, aut Sole utuntur, aut umbrâ*. Ab eo

Diætarchus domûs: Curator diætarum, vel, inter curatores eos primus. Vide D. Gothofredi JC. notas ad l.43.§.1.D. de legat.1.

Diana Epheſia. Mil.2.5.ẏ.1. Bacc. 2.3.ẏ.73.

Diapontius tranſmarinus. Moſt. 2.2.ẏ.66.

Dic mihi: *Dic verum*. Idiotiſmus interrogantis, & ſæpius cum ſtomacho. Aſin.1.1.ẏ.14. Pſeud.1.3.ẏ.105. Terent. Andr.4.1.ẏ.44. Vbi Donatus: *Dic mihi, iniurioſum eſt*.

Mar-

Martial.lib.8.Epigr.75.Virg. Eclog.3.✠.1. Propert.lib.2. Eleg.32.✠.55.& lib.3.Eleg.6. ✠.1.& lib.4.Eleg.3.✠.23.

Dicam ſcribere; litem intendere à δίκη. Aul.4.10 ✠.30.Pœn.3.6. ✠.5. Ter.Phorm. *Sexcentas iam mihi potius ſcribito dicas.* Eſt autem Dica, δίκη, cauſa, actio iuris.

Dicacula amatrix. Aſinar.3.1. ✠.8.

Dicare: addicere, promittere. Bacch.4.9.✠.72.

Dicare operam alicui. Pſeud.1.5. ✠.147.

Dicax: male loquens, dicens. Curc.4.2.✠.26. Truc.3.2.✠.51.

Dic dum. Truc.5.1.✠.51.

Dicebam. Sic vulgò increpamus eos, quibus contigit id, quod monuimus, ut caverent. Aſin. 5.2.✠.89. *Dicebam, pater, tibi, ne matri conſuleres malè.* Ovid. lib.1.Amor.Eleg.14. *Dicebam, deſiſte tuos medicare capillos.* Auſon.Epigr.13. *Dicebam tibi, Galla, ſeneſcimus, effugit ætas.* Statius lib.4. Silv. in viâ Domitiani: *Dicebam, venient.* Seneca in morte Claudij: *Dicebam vobis, non ſemper Saturnalia erunt.* Propert.lib.1.Eleg.9. *Dicebam tibi venturos irriſor amores.*

Dice dum. Rud.4.4.✠.112.

Dice, δ᾽ρχαῖνως. Curcul.1.2.✠. 43.Rud.1.2.✠.36. Merc.1.2. ✠.47.Pœn.5.4.✠.60. Bacch. 4.4.✠.65. Capt.2.2.✠.109.

Dicere aliquid, nihil. Vide infr. *Nihil dicere.*

Dicere doti, ſacramento. Vide Lexic. Iuris. Livius lib. 41. cap. *Dilectus omiſſus exauctorati, qui ſacramento dixerant.* Cicero pro Flacco cap. *Doti, inquit Valeria, omnem pecuniam dixerat.*

Dicere conditiones pacis. Iuriſconſulti, *Dicere leges.* Livius lib. 29. cap. P. *Sempronius conditiones pacis dixit.*

Dicere verſus, carmen, dicunt Poetæ. *Dicere aliquid verſibus*, dicit & Cicero.lib.1.de Orat.cap. *Etenim ſi conſtat inter doctos, hominem ignarum Aſtrologiæ ornatiſſimis atque optimis verſibus Aratum de cœlo ſtelliſq; dixiſſe.* Virgil. Eclog.5.✠.1.

> *Cur non Mopſe (boni quoniam convenimus ambo.)*
> *Tu calamos inflare leues, ego dicere verſus.*

Quid enim Dicam? Dicam enim. Quid vis dicam? Ut, *Quid quæris?* de quo infra. Cicero lib.10.Epiſt.13. *Itaque habet hæc quoque quæ naſcuntur ex indulgentiâ. Sed ea ſunt tolerabilia, Quid enim dicam? hac juventute.* Et lib.1. de Nat. Deor. cap. extremo: *Deinde ſi maximè talis eſt Deus, ut nulla gratia, nullâ hominum charitate teneatur, valeat. Quid enim dicam? propitius ſit. Eſſe enim propitius nemini.* Et lib.2. de Orat. cap. *Dicam enim tibi, Catule, non tam doctus, quàm expertus.*

Dicere ius. Bacch.5.3.✠.43.

Di-

Dicere: pro, *addicere*. Aulul.2.4. ℣.14.

Dicere iniuſtè alicui. Pſeud.2.2. ℣.18.Stich.2.3.℣.19. Bacch.3. 3.℣.59. *Dicere iniuſtè in aliquem*.

Dicere malè & improbè. Truc.2. 7.℣.50.

Dicere contumeliam. Curc. 4.1. ℣.17.

Dicere pro *arbitrari*, *exiſtmare*. Epid.1.1.℣.24. Bacchid.1.1. ℣.7.

Dicere diem iuris. Menæch.4.2. ℣.16.

Dicere: commemorare. Mil.1.1. ℣.11.

Dicere cauſam: forenſis formula. Men.4.2.℣.24.

Dicere diem. Aſin.5.1.℣.11.Capt. 3.1.℣.34. *Dicere ius*.Men.4.2. ℣.16.

Dicere alicui: idem eſt, quod *dicere in aliquem*.h.e.cõvitiari. Bacch.3.3.℣ 31.& 4.4.℣.47.

Dicere in aliquem. Curc.4.1.℣. 18.Trin.1.2.℣.66. Sic *loqui in aliquem*. Moſt.1.3.℣.82. Catullus.

> *In te, ſi in quemquam dici pote, putide Vecti,*
> *Id quod verboſis dicitur, & fatuis*. Vide Int.I. *In*.

Dicere: pro, *imprecari*. Capt.3.5. ℣.86.

Dicere: pro, *oſtendere*. Epid.5.2.℣. 47. *Ipſa res dicet tibi*.

Dicere planius. Ciſt.1.3.℣.5.

Dicis cauſâ: Phraſis elegans: antea fere hactenus depravata, & vulgò ignota. Nunc autem Iuriſconſultis, & alijs doctiſſimis reſtituta, & bene explicatata, à Budæo nempe. Antonio Auguſtino, Cujacio,&aliis. Valet proprie idem ferè, quod Barbari *Pro forma* dicunt. Hinc factum, ut & idem valere cæperit, q. *ſimulatè, perfunctoriè, ad ſpeciem*. Græci id ὁσίας, & ἀφοσιώσεως χάριν dicunt. Vt Modeſtinus l.2. D.Qui pet. tut. & l. 13. §. ἀκολ. de Excuſ. καὶ ἔτι δὲ καὶ τοῦ ὁσίας ἕνεκα ποιεῖται. Quod Ioach.Camerar. in Oratione Ciceronis pro Muræna cap. non rectè vertit, *religionis causâ*. Et Dio lib. 37. Varro *dicis* à *dico* deducit lib.5. LL. Et eſt *dicis* genetivus, ſine aliis caſibus, ut *ſponte*. Livio *moris cauſa* ferè idem valer. *Dicis* enim quid ſit apud Varronem, nemodum explicavit. Livius lib. 34. *Nocte pars tertia civium in muris excubabat: neque moris tantùm, aut legis cauſâ, ſed quanta ſi hoſtis ad partes eſſet obſervabant vigilias, & circumibant cura*. Cic.li.1.Attic. Epiſt.15: *Metellus eſt Conſul egregius, & nos amat, ſed imminuit auctoritatem ſuam, quod habet dicis cauſa provulgatum illud*. Plinius lib.18. cap.2. *Et ſunt condita auguria, qui loquenti cogitantive id acciderit inter execratiſſima ſi Pontifici accidat dicis cauſa epulanti*. Arnobius lib. 4. adverſ. gentes, in prooemio: *An ita (ut aſſolet) dicis causâ ex eo, quod optamus, & volumus, bona iſta nobis contin-*

Digitized by Google

tingere, ſuperiorum retuleritis in cenſum. Vulgò malè edi ſolet: *An ita, vt aſſolet dici cauſa.* Cornel. Nepos in vitâ Attici: *Neque multò poſt ſuperior eſſe capit Antonius: ita ut Brutus & Caſſius provinciarum, quæ his dicis causâ data à Cõſule, deſperatis rebus in exilium proficiſcerentur.* Ita Iacobus Cuiacius emendavit, licet in vet. lib. ſit, *necis causâ.* Cicero pro Muræna cap. *Sed anne tu dicis cauſa vindicaveris?* Et Accuſ. Verr. 4. cap. *Verrem Artagatho imperat, ut aliquid illis, quorum argentum fuerat, nummorum dicis causâ daret.* Caius l. 4. D. non modo. *Sæpe etiam ad hoc commodantur pecuniæ, ut dicis gratiâ munerationis loco intercedant.* Vide etiam P. Victorij Var. lect. lib. 8. cap. 24. Et Andreæ Schotti Obſervat. Philoſoph. libr. 5. cap. 33. Itemque Petri Pythœi Adverſar. Parte II. cap. 8.

Dicta dulcia dare: amara. Truc. 1. 2. ỽ. 77.

Dicta blanda. Epid. 5. 1. ỽ. 2.

Dicta incommoda. Caſina. 2. 1. ỽ. 10.

Dicta delirantia. Amph. 2. 1. ỽ. 38.

Dicta: pro, *factis,* more Hebræorum. Caſ. 5. 4. ỽ. 17. Homerus ἔπος pro re & facto. Inde à Græco ῥῆσις manavit *reſes*, & hinc *res.*

Dicta antiquiores, etiam Cicero, quæ vulgò hodie *Dicteria.* Sed nomen ſæpe depravatum Lucillius apud Agellium: *Conijcero in verſus dictum præconis volebam.* Cicero Epiſt. ad Nepot. *Itaque noſtis cùm omnia, quæ dixiſſemus, dicta eſſent, quæ facetè & breviter & acutè locuti eſſemus, ea proprio nomine appellari Dicta voluerunt.* Ita rectè ex vet. lib. Carrio. ut & iſta apud Macrobium lib. 2. Sat. cap. 2. *Iocus in oratione non exſtat; mihi ex libro Furij Bibaculi notus eſt, & inter alia eius dicta celebratur.* Et mox: *Iocos enim veteres noſtri Dicta appellabant.* Livius lib. 7. cap. *In dictis non minus libertatis, quam ſuæ dignitatis, memor.*

Dicta docta, hoc eſt, lepida, vrbana. Aſin. 3. 1. ỽ. 22. Trin. 2. 2. ỽ. 99.

Ennius:

Haud doctis dictis certantes, ſed maledictu.

Dicta condocta. Pœn. 3. 2. ỽ. 3.

Dicta malat maledicta. Bacch. 4. 3. ỽ. 19.

Dicta: pro maledictis. Aſin. 2. 4. ỽ. 77. Merc. 5. 4. ỽ. 17. Pſeud. 1. 3. ỽ. 124. 134. Ter. Eun. Prol. *Reſponſum non dictum eſſe.* Ibi Eograph.

Dicta: pro argumentis. Moſt. 1. 2. ỽ. 15. & 1. 3. ỽ. 41. Vide Lex. Lucret.

Dicta melina. Capt. 3. 1. ỽ. 22.

Dictator. Pſeud. 1. 5. ỽ. 2. Trin. 3. 2. ỽ. 69. Idem vocatur *caput* alicuius rei. Aſin. 3. 3. ỽ. 139.

Dictare eſt computare, ratiocinari. Amph. 2.2.℣.38.

Dictatur male: maledicitur. Trin 1.2.℣.62.

Dictio interdum pro oraculo: ut eſt Græcis λόγιον. Herod. Melpom. *ταύτην γὰρ τὴν νῆσον λακεδαιμονίοισι βασιλόγιον εἶναι κτίσαι.* Et in Vrania: λο. γιόνιον. *Dictionem dare*, aut *petere* dicebant veteres ſæpe pro, *oraculum petere*, aut *dare*. Ita Livius ſæpe. Ita *fata* etiam uſurpant. Cicero in lib. 1. ad Herenn. cap. 26. ex veteri Poëta: *Apertè fatur dictio, ſi intelligas.* Quem locum Dion. Lambin. ita corcupit: *fatur Pythius.* Alij pro *aperte*, putant legendum *Aperta.* hoc eſt, Apollinis. fortaſſis an verè. Livius lib. 8. cap. *Eodem anno Alexandriam in Aegypto proditum conditam, Alexandrumque Epiri Regem ab exule Lucano interfectum ſortes Dodonai Iovis eventu affirmaſſe. Ac citò ab Tarentinis in Italiâ data dictio erat, caveret Acheruſiam aquam.*

Dictitare: ut & *Lectitare*, *Scriptitare*, *Cogitare*, Munitare. Plautus Trucul. 2.5.℣.4. Cicero lib. 2. de Orat. cap. *Atqui ne hunc quidem quamquam eſt in Republ. verſatus ex numero accepimus eorum, qui cauſas dictitarunt.* Et in proemio priore in Verr. ait: *Qui ita dictitat iis eſſe metuendum, qui quod ipſis ſolis ſatis eſſet, ſurripuiſſet*: *Et, ut hoc pallam dictitet non ſine causâ ſe cupidum pecuniæ fuiſſe.*

Dictis parere, ſervire, audientem eſſe. Perſ. 5.2.℣.13.32.35.

Dicto obediens, audiens. Perſ. 3.1. ℣.50.71. Bacch. 3.3.℣.35. Amph. 3.4.℣.6. Men. 2.3.℣. 89. Aſin. 3.1.℣.40. Trin. 4.3. ℣.55. Livius lib. 5. cap. *Nec plebs, inquit, nobis dicto audiens atq; obediens ſit.* Et lib. 1. c. *Interim Serv. Tull. jubere populũ dicto audientẽ eſſe eum jura redditurum eſſe, obiturumque alia Regis munia.* Cicero Philipp. 7. cap. *Scilicet legatos ad eum miſimus, non ut pareret & dicto audiens eſſet huic ordini, ſed ut conditiones ferret.* Livius lib. 41. cap. *Quod cùm milites Conſulis imperio dicto audientes futuros ſeſe diceerent.* Et lib. 4. cap. *Placere Conſules Senatui dicto audientes eſſe.* Et lib. 37. cap. *Religio ad poſtremum vicit, & dicto audiens eſſe Flamen Pontifici juſſus.*

Dicto facto lædere. Capt. 2.2.℣.53.

Dictum negare; Denegare. Pœn. 5.3.℣.31.

Dictum; proverbium. Merc. 5.3. ℣.1.

Dictum, pro *juſſu*, vel mandato. Bacch. 3.3.℣ 35. *Dicere* enim idem eſt quod *jubere*. Et *dicta ducum* in re militari. pro *juſſis*. Sic Varro *Dictatorem* ait, cui omnes dicto ſint audientes.

Dictum, pro *verbo ſalſo & faceto.* Capt. 3.1.℣.22. *Dico unum ridiculum dictum.*

Lucan.

Digitized by Google

Lucan. in Paneg.
—*patiuntur dicta iocorum.*
Varro vocat *dicteria*. Martial. lib. 1. Epigr. 5.
conſuevere iocos veſtri quoque ferre triumphi.
Materiem dictis nec pudet eſſe ducem.

Dictum: pro vaticinio & oraculo Apollinis. Men. 5. 2. ℣. 118. Pacuvius *Flexanon ſalla, autumare dictio Delphis ſolet.*

Didici; audivi. Pœn. Prol. ℣. 122.

Die: pro diei. Amph. 1. 1. ℣. 119. Agell. lib. 9. c. 14. Pſeud. 4. 7. ℣. 59. *Diei multum.*

Dij, pro, *diei*. Merc. Prol. ℣. 4. Ita enim Servius Fuldanus ad illum locum Virg. 1. Æneid. *Munera lætitiaque Dij*, ut *famis fami*. Sic *fide*, pro, *fidei* Pœn. 4. 2. ℣. 68.

Die ſeptimi, ἀρχαϊκῶς. Vide Agel. lib. 10. c. 24. Perſ. 2. 3. ℣. 8.

Die oculata emere. Pſeud. 1. 3. ℣. 66.

Die craſtini. ἀρχαϊκῶς. Moſt. 4. 1. ℣. 25. Vide Agell. lib. 10. c. 24.

Die cœcâ emere; eſt, pecuniâ non numerata emere, vt *Oculatâ die emere*, præſenti pecuniâ emere. Pſeud. 1. 3. ℣. 66.

Diebus paucis, multis. h. e. paucis poſt diebus. Cicero Philipp. 3. cap. *Nam paucis diebus, & in domum, & in hortos immigrabat.* Et pro Cluentio cap. *Et poſteaquam ad vrbem cum febri venerit paucis diebus eſſe mortuus.* Terent. Andr. 1. 1. ℣. 78. *Fere in diebus paucis, quibus hac acta ſunt, Chryſis vicina hac.*

Diebus LX. h. e. intra tot dies. Cicero pro Archia cap. adferens verba legis iſta: *SI LX. diebus eſſent profeſſi.*

Diecula: pro, mora. Pſeudol. 1. 5. ℣. 88.

Diem dicere. Capt. 3. 1. ℣. 34.

Diem conficere. Trin. 3. 3. ℣. 78.

Diem conſtituere coram nuptiis. Trin. 2. 4. ℣. 179.

Diem ſumere: conſumere. Pſeud. 5. 1. ℣. 36.

Diem corrumpere. Men. 4. 2. ℣. 31. Aſin. 2. 2. ℣. 25. *lacerare diem.*

Diem conterere. Caſ. 3. 3. ℣. 4.

Diem excruciare. Stich. 3. 1. ℣. 32. Vide ibi Notas noſtras.

Diem fungi: pro, mori. *Diem obire*, eſt Latinius. Iuſtinus lib. 19. cap. *Mago Carthaginienſium Imperator cùm primus omnium ordinatâ diſciplinâ militari Imperium Pœnorum condidiſſet, vireſque civitatis non minus bellandi arte, quàm virtute firmaſſet, diem fungitur, relictis duobus filiis.* Ita v. cod. vulg. *defungitur.*

Diem ſuum obire. Pœnul. 5. 2. ℣. 110. & 4. 2. ℣. 82. Ciſt. 2. 3. ℣. 69.

Diem ſermone terere. Trin. 3. 3. ℣. 67.

Dierectus: ad diem erectus. Moſt. 3. 2. ℣. 159. Rectius, *Sub dio erectus*. h. e. in crucem actus, ut Nonius interpretatur. Trin. 2. 4. ℣. 56. Et Feſtus κατ' ἀντίφρασιν vocat diem malum *directum*. quaſi minimè rectũ. Item *Dierectum abire* eſt in malam rẽ abire. Vide Scheggij Præmeſſa Epiſt. 13.

Dierectè: rectà. Bacch. 4. 1. ℣. 7. Pœn. 1. 2. ℣. 134.

Dierectè. h. e. in morem hominis in crucem acti. Moſt. 1. 1. ℣. 8.

Dierectus lemb us. Men. 2. 3. ℣. 89.

Dies Deus. *B*acch. 2. 3. ℣. 21.

Dies cæca, oculata. Pſeud. 1. 3. ℣. 66. de ſolutione quæ differtur, & quæ præſenti pecunia fit.

Dies ieiunius. Capt. 3. 1. ℣. 6.

Dies pulcher, celebris, & venuſtatu plenus. Pœn. 1. 2. ℣. 45.

Dies luculentus; hilaris, candidus, fortunatus. Epid. 3. 2. ℣. 5.

Dies lepidus. Aul. 4. 8. ℣. 4.

Dies feſtus, profeſtus. Aul. 2. 8. ℣. 10. 11. Pœn. 5. 3. ℣. 14.

Dies feſtus celebris & nobilis. Pœn. 3. 5. ℣. 13.

Dies feſtus; in blanditiis amantum. Caſ. 1. 1. ℣. 49.

Dies ſoſpes. Pœn. 5. 4 ℣. 151

Dies hos aliquos. Truc. 4. 4 ℣. 19.

Dies juris. Men. 4. 2. ℣. 16. *Iuris vbi dicitur dies*.

Dies continui. Ciſt. 2. 1. ℣. 13.

Dies bonus Aphrodyſiis. Pœn. 2. 1. ℣. 49.

Dies lucrificabilis. Perſ. 4. 7. ℣. 2.

Dies ſtatus. Curc. 1. 1. ℣. 5. Vide litt. S.

Dies dicta. Aſin. 5. 1 ℣. 11.

Dies præſtituta. Pſeud. 1. 3. ℣. 139. & 2. 2 ℣. 29.

Dies impetrabilis: idoneus ad id impetrandum, quod volumus. Epid. 3. 2. ℣. 6.

Dies quaſi ſenex tabeſcit. Eleganter dictum. Stich. 5. 1. ℣. 8. Lucret. l. 5. *Creſcere itemque dies licet, & tabeſcere noctes*. Tibull. *Senex mulier*. Cicero *Senex fama*. Martial. lib. 10. 30. *Senex cygnus*. lib. 5. 38. & lib. 9. 43. *Senex caducus*, lib. 9. 95. Catullus: *Senex faſelus*.

Dies it, præterit, adveſperaſcit. *B*acch. 5. 2. ℣. 8. 4. Pſeud. 1. 3. ℣. 12. Rud. 4. 3. ℣. 62. Catull. *Sed abit dies*. Cui Plauti item ſimile, *Sol abit*. Merc. 5. 2. ℣. 32.

Dies pervorſus atque advorſus. Men. 5. 5. ℣. 1.

Dies exitiabilis. Epid. 4. 2. ℣. 36.

Dies noctesq;. Pœn. 1. 2. ℣. 18.

Dies noctesq; potare. Truc. 5. 1. ℣. 12.

Dies alter ad meridiem: ſeſqui dies. Pſeud. 4. 7. ℣. 78.

Dies quindecim ſunt, cùm. Trin. 2. 4. ℣. 1.

Dies mori dicitur, quando inclinat ad veſperam, eòque ad noctem. Men. 1. 2. ℣. 43. 45. Statius lib. 4. Silvarum: *Iam moriente die rapuit me cœna benigni Vindicis*. *Sic & componi* ſeu *ſepeliri* dicitur. Virgil. lib. 1. Æneid. *Ante diem clauſo componet Veſper Olympo*. Et Horat. lib. 4. Od. 5. *Condere diem*.

Dies imperij. viciſſim imperabant Conſules ambo in bello. Livius lib. 4. cap. 46. *Nam ductu* L. *Sergij, cuius dies Imperij erat, loco iniquo ſub hoſtiũ caſtris &c*.

Dies ſenatus: ut, *Dies cognitionis*. Tacitus lib. 1. Annal. cap. *Nihil primo ſenatus die agi paſſus, niſi de ſupremis*.

Dies civilis, qui noctem & diem.

Natu-

Naturalis, qui diem tantùm continet. Perperam vulgò hodie illum *Naturalem*, hunc *Artificialem* vocant. Sic & Annum & Menſem, alium civilem, alium naturalem, veteres dixerunt: ac, Ius civile & naturale. Agellius 3. 2. in fine: *His enim verſibus obliquè, ſicuti dixi, admonere voluit, diem quem Romani Civilem appellaverunt à ſexta noctis horâ oriri.* Cenſorinus de die nat. cap. 23. *Supereſt pauca de die dicere, qui, ut menſis, aut annus, partim naturalis, partim civilis. Naturalis dies eſt tempus ab Oriente ſole uſque ad occaſum ſolis. Civiliter autem vocatur tempus, quod fit uno cæli circumactu, quo dies verus & nox continetur.* Idem cap. 19. *Philolaus annum naturalem dies habere prodidit trecentos, ſexaginta quatuor, & dimidiatum.* Et mox: *Quid mirum, ſi anni civiles, quos diverſæ civitates rudes etiam tam ſibi quæque ſtatuebant, tam inter ſe diſcrepent, quàm cum illo naturali non congruant?* Macrobius lib. 1. Sat. cap 14. *Sic annum civilem Cæſar habitis ad Lunam dimenſionibus conſtitutum edicto palam poſito publicavit.*

Diespiter Iupiter dicitur pater, æther, aer. Capt. 4. 4. ỽ. 1.

Dieſpiter te perduit! Pœn. 3. 4. ỽ. 30.

Dieſpiter me ſic amabit! Pœn. 4. 2. ỽ. 47.

Diffatigari clamore: eſt, hac illac creditorum vocibus & clamoribus fatigari. Epid. 1. 2. ỽ. 15.

Differre: in diverſas partes traiicere. Rud. 2. 3. ỽ. 39.

Differre: eſt, *diſtrahere*. Curc. 4. 4. ỽ. 20.

Differre, pro. *diffamare*. Nonius Ger. Außtragen/Außſchreyē. Aul. 3. 2. ỽ. 32. Lucillius. *Et maledicendo multis ſermonib' differs.*

Differre famâ: malis ſermonibus differre. Trin. 3. 2. ỽ. 63.

Differre aliquem dictis. Pſeud. 1. 3. ỽ. 124.

Differre maledicta. Trin. 1. 2. ỽ. 149. quamquam ibi aliter ex Mſſ. Pall. leg. *maledictas famas ferunt.* Vide Animadverſiones noſtras.

Differri: in diverſum ferri. *Donat.* Græcè διαφέρεσθαι. Vide Bud. L. G. pag. 515. Ciſt. 2. 1. ỽ. 5. Pœn. 1. 1. ỽ. 28. *cupidine*. Truc. 4. 1. ỽ. 3. *lætitiâ*. Mil. 4. 4. ỽ. 27. *amore*.

Differo, *Differre*: propriè & eleganter diſſipare, diſtrahere, diſpergere. Sed de rebus ferè: ut nubes, favillam, fumum, cinerem. Sed & de hominibus. Videtur tamen Poëticū potius, aut hiſtoricum. Cic. certè & Cæſar eo non ſunt uſi. Ego tamen & in oratione vel epiſtolâ eo uti non verear: imitatione Græcorum, qui & διαφέρεσθαι ita utuntur: ſicut rectè admonuit doctiſſimus Rhenanus in

Tacitum. Vide & *Dimittere*. Plautus Ciſtell. 2.1.℣.5. *Miſer exanimor, feror, differor, diſtrahor, diripior.* Pſeud. 1.3.℣.124. *Iam ego te differam dictis meis.* Truc. 4.1.℣.3. *DI magni! ut ego ſum latus, & lætitiâ differor.* Trin. 3.2.℣.62. *Ne mihi hanc famam differant, me germanam meam ſororem in concubinam tibi ſine dote dediſſe.* Terent. Heaut. Prol. ℣.16. *Nam quod rumores diſtulerunt malevoli.* Adelph. 3.4.℣.40. *Miſeram me! differor doloribus.* Lucret. lib.1.℣.271. de vento:

Ingenteſq́ ruit naves, & nubila differt.

Virgil. lib.1. Georg. ℣.197.

Incubuit, Scythiæq́ hyemes, atq́ arida differt
Nubila ——

Horat. Epod. 10. *Fractoſq́ remos differat.* Et Epod. 5. *Inſepulta membra different lupi.* Vtitur Tacitus lib. 1. Annal. cap. *Pars multò maxima imminentes dominos variis rumoribus differebant.* Livius lib.34. cap. *Qui male commiſſam libertatem P.p. Rom. ſermonibus diſtulerint.* Suet. Aug. cap. *Ru. ab obtrectatoribus dilato.* Feſtus verbo, Octaviæ porticus: ut eorum flatu cinis eius per fines quàm latiſſimè differatur.

Difficile factu, dictu, eſt. Cicero initio lib.3. de nat. Deor. *Cùm autem ſuo cuique judicio ſit utendum difficile factu eſt, me id ſentire, quod tu velis.* Idem de univerſo: *Ac difficile factu eſt, à DIS ortis fidem non habere.*

Difficultas: periculum, controverſia. Epid. 2.2.℣.106.

Difficultas, pro paupertate, inopia, & eâ difficultate, quæ eſt in pecuniâ. Sic ſæpe utuntur peculiariter hoc nomine. Cicero lib. 7. Epiſt. 19 Attic. *Miratur te non habuiſſe rationem publicæ difficultatis.* Et lib.4. in Verrem cap. *Et ſimul oſtendit, ſe in ſummâ difficultate eſſe nummariâ.* Et lib.6. cap. *difficultas rei nummariæ.*

Diffidens; abſolutè dictum, pro, *Rebus ſuis diffidens.* Epid. 1.2.℣ 9.

Diffindere diem. Vide Lex. Iuris. Livius lib.9. cap. *Atq́ ei legem Curiatam de imperio ferenti triſte omen diem diffidit.*

Difflare aliquid ſpiritu, quaſi vẽtus folia. Mil.1.1.℣.17.

Diffluere. Verbum de rebus malis fere dicitur, ut *voluptatibus diffluere*: ſed interdum quamvis affluentiam notat. Cicero lib. 3. de Orat. cap. *Illi nati in litteris, ardenteſq́ his ſtudiis, otio verò diffluentes, non modò nihil acquiſiverunt, ſed ne relictum quidem & traditum, & ſuum conſervarunt.*

Diffringere crura. Aſin.2.4.℣.68.

Diffundere vinum. Eſt vinum recens in amphoras & cados ſervan-

ſervandi cauſâ fundere. Vide ſupr. *Defundere.*

Diffundi bonis amici, ſive amico obvenientibus, eſt præ gaudio quaſi effundi animo. Cicero Læl. cap. *ut & bonis amici quaſi diffundantur, & incommodis contrahantur.*

Digerere Rempubl. pro, deſcribere, & ut vulg. *Ordinare.* Cicero pro Rabir. Poſth. cap *Demetrium & ex Republ. Athenis, quod optimè digeſſerat, & ex doctrinâ nobilem & clarum, qui Phalereus vocitatus.*

Digito attingere: leviter attingere. Vide *Tangere.* Cicer. lib. 5. Tuſc. c. *Lelius, ſi digito quidem attigiſſet, pœnas dediſſet: ac Cinna collega ſui Conſulis Cn. Octavij præcidi caput juſſit.* Porcius Licinius apud Agellium 10. 23. in fin. *In adulterio uxorem tuam ſi deprehendiſſes, ſine judicio necares: illa te, ſi adulterares, digito non auderet attingere, neq; jus eſt.*

Ne digitum quidem progredi: leviter tangere. Vide *Tangere.* Cicero Lucull. cap. *Geometræ provideant: qui ſi providentur, non perſuadere, ſed cogere: & qui omnia nobis quæ deſcribunt, probant, non quæro ex his illa initia Mathematicorum quibus non conceſſis, digitum progredi non poſſunt.*

Digitum longè. Bacch. 3. 3. ℣. 19.

Digitum intendere: deridere. Pſ. 4. 7. ℣. 45. Legendus Laertius in Diogene.

Digitulis primoribus. Pœn. 3. 1. ℣. 63. vide Colvium ad Apuleium: & infra litt. P.

Digitos prærodere. Pſeud. 3. 2. ℣. 94. vide litt. P.

Digitulus minimus. Rud. 3. 4. ℣. 25.

Digitus medius, ſive infamis. Pſ. 4. 7. ℣. 47.

Dignis dicere maledictum. Curc. 4. 2. ℣. 28. Et Trucul. *Dignis dare beneficiũ* Tru. 2. 2. ℣. 20.

Dignitas, pro, formâ virili. decorâ. Nepos in Eumene: *Nam & dignitate fuit honeſtâ, & viribus ad laboram ferendum firmis, neque tam magno corpore quàm figurâ venuſtâ.* Et in Dione: *Multa alia ab naturâ habuit bona, in his ingenium docile, come, aptum ad res optimas, magnam corporis dignitatem.* Cicero pro Cælio cap. 3. *Quis eſt enim, cui via iſta non pateat? qui iſti ætati ac dignitati non poſſit, quàm velit, & petulanter maledicere?* Ita recte Lambinus ex Agrætio. Idem lib. 1 Offic. cap. *Cùm aut pulchritudinis duo genera ſint, quorum in altero venuſtas ſit, in altero dignitas, venuſtatem muliebrem ducere debemus dignitatem virilem.* Idem tamen, ſed adoleſcens, & de mulieribus nomine *dignitatis* eſt uſus. Sic enim ait initio lib. 2. vett. Rhetor. cap. *Horum, inquiunt illi, ſorores apud nos virgines, quare quâ ſine illa dignitate, potes ex his ſuſpicari.* Sed ibidem mox *venuſtatem* vocat: *Neq; enim putavit omnia quæ quæreret ad venuſtatem &c.* De-

puerorum formâ ac dignitate ſæpe ibidem. *Atque ei pueros oſtenderunt multos magna præditos dignitate. Etenim quodam tempore Crotoniatæ multum omnibus corporum viribus & dignitatibus antiſteterunt.*

Dignitas, pro magnificentiâ. Corn. Nepos in Themiſtocl. de Piræo: *Vt ipſam Vrbem dignitate æquipararet.* Plautus Bacch. 1. 3. ℣. 23. *ut commodè pro dignitate obſonij hæc concuret coquus.*

Dignor; ἀξιοῦμαι. Pſeud. 5. 1. ℣. 8. Ita ibi Pontanus: niſi forte cui magis arridet lectio paſſeratij, *digne habiti.* Virg. li. 3. Æneid. ℣. 475. Macrob. l. 1. cap. 24.

Vt honore veſtro hæc menſa dignetur.

Dionum: operæpretium. Merc. 1. 1. ℣. 22.

Dignum eſt; fas eſt. &c. Mil. 3. 1. ℣. 128.

Dignum habere: dignari. Merc. 1. 2. ℣. 7.

Dignus alicui. Pœn. 1. 2. ℣. 46. *Diem dignum Veneri.*

Dignus: *Indignus.* Cicero huic verbo fere adiungit nomen. Vt, *Dignus laude, Conſulatu, luce, maioribus* ſuis, odio, malo. &c. *digna docto lumine* &c. Alii tamen etiam ſine adiuncto uti ſolent, pro idoneo, vel bono. Vt *Indigno* pro improbo quod tamen Cicero, ut & alii, reprehendit in edicto Antonii Philipp. 3. cap. 9. *Nulla contumelia* (verba ſunt Edicti) *eſt, quam facit dignus. Primùm, quid eſt, Dignus? Nam etiam malo digni multi, ſicut ipſe. an quam facit is, qui cum dignitate eſt? quæ autem poteſt eſſe maior?* Sed hoc ex odio in oratione illâ Ciceronis, quamquam negari non poſſit, quin cum adiuncto ſit uſitatius. Nos proferemus auctoritates ſine adiuncto. Cicero pro Quintio cap. *Qui mœror dignus inveniri in tantâ calamitate poteſt?* Et in Lucull. cap. *Et rem idoneam eſſe, quâ quæratur, & homines dignos, quibuſcum diſſeratur, putant.* Et Philipp. 2. cap. *Et hominem dignum mittent; num P. Servilio digniorem?*

Dignus ſalutis. Trin. 5. 2. ℣. 29. ἄξιος ὑγιείας. Virgil. *Indignus auorum.* Ovid. 3. de Arte: *Curia conſilij quæ nunc digniſſima tanti.*

Suet. Otth. *Et prædicaret ſolum ſucceſſionis indignum.*

Dijudicare: pro, iudicare. Amph. 2. 2. ℣. 45.

Dijungere: *Dijunctus*, ſæpe dicunt Antiqui, quo & *Dirumpere.* Vulgò ſemper, *Diſiungere.* Vide infr. *Dirumpere.* Agell. lib. 16. cap. 8. *Eſt item aliud, quod Græci διεζευγμένον ἀξίωμα, nos diiunctum dicimus. Sic v. cod. Omnia autem diiunguntur: pugnantia inter ſe eſſe oportet.* Et mox: *Ex omnibus, quæ diiunguntur, unum eſſe verum debet, falſa cæte-*

cætera. Varro lib.1. de Agricultura cap. 24. *Item illa, quæ ad hominum victum & ſenſum, delectationemque pertinent, neque ab agri utilitate ſunt diiuncta.* Et lib.2. cap.9. *Duobus menſibus primus à partu diiunguntur à matre.* Et cap.1. *Ferè ad quatuor menſes à mammâ non diiunguntur agni.*

Diiunctio. Et hoc rarius hodie nomen: ſed Ciceroni non ignotum. Cicero Cæcinæ lib.6. Epiſt. 6. *Sed tamen plurimi ſunt teſtes, me ne & initio coniungeret ſe cum Cæſare, monuiſſe Pompeium.* Et poſtea: *ne ſe iungeret: coniunctione frangi Senatûs opes, diiunctione civile bellum excitaro videbam.* Ita in opt. cod. Medic.

Dilabor. Cùm cœtus aliquis diſſolvitur, ſeque aut domum quiſque, aut quò vocant negotia, aut denique quò fert animus, alius aliò recipit. In eo ſignificando *Dilabendi* verbum ponere amat Tacitus lib. 1. Ann. cap. ab exceſſu D. Auguſti: *Erat in caſtris Percennius quidam. Is imperitos animos, & quænam poſt Auguſtum militiæ conditio, ambigentes, impellere paulatim nocturnis colloquiis, aut flexo in veſperam die, & dilapſis melioribus, deterrimũ quemque congregare.* Et lib.2. cap. *Neque Cæſari copiam pugnæ obſeſſores fecere ad famam adventûs eius dilapſi.* Et lib. x1. cap. *Ceteris paſſim dilabentibus affuêre Centuriones.* Et lib.12. cap. Deinde L. Pomponius *Legatus auxiliares Vangiones ac Nemétas addito equite alario monuit, ut anteirent populatores, vel dilapſis improviſi circumfunderentur.* Idem lib.3. Hiſtor. cap. *Mox converſus ad ſigna, & bellorum* DEOS, *quæ hoſtium potius exercitibus illum furorem, illam diſcordiam inijcerent, orabat, donec fatiſceret ſeditio, & extremo jam die, ſua quiſque in tentoria dilaberetur.* Sed & æqualis Taciti Suetonius in Vitellio cap. *Cùm deſerta omnia reperiſſet, dilabentibus, & qui ſimul erant, Zona ſe aureorum plena circumdedit.* *Labi* etiam pro eodem dixit Juvenalis Satir. 6. ℣. *Labente officio crudis donanda.* Nam *labente officio* eſt iis, qui ad celebrandas nuptias officij causâ convenerant, diſcedentibus ac dilabentibus. Muretus lib. x1. cap.5. Var. lect.

Dilapſus: pro collapſo. Livius lib.4. cap. *Ingreſſum Aedem Feretrij Iovis vetuſtate dilapſam refecit.*

Dilargiri. Cicero Agrar. 2. cap. *Nec L. Sylla, qui omnia ſine ullâ religione, quibus voluit, eſt dilargitus.*

Dilaudo: valde laudo. Cicero lib.5. Attic. Epiſt. *Et ego audebo legere umquam, aut attingere eos libros, quos tu dilaudas, ſi tale quid fecero? Sed hæc, opinor ſunt in iis*

libris, quos tu dilaudaſti, animos mihi addidiſti. Et ſeq. Epiſt. eod. lib. *Digna ius libris, quos tu dilaudas.* Ubi tamen vulgati libb. contaminati ſunt. Sic *Divendere, Dilargiri*, ἀύξησιν notant.

Dilectus. Ita conſtanter veteres. *Dilectus bonorum*: ſine dilectu: &, *Dilecti in eo.* Et, *diligenter*, de quò mox. & *Diligere.* Paulus Epit. Feſti: *Dilectus militum, & is, qui ſignificatur amatus, à legendo dicti ſunt.* Et in verbo, Lacos. *Lacus Lucrinus omnis boni gratiâ, ut in dilectu cenſuve, primi nominantur.* Cicero lib. 1. Offic. cap. *habere dilectum civis & peregrini.* Ita v. l. Et lib. 3. Offic. cap. *Prudentia eſt enim locata in dilectu bonorum & malorũ.* Ita vett. libb. Caroli Langij. Paulus JC. l. 2. Sent. tit. 20. *Concubina igitur ab uxore ſolo dilectu ſeparatur.* Sic ibi leg. vulg. *dilecto.* Et Menander l. 4. §. qui poſt ff. de re veſt. *Nam & qui ad dilectum olim non reſpondebant.* Ita recte Pand. Flor. Valer. Max. lib. 6. cap. 3. *M. C. eius Conſul eum dilectum ſubitò edicere coactus eſſet.* Ita v.c. Lucret. lib. 1. ℣. 86. ex v.l.

Ductores Danaum dilecti, prima virorum.

Cicero lib. 1. Divin. cap. Eorũ *decem Interpretes dilectos eſſe civitate voluerũt.* Ita & ibi v. l. teſte Lambin. Horat. lib. 2. Od. 4. *Crede non illam tibi de ſceleſtâ plebe dilectam.* Sic ibi Mſſ. libb. vulg. *delectam.*

Diligere: pro dividere. Vide ſup. *Deligere.*

Diligere. vulg *Delegere.* Cic. li. 1. offic. c. *Vtriuſque omninò habenda ratio eſt in diligendo genere inter. &c.* Et in Lælio cap. *Quin etiam ſi minus felices in diligendo fuiſſemus.* Ita Mſſ. Lang.

Diligere ſe: tribuere, arrogare ſibi multum: eſt eſſe φίλαυτον. Cicero pro Roſcio cap. *Vſque eòne te diligis, & magnifici circumſpicis, ut pecuniam non ex tuis tabulis, ſed ex Adverſariis petas?*

Diligens. Diligentia. Cicero pro Cluent. cap. 16. de Senatore M. Bebrio: *Qui quâ fide, quâ prudentiâ, quâ diligentiâ fuerit, meminiſſe vos arbitror.* Sic ibi leg. vulg. *dignitate.* Et paulò poſt cap. 33. *Et quod C. Verres Prætor Vrbanus, homo ſanctus, & diligens ſubſortionem eius in eo codice non haberet.* Et poſtea cap. 38. *Quis P. Octavio Balbo ingenio prudentior, jure peritior, fide, religione, officio diligentior aut ſanctior commemorari poteſt?* Et mox eod. cap. *Qui ex his omnibus, natu minimus, ingenio & diligentia & religione par iis, quos antea commemoravi P. Saturius in eadem ſententiâ fuit.* Et 2. in Verr. cap. L. *Caſſius ex fami-*

familiâ cùm ad ceteras res, tum ad iudicandum ſeveriſſimo Cn. Tremellius homo ſummâ religione & diligentiâ. Idem poſt red. in Sen. cap. *Summâ Tribunorum pleb. Prætorum fide & diligentiâ ſublevaſtis.* Et pro Cælio cap. *Q. Pompeio Pro Coſ. contubernalis. caſtiſſimo viro, atq; omnis officij diligentiſſimo.*

Diligentia pro amore. A Diligo, novâ notione apud Symmachum lib. 1. Epiſt. 41. & lib. 1. Epiſt. 37. & alibi paſſim.

Diligentia, Diligens: pro parſimonia, parcus. Verbum ad rem familiarem pertinens, de homine parco, non tamen avaro. Cicero lib. Attic. Epiſt. *Si Balbus conſponſor tuus redierit, homo in re familiari non parum diligens, non deſinam cum illo communicare.* Rhet. ad Herenn. lib. 4. cap. *Non eſt iſta diligentia, ſed avaritia idcò quòd diligentia eſt accuratio, conſervatio ſuorum: avaritia iniurioſa appetitio alienorum.* Et eod. lib. 4. cap. *Si quis hominem prodigum & luxurioſum illudens, parcum & diligentem appellet.* Et Accuſ. 1. Verr. cap. *Iam verò hominum ipſorum, Iudices, ea patientia, virtus, frugalitaſq; eſt, & mihi ceterorum ſimile Græcorum, nulla deſidia, nulla luxuria: contra ſummus labor in publicis privatiſque rebus: ſumma parſimonia, ſumma diligentia.* Et Accuſ. Verr. 4. cap. de Piſonis parſimoniâ: *Nimirum fortaſſe dicet aliquis, hunc diligentem.* Idem lib. 2. Offic. cap. *Res autem familiaris in rebus quæri debet, à quibus abeſt turpitudo: conſervari autem diligentiâ & parſimoniâ: iiſdem etiam rebus augeri.* Varro lib. 1. de re ruſt. cap. 13. *Fructuoſior eſt certè fundus propter ædificia, ſi potius ad antiquorum diligentiam, quàm ad horum luxuriam dirigas ædificationem.* Quintilianus lib. 9. cap. 3. hæc verba adfert, celato auctore, quæ mihi è Ciceronis oratione aliquâ videntur ſumta: *Cùm te pro aſtuto ſapientem appelles, pro confidente fortem, pro illiberali diligentem.*

Diligenter: pro eo, quod, *cum delectu:* ut, adhibito delectu, aut electè, & cum diſtinctione, ut, vulgò loquimur. Cicero in Bruto cap. *Nam de T. Flaminio, quem ipſe vidi, nihil accepi, niſi Latinè diligenter loquutum.* Et eod. lib, cap. *Verba ipſa non illa quidem elegantiſſimo ſermone. Itaque diligenter loquendi laude caruit.* Et eod. lib, cap. *Eodem tempore M. Herennius in mediocrib. Oratoribus Latinè & diligenter loquentibus numeratus eſt.* Idem lib. 2. de Divin. cap. *Nec verò (id enim diligenter intelligi volo) ſuperſtitione tollendâ religio tollitur.* Et lib. 1. de Orat. cap. *Itaque in iis rebus in quibus non utilitas quæritur neceſſaria, ſed animi libera quædam oblectatio,*

quam diligenter, & quàm propè faſtidioſè judicamus. Et de Offic lib. 2. cap. *Nonnunquam tamen eſt largiendum, nec hoc benignitatis genus omnimò repudiandum eſt. & ſæpe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impertiendum: ſed diligenter, atque moderatè.* Varro lib. 5. L. L. *Sed quod his magis promiſcuè quàm diligenter conſuetudo eſt uſa, translatitiis utimur verbis.* Vegetius lib. 2. cap. 5. *Diligenter igitur lectis in moribus.* Et cap. 18. *Intra breve autem temporis ſpacium diligenter electi.*

Diligentiæ verbo Cicero interdum videtur uſus pro eo, quod barbarè *Diſcretio*: ut & *diſcriminis*. Ita *delectum* ponit plerumque. Cicero pro Plancio cap. *Non eſt enim conſilium in vulgo, non ratio, non diſcrimen, non diligentia.*

D*iluculo primulo.* Amph. 2. 2. ℣. 105. *cum diluculo.* Amph. 2. 2. ℣. 111.

D*iluere*: refutare. Rud. 4. 4. ℣. 64.

D*iluere*; aceto, vino, aqua, melle. Pſeud. 1. 2. ℣. 27.

D*imenſum.* τὸ σιτομέτρειον. *Cibaria*, vt Cicero appellat in oratione Roſciana. Martialis vocat. *Diaria.* Stich. 1. 2. ℣. 3. Donatus: *Servi quaternos modios accipiebant frumenti in menſem; & id* Demenſum *dicebatur. vtrum à Menſe, an à Metiendo, incertum eſt.* Alii à *dimetiendo* certò derivant, quoniam certa menſura dabatur.

Iuvenalis: *Servorum ventres modio caſtigat iniquo.*

I*pſe quoq; eſuriens.* Theocr. Idyll. 17. ἀρμαλιὴ ἔμμηνος. Menſtrua diuiſio, ſive demenſum.

D*imetitus.* Ita veteres loquuntur. Videtur à *metior, metiris*, antiq. præter. *metitus*, pro quo nunc *Menſus.* Quidam pro eo *dimetatus* apud Ciceronem ſuppoſuit perperam. Cicero lib. 2. de Nat. Deor, cap. de ſolis, Lunæ & ſiderum circuitu: *Eorum, inquit, curſus dimetiti naturales temporum & Varietates mutationeſque cognovimus.* Ibi Dion. Lamb. *dimetati* expreſſit, atq; ait, ita eſſe in vett. libb. quod verum non puto. Sic in lib. nar. ſimpl. de limit. agror. *Campi Tiberiani, qui inter Romam & Tibur eſt, videntur à Tiberio Cæſare ſunt dimetiti in jugeribus xxv. & termino Tiberiano nuncupatur.*

D*imidium* & *dimidiatum* quid differant, vide Agellium lib. 3. cap. 14. Aul. 2. 4. ℣. 14. Curc. 3. ℣. 78. D*imidiam partem.*

D*imidiatus.* Men. 1. 2. ℣. 45. Vide Agell. lib. 3. cap 14.

D*imidiatus*: de homine procumbente. Mil. 3. 1. ℣. 166.

D*iminuere*, pro *frangere.* Men. 2. 2. ℣. 30. Bacch. 5. 1. ℣. 30. *Comminuere.* Moſt. 1. 3. ℣. 109.

D*imittere.* Non modò de homine, ſed etiam de re quod vulgò vix notum, dicitur. Vt, *viam,*

Digitized by Google

viam, libertatem, tempus, curam, cuſtodiam. Vulgò ferè, *Omittere* dicunt, *Abijcere*. Cicero pro Plancio cap. *Libertatem meam neque dimiſi unquam, neque dimittam.* Et Philipp. 3. cap. *Vidi ſtatim indolem, neque dimiſi tempus.* Et lib. 14. Attic. Epiſt. *Ego non dimittam.*

Dimittere *Senatum* cõmunem, prætorium, ludos, cõvivium, judicium, exercitum, familiam. Livius lib. 33. cap. *Ludis verò dimiſſis curſu propè omnes tendere ad Imperatorem Romanum.* Et lib. 36. *deductuſque ad Regem eſt nondum convivio dimiſſo.* Cicero.

Dimittere. Interdum eſt, hucilluc mittere, amandare, Ut, *Differre.* Cæſar lib. 7. bell. Gall. cap. *Interim Barbari nuncios in omnes partes dimiſerunt.* Livius lib. 35. cap. *Nobis extemplo circa omnes vicos maritimos dimiſit, ad ſeditiones in ijs miſcendas.* Et lib. 35. cap. *Per omnes civitates cohortes dimiſit.* Sueton. Cæſar cap. *Nam comites ſervoſque ceteros in initio ſtatim ad expediendas pecunias, quibus redimeretur, dimiſit.* Ita & Ciceronis quoq; (qui tamen *dimittendi* verbo in hac notione rarò utitur) Paradox. 6. *Qui tuas mercedum pactiones in patrociniis interciſas, pecuniarum in coitionibus Candidatorum, dimiſſiones libertorum, ad deſenerandas diripendaſque provincias, &c. recordetur.* Et pro Quintio cap. *Navius ipſe pueros circum amicos dimittit.*

Dimiſſis manibus fugere, currere, volare: pro eo, quod, celeriter fugere. Græcè παρανεῖ... χεῖρας: ut P. Victorius obſervavit in var. lect. lib. 22. cap. 2. Plautus Pſeud. 3. 2. ℣. 52. *Is odor dimiſſis pedibus in cælum volat eum odorem cænat Iupiter cottidie. BA. Odor dimiſſis pedibus. CO. peccavi inſciens. BA. Quid eſt? CO. Quia enim dimiſſis manibus volui dicere.*

Dinumerare: pro, *numerare*. Epid. 3. 2. ℣. 17. 31. Vide etiam ſupr. *Denumerare.*

Dinumerare: diſſolvere. Aſin. 2. 4. ℣. 47.

Dinumerare ſtipendium. Mil. 1. 1. ℣. 74.

Diobolaria ſcorta. Pœn. 1. 2. ℣. 58. Vbi tamen ex Mſſ. Pall. leg. *duobularia.* Seneca VI. Controv. *Itáne decem iuvenes perierunt propter dupondios duos.*

Diobolaris anus. Pſeud. 2. 2. ℣. 64. Vide Animadverſiones.

Diodorus. Perſ. 5. 2. ℣. 4.

Dionyſius, Bacch. Stich. 5. 2. ℣. 13.

Dionyſia ſunt dies feſti Bacchi, vel Liberi. Ciſt. 1. 1. ℣. 91. & 1. 3. ℣. 8. Curc. 5. 2. ℣. 45. Pſeud. 1. 1. ℣. 8.

Diphilus. Actor fabularum. Rud. Prol. ℣. 32.

Dirca. Pſeud. 1. 2. ℣. 65. pro *Dirce.* Sic *Glycera.* Mil. 3. 1. ℣. 213. *Penelopa.* Stich. 1. 1. ℣. 1. *Circa.* Epid. 4. 2. ℣. 34.

Directarij: à dirigendo. In veteri Lex. Germaniano: Directarii, ὁ εἰς ἀλλοτρίας οἰκίας τοὺς κλέψαι εἰσερ-

quam diligenter, & quàm propè faſtidioſè judicamus. Et de Offic lib. 2. cap. *Nonnunquam tamen eſt largiendum, nec hoc benignitatis genus omnimò repudiandum eſt. & ſæpe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impertiendum: ſed diligenter, atque moderatè.* Varro lib. 5. L. L. *Sed quod his magis promiſcuè quàm diligenter conſuetudo eſt uſa, translatitiis utimur verbis.* Vegetius lib. 2. cap. 5. *Diligenter igitur lectis in moribus.* Et cap. 18. *Intra breve autem temporis ſpacium diligenter electi.*

Diligentia verbo Cicero interdum videtur uſus pro eo, quod barbarè *Diſcretio*: ut & *diſcriminis*. Ita *dilectum* ponit plerumque. Cicero pro Plancio cap. *Non eſt enim conſilium in vulgo, non ratio, non diſcrimen, non diligentia.*

Diluculo primulo. Amph. 2. 2. ℣. 105. *cum diluculo.* Amph. 2. 2. ℣. 111.

Diluere: refutare. Rud. 4. 4. ℣. 64.

Diluere; aceto, vino, aqua, melle. Pſeud. 1. 2. ℣. 27.

Dimenſum. τὸ σιτομέτριον. *Cibaria*, vt Cicero appellat in oratione Roſciana. Martialis vocat. *Diaria.* Stich. 1. 2. ℣. 3. Donatus: *Servi quaternos modios accipiebant frumenti in menſem; & id* Demenſum *dicebatur. vtrum à Menſe, an à Metiendo. incertum eſt.* Alii à *dimetiendo* certò derivant, quoniam certa menſura dabatur.

Iuvenalis: *Servorum ventres modio caſtigat iniquo.*

Ipſe quoq; eſuriens. Theocr. Idyll. 17. ἀρμαλιὴ ἔμμηνος. Menſtrua diuiſio, ſive demenſum.

Dimetitus. Ita veteres loquuntur. Videtur à *metior, metiris*, antiq. præter. *metitus*, pro quo nunc *Menſus*. Quidam pro eo *dimetatus* apud Ciceronem ſuppoſuit perperam. Cicero lib. 2. de Nat. Deor, cap. de ſolis, Lunæ & ſiderum circuitu: *Eorum, inquit, curſus dimetiti naturales temporum & varietates mutationeſque cognovimus.* Ibi Dion. Lamb. *dimetati* expreſſit, atq; ait, ita eſſe in vett. libb. quod verum non puto. Sic in lib. nat. ſimpl. de limit. agror. *Campi Tiberiani, qui inter Romam & Tibur eſt, videntur à Tiberio Cæſare ſunt dimetiti in jugeribus xxv. & termino Tiberiano nuncupatur.*

Dimidium & *dimidiatum* quid differant, vide Agellium lib. 3. cap. 14. Aul. 2. 4. ℣. 14. Curc. 3. ℣. 78. *Dimidiam partem.*

Dimidiatus. Men. 1. 2. ℣. 45. Vide Agell. lib. 3. cap 14.

Dimidiatus: de homine procumbente. Mil. 3. 1. ℣. 166.

Diminuere, pro, *frangere*. Men. 2. 2. ℣. 30. Bacch. 5. 1. ℣. 30. *Comminuere.* Moſt. 1. 3. ℣. 109.

Dimittere. Non modò de homine, ſed etiam de re quod vulgò vix notum, dicitur. Vt, *viam,*

viam, libertatem, tempus, curam, cuſtodiam. Vulgò ferè, Omittere dicunt, *Abijcere*. Cicero pro Plancio cap. *Libertatem meam neque dimiſi unquam, neque dimittam.* Et Philipp. 3. cap. *Vidi ſtatim indolem, neque dimiſi tempus.* Et lib. 14. Attic. Epiſt. *Ego non dimittam.*

D*imittere Senatum* cõmunem, prætorium, ludos, cõvivium, judicium, exercitum, familiam. Livius lib. 33. cap. *Ludis verò dimiſſis, curſu propè omnes tendere ad Imperatorem Romanum.* Et lib. 36. *deductuſque ad Regem eſt nondum convivio dimiſſo.* Cicero.

D*imittere.* Interdum eſt, hucilluc mittere, amandare, Ut, *Differre.* Cæſar lib. 7. bell. Gall. cap. *Interim Barbari nuncios in omnes partes dimiſerunt.* Livius lib. 35. cap. *Nobis extemplo circa omnes vicos maritimos dimiſit, ad ſeditiones in ijs miſcendas.* Et lib. 35. cap. *Per omnes civitates cohortes dimiſit.* Sueton. Cæſar cap. *Nam comites ſervoſque ceteros in initio ſtatim ad expediendas pecunias, quibus redimeretur, dimiſit.* Ita & Ciceronis quoq; (qui tamen *dimittendi* verbo in hac notione rarò utitur) Paradox. 6. *Qui tuas mercedum pactiones in patrociniis interciſas, pecuniarum in coitionibus Candidatorum, dimiſſiones libertorum, ad defenerandas diripendaſque provincias, &c. recordetur.* Et pro Quintio cap. *Navius ipſe pueros circum amicos dimittit.*

D*imiſſis manibus fugere*, currere, volare: pro eo, quod, celeriter fugere. Græcè παρασείσαντες τὰς χεῖρας: ut P. Victorius obſervavit in var. lect. lib. 22. cap. 2. Plautus Pſeud. 3. 2. ✠. 52. *Is odor dimiſſis pedibus in cælum volat eum odorem cænat Iupiter cottidie* BA. *Odor dimiſſis pedibus.* CO. *peccavi inſciens.* BA. *Quid eſt?* CO. *Quia enim dimiſſis manibus volui dicere.*

Dinumerare: pro, *numerare*. Epid. 3. 2. ✠. 17. 31. Vide etiam ſupr. *Denumerare.*

D*inumerare*: diſſolvere. Aſin. 2. 4. ✠. 47.

D*inumerare* ſtipendium. Mil. 1. 1. ✠. 74.

D*iobolaria ſcorta.* Pœn. 1. 2. ✠. 58. Vbi tamen ex Mſſ. Pall. leg. *duobularia.* Seneca VI Controv. *Itáne decem iuvenes perierunt propter dupondios duos.*

D*iobolaris anus.* Pſeud. 2. 2. ✠. 64. Vide Animadverſiones.

D*iodorus.* Perſ. 5. 2. ✠. 4.

D*ionyſius*, Bacch. Stich. 5. 2. ✠. 13.

D*ionyſia* ſunt dies feſti Bacchi, vel Liberi. Ciſt. 1. 1. ✠. 91. & 1. 3. ✠. 8. Curc. 5. 2. ✠. 45. Pſeud. 1. 1. ✠. 8.

D*iphilus.* Actor fabularum. Rud. Prol. ✠. 32.

D*irca.* Pſeud. 1. 2. ✠. 65. pro. Dirce. Sic *Glycera.* Mil. 3. 1. ✠. 213. *Penelopa.* Stich. 1. 1. ✠. 1. *Circa.* Epid. 4. 2. ✠. 34.

D*irectarij*: à dirigendo. In veteri Lex. Germaniano: Directarius, ὁ εἰς ἀλλοτρίας ἕνεκεν τοῦ κλέψαι εἰσερ-

Digitized by Google

εἰσὶ ϰχόνδροι οἰκίας. In eod. Lexico & illud *deſectarij εἰσπηδηταίας.* Et l. de Offic. Proconſ. puto huc pertinere, & legendum *Directarij*. Nam Vlpiani ex l. 9. de offic. Proconſ. verba adhuc exſtant in l. 7. Saccularij D. de extraord. criminibus, ubi hoc verbum reperitur. Item inquit, *qui Directarij appellantur, hoc eſt, hi, qui in aliena cœnacula ſe dirigunt, furandi cauſâ, plus quàm fures puniendi ſunt.* Utitur & Paulus lib. 7. Sentent. tit. 4. D. de injuriis: *Mixto jure injuriarum actio, ex l. Corn. conſtituitur: quotiens quis pulſatur, vel cuius domus introitur ab his, qui vulgò Directarij appellantur.* Vide plura apud J. Cuiacium IC. lib. 10. Obſ. cap. 27. & 34.

Directus. De homine, qui velut aſperior & auſterior nunquam quicquam concedit. Sic eo verbo utuntur interdum veteres, de quo infr. *Directum* quoque in hac notione de loco aſpero vel præcipiti, cuius aſſcenſus difficilis. Cicero pro Cælio cap. *Huic triſti ac directo ſeni reſponderet Cælius, ſe nullâ cupiditate inductum de via deceſſiſſe.* Et mox: *Non ſemper ſupereſt vera & directa illa ratio.* Et Accuſ. de Verr. cap. *Eſt loco præcelſo atque edito, quo in ſumma eſt æquata agri planities, & aquæ perrennes: tota verò ab omni aditu circumciſa atque directa eſt.* Ita ibi vett. codd. teſte Lamb. qui tamen vulg. *dirempta* edidit.

Diribere diribitor, diribitio. Hæc ferè ſemper depravata ſunt: eorumque loco, *diripere, direptio* &c. poſita. Eſt autem *Diribere* Comitiorum proprium, & valet, tabellas, ſive ſuffragia diſtribuere, ſive dividere populo, aut Centuriis. Cicero in Piſon. cap. 40. *An ego expectem, dum de te quinque & ſeptuaginta tabellæ diribeantur?* Sic ibi rectè docti viri. Et ibid. cap. 15. *Hoc certè videm, quod judicant tabulæ publicæ, vos rogatores, vos diribitores fuiſſe tabularum.* vbi vulgò, *diſtributores:* quod tamen hic retinendum puto, tum, quia ſic eſt in vet. lib. tum quia non ineptum. Sic & in eadem Orat. quidam legendum putant. Varro lib. 3. de re ruſt. cap. 5. *Cùm diriberent, quendam deprehenſum teſſerulas conijcientem in loculum.* &c. Et cap. 2. *Mihi dum diribentur, inquit, ſuffragia, vis potius villa publica utamur umbra.* Cicero poſt red. in Sen cap. *Quando illa dignitate rogatores, diribitores, cuſtodeſque vidiſtis?* Et pro Plancio cap. *Nihil iam eſt, quod populo ſupplicetur, nihil quod diribitio, nihil quod ſupplicatio magiſtratuum, remuneratio ſuffragiorum exſpectetur.* Sic Gruchius lib. de Comitiis rectè, quamvis improbet Fulv. Vrſinus in Notis, qui mallit, *diremptio & ſupplica-*

plicatio: quia vulgò, *direptio*. Sed fallitur. Et lib. 3. ad Q. Fratr. Epiſt. *Cato diribitis tabellis ſemper de circulo ſe ſubduxit.*

Dirigere. Abſolutè, ut, *Erigere*. Cicero lib. 1. Divin. cap. *Ea divinatio fallit fortaſſe nonnumquam, ſed tamen ad veritatem ſæpiſſimè dirigit.* Livius lib. 32. cap. *Cæteri quia in frontem dirigere iuſſi erant, non ſequebantur.* Hircius bell. Hiſpan. cap. *Hinc dirigens proxima planicies æquabatur.*

Dirimere tempus: pro eo, quod in vett. XII. Tabb. *diffindere diem*, pro, *diem proferre*. Cicero lib. 1. Divin. cap. *Quid enim habet haruſpex, cur pulmo inciſus etiam in bonis extis dirimat tempus, & proferat diem?*

Diripere: dilaniare. Pœn. 3. 3. ✠. 32.

Diripi Ciſt. 2. 1. ✠. 5.

Dirum infortunium, Pſeud. 4. 7. ✠. 44. Sic ibi legendum cenſet magn' Paſſeratius in prælectionibus Pariſinis Mſſ. Nos vero conieaimus, rectius legi ductu Mſſ. *curvo infortunio.* Vide Animadverſiones.

Dirumpere. Pœn. Prol. ✠. 17.

Dirumpere: ὑπ' αἴγχω. Caſ. 2. 5. ✠. 18. & 4. 3. ✠. 11.

Dirumpere, diruptus. Plærumque ita vett. dicebant: ſed eorum ſcripta hodie ferè ſunt depravata. Ita & *diiungere*, de quo ſupr. Cicero in Lælio cap. 22. *Nam implicati ultrò & citrò vel uſu diuturno, vel etiam officiis, repente in medio curſu amicitias, exorta aliqua offenſione dirumpimus.* Livius lib. 39. cap. *Cæterùm effuſi rurſus & pars maxima inermes per invia & rupes diruptas præcipitantes fugerunt.* Et lib. 37. cap. *Quia flumen ab ea parte ripæq; direpta claudebant.* Et lib. 38. cap. *Ab Aethiopia in altiorem diruptiorem undique tumulum conceſſere.* Et mox: *Multi pavore in dirupta præcipitati.*

Dirumpere: quod vulg. *Diſrumpere* ut, ſupr. *Diiungere*. Apuleius lib. 1. Mileſ. *Repente putris alioquin & vetus funis dirumpitur.*

Dirumpi, & *Diſrumpi* dicuntur, invidiâ, riſu, clamore. ut & Martial. *Rumpitur invidia.* Græci quoque διαῤῥήγνυσθαι ita utuntur. Demoſth. de Coronâ: ἀσός, Αἰσχίνη, κοινωνός οὐκ ἐμὸς οὐδ' ἂν σὺ διαῤῥαγῇς ψευδόμενος. Cicero lib. 12. Epiſt. 2. ad Caſſium: *Itaque iam non eſt ſtudioſus ludorum, infinitoque fratris tui plauſu dirumpitur.* Et lib. 7. Epiſt. 1. ad Marium: *Dirupi me penè in iudicio Galli Caninij.* Et lib. 7. Attic. Epiſt. 12. *Non deterreor periculo, ſed dirumpor dolore.* Et pro domo cap. *Quare Remp. (diſrumpatur licet ita Furia, atque audiat hæc ex me, quoniam laceſſivit) bis ſervavi*: niſi forte & ibi, *dirumpatur*, ſit leg. Apuleius 3.

Mileſ. *Nam inter tot millia populi circumſidentis nemo prorſus, qui non riſu dirumperetur; aderat.*

Dirumpere caput. Bacch. 3. 3. ℣. 37.

Dirumpi præ ira. Bacch. 4. 2. ℣. 21.

Dirus, diritas: quod velut fatale, & divinitus immiſſum. In malam partem: à quo differt *Durus,* de quo infr. & *Crudelis,* atque *Immanis.* Cicero in Vatin. cap. *Quamquam ſis omni diritate atq; immanitate teterrimus.*

Dis. μιξητικὸν eſt, *Diſpercutio.* Caſ. 3. 5. ℣. 19.

Diſcavere malo. Men. 2. 1. ℣. 24.

Diſcedere non male: beari. Elegans formula. Stich. 2. 3. ℣. 69.

Diſcedere ſuperior *probatus* dicitur, qui vel vicerit adverſarios, vel probatus fuerit judicio eorum, qui adfuerunt.

Diſcedere ſine moleſtiâ, dedecore, damno, cum gloriâ. Sic Græci dicunt *ἀπαλλάξαι καλῶς, αἰσχρῶς.* Illo uſus eſt Aeſchynes contra Cteſiph. hoc Xenophon extremo lib. 1. *ἀπομνημ.* ut adnotavit P. Victorius lib. 5. cap. 11. var. lect. Cicero lib. Attic. Epiſt. *Spero nos aut certè cum ſummâ gloriâ, aut etiam ſine moleſtiâ diſceſſuros.* Et Divin. Verr. cap. *Habet enim nihil, quod in offenſione diſperdat, ut turpiſſimè flagitioſiſſimèque diſcedat, nihil de ſuis veteribus ornamentis requirat.*

Diſcedere, pro, hiare, dividi: de terrâ, cœlo. Virg. lib. 9. Aen. ℣.

—— unde hæc tam clara repentè
Tempeſtas? video medium diſcedere cœlum,
Palanteſq; polo ſtellas.

Livius lib. 6. ℣.

Ne trepides cœli diviſis partibus amens.

Liv. lib. 3. ℣. —— *mœnia mundi*
Diſcedunt: totum video per inane geri res.

Cicero lib. 3. Offic. cap. *quò cum terra diſceſſiſſet magnis quibuſdam imbribus.* Et lib. 1. Divin. cap. *Et cùm cœlum diſceſſiſſe viſum eſt, atque in eo animadverſi globi.* Et mox: *Exponitque initio belli Marſici & Deorũ ſimulachra deſudaviſſe, & ſanguinem fluxiſſe, & diſceſſiſſe dic.* Lucret. *Quaſi res poſſint diſcedere, diſſolviq;.* Plinius lib. 10. Epiſt. 48. *Ingentibus enim rimis diſcedit & biat.* Ita rectè Chriſtoph. Colerus in Epiſt. 7. ad Terentium. Vulg. *deſcendit.* Vide ibi Colerum,

Diſcedere à ſe: pro eo, quod, perturbari *animo*, & quaſi deſipere, ut Græcum ἐξίστασθαι. Cui contrarium: *Conſtare mente.* Cicero lib. 2. Divin. cap. *Ille autem Græcus quid mirum, ſi à magnitudine timoris, ut plerumque fit, à conſtantiâ, atque à mente, atque à ſe ipſo diſceſſit, quâ perturbatione animi, quæ ſanus cùm eſſet, timebat, ne evenirent, ea demens eventura eſſe dicebat.*

Diſcedit ſpes alicui, formido. Salluſt. Iugurth. cap. *Sed ubi nulla*

nulla formido mentibus diſceſſit. Ita v.c.vulg. *deceſſit* Cæſar lib.2. bell. Gall. cap. *Et* hoſtibus eadem de cauſâ ſpes potiundi oppidi diſceſſit.

D*iſceptare.* Eſt nunc Iudicare: vnde & *Diſceptator* pro Iudice,& arbitro,qui litem diſceptare & judicare debet, ut apud Plautum Moſt.5.2.℣.16. *Nunc utriuſque diſceptator eccum adeſt!*) nunc contendere in judicio, & agere, vel in Senatu. Eo utuntur Veteres, Cicero,& cæteri,non pro Diſputare,ut hodie multi:quamquam tamen ita Cicero videtur uſus: ut lib. 2. de Divin. cap. *Cum quibus omnis ferè nobis diſceptatio contentioque eſt.* Aliter ſeqq.locis. Pro Balbo cap. *De civitatis jure, non de fœderibus diſceptamus.* Et pro Cluentio cap. *Quæ facta poſtea judicia de illo judicio dicerentur partim ruinæ ſimiliora aut tempeſtati, quàm judicio & diſceptationi fuiſſe.* Et mox: *Quid illa tandem quæſtio, aut diſceptatio, aut judicium fuit?* Et pro Flacco cap. *Quare ſi quis illuc me vocat, venio: P.R. diſceptationem non modò non recuſo, ſed etiam depoſco.* Vide etiam Lex. Iuris.

D*iſcere de aliquo.* Pœn.1.2.℣.68.

D*iſcere* pro audire, accipere. Ep. 4.2.℣.21.Pſeud.2.3.℣.15.

D*iſcere facere*: eſt, ſolere facere. Elegans formula. Amph. 2.2. ℣.54.& Curc.4.3.℣.2. *Sed eapſe illâ quâ excidionem facere condidici oppidis.* Sic Empedocles apud Athenæum lib.10.pag.424. μάθον εἶναι: pro, εἰώθεσαν. Sic igitur apud Auctores τὸ

D*iſcere, didici.* Valet idem interdum,quod, *Conſuevi:* & *didicit*, ſolitus eſt. Sic Plinius lib.7.Epiſt.20. *Nam & ego verum dicere aſſuevi.* Cicero pro Deor. cap. *Et venis vel evocatus, ut is, qui Senatui parere didiciſſet.* Et pro Quintio cap. *At neque C. Aquilius de capite alterius libenter iudicat.* Et Q. Hortenſius: *Contra caput non didicit dicere.* Et apud Cic. lib.5.Epiſt. Vatinius: *Ego autem quem potius adoptem, aut invocem, quàm illum, quo defendente viveret, didici.*

D*iſceſſio* pro divortio. Terent. Andr.3.3.℣.35. *Nempe incommoditas denique huc omnis redit: ſi eveniat (quod DI prohibeant) diſceſſio.*

D*iſceſſus*, ſeparatio, διαχωρισμός. Cic.lib.1.Tuſc.cap.de morte quid ſit. *Sunt enim*, inquit, *qui diſceſſum animi à corpore putent eſſe mortem: ſunt, qui nullum cenſeant fieri diſceſſum.* Ubi διαχωρισμὸν vocat *diſceſſum* & mox, *diſcedere.*

D*iſcidium.* Pſeud.1.1.℣.68. Mil. 3.1.℣.60. Iam pridem Gabr. Faernus docuit ad Terentiũ, Andr.4.2.℣.14. *Diſcidium* à diſcidendo dictũ, in antiquis libris vſurpatũ pro ſeparatione aut diſtractione violentâ: eòque apud omnes authores corruptum ferè eſſe: & in *diſſidium* degeneraſſe. In ſolis verò

vero Pandectis Forentinis incorruptum manſit. Et Mſſ. Plautini paſſim retinuerunt quoque *Diſcidium*. *Diſcidiũ*, inquit Ianus Gulielmus, Cic. de Amicit. cap. 7. ſcribendum, cùm ſermo eſt de amicitia diſcidenda. *Diſſidium* verò, cùm diſſidemus: id eſt, locorum intercapedine diſiungimur. Propertius. *Quantum Hypanis Veneto diſſidet Eridano.* Et Gregorius Berſmanus, atque Hercules Cioſanus ad Ovid. lib. 14. ℣. 79. teſtantur, non aliter in codidicibus Naſonianis manu exaratis ſeſe reperiſſe. Exempla alia hic aggerare nolo. cui enim bono id foret? Hoc mihi ſaltim notent Romanæ linguæ ſtudioſi, inanem eſſe illam diſtinctionem, qua *Diſſidium* dicitur eſſe animi, *Diſcidium* vero corporis. Diſputavit ſuper ea re Gaſp. Scioppius, l. 2. Veriſim. cap. 8. contra Giſanij ſententiam, qui in Collect. Lucr. pertendit, *Diſſidium* eſſe animi, *Diſcidium* verò corporis. Terentius expreſsè diſcretionem illam tollit Andr. 4. 2. ℣. 14. *Valeant, qui inter nos diſcidium volunt: hanc niſi mors mihi adimet nemo.* Vidén' quale diſcidium Dauus deſignet? Adi quoque Lexicon Lucret. Danielis Parei. Et Faërn. ad Terent. Andr. 4. 2. ℣. 14. nec non Orthographiam Claudij Dauſquij. Gloſſæ: *Diſcidium*, χωρισμός, δίστασις, διάλυσις.

Diſciplina κοινῶς pro ratione, more, & inſtituto. Græcis eſt παιδεία. Ariſt. lib. 1. Rhet. cap. 28. παιδείαν δὲ λέγω τὴν ὑποτοῦ νόμου κειμένην. Ciſt. 1. 1. ℣. 18. Bacch. 3. 3. ℣. 17. Truc. 1. 1. ℣. 30. & 1. 2. ℣. 28. Vbi vide Animadverſiones noſtras. Et Aſin. 1. 3. ℣. 52. Eâdem nos diſciplinâ utimur.

Diſciplina, pro ſtudio, diligẽtia, induſtria: ut apparet ex loco Plauti, modo allegato, ex Bacch. 3. 3. ℣. 17. Et Vitruv. lib. 1. cap. 1. *Itaq; eum & ingenioſum eſſe oportet, & ad diſciplinam docere. Neq; enim ingeniũ ſine diſciplinâ, aut diſciplina ſine ingenio perfectum artificem poteſt efficere.*

Diſciplina interdum idem, quod Græcè παιδεία, inſtitutio. Opponitur uſui, ut & *doctrina*. Cicero Lucull. ubi de libro Clitomachi: *Sunt enim mihi nota propterea, quòd earum ipſarum rerum, de quibus agimus prima inſtitutio. & quaſi diſciplina illo loco continetur.* Idem lib. 3. de Orat. cap. *Cui diſciplina fuerit forum, magiſter, uſus & leges, inſtitutaque populi Rom. moſque majorum.* Et paulò poſt: *quantum ingenio, quantum mediocri doctrinâ, quantumq; uſu valemus.*

Diſciplina, pro, *Secta*. Sic dicitur: *Diſcipulos quærere videtur.* Cicero lib. 1. fin. cap. *Hoc loco diſcipulos quærere videtur, ut qui Aſoti eſſe velint, Philoſophi ante fiant.*

Diſciplina Attica. Caſ. 3. 5. ℣. 14.

Diſci-

Diſciplina ignava, ratio, modus, mos, conſuetudo. Merc.1.2.℣.6.23. Aſin.1.3.℣.49.

Diſciplina Ionica: ὄρχησις πυῤῥίνος. Pſeud.5.1.℣.28.

Diſciplina militaris: mos mil. Pſ. 4.2.℣.47.

Diſciplina alii eſſe: pro, exemplo. Moſt.1.2.℣.74.

Diſcipulus crucis: ſuſpendio dignus, cruciarius, patibulatus. Aul.1.1.℣.20. Sic Mil.2.2.℣.28. *Contubernalis crucis.*

Diſcipuli etiam coquorum dicuntur. Aul.3.1.℣.4. Pſeud.3.2.℣.96.

Diſcipulus plenus ſanguinis: hoc eſt, adultus, & robuſtus. Bacch 1.2.℣.45. Virgil. — *quibus integer ævi ſanguis.*

Diſcludere, ſeparare, dimovere. Cicero Tuſc.lib.1.cap. *Quas is contra quem hæc dicant ſemotas à mente & diſcluſas putat.* Et ante. *duas partes ſeparare noluit. iram & cupiditatem, quas locis diſcluſit.* Feſtus: *Petulcum cùm Hethruſcorum agrum à Romano Tiberis diſcluderet.* Cæſar lib.4. de bell. Gall. *quibus* (ſc. ſignis) *diſcluſis atq; in contrariam partem revinctis.*

Diſconducit. Trin.4.2.℣.85.

Diſcordare. Merc.2.1.℣.7.

Diſcordabile ingenium. Capt.2.3.℣.42. *Inter nos fuiſſe ingenio haud diſcordabili.*

Diſcrepare, Non diſcrepat. Satis novè, abſoluteq; & tamen eleganter dictum. Eo ſæpè utitur Livius. Liv.li.8.extremo. *Fabium etiam in Apuliam proceſſiſſe, atq; inde magnas prædas egiſſe, nec diſcrepat, quin dictator eo anno A. Cornelius fuerit.* Et lib.20.c. *Quantum militũ in Africam tranſportatum ſit, non parvo numero inter Auctores diſcrepat.* Et lib.10.cap. *Ceterùm id quod diſcrepat, cõtumacia adverſus contemnentes humilitatem ſuam nobiles certavit.* Et lib.38.c. *Nec inter ſcriptores verum diſcrepat ſolum, ſed orationes quoq; abhorrent inter ſe.* Ita fere Cic. pro Cluent.c. *Quare qui nobis in mentem venit hæc appellare judicia, quæ à P.R. reſcindi &c. inter Collegas diſcrepare videatis.* Vbi non rectè Lambinus *diſcrepari.* quod non eſt Latinum.

Diſcrepare dicuntur fides citharæ, quæ non rectè ſunt contentæ. Cic.lib.1.Offic.c. *Vt in fidibus aut tibiis quamvis paulùm diſcrepant, tamen id à ſciente animadverti ſolent: ſic videndum in vitâ, ne forte quid diſcrepet.*

Diſcribere. Vide ſupra, *Deſcribere.*

Diſcrimen. Interdum Ciceroni, quod barbarè, *diſcretio.* Ger. Vnterſchied. Idem & *diligentia* ſupr. Cic. pro Plancio cap. *Non eſt enim conſilium in vulgo, non ratio, non diſcrimen, nõ diligentia.* Ita fere li.4. de fin. cap. *Officia autem tollebantur delectu omni & diſcrimine remoto.*

Diſcruciari. Bacch.3.3.℣.31.

Diſcrutior miſer. Pœn.1.2.℣.155.

Diſcubitum ire. Merc. Prolog. ℣.100.

Diſcupio. Trin.4.2.℣.87.

Diſcus: quid fuerit, docet exa-muſſim Mercurialis de re Gymnaſtica lib.2.cap.12. qui videatur. Meminit Plautus. Bacch.1.1. ℣.34. & 3.3. ℣.24. Moſt.1.2.℣.72.

Diſertè & planè: Διαῤῥήδην. Amp. 2.1.℣.31.

Diſertim. pro, diſertè. Vide infra inter Particulas. Plautus Stich. 2.1.℣.47.

Diſiungere: de equis, & curru ſolutis: cui contra. *Iungere* Ger. Außspannen. Vide interim Ciceron. lib.2. de Divin. cap. *Huic ſimile, quod nos Augures præcipimus, ne quod auſpicium obveniat, ut jumenta jubeant diſiungere.*

Diſiungere rationes. Ita poſt ætatem Ciceronis captum. Seneca lib. 4. Benef. cap. 32. *Apud me iſte expenſorum acceptorumq; rationes diſiungentur.* Ita rectè Eraſmus ex v. l. ubi vulg. *diſponuntur.*

Diſpaleſcere. h.e: in vulgum diſſeminari. à *palare*, quod eſt errare & vagari. *Bacch.* 4. 9. ℣. 123.

Diſparare: in diverſas partes ſeparare. Rud. Prol. ℣.10.

Diſpartire; dividere. Aul.2.4.℣3.

Diſpellere. Propriè de gregibus ovium &c. Vide & *Compellere.*

Diſpendium. Vt *Damnũ*: de quo ſupr. pro ſumtu. Terent. Eun. 5.4.℣.6. *Eam confeci ſine moleſtiâ ſine ſumptu ſine diſpēdio.*

Diſpendium. Merc. Prol. ℣.30.53. Idem quod *ſumtus.* Men.3.2. ℣.20.

Diſpennere: propriè de avibus, quando pennas extendunt & expandunt. Mil.5.1.℣.14. *Tenere* vero eſt verbum aucupale. Terent. Phorm.2.2.℣.16.

—— *quia non tete accipitri tennitur, neq; milvio.*

Ita ibi Donatus. Atque hinc *Obſtinere.* Græc. κρατεῖν. Vide Feſtum in *Obſtinet.*

Diſpenſare res domeſticas. h. e. diſpenſatorē eſſe. Cic. lib. 11. Atti. Epiſt.1. *Accepi à te ſignatum libellum, quem Anteros attulerat: ex quo ſcire nihil potui de noſtris domeſticis rebus, de quibus acerbiſſimè affligor, quòd, qui eas diſpenſavit, neq; adeſt illi, neq; ubi terrarum ſit, ſcio.* (℣.49.

Diſpenſare pecuniam. Bacch.4.9.

Diſperatus, pro diverſo, diſiūcto. Vulgò *deſperatus.* Nazarius Paneg in Conſtant. *Et quæ temporibus diſperata ſunt, animorum præſumtione jungũtur.* Ita vet. cod. ubi vulg. *diſſeparata.*

Diſperij: interii, perii. Comicæ deſperationis. Caſin. 5.3.℣.2. Ciſtul. 4. 2. ℣.47. & 4.2. ℣.1. Merc.3.4.℣.14.22. & 4.1.℣.15. Perſ.5.2.℣.71. Stich.5.5.℣.12. Moſt.4.3. ℣.36. Bacch. 5.1.℣. 27. Trin.4.3.℣.79.82. *Diſperij malè.*

Diſperdere rem. Caſina.2.3.℣.32. Trin.2.2.℣.49.51.53.

Diſperditus. Pœn.4.2.℣.96.

Diſperire. Moſt.2.1.℣.28. Mil.2. 2.℣.8. Pœn.4.2.℣.86.96.

Di-

Digitized by Google

Diſpertire: dividere. Aul. 2. 5. ✠. 5. Mil. 3. 1. ✠. 134. Pſeud. 1. 5. ✠. 26. Curc. 1. 3. ✠. 33.

Diſpeſſa manus: quaſi *diſpenſa*, Mil. 2. 4. ✠. 7. Prudent. *Panſis in alium brachiis*. Idem: *Vix panſo poterat currere carbaſo*. Virgil. 4. Georg. *Proderit & tunſum galla admiſcere ſaporem*. Idem:

Vomeris obtunſi dentem.

Vide Agel. lib. 15. c. 15. & Lex. Lucret.

Diſpoliare. Caſ. 4. 4. ✠. 4.

Diſpolire dorſum. Epid. 1. 1. ✠. 85. Vide Animadverſiones.

Diſponere. Propriè hic-ibi, variiſque ſeu multis in locis ponere. Cic. Accuſ. Verr. 1 c. *Illa* (ſc. ſigna) *quæro, quæ apud te nuper ad omnes columnas, omnib. etiam intercolumniis, in ſylvâ deniq; diſpoſita ſub diuo vidimus*. Liv. *Vigilias per Vrbem diſponere Cæſar, claſſem præſidia, & inſidias*. Lucet. lib. 5. ✠. *Cauſas diſponere*. h. e. varias & multas adferre. Virg. lib. 3. Aen. ✠. *tectoſq; per herbam diſponunt enſes, & ſcuta latentia condunt*. Aſin. ad Cic. lib. 10. Epiſt. 31. *Qui locis omnibus diſpoſiti ab utraque parte ſcrutantur tabellarios*.

Diſponere: verbum militare, τάττειν. Amph. 1. 1. ✠. 65.

Diſputet: valde pudet. Moſt. 5. 2. ✠. 44. Bacch. 3. 3. ✠. 77.

Diſpungere rationem: eſt, ſoluere æs debitũ. Aul. 3 5. ✠. 55. Pap. de V. S. *Diſpungere eſt conferre accepta & data*. Item alibi. *Percunctandas atq; examinandas rationes, & diſpungendas atq; diſcutiendas*. Vide Notas Gothofredi ad l. 56. princ. de verb. ſignificatione.

Diſputare: eſt partium in judicio. Moſt. 5. 2. ✠. 16.

Diſputare; pro reputare, expẽdere, cõſiderare. Moſt. 1. 2. ✠. 4.

Diſputare aliquid cum aliquo. Men. Prol. ✠. 50.

Diſputatio. Cic. & vett. idẽ ferè, quod, *tractatio*. aut, ut Stoici loquebãtur, *Schola*. Vulg, *loc⁹*, *tractatus*. Cic. li 3. de Orat. c. *Et aliud dicendi genus deliberationes, aliud laudationes, aliud iudicia, aliud ſermones, aliud conſolationes, aliud objurgatio, aliud diſputatio, aliud hiſtoria deſiderat*.

Diſſapire. Verbum rarius. Eo uſus eſt Lucretius lib. 1 ✠. 997.

Aëra diſſapit colles, atq; aëra montes.

Eumq; toto eo in loco ſequutus Ovid. initio l. 1. Met. ✠. 68.

Vix ita limitibus diſſapſerat omnia certis.

Sic enim ibi ſcriptum eſt in Membr. noſtro lib. Chiflet. vul. *diſcepſerat*, aut *diſcreuerat*

Diſſertio. Verb. rarius, pro eo, quod vulg, *diſſertatio*. Ag. l. 19. c. 19. *Diſſeruit aũt contra ἀπάθειαν Stoicorum*. Et mox: *In eâ diſſertione, quantulum memini, huiuſmodi ſenſus eſt*. Ita ibi vett. libb. indice Giſanio.

Diſſicio, is, diſſicere: à quo *diſiecti⁹*. Plaut. Curt. 3. 1. ✠. 54: Verbum *Diſſicio* vulg hodie ignotũ, & variè corruptũ in Auctorib. quod proinde ab abuſu revocandũ eſt. Et fecit id iã olim Magnus litterarũ Antiſtes *Claud. Put.* cuius filius *Petr. Put.* amicus

noſter & fautor edecumatus Patris ſui commenta lubens volens litteratæ Reipublicæ communicavit, è quibus & ſcriptio vera,& uſus genuinus huius pernoſci poterit. Proinde quicquid illarum fuit cõmentationum, non pigebit ἐπιτομάδην huc referre, cùm & idem olim fecerint egregij litterarum ſtatuminatores, Dion. Lamb. in Notis ſuis ad Cicer. Orationem pro Cælio pag. 67. Hub. Giſan. in accuratiſſimis Collectaneis ad Lucretium: nec non Caſp. Gevartius in Electis ſuis lib. 2. c. 4. Quæ quidem hactenus repræſentabo, ut in illorum nõ omnia verba ſim juraturus. Exiſtimat Puteanus verbum *Diſſicio* eſſe junctum à *ſeco*, quod vulgo *diſſeco*. Cui non adſentior, Nã ſi hoc verbũ eſt à *Seco*, dicendum quoq; foret, *diſſico, diſſicat, diſſicare*. At vett dicunt, *Diſſico, diſſicit, diſſicere*. Deinde repugnat locus Priſciani, quem Puteanus adducit ex lib. 14. in quo *diſſicio*, nõ *diſſico:* & alter Lucretij, in quo, *diſſicietur*. Aliud verbum eſt *Diſſico*, de quo alibi. Quamobrem puto *diſſicio* non à *Seco*, ſed à *jacio* junctum: & eſſe hoc verbum *Diſſicere*, quod vulgatum hodie. *Diſijcere:* vetereſque non dixiſſe, *diſijcere*, ſed, *diſſicere:* quãvis dixerint, *diſiect⁹*. q; niſi ita ſit, qd cauſæ eſſe dicamus, cur Priſcianus exponens verba cum præpoſitione *dis* juncta, inter ea, in quibus poſt *dis* ſequitur *i*, adferat *diſiectus*, & non *diſſicio*: cùm tamen verbum ei loco convenietius videatur, quàm participium, quod & alia, quæ adfert, ſint verba, non participia. Sed præſtat locum ipſum Priſciani proferre: *Sciendum eſt* (inquit lib. 14. extremo) *quod tunc dis præponitur, cùm ſequitur* c, *vel* f, *vel* p, *vel* s, *vel* t, *vel* i, *loco conſonãtis: ut diſcũbo, diſcutio, differo, diffido, diffundo* (*in quibus s in f convertitur, euphoniæ causâ*) *diſpliceo, diſputo, diſſicio* (Sic vett. libb. nam vulg. *diſijcio*) *diſtraho, diſturbo*. Nunc ſcriptores veteres quoque producam, qui hoc verbo ſunt uſi. Supra indicavi locum ex Plauti Curcul. 3. 1. ℣. 54. *Clipeatus elephantum ubi machærâ diſſicit*. Vbi in Animadverſionum noſtrarum juſto volumine fortiter aſſerui ex MSſ. Pall. & aliis. Nam Nonij *diligit*, aut Feſti, *dirigit* minime placet, multò minus vulgatum *diſiicit*. Lucret. lib. 3. ℣. 640.

Et diſciſſa ſimul cum corpore diſſicietur. Ita edidit Giſan.

Cicero pro Cælio cap. *Dede ac diſſice*. Ita vett. libb. etiam Lambino teſte, qui tamen legendum putat, *dide*. quod Poeticum potius eſt. Virgil. lib. 1. Aeneid. ℣. 70.

Aut age diverſas, aut diſſice corpora ponto.

Et lib. 7. ℣. 339.

Diſſice compoſitam pacem, ſere crimina belli.

Et

Et lib. 12. ℣. 307. *Ille ſecuri*
Adverſi frontem mediam, mentumq; reducta
Diſſicit; & ſparſo latè rigat arma cruore.

Sic habent vett. libb. quos tribus illis in locis conſuluerunt Pierius & Puteanus. Valerius Max. lib. 3. cap. 5. *Dolenter enim homines ferebant pecuniam, quæ Fabiæ gentis ſplendori ſervire debebat, flagitio diſſici.* Et lib. 8. cap. 25. *Vt opere pulcherrimo conſumpto, nomen eius per totum terrarum orbem diſſicietur.* Sic ſanè erat in Mſſ. Pighij. Ovid. lib. 11. Metam.

— & nondum totos ornata capillos
Diſſicit hos ipſos colloque infuſa mariti.

Seneca Agamemn. Act. 5. *Cupit fluentes undique & cæcos ſinus diſſicere.* Sic vett. libb. ut indicarunt Petr. Faber, & Cl. Puteanus. Valer. Flaccus lib. 3. ℣. *Socia ſed diſſicit agmina clavâ.* Prudent. 1. Cathem. *Tu Chriſte ſomnum diſſice.* Et Periſteph. in Laurent. *cùm membra morbus diſſicit.* Suet. Tiber. cap. *Vicina verò Vrbi oracula & diſſicere conatus eſt.* Livius lib. 13. initio: *Incuſati graviter ab Senatu Aediles, Triumvirique capitales, quòd non prohiberēt, cùm emoveri eam multitudinem è foro, & diſſicere apparatus ſacrorum conati eſſent, haud procul afuit, quin violarentur.* Silius lib. 3. ℣.

Impactum pelagus laceratæ viſcera terræ
Diſſicit.

Sidonius in Panegyr. Maior.

— partemq; cerebri
Hic galea cùm parte rapit, fortiq; lacerto
Diſſicit ancipiti miſerabile ſinciput enſe.

Ita rectè Colvius; qui tamen unum Puteanum laudat in Notis ad Apuleium pag. 108. præterito Giſanio, qui primus eam lectionem reperit. Statius lib. 1. Thebaid. ℣.

Inedia in fratres conſortia ferro
Diſſiciant.

Ita in vet. Cod. Lipſij reperit Ioh. Bernhartius, qui tamen vulgatam ſcripturam edidit, *diſſiliant.* Et lib. 10. ℣.

Adſpice ſacrilegas Cadmeæ pellicis arces,
Siderei regina poli, tumulumq; rebellem
Diſſice.

Et ibidem in Thebaid.

— aliud potes, diſſice fulmen.

Ita ex initio eiuſdem cod. legendum, ubi vulgò, *diſſiice.* Ita genus fluminis à vett. Rom. *fulmen diſſiciens* dictum ſcribit Servius in illud Virgil. lib. 1. Aen. ℣. 43. Vide ibi Servium.

Diſſidere, & *diſſidium*, an *diſcidium.* Vide ſupr. *Diſcid.* *Diſcidere* plerumque de animo, & ſententiâ, idem quod, *Diſſentire.* Interdum tamen & de corpore ac loco, ut ſit idem,

idem quod *Diſtare*, ſeiungi. Prior notio vulgaris. De alterâ hic verſus Virg. l. 7. Aē. ✠. 369.

Omnem equidem ſceptris terram, quæ libera noſtris
Diſſidet, externam reor, & ſic dicere Divos.

Et Propert. lib. 1 Eleg. 12. ✠. 3.

Tam multa illa meo diviſa eſt millia lecto,
Quantum Hypanis Veneto diſſidet Eridano.

Seneca lib. 3. Benef. cap. 37. *Diſſediſſe creditum eſt igne. Et utrimq; flammam recedentem limitem adopertum.* Et Horatius: *diſſidet inſano.* lib. 1. Epiſt. 5. ubi tamen accipitur pro diſſimili. Sic & *Diſſidij* duplex eſt notio. Vna animi, eaq; vulgaris. Vt apud Ciceronem l. 1. de fin. cap. *Ex cupiditatibus diſſidia, diſcordia.* Altera loci & corporis, pro diſiunctione, vel diremptio tam hominum, quàm corporum, & rerum. Vtitur eo in hac poſteriori notione ſæpe Lucret. utuntur & alij Poetæ plurimi. Cicero interdū, ut li. 4. Attic. Epiſt. 1. *Cognoram enim te, qui primis temporibus erroris noſtri, aut potius furoris particeps, & falſi timoris ſocius fuiſſes, acerbiſſimè diſſidium noſtrum tuliſſe.* Et Philipp. 2. cap. *Ipſe autem amore ardens confirmabat, quod deſiderium tui diſſidij ferre non poſſet.* Idem in Epiſt. *Deflevi coniugis miſera diſſidium.* Iuſtinus lib. 23. *Inter hac regia omnium aſſiſtentium fletibus tam crudelis diſſidij reſonabat.* Ibi tamen vett. libb. *diſcidij.* Ex hac alterâ notione *Diſſidium* interdum pro divortio ponitur: ut in illo Terentij, teſte Donato Andr. 4. 2. ✠. 1. *Valeant, qui inter nos diſſidium volunt!* Propert. lib. Eleg. 11. *Multis iſta dabunt littora diſſidium.* Cicero pro Cluentio cap. *Itaque apud ceteros moris, inter propinquos ſuſceptis inimicitiis ſæpe fieri divortia: atque affinium diſſidia vidimus.* Et l. 8. D. de capt. & poſtlim. Paullus JC. *pœnis diſſidij tenebitur.* Et l. 11. §. ult. D. ad leg. Iul. de adult. Ex his intelligitur, & etymon, & orthographia huius vocabuli. Nam origo eius non eſt à *diſcindo*, ſed à *diſſideo*, ut *præſidium*, & *obſidium*: ſed *diſſidium*. Alterum tamen propterea nequicquam improbandum iudico, quod *diſcidium* à diſcindendo oriatur, & ſuis ſignificationibus aptari quoq; poſſit. De quo quidem ſcrupo velim accuratius rem hanc definiviſſe eum, qui id ſolum in Orthographicis agere voluit, Claudium Dauſqueium.

Diſſico: ut *Reſico*, *Exico*, *Proſico*, dicunt: & ſcribunt fere veteres Vulg. *Diſſeco*. à *Seco*.

Diſſidet ille cum illo: pro, ab illo. Cicero lib. 4. Acad. 911. cap. *Quid cum Cleanthe doctore ſuo, quàm multis rebus diſſidet Chryſippus?*

Diſſignator: idem eſt, quod *locarius*. Germ. Platzmeiſter / qui

qui loca publica ordine diſtribuit inter honoratos publico miniſterio. Pœn. Prol. ✠.19.

Diſſimulare. Pœn. Prol. 112. Mil. 4.2.✠.2.

Diſſimulare operam. Milit. 2.2. ✠ 105.

Diſiunctus: pro, diſtinctus, alius, diverſus. Ovidius lib. 3. Metam. ✠. 121. *Et nigram medio frontem diſſiunctus ab albo.* De cane Actæonis, qui frontem habebat nigram, ſed reliquum corpus album. Sic enim ibi ſcriptum eſt in optimis meis Membranis. Vulg. *diſtinctus*, vel, *diſcinctus*.

Diſſolvendi verbum vix notum vulgò. Ciceroni valdè uſitatum. *Diſſolvere leges*, pro, infirmare, & reſcindere. Sic *Conſilia diſſolvere*, & perdere, & *Acta diſſolvere*. Item *Diſſolvere*, pro, refellere. *Contrariorum argumenta diſſolvere.* Sic, Animi remiſſio ac *Diſſolutio*. Vulgò, *recreatio*, & relaxatio.

Diſſolvere liberare à curis μετὰ φορτικῶς à ſervis vinctis. Merc. 1.2.✠ 54.

Diſſolutus: ſolutus. Pœn. 1.1.✠. 20.

Diſtare; remotum eſſe, abſcedere. Men. 5.2.✠.27.59. *Quid ille autem abs te iratus diſtitit?*

Diſtædet tui. Amph. 1.3.✠.5.

Diſtendere divorſum aliquem. Mil. 5.1.✠.15.

Diſtendere ventres. Caſina. 4.1. ✠.19.

Diſtinguere, propriè valet variè idem quod, Ornare, ſive variare, ac notis inſignire. Lucret. lib. 5 ✠.1376.

Vt nunc eſſe vides vario diſtincta lepore
Omnia, quæ pomis interſita dulcibus ornant.

Cicero Accuſ. ✠. Verr cap. *Et ponit ſuas copias omnes, multum argentum, non pauca etiam pocula ex auro, quæ è gemmis erant diſtincta chariſſimis.* Sic & *Diſtinctio*. Cic. lib. 2. de Orat. extrem. *An ergò, inquit, oblitus es, Craſſe, Antonium ita partitum eſſe tecum, ut ipſe inſtrumentum Oratoris exponeret, tibi eius diſtinctionem atq; ornatum relinqueret.*

Diſtractio pulmonum. Curc. 2.1. ✠.22.

Diſtrahere rem. Trin. 2.4 ✠.16.

Diſtrahi. Ciſt. 2.1.✠.5.

Diſtringere aliquem: devincire aliquem, vt ſatisfaciat. Truc. 5.1.✠.65.

Diſtribuere: verbum militare. Amph. 1.1.✠.65.

Diſtringere. Valet interdum, nō dirumpere, aut diſſolvere, ſed aliquid reſolutū aliter ſtringere & ligare. Cicero lib. 3. Offic. cap. 32. *Fraus enim diſtringit, non diſſolvit perjurium.* Sic ibi vett. libb.

Diſtruncare medium. Truc. 2.7. ✠.5.

Diſturbare machinas: conſilia aliorum. Pſeud. 1.5.✠.137.

Dites: opulenti. Curc. 4.1.✠.11. 14.17.

Ditio: pro, poteſtate. Mil. 4.1.✠.8.

Diu: pro. interdiu, de die. Salluſt. *Diu noctuq; laborare feſtinare:* apud Servium lib.1.Georg.

Diu: pro, olim. Moſt. 2.2.℣.40. *Iam diu factum eſt.*

Diu *& multum*. Moſt.1.2.℣.1.

Diu *& longum*. Pſeud.2.3.℣.21.

Diu *eſt, cùm*. Aſin.2.1.℣.3. Merc. 3.1.℣.44.

iam **Diu** *quod* Amph.1.1.℣.145.

Diua *venuſtiſſima Venus*: Pœn.5.4.℣.4.

Diverſa *ſtate*: ſeorſum. Truc.4.3.℣.13.

Diverſoria *taberna*. Truc. 3.2.℣.19.

Diverſores, pro iis, qui ad caupones divertunt. Verbum Ciceronis, ſed adoleſcentis fortaſſe. Scribendum autem *Deverſores*. Vide ſupra, *Deverti*. Cicero lib. 2. Rhet. Her. cap. *Caupo non multò poſt conclamat, hominem eſſe occiſum. Et cum quibuſdam deverſoribus illum, qui ante exierat, conſequitur.*

Diverſus. Propriè eſt locus disjunctus, ſejunctus. Ita plerumque eo Cicero eſt uſus. Cicero lib. 1. de Rep. apud Auguſtinum Epiſt.5. *Brevi multitudo diverſa atq; vaga, concordiâ civitas facta erat.* Et ad.Q.Fratr.lib.1.Epiſt. *Quæ commodis, utilitate, & propè naturâ diuerſa ſunt, voluntate conjungere difficile eſt.* Et in Bruto cap. *Confluxerunt enim & Athenas & in hanc Vrbem multi iniquitate loquentes ex diverſis locis.* Et pro lege Man. cap. *Cùm duobus in locis diſjunctiſſimis, maximeq; diverſis, bellum gereretur.* Cæſar lib.1.bell.Gall.cap. *Item aliâ in parte diverſæ duæ legiones præliabantur.* Interdum & de homine dicitur *Diverſus*. Ut. *Ille eſt à te diverſus*. h. e. diſſentit à te, aliam Sectam ſequitur: ut Stoicus à Peripatetico. Et de re quoq; : vulgò, *Diſtinctus*. Cicero in Bruto cap. *Hæc etſi videntur eſſe à propoſitâ ratione diverſa.*

Dives *pauperi onerat aliquam Zamiam*. h. e. aliquâ Zamiâ onerat pauperem. Aul. 2. 2. ℣.20.

Divexare *rem* alicuius: fallere, decipere, bonis euertere alios, Perſ.5.1.℣.4.

Divi: Dij. Aul.1.1.℣.10. Mil.3.1.℣.134.

Dividere; ſenſu nequiori. Aul.2.4.℣.4. Petron. *Adiectis petulantibus dictis: ſic dividere nolito.* Cicer. Epiſt. l. IX. *In verbis honeſtis obſcœna ponim⁹ Quid enim? non honeſtum verbum eſt Diviſio? At ineſt obſcœnum, cui reſpondeat Intercapedo.* Pompon. *Tamquam frater mihi ſis medium abdomen cum diuidam.* Vide etiam *Cadere*. Hebræi פָּרַר Hoſ.4.14.

Dividere, prò eo, quod plerumque *diſtinguere*: cuius tamen *diſtinguere*, propriè alia eſt notatio. Cicero lib.1.leg.cap. *Atque nos legem à malâ nullâ aliâ, niſi naturali normâ dividere poſſumus.* Et de locis lib. 5.Attic. Epiſt. *Inde ad Amanum*

num contendi: qui Syriam à Cilicia aquarum divortia dividit. Et lib. 3. de Nat. Deor. cap. *Quid Oceani fervore illis in locis Europam Libyamque rapax ubi dividit undas.* Propert. lib. 1. Eleg. 12. *Tum multa illa meo diviſa eſt millia lecto.* Et mox: *An quæ tecta Prometheis dividit herba jugis.* Et lib. 2. Eleg. *Ne nos devideret.* Virgil. in principio Aen. *Italiam, quam tu jam vere propinquam Longa procul longis via dividit invia terris.*

Dividere: pro, dare, attribuere, diſpergere, diffindere: ut *diſtribuere*, ac *diſpartiri*. Lucret. lib. 2. ✝. 272.

Initium motus ab ſe quæ dividit ollis.

Et lib. 4. ✝. 604. *Præterea partes in cunctas dividitur vox.* Cicero lib. 2. de Nat. Deor. *Vt* &c. *omnia cocta confecta in reliquum corpus dividuntur.* Ita ibi omnes libb. quibus tamen invitis Dion. Lambinus verbum poeticum ſuppoſuit, *didantur.* Sic de Haruſp. reſp. cap. *Cuius legati te Tribuno dividere in æde Caſtoris nummos ſolebant.* Et lib. 3. extremo de Nat. Deor. *Sed quomodo idem dicitis non omnia DEOS proſequi, qui idem vultis à Dis immortalibus hominibus diſpertiri ac diuidi ſomnia?* Livius lib. 9. cap. *Tantum magnificentiæ viſum in iis, ut aurata ſcuta Dominis argentariorum ad forum ornandum dividerentur.* Cicero pro Sulla cap. *Deſcribi ab omnibus ſtatim librariis, dividi; paſſim, & pervulgari, atque edi Pop. Rom. imperavi, diviſi, toti Italiæ diviſi in omnes provincias.* Lambinus priore loco *didi* paſſim, & altero ſequutus Memmium, *amiſi in omnes.* Sed nihil mutandum, præſertim omnibus libb. cuſis & manuſcriptis repugnantibus. Sic lib. 4. Rhet. Her. cap. *Aut ſi* Prometheus cùm mortalibus ignem dividere vellet, ipſe à vicinis cum teſtâ ambulans carbunculos ignorarer, non ridiculum videretur.

Dividere: pro penetrare, perrūpere. Cicero Tuſcul. 1. cap. de aëre & igne: *Hoc etiam magis neceſſe eſt ferantur ad cælum, & ab his perrumpatur & dividatur. Craſſus hic & concretus aer.* Et mox de animo: *Neceſſe eſt ita feratur, ut penetret & dividat hoc in quo nubes, imbres ventique coguntur.*

Dividia: diſcordia: *Feſtus.* Triſtitia, *Nonius.* Gloſſæ, Διχόνοια. Germ. Zwieſpalt. ἐπάχθεια: moleſtia; quâ animus veluti dividitur. Bacch. 4. 6. ✝. 1. & 4. 9. ✝. 110. Stich. 3. 1. ✝. 40. *in dividiam venire.* Truc. 4. 4. ✝. 3. Caſ. 2. 2. ✝. 11. Propert.

Dividias mentis conficit omnis amor.

Dividiæ eſt: dolori, tædio eſt. Merc. 3. 4. ✝. 34. Stich. 1. 1. ✝. 18.

Dividuum facere: dividere. Rud. 5.2.℣.52. Terent. Adelph.2. 2.℣.33.

Dium: diurnum ſub cælo lumen. ἀπὸ τοῦ Διός, inquit *Paulus* ex Feſto: à quo *Sub dio*. Cui contrarium, *ſub tecto*. Videtur Dium & ipſe mundus ac cælum eſſe. Feſtus in Ordo: *Dialis: quia univerſi mundi ſacerdos, qui appellatur DIUM dicitur: & ſub dio interdum, quia & Divum ac Dium idem valent.* Et ab eo *Subdivat* apud Tert. novatum verbum, quod Græcè αἴθριον. Vide & *Atrium* ſup. Cicero Accuſ.1. Verr. cap. *Illa quæro, quæ apud te nuper ad omnes columnas omnibus etiam intercolumniis in ſilvâ diſpoſita ſub dio vidimus.* Lucret. lib.4.℣.211.

Quod ſimul ac primum ſub divo ſplendor aquai
Ponitur ——

Cornel. Nepos in Pauſaniâ: *Quo facilius ſub divo moreretur.* Ita eſt in opt. vet. cod. etiam in aliis, deterioris licet notæ. Horatius lib.1.Od.18. ℣.12.

Nec variis obſita frondibus
ſub dium rapiam.

Et lib.2. Od.3.℣.22.

An pauper & infimâ de gente ſub dio moreris.

Et lib.3.Od.2. initio ℣.5.

Vitamq; ſub dio & trepidis agat
In rebus. Ita ibi Mſſ. codd.

Divina humanaq;. Conjunctè hæc dicebant vett. Vide infr. Mantiſſa *de conjunctis verbis*: valetque ea phraſis idē, quod, *univerſa*, ſeu, *omnia*. Plautus Trin.2.4.℣.78. *Nam ibi de divinis atq; humanis cernitur.* Amph.1.1.℣.101. *Dedunt ſe divina humanaq;*. Liv. lib.10.c. *Simul divina humanaq; ſpei pleni clamore conſentienti pugnam poſcunt.*

Divinitus ſcire. Curc.2.1.℣.33.

Divinare: præciſè, prædicare q̄d divinitùs. Cic. li.1. Tuſc. cap. *Cui* (Apollini) *reliqui Dii cōceſſiſſent, ut præter cæteros divinarent.* Et 1. de Divin. c. *Veteres ut ſa*[illegible] *divinare, regale ducebant.* Sic & alibi ſæpè.

Divina domus: dicuntur illę, quę divino cultui ſunt dedicatæ. l. 7. C. de ſacroſanct. Eccl. Vide plura apud Ioſ. Caſtal. Obſ. Dec.5.cap.1.

Divinitas, pro præſtantiâ & excellentiâ in re, aut arte aliquâ admirabili. Cic. lib.1. de Orat. ca. *Equidem hos me aſſecutum puto, quòd magno ſum levatus errore. Et ab illa admiratione liberatus, quod multis cum aliis admirari ſolebam, unde eſſet illa tanta tua in cauſis divinitas.* Recentiores ſcriptores Romani *divinitatis* vocabulo cæperunt uti pro eo, quod antiqui *Iuppiter*, vel *D. immortales* dicebant. Puduit, credo, illos ineptorum Deorum: ſed tamen & Chriſtiani Principes ita eo interdum utuntur. Et videtur *divinitas*, quaſi *Deus*, vel *divina natura*: quomodo & Cicero in Conſolat. *Ex divinitate omnes animos ſanctos aut*

aut

aut acceptos, aut libatos Deorũ cognatione. Ita in monumento, quod Romæ hodieque extat, Imp. Conſtantino dicatum ab Senatu. Nazarius in Panegyr. ad Conſtantium: *nec illa divinitas obſecundare captis tuis ſolita.* Ita rectè v.c.

Divinus: pro fatidico. Seneca de vita beata cap. 27. *concurritis, & auditis, & divinum eſſe eũ.* Martial. *Non ſum divinus, ſed. ſcio, quid facias.* Apul. lib. 1. Met. *Parcè in feminam divinum.*

Divitias quærere. Trin. 4. 1. ℣. 10.

Divitias facere ex aliqua re. Perſ. 4. 4. ℣. 101.

Divitias corruere, coacervare. Rud. 2. 6. ℣. 58. Vide infra *Ruere.*

Divitias exſtruere, exaggerare. Horat. *Et exſtructis in altum divitiis potietur hæres.* Phædrus: *Exaggerare opes.* Vide ibi Notas C. Rittershuſij.

Divitior, pro, *ditior*, ſæpè dixerunt antiqui, & *divitiſſimus*: quæ vulgò fere mutata ſunt. Plautus Pſeud. 5. 2. ℣. 24. *Iam hoc numquam eris nummo divitior* Aul. 5. 1. ℣. 2. *quis me eſt divitior?* Cicero lib. 3. de Orat. cap. 48. *Inde ille licenter & divitior fluxit dithyrambus.* Et lib. 2. Offic. cap. 17. *Mamerco homini divitiſſimo. &c.* Ita rectè Car. Lang. ex v.c. Sic Sidonius Apollin. lib. 4. Epiſt. 3. *divitiſſimus* dixit. Hinc eſt *divitare*, pro, *ditare*. Accius Aſtyanacte apud Non.

Divites boni homines. Curc. 4. 1. ℣. 14. Cicero lib. 13. Epiſt. 31. *Et eſt hodie in bonis.*

Divitiæ luculentæ. Rud. 5. 2. ℣. 33.

Divitiæ maxumæ. Ciſt. 2. 3. ℣. 57.

Divitiæ opimæ. Capt. 2. 2. ℣. 31.

Divitiæ ſummæ. Capt. 2. 2. ℣. 68. Truc. 5. 1. ℣. 50.

Divitias apportare. Stich. 3. 1. ℣. 11.

Divitias Deûm merere. Men. 1. 3. ℣. 34.

In *Divitiis eſſe.* Trin. 3. 2. ℣. 56.

Divorſum ire Rud. 4. 7. ℣. 26.

Divorſus diſtrahor. Mer. 2. 4. ℣. 2.

Divortere abs aliquo. Men. 4. 2. ℣. 71.

Divortere, diverſum eſſe. *Divortunt mores virgini ac lupæ.* Epid. 3. 3. ℣. 22.

Divortia aquarum. Cicero lib. 6. Epiſt. 10. *Cùm veniſſem ad Amanum, qui mons mihi Bibulo communis eſt, diviſus aquarum divortiis.* Et lib. 5. Attic. Epiſt. 10. *Ad Amanum contendi, qui Syriam à Ciliciâ aquarum divortio dividit.* Et lib. 1. de Orat. cap. *Vt ex Apennino fluminum, ſic ex communi ſapientium jugo ſunt doctrinarum facta divortia caſtra poſuiſſe.* Liv. lib. 38. *propè ipſis jugis ad aquarum divortia caſtra poſſuiſſe.*

Diuortium: in genere pro *ſeparatione.* Aul. 2. 2. ℣. 56.

Divortium & diſcordiam parare. Truc. 2. 4. ℣ 66.

Divorti: divortere. Mil. 3. 1. ℣. 45. Men. 1. 1. ℣. 39.

Diuorti ad aliquem in hoſpitium luſtorium optimum. Pœn. 3. 3. ℣. 39. Trin. 3. 2. ℣. 47.

Diu

Diuerti hoſpitio apud aliquem. Mil.2.2.ỷ.86. & 4.3.ỷ.17.

Divos: Diuus, Deus. Amph. Prol. ỷ.57.

Divus, pro patrono, cuſtode, & quaſi Tutelari Deo. Amph. Prol.ỷ.57. Caſ.2.5.ỷ.25. *Humani Iouis.* Perſ.1.3.ỷ.30. *terreſtres Ioues.* Eodem modo Paraſiti Genios ſuos vocabant Deos. Terent. Phorm.1.2.ỷ.2.4. Lucret.III.18.25. Virgil. Elog.1.ỷ 6.41. Propert.lib.2. Eleg.3 ỷ.12.

Dius Fidius: eſt filius Iovis. h.e. Hercules. Διὸς υἱὸς ἡρακλῆς. Aſin.1.1.ỷ.8. Vide Philoſoph. Plaut. Tit. *Deorum* & *Iuramenti.*

Diutinum infortunium. Mil.2.6.ỷ.23.

Dixis: dixeris. Capt.1.2.ỷ.40. Mil.2.3.ỷ.12.& 3.2.ỷ.29.

Dixti: Merc. 4.4.ỷ.14.

Docere propriè de rigidis magiſtris. Aul.3.1.ỷ.7. ait coquus, qui vapularat: *Hoc ipſus magiſter me docuit.* Vide plura apud Paſſerat. Notis ad Propert. pag.136. b. B.

Docere, pro, *dicere.* Aul.3.2.ỷ.20.

Docere Comœdiam, fabulam: pro Exhibere. Cicero enim dicit *fabulam dare.* Comicus ipſe dicitur *docere Comœdiam*: Hiſtrio, *eam agere.* Sumtum id à Græcis, qui dicunt διδάσκειν. Et ex eo libri διδασκαλίαι, quibus de Comœdiis, quas quiſque & quo tempore ediderit, agebatur. Et Poetæ Comici ipſi propriè διδάσκαλοι, teſte Harpocrat. Cicero in Bruto cap. *Nam hoc Pretore Ludos Apollini faciente, cùm Thyeſtem fabulam docuiſſet Q. Maximo. Cn. Servilio COSS. mortem obijt Ennius.* Et paulò ante: *Attius à Q. Maximo quintùm Conſule captum Tarento ſcripſit Livium annis xxx. poſtquam eam fabulam docuiſſet.* Et Attius ſcribit: *Docuiſſe autem fabulam annis poſt xi. Cn. Cornelio, Q. Maximo COSS.* Et mox: *Cuicum æqualis fuerit Livius, minor fuit aliquando is, qui prius fabulam dedit, quàm hi, qui multos docuerunt ante has COSS. Plautus & Nævius.*

Docilior ad aliquid. Bacch.1.2.ỷ.56.

Doctè verſutus. Stich.4.1.ỷ.55.

Doctè: approbantis eſt. Epid.2.2.ỷ.96.105.

Doctè & perſpectè ſapit. Mil.3.1.ỷ.161.

Doctè; ſapienter, cordatè, catè, aſtutè. Epid.3.3.ỷ.23. Pſeud.4.1.ỷ.31.& 4.2.ỷ.63. Pœn. Prol.ỷ.111.& 1.1.ỷ.3.

Docti doli: aſtuti. Pſeud.1.5.ỷ.70. 113.

Doctiſſimè. Pœn.5.3.ỷ.30. *Doctiſſime monſtrare.*

Doctrina apud Ciceronem ſæpe idem, quod, ratio, ars, μέθοδος: cui contrarius *uſus, exercitatio*, etiam officium Doctoris. Vide & *Diſciplina*, ſupr. Cic. lib.1. de Orat. cap. *Ipſaque illa, quæ in Commentarium meum retuli, ſunt eiuſmodi, non aliquâ mihi doctrinâ tradita, ſed in rerum uſu cauſiſq; tracta-*

tractata. Et eod lib. *Quodſi tantum in nobis videtur eſſe: quibus, etiamſi ingenium, ut tu putas, non maximè defuit, doctrina certè & otium &c. defuit: quod cenſes ſi ad alicuius vel par vel maius illa, quæ ego non attigi, acceſſerint, qualem illam, & quantum oratorem futurum.* Et. *Quanto minus eſt ad Iuris civilis perdiſcendi occupationem deſcendendum? quod & ſummatim percipi ſine doctrinâ poteſt?* Et lib. 2. *Quæ cùm abs te commemorarentur, equidem nulla præcepta deſiderabam. Iſtam enim ipſam demonſtrationem defenſionum tuarum abs te ipſo commemoratam doctrinam eſſe non mediocrem puto.* Et quod eodem lib. 2. ſic puto accipiendum: *Quod quiſquam ſummis ingeniis, acerrimis ſtudiis, optimâ doctrinâ, maximo uſu cognoſci ac percipi potuiſſe arbitraretur.* Et initio eiuſd. lib. 2. *Quare mihi nullo videtur modo doctrina iſtâ reſponſione poſſe narrari.*

Doctrina pro ſcientiâ & arte, notum, licet vulgò non ſatis uſitatum: ſed interdum videtur idem, quod Græcum διδασκαλία, quod Latinè plerumque *diſciplina, inſtitutio, officium* ipſum *docendi*: à quâ notione non longè abhorret recentiorum quorundam *uſus doctrinæ*, pro methodo & ratione ac viâ docendi. Cicero lib. 2. de Orat. cap. *Eiuſmodi definitio genere ipſo doctrinam reddet, exercitationemq; penè puerilem.* Et eod. lib. *Quod quiſquam ſummis ingeniis, acerrimis ſtudiis, optimâ doctrinâ, maximo uſu cognoſci & percipi potuiſſe arbitraretur.*

Doctum fieri de aliquo; certiorem fieri. Perſ. 4. 3. ℣. 70.

Doctum dictum: eruditum, & cū eruditione cōiunctum. Men. 2. 1. ℣. 24.

Doctum docere. Pœn. 4. 2. ℣. 58.

Doctus: aſtutus, verſutus, callidus, malus. Bacch. 4. 4. ℣. 43. Moſt. 1. 3. ℣. 121. & 5. 1. ℣. 21. 24. Pſeud. 2. 4. ℣. 35. 39. *Malus callidus, doctus*, & 4. 1. ℣. 3. & 4. 8. ℣. 6.

Documentum dare. Capt. 3. 5. ℣. 94.

Dolabra & Dolabella, eſt ſecuris vel quid ſimile, & planè aliud ab *Aſcia*: unde *ſecures dolabratæ*. Paulus Epit. Feſt. *Seceſpitam alij ſecurim, alij dolabram æneam, alij cultellum putant.* Livius lib. 28. cap. *Eadem portâ ſigna infeſta urbi illata & aliis partibus ſecuribus dolabriſq; cædebantur, & refringebantur portæ.*

Do, Das, Dare. Dare diſtinctim à *Promittere*, vel *oſtendere* tantùm. Vide ſupra, *Dare*.

Dare litem contra, vel ſecundùm aliquem. *Ita pronunciabant* ipſi Iudices. Interdum omittebatur verbum *litis*. Cicero pro Roſcio Comœdo cap. *Quominus ſecundum lis data erit.* Plinius lib. 7. Epiſt. *Finem cognitioni quæſtio impoſuit, quæ ſecundùm reos acuit.* Suet. Claud.

Claud. cap. *Abſentibus ſecundùm præſens dedit.* Tacitus lib. 4. Ann. cap. *Ita ſecundùm Meſſenios datum.* Vlpianus l. Divi D. de lib. cauſ. *Si enim liquebit, contra libertatem dabit.*

Dare viam. Vox Dictatoris ad populum ſummovendum. Dicebat &, *Date locum,* quod Plutarchus in Gracchis: Δότε τόπον ἀγαθοῖς χαρῇ πολίταις. Livius lib. 3. cap. *I lictor, ſummove turbam, & da viam domino ad prehendendum mancipium.* Plautus Curc. 2. 3. ℣. 1. *Date viam mihi noti atq; ignoti, dum ego hic officium facio: & ſurgite, omnes abite, & de viâ decedite.* Et Aulul. 3. 1. ℣. 1. *Optati cives, date viam quâ fugere liceat.* Ovid. lib. 1. de Ponto.

Vatícinor, moneoq; : locum date ſacra ferenti.

Acro ad Horat. lib. 1. Epiſt. ait, *ſervos officioſos in turba hunc & illum in latus fodiendo dicere ſolitos,* Date locum Domino *meo.*

Dare ſe alicui: totum ſe alicui accommodare. Terent. Adelph. 5. 3. ℣. 52. *Da te hodie mihi.* Cicero Accuſ. Verr. lib. 3. cap. 19. *Tamenne putamus patronum ſuum in hoc crimine cerviculam jactaturum, & populo ſe ad coronam daturum?* Et de Orat. *Id quoque toto capite annuit, ut ſe Craſſo daret* Et ad Attic. Epiſt. *Video ut equites veſtri ſe huic dent. ut daturi ſint.* Et lib. 2. Famil. Epiſt. *Quare da te homini: complectitur. mihi crede.*

Dolere ab aliqua re. Ciſtel. 1. 1. ℣. 62.

Dolere oculi: quomodo dicantur, vide litt. O.

Dolere; cum tertio caſu. *Dolet mihi.* Ciſt. 2. 1. ℣. 19. Men. 2. 3. ℣. 84. Epid. 1. 2. ℣. 44.

Dolent illi duæ ancillæ. Truc. 2. 8. ℣. 3.

Dolet manibus. Truc. 4. 2. ℣. 55.

Doli docti: aſtuti. Pſeud. 1. 5. ℣. 70. 113. Bacch. 5. 1. ℣. 9. Pſeud. 4. 3. ℣. 11.

Doli conſuti. Pſeud. 1. 5. ℣. 126.

Doli meditati. Pſeud. 4. 1. ℣. 31.

Doli non-doli. Capt. 2. 1. ℣. 26.

Doliaris anus. Vide *Anus.*

Dolium pertuſum. Pſeud. 1. 3. ℣. 134.

Dolium vini. Ciſt. 2. 2. ℣. 9.

Dolius, a, um, Cor dolium. ἐπιθετικῶς dicitur, ut *vinum cruciũ,* quod acore cruciaret. Ciſt. 1. 1. ℣. 67. & 69. Vide etiam *Cor dolium.*

Dolo dicere. Trin. 1. 2. ℣. 53. & 2. 4. ℣. 79.

Dolo *Troianus.* Speculator Græcorum, qui ab Vlyſſe interfectus. Pſeud. 4. 8. ℣. 7. Vide Homer. x. Iliad. Eurip. in Rheſo. Virgil. 12. Æneid. Sic Moſt. 3. 1. ℣. 29. *Tranium dixit,* pro, *Tranionem.* Et Prolog. Amph. ℣ 99. *Electrum* pro *Electryone.*

Dolo non dicam: elegans forma. Men. 2. 1. ℣. 3.

Dolor & labor. Pſeud. 2. 3. ℣. 20.

Dolorem condere in corpus alicuius. Truc. 2. 6. ℣. 39.

Dolorẽ capere corde. Truc. 2. 5. ℣ 5.

Do-

Dolores: pro doloribus partûs ὠδῖνας. Ciſt. 1.2. ✠. 22. Truc. 2.5. ✠. 8. & 2.6. ✠. 38. & 4.3. ✠. 33.

Doloſus. Pſeud. 4.2. ✠. 4. Epid. 3. 2. ✠. 36. pro ſuppoſititio. Pſeu. 5.1. ✠. 6. *doloſus luctator.* Vide D. Heinſ. ad Hebr. cap. 12. ✠. 1. pag. 579. *Doloſus,* εὐπερίστατος, qui in luctâ alterum aut curſu facile circumvenit.

Dolum cōminiſci. Truc. 1.1. ✠. 66. Pſeud. 4.7.63.

Dolum procudere. Caſ. 3.5. ✠. 47. Pſeud. 2.1. ✠. 20. Milit. 3.3. ✠. 64. *Dolum Dolare.*

Dolus malus. Rud. 5.3. ✠. 25.

Doloſus; pro ſuppoſititio. Epid. 3. 2. ✠. 36.

Dolus & fallacia. Pſeud. 2.4. ✠. 15.

Dolus occidit; euaneſcit. Truc. 2.5. ✠. 7. *Dolum aggrediri.* Ibidem ✠. 7.

Dolus doctus. Mil. 2.2. ✠. 93.

Domare: Amph. 1.1. ✠. 68.

Domi nobilis. Ita à Romanis dicitur, qui non in Urbe Româ (ibi enim abſolutè *Nobiles* appellantur) ſed in prôvincialibus urbibus: ſic & *Domi ſua locuples, atq; honeſtus.* Cic. Accuſ. 2. Verr. c. *Heraclius eſt Hieronis filius Syracuſanus, homo inprimis domi ſua nobilis.* Et eod. lib. *Sopater quidam fuit Halicienſis, homo domi ſua cumprimis locuples atq; honeſtus.* Et Accuſ. 5. c. *Herbitenſis Eubulida, homo domi ſua clarus & nobilis.* Et mox *Heraclius Segeſtanus, homo domi ſua ſummo loco natus.* Iuſtinus lib. 5. *Erat inter exules Thraſybulus vir ſtrenuus, & domi nobilis.*

Domi nobis iſta naſcuntur. Proverbialis locutio, de qua & Eraſmus in Adag. Cent. 10. Prov. 49.

Domi-nata. Terent. Adelph. 3.3. ✠. 59. PH. *Domi habuit, unde diſceret.* Cic. lib. 2. Attic. Epiſt. 6. *Quid enim ego aliorum ὑποφωνήματα exſpectem? cùm hac domi naſcuntur?* Et li. 9. Epiſt. 3. *Sed quid ego nunc hac ad te, cuius domi naſcuntur? γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας.* Idem Lucul. cap. *Deſine quaſo communibus locuſ domi vobis iſta naſcuntur.* Varro lib. de re ruſt. c. 4. *Hac ubi domo naſcuntur in meâ, nō metuit ſumtum filius domi.* Iuven. Sat. 11. ✠.

Illa domi natas, noſtraq; ex arbore menſas viderunt.

Domi eſt. Terent. Phorm. 3.2 ✠. 19. *O fortunatiſſime Antipho. A Egóne? PH. cui quod ames, domi eſt.* Et mox: *Mihin' domi eſt?*

Domi apud ſe. Mil. 3.1 ✠. 42.

Domi cupio. Trin. 4.1. ✠. 22. *Cupidus ſum domûs.* Ter. Eun. *Quamquam domi cupido, opperiar tamen.*

Domi, pro, *domui.* Curcul. 4.2. ✠. 32.

Domi domitus. Men. 1.1. ✠. 29. Vide *Parallela* in Mantiſſa. Lucret. V. 1333.

Domi bellique. Vide litt. B.

Domi duellique: vt Cicero, *domi militiaque.* Aſinar. 3.2. ✠. 13.

Domi habere. In proverb. elegāti for-

ti formulâ dicitur is, qui non neceſſe habet aliunde rem aliquam anquirere : ſicut *in Mundo habere*. Amph.2.2.℣.7.Perſ.1.1.℣.46. *Domo experiri*. Aſin.2.2.℣.53. Ciſt.2.1.℣.1. *Coniecturam domi facere*. Caſ.2.3.℣.8. Mil.2.2.℣.36. Rud.5.2.℣.48. Merc.2.3.℣.20. *Domi doctus ſum*. Pœn.1.2.℣.7. Truc.2.5.℣.4. *Domi eſt*: h. e. in promptu. Rud.5.2.℣.48.Bacch.2.2.℣.47.& 2.3.℣.131.& 4.4.℣.6. Truc.2.7.℣.4. *Domi à ſe*, ex ſe. Caſ.2.3.℣.8.*Domi ſcio*. Cicero Lucullo: *Domi nobis iſta noſcuntur*. Idem Epiſt.3. lib.9. *Sed quid ego hac ad te, cuius domi noſcuntur*. Contra eſt: *Foris quærere*, petere. Mil.3.1.℣.41. Aul.2.6.℣.9. Lucretius V.544.

Domi mea.Epid.3.4.℣.67.& 4.1.℣.36 Moſt.1.3.℣.34. Truc.2.2.℣.6.

Domi ſatis.Mil.4.4.℣.18.

Domini: pro hiſtrionum dominis.Aſin.Prol.℣.3.

Dominus, dicitur de filio herili. Capt.Prol.℣.18.

Dominus: de patre familiâs, & hero domûs. Moſt.1.2.℣.29.

Dominus maior, *dominus minor*. Diſtinguebantur apud veteres,vt *filij*,qui dominos haberent in ſpe, *minores* dicerentur ; *patres* autem *maiores*. Aſin. 2. 2.℣.63. Sic etiam *Maior hera & minor*. Trucul. 4.3.℣.22. Quin & ipſæ filiæ quandoque quæ ætate diverſæ eſſent, ſic diſtinctæ fuerũt.

Dominus interdum is, qui *Convivator*, qui convivium præbet,qui & *Herus*,& ab Horat. *Modimperator* dicitur. Livius lib.23.cap.*Vnus nec dominorũ invitatione, nec ipſius interdũ Hannibalis,Callavij filius Perolla vinci potuit*.Cicer.in Vatin.c.*Cùm ipſo exule Dominus Q. Aurius abactꝰ eſſet*.Et mox *quem accumbere atratum videras dominum cum togâ,& eius amicos ante convivium*.

Horatius lib.2.Sat. *Hic herus Albanum, Mecænas ſive Falernum Te magis appoſitis delectat*. Et mox:*Sub hoc herus,hac gravida,inquit*. Et in fine : *ſuavis res, ſi non cauſas narraret earum , & naturas*. *Dominus* dicitur &*Convivator*,&*Parochus*, & *Cenæ pater*. Varro apud Agell.13.11. *Dominum autem, inquit, convivij eſſe oportet nõ tam lautum,quàm ſine ſordibus*.

Dominus. Interdũ is dicebatur, ad quẽ auctio pertineret. Ferè idem, qui, *Magiſter*. Nam *Magiſter* verbum in hoc uſu notum eſt, *Domini* non item. Cic.pro Quintio c. ubi de auctione , & bonis vendendis agitur. *Cùm magiſtri fiunt, & domini conſtituuntur,qui,quâ lege & cõditione pereat, pronũcient*.Sic & ſupra,ubi Nævius præco fingitur hoc dixiſſe: *Negat aliâ ratione futurũ, ꝙ promiſit : non plus ſuâ referre, quàm ſi cùm auctionẽ vẽderes domini juſſu,quippiã ꝑmiſiſſet*.

Domitus,

Domitus, ûs. Rarius nomen. Vide, *Inductus.* Cicero lib. 2. de Nat. Deor. cap. *Efficimus etiam domitu noſtro quadrupedum vectiones.*

Domo; adverbialiter. οἴκοθεν. Amph.2.1.℣.7. Bacch.4.4.℣.6. *Nō aliunde anquireret, &c.*

Domo: è domeſtico penu. Curc. 5.3.℣.7.

Domo abire. Epid.1.1.℣.44.

Domu, ἀρχαϊκῶς. Mil.2.1.℣.48.

Domum alicujus venire. vulgò ferè, *In domum.* Cicero in Verrem, de præturâ Vrbanâ: *Quo tandem pudore tales viros, quo dolore meretricis domum veniſſe arbitramur?* Marius ad Cicer.lib. 11. Epiſt.28. *Verùm etiam Conſules Antonij ſæpe domum ſalutandi causâ.*

Domum cupere: eſt in patriam reverti velle. Vnde *domuitio* apud Cornif. ad Herenn. Bacch.2.3.℣.45. Cic.pro Ligar. *Tum Ligarius domū ſpectans, & ad ſuos redire cupiēs.*

Domum ducere; verbum nuptiarum. Ciſt.1.1.℣.101. Ciſt.2.1.℣.53.&2.3.℣.72. Pœn.1.2.℣.75. Aſin.2.1.℣.28.&3.5.℣.6.

Domus commeminit. Trin.4.3.℣.20.

Dona vocant propriè ea, quæ Dijs offeruntur. Feſtus Scribas. *Publicè attributa eſt ei in Aventino Aedis Minervæ, quâ liceret ſcribis, hiſtrionibusque conſiſtere, ac dona ponere in honorem.* &c. Lucret. lib.2.℣.678.

Deniquemulta vides, quibus & color & ſapor unà
Reddita ſunt cum odore: inprimis pleraque dona.

Dona Deorum ſunt: *Munera* hominum. Rud.prol.℣.53.

Dona conferre. Men.1.2.℣.20.

Dona infecta: dicuntur illa, quæ promiſſa quidem ſunt, ſed ex pœnitentiâ quadam revocantur. Moſt.1.3.℣.27. (40.

Donabilis infortunio. Rud.3.2.℣.

Donare dono. Stich.5.2.℣.8.

Donare gaudijs. Aulul.5.1.℣.1.

Donare poculum; propinare. Perſ. 5.1.℣.22.

Donec, pro, *priuſquam.* Aul.1.1.℣.19. Moſt.1.2.℣.35.

Donicum; pro, donec, ἀρχαϊκῶς. Truc.2.1.℣.18. Capt.2.2.℣.89. Pſeud.4.7.℣.72. Aul.1.1.℣.19. Moſt.1.2.℣.35. Vide Lexicon. Lucret.

Dono dare. Truc.2.2.℣.24.&2.6.℣.60. Pœn.1.1.℣.41.

Dono habere Pſeud.4.6.℣.13.

Donoſus; liberalis. Epid.2.3.℣.14. Truc.1.1.℣.63. Sic ibi legit Ioh. Brantius. Vide Animadverſ. noſtras.

Dormire arctè. Moſt.3.2.℣.140.

Dormire ſine omni curâ. Trin.2.4.℣.20.

Dormire; in Proverbio. Vide *Proverbia*, in Mantiſſa.

Dormire; pro, *connivere.* Curc.1.2.℣.66.

Dormire, de peſſulis. Curc.1.2.℣.61. Sumitur pro ἠρεμεῖν, quietum eſſe. Sic Propert. lib.3. Eleg.5.℣.34. *Venus dormit.* Statius lib.3. Sylv.2.℣. *Ante rates pigro torpebant æquora ſomno.* Et lib.3. Theb.℣.255. *Imbelli recubant ubi littora ſomno.* Eurip. Hecub.℣.662. κηρύγματ' εὕδει.

Dormibo placidè. Trin.3.2 ℣.100.

Dormitare; negligenter rem curare. Aul.4.1.℣.5. Epid.1.2.℣.58. Bacch.2.3. ℣.6. Trin. 4.2. ℣.139.

Dormitare in otio. Aſin.2.1.℣.5.

Dormitator; fur nocturnus, ἡμερεγρέτης ἡμερόκοιτος, & ἡμεροκλέπτης. *Prædator nocturnus, graſſator*. Plautus poſuit pro amatore nocturno. Trin.4.2. ℣.20.142.

Dormito; conor dormire. Amph. 2.2.℣.175. Trin. 1.2.℣.133. Pœn.3.6. ℣. 9. Vide Verba in To Mantiſſa Lexici. Sic Cicero lib.3.Epiſt.10.dixit *Adverſitari*, aduerſari, & occurrere cupere, atque affectare.

Dormitum abire. Pſeud. 2. 2. ℣. 70.

Dormitum ire. Moſt. 3.2.℣.4.15. Aul. 2. 4.℣.23.

Dorſus; pro, dorſum. Mil. 2.4.℣. 44.

Dos dapſilis. Aul. 2.1.℣.45. Vide *Dapſilis*.

Dos marita; dicitur, quando quis vxorem quidem dotatam duxit, ſed dos potius vxor eſt, & omne imperium tenet. Aul. 3.5.℣. 62. Epid. 2. 1. ℣. 11. Sic Ovid.lib.3. de Ponto Eleg.15. *maritum fœdus*. dixit. Propert.lib.4. Eleg.3. *maritam fidem* & *marita ſacra* Ovid. Epiſt. Canaces ad Macareum. *Tolle procul decepte faces Hymenae maritas*. Ita Plin. Columella, Catullus *arbores maritas, olivetum maritum, vlmam maritam*, protulerunt. Et Livius *domos maritas*. Guntherus, ad quem hæc exempla collegit Clariſſimus I. C. *Cunr. Ritterſhuſius*, amicus noſter, lib.10.℣.4.

Nam forem faciebat amor, nexumq; mariti
Federis.——

Dos parata eſt domi. Trin. 3. 3. ℣.6.

Dotalis ſervus. Vide litt.S.

Dotata vxor. Men. Prol. ℣. 61. Moſt. 3. 2 ℣.14.

Dotem promittere. Pœn. 5.4.℣. 107.

Dotem: in dotem. Trin. 2.4.℣. 108.& 4.4.℣.8.&5.2.℣.19.34.

Dotis; ſc.nomine. Ciſt.2.3.℣.20.

Dotis talenta deferre: pro, *in dotē*. Merc.4.3. ℣.4.Ciſtell.2.3. ℣.20.Trin.5.2.℣.34.Perſ.3.1. ℣.66. Apul. Apol. *trecentis millibus dotis fuit contenta*.

Dotis logi: dos logorum. Perſ.3.1. ℣. 66.

Drachma argentea. Pſeud.1.1.℣. 99.

Drachuma Olympica. Trin.2.4. ℣. 23. Vide Agellium lib. 1. cap.16.

Drachmis eſſe: venire. Pſeud.3.2. ℣.19 Vide *Eſſe*.

Drapetæ Græci: fugitivi; forte quod eſſent deſertores ſententiarum ſuarum. Curc.2.3. ℣. 11.12.

Duarum rerum credere. Truc.2. 2.℣.52. Vide *Credere*.

Dubia res, periculoſæ & difficiles. Moſt.5.1.℣.1.

Dubia res: Infelix ſtatus Reip. & incertus. Livius lib. 2. cap.

Tre-

Trecentos ſex periiſſe, ſatis convenit, unum propè puberem. ætate relictam ſtirpem genti Fabiæ, dubijsque rebus Pop. Rom. ſæpe domi belliquè vel maximum futurum auxilium. Et lib. 3. cap. *ſibi, inquit eam in dubijs rebus ſuis veniſſe ſubſidio* Et lib. 8. cap. *Nunc, inquit, miſericordiâ veſtrâ conciliati auxilioque in dubijs rebus defenſi, beneficium quoque acceptum colamus.* (*fluctus.*

Dubii fluctus qui ſint vide infr.

Dubitare: pro, dubium eſſe. Livius lib. 21. cap. *Nil uſquam nobis relictum eſt, niſi quod armis vindicaverimus illis timidis & ignavis licet eſſe, qui receptum habent, quos ſuus ager, ſua terra, per tuta & parata itinera fugientes, acciperent. nobis neceſſe fortibus viris eſſe. Et omnibus inter victoriam mortemve certâ deſperatione abruptis aut vincere, aut ſi fortuna dubitabit, in prælio potius quã fugâ mortem oppetere, dubia & anceps erat.*

Dubitare. Eſt deliberare, utrum ex du b a pluribusve ſit eligendum, integro adhuc judicio, nec quoquam inclinante. Tacitus lib. 12. Ann. cap. 46. *Ne dubitaret arma, quàm incruentas conditiones malle.* Vide etiam *Annal.* lib. 13. cap. 50 Et lib. 12. cap. 57. (2. ℣. 30.

Dubitare; pro *cunctari*. *Pſeud.* 2.

Dubitare: nolle. Men. 5. 7. ℣. 6.

Dubitare aliquid facere; non dub. eleganter. Bacch. 5. 1. ℣ 28.

Dubitare, quin. Pœn. 1. 1. ℣. 55.

Dubitare aliquid: dubitare de aliquo. Cicero lib. 1. Offic. cap. *Quibus ex rebus breviter diſputatis intelligi poteſt non ſolũ id homines ſolere dubitare, honeſtum ne an turpe ſit: ſed etiam duobus propoſitis honeſtis utrũ honeſtius.* Et lib. 3 cap. *Hæc nõne eſt turpe dubitare Philoſophos, quæ ne ruſtici dubitant?* Et pro S. Roſcio cap. *Reſtat, Iudices, ut hoc dubitemus, uter potius Sext. Roſcium occiderit.* Virgil lib. 9. Aen. ℣. 191. - *percipe porrò.*

Quid dubitem, quæ nunc animo ſententia ſurgat.

Et dubitamus? Et dubitas? Et quiſquam dubitat? Cicero de leg. Agrar. ad pop. cap. *Et vos dubitabitis, quin vectigalia veſtra vendatis?* Et pro lege Manil. cap. *Et quiſquam dubitabit, quid virtute profecturus ſit, qui tantum auctoritate profecit?* Idem in Divin. Verr. cap. *Dubitare ſi forte quiſquam poteſt. quin honeſtius ſit.* Lucret. lib. 3. ℣. 1059.

Tu verò dubitabis, & indignabere obire?

Virgil. lib. 2. Georg. ℣. 433.

Et dubitant homines ſerere atq; impendere curas?

Et lib. 6. Aen. ℣. 806.

Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?

Dubium dare: pro, *reddere*. Epid. 4. 1. ℣. 17.

Duco: δοχιμάζω. Moſt. 1. 4. ℣. 10. Trin 2. 2. ℣. 103. Epid. 3. 3. ℣. 18.

Ducere: putare, exiſtimare. Capt. 1. 2. ℣. 42. Merc. 2. 2. ℣. 51.

Ducere reſtim ſparteam dicebantur olim pueri, quam tam diu tenebant, donec aut rumperent, aut alteruter, omiſſà funis prehenſionne, in nates conciderct. Inde Plautus noſter: *Si tenetu, ducite.* Pœn. Pro l. ℣. 116. Vide Scalig. ad Varronem de L.L. *Ducere ſertam*: vbi pluſcula egregia ad humanitatem facientia.

Ducere domum; formula nuptialis vſitata. Mil. 3. 1. ℣. 91.

Ducere exercitum; pro *regere*. Capt. 1. 2. ℣. 46.

Ducere: virorum eſt, ſicut *Nubere* feminarum. Ciſtell. Arg. ℣. 6.

Ducere vxorem. Ciſt. 1. 1. ℣. 105. Pſeud. 1. 3. ℣. 24. Aul. 2. 1. ℣. 48. Trin. 2. 2. ℣. 94. 97. *indotatam*. & Trin. 3. 2. ℣. 67. *Ducere ſine dote*. Al às in re turpi effertur. Vide *Ductare*.

Ducere ſe ab aliquo; eſt *auferre*. Amph. 4. 3. ℣. 9. Aul. 4. 8. ℣. 8. Bacch. 4. 2. ℣. 11. Pollio lib. 10. Epiſt. 32. *Duxit ſe à Gadib'*. Terent. Hec. 4. 1. ℣. 7. *Duxit ſe foràs*. Vide Salmaſ. ad Trebell. Poll. pag. 161.

Ducere ſe ad aliquem. Amph. 4. 5. ℣. 9. *ad Regem rectà me ducam*. Bacch. 4. 2. ℣. 11. *duc te ab adibus*.

Ducere ſe pro aliquo. Stich. 4. 1. ℣. 64. *Duxit ſe pro adoleſcentulo*. Capt. 2. 3. ℣. 76. *Tu te pro libero eſſe ducas*.

Ducere noctem: impetrare, producere, & conſumere, traducere, tranſigere. Trin. 2. 1. ℣. 21. Truc. 1. 1. ℣. 28. Propert. lib. 4. Eleg. 6. *Sic noctem patera, ſic fallam carmine, donec Iniyciat radios in mea vina dies*. Et lib. 3. Eleg. 10. *Noxq; inter pocula currat*. Et lib. 1. Eleg. 4. *vita quodcumque ſequetur Hoc magis aſſueto ducere ſervitio*. Et lib. 1. Eleg. 14. *Totum ducit amore diem*. Et lib. 3. Eleg. 23. *Blandis ducitur hora dies*. Horat. *Tendere noctem*.

Ducere. Obſcœnũ verbum ſæpè eſt. Vnde Salluſtius reprehenſus fuit, quod dixit *ducere*, vel *ductare exercitum*, propterea, quod turpiculum eſſet verbum. Et tamen Plautus ſic locutus eſt Capt. 1. 2. ℣. 51. *quem duxi exercitum*. Moſt. 1. 1. ℣. 35. & 4. 2. ℣. 44. Stich. 3. 1. ℣. 25. & 5. 4. ℣. 48. Men. 1. 2. ℣. 15. Truc. 3. 2. ℣. 10. 12. Bacch. 4. 10. ℣. 10. Eodem modo vſurpatur quoque *Perducere*, & *Perductor*. Moſt. 1. 2. ℣. 160. & ſic *Habere*.

Ducere vina. pro, bibere. Vide infr. *Educere*, &, *Obducere*.

Ducere: pro *fallere*. Moſt. 3. 2. ℣. 26.

Ducere; in ſuppliciis vſurpatum ita abſolutè. Capt. 3. 5. ℣. 63. Sic etiam alii authores. Suet. Calig. cap. 27. *A caluo ad caluum duci curauit*. Seneca lib. 2. de irâ cap. 13. *Duci protinus juſſit*. Idem lib. 1. cap. 16. de irâ. Et lib. de Tranq. vitæ. cap. 14. *Duci te juſſi*. Et Conſol. ad Polyb. cap. 35. *Frater ejus duci jubebatur*.

Ducere ſe aliquò. Amph. 4. 3. ℣. 9. Sic Pollio ad Ciceronem lib

lib. 10. Epiſt. *Duxit ſe à Gadibus.*

Ducere rationem. Sed plerumque *habere* dicitur Cicero pro Quintio cap. *Cùm officij rationem atque exiſtimationis duci conveniret.*

Ducere, Abſolutè de exercitu aliquam in partem ducendo. Livius lib. 23. cap. *Auctores erant quidam, ut protinùs inde Cumas duceret, ut benigne oppugnaret.*

Ducere: pro, in carcerem ducere, leniore vocabulo, & plenè, *In carcerẽ ducere.* Ita & ἄγειν Græci, & εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπάγειν. Demoſth. Cicero Accuſ. 2. Verr. cap. *Quiſquis erat editus ſenator Syracuſanus, ab Heraclio duci jubebat. Itaq; permulti ducti ſunt.* Et ſupra: *Ipſos in lautumias abduci imperavit.*

Ducere familiã, pro, primus eſſe. Vide infr. *Familia.* Ita & *Ducere claſſẽ* dicitur is, qui primus eſt in claſſe. Quintil. lib. 1. Inſt. cap. 3. *Hujus rei indicia præbebãtur ea nobis ingens palma.* Ita ibi leg. ex opt. v.c. *Ducere verò claſſẽ*, multò eſt pulcherrimum. Vide infra litt. F. *Familiam* d. Et, *Ducere claſſem.* Ibidem.

Ducere funem: ſimili trãſlatione, quæ ſummâ ſaltatione, in quâ reliqui ſaltantes, funem tangentes, *ſequi funem*, præſultor autem *funem ducere*, pro chorum, dicitur ab Horatio. Atq; hoc P. Nannius admonuit lib. 4. Miſcell. cap. 22. Ea ſaltatio à Græcis κόρδαξ dicitur. Verba Horatij exſtant lib. 1. Epiſt. 10. ℣. 48.

Tortũ digna ſequi potius, quã
ducere funem.

Ducere fœnus, uſuras, Cicero lib. 5. Attic. Epiſt. *Ut centeſima perpetuò fœnore ducerẽtur.* Et lib. 6. Epiſt. *Confeceram ut ſolverent centeſimis ſexennij ductis.* Eod. lib. *Niſi forte id armis volumus efficere, ut fœn⁹ quaternis centeſimis ducant.* Et eod. lib. Epiſt. 1. *Diẽ ſtatuo ſatis laxam: quam ante ſi ſolverint, dico me centeſimos ducturum.*

Ducere aliquem: de feminâ nubente. Id tamen non temere imitandum. Imper. Antonin. lib. 3. Sol. matr. *Si ignoras ſtatũ Erotij, ut liberum duxiſti, & dotem dediſti.* Propert. lib. 2. Eleg. 6. ℣. 41.

Uxor me numquam, num-
quam me ducet amica.

Ducere, vel, *Dicere, ſuum aliquid.* Ovid. lib. 7. Metam. *Nec dubiè vires, quas hac habet inſula, veſtras Ducite.* Elegãs formula concedendi, & ſuum aliquid alteri attribuendi. Eodẽ modo à Ceyce conceditur idem quod hic Peleo, lib. XI. Metã. *Quod petis, omnia feres, tuâque hac pro parte vocato Qualiacũque feres* Et alteri apud Horatium lib. 2. Satir. 3. *Quicquid mihi, quicquid & horum Cuiq; domi eſt, id crede tuũ, & vel nũc pete, vel cras.* Similiter Legati Neapolitanorum ad Romanos apud Liviũ lib. 2. cap. Gratum ſibi, patres Romanos populumq; factsurũ, ſi omnes

res Neapolitanorum ſuas duxiſſent. &c. Et verba Plinij lib. 1. Epiſt. 4. ad Pompeiam Celerinam, non abſimilia ſunt ijs, quæ ex Ovidio protulimus: *Non mehercle tam mea ſunt, quæ mea ſunt, quam quæ tua. Hoc tamen differunt, quòd ſolicitius & intentius tui me, quàm mei excipiunt. Idem fortaſſe eveniet tibi, ſi quando in noſtra deverteris, quod velim facias primùm, ut perinde noſtris rebus, ac nos tuis perfruaris.* Sic Cicero pro Deiotar. *Ille corpus ſuum periculo objecit, tecumq; in acie contra Pharnacem fuit, tuumq; hoſtem eſſe duxit ſuum.* Et pro Milone: *Quid jam reſtat? quid habeo? quid dicam? quid faciã pro tuis in me meritis? niſi ut eam fortunam, quæcumq; erit tua, ducam meam.* Plinius Panegyr. in Trajan. *Quotusquiſque Principum ne id quidem in patrimoniis noſtris ſuum eſſe duxit, quod eſſet de ſuo.*

Ducere, pro, rationes inire, ſupputare: abſolutè & conciſè ita poſitum. Et, *rationem ducere*, pro, ſubducere. Varro de r. ruſt. lib. 3. cap. 11. *Hos numquã minus, ut peraquè ducerent dena millia ſeſtertia, ex melle recipere eſſe ſolitos.* Cicero lib. 1. Offic. cap. *Et conſuetudo exercitatioq; capienda, ut boni ratiocinatores officiorũ eſſe poſſim⁹, & addendo, ducendoq; videre, quæ reliqui ſumma ſit.* Et lib. 6. Attic. Epiſt.

Ducere diem ex die. Ducere judicium, bellum. Ducere tempus. Sic & *Producere*, de tempore. Vt; *ſermonem, canam, in multã noctẽ producere.* Corn. Nepos in Themiſt. *Et dedit operã, ut quàm longiſſimè tempus duceret.* Cæſar lib. 1. bell. Gall. cap. *Diem ex die ducere Ædui: ubi ſe diutius duci intellexit.* Lucret. lib. 3. ℣. 1101.

Nec prorſum vitam ducendo demimus hilum
Tempore de mortis.

Cicero in Verr. *Ita tempus duceretur, ut à M. Glabrione Prætore ad Prætorem alium veniremus.* Et pro Flacco cap. *Vt duceret judicium: cui ſex horas omninò lex dedit.* Et lib. 7. Epiſt. 3. ad Marium. *Suadere inſtitui, ut bellum duceret.* Corn. Nepos Alcibiade: *qui in eo erat occupatus, ut bella quàm diutiſſimè duceret.*

Ducere aliquem, eludere morã, Etiam *Extrahere* dicitur. Ita & Græcè πυρώγειν. Germ. aufhalten. Cæſar bell. Gall. lib. 1. cap. *Vbi ſe diutius duci intellexit.* Livi⁹ lib. 2. cap. *Tum verò eludi extrahique ſe multitudo.* Terent. Andr. 1. 2. ℣. 9. *Id voluit nos ſic nec opinantes duci falſo gaudio.*

Ducere ſerram cũ aliquo, eſt altercari cũ aliquo. Varro de re ruſt. lib. 3. cap. 6. *Fortaſſe an eã duceret ſerram.* Tertullianus de Corona: *Quamdiu per hãc lineam ſerram reciprocabimus?* Sic *ſerraculum ducere.* leg. Aquil. 1. quemadmodum. Vbi vide Cujacium: & inprimis Ioſeph. Scaligerum ad locum Varronis pag. 240.

Ducit

Ducit via : profert. Livius lib. 28. cap. *Cuniculo unde via ad mare ducit, quã à mari terru quinq; tabulatorum egregium propugnaculum claudebat.*

Duci; de re emtâ. Germ. Hinweg nemen was getaufft iſt. Perſ. 4. 4. ℣. 41.

Duci: pro *decipi*. Capt. 4. 2. ℣. 7.

Duci: pro *vexari* poſitum. Truc. 1. 1. ℣. 11.

Ductare ambiguo ſenſu. Moſt. 3. 2. ℣. 163.

Ductare amicã. Pœn. 4. 2. ℣. 46.

Ductare labijs : meretricum eſt, quæ ſuos amatores ſubſannare ſolent cõtumelioſius. Mil. 2. 1. ℣. 15. Græcè διαμωκᾶσθαι. καὶ τὰ χείλη διαστρέφειν. Agell. 18. 4. *labiorum ductu irridere.* μῶκος eſt ſanna. Inde *mocoſus riſus*, qui non fit ſalibus & dicacitate, ſed vultu & geſticulationibus, Vide plura apud Cl. Salmaſium ad. Trebell. Poll. pag. 283.

Ductare maledictis. Aſin. 1. 3. ℣. 37.

Ductare; ducere. *Nihili ducto*. Perſ. 4. 4. ℣. 86.

Ductare ſcortum proprie dicitur. Aſin. 1. 3. ℣. 13. 16. & 5. 2. ℣. 13. Moſtell. 3. 2. ℣. 161. Men. 4. 3. ℣. 20. Sic Terent. Phorm. 3. 2. ℣. 15. *ut phaleratis dictu ducas me : & meam ductes gratijs.* Salluſtius alicubi reprehenditur, quod *ducere exercitum* in hiſtoriis ſuis vſurpaverit.

Ductare: circumducere. Moſt. 3. 2. ℣. 161.

Ductare dolis. Capt. 3. 4. ℣. 109. & 3. 5. ℣. 67.

Ductare bellum : pro, ducere, de quo antea. Sed *ductare* eſt magis obſoletum. Salluſt. Auctor Paneg. ad Imper. Conſtant. *Hac eſt fiducia Imperatoris invicti, & ſuorum mentibus freto, non ductare, nec trahere bellum.* Ita vet. cod.

Ductio. Idem quod *Ductus* : ut, aquæ. Vlpianus: *Si flumen navigabile ſit non oportere Pratorem concedere ductionem ex eo fieri. Labeo ait: qua flumen minus navigabile efficiat.*

Ductim bibere, h. e. avide. ἀμυσ-τὶ bibere. Curc. 1. 2. ℣. 14.

Ductitant reges illam. Pœn. 1. 2. ℣. 60. (26.

Ductitare: ducere. Rud. 2. 7. ℣.

Ductitare fallere, circumducere. Epid. 3. 2. ℣. 15.

Ductu & auſpicio. Amph. 1. 1. ℣. 41. & 2. 2. ℣. 23. *Inductu & auſpicio.*

Dudum. Amph. 2. 1. ℣. 55. Aul. 3. 3. ℣. 9. Pſeud. 4. 6. ℣. 27.

Dudum cùm. Aſin. 5. 2. ℣. 41.

Dudum minus. Germ. Lang nicht. Amph. 1. 2. ℣. 17.

Dudum vt; *tum*. Ciſt. 4. 2. ℣. 45.

Duellator; bellator. Capt. Prol. ℣. 68.

Duelli; belli, in bello. Truc. 2. 6. ℣. 2. Vide Douſ. Not. ad Sall. Capt. Prol. ℣. 68.

Duellica ars. bellica. ἀρχαϊκῶς. Epid. 3. 4. ℣. 14.

Duellum. Amph. 1. 1. ℣. 34.

Duim; ἀρχαϊκῶς. Aul. 4. 6. ℣. 6. Rud. 2. 7. ℣. 22. *interduim.*

Duint. dent. ἀρχαϊκῶς. Trin. 2. 4. ℣. 35. Moſt. 3. 1. ℣. 121. Pſeud. 4. 1. ℣. 25.

Duis: des, vel, dederis; ἀρχαϊκῶς. Capt. 2.2. ℣.81. Aul. 2.2. ℣.62. Men. 2.1. ℣ 41. Merc. 2.3. ℣.67.

Duis: ἀρχαϊκῶς, pro, *det*, vel, *dederit*. Feſtus. Aſin. 2.4. ℣.54. Perſ. 1.2. ℣.14. Amph. Prolog. ℣.72. Aul. 1.1. ℣.23.

Dulce: ſubſtantivè. Curc. 1.1. ℣. 11. Pſeud. 2.4. ℣.50. Ovid. *Dulce dedit toſtâ, quod coxerat ante, polentâ.*

Dulcè: dulciter. Pœn. 5.2. ℣.9.

Dulce-amarum. γλυκύπικρον. Ciſt. 1.1. ℣.71. Pſeud. 1.1. ℣.61. & 2.4. ℣.1. Truc. 2.3. ℣.25.

Dulicè. δουλικῶς; ſerviliter. Mil. 2. 2. ℣.58.

Dulciculus caſeus: in blanditiis. Pœn. 1.2. ℣.177.

Dulcifer cāthar'. Pſeud. 5.1. ℣.18.

Dulcis: de rebus animi. Cicero timidè, & adiecto *quaſi* utitur. Cicero lib. 2. de fin. cap. *Sic enim has ſuaves, & quaſi voluptates appellat.*

Dulcis. Contrarium *Acerbo*: de homine. Cicero lib. 3. Attic. Epiſt. 8. *Me eſſe acerbum ſibi, ut ſim dulcis mihi.*

Dum: pro, *adhuc*. Pſeud. 1. 3. ℣. 68. & 2.2. ℣.29. & 2.4. ℣.40. & & 4.2. ℣.2. Curc. 1.1. ℣.57. *Neque dum*.

Dum: adhuc dum. Mil. 4.2. ℣.2.

Dum: παρέλκει. apud Comicos. Amph. 4.2. ℣.12. Aſin. 3.2. ℣. 39. Capt. 3.2. ℣. 51. *primodum*. Epid. 2. 2. ℣.115. Mil. 4.1. ℣.9. Moſt. 1.2. ℣ 35.39. Stich. 1.1. ℣. 9. *Aſſidum*. Truc. 2. 2. ℣.66. *Hiedū*. Rud. Prol. ℣.32. Rud. 3. 5. ℣. 5.17. *pangedum*. & ℣.7. *Imbedum*. Moſt. 5.2. ℣.22. *Interea-dum*. Caſ. 2.6. ℣.32. *Manedū*. Trin. 1.2. ℣.61. & ℣. 109. *circumſpicedum*. Mil. *reſpicedum*. 2.4. ℣.8. & 2.3. ℣ 54. *quidum*. Pœn. *memoradū*. 4. 2. ℣.44. & 5. 2. ℣. 103. Epid. 3.4. ℣.64. *Egodum*, vel, pro, *adhucdum*, poſitum eſt. Men. 2. 2. ℣. 73. *Tacedum* Men. 2.3. ℣.35. *accipedum*. *Sinedū*. Bacch. *Spectadum*. 4.9. ℣.100. Et Bacch. 2.3. ℣.25. *primūdū*. Aul. 4.4. ℣. 18. *Exuedū*. Aſin. 5.2. ℣.28. Ciſt. 2.3. ℣.53. Rud. 4.4. ℣.112.133. & 4.8. ℣.1. Men. 1.2. ℣.55. & 2.1. ℣. 40. Moſt. 2.1. ℣ 53. & 2.2. ℣.20. 42. & 3.1. ℣. 140.145. & 3.2. ℣. 45. & 5.1. ℣.31.58. Truc. 1.2. ℣. 19. *Manedum*. 2.7. ℣.66. *Dicdum*. Rud. 4.3. ℣.84. *Facdum*. ℣.93. & 5.2. ℣.45. *Accededum*. Vide Mantiſſa *Parelcon*, & *Paragoge*.

Dum: pro *quoad*, *uſque dum*, tantiſper, dummodo. Bacch. 4.7. ℣.19. & 4.9. ℣.83. & 5.2. ℣.75. Pſeud. 1. 5. ℣. 92. Merc. 2.3. ℣. 53. & 3.2. ℣.10. Mil. 1. 1. ℣. 50. Men. Prol. ℣.72. Aſin. 1.3. ℣.14. *hac lege dum*. Truc. 2.1. ℣. 23. *Dum*, uſque eo: Ibidem. Vide Stevvech. de partic. Pœn. 2.1. ℣.44. Bacch. 1. 1. ℣.14. & 4.4. ℣.93. & 4. 9. ℣. 64. Rud. 4.3. ℣.1. Pſeud. 1.1. ℣.38. & 4.7. 133.

Dum: pro *dummodò*. Men. 1.1 ℣. 14.17. Merc. 5.2. ℣.64. Stich. 3. 1. ℣.26. Aſin. 5.2. ℣.85. Capt. 3. 5. ℣.36. Rud. 4.4. ℣.56. & 3.4. ℣.41. Truc. 4.4. ℣.34. Curc. 3. ℣.38. 89. Bacch. 3. 3. ℣.14.39. Trin. 4.2. ℣.137. Caſ. 2.5. ℣.23. Caſ. Prolog. ℣.76. Epid. 3.2. ℣. 12. &

12.&5.2.✝.14.Trin.1.2.✝.20. Stich.5.4.✝. 5.Merc. Prol.✝. 84.

Dum; donec. Rud.4.2.✝.17. Bacch.4.4.✝.84. Men.1.3.✝. 31. Pœn.3.6.✝.8.Truc.1.2.✝. 9.Rud.3.6.✝.42.Moſt.3.1.✝. 149.

Dum: cum verbo *exſpecto* conſtruitur eleganter.Pſeud.4.7. ✝.136.Ciſtell. Grex.✝.1.

Dum quidem.quoad.Bacch.2.2. ✝.48.Aſin.5.2,✝.20.

Dum quidem ne: modò ne. Aul. 2.2.✝.34.

Dumne: modo non, modo ne, dummodo non, dummodo ne. Curc.1.1.✝.36.Aul.3.5.✝. 17.Merc.2.3,✝.89.Bacch.4.8. ✝.26.Capt.3.5.✝.24.Mil.3.3. ✝.20.

Dum quando.Men.5.7.✝.55.

Dum: adhuc. Bacch.4.9.✝.35. παρέλκον est, *Fatadum*.

Dum quidem; h. e. quando,cùm. Aſin.2.4.✝.57.

Duo:pro,*duos*. Epid.2.2.✝.4,ita ibi Mſſ. Pall.& 3.2.✝.37.Pſeud. 1.2.✝.65.&1.3.✝.89.& 4.1.✝. 43.Moſt.3.2.✝.90.150. Vide etiam, *Ambo*. Lucilius apud Macrobium lib. 3. cap. 16. *Nunc pontes Tiberis duo inter captus catillo.* Ita legendum puto. Amabat hiatum Lucilius.

Duo milleſimus:ut, *Ducenteſimus*. Ita Proculus I C.1.80. *Quid enim pro ſocio? Quid enim ſi Nerva conſtituiſſet, ut alter ex milleſimâ parte, alter ex duo milleſimis partibus ſocius eſſet?*

Duo deviginti. Pœn. 4.2.✝.75.

Duplex,*duplus*: eſt, *Craſſus*,geminus, mixtus. Capt.4.2.✝. 39.Sic. Lucill. *Cum in ſtadio, in gymnaſio, & duplici corpus ſiccaſſem pilâ*.Duplex pila, eſt, *craſſior*. Sic *Duplices ficus*. *Duplex pannus* apud Hor.l.1. Epiſt. 17. verſ. 25. *Contra quem duplici panno patientia velat*. Plautus ergò *duplam agninam* vocat carnes agnorũ jam grandiorum & ablactatorum. Virgil.lib.1.Georg.✝. 172. Horat.l.2.Sat.4.✝.63.& Sat.2.✝.122. *Et nux ornabat menſas cum duplice ficu.* De majore ficu, quæ *Mariſca* dicitur, intelligit Turnebus Adv.23.1.Veget.lib.1.artis veterin. Et Plin.20.6.*duplicium ficûs* meminerunt.

Dupli fur.Pœn.1.1.✝.56.

Dupliciter.Mil.2.3.✝.24.

Dupondius:valet,duobus aſſibus. Interdum pro minimâ re, ut vulg.*obulus*. Ita & *uſq; ad libellã*. Cicero pro Quintio cap. *Si dupondius unus ageretur.* Ita Budæus correxit.

Durare:ſuperſtitem eſſe. Trin.2. 2.✝.13.

Durare, propriè erat fullonum, quod veſtis coacta & increta ta dureſcat. Sic vbi male affli ctamur, ibi uos durare poſſe venuſtiſſimo loquẽdi genere negamus. Græc. ἐγκαρτερεῖν. uſurpatur ferè à καρτερεῖν, pro, perferre, ſuſtinere. Sed hæc notio Poëtica videtur. Amph. 3.2.✝.1. Curc.1.3.✝.19.& 2.1. ✝.26.Aſin.1.3.✝.24.44.& Aul.5.2.✝.58.Men.5.2.✝.3.31.

Merc.3.4.℣59.Mil.4.6.℣.34. Trin.2.2.℣15.Terẽt. Adelph. *Non hercle hic quidem durare quiſquã ſi ſic fit, poteſt.* Vegetiꝰ l.1. *Corpus, mẽbra, ad laborem durare.* & l.C. *Corpus in tormẽta durare.* Virg.l.l.1.Aẽ. v.207. *Durate, & voſmet rebus ſeruate ſecundis.* Et lib.8. Aen ℣.577.ubi Servius adducit verſ. Horat.lib.1. Od.14. ℣.6.7.8.

Sine funibus vix durare carinæ poſſint. Dio. LII. οὐδένα ἔτι χρόνον δυνήσεται ἀντέχειν. Vide de hoc verbo Iani Gulielmii Veriſimilia.

Durare cor: obfirmare, obdurare animum. Pſeud.1.3.℣.6.

Durare, opperiri. Truc.2.3.℣.5.

Durando laſſus ſũ. Truc.2.3.℣.6.

Duritia: pro continentia victûs, quæ ab omni luxu & voluptate procul abeſt. Moſt.1.2.℣.74. (℣.18.

Duritiâ tergi vincere. Pſeud.1.2.

Durus: pro impudente. Perſ.1.2.℣.8.

Durus ſenex, & *Duritas*. Cui contrar. *Lenis*, remiſſus, clemens. Et *Lenitas*. Errat Nonius, qui, *Dirus*, & *Diritas* de ſene adfert, de quo ſupr. Græci quoq; σκληρὸν vocant. Cicero Cat. Maj. cap. *Ex his fratribus, qui in Adelphio ſunt, quanta in altero duritas, in altero lenitas?* Vbi nihil mutandum: licet P. Victorius lib. 2. Var. lect. cap. 24. & Car. Langius in notis ad eum locum Nonij auctoritate inducti *diritas* malint. Sed alia planè eſt τοῦ *dirum* notio. Et invet. lib. ferè eſt *duritas*. Vide Notas Dion. Lambini. Sic & Varro Bimargo: *Scena, quem ſenem Latinũ vidit duriſſimum.* Ita verò videtur ſcripſiſſe, non ut, Nonius putat, *diriſſimum*. Cicero pro Cælio cap. *Sin autem urbanius me agere mavis, ſic agam tecum: removebo illum ſenem durum, ac penè agreſtem. ſed dubito, quem patrem potiſſimùm ſumam: Cæciliane numne aliquem vehemẽtem, atque durum.* Et mox: *Huic triſti & directo ſeni reſpõderet Cælius.* Ita vett. lib. ut & Lamb admonuit. Mox ibi: *leni verò & clementi patri.*

Dynamis: vis, copia. Pſeud.1.2.℣.77.

Dyrrachium. Men.Arg.℣.6.

E

E interdum corripitur in Imperativis ſecundæ Conjug. *Vide*, Aul.4.2.℣.7. Martialis: *Si, quando veniet? dicet, reſpõde poeta.* Catullus: *Credis me potuiſſe mea valedicere vita.* Hor. *Caue*, (*hil ſciet.*

E pro *ex*. Moſt.3.2.℣.58. *E me ni-* i in *ſuis* corripitur. Caſ.1.1.℣.53.

E. Hic Articulus, ſeu præpoſitio in conjunctis verbis habet vim & poteſtatem ſimplicium. Vt, *emetiri*, modicè metiri, *Ementiri*, *Edulcis*. Cicero in Bruto cap. *Nam etſi aliter eſt apud te, Attice, de Coriolano, concede tamen, ut huic generi mortis potius aſſentiar.* At ille ridens: *Tuo verò, inquit, arbitratu, quoniam quidem cõceſſum Rhetoribus ementiri in hiſtorijs,*

ſtorq́ſ, ut aliquid dicere poſſint argutius. Ementiri enim non eſt idem quod *mentiri*, ſed occultè & clā fallere. Et *ementitum* eſt idem quod, *falſum*. Quod non eſt tam eminens & vehemens, quàm *mentiri*. Idē in Bruto cap. *Ego autem voluntatem tibi profectò emetiar: ſed rem ipſam nondum poſſe videor*. Sic omnes l. quibus in vitis Lābin' *remetiar* ſuppoſuit.

E natura eſt: ſecundùm n. Cicero lib. 2. de leg. cap. 23.

E numero diſertorum, amicorū, civium, &c. Cicero Philipp. cap. *qui duo è Conſularium numero reliqui ſunt*. Livius lib. 9. cap. *Legatos è Conſularium numero mittendos ad eum Senatus cenſuit*. Sueton. Veſpaſ. cap. *Curatores reſtituendæ Campaniæ è Conſularium numero ſorte duxit*.

E proximo. h. e. in vicinia. Aſin. 1. 1. ℣. 39. Aul. 2. 4. ℣. 11. Caſ. Grex, ℣. 2. Mil. 4. 3. ℣. 43.

E regione: pro, rectà, de motu. Idem dicitur etiam, *rectis lineis*, ἐπ' εὐθείας. Vulgò dicunt hodiè, Ex *diametro*. Cicero de Fato cap. 9. *Alterum è regione moveatur: alterum declinet*. Et poſtea cap. 20. *Neq́ etiam quicquam fuiſſe cauſa, cur ea non è regione ferretur*. Et lib. 2. de Divin. cap. 6. *Vident ex conſtantiſſimo motu Lunæ, quando illa* [illegible] *ione incurrat in umbram* [illegible] *ia eſt metæ noctis* [illegible] *ari neceſſe ſit*. It[illegible] *ut vulgò è regione ſolis facta incurrit*. Nam illa *ſolis facta* ex interpretatione ſunt. Et *incurrat* eſt in vet. cod. (5. 5. ℣. 49.

E virtute: propter virtutē. Pœn.

Eâ causâ: ideò. Pſeud. 1. 1. ℣. 90. Aul. 3 4. ℣. 5. Men. 5. 3. ℣. 1. Merc. 2 3 ℣. 66.

Eâ causâ, ut. Stich. 2. 2. ℣. 41.

Eâ: ἐλλειπτικῶς. ſc. ratione. Capt. 2. 1. ℣. 11.

Eâ gratiâ: ideo. Aul. Prol. ℣. 32. & 2. 2. ℣ 89. Pſeud. 1. 2. ℣. 27. Ciſt. 4. 2. ℣. 99.

Eâdem, ſcil. opera. Græce, ταὐτῃ, ὁμοιοτρόπως. Bacch. 1. 1. ℣. 15. & 3. 4. ℣. 27. Pœn. 3. 3. ℣. 3. & 3. 4. ℣. 9. Capt. 2. 2. ℣. 43. & 2. 3. ℣. 99. Rud. 2. 2. ℣. 23. Stich. 3. 1. ℣. 34. 43. Merc. 4. 4. ℣. 62. Trin. 2. 4 ℣. 179. Mil. 2. 3. ℣. 32. Moſt. 4. 3. ℣. 45. Et, *unâ operâ*: Moſt. 1. 3. ℣. 101. Men. 2. 3. ℣. 74. Pſeud. 1. 3. ℣. 98. & 4. 2. ℣. 49. Vide etiam: *Ellipſis* in Mātiſſa.

Eâdem. h. e. eadem viâ. Vide etiam Particulam *De*. Livius *Intercluſi equites, nec perrūpere eâdem, qua tranſierant, poſſe*. Et lib. 5. cap. *Ibiq́ omnibus ſolenibus peractis, eâdem revertens, ſimiliter cōſtanti vultu, graduq́*. Ibid. *Eadem digreſſus nuncius Veios contendit*.

Eâ causâ. pro, ob eam cauſam. Sall. Catil. *Multosq́ mortales eâ causâ adverſos habeo*.

Eâ re, Eâdē re, Eâ causâ, Eâ gratiâ: valet, eâ de causâ, propterea, ideò, ob eandē rē: ut infr. *Hac re, his rebus*. Plaut. Aulul. 4. 10. ℣. 69. *Eâ re repudium remiſit avonculus causâ meâ*. Aſin. 1. 3. ℣ 74. *haud eſtis eâ re aucupis*. Nepos in Miltiad. *Id ſi factum*

Enim eleganter inchoat periodum: pro, *Etenim.* Aul. 1. 1. ✠. 29. & 3. 5. ✠. 26. Caſ. 2. 6. ✠. 26. & 5. 2. ✠. 14. Pſeud. 1. 1. ✠. 29. Mil. 2. 5. ✠. 19. & 4. 2. ✠. 27. Perſ. 2. 2. ✠. 54. & 5. 2. ✠. 18. & 4. 4. ✠. 61. Trin. 5. 2. ✠. 10. Moſt.

Moſt.5.2.℣.23.Epid.5.2.℣.35. pro, *Sed enim*.

Enim initio ſententiæ adverſativa eſt. Bacch.4.4.℣.51.Moſt.5. 2.℣.12.

Enim poſt duas dictiones ſæpè collocatur. Cicero lib.12.Attic.Epiſt. *Mihi ante enim.* Sic ibi codd. Mss.P.Victor.Ibid. *Druſia cupit enim vendere.* Et lib.14. Epiſt. *Odioſa enim illa fuerant, legiones venire.* Et lib. 6.de Rep.in Somn. Scip.extremo: *Inanimum eſt enim omne, quod impulſu agitatur alieno.*

Enim pol. Stich.4.2.℣.36.

Enim tamen. Mil.3.1.℣.214.

Enim, pro, autem, ſæpe uſi ſunt veteres. Sic & *Nam.* vide infr. Ita & Græci τοι γὰρ interdum utuntur. Ejus ignoratione factum, ut multi loci male acciperentur. Paulus IC.l.9.27. *Si unus* § pacta, quæ turpem ff. de pactis. *Ante omnia enim animadvertendum eſt, ne conventio in aliâ re facta, aut cum aliâ perſonâ, in aliâ re, aliâve perſonâ noceat.* Sic verſus iſte ſcribendus videtur, majuſculâ inquam litterâ, ſic: ANTE OMNIA, re quaſi omninò ſejunctus à præcedẽtibus, ſitque alius §. Quod vulgò non videntur attendiſſe, ob non intellectam vim particulæ E*nim*, quæ hîc non eſt cauſalis, ſed adverſativa. Cicero Cat. Maj.cap. *Equidẽ efferri ſtudio patres veſtros quos colui, & dilexi, videndi. Neq; enim eos ſolos convenire aveo, quos ipſe cognovi, ſed illos etiam, de quibus audivi & legi.* Sic habet v. l. vulg. *neque verò eos ſolùm.* Iuſtinianus Imp. l. 2. tit.1.§. 34. de rerum diviſ. *Illud enim palam eſt quod ſive is, qui pinxit.* &c. Sic enim leg. Plautus Caſin. 5.2. ℣.14. *Enim jam magis adpropero, magis in Caſinam irruere jã lubet.* Sic iſtũ verſum ex Mss. pall. reſtitui. Vlpianus l.5. uti frui. D. ſi uſus fr.petat. *De ſuo enim, non de alieno quemquam agere oportet.* Idem l.79. cum quærit. D. de judic. *Hac enim res nonnũquam infamat, & materiam gratiæ vel ambitionis tribuit.* Terent. Phorm.5.7.℣. *Enim ſolꝰ nequeo.* pro, *Atqui ſolus n.* Cæſar lib.5.bell. Gall.cap. *Ille enim revocatus reſiſtere ac ſe manu defendere, ſuorumq; fidẽ implorare cæpit.* Ita v.cod. Cicero lib.3.fin.cap. *Heri inquã Ludis commiſſis ex urbe profectus veni ad veſperam. Cauſa enim fuit huc veniendi, ut quoſdam hic libros promerem.*

Enimvero. Particula eſt fere hominis irati & commoti. Multi hodie eo utuntur pro, *atq;*, ut & olim quidã: ſed poſt ætatem Ciceronis, ut Vlpianus, & alij. Donatus ad Terent. Andr.1.3. ℣.1.& Phorm. 5.7.℣.44. *Enimverò, inquit, ſignificationẽ habet nimiùm permoti atque irati animi.* Heaut.2.3.℣.79. *Enĩverò reticere nequeo, multimodis injurius es.* Phorm. 5.5. ℣.38. *In rus ambula.* PH. *In rus enimverò, ſi porrò eſſe odioſi pergitis.*

ſtis. Livius lib. 38. cap. *Enimverò non ultra contumeliam pati Romanos poſſe.* Et lib. 40, cap. *Enimverò ſe Philippus dicere auditorum.* Cicero in Verrem: *Hic tum aliis ex alia parte. Enimverò ferendum hoc non eſt: vocetur mulier.*

Enimuerò: pro, certè, profectò. Capt. 3.4. ℣. 60.95.

Eniti. Verbum Ciceroni valdè uſitatum. Nos eo non utimur, ſed hodie dicimus ferè, *laborare*, dare: ut neque verbo *Contendere*: quo & ipſo in hac notione ſæpè idem, aliiq; optimi ſcriptores ſunt uſi: de quo ſupr. Ab eo & *Enixè*, pro, *acriter*, & vehementer. Dicunt & *Conniſi* interdum, de quo & ſupr. Sed hodie dicimus ferè, *laborare*, dare operam. Cicero lib. 3. Offic. cap. *Scitè Chryſippus ut multa: Qui ſtadium, inquit, currit, eniti & contendere debet, quam maximè poſſit, ut vincat.* Et l. 18. Attic. Epiſt. *Enitere, labora, vel potius eblandire, effice, ut Plancus, quem ſpero optimum eſſe, ſit etiam melior opera tua.* Ita & de Petit. Conſul. cap. *Elaborare & eniti alienus cauſa*, dixit lib. 9. ad Dolab. Epiſt. *Quod ut enitare, contendasq;, vel potius ut perficias rogo.* Philipp. 2. cap. *Nihil præterea mihi, quantum facere enitiq; potui.* Et lib. 4. de fin. cap. *Sed tamen enitar, etſi minus multa occurrerunt.* Ita & pia mens ad Cicer. l. 18. Epiſt. *Quantum viribus eniti, cōſilio providere, auctoritate movere potuero.* Cic ad Q. Fratr. l. 3. Epiſt. 9. *Angit unus Milo, ſed velim finem adferat Conſulatus: in quo enitar non minus, quàm ſum eniſus in noſtro.* Et in Lucull. cap. *ut plurimis proſimus, enitimur.* (1. v. 33.

Eniti: conari ſurgere. Pſeud. 5.

Enitor: eſt, intendo parere. Amph. Arg. 2. ℣. 9.

Enixe expeto. Trin. 3.2. ℣. 26.

Enſiculus aureolus, litteratus. Rud. 4.4. ℣. 112.

Enumerare, Mil. 2.1. ℣. 1.

Enunciare. Trin. 1.2. ℣. 106.

Euunciare. Propriè eſt abdita cōſilia detegere, & patefacere aliis. Corn. Nepos in Pauſania: *Modò magis Pauſanias perturbat᷒ orare cœpit, ne enūciaret, ne ſe meritum de illo optimo perdere.* Livius lib. 10. cap. *Adigebatur iure iurando, quæ viſa auditaq; in eo loco eſſent, non enunciatum.* Cæſar lib. 10. cap. *Ab iiſdem noſtra conſilia quæq; in caſtris geramus hoſtibus enunciari.* Cicero de Orat. cap. *Petimus ab Antonio, ut ea, quæ continet, neq; adhuc protulit, explicet nobis, & illa dicendi induſtria enunciet.*

Enthymema. A Cicerone *ſententia* redditur. Sed propriè eſt per excellentiam, ea quæ ex contrariis dicitur: ut ait idē in Topicis. Hoc dicitur συντετμημένος λόγος, ἀτελὴς καθ' ἀξίωμα. Et ita apud Iuven. Satir. 6. v. 448. *Aut curvū ſermone rotato torqueat enthymema.*

En unquam. Elegans particula. Ciſt. 1.1. verſ. 88. Men. 5.5. verſ. 26. Trin. 2. 4. verſ. 189.

Rud.4.3. ℣.48.& 4.4. ℣.73. Gloſſæ : εἴ ποτε καί ποτε. Terent. Phorm.2 3. *En vnquam cuiquam contumelioſius Audiſti factam iniuriam?* Ibid.5.8. *En quicquam hodie factum eſt indignius?*

Virg. Eclog.1.℣.68.

En vnquam patrios longo poſt tempore fines.

Ovid.lib.3.Amor.Eleg.7.

En quisquam ingenuas etiam nũ ſuſcipit artes? (reputat
An tenerũ dotes carmen habe-

Idem lib.3.Eleg.3.

En quisquam pia thura focis imponere curat?

Idem de Remed.Amor.

En quisquam præcepta poteſt mea data vocare?

Ita enim omnibus hiſce locis legendum cum melioribus libris priſco ævo ſcriptis. Certè quidē in Plautinis locis nō aliter optimi Mſſ., Palatini. Vide Mercer.ad Non.in, *Crepare*, pag.156. Et Divinat. Acidal. pag.150. Philoxeni Gloſſæ: *En vmquam*, εἴ ποτε καί ποτε. *En vſquam* εἴ που. pro, *Vmquamne*, vel, *ſi vmquam* modò pro, *Ecquando*. Trin.2.4. ℣.189. Men.5.5.℣.27. Ciſtell. 1.1.℣.88. Rud.4.3.℣.48. & 4.4.℣.73.

Eo *ire*, equis, pedibus. Vbi *ire* pro, iter facere, aut proficiſci. Livius lib.1.cap. *Ita multiplici terrore perculſi Fidenates, prius penè quàm Romulus, quiq; cum eo equis ierant.* Sic v. c. vulg. *quiq; cum eo equites ierant.*

Res it meliꝰ: Incipit ire melius. Cicero lib.14. Attic. Epiſt.16. *Nunc prorſus aſſentior tuis litteris, ſperoque meliora. Incipit res melius ire, quàm putaram.*

Eo aliis verbis junctum apud antiquiores. *Eo prohibitum. perditum*: h.e. prohibere, perdere. Cato apud Feſtum, Parſis: *Scio fortunas ſecundas negligentiam prendere ſolere, quod uti prohibitum irem, quod in me eſſet, meo labori non parſi.* Agell.3 2. *Q. Mutium Iuriſconſ. dicere ſolitum legi non eſſe uſurpatam mulierem, quæ Kalendis Ianuariis apud vicum cauſâ matrimonii eſſe cæpiſſet, & ante diem quartum Kalendas Ianuarias ſequentis uſurpatum iſſet: non enim poſſe impleri trinoctium.* Tacitus lib. 15.cap. *Quintilianus molli corpore infũs. & à Nerone probroſo carmine diffamatus contumelias ultum ibat.* Terent. Heaut. 2.3.℣.74. *In meâ vitâ tu tibi laudem is quæſitum, ſcelus.* Livius lib.39.cap. *Vitricus ergò, inquit, tuus, pudicitiam, famam, ſpem vitamque tuam perditum ire hoc facto properat.* Sic ferè Cato pro ſe contra C. Caſſium: *Atque evenit, Quirites, ut in hac contumeliâ, quæ mihi per hujuſce petulantiam factum itur, Rei quoque publicæ medius fidius miſereãt, Quirites.* Ita apud Agell.10. 14. Et ipſe Agellius lib. 10. cap.19. *Qui peccatum ſuum peccatis alienis exemplum purgatumque ibat.* Sallust. Catil cap. *Et dum paucis ſceleſtis portum bonos omnes*

mnes perditum eunt. Idem Iugurth. *Nam nos flagitijs qui dedecoravére turpiſſimi rivi bonorum omnium ora ſoluta eũt*. Plautus quoque ſæpe ita loquitur. Ciſtell. 1.1.℣.39. *Suas pellices eſſe ajũt.eũt depreſſũ*. Et ibid. *ire habitum honorem*. Mil. 3.1 ℣.26. *amanti ire opitulatũ*. Perſ. 1.1. ℣.11. *aliena ire ereptum bona*.

Eò: ideò. Aul. 2.1. ℣.8 63. Aſin. 2.4. ℣ 29. Amph 2.2. ℣. 124. Aſin. 3.3. ℣.3. Capt. 4.2. ℣. 57. 80. & 5.3. ℣.17. Ciſt. 1.1. ℣.7. & 2.1. ℣.15. Bacch. 2 3. ℣.64.85. Pœn. 1.2. ℣.72. Pœn. 2.1. ℣.32. Rud. 1.2. ℣.5. Perſ 5.2. ℣.8.53. Trin. 2. 2. ℣ 83.90.91. Truc. 1. 1 ℣.66. & 2 2. ℣.17.

Eò magis. Trin. 2.1. ℣.36.

Eo, quia. Curc. 1.1. ℣ 61. Rud. 4. 4. ℣.70 Stich. 2.1. ℣.25 (*quin*.

Eò:quin. Trin 2.2. ℣.60. *Non eò*

Eò. ut. ideo. Rud. 3.6. ℣.38.

Eodem; pro. *eodem loco*. Curc. 4.2. ℣.20.

Eopſe, Eapſe. Curc. 4.1 ℣.2.6.

Ephebij anni. Merc. Prol ℣.40. Vide ibi Animadverſiones.

Epheſini. lepidis moribus præditi erant. Mil. 3.1 ℣.52.

Epithyſis. Vas vinarium, è quo in cyathos vinum effundebatur. Rud. 1.2. ℣ 12. Vide Scalig. ad Varronem.

Epicrocum: genus amiculi croco tinctum, tenue & pellucidum. Feſtus. Plautus metaphoricè vſurpat Perſ. 1.3 ℣.16. Vide Scal. ad Varr.

Epidamnus: Dyrrachium. Men. Arg. ℣ 6. Prol. ℣.33.

Epiſtola allata. Aſin. 4.1. ℣.16 17.

Epiſtola imagine obſignata. Pſeud. 4.7. ℣.105. (2. ℣.14.

Epiſtola litterata fictiles. Pœn. 4.

Epiſtolas conſignare. Trin. 3 3 ℣. ℣.59. *Obſignare*. ℣.58. & 87.

Epidamnum: iocularitet ab ἐπὶ & *damnum*. Men. 2.1. ℣. 38. & Paulò ante ℣. 33. *Epidamnia natio*.

Epitheca: additio, adiectio. ἐπιθήκη. Trin. 4.3. ℣ 18.

Epitonia. orum. Sunt organa fidibus intendẽdis apta. Quidã ſcribunt, *epiſtomium*. Varro lib. 3. re ruſt. cap. 15. *epitonijs verſis ad eorum quemque actum*. Vlpianus l. 17. § de act. empt. *Caſtella plumbea putealia. epitonia fiſtulis adplumbata, aut quæ terrâ continentur*. Sic ibi leg. Vitruv. lib. 10. *ratione utro veſtium vehementiore, ſpiritus vihemẽs cõpreſſus epitoniorũ operturis in aſſati*.

Epityrum. Mil. 1.1. ℣.24. Videtur caſei genus fuiſſe, vel alterius cibi ex oleis conciſis addito aceto, coriandro, cumino, menta. De quo latè diſputat Cornel. Vitellius in Syllog. contra Merulam cap. 1.

Epius: artifex equi Troiani. Bacch. 4.9. ℣ 3.

Epol, pro. *edepol*. Moſt. 2. 2. ℣ 12. 45. Aſin. 4.2. ℣.14. Pœn. 5.2. ℣.17. Aul. 3.4. ℣.35. Mil. 3.1 ℣. 156. & 4.3. ℣.15. Perſ. 1.2. ℣.1. Terent. Eun. 5.3. ℣.7. Sic Cæcilius apud Nonium in Floces. *Epol ego neq; florem, neq; floces volo mihi. vinũ volo*. Scribebãt autẽ ubivis *Edepol* ſine diphth. Mos enim vett. vocales lõgas duplicare & vel H vel.

D. inſerere. Nam pro *Epol* ſcribebant *Eepol*, & *edepol*: ſicut *Mecum meecum, medecum* Dicebant autem *epol*, ut, *ecaſtor*, *equirine*, *Ejuno*. apud Feſtum & Chariſ. lib. 2. Quæ ignoravit Iul. Cęſ. Scaliger, qui tamen omnia ſcivit. lib. 7. Poët. pag. 913.

Epotum vinum. Men. 3.2.℣.5.

Epulæ menſtruales; quæ in menſam ſufficiunt. Capt. 3.1.℣.23.

Epulæ congeſtæ. Trin. 2.4.℣.70. 71.

Epulas dare oculis. Pœn. 5.4.℣.2.

Epulum: convivium, quod populo dabatur. Trin. 2.4.℣.70. Seneca Epiſt. 90. *Non tecta cænationi epulum receptura parabantur.*

Eques. Pœn. 4.2.℣.10.

Equi juncti, indomiti, feroces. Men. 5.2.℣.109.

Equidem, junctum primæ perſonæ. Pœn. 3.1.℣.38. Secundæ. Aul. 2.1.℣.18. Tertiæ. Men. 2.2.℣.35.

Equidem. Conjungitur non tantùm cum primâ perſonâ, ut vulgò putant, ſed & cum ſecundâ & tertiâ, & cum unâ, & cum pluribus: quamquam cum primâ perſonâ ſæpius, & cum unâ. Cicero lib. 3. Attic. Epiſt. 5. *Adhuc equidem valdè me pœnitet.* Alexand. Imp. l. ex his. Cod. de teſt. mil. *libertatē equidem directam componere tibi: ſed & legati vindicationē habere te prærogativa militaris privilegij præſtat.* Varro lib. 1. de re ruſt. cap. 5. *Equidem innumerabiles mihi videntur, inquit Agrius, cùm lego libros Theophraſti cōplures.*

Equidem edepol. Perſ. 4.3.℣.76.

Equidem certò. Amph. 1.1.℣.191.

Equidem ecaſtor. Men. 4.2.℣.94.

Equidem hercle. Aſin. 3.3.℣.32. Ciſt. 2.1.℣.49. Merc. 3.3.℣.5. Epid. 3.4.℣.52. Pœn. 3.1.℣.5. Stich. 3.2.℣.39.

Equidem pol. Moſt. 1.3.℣.22.29. Bacch. 1.1.℣.56. & 5.2.℣.73.

Equidem tamen. Epid. 4.2.℣.15.

Equis viris. Proverbialiter dictum. *Vir* induſtriæ, *equus* virium & celeritatis ſymbolū. Cicero Philipp. 8. cap. *Putabā fore, ut omnes inflammati odio, excitati dolore, armis, equis-viris D. Bruto ſubveniremus.* Ita leg. ex v. cod. vulg. *viribus*. Et lib. 3. Offic. cap. extremo: *Cū his viris equiſque, ut dicitur, ſi honeſtatem tueri ac retinere ſententia eſt decertantum* Et lib. 2. Epiſt. ad Q. Fratr. *Nūc cùm confecta ſunt omnia, dubitandū non eſt, quin equis viris. &c.* Florus lib. 2. *Terris omnia equis viriſque quatiebat.* Vtitur nonnūquā Livius.

Equus indomabilis. Caſ. 4.3.℣.12. de libidine effreni. Horat. lib. 1. Od. 25. ℣ 88.

Equula ὑποκοριστικῶς, ab equo. Ciſt. 4.2.℣.88.

Equus ligneus: navis. Rud. 1.5.℣.10. Homerus etiam Odyſſ. 8. ℣.708. ἁλὸς ἵππους vocat. Poëta: —*dum copia tanta. Durateorum equitum volitant per Tethyos æquor.* Alius apud Chariſium:

Tiphyn aurigam celeris fecere carinæ. Ovid.

Ovid. in Epiſt. Parid. ad Helenam: *Cæruleâ peterem quin mea vota viâ.*

Inde Neptunus ἵππιος dictus apud Artemidorum lib. 1. c. 58.

Equus Troianus ligneus. Bacch. 4. 9. ⳩. 12.

Eradicare. merc. 4. 4. ⳩. 35. Truc. 3. 1. ⳩. 15.

Eradicare aliquem. Rud. 5. 2. ⳩. 59. Perſ. 5. 2. ⳩. 38.

Eradicare aures ſermonibus. Epid. 3. 4. ⳩. 23. Vide litt. A. & *Proverbia*, in Mantiſſa.

Eradicari: eſt omnibus ſpoliari. Aul. 2. 4. ⳩. 21.

Eradicitus: plus eſt, quàm, *radicitus*. Moſt. 5. 1. ⳩. 62.

Erectus, ior. Idem interdum, quod excitati ingenij, hilaris. Cicero lib. 1. Offic. cap. *Quin etiam, ſi quis eſt paulò ad voluptates propenſior, modò ne ſit ex pecudum genere (ſũt enim quidam homines, non re, ſed nomine) ſed ſi quis eſt paulò erectior, quamvis voluptate capiatur, occultat & diſſimulat appetitũ voluptatis, propter verecundiam.* Idẽ Philipp. 7. c. *At verò excitati, exacti, parati armati animis tamen eſſe debemus.*

E regione. Interdum idem valet, quod, rectè: cui contrariũ eſt, obliquè. Vide, *Ad lineam*, in verbo *Linea*. Cicero de Fato cap. 9. pag. 214. *Alteram ut cũ duo individua per inanitatem* (forte, *per inane*) *ferantur: alterum è regione moveatur, alterum declinet.* Et poſtea cap. 20. pag. 117. *Neq; in illo inani, per quod feratur atomus, quidquam fuiſſe cauſa, cur non è regione ferretur.*

Eretria: vrbs Theſſaliæ. Merc. 3. 4. ⳩. 61. Perſ. 2. 3. ⳩. 7. & 2. 5. ⳩. 20. Caſ. 5. 4. ⳩. 20.

Erga: è regione. Truc. 2. 4. ⳩. 52.

Ergò: eleganter pro, *tamen*, vſurpatur. Bacch. 1. 2. ⳩. 17. Mil. 4. 2. ⳩. 52.

Ergò: pro, autem, verò. Men. 2. 2. ⳩. 51. *Iam ergò hæc madebunt, faxo.*

Ergò conteſtantis vox: pro, certè, ſanè Amph. 1. 1. ⳩. 20. Aſin. 2. 2. v. 49. Ciſt. 1. 1. v. 74. Pſeud. 4. 6. ⳩. 22. Perſ. 1. 1. ⳩. 24. Truc. 5. 1. ⳩. 54. Mil. 1. 1. ⳩. 63. Perſ. 1. 1. ⳩. 23. *Ergo edepol palles.* Chriſt. tamen Colerus ex Iunio Philargyro interprete Virgil. interpretatur *meritò*. Vide Philarg. ad editionem Virgil. Petri Danielis. Propert. lib. 3. Eleg. 3. *ergò Muſarum, Sileni patris imago Fictilis.*

Ergò eleganter vſurpatur in illatione epiphonematicè. Caſ. 3. 4. ⳩. 11. Bacchid. 1. 2. ⳩. 17. Mil. 4. 6. ⳩. 18. Albinov. de obitu Mecœnatis:

Redditur arboribus florens revirentibus ætas.
Ergo non homini, quod fuit ante, redit?

Propertius: *Ergo Muſarum & Sileni patris imago.*

Ergo igitur. Trin. 3. 3. ⳩. 27. ἐκ πλεονασμοῦ.

Ergò: interrogando idem valet, quod, *nempe*. Moſt.4 2.℣.56.

Ergò: pro, *inquam*, in repetitione. *Pater tuus, Pater tuus ergo* Pœn.5.2.℣.91.

Ergo: pro, *imò*, corrigentis particula. Moſt.1.1.℣.164.

Erigendi verbum Ciceroni valdè uſitatum: hodie non item.

Eripero ex. Rud.3.4.℣.66.

Erit, ubi. &c. pro, futurum eſt, tempus erit, quando. Plautus Pſeud.5.2 ℣.26. *Erit, ubi te ulciſcar, ſi vivo.*

Erit. Interdum pro, *eſt*, apud veteres. Iuriſconſulti τὸ *erit* interdum præteritum tempus demonſtrari ſcribunt. l. 123. D.tit.2.§.5.Plautus. Perſa 4. 4.℣. 93. *Hæc erit bono genere nata: nihil ſcit, niſi verum loqui.* Terent. Heaut. 5. 3.℣. 11. *ain' tu? certè ſic erit.* Eun.4.5.℣.6. *Verbum hercle hoc verum erit: ſine Cerere & Libero friget Venus.* Phorm. 5. 3.℣. 18. *Cognatam comperi eſſe nobis. quid? deliras? ſic erit.*

Erogitare. Capt.5.1.℣.32.

Errare: pro, *peccare*, non rectè facere, iunctum cum accuſandi caſu: ſicut Cicero *peccare*. Moſt.1.3.℣.30.

Errare dicitur, quem fugit ratio? vt loquitur noſter. Amph.1.1. ℣.228. Moſt 4.2.℣.36. *Errare perverſe*. Pœn. 3. 4.℣. 23. Petron.p.36.℣.3. *Errras Encolpi.*

Errata obtegere. Trin.3.2.℣.23.

Erratio. Rud.1.2.℣.90. *Errationis facere compendium.*

Erro: non intelligo. Mil.3.1.℣. 197. *Erro: quam inſiſtas viam.*

Eruditio, pro Philologiâ, & *eruditio varia*. nam & Cicero *eruditos* ait vocari propriè eos, qui ſint Philologi. Sic & *Humanitas*. Sueton. Calig.cap. 53. *E diſciplinis liberalibus minimum Eruditioni, Eloquentiæ plurimùm attendit.* Idem Aug. cap.89. *Deinde etiam eruditione variâ repletus Sperarci Philoſophi* &c.

Erumpere ſe. Vide ſuprà, *Emergere ſe*.

Eruum: eſt genus leguminis, pabulum ſeu cibus boum; ab eruendo. Moſt. 1.1.℣.59.

Es: ede. Mil.3.1.℣.82.

Es pro *ſis*. Epid. 1.1 ℣.58.

Eſca: de meretrice. Aſin.1.3.℣.68. Græce δέλεαρ. Eſt piſcatûs & aucupij vox. Inde *ineſcare*. Merc. 5. 3.℣. 2. *Voluptas eſca malorum.*

Eſcæ. Truc.2.7.℣.47.

Eſcæ maximæ eſſe: voracem eſſe; manduconem eſſe. Men. 1.1. ℣.14. Sic Varro lib. 1.cap.23. de Re R. In pingui terrâ rectius ſeruntur, quæ cibi ſunt maioris. Horat.lib.1.Oda 36. *Damalis multi meri*. Columella lib. 6. c. 2. *Boves ſunt multi cibi.*

Eſcæ mollicula. Caſ.2.8.℣.58.

Eſcam imponere tranſennis. Rud. 4.7.℣.11.

Eſcaria vincula. Men.1.1.℣.18.

Eſcendere. Optimis vett. ſcriptoribus idem eſt, quod *Aſcendere*. Sed depravatum fere eſt in libb. præeditis, & mutatum in *Aſcēdere*, vel *Deſcendere*. Frōto Grammaticus: *Eſcendo*. pro, *Aſcendo* vett. dixerunt. Græ. ἀναβαίνειν, ἐμβαίνειν. Plautus ſæpe:

ſæpe: neque ego aliter in antiquiſſimis Mss. Pall. repperi, cùm Auctorem illũ ſeriò reviſerem. Amph. 3. 4. ℣. 17. Merc. 2. 1. ℣. 35. & 5. 2. ℣. 9. Mil. 4. 4. ℣. 14. Trin. 4. 2. ℣. 100. Ibi vide ſis Animadverſiones noſtras. Iuvenal. Satir. 6. ℣. 98.

Si iubeat coniux, dum eſt, eſcẽdere navim.

Sic ibi vet' lib. vulg. *cõſcãdere.* Cornel. Nepos Epaminond. *Neq; verò id ſatis habuit, ſed etiam ut inviolatus in manũ eſcẽdere per Chabriam Atheniẽſem: de quo ſupra mentionẽ fecim', effecit.* Ita v.c. Et in Themiſt. *Hic in navem omnibus ignotus nautis eſcẽdit.* Ita idem codex, Cicero lib. 3. Offic. c. 20. *Conſcripſerãt communiter edictum, cum pœnâ atq; iudicio, conſtituerunt q; ut omnes ſimul in roſtra poſt meridiem eſcenderent.* Ita hunc locum eſſe legendum docuerant duo litterarum lumina M. Antonius Muretus lib. 15. c. 3. Var. lect. & Ianus Gulielmius lib. 3. cap. 16. Veriſimil. Idem Cicero ꝓ lege Manil. cap. *Et his temporibus non pudebat magiſtratus populi Rom in hunc ipſum locũ eſcendere.* Ita ibi Mss. libb. Et Tuſcul. 5. cap. 9. *in rotam beatam vitam non eſcendere.* Ita ibi Mss. Vatic, Et lib. 1. ad Herenn. cap. 11. Varro lib. 4. L.L. *Tertius gradus eſt quo Philoſophia eſcendens pervenit.* Sic ibi Mss. Cæcilius Epiſtatomo apud Priſcian. lib. 7. Ovid. lib. 11. Metam. ℣. 519. Ita ibi Mss. Pall. teſte Iano Gebharto Crepũd. lib. 3. cap. 23. Salluſt. *Paro equos eſcendere, ire obviam hoſtibus.* Sic & Frõto ibi legit: uti Rivius admonuit. vulg. *aſcendere.* Agell. 6. 6. *Qui prim' murũ ſubit, inq; oppidũ hoſtiũ per vim eſcendit.* Et lib. 10. c. 15. *Et quod ſcalas quæ Græce κλίμακας appellantur, eſcendere ei pl' tribus gradibus religioſum eſt.* Ita ibi Mss. Giſanij. Cæſar l. 1. bell civ. c. *Quod montẽ gladijs deſtrictis eſcendiſſent.* Ita leg. vulg. *deſtrictis aſcendi*, vel, *deſcendi.* In Livio ſæpe quoq; hoc verbum depravatum eſt. Quę omnia Clariſſ. noſter Grunovius reſtituet in noviſſimâ ſuâ Editione. Cicero contra concionem L. Metelli apud Agell. 18. 7. *Eſcendi in concionem.* &c. Salluſt Iug. c. *Hortatur ab ea parte qua ipſe eſcenderat.* Et alibi ſæpe. Varro de re ruſt. l. 1. *in arbores eſcẽdit vitis.* & l. 3. c. 16. de r. r. *ita ut ne altitudine eſcẽdit.* Idem de L. L. *& unde eſcendebat ad infimam novam viã.* Sic igitur verbum hoc ubiq; in Auctoribus reſtituẽdũ. Quod nimis jejunè in Opere ſuo Orthographico monuit Dauſqueius.

Eſcis alienu ſtudere. Perſ. 3. 1. ℣. 9.

Eſcit antiquè, pro, *erit.* Amph. 1. 1. ℣. 14. Lucr. l. 612.

Eſcriptum. Rarius et obſoletum verbum. Agellius in argumẽto. 7. 16. *Locus eſt eſcriptus ex Satirâ M. Varronis.* Ita teſtatur Giſanius fuiſſe in ſuo Ms. l. vulg. *exſcriptus.*

Eſitare. Capt. 1. 2. ℣. 79. Caſ. 2. 1. ℣. 16. Pſeud. 3. 2. ℣. 41.

Eſcula. Men.3.1.℣.10.

Eſpectare: pro, *aſpectare*. ἀρχαϊκῶς & mollius. Aul. 4.8. verſ.7. Sic apud Petronium: *Tacentibus adhuc nobis, & ad neutram partem aſſentationem flectentibus intravit ipſa, unà comitata virgine: ſedenſq; ſuper torum meum, diu flevit; ac ne tunc quidem nos ullum adiecimus verbum: ſed attoniti eſpectavimus lacrimas ad oſtentationem doloris paratas.*

Eſſe: pro, *adeſſe*. Ciſt. 4.2.℣.37. Moſt.3.2.v.166. Vide etiã infr. *Sum*, varium uſum hujus verbi.

Eſſe: pro *edere*. Amph. 1.1.℣.154. Aul.2.4.℣.41. Curc.1.1.℣.55. & 2.3.℣.37. Capt.3.1.℣.3.& 4.2.℣.70. Caſ.2.3.℣.32.& 3.6.℣.20. Men.5.5.℣.19.20. Mil. 3.1.℣.83. Moſt. 4.2.℣.42. Pſ. 1.2.℣.7. Pœn.1.2.℣.100. Perſ.1.3.v.33. Trin.2.1.℣.26.

Eſſe: pro *edere*, obſcœno flexu. Curc.1.1.℣.45. Pœn.3.3.℣.63. Amph.2.2.℣.185. *eſſe cum viro* συνουσιάζειν.

Eſſe: de conviviis frequenter uſurpatur. Vide litt. B. *Bene eſſe*.

Eſſe lepidè: vivere hilariter. Bacch.5.2.℣.62.

Eſſe benè: lautè vivere. Men.3.2.℣.20. Truc.4.2.℣.28.

Eſſe pulcrè: bellè vivere. Merc.3.3.℣.22. Catullus ad Furium: *Eſt pulcrè tibi cum tuo parente. & cum conjuge lignea parentis.* Et mox: *Quare non tibi ſit beatè?* Cicero lib. de Nat. Deor. cap. *Propono ante oculos nihil aliud in omni aeternitate cogitante, niſi mihi pulchrè eſt, & ego ſum beatus.*

Eſſe: pro verum eſſe. Epid.1.1.℣.17. Moſt.1.2.℣.11. Pſeud.1.5.℣.36. *Nam quantò ſatius eſt adire blandis verbis, atq; exquirere, ſint, illa nec ne ſint, quæ tibi renunciant.* Conciſo genere loquendi, etiam Ciceroni frequentato. Læl. *Sunt iſta Læli. Non enim melior vir fuit Africano quiſquam nec clarior.* Et lib.1. Academicarũ quæſtionũ capite *Tũc ego; ſũt, inquã, iſta.* Varro: *Eſtne hoc, quod dico?* Homer. Iliad. ω. ℣.373. οὕτω πῃ τάδε γ' ἐστὶ φίλον τέκος ὡς ἀγορεύεις. *Hæc ita ſe habent.* Cicero Plautus Mil.2.4.℣.36. *quaſi nũc eſt*. h.e. ſicut ſe res nunc habet. Moſt.1.1 ℣.68. *Dum interea ſic ſit.*

Eſſe: pro, *vivere*. Capt.3.3.℣.1. Bacch.1.2.℣.54. Pſeud.1.1.℣.36.& 1.3.℣.17.

Eſſe: pro *mori*. Pœn.5.2.℣.125. *Si quid me fuat.* Trin.1.2.℣.120. Lucill. *Si quid me fuerit humanitùs, ut teneatis.*

Eſt. Varia uſurpatio hujus verbi. *Res eſt in illo ad reſiſtendum.* Sic dicimus: *In hoc ſolo res omnis eſt*. h.e. conſiſtit. Sic additum eſt, *ad reſiſtendum*. nam de hoc agebatur, ut reſiſteretur potentiæ Cæſaris. Cicero lib.7. Attic. Epiſt.3. *His ille rebus ita convaluit ut nunc in uno cive res ad reſiſtendum ſit.* Sic ibi vett. libb. ſed vulg. *Reſp. ad reſiſtendum imbecilla*

cilla ſit. quod omninò ineptũ eſt.

Eſt præſtare. h.e. præſtat. *Cluet feciſſe*. h.e. fecit. Ita antiquiſſimi loquuntur. Cato de re ruſt. in prœmio: *Eſt interdum præſtare, mercaturis rem quærere, ni tam periculoſum ſiet*. Attius in Philoctteta apud Varronem pag. 67: ex correctione Scalig. Conject. pag. 103. *Vnde ignes mortalibus diviſſe cluet doctus Prometheus. Clepſiſſe dolo, pœnaſq; Iovi expẽdiſſe ſupremo*. Ita fere & alij Poëtæ. Tibull. lib. 4. Eleg. 3. v 3. (*ctora dẽtes.*

Nec tibi ſit duros acuiſſe in pe

Et lib. 4. Eleg 1. ℣. 100.

Tunc tibi non deſit faciem componere pugna.

Et lib. 1. Eleg. 6. ℣. 23.

At mihi ſi credas, illam ſequar unus ad aras,
Tunc mihi non oculis ſit timuiſſe meis.

Propert. lib. 1. Eleg. 16. ℣. 7.

Et mihi non deſunt turpes pendère corollæ.

Virgilius ad Octavium:

Si mihi ſuſceptum fuerit decurrere munus.

Eſt, ſicut eſt: *Eſt, ut eſt*: cùm quid valdè affirmare volumus. Cicero lib. 1. 2. Attic. Epiſt. *Quò meis pudens ad cogitandum ſis, ſicut es. tamen* &c. Et in Bruto cap. *An quibus verbis ſacrorũ alienatio fiat, docere honeſtum eſt, quibus ipſa retineri, defendi poſſint, non honeſtum eſt?* Et pro S. Roſcio cap. *quamvis ille ſic felix, ſicut eſt.*

Eſt tãti: &, *Nihil eſt tanti*. pro eo, quod. *tanti æſtimo*, vel contra, *Nihil tanti æſtimo*, ut eius obtinendi gratiâ hoc vel illud facere velim, aut non velim. Videtur ex Iure ſumtum hoc orationis genus: *Quanti ea res eſt, tãti eſt*. Cicero lib. 1. Attic. Epiſt. 13. *Quare, mihi crede*, φιλοσοφῶμεν: *iuratus tibi poſſim dicere, nihil eſſe tanti* & lib. 2. Offic. cap. *Eſt ergò ulla res tãti, aut commodum ullum*. Tibull. lib. 2. Eleg. 3. ℣. 70.

Nõ tanti ſunt tua muſta pater.

Cicero Accuſ. 3. Verr. cap. *Metuiſti, ne æs alienũ tibi creſceret, ſi ve millibus tribus tibi conſtarent ea, quæ tu facile poſſes vendere* cc. *millibus. Fuit tanti, mihi crede, haberes, quod defenderes*. Et eod. lib. cap. *Iactabit ſe, & in his equitabit equuleis*: ‹ ›i, *pecuniam ſolvi, credo etiam tabulæ proferẽtur*. *Et tanti. cedò Tabulas. dilue ſanè hoc crimen Calidianum: dũ ego tabulas aſpicere poſſim*. Idẽ Catil. 1. cap. *Tametſi video, ſi meâ voce perterritus ire in exilium animum induxeris, quãta tẽpeſtas invidiæ nobis, ſi minus in præſens tẽpus, recẽti mẽoriâ ſcelerum tuorum, ut in poſteritatẽ impẽdeat. Sed eſt tanti, dummodò iſta privata ſit calamitas, & à Reip. periculis ſeiungatur*. Et Catil. 2. cap. *Eſt mihi tanti, Quirites, huius iniuriæ falſæ atq; iniquæ tẽpeſtatem ſubire, dummodò à nobis huius horribilis belli ac nefarij periculum depellat.*

Eſſe quid volenti, invito, cupienti.

Erat, eſt volenti. pro, placere, non placere, moleſtũ, aut jucundum, aut gratum accipere. Vt, *militiam bellum*. Genus dicendi à Græcis ſũtum. Budæus in Comment. linguæ Græcæ añotavit. col. 1336. qui conſulendus eſt. Rhenanus in in Tacitum Latinas auctoritates obſervavit, & ante eos priſcianus. priſcianus l. 18 col. 1169. Ἂν βουλομένοις ᾖ τούτοις κοινὴν μνησθήσομαι. Eſt is locus Demoſth. περὶ στεφάνου ἵνα. Et Xenoph. lib. 4. Ἑλληνικῶν. τί οὖν, ἔφη, οὐ πυνθάνῃ εἰ καὶ ἐκείνῳ βουλομένῳ ταῦτ᾽ ἐστί. Et lib. 5. ἦν δὲ οὐ τῷ Ἀγησιλάῳ ἀχθομένῳ ταῦτα. *Hac non invito, nec dolente Ageſilao fiebant*. Salluſt. Iugurth. c. 91. eodẽ modo loquitur: *quia neq; plebi militia volẽti erat, putabatur Marius aut belli uſum aut ſtudia vulgi amiſſurus*. Sic ille loc⁹ legitur in MS. Buſlid. & Leopard. lib. 4. cap. 23. Emendat. jam pridem ſic correxit. Tacitus lib. 1. c. *Vt bellũ quibusq; invitis aut cupientibus erat*. Budæus legit, *volentibus*. Et lib. Hiſtor. cap. *Hac atq; alia plebi volente fuere*. Et lib. 3. *Egreditur maturè, cæteriq; remanere & in verba Veſpaſiani illis volentibus fuit*. Ita rectè Rhenan. Et in vitâ Agricolæ c. *eòque initio erecta provincia, ut quibus bellum volentibus erat, probare exemplum*. Sic & Macrob. l. 2 Sat. c. 9. *Si nobis volentibus eſt*.

Eſſe: ferè pro, *velle*, ponitur in Comicâ & vulgatâ hac formulâ. *Quid eſt tibi*: Amph. 1. 1. ℣. 149. Merc. 3. 1. ℣. 4. Moſt. 5. 1. ℣. 59. Pſeud. 1. 1. ℣. 17.

Eſſe erga aliquem. Trin. 2. 4. ℣. 18.

Eſſe: παρέλκει. Stich. 4. 1. ℣. 64. Capt. 2. 3. ℣. 76.

Eſſe: pro, *habere*. Aſin. 1. 1. ℣. 69. & 1. 2. ℣. 17. & 1. 3. ℣. 43. Amph. 3. 1. ℣. 1. Capt. 3. 1. ℣ 12. & 4. 3. ℣. 70. Ciſt. 4. 2. ℣. 72. Bacch. 4. 2. ℣. 21. & 4. 8. ℣. 46: 73. Mẽ. prol. ℣. 59. & 4. 2. ℣. 72. Epid. 1. 1. ℣. 11. *Eſſe gradibus grãdibus*. Moſt. 4. 2. ℣. 75. Pſeud. 1. 1. ℣ 81. & 85. *Vix hercle opinor eſt ſi me opponam pignori*. Sic ibi leg. ex Mſſ. Pall. Et Pſeud. 1. 2. ℣. 83. & 1. 3. ℣. 23. 24. 72. 78 & 1. 5 ℣. 74. Pſeud. 2. 2. ℣. 41. & 4. 7. 47. Pœn. 3. 1. ℣. 34. Rud. 4. 3. ℣ 4. & 1. 5. ℣. 21. & 3. 6. ℣. 3. |Trin. 2. 4. ℣. 160. 165. & 3. 2. ℣. 27. 73. Truc. 4. 2. ℣. 51. & 5. 1. ℣. 43. 62. Stich. 2. 3. ℣. 13. *Eſſe curriculo*.

Eſſe ambiguo ſenſu. Merc. 3. 1. ℣. 13.

Eſſe cum viro: pro, cum viro rem habere: τῷ ἀνδρὶ συνεῖναι. Amph. 2. 2. ℣. 184. Merc. prol. ℣. 102. Ciſtell. 1. 1. ℣. 38. Aſin. 4. 1. ℣. 8.

Eſſe: pro, ſalvum eſſe. Mil. 2. 2. ℣. 60.

Eſſe beneficio alicuius. Sic conciſè loquitur Cicero. In Epiſt. ad Marium: *Maximo meo beneficio eſt*. Ita P. Victorius ex antiquiſſ. libb. correxit. Nam vulgò addi ſolet *affectus*. Sed alterum maiorem vim habet. Qui enim ſalutem ab aliquo accepit, potius dicetur eſſe, & vivere beneficio illius, qui ſalutem dedit, quàm affectus

eſſe beneficio illius. Eandem quaſi vim habet hoc verbum in Epiſt. ad Q. Fratr. lib. 3. cap. *Cicero tuus, noſterque, ſummo ſtudio eſt Paonii ſui Rhetoris, hominis, opinor, valdè exercitati, & boni.*

Eſſe: pro, *venire*; rarâ & eleganti vſurpatione. Ciſt. 4. 2. ✠. 74. pſeud. 3. 2. ✠. 19. *Drachmis ſũt*: væneunt. Caſſius ad Ciceronem. *Nam iam ternis tetradrachmu frumentũ apud Caſſium eſt*. Cic. Divin. in. Verr. *Cum eſſet tritici modius HS. II. pro frumento in modios ſingulos duodenos ſeſtertios exegiſſe*. Varro. *Aſſe vinum, aſſe pulmentarium eſt Eas quo natura aurigatur neceſſitudo.*

Eſſe celeri gradu. Trin. 2. 4. ✠. 22. Vide *Gradu*.

Eſſe lucro. Ciſt. 1. 1. ✠. 52.

Eſſe vſui. Ciſt. 4. 2. ✠. 13.

Eſſe damno, moleſtia & dedecori. Aſin. 3. 2. ✠. 25.

Eſſe: pro, *gerere ſe*. pſeud. 1. 5. ✠. 46. *Superbum eſſe.*

Eſſe aliquarum rerum. Elegantiſſimâ formulâ. Amph. prol. ✠. 105. Merc. 4. 5. ✠. 13. pro, *Solere has, vel illas res facere*. Quò ſpectat illud Mil. 4. 2. ✠. 25. *Cedò ſignũ, ſi harunce Baccharum es*: ſi quidem vera illa eſt lectio; & non potius altera edd. Venet. & Colon. Vide Animadverſ. noſtras.

Eſſe. pro, *verſari*. Mil. 1. 1. ✠. 28. *Indiligenter hic eram.*

Eſſentia. Græcè οὐσία. Ita Cicero, eumque ſequutus Fabianus, qui multa φιλοσοφούμενα Latinè ſcripſit. Solitus eſt tamen Cicero uti ferè nomine *Natura*. Quintilianus lib. 3. cap. 6. *Οὐσίαν, quam Flavius eſſentiam vocat; neque ſanè aliud eſt nomen Latinum*. Et lib. 2. cap. 14. *Et hac interpretatio non minus dura eſt, quàm illa Flavij eſſentia, atque entia, & ne propria quidem*. Auguſtinus lib. 12. de Civit. Dei c. 2. *Sicut enim ab eo, quod eſt ſapere vocatur ſapientia: ſic ab eo quod eſſe, vocatur eſſentia: novo quidem nomine, quo uſi veteres non ſunt Latini ſermonis auctores, ſed etiam noſtris temporibus uſitato, ne deeſſet etiam lingua noſtra, quod Graci appellãt οὐσίαν. hoc enĩ verbum è verbo expreſſum eſt, ut diceretur Eſſentia*. Seneca & Sidonius aiunt, Ciceronem primum hoc nomine uſum eſſe. Sic enim Seneca Epiſt. 58. *Cupio ſi fieri poteſt, propitijs auribus tuis, eſſentiam dicere: ſin minus, dicam & iratis. Ciceronem auctorem hujus verbi habeo, puto, locupletem. Si recentiorem quaris, Fabianum diſertum & elegantem orationis, etiam ad noſtrum faſtidium nitida. Quid enim fiet, mi Lucili? quomodo dicetur οὐσία res neceſſaria, naturam continens, fundamentum omnium?* Ita Muretus lib. 15. cap. ult. Var. lect. hunc locum Senecæ emendavit, in quo antea erat, *tuus quid ſentiam dicere*. Sidonius Epiſt. ad Polemium: *Lecturus es hic*

hic etiam novum verbum, *id eſt*, *eſſentiam*: *ſed ſcias hoc ipſū dixiſſe Ciceronem. nam eſſentiam nec non indoloriam nominavit*, *addēs*, *Licet enim novis rebus nova nomina imponere.* Vbi forte, *indolentia*.

Eſſe, pro vivere ſupereſſe. Cicero ad Torquatum lib. 6. Epiſt. 3. *Nec enim*, *dum ero*, *angar ullâ re*, *cùm omni vacem culpâ*, *etſi non eo ſenſu omninò carebo.*

Eſſe cum aliquo: alicui omnia, nihil, aliquid. Conciſa, & elegās phraſis. Livius lib. 8. cap. 25. *Lucani*, *atq; Appuli*, *quibus gentibus nihil ad eum diem cū Romano populo fuerat*, *in fidem venerunt*, *arma viroſq; ad bellum pollicentes.* Cicero ad C. Marcellum lib. 15. Epiſt. 10. *ſi mihi tecum minus eſſet*, *quàm eſt cum tuis omnibus*, *allegarē ad te illos*, *à quibus intelligis*, *me præcipuè diligi.* Idem Philipp. 2. c. *Caput autē litterarū hoc erat*, *cū illâ mimâ poſthac nihil futurum.* Idem lib. 13. Epiſt. *Cum Patrono Epicureo mihi omnia ſunt.* Sic ibi vett. libb. ſed interjecerunt vulgò, *communia*. Quos ſequutus eſt Lambinus. Salluſtius Iug. cap. de Q. Metello Conſule, cuius collega erat M. Silanus. *Is*, inquit, *ubi primum magiſtratū ingreſſus*, *alia omnia ſibi cum Collega erant*, *animum intendit.* Et hìc vulgò, *erant communia*. Hor. l. 1. Setir. 2. v. 57.

Nil fuerit mi, inquit, *cum uxoribus umquam alienis.*

Eſſe in ſcelere. Vulgò barbarè, *In ſcelere comprehenſum eſſe.* Cicero Philipp. 2. cap. *Vitricum tuum in tanto fuiſſe ſcelere fatebare* Et pro Syllâ cap. *Si hic eſſet in eodem ſcelere.*

Eſt: affirmationem & aſſenſionē ſæpe declarat; ſed conciſo orationis genere. Vt. *Eſt illud*, pro eo quod, Verum eſt illud. Quomodo & Græci loquuntur. Plato in Axiocho pag. 369 A. ἔστι ταῦτα, ὦ Σώκρατες. Cicero in Lælio cap. *ſunt iſta*, *Læli. Nec enim melior vir fuit Africano quiſquam*, *nec clarior.* Idem de Republ. *Eſt verò*, *inquit*, *Africane. Nam & Herculi eadem ipſa porta patuit.* Hoc adducitur à Lactantio lib. 1. cap. 10. Et lib. 1. Acad. qui cap. *Tùnc ego*: *ſunt*, *inquā*, *iſta.* Varro. Plaut. Trin. 2. 4. v. 3. *Eſtne hoc*, *quod dicis Staſime.*

Eſſe cum Is dicitur, qui non diſtrahetur animo, aut etiam aliis agit, ſed ſolus ſibi agit, & apud ſe verſatur. Cui Contrar. *ſe fugere*. de quo infr. litt. F. *Fugere ſe.*

Horatius lib. 2. Sat. 7. in fine. verſ. 113. *Adde quod idem Non horam tecum eſſe potes*, *non otia rectè Ponere*——

Eſt tanti, pro eo, quod eſt. *tanti æſtimo*: vel contra, Nihil tanti æſtimo, ut eius obtinendi gratiâ hoc vel illud facere velim. Cicero pro Sylla cap. Et Accuſ. 1. Verr. cap. *Verres ne tanti tibi fuit*, *ut eius libidinem*, *hominum innocentiam ſanguine lui velles?* Horat. de Arte ꝟ. 304.

℣.304. *Nil tãti eſt*, Seneca lib. 2. Benef. cap. 5. *Quare veriſſimum exiſtima, tantum te gratia demere, quantum mora adijcis?* *Inde illæ voces, quas ingenuus dolor exprimit: Fac ſi quid facis. Et, Nihil eſt tanti.* Cicero lib. 3. Attic. Epiſt. *Iuratus tibi poſſem dicere; nihil eſſe tanti.* Vſurparũt ſæpius Cicero lib. 3. Offic. cap. & Verr. 3. cap. Tibullus & Propertius.

Eſt: Non *eſt*: pro, idoneum, aptum eſt, vel, non eſt. Conciſâ oratione. Vide infr. in Mantiſsâ. Cicero pro Plancio cap. *Hac illi ſoleo præcipere, quamquam ad præcepta ætas eſt, quæ ille à Ioue ortꝰ ſuis præcepit filijs.* ſic ibi leg. Habent tamen aliqui libb. *non eſt gratia, qua ille.* Vulg. *nati.* Sed *natus* & *gnatus*, Poëtica ſunt. Sic lib. 7. Attic. Epiſt. 3. *Vt nunc in uno, cui res ad reſiſtendum ſit.* Sic ibi leg. Et lib. 6. Attic. Epiſt. 1. *Vt nunc in uno, cui res ad reſiſtendum ſit.* Sic. ibi leg. Et lib. 6. Attic. Epiſt. 1. ferè in medio Epiſtolæ. *Erit ad ſuſtentandum, quoad Pompeius veniat.*

Eſt. Verbum hoc interdum affirmandi vim obtinet, κατ' ἔλλειψιν. Pſeud. 1. 5. verſ. 35. *ſint illa, nec ne ſint.* ſcil. vera. ſic Cicero lib. 1. Acad. cap. 3. *ſunt iſta, Varro.* ſcil. vera. Et Læl. cap. 2. *Sunt iſta, Læli, ut dicis.* ſcil. vera.

Eſſi: pro, *edi*. Moſt. 4. 2. verſ. 41. 43.

Eſt: adeſt, habetur, Truc. 4. 4. verſ. 24.

Eſt: πρέπει. Pœn. 3. 1. verſ. 70. 71.

Eſt: cauſam notat interdum in iſtâ formula. *Nihil eſt, quod* Moſt. 3. 2. verſ. 23.

Eſt virtuti & pugna. Truc. 1. 2. verſ. 14.

Eſt; eleganti formula, pro, dignum eſt; *eſt opera, eſt temporis, eſt officij, eſt moris.* Caſ. 5. 2. ℣ 5.

Eſt; pro, *ſit*. Bacch. 4. 8. ℣. 60. Moſt. 53. ℣. 96. & 2. 2. verſ. 41. Capt. 2. 1. ℣. 13.

Eſt, quamobrem. Pſeud. 5. 1. ℣. 11. *Hoc eſt quamobrem vitã amet* Vide Stevvech. de particulis L. L. pag. 84. 85.

Eſt meum; decet me. Rud. 2. 3. v. 11. Trin. 3. 2. ℣. 5.

Eſt mihi. h. e. ego ſum. Bacch. 4. 3. ℣. 3.

Eſt vbi. Capt. 2. 2. ℣. 77.

Eſt cùm. Rud. 3. 3. ℣. 1.

Eſt quod. pro, eſt opus, oportet. Aul. 2. 2. ℣. 26. *eſt quod viſam domum.*

Eſt; in manu & poteſtate eſt. Trin. 1. 2. ℣. 68.

Eſt; ambiguè, pro, *edere*. Mil. 4. 2. verſ. 53.

Eſtrices mulieres. Germ. Freſſerin. Caſ. 4. 1. ℣. 20.

Eſtur; editur. ἐσχισμένος. Moſt. 1. 3. 3. ℣. 78. Pœn. 4. 2. ℣. 12.

Eſum: ſupinum, ab, *edo*. Curc. 2. 1. ℣. 13.

Eſum vocare, ri: Men. 3. 1. ℣. 11. Stich. 2. 1. ℣. 28.

Eſuri

Eſuriales feriæ: quæ Eſuritioni ſunt dicatæ. Capt. 3. 1. ỽ. 8.

Eſurio; *onis*. Perſ. 1. 3. ỽ. 21. *Saturio*, *Eſurio*.

Et pro *Etiam*. Perſ. 4. 7. ỽ. 10.

Et; diſtributionem notat. Ciſt. 1. 1. ỽ. 59. & 1. 3. ỽ. 1.

Etenim: initio ſententiæ. Amph. Prol. ỽ. 26.

Et quisquam dubitabit? Callidè dictum, pro, *Quis umquam dubitaret?* An eſt quisquam, qui hoc ignoret, cùm omnes ſciant. Omnibus hoc notum eſt. Vide ſupra, *Dubitare*. Cicero pro l. Manil. cap. 14. *Et quisquam dubitabit quin huic tantum bellum hoc transmittendum ſit*. Et ibid. c. 15. *Et quisquam dubitabit, quid virtute profecturus ſit, qui tantum authoritate profecerit?* Et pro A. Cluentio cap. 10. *Et eſt quisquam, qui cùm hæc cognoverit, ſuſpicari poſſit, Oppianicum judicio oppreſſum, & circumventum eſſe innocentem?* Virgil. lib. 2. Georg. ỽ. 432. *Et dubitant homines ſerere atq; impendere curas*; Et alibi lib. 6. Aen. ỽ. 806.

Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?

Et *item*. Caſ. Prol. ỽ. 49.

Etiam. Remota à vulgo ſignificatione vſurpatur pro *hoc tempore*, id quod Germanice efferre ſolemus: Eben jetzt. Moſt. 2. 1. ỽ. 30. *Quid illi reditio huc etiam fuit?* Warumb kompt er eben jetzt?

Etiam. Indignantis particula. Pœn. 5. 4. ỽ. 62.

Etiam, pro, *adhuc*. Amph. 2. 1. ỽ. 21. Moſtell. 2. 3. ỽ. 43. Virgil. Georg. III. *Inq; vicem det mollibus ora capiſtris Invalidus etiamque tremens etiam inſcius avi*. At quæ verba Philargyrus: *Etiam* pro *adhuc*. Terent. Hecyr. 1. 2. ỽ. 117. & 5. 1. verſ. 19. *Nondum etiam dixi quæ volui*. Apul. Mileſ. X. *At juuenis nihil etiam ſequius ſuſpicatus*.

Etiam: pro, *ita*. Moſt. 4. 3. ỽ. 8.

Etiam pro, etiamnum. Aſin 3. 2. verſ. 40.

Etiam atque etiam. Trin. 3. 2. verſ. 48.

Etiam: imperantis. Moſt. 4. 2. verſ. 28. & 4. 2. ỽ. 3.

Etiam: ſignificat quandoque actum continuũ; idem quod, *adhuc* Moſt. 2. 2. verſ. 43. & 2. 2. verſ. 88.

Etiam non: nondum. Pſeud. 1. 3. ỽ. 45 *etiam enim*; pro, *adhuc* vſurpatur.

Etiam nunc. Vulgò, *vſq; nunc*, *vſq; tunc*. Aul. 1. 1 ỽ. 16. Mil. 4. 8. ỽ. 63. Aſin. 2. 4. ỽ 92.

Etiamne ut. Pœn. 1. 2. ỽ. 69.

Etiamdum: Adhuc. Pſeud. 4. 2. ỽ. 2. Rud. 5. 3 ỽ. 25.

Etiam quoque. Pſeud. 1. 3. ỽ. 118. Aſin. 2. 4 ỽ. 96.

Etiamnũ. Truc. 1. 2. ỽ. 103. Men. 3. 1. ỽ. 15.

Etiam pro, *quin*; imperãdi particula. Moſtell. 2. 1. verſ. 36. & 2. 2. verſ. 8. Aſin. 1. 1. ỽ 95. & 3. 3. ỽ. 125.

Etiam pro *etiamne?* & *certè*, *ita*. Merc. 4. 5. ỽ. 14 Moſt. 3. ỽ. 2 2. Amph. 1. 1. v. 225. *Etiã muttis?* Petro-

Digitized by Google

Petronius pag. 36. verſ. 24. *Etiam minitaris?*

Etiam abſciſè, interdum ponitur: Vt, *Non Reges tantùm, etiam Imperatores ſunt mortui*: pro, verùm etiam. Cicero lib. 1. leg. cap. *O rem dignam, in quâ non modò docti, etiam agreſtes erubeſcant!* Sic omnes libb. ſed. Lamb. *verùm etiã.* Idem in Verr. de ſignis: *Mamertina civitas improba antea non erat, etiam erat inimica improborum.* Et lib. 1. Offic. cap. *Hic ſummi & clariſſimi viri filius in domum multiplicatum non repulſam ſolùm retulit, & ignominiam, etiam calamitatem.* Ita vett. codd.

Equidem Mil. 2. 2. ✝. 104. Perſ. 2. 2. verſ. 35.

Etſi: ſine *tamẽ*, poſitum. Trin. 2. 4. ✝. 106. 126.

Etſi tamen. Aul. 3. 2. ✝. 7.

Etſi verùm. Bach. 5. 2. ✝. 41.

Etſi: ſubiunctiuo modo iunctum. Aul. 3. 2. verſ. 7. Capt. 2, 1. verſ. 13. & 4. 2. verſ, 76, Stich, 1. 1. verſ. 36.

Etſi: cum indicativo, abſque ἀφελείᾳ. Bach. 5. 2 ✝. 72.

Eu; blandientis interiectio. Moſt, 1, 4, ✝, 26,

Evadere: pro eventum habere, Corn. Nepos Dione: *Hæc ille metuens, quemadmodum ſe paret, neſciret & quorſum evaderet, timeret.* Cicero de ſomniis: *Aut prædictū id dicitur, cùm id, quòd prædictum de novo evenit*, ſeu accidit. Cicero Divin. 2. cap. *Niſi forte conceſſuros tibi exiſtimas, eos qui ſomnia pro ſomnijs habent, ſiquando aliquod ſomnium verum evaſerit, non id fortuitò evaſiſſe.* Et mox. *Quod eſt perſpicuum, multa evadere.* Et mox. *Ex quo non aliquid, ſicut prædictum ſit, evaſerit.* Et in fine: *Vt mihi verum videatur, quomodo iſti, ſi hominum utrum evaſit aliquid.* &c. Et ibid. Quomodo autem *diſtingui poſſunt vera ſomnia à falſis, cum eadem & alijs & aliter evadent.* Et rurſum. *ſi ſomnium verum evaſit aliquod evenire interdum.* Et Divin. 2. cap. *Quorum neceſſe eſt, plerumque aliquid eveniat.* Et: *Quota enim quæque res evenit, prædicta ab his.*

Euax! exultantis interiectio. Men. 1. 2. verſ. 18. Caſin. 4. 4. verſ. 14. Bacch. 2. 3. verſ 13. & 4. 4. verſ. 73. Deriuant ac ἀπὸ τοῦ εὐοῖ, quæ bacchantium eſt; vnde *Euan* Liberi patris cognomen.

Eveniat: pro *ſit*. Mil. 3. 1. ✝. 74.

Evenire; varie iungitur. *Eveniunt hæreditates.* Curcul. 1. 2. verſ. 34. *Eveniunt divitiæ.* Men. Prol. verſ. 67. *Evenit opera ſuper.* Mil. 4. 5. ✝. 13. *Evenit malum* Stich. 2. 1. verſ. 56. *Damna eveniunt maxima mihi.* Terent Eunuch. 5. 5. ✝. 29. —*id gaudeo.*

Propter

Propter me hiſce aliquid eſſe eventurum malum.
Plautus Cornicularia:
Pulchrum & luculentum mi hodie evenit præmium.
vbi *præmium* pro *præda* capiendũ. Pomponius *Piſtoribus*:
—accipe
Si qua eventura eſt alia ſtrena ſtrenũo.

Evenire; pro, extrà venire. Caſ. 2.8.✠.1. Ciſt.4.2.✠.4. Rud.3. 2.✠.17.

Evenire; de effectu, pro; effectum, & finem ſuum ſortiri. Epid.3.1.✠.2.

Evenit; pro, *accidit*, eleganti vſu. Curc.1.2.✠.34. *Pſeud.* 2.1.✠. 1.&3.1.✠.5. Bacch.1.1.✠.46.69.

Evertere *bonis, fundis*, &c. Perſ.4. 4.✠.17. Trin.2.4.✠.15. *comedit rem.*

Evitare: vitâ privare. Caſ.3.6.✠. 21. Cicero lib.3. Tuſcul. cap. ex Ennij Andromachâ: *Hæc omnia vidi inflammari: Priamo vi vitam evitari.*

Evocare. Amph.3.3.✠.12. *à navi huc evoca verbis meis.*

Evocare *foras*. Pſeud.2.2.✠.10.

Evocare *intus*. Men. 1.3.✠.35. Pſeud. 4.7.✠.20.

Evoe! Interiectio eſt ὀρχασμοῦ. *Evius*. epitheton Bacchi. Men. 5.2.✠.83.

Evolare; evadere. Ciſt.4.2.✠.65.

Evoluere *vitâ*. Men. 5.5.✠.5. Vide Animadverſiones.

Euge! Interiectio lætitiam indicans, Aſin.3.2.✠.9. Perſ.1.2.✠. 10.&4.2.✠.1. Epid.3.2.✠.19. &3.4.✠.61. Bacch.4.9.✠.68. Rud.1.2.✠.76. & 2.4.✠.24. Moſtell.3.1.✠.152. Stich.5.2. ✠.12. Truc.1.2.✠.83.& 2.6.✠. 21. Merc.2.2.✠.12.

Euge; laudantis, ſed non ſine ironia. Mil.2.2.✠.58.86.

Euge, euge, Trin.3.2.✠.79.

Euge *herclè ſtrenuè*. Moſtell. 3. 1. ✠.54.55.

Euge; plaudentis, & approbantis eſt. Caſ.2.6.✠.34.

Euge *papæ*. Merc.3.4.✠.41.

Eugepæ! Amph.4.1.✠.10. interiectio gaudentis, & approbãtis. Cap.2.2.✠.24.& 4.2.✠.43. Pſ. 2.3.✠.26.& 2.4.✠.53. Rud.1. 2.✠.81. Stich.2.3.✠.56. Epid.1. 1.✠.7. Moſt.1.3.✠.102.

Euitare, eſt vitâ tollere. Caſ.3.6. ✠.21. Gloſſæ Argent, *Euito*, ἐκνεκρίζω. Cicero Tuſcul. III. ex veteri Poeta: *Hæc omnia vidi inflammari, Priamo vi vitam evitari.*

Eumpſe. Truc.1.1.✠.3.

Evoluere *argentum*: μεταφορικῶς. eruere, reperire. Pſ.1.3.✠.82.

Evolvere ſe, & *extricare* ex aliquo periculo. Epid.1.2.✠.49. Ter. Phor. *Ego nullo poſſum remedio me euoluere ex his turbis.*

Euſchemè: εὐσχήμως. εὐσχημόνως. decorè, ſpecioſè, Milit.2.2.✠. 58. Trinum.3.1.✠.24.

Euripidis *Alcumena*. Rud. 1. 1. ✠.4.

Ex: interdum πλεονάζει. Merc.1.2. ✠.1. Pſeud.1.1.✠.54. Stich.2.1. ✠.88. Vide Herald. ad Arnob. pag. 54.

Ex: pro, *cum*. Merc.1.2.✠.28. *Reſinæ ex melle*: hoc eſt, cum melle Sic Varro lib. 3. *Pullis apponitur naſturtium ex aqua*

in

in vas. Homer. Odyſſ. 19. χῆνες πυρὸν ἔδουσιν ἐξ ὕδατος: *Anſeres triticum ex aqua comedunt.*

Ex: idem quod, *præ, propter, ob*. *Ex metu, præ metu.* Caſ. 2. 6. ℣. 9. Amph. 1. 3. ℣. 31. *lacrumantem ex abitu concinnas uxorem tuam.* Ibid. ℣. 45. *Ex amore hic ſævus eſt.* Terent. Andr. 2. 1. ℣. *Inſanire ex injuriâ.* Eun. 1. 2. ℣. *Ex amore immutari.* Propert. lib. 2. Eleg. 1. ℣. 50. *Et totam ex Helenâ non probat Iliada.* Cæſar. lib. 3. bell. civ. cap. *Ex metu ſigna dimittere.*

Ex: pro, *inter*. Aul. 2. 2. ℣. 29. *Ex paupertate.*

Ex: in compoſitione ſæpe auget ſignificationē. Moſt. 2. 2. ℣. 91.

Ex adverſo. Merc. 5. 2. ℣. 37. Bacch. 4. 7. ℣. 37. *Ex adverſum.*

Ex adverſùs: & *Ex adverſùm*, adverſùm, contra. Ex-adverſùm Romam. Nepos in Themiſtocle: *Quod factum eſt ab Artemiſio diſcederent, & ex-adverſùm Athenas apud Salaminam claſſem ſuæ conſtituerēt.*

Exactus: pro exquiſito. Eo poſteriores Cicerone uſi ſunt, ſed & Livius lib. 3. cap. *Difficile ad fidem. eſt in tam antiquâ re, quod pugnaverint, ceciderintve exacto affirmare numero.*

Ex animo. Formula Plauto frequentata ſæpius. Epid. 4. 1. ℣. 1. Truc. 2. 5. ℣. 2. Stich. 1. 1. ℣. 1. Homer. ἐκ θυμοῦ.

Ex animo miſer. Stich. 1. 1. ℣. 1.

Ex antiquo. Pſeud. 4. 7. ℣. 93.

Ex gratulando: præ gratulationibus. Capt. 3. 2. ℣. 5.

Ex hoc loco: è veſtigio. Germ. Vff der State. Aſin. 1. 2. ℣. 4.

Ex inſidijs, ex occulto. Ciſt. 1. 3. ℣. 39. Aul. 1. 1. ℣. 23. Aſin. 5. 2. ℣. 32. Men. 4. 1. ℣. 12.

Ex induſtria. Pœn. 1. 2. ℣. 9.

Ex loco: ſtatim. αὐτόθεν. Germ. vff der Stet. Truc. 2. 4. ℣. 89.

Ex occulto. Aul. 4. 5. ℣. 7.

Ex pictura. Stich. 2. 1. ℣. 114. Alias: *graphicè, euſchemè.*

Ex proximo: in vicinia. Aulul. 2. 1. ℣. 49. & 2. 9. ℣. 7. Caſ. 5. 5. ℣. 47. Men. 5. 2. ℣. 39. Stich. 3. 1. ℣. 2. *Hinc ex proximo.*

Ex re, commodum notat. Capr. 2. 2. ℣. 46. & 5. 2. ℣. 6. & 2. 2. ℣. 46. Men. 4. 4. ℣. 97. Pſeud. 1. 3. ℣. 101. 103.

Ex ſententia. Capt. 2. 2. ℣. 97. & 2. 3. ℣. 87. Aulul. 4. 1. ℣. 3. Rud. 4. 2. ℣. 13 Trucul. 5. 1. ℣. 69. 74. Pſeud. 2. 4. ℣. 72. & 1. 1. ℣. 10. 18. & 2. 2. ℣. 1. & 5. 7. ℣. 30. & 5. 9. ℣. 89. Merc. 2. 3. ℣. 36.

Ex tranſuerſo. Germ. Vberzwerch. Pſeud. 4. 1. ℣. 45. Sic Petron. *Morbus, funera debilitates & cætera, ex tranſuerſo in vitam humanam incurrentia.*

Ex vero: re ipſa. Stich. 2. 1. ℣. 88. Hor. l. 2, Sat. 2. ℣. 56. *Ita ex tuto, ex facili.* Ovid in mortem Tibulli:

Ah nimis ex vero nunc tibi nomen erit.

Ex viro mulier: quæ virum perdidit. Amph. 2. 2. ℣. 181. Conſule ibi notas noſtras.

Ex unguiculis. Stich. 5. 5. ℣. 20.

Exactus: pro, abſolutus. Amph. 1. 3. ℣. 1. Horat. *Exegi monumentum ære perennius.* Vide ſupr.

Exædificare. Trin: 1.2.℣.95.eſt conſummare & perficere.

Exædificare ex ædibus : eijcere. Trin.5.2.℣.3.

Exafflare : Verbum compoſitionis arbitrariæ, explicandum per illa Feſti : *Exafflatum eſt exertum , quod ſcilicet omnes exerto brachio ſint exfilati , hoc eſt,extra veſtimentum filo contextum.* Sic enim locum illū legendū cenſet Ioſephus Scaliger;ſicuti & hunc Plauti Mil. 4.4.℣.44. ductu Mſſ. Sed potius leg. *Extrafilato.* Vide Animadverſiones noſtras.

Exagoga: ἐξαγωγή. Exportatio ſeu euectio mercium. Rud. 3.2. ℣.17. Truc 4.2.℣.6.

Examen mali. Truc.2.2.℣.59. Vide *Theſaurus mali.*

Examina glirium , dixit Plautus in Fragmētis apud Nonium.

Examuſſim ; hoc eſt,examinatè ad regulam. Nonius, & Chariſ.lib.2. pag.178. ex Siſennæ Commentar. in Amphitr. Amph. 2.2.℣.213.&c. *Quis tam.*℣.42.Men.Prol.℣.50.

Examuſſim : pro omnino; quaſi ad amuſſim& regulam fabrorum. Moſt.1.2.℣.19.

Exanclare. DionyſiusLambinus olim pertinaciter contendebat,numquam *Exanclare*,ſed ſemper *Exantlare* dicendum. Idem tamen in Notis ad Lucullum Ciceronis tam *Exanclare* , quàm *Exātlare* probat: ſed ita, ut *Exanclare* ſit ab *anculando* , quod valet *miniſtrare* : & *Exantlare* ſit haurire,ab ἀντλεῖν. Antonius Muretus illo tacitè reprehenſo lib. 13. Var.lect.cap.17.τὸ *Exanclare* præfert,ac de verbo *Exantlare* leviter dubitat:&tamē labitur,eſſe peregrinum, & apud Plautum, Ciceronem,& alios legēdum *exanclare*, non *exātlare*.Ego autem exiſtimo,& certò ſtatuo , quod non audet Muretus, *Exanclare* eſſe verbum Latinum, idque his rationibus.1.Quia *Exanclare* tātùm reperitur in ſcriptis codd. vett. ſcriptorū, Plauti, Ciceronis, Quintiliani , Nonij.2. Quia ab *Anclare*,jūctū ſit*Exāclare*.Dixiſſe autē vet. haurire;ait Feſtus: atq; inde *Exanclare* dictum videtur, unde & *Ancilla* , *Anclare*, *Eſcaria*.cō, ut Lambinus *Anclare* : miniſtrare. *Antlare*, haurire. Vide etiam Camerar. Probl 5.lib. 7. Quintilianus lib. 1.ait, *Exanculandi* verbum eſſe vetuſtū. *Priſcianus* lib. 3. col.796. Vetuſtiſſimi, inquit,dicebant *Adjutor*,pro *Adjuto*. Anclor, pro *Anclo*. Vnde igitur,inquit aliquis,natum verbum *Exanclandi?* puto nuper natum , & inductum à recētioribus, qui Græcâ origine ſpectatâ putarint dicendum non *Exanclare*, ſed *Exantlare* , & *Antlare*. quia Græce dicatur,ἀντλεῖν.& ἐξαντλεῖν. Verùm cōſtat,apud Latinos non ſemper originis rationem eſſe habendam, ſed Vſum eā ſæpè potiorem eſſe. Quod idem hic accidit.Ex eo factum, ut ſcriptorum libri & loci parentum noſtrorum ætate mutati ſint. *Anchiam* tamen

men

Digitized by Google

men video dixiſſe Suetoniũ Tiberio cap. 51. *& in Ancliam condemnato.* Sic legẽdùm judico, cùm vett. quidam libri habeant *Andriam.* Sæpe namque ex *cl* factum *d*, ut ex *Antroclus* apud Agelliũ, *Androdus.* ſed ob varietatẽ exẽplarium nihil ferè certi de eo loco Suetonij dici poteſt. Attius Trachinijs: *O multa dictu gravia, perpeſſu aſpera: quæ corpore exanclavi, atq; animo pertuli.* Ita vett libb. & Ms. noſter Pal.ſed Lãbinus, *exantlavi* legit. Cicero in Lucullo. cap. 34. *Credoq; Clitomacho ita ſcribenti, Herculis quendam laborem exanclatum à Carneade.* Sic ibi quinque libb. Mss. Pall. Ita & à Nonio hic locus adducitur. Et l. 1. Tuſcul. c. 48. *quæ corpore exanclato.* ut eſt in Mss. Pall. Budæus Comment. linguæ Græcæ pag. 1421. putat, non malè à verbo Græco πλήττω Latinè *plecto* factum eſſe: ac proinde *Exanclo* de Græco ἐξαντλῶ. Gloſſæ Vett. *Exanclat*, ἀενίσται. Eodẽ modo expreſſi ex Mss. noſtris Pall. apud Plautum noſtrum Stich. 2. 1. ℣. 115. *Vinum poculo ſæpe exanclavit ſubmerum.* Vide hic Animadverſ. noſtras.

Exanimari. Ciſt. 2. 1. ℣. 5. Rud. 2. 3. ℣. 41.

Exanimalem facere: animâ privare. Bacch. 4. 8. ℣. 7.

Exanimales curæ. Rud. 1. 4. ℣. 2.

Exanimatus Epid. 4. 2. ℣ 3. Mercat. 1. 2. ℣ 107. Pſeud. 1. 1 ℣. 7. Rud. 2. 3. ℣. 78.

Exanimatus: pro timido. Aſin. 2. 1 ℣. 17.

Exanimatus & timidus. Caſ. 3 5. ℣. 8.

Exanimatus præ timore. Aul. 2. 2. ℣. 31. Bacch. 2. 3. ℣. 64.

Exanimatus, de eo, qui corpore quidem adeſt, animo vero abeſt. Caſ. 3. 3. ℣. 10.

Exardeſcit. EXARDESCERE. Ciceroni valde familiaria.

Exareſcere. Rud. 2. 7. ℣. 20.

Exaſciare: eſt aſciâ ſeu ſecuri parare, & quaſi perpolire, & perficere. Aſinar. 2. 2. ℣. 93. *Hoc opus eſt exaſciatum*: h. e. perfectum. Vide Gutherium lib. 2. Manium cap. 18. Tranſlatum ab albario, quod aſciâ perpolitur & perficitur. Occurrit elegans formula in inſcriptione Lugdunenſi: *Pag.* CCCLXXXII. I.

ET SECVRITATI ÆTERNÆ IVLIA MARCIA CONIVX M. CÆSIONI VIRO QVONDAM SIBI CARISSIMO IIIIII. VIR AVG. CCC. AVG.
LVGDVNI VIVA.
IN SVO POSVIT ET SVB ASCIA DEDICAVIT.

Exaudire. Trin. 3. 3. ℣. 25.

Exaudire ſermonem. Merc. 4. 3. ℣ 8.

Exaudiſſe in ſtrepitu, qui non ſatis certò, ſed obſcurè audit. *Per nebulam audire.* Cicero lib. 13. Attic. Epiſt. *Exaudiſſe videor neſcio quid in ſtrepitu.* Plautus Capt. 5. 4. ℣. 27. Pſeud. 1. 5. ℣. 48. *Quaſi per nebulam*, dixit, *audire*

Sed *per nebulam* magis ad oculos, quàm ad aures pertinet. Et proinde Cicero Philipp. 12. cap. 2. *Quod videbam equidem* (inquit) *ſed quaſi per caliginem.* reſtrinxerat aciem animi D. Bruti ſalus. Vide amplius P. Victor. lib. 13. cap. 14. Var. lect. Hieronym. de cuſtod. Virg. Epiſt. 22. Tom. I. pag. 139.

Exaugere benefacta maiorum. Stich. 2. 2. ℣. 9. 32.

Exauſpicare ex vinculis. Græcè ἀφεθῆναι. ut apud Dionem Orat. 80. pag. 668. A. Capt. 3 5. ℣. 108.

Exbaliſtare: fictè ex nomine Ballionis: quaſi baliſtâ expugnare. Pſeud. 2. 1. ℣. 10.

Exbibere, Mil. 3. 2. ℣. 19.

Excandefacere annonam: pro cariorem facere. Vide & *Incendere Annonam*, ſuprà. *Annona.*

Excantare: eſt cantu cor atque animum adimere. Plautus Fragm. ex Bacch. Vide Fragmenta & Amph. 4. 3. ℣. 71. Scen. DI. *voſtram.* Lucan lib. 6. *Tunc vos Letheos cunctis pallentior herbis Excantare Deos.* Varro apud Non. *Vbi vident ſe cantando non poſſe diripere.* LL. 12. Tabb. *Si quis fruges excantaſſit.* Plin. 28. 7. Seneca Nat. quæſt. 4. 7. Horat. Epod. 5. Propert. 33.

Excedere è vitâ, pro, mori. ſed mitiori verbo ac minus triſti. Sic & *Exceſſus* pro morte. Cicero Læl. cap. 3. pag. 288. *Viderit illum diem clariſſimum fuiſſe, cùm, ſenatu dimiſſo, domum reductus ad veſperum eſt, à Patribus Conſcriptis, à Pop. Rom. ſocijs & Latinis, pridie quàm exceſſit è vitâ.* Et lib. 1. de leg. cap. *Certè non longè à tuis ædibus inambulans poſt exceſſum Romulus.*

Excenturiatus miles; ex centuria expunctus. Curc. 4. 4. ℣. 29.

Exceſſus. Interdum pro digreſſione, aberratione tum in moribus, quàm in oratione. Valer. Max. lib. 8. cap. 2. *Quid aliud hoc loci, quàm verecundiam illius ſæculi laudemus, in quo tam minimo à pudore exceſſus puniebantur.* Ita ex v. c. leg. vulg. *in quo tam minuti à pudore exceſſus pun.* Plinius lib. 9. Epiſt. *tam quid audentius illo pulcherrimo & longiſſimo exceſſu?* Mæcianus IC. ff. lib. 28. tit. 5. l. 86. Iam dubitari non poteſt.

Non ab re autem hoc loco velut exceſſus hic ſubiungetur.

Excellere. Propriè, in altũ tollere. Contra, *Repellere.* Cato pro Rhodienſibus apud Agell. 13. 23. *ſcio ſolere pleriſque hominibus in rebus ſecundis atque prolixis atq; proſperis animum excellere, atq; ſuperbiam, atq; ferociam augeſcere.* Paulus ex Feſto: *Lingua non ſolùm pars corporis dicitur ſed etiam differentia ſermonum: promontorij quoq; genus non excellentis, ſed molliter in planum devexi.*

Excêtra, Hydræ nomen. Perſ. 1. 1. ℣. 3. Vide de laboribus Herculis litt. H.

Excetra. Nomen metriculæ, à vipe-

vipera ſumptum. Pſeud.1 2.

Excidere verba dicuntur, quæ quis temerè, aut fortuitò, non cogitatè profert. Sic & Græcos uſos eſſe verbis ἐκφθέγγειν & ἐκπίπτειν, obſervavit *P.* Victorias lib.15.cap. 22. Var. lect. Cicero pro Sylla cap. *Verbum ecquod unquam ex ore hujus excidit, unde quisquam poſſit offendi?* Et Philipp. 10. cap. *Quod verbum tibi non excidit, ut ſæpe fit fortuito? ſcriptum, meditatum, cogitatum attuliſti.* Et pro domo cap. Ex *iſto ore religionis verbum excidere aut elabi poteſt.* Plato in Lyſide: ἐδόκει γὰρ αὐτὸν ἐκφθέγγειν τὸ λεχθὲν. Ariſtoteles Ethic. lib.3. cap. ὃ δὲ πράττει ἀγνοήσειεν ἄν τις, οἷον λέγοντές φασιν ἐκπεσεῖν αὐτῆς.

Ex*cidio, onis.* Curt. 4.3. ỽ.2.

Ex*cipere.* Venaticum eſt vocabulum. *Excipi* feræ dicuntur, quæ fugientes incidũt in venatores, in inſidijs eas obſervantes. Vide *Agitare*, & *Cogitare*. Hinc tralatè *Excipere* aliquem, dicitur is, qui eum fugientem recipit. *Excipere* interdũ eſt ſuſcipere, ut ait Nonius, ut ſi quis cadentem excipiunt natantem excipiat. Sic dicitur. *Excipere aliquem gremio* Plautus Aul. 4. 10. ỽ.45 *neque furem excipies?* Inde Feſtus *Excipuum* dici putat, quod excipitur, vel ſuſcipitur: ut præcipuum, quod ante capitur. Virgil. in Palæmon. ỽ. *Non ego te vidi Damonis peſſime caprum?*

Excipere inſidijs. Horat. lib.3. Od. 12. *Celer alto latitantem fruticeto excipere aprum.* Cæſar lib. 8. de Vris cap. *Sed aſſueſcere ad homines, & manſuefieri, ne parvuli quidem excepti, poſſunt.* Cicero pro Roſcio cap. *Nimirum ſimiliter arbitrantur iſti bonorum emptores, nos hic tales viros ſedere, qui excipiatis eos, qui è ſuis manibus effugerint.* Et Catil. 4. cap. *Praſtò eſſet ille, qui & fugientes exciperet, & ſe cum his urbanis ducibus conjungeret.* Livius l. 22. cap. *Servi duo, Formiani unus alter Sidicini Equitis, qui Servilio atq; Atilio inter pabulatores excepti à Nundinis fuerant.* Ita v. l. vulg. *accepti.*

Ita dicimus: *Cum Exceptione*, &, *ſine Exceptione*, laudare aliquem. Cicero lib.1. ad Q. Fratr. Epiſt. 1. de adminiſtr. provin. cap.13. *Vnum eſt, quod ibi ego præcipere non deſinam, neq; te patiar, quantum in me erit, cum exceptione laudari.* Seneca. Epiſt.58. in extremo: *quoniam nulla immortalitas cum exceptione eſt.* Cicero Læl. cap. *Tum ſit inter eos omnium rerũ, conſiliorum, voluntatum, ſine ullâ exceptione communitas.*

Excipere. Interdum quadam velut ſucceſſione ab alio traditum. Cicero lib. 2. de Orat. c. *Nihil eſt autem, quod non longinquitas temporis excipiente memoriâ efficere, atq; aſſequi poſſit.* Iſocrates in Archidamo: ἐπίσταμαι καὶ σχεδὸν μὲν Ἀθηναίους, εἰ καὶ μὴ. ταῦτα μεθ' ἡμῶν

εἰσὶν, ἀλλὰ οὖν ὑπῆγε τῶν ἰσω τῶν σωτηρίας πάντα πειθόντων.

Excipere ſermonem. Amph. DI. voſtr. ℣. 26.

Excire. Eſt evocare: ſicut *Ciére,* vocare. Vnde & *Citare.* Virgil. *Voce ciere animas.* h. e. mortuorum nomina inclamare: quod ſolebant Ethnici illis facere, qui juſtá ſepulturá carebant. Epid. 4. 2. ℣. 1. *Excivisti me ante ædes.*

Excire: pro, excitare. Curc. 2. 3. ℣. 16. Trin. 5. 2. ℣. 51. *Excivit me ſonitus.*

Excire lachrymas. Ciſt. 1. 1. ℣. 114.

Excitare, pro, erigere, pellere. Amph. 1. 1. ℣. 10. Rud 1. 5. ℣. 2. Sp. Poſthumius apud Livium lib. 9. cap. *Haud ſum ignarus,* inquit, Coſs. *ignominiæ, non honoris cauſâ me primùm excitatum.* Seneca de Tranq. cap. 14. *& illum quoq; excitare juberet.* Frontinus lib. 1. cap. 14. Stratagem. *Cornicularius vigiles quoſdam excitavit.* Turpilius Epiclero apud Priſcian. de Metris Comicis. S. *Quæſo edepol, quo ante lucem te ſubito rapis, Here, cum uno puero?* H. *neque eſſe intus Stephanio.* S. *Quid ita?* H. *ut ſolent me curæ ſomno ſegregant, Foraſq; noctis excitant ſilentio.* Cic. de Orat. l. II. *Qui in cauſa perorandâ nõ dubitavit excitare reum cõſularem, & eius diloricare tunicã.* Curt. l. VI *Non contentus Muſica artificum, quos excitaverat è Græcia.* Mart. l. 5. ep. 14. Cic. ad Atticũ. l. 2. ep. 1. *Si paulo plus furor Pulchelli progredi poſſet, valde ego te iſtinc excitarem.* Pari venuſtate Affranius explodere dixit: *In Arpinos jã quantum pote hominem explodam, ut villicetur.*

Excitare. Cicero pro Deiotaro c. 9. Secutum eſt bellum Africanũ: *graves de te rumores ſparſi: qui etiam furioſum illũ Cæliũ excitaverunt.* Et l. 2. de Orat. c. *Cùm enim Brutus dictos lectores excitaſſet, alteri de coloniâ Narbonenſi Craſſi orationẽ legendam dediſſet, alteri de lege Servilia* &c. Et pro Planció c. *Quem judicem ex illis aut tacitum teſtem haberes, aut verò etiam excitares.*

Excitare è ſomno. Merc. 1. 2. v. 47.

Exclamare. Trin. 3. 2. ℣. 79. Moſt. 2. 2. ℣. 57.

Excoctum Vide, *Coctum.*

Excolere ingenium, animum diſciplinis. Sæpè apud Ciceronẽ. Sic pro Archia cap. *Niſi animos noſtros doctrinâ excolamus.*

Excoquere alicui malum. Perſ 1. 1. ℣. 53. Mil. 2. 2. ℣. 53. (63.

Excors: μικρόψυχος. Mil. 2. 6. ℣.

Excors immodeſtia. Merc. Prol. ℣. 27.

Excruciare animi. Rud. 2. 3. ℣. 57. 68. Epid. 3. 3. ℣. 7.

Excludere foris, cui oſtium non aperitur. Men. 4. 2. ℣. 104.

Excludere, pro, impedire, removere. Cic. Philipp. 5. c. *At ille homo vehemens & violentus, qui hanc conſuetudinem liberè dicendi excludere, & in armis & præſidijs populum & magiſtratus foro excluſerit.*

Excludere oculum: effodere, exterere. Pſeud. 1. 5. ℣ 95. Vlpian. dixit, *Effundere oculum.*

Exclu-

Excluſiſſimus. Menæch. 4. 3. ℣. 24. Sic Curc. 1. 2. ℣. 15. *Occluſiſſimum oſtium* dixit.

Ex copiâ rerũ. Vide infr. Pro copia.

Excodicare. Eſt ſylvam in arvum mutare, truncis & caudicibus exuere. Germ. Außreuten. Vocabulum rei ruſticæ. Feſt⁹. *Repaſtinari ager is dicitur, cujus natura mutatur fodiendo, cùm aut ſilveſter excodicatur aut.* &c.

Excruciare: in execrationibus; vt, *perdere* verſ. 5. 2. ℣. 50.

Excruciare loris. Mil. 3. 2. ℣. 29.

Excruciare animi. Mil. 4. 2. v. 76.

Excruciatum facere. Amph. Scē. DI. *voſtram.* ℣. 72.

Excubia: locus vbi extra cubari poteſt. Caſ. Prol. ℣. 54.

Exculcare. h. e. calcibus excutere. Capt. 4. 2 ℣ 30.

Excuratus victus: accurate præparat⁹. Caſ. 3. 6. v. 6. Pſ. 5. 1. v. 8.

Excuratus lepidè. Caſ. 3. 6. ℣. 6.

Excurrere: de ijs, qui crucem inſcenderint. Moſt. 2. 1. ℣. 12. *Ego dabo ei talentũ, primus qui in crucem excucurrerit.* Sic *Inſilire in crucem.* Mil. 2. 3 ℣. 8. Bacch. 2. 3. ℣. 128. *Cruci ſalus.* Et *Adſcendere patibulum.* dixit Prudentius περὶ στεφ. Hymn. 14 ℣. 641. Dicitur etiam de *Excurſoribus,* qui muros ſcalis adſcendunt. Cic. l. 2. Divin. c. *Sed hac fuerit nobis tãquam levioris armaturæ prima orationis excurſio.* Germ. die den Sturm anlauffen.

Excuſare hoc, vel illud. pro, ex cuſandi causâ hoc vel illud afferre. Ita & *Excuſatio* ætatis, funeris, valetudinis, honoris, apud Cic. Alioquin Cic. *morbi causâ excuſare* dicit l. 12. Attic. Ep. 14. *Sed cura, ut excuſer morbi causâ.* Et pro Ligar. c. *Is cũ morbo impediretur, ſtatuerat ſe excuſare.* Livius *Oculorum valetudinem excuſauit.* Horat. lib. 1. Epiſt. 7. ℣. 66. *Ille Philippo.*

Excuſare laborẽ, & mercenaria vincla Quod non mane domum veniſſet.

Cic. Philipp. 8. initio: *Quamquam is quidem antequam ſẽtentiam diceres, propinquitatẽ excuſabat.* Et Philip. 5. c. *Quæro igitur, ſi Lyſiades citatus Iudex non reſponderit, excuſeturq;, Areopagites eos debere eodem tẽpore Romæ & Athenis res judicare.* Tacit⁹ l. 5. Ann. c. *At Tiberius, quòd ſupremis in matrẽ officijs defuiſſet, nihil mutatâ amænitate vitæ magnitudinẽ negotiũ per litteras excuſavit.* Sueton. Aug. cap. *Excuſatâ rei familiaris mediocritate.* Et Calig. c. *Vni valetudinẽ excuſãdi.* Et Claud. c. *Excuſante Tiberio imbecillitatẽ ejus.* Minuti⁹ Octavio: *Nec de fato quiſquã aut ſolatiũ captet, aut excuſet eventũ, mens tamẽ libera eſt.* Ita ibi legendũ puto, licet vir CL. P. Faber lib. 3. Semeſtr. c. 23. pag. 337. *excuſet fortunã.* vulg. *aut excuſet eventũ ſit fortis fortuna.* Videntur illa, *ſit fortis fortuna* eſſe ex interpretatione, eventus. Ita & Vlpianus lib. 3. Tit. 3. l. 33. ſervum. § ubicũq;. ff de procur. Ibi quẽvis pro eo verba faciẽtem, & abſentiam excuſãtem audiri æquum eſt.

Digitized by Google

Execrari aliquem. vulgò notum. Sed *Execrari*, pro, male precari, & dira optare, non item. Cicero Tuſcul. *Execratur luculentis ſanè verſibus apud Ennium Thyeſte, primū, ut naufragio pereat Atreus*, quod ibi mox, *optare*. Et in Philipp. 5. c. *Tibi proficiſcenti evenit, ut omnes execrarentur*. h. e. male precarentur. Et lib. 2. de Nat. Deor. cap. *Cui quod in me eſt execrabor: & hoc, quo lucet, quicquid eſt.*

Excutere oculum. Perſ. 5. 2. ✠. 16.

Excutere: pro, diligenter inueſtigare. Aul. 4. 4. ✠. 18. Sue. in Claud. *Stragulis prætētatis & excuſſis*. h. e. diligenter contrectatis & diventilatis. Cic. *Non excutio te, ſi quid fortè ferri habuiſti, non ſcrutor*. Plinius; *A Ianitore ſemper excuſſa, ne quid inferret cibi.*

Excuiia, Vide, *Exicia*.

Exdorſuare: eſt dorſum eximere. Nō. Aul. 2. 9. v. 2. Vide *Exoſſuare*.

Execratus: παθητικῶς, maledictus. Caſ. 3. 5. ✠. 19.

Excedere: obſcœno ſenſu. Curc. 1. 1. ✠. 4. 5. Apul. l. 8. Meta. *Sed poſtquam non cervam pro virgine, ſed aſinum pro homine ſuccidaneum videre, nare detortâ, magiſtrum ſuum variè cavillantur. non enim ſervum, ſed maritum illum ſcilicet ſibi perduxiſſe. Et heus, aiunt, cave, ne ſolus excedas tam bellum ſcilicet pullulum; ſed nobis quoque tuis palumbulis nonnunquam impertias.*

Excedi expectando. Epid. 3. 1. ✠. 1. h. e. cōfici penè. μεμψιμοιρικῶς.

Exedint: exedant, ἀρχαϊκῶς. Pſeud. 3. 2. ✠. 32.

Exedra. Conclave, locus, in quo multi conſidere diſputandi, commorandi, conandi causâ, ſolebant. Dicitur & *Dieta*. Sic & *Exedra* dixit Vitruvius *Exedrarium*, ſitum & ædificationē deſcribens. Cicero lib 5. de fin. cap. *Tamen ego illâ moveor exedrâ. Modò enim fuit per Carneadem, quē videre videor*. Et lib. 7. Epiſt. 23. *Exedria quadam mihi nova ſunt inſtituta, & particula Tuſculani*. Idem initio lib. 3. de Orat. cap. *Atque in maximis cauſis ſæpe vidiſſet tum deditâ operâ quieſcentibus alijs in eam rem exedram veniſſet, in quâ Craſſus lectulo poſito recubuiſſet*. Et lib. 1. de Nat. Deor. c. *Offendi eum ſedentem in exedrâ, & cum S. Velleio Senator diſputantem*. Vlpianus l. 5. §. interdum 2. lib. tit. 3. de his qui effud. *In eum potius dare actionem, ex cujus cubiculo, vel exedrâ dejectum eſt*. Hieronymus Preſb. de Iuſt. virg. Vbi de Cœnobijs, quas ait ſuam quamque cellam habere, *Si quis verò*, inquit *cæperit apportare transfertur ad exedrā tralatiorem.*

Exefficere: perfectè efficere. Curc. 2. 3. v. 85. Truc. 5. 1. ✠. 17. Ita vtrobique ſcribendum. Vide Animadverſiones.

Exempla conferre. Pœn. 1. 2. ✠. 85.

Exemptum: vulgò exēplar. Pſeud. 2. 2. ✠. 56. Pœn. 5. 4. ✠. 100. 101.

Exem-

Digitized by Google

Exemplum; pro modo, ratione. Aſin.2.3.℣.9. Capt.3.5. ℣.33. Bacch.5.1.℣.6.& 3. 4. ℣.6.Epid.5.2.℣.6. Merc.2.1. ℣.41. Moſt.1.3.℣.35.55.& 4.3.℣.46. Mil.3.1.℣.131.161. & 2.4.℣.6. 47.pſeud.1.2.℣.3.Rud.2.3.℣. 4.& 2.6.℣.4.& 3.1.℣.131.perſ. 3.1.℣.7.Trin.4.2.℣.77. Truc. 1.1.℣.5.

Exemplum: pro more, aut facto. Rud. 3.2.℣.3.

Exemplum: pro, *documento*, Epid. 1.1.℣.7.Moſt.5.1.℣.67.*exempla faciam in te.Exemplum expetere*.Mil.3.1.℣.42.

Exemplum: eſt *ἀντίτυπον, ὑπόδειγμα*. Gloſſis.Aſin.2.2.℣.23.

Exemplo atque more. Bacch. 3.6. ℣.11.

Exempla, pro tormentis, & ſuppliciis.Sed hoc notum.Teret. Eun.5 6.℣.21. *Vterq; exempla in te edent*.Plaut.Bacch.5.1.℣. 6.& 3.4.℣.6.*Quicumque omnibus exemplis crucier*: *omnia me mala conſectantur, omnibus exitijs intereo*.

Nullo exemplo. Vetus decretum apud Agell.7.19. *Multamque nullo exemplo irrogavit*.

De *Exemplo alicuius aliquid facere*. Moſt. 3.2.℣.87. (41.

Ad hoc *Exemplum*. Merc. 2.1.℣.

Exemplum capere.petere. Moſt.3. 2.℣.75.76.

Exemplum ſtatuere alicuius rei. Rud. 3. 2.℣.6.

Exenterare proprie de venatione & piſcibus effertur, quibus ἔντερα, h.e.inteſtina.plautus tralatè dixit. *Exenterare marſupium*.Germ, Den Beutel fegen. Numos eruere. Epid.2.2.℣.2.& 3.4.℣.78.Moſt. 3.1. ℣.62.

Exenterare opes argẽtarias. Epid. 5.2.℣.7.

Exequi: pro, *pergere*, *perſeverare*. Aſin.1.3.℣.8. (℣.3.

Exequi: pro, exoptare.Epid.4.2.

Exequi: facere. Men.2.1.℣.20. Merc.5.2.℣.92.

Exequi aliquid accuratè & commodè. Mil.3.3.℣.69.

Exequi mortem: mori.pſeudol.4. 2.℣.38.

Exequi mandatam rem; pro *conficere*.Bacch.3.3.℣.72.

Exequi: pro funerare. vnde *exequia*.Epid.2.1.℣.6. Formula indictionum funerum talis erat.L.TITVVS VIXIT.L.TITIO EXEQVIAS IRE CVI.COMMODVM.EST.HEM.TEMPOS EST, OLLVS ECFERTVR.

Exequi: eſt, narrare, διηγεῖσθαι. *pergere porrò dicere*.Ibidem v. 171.Sic Æneas Virgilianus:

—*ſed ſumma ſequar faſtigia rerum*.

Accius Atreo: *Ego incipio, conata exequar*. Ex hoc vſu Acid. voluit emendare locum Vellei.l.2.c.119.

Exequi ſermonem. Trin.2.2.℣.5.

Exequi.pro, ſequi. Varro apud Nonium: *Silicernium funus executi cum laude ſepulchrum, antiquo more ſilicernium confecimus*. Sic rectè Hadr.Iuni⁹.

Exercere. Verbum vulgò hodie non ita notum, ut olim. cùm dicunt: *Exercere argentariam, navem, pecunias, fœnus, vectigalia ſiglinas, argenti fodinas*,

Digitized by Google

piſtrinum, litem, quæſtionem, cognitionem. Vide Lexic.Iuris.

Exercere ſe dicitur, qui in opere aliquo occupatus à ſe deſidiam arcet. Amph. 1. 1.ỽ.131.

Exercere ſcortũ. Vide Paſſerat. ad Catull.pag.25. B.

Exercere ſumptum. Terent. Heaut.1.1.ỽ.91. *Niſi eos, qui opere ruſtico faciendo facile ſumtum exercerent.ſuum.* Ita opt. codex Bembi, & alii quoque vett.quidam. Viri docti nuper: *exſarcirent.* Sed nihil temerè mutandum. Et ita Epiſcopus Mediol. Ambroſius: *Quid mihi prodeſt in Clero manere, ſubire iniurias, labores perpeti? Quaſi non poſſet ager meus me paſcere: aut ſi ager deſit: quaſi aliter exercere ſumptum nequeam.*

Exercere arma, epulas. Virgil. lib.4.Aen.ỽ.86. *Non capta aſſurgunt turres: non arma Iuventus Exercet., portuſve, aut propugnacula bello Tuta parãt.* Attius in Annalibus: *Cumq; diem celebrant per agros urbesque fere omnes, exercent epulas læti; famuloſq; procurant quiſq; ſuos.* Sic ibi leg. Vulgò *epulis.*

Exercitor magiſter. Trin.2.1.ỽ.3. Græcè dicitur παιδοτρίβης. Item *Progymnaſta.* Seneca. Epiſt. 83.Plin. Panegyr. *Cum exercitationibus noſtris non veteranorum aliquis, ſed Græculus magiſter adſiſtit.*

Exercitor gurgulio. Trin.4.3.v.9.

Exercitum habere: de ærumnis & doloribus Epid.4.1.v.3 Simi ter loquitur Bacchid. & Mil. Vide Fragmenta.

Exercitum imperare. Capt.1.2. ỽ.50.Ciſt.1.1.ỽ.60. Eſt phraſis deſumpta ex ritu Reip.Romanæ.Conſul enim, vel Cenſor, in dictis Comitiis Centuriatis, aut quicumque magiſtratus Centuriata Comitia habere poterat, Accenſo vel Auguri imperabat urbanum exercitum, ſive, ut loquebãtur, jubebat vocari inlicium Quirites. Sic enim prolixè hunc morem explicat Varro de L.L.lib.5. pag. 62.63.64. Edit.Scal.Legantur ibi verba *Quæ* omnia ſagaciſſimè interpretatur ſummus Philologus Ioh.Fridericus Gronovius l.1. Obſervat. Crit.cap.1.quò lectorem Philologum lubens remitto: maximè ob Plauti binos locos, qui à nemine in hũc uſq: diem intelligerẽtur, abſque hoc Apolline fuiſſet.

Ad exercitum dicitur eſſe, vel manere Imperator. Vt, *Ad Vrbem eſſe.* Vide ſupr. *Ad.* Livius lib.29. cap. *Vt ad exercitũ Scipio maneret.*

Exercitio, pro *exercitatio* Cato apud Agell.11.2. *Si nihil exercens.inertia, atq; torpedo plus detrimenti facit, quàm exercitio.* Ita eſt in veteri libro Giſanii. Vulg. *exercitatio.* Paulus Ic. *Etiam de præſenti legato locum habet hæc ſatiſdatio: quoniam nonnullas moras exercitio Iudicij habet.* Vide etiã ff. 1.tit.21.l.ff.50.tit.6.l.200.

Exercitus, ûs, ni, dolor. animi angor. Ciſt.1.1.ỽ.60. *Noli mihi exerci*

exercitum imperare. Affran. *Suſpecta: Ita vt huic here adoleſcenti, ipſius ſpiritũ cui tradidit, qui med. eſt animi exercit⁹.*

Exercitus: pro *exercitio.* Rud. 2.1.ỽ.7, *exercitus gymnaſticus & palæſtricus.* Veget. l. 2. c. 1. *Exercitus ex reipſa atque opere exercitij nomen accepit: vt ei nunquã liceret oblivisci, quod vocabatur.*

Exercitus: fatigatus, vexatus. Merc. 2.1.ỽ.4. Trin. 4.3.v.83. Etiam Cicero vſurpat in Miloniana.

Exheredem facere vita ſua: eſt priuare vitâ, non eſſe vitæ ſuæ dominum. Bacch. 4.8.v.8. Moſt. 1.3 ỽ.77. *Exheres bonis.* Vide, *Heres.* (ỽ.55.

Exhaurire ab aliquo. Merc. Prol.

Exhibere alicui negotium. h. e. moleſtiam. Moſt. 3.1.ỽ.33.

Exhibere imperium, exercere, agitare. Caſ. 2.6 ỽ.57. Vide infra. *Inhibere imp.*

Exhibere. repræſentare, producere. Mil. 2.6.ỽ.65. Vide Paſſerat. Propert. pag. 704. B.

Exhibere aliquem: pro; alere. Et *Exhibitio*, pro alimentis. Sed hæc notio non eſt optimis, & antiquiſſimis ſcriptoribus uſitata. Iuſtinus lib. 9. *Atheas inclementiam cœli, & terræ ſterilitatem cauſatus, quæ non patrimonijs ditet Scythas, ſed vix alimentis exhibebat, reſpondit.* ſic v. c. ſed vulg. *alimenta.* quod nõ tam rectè *ἀντιθετικῶς τῷ patrimoniis*. Cyprianus etiã ſerm. 6. in Orat. Domin. interpretãs illud Pauli *διατροφὰς σκεπάσματα* 1. Tim. 6. 8. *Exhibitionem* pro alimentis dixit. Et ante eum Iuriſconſulti, qui his vocabulis ſæpe ita utũtur. Vide Lexic. Iuris.

Exicia ab *exicando.* pro *exſecando.* Forfex eſt, quo ſecantur capilli Curc. 4.4 v.22 *Vide diſſico*

Exigere: abſoluere. Ciſt. 1.3.v.15.

Exigere: abigere, eiicere, excludere, Merc. Prol. ỽ69 Capt. 5. 4.ỽ.4 12. Mil 4.6.ỽ. 62. Aul. 1.3.v.9. *Itaq; omnes exegit foras.*

Exigere ætatem. Trin. Prol. v.15. Ciſt. 1.1.ỽ.81 Mil. 4.2.ỽ. 48. & 4.6.ỽ.60. Caſ. 2.5.ỽ.12.15.

Exigere aurum. Bacch. 2.2 ỽ. 45. & 4.8 ỽ.62.

Exigi pro ſponſione, Trin. 2. 4 ỽ. 26. Cæcilius apud Nonium; *Ego illud minus nihilo exigor portorium.*

Exigi matrimonio. Merc. 4.6.v.6.

Exigere, abſolutè, pro, vitâ defũgi. Cicero lib. 2. Tuſcul. c. 30. f *ſed tamquam à magiſtratu, aut ab aliquâ poteſtate legitimâ, ſic à* Deo *evocatus atq; amiſſus exegerit.* Ita ſcriptum fuit in M. Pal. Sic quoque abſolutè Cicero uſurpavit *Deiicere.* l. 2. Tuſc. c. 5. f. *Videsne igitur, quantum breviter admonitus de doloris terrore deieceris* h. e. deiectus fueris. Ibid. cap. 21. vetus Poeta: *Pedetentim ite, & ſedato niſu ne ſuccuſſu arripiat maior dolor.* Et Ovid. l. 6. Met. ỽ.53. *Haud mora. conſtituunt dii.* Sic Mẽbranæ meæ. Vulg. *conſiſtunt* h. e. conſtant. *συνιστήκασιν*, una ſimulq; conveniũt. Feſtus *Cõſtitutus hominũ*, à cõſiſtentiũ multitudine.

Gloſſæ

Gloſſæ. παρίσταμαι, conſto, adſiſto. Plautus Curc. 2. 3. ✠. 10. *Qui incedunt ſuffarcinati libris, cum ſportulis, conſtant, cõferunt ſermones inter ſeſe drapetæ.* Vide ſupr. *Cogere.*

Exigere, de debito etiam uſurpa-(tur.

Exigere interdum ad opera fabrorum pertinet: Vt *Exigere ad perpendiculũ.* Quidã & tralatè *cõtroverſias iuſtis ponderibus exigere.*

quod non puto rectè dici, ſed ita: *juſtis ponderibus*, vel momentis examinare. Terẽt. Andr. Prol. ✠. 27. *Comœdiæ ſpectandæ an exigendæ vobis ſint prius.* Ita enim verbũ hoc ibi accipiendum. Cicero Accuſ. 1. Verr. cap. *Tu Verres, his quod moliare, nihil habes, niſi forte vis ad perpendiculum columnas exigere.* Et mox: *Columnas ita ſe exacturum eſſe confirmat.* Horat. lib. 3. Od. ult. ✠. 1. *Exegi monumentum ære perennius.* Propert. lib. 3. Eleg. 20. ✠. 26.

Aut certè tabulæ capient mea lumina pictæ, Sive ebore exactæ, ſeu magis ære manus.

Et eod. lib. Eleg. 8. ✠. 9.

Gloria Lyſippo eſt animoſa effingere ſigno. Exactis calamis ſe mihi iactat aquis.

Exigere viam dicũtur magiſtratus, cùm viciniam cogũt munire, quàm diligẽtiſſimè ſumtu facto, inquit Aſconius. Sic & *Sarta-tecta exigere.* Cicero Accuſ. 1. Verr. cap. *Quam tu viam, cenſuram, atque pompa ejuſmodi, ut ipſe illa exegiſti, ire non audeas.* Et lib. ult. cap. *Quorſum iviſti ad ſuum quæſtum, non ad religionem dignitatum faciendum, exigendum curavit.* Livius lib. 29. cap. *Cenſores ſarta tecta acriter & ſummâ cum fide exegerunt.*

Exigere valet accuratè perpendere. Terent. Adr. Prol. ✠. 27. *Fabulæ ſpectandæ, an exigũdæ ſint vobis prius.* Seneca Epiſt. 11. *opus eſt aliquo, ad quem mores noſtri ſe ipſi exigãt.* Martial. lib. 7. Epig. 27. *Exige, ſed certâ quos legis aure iocos.* Sic correxit Gulielm. Et lib. 4. Epigr. *Non tetricâ nugas exigit aure meas.* Et lib. 6. Epigr. *Dũ noſtras legis exigisq; nugas.*

Exiguitas. Rarius nomen: ut & *Paucitas*: Vtroque tamen & Cicero, & Cæſar, & Cælius, aliique novi ſcriptores utuntur. Iuſtinus lib. 43. *Namque Phocenſes exiguitate ac macie terræ coacti.* Ita aliquot lib. vett. vulg. *ex inanitate.*

Exilio redire. Merc. 5. 2. ✠. 106.

Exilis. Videtur interdum Veteribus pro inculto & horrido poſitũ, ſive inornato: plerumque pro tenui, & macro. Cui contrarium, *nitidum, plenum, copioſum*: numquam pro parvo. Cicero lib. 3. de Orat. cap. *Non enim à me jam exſpectari puto, ut moneam, ut caveatis, ne exilis ac inculta veſtra oratio, ne vulgaris, ne obſoleta.* Et lib. 2. Nat. Deor. cap. *Sed ſi eâdem horâ aliæ pecudis jecur nitidumq; plenum eſt, alia horridum, & exile.* Horatius: *Et domus exilis Plutonia.* Sic ille locus videtur accipiendus. Plautus

tus Stich. 4.1.℣. 20. *Nam ita me abſente familiarem rem uxor curavit meam, omnium me exilem atque inanem fecit ægritudinum.*

Eximere ſe ab aliquo aliqua re. Bacch. 4.9.℣.40. (9.℣.28.

Eximere aliquem dolo. Bacch. 4.

Eximere tempus diē, horam. Cic. Philipp.2.cap. *Horam eximere nullam in tali cive liberande ſine ſcelere non poſſumus.* Sic lib. Attic. Epiſt. *Metellus calumniâ dicendi tempus exemit.* Cato apud Agell. *Cato rem, quam conſulebatur, quoniam nō è Rep: vincebatur, eximebatur, eximebatq; dicendo diem. Erat enim jus Senatori, ut ſententiam rogatus diceret ante quicquid vellet alius rei, & quoad vellet.* Cicero ad Q. Fratr. *Clodius rogatus diem dicendo eximere cœpit.*

Eximere maculas. Capt.4.2.v.61.

Eximius. ἐξαίρετ☉. Idem propriè, quod *excipium, præcipuum, exemtum.* Ita Feſtus. *Eximium inde dici captum, quod in ſacrificiis optimum pecus egregie eximebatur: vel, quòd primùm erat natum.* Ita & Poetæ. Cicero Divinat. cap. *Aequè enim eſſet veriſimile, cum omnibus Siculis faceres iniurias, te illi unum eximium, cui conſuleret, fuiſſe.* Virgil. lib. Georg.4.℣.538.

Quattuor eximios præſtanti corpore tauros.

Sic dicimus: *Neminem excipio: unum eximium habeo.* Terēt. Hecyr.1.1.℣.8. *Quin ſpolies, mutiles, laceres, quemque nacta ſis.* PH. *Vtinam eximium neminem habeam!*

Exin; pro, *perinde;* & ſignificat rē à ſua cauſa effectam. Epid.1.1. ℣.47. Pœn.3.5.℣.9.

Exinanire aliquem. Truc.4.2.℣. 2.& 4.4.℣.33.

Exinde, comparandi particula; vt, *proinde. perīde.* Pſ.2.3.v.14.

Exiſtimare, arbitrari, iudicare. Aul.2.4.℣.19.

Exiſtimare, exiſtimatio. In malā partem. pro, malè ſentire, reprehendere, paſſim ſpargere, detrahere. Sic *Opinio,* & *Opinari,* de quo infr. Sed eo neq; Cicero, neque alij eius notæ ſcriptores vidētur uſi. Sueton. Tiber.cap. *eò calumnia proceſſum, ut hoc quoq; capitale eſſet, dictum illum* factumve ejus exiſtimatione ullā hæſiſſe. Agell.10.23. *M. Cato non ſolum exiſtimatas, ſed multatas quoq; à Iudice mulieres refert.* Ambroſius Epiſt. de Tobiā cap. 20. *Quantò magis divinum & ſpirituale depoſitum bonâ fide ſervare nos congruit, ne exiſtimationem & gravia damna ſubeamus.*

Exire. Eo Cicero, & veteres ſæpe utuntur: nos tarius, qui ferè, *prodire* dicimus, aut quid aliud. Cicero lib. 3. de Orat cap. *Seu hanc dico ſuavitatem, quæ exit ex ore.* Et paulò antè: *Etenim videmus ex eodem quaſi ludo ſummorum in ſuo cuiusq; genere artificium, & Magiſtrorum exiſſe diſcipulos, diſſimiles inter ſe.*

Exire

Digitized by Google

Exire Cum accuſandi caſu. In Commentarijs pontificũ ita ſcriptum fuiſſe, commemorat Plinius lib. 18. c. 3. *Augurio canario agendi dies conſtituantur, priuſquam frumenta vaginas exeant, & antequam in vaginas perveniant.* Ita Lucun. Lucan. & Virgil. Vide Collectanea Virgil.

Exire abſolutè interdũ uſurpatur. Vt in libro Cælij ad Cic. 10. *Caſar iratus Senatus exijt.* Sic leg. vulg. *exilit.* Idem l. 10. Attic. Epiſt. *Exeamus modò.* De ſe loquitur Cic. h. e. ex Italiâ diſcedamus.

Exire ſæpè nullâ mentione habita loci, unde diſceditur: ſed illius tantum, in quem venimus, aut ubi conſiſtimus. Vt, *Exire in provinciam.* Cicero Epiſt. ad Cæſ. C. Trebatium cogitaram, quocumque exirem. Et *Exire*: de navi *deſcendere.* Et de nautis: lib. 2. Rhetor. *Impudentes legis cùm exiſſent, vitulum immolaverunt.*

Exire: de libris. Cicero lib. 13. Attic. Epiſt. *Libri quidem ita exierunt, (niſi me communis φιλαυτία decepit) ut in tali genere ne apud Græcos quidem ſimile quicquam.*

Exitiabilis. Exitiabile bellum. Livius lib. 30. cap. Altera *Hannibalem ad tuendam ab exitiabili bello patriam revocabat.*

Exitiabilis dies; ἀπευκτικῶς, pro, *exitialis.* Epid. 4. 2. ṽ. 36.

Exitium, pro quovis dãno. Capt. 4. 2. ṽ. 52. Pſeud. 1. 1. ṽ. 58. *Propè adeſt exitium mihi.*

Exitium eſſe alicui. Bacchid. 4. 9. ṽ. 151.

Exitio; de exitu ex vtero. Truc 2. 6. ṽ. 30.

Exitio eſſe. Bacch. 4. 9. ṽ. 29.

Exitium eũ inſtat. Pœn. 4. 2. v. 96.

Exitium non-habere. Cicero Philipp. 5. cap. *fugam quærebamus omnes: quæ ipſa exitium habebat.*

Exitus, pro effectu. Cicero lib. 3. de Orat. cap. *Vbi enim perſpecta eſt vis rationis ejus, quâ cauſæ rerum atque exitus cognoſcuntur, mirus quidam omnium quaſi conſenſus doctrinarum, conventus reperitur.* Horat. Epod. ult. *Plorem artis in te nil habentis exitum.* Sic ibi leg. Vlpianus IC. l. 10. ait prætor § ſi cum mulier. D. 42. tit. 8. quæ in fraud. cred. *Exitus autem actionis erit, ut ſtipulatio, quæ accepta facta fuerat ex integro interponatur.* Livius lib. 32 cap. *Hæc diſceptatio ſine exitu fuit, de colloquio diſceſſũ.* Ita: Hæc res, hoc *conſilium habet*, vel, non habebit *exitum.* Cicero lib. 7. Attic. Epiſt. 11. *Rurſus autem ex dolore municipato, primoribusque eorum, quos convenio, videtur hoc conſilium exitum habiturum.*

Exiurare. Amph 3. 3 ṽ. 18. Nonius interpretatur *valde iurare.*

Exmovere ex pectore. Truc. 1. 1. ṽ. 19.

Ἔξω verritur. Truc. 2. 7. ṽ. 7.

Exoculare caput. Rud. 3. 4. ṽ. 26. Cyprian. dixit, *Oculare cæcos ad veritatem.*

Exobſe-

Exobſecrare: diligenter, exquiſitè obſecrare. Aſin. 1. 3. ℣. 93.

Exoletum ſcortum. Exoletus, qui oleſcere, h. e. creſcere deſiit. Gloſſæ: ὑπέρακμος καὶ ἔξωρος τρίβακος. Curc. 4. 1. ℣. 12. Pœn. Prol. ℣. 17.

Exolvere: pro, *expedire* Epid. 5. 2. ℣. 56. *Cedò, ut exſoluā manum.*

Exolui vinclis. Truc. 4. 3. ℣. 16.

Exonerare: deportare. Epid. 3. 4. ℣. 38. Stich. 4. 1. ℣. 26. *Exonerare navem.*

Exoptabilis nuncius. Stich. 2. 3. ℣. 66.

Exoptare potius: eſt, pro alio eligere. Bacch. 3. 4. ℣. 3.

Exoptatus. Curc. 2. 3. ℣. 27.

Exoptatiſſime here. Trin. 4. 3. ℣. 64.

Exorare: plus eſt, quam, *orare*. Epid. 5. 2. ℣ 21.

Exorabilis. Stich. 1. 2. ℣. 26.

Exorabulum: ab exorando, ut à latendo *latibulum*, à conciliando *conciliabulum*. Truc. 1. 1. ℣. 6.

Exorare: orare Stich. 4. 2. ℣. 41.

Exorare mutuum. Perſ. 1. 1. ℣ 44.

Exorare ab aliquo. Bacch. 5. 2. ℣. 51. 57. Idē eſt, quod, *impetrare*.

Exorari. Moſt. Arg. ℣. 11.

Exorare aliquem aliquid. Bacch. 5. 2. ℣. 82.

Exorare rem ab aliquo: orare, petere. Trin. 2. 2. ℣ 44.

Exorbere animam alicujus: tralatè, pro, *interficere, enecare*. Bacch. 4. 8. ℣. 28.

Exordiri, p *dicere conari*. Bacch. 1. 2. ℣. 19.

Exordiri facinus: aggredi. Germ. Etwas anſtellen. Bacch. 4. 4. ℣. 71.

Exordiri telam. Pſeud. 1. 4. ℣. 6.

Exornare: ornare. Trin. 4. 2. v. 15. Pœn. 1. 2. ℣. 4.

Exornare aliquem: eſt, aliquem prolixè, & graphicè deſcribere, Bacch. 2. 3. ℣. 46.

Exornare aliquem: adornare. Germ. Beſtellen. Pſeud. 4. 7. ℣. 65.

Exornare: inſtruere Pſ. 2. 4. ℣. 61.

Exornare ſe. Stich. 5. 4. ℣. 19.

Exornare ſe alicui. Stich. 5. 5. ℣. 3.

Exornare ſe moribus lepidis. Moſt. 1. 3. ℣. 12.

Exornare aliquem ſycophantijs. Pœn. 1. 3 ℣. 17.

Exornata oſſa: ſcil. veſtimētis variis. Truc. 2. 2. v. 15. Vide etiam Scalig. ad lib. 1. Tibull. Eleg. 9.

Exornata puella. Pœn. 1. 2. ℣. 71. *commodè exorn.*

Exornatus baſilicè & fatuè ad fallaciam. Pœn. 3. 1. ℣. 74.

Exorſa tela: paſſivè. Bacch. 2. 3. ℣. 116.

Exoſſare. Amph. 1. 1. ℣. 161. 162. 163. Aul. 2. 9. ℣. 2. Men. 5. 2. ℣. 106. Pſeu. 1. 3. ℣. 147. Vide Vincent. Contaren. Var. lect. cap. 11. Dicebant autem vett. teſtibus Chariſ. lib. 1. & Priſcian. lib. 6. *Oſſu*. Inde *Exoſſuatus*. apud Plautum Amph. 1. 1. ℣. 161. legi debet, ſicut *Exdorſuatus*.

Exoſſatus ager apud Perſium Satir. 6. ℣. 52. eſt probè cultus, & purgatus ab lapidibus & ſaxis, quæ ſunt oſſa terræ. Vide ibi Notas Caſauboni pag. 501.

Exoſſetim. Vide infr. *Oſſetim*.

Exotica

Exoticà Græcia: barbara. Men. 2.1.ỽ.11. Vide Scalig. in Feſtum.

Exoticum: genus veſtis peregrinum, foris adveniens. Epid. 2. 2.ỽ.48.

Exoticus: peregrinus. Moſt. 1.1. ỽ.41.42.

Expalpare: blandiri, exorare. Pœn.1.2.ỽ.144.

Expalliari: pallio ſpoliari. Caſ.4. 10.ỽ.6.

Expalponides numorum: com-

Expoſitio ficta. Perſ.4.6.ỽ.22. *ſpectare*: pro, ſpectare, videre. apud veteres in uſu fuiſſe, comperior multis in locis, vulgò ferè depravatis. Varro. lib.4 LL. *Speculũ à ſpeciendo, quòd ibi exſpectant*. ſic ibi leg. vulg. *ſpectant*. Aul. 4.8.ỽ.7. Men.5.3. ỽ.6. Cicero lib. 3. Herenn. cap. 6. ex Mss. Pall.

Exſpectare: de dicente, aut longè quid repetente, hoc eſt, *Attendere*, ſiue ſcopum ſcire velle. Cicero l. 13. ad L. Plancum Epiſt. *Exſpectare te arbitror, hæc tam longè repetita, qui ſpectant.* (ỽ.12.

Exſpectatior venire. Moſt. 2.2.

Exſpectationi eſſe. Mil.4.6.ỽ.64. Cicero non aliter loquitur lib.9. Epiſt. ad Varronem. *Adventus Cæſaris eſt in exſpectatione.*

Exſpuere lachrymam. Pſeud. 1.1. 1.verſ.74. Iocosè id dicitur à ſeno. (ỽ.21.

Expeculiatus ſeruus. Pœn. 4.2.

Expedibo. Truc.1.2.ỽ.35.

Expedire: pro, *liberare*. Capt.2. 3.ỽ.94. (ỽ.38.

Expedire: reſpondere. Trin.4.2.

Expedit: pro, *vtile eſt*. Capt. Prol. verſ. 54.

Expedire: pro, dicere, narrare. Amph.5.1. ỽ.29. Rud.3.2.ỽ. 14. Pœn.5.2.ỽ.151. & 5.4.v.24. Stich.2.3.v.38. Men.4.2.v.50.

Expedire rationes. Amph. Prol. ỽ.5. In. Pœn 3.5.ỽ.5. dicit: *Explicaui meam rem.*

Expedire rem. Pœn.3.1.ỽ.53.

Expedire cuncta. Pœn.5.2. ỽ.47. 64.

Expedire rerum capita. Truc.4.3. verſ.16.

Expedit: pro, ſuccedit, peragitur. Amph.1.3.ỽ.23.

Expedite: contrarium, *Impedite*; propriè Plautus vſurpat de curſura. Merc.1.2. ỽ.10.

Expedite fabulari. Men.1.2.ỽ.63.

Expeditus. Epid.1.1.ỽ.79.

Expeditus ferè idem, quod, *facilis*

Expeditio: pro rerum confectione. Vt, *Expedire*. Rhetor Hereñ. lib.4. c. *Habet paucis comprehenſa brevitas multarum rerum expeditionem.*

Expellere ex cerebro. Truc.2.2.ỽ. 33.

Expellere corde deſidiam. Trin. 3. 2.ỽ.24.

Expendere auro: librare; auro aliquem quaſi ad pondus redimere. Bacch.4.4.ỽ.1.

Expendere: pro, ponderare, pendere, penultima correpta. Aſin 2.2.ỽ.34.

Expendere ſe. De homine, qui diligenter ſeſe conſiderat. Cicero pro Flacco cap. *Adſpici aut hunc florem legatorum, laudatorumq; Flacci ex verâ atque integrâ Græciâ tum ſe ipſi expendant, tum his ſe comparent.*

Expenſa meretricia. Trucul. 1.1. ℣.54.

Expenſi & accepti ratio. Moſt. 1. 3.℣.145.

Expenſo at: ſæpè expendo. Pſeu. 2.2.℣.32.

Expergere: pro, Expergefacere. Obſoletæ antiquitatis verbũ. Agell. 6.16. *Tum vel maximè iſta res animos juvenum expergebat.*

Expergefacere probrum. Curc.1.3. ℣.43.

Expergiſci è ſomno. Aſin.2.1.℣.1.

Experior: video. Men.2.2.℣.59. Stich.4.1.℣.5.

Experiri: pro, *conari.* Capt.2.3. ℣.65.

Experiri in ius vocare. Plautus Moſtell.5.1.V.40. *Experiri id opinor certum, δίκην λαγχάνειν.* Cic. pro Quintio c. *Si quid in controverſiam veniret aut intra parietes, aut ſummo jure experiretur.* Idem pro Q. Roſc. Comœd. cap. Formulam non novis: noviſſima erãt. *Indicio gravi experiri nolebas? Quid ita? propter familiaritatem veterem.* Idem pro Sextio cap. *Milo & vidit & fecit, ut jus experiretur, & vim depelleret.* Idem pro Roſcio Am. cap. *Quid ſi tandem aliquem timidum, dementem, divitem, inertem nactus eſſet, qui experiri non poſſet?*

Experiri cum aliquo, agere cum aliquo, inſolenti uſu. Ciſt.2.1. ℣.11.

Experiri; periculum facere. Pſeud.1.2.℣.3. Aſin.1.3.℣.92. Merc.4.4.℣.29. Trin.4.2.℣.93. Truc.4.2.℣.40. Mil.3.1. ℣.42. *Experiundi exemplum.*

Experiri principium; periculum initii facere. Moſt.1.3.℣.80.

Experiri rei fidem. Capt. 2.2.℣. 99.

Experiri cum aliquo vi, h. e. vi cũ aliquo contendere. Bacch. 5.2.℣.49.

Experiri opera. Pſeud. 4.2.℣.50.

Experiri operis & factis. Capt.2.3. ℣.69.

Experiri re. Pſeud. 1.1.℣.70.

Eperiri cum aliquo *in iure:* eſt litigare apud prætorẽ. Moſt. 5.1 ℣.41.

Experiri opibus. Aſin. 1.1.℣.94. *Experiar opibus, omni copiâ.* Ibid.℣.94. *Dignos, indignos adire, atque experiri certum eſt.* h. e. adire cum periculo repulſæ in incertum euentum. Virgil. Æn. 4. *rurſusne procos irriſa priores Experiar?* Ovid. Faſt.4. *Magna fides auium eſt; experiamur aues.*

Experiens, δραςήριος, gnavus & induſtrius. Barbarè dicitur, *Actiuus.* Cicero Verr.3.cap. *Homo gnavus & induſtrius, experientiſſimus & diligentiſſimus arator.*

Experientia. Cicero uſus eo videtur, ut vulgò utimur verbo, *Periculi:* cùm dicimus, *periculum facere.* Cicero pro Rabir. Poſth. cap. de Caio Cæl. ergà Rabiriũ: *Equitẽ, inquit, Rom. veterem amicũ ſuũ, ſtudioſum, amantem, & obſervantem ſui, non libidine, non turpibus impenſis cupiditatem atq; iacturis, ſed experientiâ patrimonij ampliſ-*

plificandi labetem excepit, corruere non ſivit.

Expers; qui eſt ſine parte. Cum ablativo. Amph. 2.2.℣.81. *Expers more.* Aſin. 1.1.℣.31. *Expers metu.* Perſ. 4.3.℣ 40. *Ea res me expertem domo facit.* Catull. *omnibus expers.* Perſ. 4.3.℣.40. Turpilius: *Neq; mirum educta, ut par eſt, expers malitiis.*

Expers amoris. Pſeud. 1.5.℣.83. *Expertem amoris te habui.* h. e. cælavi te amorem filii.

Expers imperij. Aſin. 3.1.℣.2.

Expertus ſum reapſe. Truc. 4.3. ℣.41.

Expetere: pro, *capere.* Moſt. 4.1. ℣.4. *Stulta ſibi conſilia expetunt.*

Expetere; pro, deſiderare, cupere, optare. Moſtell. 1.2.℣.21.47. Aul. 4.4.℣.42. Pœn. 5.3.℣.12. Mil. 4.6.℣.43. Trin. 2.2.℣.85. Trin. 3.2.℣.48. Caſ. Arg.℣.1. Curc. 1.2.℣.11. Men. 5.2.℣.11.

Expetere alicui: vel, *in aliquem*; non, *in aliquo.* Amph. 2.1.℣. 42. & 3.1.℣.13. In re malâ inprimis & ſupplicio poni amat: valet idem ferè quod *Evenire, accidere.* Amph. 1.1.℣. 20. & 3.2.℣.15. Mil. 2.4.℣.46.

Expetere ſibi aliquid ab aliquo. Moſt. 1.2.℣.75.

Expetere pacem Iovis: eſt Iovem propitium ſibi ſperare. Amph. 5.1.℣.75. Livius & Virgil. *Expoſcere pacem* dixerunt.

Expetere; verbum eventus, pro *Expedire.* Trin. 2.1.℣ 10.35.

Expetere, redundare, recidere. Amph. 1.2.℣.33.

Expetere pœnam. ſupplicium: pro, ſumere, aut, eligere ſuppliciũ interdũ videtur ſumtum. Cic. ſępe dicit, *Repetere pœnas.* Liv. lib. 2. c. *Tanta aviditas ſupplicij expetendi, tanta ſanguinis noſtri hauriendi eſt ſitis.* Et lb. *Confeſſio expreſſa hoſti quanta vis in Romanis ad expetendas pœnas ab infidelibus ſocijs eſſe.* Et lib. 5. c. *Ira corrupta uxoris ab Lucumone, cui tutor is fuerat ipſe pro potente iuvene, & à quo expeti pœna, niſi extrema vis quæſita eſſet, nequirent.* Et lib. 3. c. *Aut bello pœna expetita metu propinquo, atq; irâ concirent finitimos populos.* Cic. Har. reſp. c. *C. Gracchum mors fraterna, pietas, dolor, magnitudo animi ad expetendas pœnas domeſtici ſanguinis excitavit.* Idem l. 3. de Nat. Deor. cap. *Vt etiamſi quis morte pœnas ſceleris effugerit, expetantur eæ pœnæ à liberis, à nepotibus, à poſteris.* Idem pro Milon. c. *Hic ſit in iis pœnis, quas ab eo ſervi fideles pro domini vitâ expetiverunt.*

Expeteſſam; expetam. Trin. 2.1. ℣.4.

Expeteſſere preces; preces precari. Germ. Eine Bitt begehren. Rud. 1.5.℣1. Sic loquitur Cornelia ad C. Gracchum filium, ex Cornelii Nepotis libris: *Vbi mortua ero, parentabis mihi, & invocabis Deum parentem. in eo tempore non pudet te eorum Deûm preces expetere, quos vivos atque præſentes relictos atq; deſertos habueris. Invoca-*

notare & *Preces expetere* idèm ſunt.

Expeteſſo; ἀρχαϊκῶς pro, expeto. Aſin. 3.1.℣.23. Epid. 2.2.℣.70. Sic *faceſſo*, pro, *facio*, *petiſſo*, pro, *peto*. Et alia infinita apud antiquos ſcriptores.

Expetiſſo. Mil. 4.6.℣.14.

Expetit; euenit, exiſtit. Amph. 1. 1.℣ 20. Sic ibi Non. exponit.

Expetit; pro, *durat*. Pœn. 3.3 ℣. 23. *Ætatem expetit*.

Expeto enixè. Trin 3.2.℣ 26.

Explanare; pro, *Expiare*. Vt, *Procurare*. Ita quidem in Ciceronis quibuſdam locis ſcriptum ſed mendosè. Vt & Sigon. admonuit, qui tamen ubiq; *expiandi* verbum ſubſtituit. Cic. de Haruſp. reſp. c. *Religionis explanatio vel ab uno Pontifice perito rectè fieri poteſt*. Ib. *Portentorum explanationes Etruſcorum diſciplina contineri voluerunt*. Idem lib. 2. *Divin*. c. *Sic ea DI nobis obiiciunt, quorum neq; ſcientiam, neq; explanationem habemus*. Et eod. lib. cap. *Chryſippus quidem divinationē definit his verbis, vim cognoſcentem, & videntem, & explicantem ſigna*. Et mox: *eſſe intti cernentem & explanantē*.

Explementum, Stich. 2.1.℣.19.

Explere; implere. Curc. 3.℣.40.

Explere; de ſaturo dicitur. Curc. 3.℣.16.

Explere aliquē: omnia ei officia præſtare, ut nihil ei deſit. Satis mirum. Terent. Heaut. 1.1.℣. 77. Vide locum.

Explicare, Explicatio. Eſt dilucidè, & planè aliquid ponere, efficere, ut probè res intelligatur. Cic. in Brut. c. de Orat. M. Craſſo: *Erat ſumma navitas Latinè loquendi, accurate, & ſine moleſtiâ*. Interdū *Explicare negotium*, pro, *Expedire, Conficere*. Interdum *Explicare*, de opere aliquo latiùs & longiùs extendendo.

Explicare rē ſuam; augere. Pœn. 1.5 ℣.5. Sic Amph. Prol. ℣.5. *Expedire rationes* dixit.

Explicare virtutes ſuas. Epid. 3.4. ℣.9. (℣.18.

Explicare rem dare. Pſeud. 4.1.

Explicit. Eo veteres utebantur in extremis librorum. Sed diu poſt Cic. ut puto. Hier. Marel. *Igitur, ut ſolemus, nos completis opuſculis ad deſtinationem rei alterius ſequentis medium interponere* EXPLICIT, *aut*, FELICITER, *aut aliquid iſtiuſmodi*. Ita & Hebr. ut quæ ſcripta ſunt, roborentur, facere ſolent, ut dicant אָמֵן, *Amen*, aut לְעֹלָם *Inſempiternum*.

Explorator. Pſeud. 4.7.℣.71. Vide Feſtum in, *Explorare*.

Exploratum & proviſum. Capt. 3.4.℣.110.

Expiare; eſt, facto ſacrificio Deū, quem aliquo facto offēderis, tibi reconciliare, eiuſq; pacē impetrare. Factum ipſum quod expiari debet, *Piaculum* dicitur. Moſt. 2.2.℣.34.

Expilare; eſt, furtivè fraudare. Vide *ſuppilare*. Aſin. 4.2.℣.17.

Expolire. Truc. 2.7.℣.5.

Expolire conſiliū. Pœn. 1.1.℣.60.

Expolire. Pœn.1.1.℣.60.& 1.2.℣.11. eſt verbum fullonicum. Vide Behot. Apophor. lib.2. cap.1.

Expolita ædes. Moſt.1.2.℣.18.

Exponere: pro, proſtituere, atque ita vulgare, ut contemnatur. Græce, παραδειγματίζω. Lactant. lib.1. Inſt. cap. *Sciant tamen, quo nomine appellari debeant, ne Deum verum volenti, cuius nomen exponunt, cùm pluribus tribuunt.*

Exponere. Interdum verbum nauticum. Cæſ. lib.3. bell. civ. cap. *Quibus regionibus exercitum expoſuiſſet.* Horat. lib.1. Satir.1.℣.

—— quartâ vix demùm exponitur horâ.

Cornel. Nepos: *At ille Clariſſimi viri captus miſericordia diem noctemq; procul ab inſulâ in ſalo navem tenuit, neq; quẽquam ex eâ exire paſſus eſt, inde Epheſum pervenit, ibiq; Themiſtoclem exponit.*

Exponere ictu; eſt, loco mouere, & de gradu deiicere. Truc.3.1 ℣.14. Caſ.4.4.℣.27. Allegoria à luctatoribus.

Exponere; pro, *deiicere,* & proſternere. Summum ab his, qui è navi exponuntur. vel mercibus, quæ expoſitæ ſunt. Caſ. 4.4.℣.27.

Exponere; non educare, ex more Romano, quem vide Philoſoph. Plaut. Tit. *Nativitatis; Educationis.* Caſ. Prol.℣.41. Ciſt. Arg.℣.4.& 1.3.℣.34.39.

Exporrigere lumbos. vt, *frontem.* Pſeud. Prol.℣.24.

Exportare foras. Truc.1.2.℣.4.

Expoſititia puella. Caſ. Prol.℣79.

Expoſivit; vide, *Poſivit.*

Expoſtulare; pro, ęgre ferre, conqueri. Moſt.2.2.℣.87. Cicero in Verr. Accuſ.3.cap. *Vrgent omnes provinciæ. quærunt omnes liberi populi: regna denique iam omnia de noſtris cupiditatibus & iniuriis expoſtulant.*

Expoſtulare: pro, flagitare, expetere. Tacitus lib.13. Ann.c. *Quippe ſublatis portoriis ſequeris, ut tributorum abolitio expoſtularetur.* Sed forte leg. *poſtularetur.* Sæpè enim mendosè præpoſitio adiecta, quæ abeſſe debeat.

Expotum. Trin.2.4.℣.5.

Expotus. Feſtus pro *expertus* ſumit paſſiuè. At quia vterq; codex membranaceus Mſſ. Pall. retinet illud *expertus.* Bacch. 3.3.℣.42. *Cunrad. Rittershuſius,* magnum litterarum decus, deducit ab *exſpernere* quod eſſet *exſtinguere.* Vide Turneb. lib.3.cap.5.& l.15. cap.15.

Exprimere, pro eo, quod eſt, *Extollere,* exaggerare, contrario nempe ſignificatu, *Deprimere.* Cæſar. lib.7 cap.22. *Et noſtrarum turrium altitudinem, quantum has cottidianus agger expreſſerat, cõmiſſis ſuarum turrium malis, adæquabant.*

Exprimere: pro, *Effingere,* imitari, depingere. Cic. plurimùm utitur. Hodie vix notum. Ita, formam, vinum, aliquam vocem, liberalitatem, vultum,

Digitized by Google

Socratem, mores alicuius, ſpeciem Oratoris, ſenſus animi, vitam patris exprimere. Interdum pro, vi quadam *extorquere*, & elicere. Ut, pecuniam, crimen exprimere. Interdum pro, *explicare*, vel exponere litteris, aut ſermone.

Exprobrare, ὀνειδίζειν. Ger. Auffropffen. Moſt. 1.3. ℣. 141. cap. 3.4. ℣. 59. Trin 2.2. ℣. 37.

Expromere. Bacch. 4.4. ℣. 9. Merc. Prol. ℣. 47. Mil. 3.1. ℣. 168. & 3.2. ℣. 18. & 4.2. ℣. 64.

Expugnare alicui aliquid ab aliquo. Bacch. 4.9. ℣. 7.

Expugnaſſere. Amph. 1.1. ℣. 55. Vide *Infinitivi* in Mantiſſa.

Expungere : rationum verbum, eſt punctis circumducere, & tollere, & quaſi rem iam confectam eximere è codice. Ciſt. 1.3. ℣. 41. Vide *Nomen expungere.*

Expungere gloriam. Amph. Sc. DI voſtram. ℣. 27.

Expurgare : pro, *purgare*, *excuſare*. Capt. 3.4. ℣. 87. Mil. 2.6. ℣. 36.

Expurgare ſe. Mil. 2.6. ℣. 18.

Expurgatio : pro excuſatione. Amph. 3.3. ℣. 10. Merc. 5.3. ℣. 4.

Exputare rem. Trin. 2.1. ℣. 8.

Exquærere. Aul. 4.10. ℣. 70. Cap. 2.2. ℣. 1.

Exquaſitum venire. Stich. 1.2. ℣. 51.

Exquirere : Amph. 2.2. ℣. 83. & 171. & & 4.1. ℣. 7. Pſeud. 1.3. ℣. 157. & 1.5. ℣ 35. Merc. 3.1. ℣. 5. Mil. 2.2. ℣. 91. Capt. 2.2. ℣. 1.43. Ciſt. 4.2. ℣. 161. & 2.3. ℣. 31. Truc. 4.3. ℣. 28. Rud. 2.2. ℣. 24. Bacch. 4.4. ℣. 70. Ger. Außtragen.

Exquirere. quærere. Perſ. 4.3. ℣. 17. & 4.4. ℣. 56. 64.

Exquirere ab aliquo. Caſin. 3.5. ℣. 49.

Exquirere ex aliquo. Epid. 5.2. ℣. 30. Stich. 1.2. ℣. 55.

Exquirere rem argumentis. Rud. 4.4. ℣. 136.

Exquiſito opus eſt. Amph. 2.1. ℣. 81. & 2.2. ℣. 159.

Exquiſitum eſt : pro, *certum eſt.* Capt. 3.4. ℣. 105.

Exſanguis : de timido. Aul. Arg. 2. ℣. 4.

Exſævire dicitur tempeſtas, quæ paulatim deſinit. Hoc deſævire etiam dicitur. Livius lib. 30. cap. 39. *Claudium Conſulem profectum tandem ab Vrbe inter portus Coſſanum atrox vis tempeſtatis adorta in metum ingentem adduxit. Populonios inde quàm perveniſſet, ſtetiſſetque ibi, dum reliquum tempeſtatis deſæviſſet.*

Exſcendere, Exſcenſio, & *Exſcenſus* nauticus, eſt Livio præter cæteros familiare. Livius lib. 29. c. 9. *Legati Aſiam petentes protinus* Delphos, *cùm exſcendiſſent, Oraculum adierunt conſulentes, ad quod negotium domo miſſi eſſent.* &c. Et lib. 22. cap. *Itaq; ad Honoſiam claſſe profecti exſcenſu è navibus in terram facto.* Idem lib. 28. cap. *Profectus ad Erythrias Aetolorum, quæ prope Eupalium ſunt, exſcenſionem fecit.* Et lib. 27. c. *Et ad Clupeiam Vrbem*

exſcenſione factâ agrum latè nullo fermè obvio armato vaſtabat. Et lib. 44. c. *Ab Antigoneâ Claſſis profecta ad agrum Pollenenſem exſcenſionem ad populandum fecit.* Idem lib. 21. c. 51. *Repetenti Siciliam Conſuli exſcenſio hoſtiũ in agrum Vibonenſem facta nũciatur.* Ita hoc ex v. l. Lipſius: vulgò, *excurſio.* Et lib. 27. cap. *Improviſo in agrum Vticenſen exſcenſionem fecit.* Et lib. 22. c *priuſquam in continentem exſcenſionem faceret.* Ita rursũm emendavit Lipſius.

Exſcreare cum dentibus linguã. Amph. Sc. Tun'me. ℣. 7. Aſin. 1. 1. ℣. 27.

Exſculpere. μεταφορικῶς, ſicut & *Extorquere* ab aliquo aliquid. Ciſt. 2. 2. ℣. 6. Lucill. lib. 3. Sat. *Nunc nomen, jamq; ex teſtibus ipſe rogando exſculpo, hac dicã.* Idem eodem lib. *Vt eſurienti leoni ex ore exſculperet prædam.* Terent. Eun. 4. 4 ℣. 44. *Poſſumne hodie ex te exſculpere verum?*

Exſcribere. Rud. Prol. ℣. 15. 21.

Exſcriptor dicitur is, qui nihil de ſuo edit, ſed aliena omnia, & ad verbum deſcribit. Sic Porcius Licinius in judicio Poetarum de Attilio Poetâ: *Ferreum ſcriptorem opinor virum exſcriptorem tamen, ut legendus ſit.*

Exſequi: pro, ſequi, aut *Exſpectare.* Vt *exſequi funus.* Inde *Exſequiæ.* Catull. ad Berecynth. *Sectam meam exſequuta ducentes,* &c. Agell. 10. 15. in cærimoniis Flaminis Dialis: *mortuum numquam attingit, funus tamen exſequi non eſt religio.* Plaut. Epid. 4. 2. ℣. 3. *Quæ exanimata exſequitur adſpectum tuum.* Varro: *ſumus exſequuti lautè ad ſepulchrum antiquo more ſilicernium confectum.*

Exſequi: pro, conſilium quod ſusceperis perficere & perſequi. Alias pro *narrare,* narrationẽ continuare eius, quod occeperis. Moſt. 3. 2. ℣. 17.

Exſequi *ærumnam*: perferre. Capt. 2. 1. ℣. 1.

Exſecrabilis anus: παμφθαλης. Ciſt. 4. 1. ℣. 1.

Exſicare: pro, *exſecare.* Rud. 1. 2. ℣. 34. Vide ſupr. *Diſſicio.* & infra *Secare.*

Exſilire ex ædib. Moſt. 5. 1. ℣. 17.

Exſinceratum tergum: eſt impuratum & cruentatum verberibus & plagis. Moſt. 4. 1. ℣. 11.

Exſolvere ſe periculo. Bacch. 4. 9. ℣. 41.

Exſpectare: idem, quod, *ſpectare.* Moſt. 1. 3. ℣. 31. Vſus quoq; eſt Seneca ſæpius. Sed verbum *Exſpectare* inter nupta quoq; refertur. Nec mirum, inquit idem. Exſpectamus enim illum qui venire debet. At *Venire* amatorium eſt, & non nĩmis pudicum: atq; inde fortean *Venus* dicta eſt. Propert. lib. 2. Eleg 14. ℣. 20. —— *contemnite amantes:*

Sic hodie veniet, ſi qua negavit heri.

Idem ad Amores ſuos lib. 2. Eleg. 22. ℣. 43. 46.

Aut

Aut ſi eſt dura, nega; ſin eſt non dura, venito. Ad eoſdem lib.2. Eleg.18.℣.20.
Mi formoſa ſatis, ſi modo ſæpe venis. Idem lib.3. Eleg.2. ℣.20. *Quem tegat exſpectans ſolum, ſola puella virum.* Vide etiam *ſpectare*.

Exſpectatione eſſe. Stich. 2 2.℣10.

Exſpectatus. Truc.1.2.℣.82.

Exſpes. Merc. Arg.ſec.℣.13.

Exſpiratus. Amph. Prol.℣.77. Ita ibi Mſſ. Lang. Vide Animadv.

Exſtat: eſt. Trin.2.4.℣.142.

Exſtillant oculi: quando lacrimas effundunt. Pſeud.3.2.℣.29.

Exſtinguere lacernam. Aſin.4.1. ℣.40. Moſt.2.2.℣.56.

Exſtinxit: exſtinxerit. Truc.2.6. ℣.43.

Exſtruere menſas. Men.1.1.℣.25. Vide *Struices*.

Exſtruere. certo ordine in altum exſtruere. vnde, *Struices patinaria*. Pſeud.1.2.℣.29.

Exſulatum abire. Merc.3.4.℣ 6.

Exſurgere. Rud.4.2.℣.10. Pſeud. 5.1.℣.27. Bacch.4.4.℣.106.

Exſurgere foras. Mil.2.1.℣.3.

Exſuſcitare. Curc.1.1.℣.91;

Exſyncerastus. Pœn.4.2.℣.64. per iocum.

Exta. Pſeud.1.3 ℣.31. Pœn.5.4. ℣.33. Pœn.3.6.℣.9. *Extis ſatur ſum factus probè.*

Exta agnina: pro viliſſimis & minimis hoſtiis. Pſeud.1.3.℣. 84.94.

Exta cocta: de reliquiis ſacrific. Herculis. Stich 2.1.℣.96.

Extaris aula: vel Extar, olla, in qua exta coquebantur. Rud. 1.1.℣.47.

Extemplo. Amph.1.1.℣.52. & ſæpe alias apud Plaut. Varro lib. VI. L.L. *Extemplo eſt cõtinuo, quod omne Templum debet eſſe circũ ſeptum, nec plus quam unum introitum habere.* At quæ verba Ioſeph. Scal. *Extemplo* verbum eſt ſacrorum, ſicut *Ilicet* Iudiciorum. Vt enim pro dimiſſo ſenatu: ſic & illud ſacrificio patrato à præcone pronunciabatur. Quo ſignificabatur, vt exirent ex templo. Quod quia citò fiebat, inde pro citò & properè ſumi cœptum eſt. *Meurſius* ſic explicat: Nihil eſt aliud ex templo, quã *Ilico* adverbium: quod *è loco* interpretantur Grammatici. Templum enim antiqui accipiebant pro loco patulo & conſpicuo, vel ex quo in omnes partes circumſpici poſſet: vt docet Feſtus in *Contemplari*. Aſin.2.2.℣.84. Aul.1.2. ℣.15. Capt.3.1.℣.24. & 3.4.℣. 27. Caſ. Prol.℣ 41. Ciſt.1.3.℣. 34. Epid.3.2.℣.25. & 3.3.℣.42. Bacch.2.3.℣.29.57.70.128. & 3.3.℣.37. & 4.4.℣.35. & 4.5. ℣.9. Mercator Prol.℣.62.68. Mercator 2.2.℣.24. Mil.2.6. ℣.95. & 3.3.℣.17.59. & 2.6.℣. 95. & 4.4.℣.40.52. & 4.6.℣. 20, Menæchmi 2.2.℣.67. & 3.2.℣.17. Moſtellar. 5.1.℣.17. 22. Pſeudulo 3.2.℣.15. & 4.7. ℣.104. Pœnolus 3.3.℣.38. & 3.4.℣.26. & 4.2.℣.28. Rudens 2.3.℣.74. & 3.4.℣.26. & 3.5. ℣.36.39. & 3.6.℣.32. & 4.3.℣. 40. Perſa 1.3.℣.41.84. Trinum. 2.1.℣.16. & 3.2.℣.99.

Truc.1.1.ỿ.24.& 3.1.ỿ.20.& 4.3.ỿ.26.

Extemplo & extempulo. Curc. 1. 1.ỿ.80.*Pœn*.1.1.ỿ.21.55.Ciſt. 2.3.ỿ.30. & 1. 1. ỿ.99. Bacch. 4.9.ỿ.44. & 53. Rud. 4. 2. ỿ. 21.Mil.2.5.ỿ.51.

Extemplo quum : pro, ſimulac. Bacch.2.3.ỿ. 70. Moſt.1.2.ỿ. 18. *Quom extemplo*.

Extentare : contendere, ſeu experiri, exprimere; non, à *tendo*, ſed *tento*. Bacch. 4.2.ỿ.3. *Vires ſuas extentare*. Moſt.3.1. ỿ.66. Tacitus lib.15. Ann.cap. 10. ibi Lipſ. Vide infra, *Oſtentatum*.

Extendere ætatem, vivere, Bacch, 3.3.ỿ.26.

Exterebra, pro terebello, quo aurum quaſi ex loculis exterebratur. Bacch.4.9 ỿ.20.

Exterebrare, vi extorquere. *Nonius*. Perſ.2.2.ỿ.54. & 4.6.ỿ. 21. *Argenti exterebronides*. Vide ibi Animadverſiones noſtras.

Extergere. Rud.5.2.ỿ.12.14.17. Men.2.3.ỿ.40.

Extergere manus linteo. Moſt.1. 3.ỿ.109.

Exterreo & *Exterritus*. Hodie vix nota, Vulgò, *perterreo*, *perterritus*. Liv, lib. 26, c.34. Campanos omnes, Atellanos, Calatinos, *Sabatinos, extra quam qui eorum aut ipſi aut parentes eorum apud hoſtes eſſent, liberos eſſe juſſerunt*.

Exterſui linteum: hoc eſt, ad exterſium comparatum. Curc.4. 4.ỿ.22. Sic Cic. lib. 5. Tuſc. cap. 32. *Mihi amictui eſt Scythicum tegmen*.

Extexere: ἀπεκ…ῶς pro, *ſpoliare*. Bacch.2.3.ỿ.5. Vide etiam, *Detexere*.

Extimeſco. Ciſt.2.3.ỿ.9.

Extollere : laudare. Moſtell.1.3. ỿ.21.

Extollere: differre. Pœn.2.1.ỿ.52. *Omnes res ſerias extollo ex hoc die in alium*. Mil.3.2.ỿ.47.

Extollere ædificium : pro, *erigere*. Moſt.1.2.ỿ.41.

Extollere lumbos. Epid. Grex. ỿ.2.

Extra : pro, præter. Amph.2.2. ỿ.203. Mil.4.6.ỿ.17.

Extra: Quod alias dicimus, *Excepto hoc vel illo*. Mil.2.2.ỿ.6. *Extra unum Paleſtrionem*. Terent. Phorm. 1. 2. ỿ. 48. *Extra unam aniculam*. Men. 1.3.ỿ.1. *Extra numerum es mihi* Lucret. V. 1400. *Extra numerum procedere*. Sic Cicero de optimo genere Orat. cap. 6. *hunc in numero non repono*.

Extrapretium. Pœn.1.2.ỿ.119.

Extrafilare : extra fila exerere. Mil.4.4.ỿ.44. Vide ibi Animadverſiones noſtras.

Extrarius, pro, *Extraneo*. Sic ſæpe locuti ſunt vett. Sed hoc ſæpe depravatum reperitur. Alfenus I C. l.30. qui inſulam §. ult. D. locat. *Sed extrariam vim utroſque excipere voluiſſe*. Papinianus l. 17. extrariis. D. de quæſt. *Extrario quoque accuſante ſervos in adulterij quæſtione contra dominum interrogari placuit*. Agellius 14.5. *Quia extrarius, ita diceretur*.

Extre-

Extremitas. Videtur à Cicerone dici interdum id, quod in circulo, vel orbe dicitur. Græcè περιφέρεια. Vulgò minus Latinè *Circumferentia*. Cic. de Univerſ. c. *Mundi extremitas paribus à medio radiis attingitur* Interdum *Extremitas* à Cic. dicitur, quod à Geometris ἐπιφάνεια: & vulgò hodie barbarè dicitur *Superficies*. Cic. Lucull. c. *Pūctum quod magnitudinem nullam habeat: in extremitatem, quæ nulla omninò craſſitudo ſit*.

Extricari. Epid. 1.2.℣.49.

Extrudere: dimittere. Merc. Arg. ſec. ℣.1.

Extrudere domo ab ſe. Merc. 2.3. ℣.22.

Extrudere foras: qui iam intus eſt. Truc. 1.1. ℣.67. Pœn. 5.4. ℣.47. Mil. 4.1. ℣.30.

Extrudere ex ædibus. Aul. 1.1. ℣.5.

Ex*tulo*: dicebant vett. vt *Tulo*, & *Abſtulo*, pro, Effero, fero, aufero: teſte Diomede lib. 1. pag. 376. vbi ex Fragmentis Plauti citatur *Aulas abſtulas*. & Priſciano lib. 8. pag. 816. & 896. Vide Plaut. Moſtell. 1.2. ℣.41. & ibi Animadverſiones noſtras.

Extumet uterus. Trucul. 1.2. ℣.96.

Extundere: idem, quod, *impetrare*. Moſt. 1.3. ℣.64.

Exturbare ex. Trin. 2.4. ℣.200.

Exturbare foras. Trin. 4.3. ℣.77.

Exturbare ægritudinem ex animo. Curc. 2.1. ℣.9.

Exturbare: funditus euertere. Moſt. 4.3. ℣.38.

Exturbare oculos & dentes. Pœn. 1.2. ℣.169.

Exugebo: ἐξχαῖνῶς, pro, *Exugam*. *Nonius*. Epid. 2.2. ℣.5.

Exugere ſanguinem alicui: fallere, decipere. Pœn. 3.2. ℣.37.

Exulatum ire. Merc. 3.4. ℣.59. & 5.4. ℣.20.

Exulatum abire: de bonis quæ dilapidantur. Merc. Prol. ℣. 43. Curc. 4.4. ℣.3.

Exulatum aufugere ex pectore alicuius. Pſeud. 4.3. ℣.18.

Exunctum. Trin. 2.4. ℣ 5. *Exungere*; eſt, vnguentis abſumere rē ſuā apud myropolas.

Exungi: vel, *Exungui*. Rud. 2.[illegible] ℣.22.

Exurgere: exprimere. Rud. 4.3. ℣.69. Cato. *Exurgeto ſuccum, quaſi heminam in pocillum fictile*. Truc. 2.6. ℣.2. Vide Suet. Veſpaſ. c. 16.

Exuviæ: ſunt ſpolia, quæ hoſti detrahuntur. Epid. 1.1. ℣.36. Men. 1.3. ℣.9.13.

Exuviæ bubulæ: lori ex corio bubulo. Moſt. 4.1. ℣.26. Lucret. *Spolia ferarum* dixit, pro pellibus. l. 4 ℣.60. & lib 5. ℣.956.

E*y! Ey!* Interiectio quiritantis. Truc. 4.2. ℣.41. Vide Animadverſ.

F.

In F*abâ reperire*. Aul. 5.1. ℣.11. Vide *Proverbia* in Mantiſſa.

Faber architectuſque. Mil. 3.3. ℣.45.

Faber: artifex. Pœn. 4.2. ℣ 93.

Faber ferrarius. Rud. 2.6. ℣.4.

Fabre: affabre. Men. 1. 2. ℣. 23. Pœn. 3. 1. ℣. 74. Stich. 4. 1. ℣. 64.

Fabrefacere fallaciã. Caſ. 5. 1. ℣. 8.

Fabri: μεταφορικῶς de parentibus. Moſt. 1. 2. ℣. 30. 53.

Fabrica: pro dolis, fallaciis. Bacchides 2. 3. ℣. 123. Epid. 5. 2. ℣. 24. Mil. 3. 1. ℣. 176. Pœn. 5. 2. ℣. 139.

Fabrica fallaciaq;. Mil. 3. 3. ℣. 2.

Fabrica: μεταφορικῶς. Fabricas admanire: artificioſe aliquid tentare. Ciſt. 2. 2. ℣. 5.

Fabrica faceta, & doli docti. Mil. 2. 1. ℣. 69.

Fabrico. Epid. 1. 1. ℣. 79.

Fabricor. Deponentaliter, de dolis. Aſin. 1. 1. ℣. 89. Caſ. 2. 8. ℣. 54. Bacch. 4. 4. ℣. 42.

Fabula. Notat etiam rem geſtã. Perſ. 5. 2. ℣. 11. Petronius pag. 34. ℣. 19. edit. I. Antonii Gonſali de Salas. *tanquam non agnoſcerem fabulam,* h. e. rem inter nos geſtam, & pag. 36. ℣. 17. *Dum hac fabula inter amantes luditur.*

Fabula: de quavis narratione. Pſeud. 2. 4. ℣. 64.

Fabula; pro ſermone. Inde, *fabulari.* Moſt. 4. 2. ℣. 28.

Fabula; paruæ fabæ. Pœn. 5. 2. ℣. 54. Stich. 5. 4. ℣. 8.

Fabulam tollere; μεταφορικῶς à parentibus, qui liberos ſuos tollunt, vel abiiciunt. Mil. 2. 3. ℣. 22.

Fabulæ veteres. Caſ. Prol. ℣. 6.

Fabulis occidere. Men. 5. 5. ℣. 23.

Fabulas narrare. Men. 5. 1. ℣. 25.

Fabulare; antiquè. Mil. 2. 4. ℣. 18. & 2. 5. ℣. 33.

Fabulari; loqui, colloqui. Amph. 1. 1. ℣. 46. & 143. & 2. 2. ℣. 64. & Sc. Di voſtram. ℣. 13. Epid. 1. 1. ℣. 42. & 44. & 2. 2. ℣. 53. Men. 2. 2. ℣. 49. & 5. 1. ℣. 41. Stichus. 4. 2. ℣. 11. & 5. 5. ℣. 7. Ciſt. 4. 2. ℣. 50. & 54. Rud. 2. 6. ℣. 42. & 2. 3. ℣. 8. & 5. 2. ℣. 24. 38. Trin. 1. 2. ℣. 171. & 2. 4. ℣. 60. & 3. 2. ℣. 85. 95. Pſeudulus 1. 1. ℣. 60. & 4. 7. ℣. 48. Capt. 3. 4. ℣. 3. Bacchides. 3. 4. ℣. 13. Moſt. 3. 1. ℣. 10. Aſin. 3. 3. ℣. 50. 52. Truc. 4. 2. ℣. 56. Mil. 2. 4. ℣. 18. & 3. 3. ℣. 51. & 2. 5. ℣. 14. 33. Caſ. 2. 6. ℣. 15. Mercator. 2. 3. ℣. 30. Pœn. 1. 2. ℣. 24. & 1. 3. ℣. 32.

Fabularier; paſſiuè, pro, dici. Amph. Sc. *Di voſtram.* ℣. 1.

Fabulari libere. Pœn. 5. 3. ℣. 36.

Fabulari rem. Trin. 2. 4. ℣. 102.

Fabulari unà. Pœn. 3. 4. ℣. 8.

Fabulari commodè; loqui. Epid. 4. 1. ℣. 25.

Fabulari expeditè. Men. 1. 2. ℣. 63.

Fac commentus ſies. Hoc eſt, fac callidè excogitaveris. Amph. 3. 3. ℣. 25.

Face; ἀρχαϊκῶς. Aulul. 2. 1. ℣. 30. Trin. 1. 2. ℣. 37. & 3. 3. ℣. 71. & 4. 3. ℣. 1. Truc. 2. 5. ℣. 26. & 5. 1. ℣. 32. Perſ. 1. 3. ℣. 66. & 2. 2. ℣. 16. & 2. 2. ℣. 59. & 3. 1. ℣. 70. Mil. 2. 3. ℣. 64. 74. & 3. 1. ℣. 215. & 4. 2. ℣. 43. Caſ. 3. 5. ℣. 14. & 3. 5. ℣. 64. Epid. 1. 1. ℣. 37. & 2. 2. ℣. 118. & 4. 1. ℣. 35. Pſeud. 1. 2. ℣. 24. Ciſt. 2. 1. ℣. 27. Merc. 2. 4. ℣. 30. Pœn. 5. 3. ℣. 75. Stich. 2. 1. ℣. 31. Men. 5. 5. ℣. 43. 45. & 5. 7. ℣. 25. Aſin. Prol. ℣. 4. & 1. 1. ℣. 77.

Facere

Facere bona. Pſeudol. 4.1. ℣.29. Caſ.2.6.℣.34.

Facere: pro, *ſacrificare.* Aſin.2.4. ℣.89. Aul.4.2.℣.15. Stich.2.1. ℣.96. *quot agnis fecerat?* Virg. *cum faciam vitulâ.* Iunctum auferendi caſui. Sic Græci ἔρδειν, ἀντὶ τοῦ θύειν. Bud.L.G. pag.342. Sed abſolutè abſque caſu aliquo vix uſurpatur in hac ſignificatione.

Facere DIS: ſacrificare. Rud.3.4. ℣.4.

Facere: ſæpe abundat. *Facito cogites,* h.e. cogita. Moſt.1.3.℣. 59. Sic Cic.4. ad Att. *Sed non faciam, vt enumerem miſerias omnes.* Et lib.6. Epiſt.13. *Plane ita faciunt, vt me vnicè diligant.* Alibi: *Id dedi operam, vt ei quã humaniſſime reſcriberẽ.* h.e. *reſcripſi.* Sic uſurpatur verbum, *Poſſe.* Moſt.2.1.℣.40. *Potin' animo ut ſies quieto?* h.e. ſis animo quieto? Capt. Prol. ℣.65. Caſ.5.2.℣.22. Cicero lib.5. Tuſcul. cap.32. *An Scythes Anacharſis potuit pro nihilo pecuniam ducere: noſtrates Philoſophi facere non potuerunt?* Vbi non erat opus *facere*: ſed repeti poterat verbum *ducere.* Idem ad Atticum: *Etſi non potuiſti ullo modo facere, ut mihi illam epiſtulam non mitteres: tamen mallem non eſſe miſſam.* Idem.3. Epiſt. ad Appium: *Faciendum mihi putavi, ut reſponderem.* Lucretius I. 692. IV. 1105.

Facere, feciſſe: mori. *Pœnol.*5.1. ℣.25. *tum feciſſe aiunt, quod ſibi faciundum fuit.*

Facere: elegantem formulam efficit iunctum ſubſtantiuis. Vt, *Reuorſionem facere.* Bacch. 2.3 ℣.62. Rud 3.1.℣.7. *Aſcenſionem facere.* Vide etiam, *Habere.*

Facere pro *fingere.* Aſin.2.2.℣. 84. Pſeud. 2.3.℣. 8. Terent. Adelph. *Facio te apud illum Deum.*

Facere: eſt verbum Dialogorum & Fabularum: pro, *repræſentare.* Bacch *Grex.* Sic dicimus *Plato Socratem in ſuis Dialogis loquentem facit.*

Facere, de coquis. Milit. 3.1. ℣. 98.

Da qui faciat condiatq;.

Facere quin: pro, *impedire* Mil.2. 5.℣.63. *Numquam quiſquam faciet, quin ſoror iſta ſit germana huius.*

Facere: adiuuare. Pœn.5.4.℣.36.

Facere magis: eſt, magis conuenire. Amph. 2.2.℣.43. Sic Propert. *Non faciet capiti aurea corona meo.*

Facere. Elegantem uſum habet, quando voluntatis formam exprimit: pro, *ſimulare,* aſſimulare. vt in his: *Ferocem ſe facere.* Curc.4.3.℣.17. Moſt.4. 2.℣.9. Aſin.2.2.℣.84. *Extemplò facio facetum me, atq; magnificum virum.* Mil. 4.2.℣. 43. *Scin' quid tu facias? Facito faſtidij plenum.* Ibidem ℣.53. *Magnum me faciam nunc.* Sic apud Cicer. lib.15. Epiſt.18. *Itaque facio me alias res agere.* Idem de Nat. Deor. lib.1.

lib.1. *Plato facit mundum ædificari à Deo.* Idem de opt. gen. Orat. *Iſocratem Plato in Phædro laudari fecit à Socrate.* Idem pro Flacco: *Cum verò ſe locupletem faceret, haberet nihil præter illam impudentiam, quam videtis.* Sedigitus: *Poſt inſequi Licinium facio Attilium.*

Facere: pro Venereis vſurpatur. Pœn.3.3.ꝟ.44. Caſ.2.8.ꝟ.24. 28.30. Sic Seneca Epiſt.123. *Vna felicitas eſt bona vita, facere, eſſe, bibere, frui patrimonio.*

Facere parvi. Rud.3.3.ꝟ.35.

Facere minoris, præquam. Moſt. 5.2.ꝟ.25.

Facere magni, pluris, minoris. Epid.5.1.ꝟ.54. Caſ. Prol. ꝟ.2. Capt.3.4.ꝟ.83.

Facere cum dandi caſu. *Neſcit quid faciat auro.* Bacch.2.3. ꝟ.100. Niſi ellipſin præpoſitionis ſubaudias. Mil.2. 2.ꝟ.13. *Nihili facio, quid illis faciat cæteris.*

Facere & *Fieri*; generaliter poſitum pro ſpeciali aliquo negotio. *Nihil fit*, h.e. non exſolvitur pecunia. Curc.5.3.ꝟ.5.

Facere & *Fieri* cum tertio & quarto caſu conſtruitur eleganter. *Quid mihi fiet?* Moſt. 3.2.ꝟ.90.

Facere, Fieri: cum auferendi caſu eleganter uſurpatur. Aul. 4.10.ꝟ.46. Capt.5.1.ꝟ.32. Moſt.1.3.ꝟ.65. & 1.4.ꝟ.32. & 3.1.ꝟ.105. Mil.2.3.ꝟ.28. & 4. 1.ꝟ.26. & 4.3.ꝟ.1. Caſ.5.4.ꝟ. 6.9. & 5.3.ꝟ.1. Pſeud.1.1.ꝟ.86. Epid.1.2. ꝟ.48. & 5.2.ꝟ.42. Pœn.1.1.ꝟ.39. & 5.2.ꝟ.125. Non aliter uſurpant Terent. & Cicero. Vide *Agere*; & *Mei* & *Fieri*.

Facere avum. Aul.4.10.ꝟ.67. Ovid.lib.14.Met.ꝟ. *Qui te de noſtro ſanguine fecit avum.* Et lib.6.Faſt.ꝟ. *Saturnum prima parentem feci.* Auſon. *Ipſe nepos te fecit avum.* Idem: *Nati primævi nomine factus avus.*

Facere, fieri liberos. Ciſtell 5.1. ꝟ.6.

Facere clamorem. Bacch. 4.8. ꝟ.33.

Facere facinus. Milit.2,3.ꝟ.38. Bacch.4.9.ꝟ.1.

Facere gratiam profectò. Vide litt.P.

Facere flagitium: eſt perpetrare rem dedecoris plenam. Aſin. 5.2.ꝟ.3. Merc.2.1.ꝟ.13.

Facere iniuriam. Mil.2.5.ꝟ.28. Rud.4.4.ꝟ.6.

Facere ſilentium fabulæ. Amph. Prol. ꝟ.15. Sic Cicero dixit *facere audientiam.* Demoſthenes: σιωπὴν ποιοῦμαι. Xenoph. ἑλλην. V. σιωπὴν ἐποίησε τῶν πάντων; *ſilentium fecerũt omnes.* In formulis olim erat: FAVETE LINGUIS; quâ utebantur verba ad populum facturi.

Facere contumeliam. Aſin.2.4. ꝟ.82. Terent. Eun.5.2.ꝟ.26. Cato apud Agell. lib.10.cap. 14.

Facere flentem; vt quis fleat. Amph.2.2.ꝟ.96. Pſeud.4.4. ꝟ.4.

Facere, pro, *conciliare.* Moſt.2.1. ꝟ.42.

℣.42. Mil.2.1.℣.71. Pſeud.4.6.℣.38.

Facere male; eſſe cauſam alicuius mali. Moſt.3.2.℣.22. Bacc. 3.6.℣.21.25. Capt.5.1.℣.23.

Facere: Curare, operam dare. Ger. Lugen/ zuſehen. Bacch. 5.2.℣.34. Pſeud.4.6. ℣. 38.& 1.2.℣.33.44.48.56.& 1.3.℣.7. & 1.5.℣.66.100.

Facere aliquo. Vide *Agere.*

Facere iniquè erga aliquem. Caſ. 3.4.℣.27.

Facere iuſta. Ciſt.1.3.℣.28.

Facere copiam. Aſin. 1.1. ℣.60. Ciſt.1.2.℣.19. Capt.2.3.℣.14. Pſeud.4.3.℣.69.

Facere iudicium. Ciſtell. 4.2. ℣.9.

Facere coniecturam. Caſ.2.5.℣.8. Pœn. Prolog. ℣. 91. Men.1.2. ℣.54.

Facere rem divinam. Curc. 4. 4. ℣.2.

Facere lucrum. Merc.1.1. ℣.95. Perſ.4.3.℣.34. & 4.3.℣.23.

Facere delitias. Men.2.3.℣.30.

Facere damnum, pro eo, quod dicimus, *damnum pati.* Merc. 4.4.℣.44. Sic Cicero in Bruto: *Damnum enim illius immaturo interitu res Romanæ Latinaque litteræ fecerunt.*

Facere finem. Aſin.3.3.℣.15.

Facere periculum. Ciſtell. 2.1. ℣.27.

Facere convitium; hoc eſt, contumeliis aliquem laceſſere. Moſt. 4.2.℣.20. Bacch. 4.8. ℣.33. Merc.2.1.℣.11. Propert. l.1. Eleg.6. *Vt Cynthia mihi faciat convitia*: ubi tamen Paſſerat. malit, *jaciat conv.* ſicut lib.3. Eleg. 6. *jactat convitia.* Ovid. Epiſt. Leandr. *Nec faciam ſurdis convitia fluctibus ulla.* Ovid. lib. 1. Amor. Eleg. 7. *Sed tacite fecere tamen convitia linguâ.* Et lib. 3. Amor. Eleg. 3. *Quid queror? & toto facio convitia cœlo.* Et Epiſt. Cydipp. *Quàm ſæpe, ut tardis, feci convitia remis.* Seneca de vita beata cap. 18. *Cùm vitiis convitium facio, inprimis meis facio.* Vide etiam, *Facere contumeliam.* ſup. litt. C.

Facere turbas. Bacch. 4. 9. ℣. 134.

Facere verbum, eſt vix loqui, muſſare, vel, pauca proferre. Aſin.4.1.℣.47. Mil.4.6.℣.55. Bacch.4.9.℣.58.

Facere verba, eſt loqui, & rem explicare verbis. Aul. 2. 7.℣. 7.& 2.1. ℣.51. Mil. 4.5. ℣.4. Perſ.4.4.℣.14. Rud.4.3.℣.62. Stich.1.2.℣.3.

Facere: abſolutè, pro, *Officium facere. Non facere*: ſegnem eſſe, nihil facere. Cicero Bruto cap. *Aut ſi auditor omninò tanquam equus non facit.*

Facere benè, aut malè alicui. Phraſes imprecantium, veteribus uſitatæ. Calvus in Fuſcinium apud Chariſium lib. 2. *At ita mihi Iovem, Deoſque immortales velim bene feciſſe, Iudices, ut ego pro certo habeo, ſi parui.* In antiquâ Inſcr. leg. IVLIA. S P. THAIDI. Terent. Phorm. *DI tibi male faciant!*

Face-

Facere annum, dies, menſes. hoc eſt, agere, vel vivere. Græcorum more, ποιεῖν τὸν χρόνον, pro διατρίβειν. Exſtat etiam in Sacris. Act. Apoſt. cap. 15. ℣. 33. & Actor. 18. ℣. 23. & Act. 20. 3. Iacob. 4. 13. Et auctor incertus apud Suidam in voce Βραχμᾶνες: Καὶ ποιήσαντες μετὰ τῶν γυναικῶν αὐτῶν ἡμέρας μ', πόλιν ἀντιπαρῶδοι. Reperitur etiam in Antiquis Inſcriptionibus Romanis pag. 838. numer. 12. & pag. 842. num. 7.

VEIANIUS. SUITENIANUS. LICINIAE. DEMETRIANAE. COIUGI. KARISSIMAE. CUM. QUA. FECIT. ANNOS. IX. MENS. VI. DIES. XXV.

Et Pag. 448. num. 3. Ibi legi poteſt elegans inſcriptio. Sic Alfenus IC. l. 14. §. 1. Servus. D. de ſtatu liberis. *Servus cum hærede annorum ſeptem operã dediſſet, liber eſſe juſſus erat. is ſervus fugerat, & annum in fugâ fecerat.* Rufinus: *faciat.* Sen. Epiſt. 67. *Quamvis aũt pauciſſimos unâ fecerimus dies.* quod non rectè Muretus mutavit, in, *egerimus.* Sed & Cic. lib. 5. Attic. Epiſt. 10. *Apameæ quinq; dies morati, Synnadis triduum, Philomeli quinque dies, Iconij decem fecimus.* Corrad. & Lambinus: *horum egimus.* malè. Iulianus Nov. 6.

Facere. Interdum ſine die, & anno: præcisè. Sic enim videtur legendum in ff. lib. 47. tit. 2. l. 26. *Si apes fera in arbore fundi tui apes fecerint.* Vbi in libb. etiam Flor. *tuæ apes fecerint.*

Facere ſanguinem. Liv. lib. 53. *Et non itum, aut indicto bello, aut ita commiſſo, ut ſtrictos gladios aut ſanguinem uſquam factum audiſſent.*

Facere facinus. Genus loquendi uſitatum. Plaut. Bacch. 4. 4. ℣. 2. *Duplex hodie facinus feci.* Cic. Partit. Orat. c. *In quo loco facinus factum fuerit.* Et lib. 2. Fin. c. *Si enim ita eſt, vide, ne facias facinus, cùm mori ſuadeas.* Et pro Rabir. c. *Et id facinus pulcherrimum fieri arbitrarer.* Sal. Cat. c. *Fœda crudeliaq; in cives facinora facere.* Cat. ad Iuventium: *Quid tibi nunc cordi eſt? quem tu praponere nobis audes? ah! neſcis, quod facinus facias.*

Faciendi Verbum infinitivo jungitur non ineleganter. *Facio eſſe,* languere, cernere, &c. Ut & apud Græcos ποιεῖν. Plato in Cratylo: ποιήσειεν ἂν ὁμολογεῖν καὶ λέγειν. Cic. Lucul. cap. *Facias eſſe ei locum.* Ita ex v. c. Aldus Manut. qui & hoc obſervavit. Et lib. 4. de Fin. cap. *Argumenti ratione concluſi caput eſſe faciunt, ea quæ perſpicua dicunt.* Ita ferè & lib. 1. de Nat. Deor. c. *Plato facit mundum ædificari à Deo.* Idem lib. 2. de leg. c. ubi de Muſicâ: *Nãque & incitat languentes, & languere facit excitatos.* Sic v. c. nam vulgò, *languefacit.* Idẽ in Orat. perf. c. *Iſocratem Plato in Phædro laudari fecit à Socrate.* Sed ibi *fecit* potius inducen-

ducendum videtur, ut in *Dialogis* & comœdiis. Salluſtius apud Senecam Epiſt. 114. *Quæ audita Panormitanos dedere Romanis facere.* Ita & Cæcil. apud Agell. 2. 23. *Ferre ita me uxor forma & factis facit.* Et Sedigitus apud eundē 15. 24. *Nono loco eſſe facile facio Luſcium.* Virg lib. 2. ✠. 538.

> *— qui nati coram me cernere lethum*
> *Feciſti, & patrios fœdaſti funere vultus.*

Facit nos vivere, mori, *Faciunt conſiſtere*, abundare. *Feciſti* me videre. Ita Poetæ loquuntur. Oratores dicunt: *Facit, efficit, ut vivamus, ut videamus*, &c. Lucretius ſæpe ita loquitur. lib. 3. ✠. 101. — *Vt harmoniam Graii quam dicunt, quod faciat nos vivere cū ſenſu.* Et eodem libro ✠. 302.

> *Quæ faciūt tremulum mēbris exiſtere motum.*

Idem lib. 3. ✠. 76.

> *Quæ faciunt ignes interſtingui, atq; perire.*

Et lib. 6 ✠. 66.

> *Flumina abundare ut facerent campoſq; natare.*

Et lib. 6. ✠. 454.

> *Hæc faciunt primùm paucas conſiſtere nubes.*

Et lib. 6. ✠. 511.

> *Vrget, & è ſupero premit, & facit effluere imbres.*

Virgil. lib. 2. Aen. ✠. 538.

> *Qui nati coram me cernere lethum*
> *Feciſti* ———

Fecit. Fieri curavit. Verba in Epitaphiis Inſcriptionibus ſolemnia. Et Martial. li. 9. Epigr. 15. *Inſcripſit tumulo ſeptem celebrata virorum ſe* FECISSE *Chloe.* Iuvenalis. *Sed clamat Pontia*, FECI. Varro lib. 1. de re ruſtic. in fin. *Ille flens narrat ab neſcio quo percuſſum cultello concidiſſe, quem qui eſſet animadvertere in turbâ nō potuiſſe, ſed tātummodò exaudiſſe vocem. Perperā* FECISSE Quintil. Declam. XI. *Miſer ego nec ad cadavera acceſſi, non in ſepulchra maiorū meis manibus intuli, nec licuit ſuper ipſa corpora proclamare*, NON FECI. Quæſitores olim ſeu Prætores, qui de crimine aliquo puplico cognoſcebant, reo convicto, pronunciare ſoliti, FECISSE VIDETUR. Cicero in Piſonem cap. 40. circa finem. *Tum tu ipſe de te*, FECISSE VIDERI, *pronunciauiſti.*

Facere Sacra: mactare hoſtiam. Id vulgare: ſed auctoritates raræ. Facere vitulo, agro. Ita Servius, Facere thura, agna. Cicero ad Marcum Brutum Epiſt. 15. *Qui huius honorem mulier Terentia tribuerunt, cuius vos Pontifices ad Ærem in Velabro facere ſoletis.* vulg. *cui vos.* Plautus Stich. 2. 1. ✠. 96. *Iamne exta cocta ſunt? Quod agnis fecerat.* CR. *illa quidem nullum ſacrificavit.* Virgil. Eclog. 3. ✠. 77.

> *Cùm faciam vitulâ pro frugibus, ipſe venito.*

Cicero pro Murena, extremo: *No-*

Nolite à ſacris patriis Iunonis Soſpitæ, cui omnes COSS. facere neceſſe eſt, domeſticum & Summum Conſulem avellere potiſſimùm.

F*acere omnia*, ut aliquid conſequamur. De eo infra in litt. O. *Omnia facere*. Interdum & ſine adjunctione. Cicero ad Tironem lib. 16. Epiſt. 17. *Valetudo mea me valdè ſollicitat, ſed inſervi, & fac omnia.* Terent. Phorm. 2. 3. ꝟ. *Itane es paratus facere me adverſum, omnia?*

F*acere longum*. Credere. Horat. lib. 1. Satir. 3. ꝟ. 137. *Ne longum faciam.* Et lib. 2. Satir. 1. ꝟ. 57.

Ne longum faciam, ſeu me tranquilla ſenectus.

Cicero lib. de leg. cap. A. *Perge quæſo* &c. *Mare non faciam longius. Huc enim pertinet.*

F*acere magnum*. Cicero Accuſ. 3. Verr. cap. *Tu cùm tot decumas exigeres, & eriperes, magnum te feciſſe arbitrare ſi pluris vendideris, quàm Hortenſius.*

F*acere exercitum*. h. e. colligere, parare. Ita Salluſtius locutus teſte Seneca Epiſt. 114. Et apud Salluſtium, *exercitum argento fecit*. h. e. pecuniam paravit. *Hoc Aruntius amare capit: poſuit illud omnibus paginis.* Vide & *Facio* paulò poſt.

F*ac ſi quid facis*. Eſt ſolemnis dictio hortantis eum, qui quid ſuſcepit, ut illud celeriter conficiat, vel doceat. Seneca lib. 2. Ben. cap. 5. Verba vide ſupr. in Verbo *Eſſe ſecum* Videtur & Apoſtolus Iohannes eâ phraſi uſus. Sic enim in Euangelio cap. 13. Christus ad Iudam proditorem: λέγει οὖν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· ὃ ποιεῖς ποίησον τάχιον; *Quod facis, fac cito!*

F*acere furtum*. Rud. 4. 3. ꝟ. 15.

F*acito ſis*. Pœn. 5. 2. ꝟ. 124. Trin. 2. 4. ꝟ. 84.

F*aciam ſit*. Eueniat; vt ſit &c. Aul. 3. 5. ꝟ. 20.

F*aceſſere aliquid*. Men. 2. 1. ꝟ. 24.

F*aceſſere rem*. Rud. 4. 4. ꝟ. 17.

F*acetè verba dare*, Men. 1. 2. ꝟ. 22

F*acetia eſt*. Germ. Das iſt ein Luſt. Stich. 5. 4. ꝟ. 47.

F*acetias facere*, Stich. 5. 2. ꝟ. 7.

F*acetiis fluere*. Mil. 4. 8. ꝟ. 12.

F*acetum* Interdum pro elegante, polito, & venuſto, quod differt à ſplendido, & amplo, ſive gravi. Vt, *facetum genus dicendi, & politum.* Quintil. lib. 6. c. 3. & 4. ubi de variis generibus ridiculi agit. *Facetum quoque*, inquit, *non tantùm circa ridicula opinor conſiſtere, Neq; enim diceret Horatius naturâ conceſſum eſſe Virgilio*, *Decoris hanc magni, & exculta cuiuſdam elegantiæ appellationem puto, Ideoq; in Epiſtolis hæc Bruti verba refert: Ne ulli ſint pedes faceti, ac delitiis ingredienti molles.* Quod convenit cum illo Horatiano: *Molle atq; facetum* Virgilio, Ita iam pridem videtur, Et Plautus eo eſt uſus, ſed de cibo, ſic.

ſic, cùm ait. Moſt. 1. 1. ℣. 43. *Neq; tam facetis quàm tu vivis victibus.* Aſin. 2. 2. ℣. 84. *Facetus & magnificus vir.* Lucilius apud Feſtum in, Redarguiſſe. *Quò facetior videare, & ſcire plus quàm ceteri, pertiſum hominem, non pertæſum dixere.* Cicero in Orat. perf. cap. 5. commemorans tres illos Oratorum formas, grandiloquos, tenues, & temperatos. De tenuibus ita loquitur: *Et contra tenues, acuti, omnia docentes, & dilucidiora, non ampliora facientes. In eodemq; genere alij callidi, ſed impoliti, & alij in eadem re jejunitate concinniores, id eſt, faceti, florentes etiam, & leviter ornati.* Et in Bruto cap. 95. de Aſiaticis Oratoribus: *Aliud autem genus eſt, non tam ſententiis frequentatum, quàm verbis volucre, atque incitatum: qualis eſt nunc Aſia tota, non flumine ſolùm orationis, ſed etiam exornato & faceto genere verborum.* Sic eo verbo uſus eſt Rhetor. Her. lib. 4. cap. 11. *Qui non poſuit in illâ facetiſſimâ verborum attenuatione commodè verſari, veniunt ad avidum, & exſangue orationis genus.* Cicero lib. 14. Attic. Epiſt. 2. *Plauſus verò L. Caſſio datus, etiam facetus mihi quidem viſus eſt.* Quare idem coniungere hæc duo, *facetus & elegans*, ſæpè ſolitus eſt. Vt in Bruto cap. *faceta & elegans Ironia.* Et ibid. *Acutus, elegans, facetus, brevis.* Et lib. 2. de Orat. cap. *Perſpiciens hoc genus quàm ſit facetum, quàm elegans, quàm Oratorium.*

Facetum eſſe; iocari. Perſ. 5. 2. ℣. 26.

Facetus; εἰρωνικῶς. Ciſt. 2. 1. ℣. 15.

Faciem, & dicem; pro, *faciam, & dicam*; ἀρχαϊκῶς, teſte Quintiliano. Aſin. 3. 3. ℣. 137.

Facies. Agellius lib. 13. cap. 28. (quem Nonius cōpilavit) ſcribit propriè eſſe totius corporis, aut etiam rei alicuius, etiam loci, aut regionis habitum, ſtatum: ut, montis & cæli, & maris, inſulæ: ſed poſtea id degeneraſſe, & pro eo, quod Græci πρόσωπον à quibuſdam ponitur. Reperio autem eam notionem priorem apud optimos ſcriptores veteres. Vide loca apud Plautū Aſin. 2. 3. ℣. 19. Pœn. 5. 2. ℣. 151. Eſt & altera, quâ *facies* pro extremâ ſpecie, formâ, modo, ac figurâ, ſumitur. Ut apud Plautum his locis: Ciſt. 1. 1. ℣. 73. Rud. 4. 4. ℣. 105. Merc. 2. 3. ℣. 91. 92. Rud. 4. 4 ℣. 105. Pſeud. 4. 7. ℣. 119. Sic eſt, qui eâdem facie explicet illud Propertii lib. 2. Eleg. 17.

> *Credo ego non paucos iſtâ periiſſe figurâ.* h. e. hoc modo.

Facies interdum & *Vultus* idem valent. Salluſt. catil. cap. *prorſus in facie vultuq; concordia inerat.*

Facies concinna. Perſ. 4. 3. ℣. 77.

Facies Illurica. Trinummus. 3. 2. ℣. 10.

Facies improba. hoc eſt, deformis Suet. Veſp. c. 23. *Improbè natus*, de homine deformi, & turpi proceritate corporis. Uſus eſt quoq; alicubi Plaut. noſter, *facies improba.*

Facies citula. Rud. 2. 7. ℣. 7.

Facies ſtrenua. Rud. 2. 2. ℣. 8.

Facile: pro, *facilis.* Trin. 3. 2. ℣. 53. *facile eſt inuentu ignis.*

Facile; eſt, lautè, atq; ex ſententia. Curc. 5. 2. ℣. 6. Epid. 2. 2. ℣. 59. Sic eleganter Cicero lib. 2. Epiſt. 15. *Quod autem in maritimis facilimè ſum.* Sic ibi Mſſ. Pall. Vatic. Contrarium eſt, *Malè aut miſerè vivere*, apud Horatium & Ovidium. Terent. Adelph. 3. 4. ℣. 56.

Facile noviſſe: pro, *familiariter.* Epid. 3. 4. ℣. 72.

Facile palmam habet. Trin. 3. 2. ℣. 80.

Facilis & *Facilitas.* Contrarium eſt, *Homo aſper*, durus & inhumanus. Cicero Verrinâ ult. c. *Clementiam, facilitatem manſuetudinemq; noſtri imperii in tantam crudelitatem, inhumanitatemq; eſſe converſam.* Idem pro l. Manil. c. *Ac primũ quantâ innocentiâ debent eſſe Imperatores? quantâ deinde omnibus in rebus temperantiâ? quantâ facilitate? quanto conſilio, quanto ingenio, quantâ fide, quantâ humanitate?* Et poſtea: *Iam verò ita faciles aditus ad eum privatorum, ita & libera querimonia de aliorum iniuriis eſſe dicũtur, ut is, qui dignitate principibus excellit, facilitate par infimis videatur.* Et lib. 2. Offic. cap. *Philippum quidem Macedonum Regem rebus geſtis & gloriâ ſuperatum a filio, facilitate & humanitate video ſuperiorem fuiſſe.*

Facile agere: benè, beatiſſimè à Græcis Poetis: *ῥεῖα ζώοντες* dicuntr. Terent. Adelph. 3. 4. ℣. 56. *Quàm vos facilimè agitis?* Et apud Portium in vitâ Terentij: *Tres per idem tempus, qui agitabant facilimè.*

Facilimè emere. h. e. vili pretio. Cicero in Præt. Vrb. *Vina, ceteraq;, quæ in Aſiâ facile comparantur.*

Facile, libenter. Audire, facile eſſe. Cicero lib. 2. de Orat. cap. *Hac habent uberrimam copiam ad laudandum quidem, & dicè ornatiſſimè poſſunt, & audiri facilimè.* Et lib. 2. Epiſt. 16. M. Cælio: *ſed mea prædiola tibi nota ſunt. In his mihi neceſſe eſt eſſe, ut amicis moleſtꝰ ſim. Quod autem in maritimis ſum, facilimè moveo nonnullis ſuſpicionem, velle me navigare.* Sic v. lib. etiam vetuſtiſſimus ille Mediceus, teſte *P.* Victorio. Lambinus hæc mutat: *ſum, facile moveo.* Vide eius Notas.

Fcile patior. Ita loquebantur, cũ aliquid ſe nec admodùm libẽter, nec moleſtè tamen facere ſignificabant. Cic. lib. 1. Epiſt. 9. ad Sulpit. *Facilè patior ea me de rep. quæ Reip. rationibus putẽ conducere.* Et li. 5. Epiſt. 7. *quibus ſi quando non mutuò reſpõdetur, apud me plus officij reſidere facilimè patior.* pro, non invitus ea ſentio ac dico. Et lib.

lib. 6. Epiſt. 12. *Hæc prædicatio tua mihi grata eſt, eáq; te uti facile patior.* Et lib. 12. Attic. Epiſt. 43. *Hirtium aliquid ad te συμπαθῶς de me ſcripſiſſe facile patior.*

Facinus: factum, γενικῶς. Mil. 2. 4. ℣. 24. & 2. 5. ℣. 8. Rud. 1. 2. ℣. 73. & 2. 3. ℣. 62. Aul. 3. 4. ℣. 1. *Facinus audax.*

Facinora baſilica Trin. 4. 3. ℣. 23.

Facinus humanum factu. Truc. 2. 1. ℣. 8.

Facinus conducibile. Bacch. 1. 1. ℣. 18.

Facinus feſtiuū. Pœn. 5. 2. ℣. 126.

Facinus immune. Trin. 1. 1. ℣. 2. & 2. 4. ℣. 61.

Facinora immortalia. Moſt. 3. 2. ℣. 91.

Facinus indignum & malū. Men. 5. 7. ℣. 15.

Facinus lepidum. Pœn. 4. 2. ℣. 79.

Facinus mirum & magnum facere. Pſeud. 1. 5. ℣. 97. Attius in Bruto: *Malo contueri maximum & mirificum facinus.*

Facinus nouum, natum hic, &c. Mil. 2. 3. ℣. 10.

Facinora puerilia. Mil. 3. 1. ℣. 23.

Facinus pulchrum, probum, lepidum, luculentum. Men. 1. 2. ℣. 23. 32. (℣. 21.

Facinora aperiuntur. Truc. 4. 3.

Facinus edere: facere, &c. Mil. 1. 1. ℣. 150.

Facinus facere. Bacch. 4. 4. ℣. 2. & 4. 9. ℣. 1. Aul. 2. 2. ℣. 43.

Facinus incipere. Trin. 4. 2. ℣. 42.

Facla: facula. κατ' συγκοπήν. Trin. 4. 2. ℣. 45.

Facio. Iungitur aliis verbis, phraſi eleganti. *Facit*, ut condemnet. Cicero lib. 4. Attic. Epiſt. *Sed non faciam, ut enumerem miſerias omnes.* h. e. nō enumerabo. Idem ad Balbum li. 6. Epiſt. 13. *Hoc Panſa, Hirtius, Balbus, Oppius, Matius, Opimius, planè id faciunt, ut me unicè diligant*: h. e. me diligunt. Et alibi: Et alibi: Dedi operam, ut ei quàm *humaniſſimè reſcriberem.* h. e. reſcripſi. Et lib. 3. Heren. c. *Scio pleroſq; Græcos quidem memoriâ ſcripſerunt: feciſſe, ut multorū verborum imagines conſcriberent.* Et lib. 2. de Orat. c. de Socrate: *Ecquid ille duriſſimis pedibus fecit, aut ſe abiiceret in herba.* Et Accuſ. 2. Verr. cap. *Hoc rationis habebant, facere eos nullo modo poſſe, ut eodem crimine, iisdem teſtibus Sopatrum contemnerent.*

Facio. Ablatiuo verr. jungebant eleganter; ubi vulgò datiuo. Vt: *Quid illo, quid hoc homine facias?* Vbi vulgò: *Quid cum hoc homine*, vel, *Quid huic homini f.* Sic: *Quid rebus ſuis facere*, aut *fieri*. Interdum tamē addunt, *de.* Plaut. Moſt. 1. 4. ℣. 32. *Quid ego hoc faciam poſtea?* Cic. li. 6. Epiſt. 1. *Quid illo fiet?* Idem Verr. c. 16. *Quid hoc homine facias? quod ſupplicium dignum libidine eius invenias?* Et pro l. Manil. c. 20. *Qui cùm ex vobis quæreret, ſi in uno Pōpeio omnia poneretis, ſi quid eo factum eſſet, in quo ſpem eſſetis habituri.* Alia exempla, inprimis ex Plauto, vide ſupra, *Facere*, & infr. *Fieri.*

Facta: pro *reipſa*. Moſt.1.3.ꝟ.42. *Mea dicta ex factis noſce.* Vide paulo poſt, *Factis*. Terentius Hecyr.5.4.ꝟ.17. *Factis ut credam facis.*

Facta infecta facere. Truc.4.2.ꝟ.17.

Factio: factum, ſed graue, & intolerabile. Bacch.4.8.ꝟ.2.

Factiones: pro nobilitate & opulentiâ. *Non.* Aul.2.1.ꝟ.44.

Factio: conſpiratio. Rudent.5.3.ꝟ.15.

Factio, ὀλιγαρχία, paucorum dominatus. Cicero de Republ. uſurpat lib.3. *quorum cõſenſus factio eſt.* Et ibid. *Quoniam non eſt res populi, cùm tyrannus eã factione capeſſat.* Liv. lib.34.c. *Crimina ſcribant in Senatum, optimateſq; moliri clam eos, atque ſtruere, ut Syracuſana reconcilianda ſocietates: in ditione Romanorum ſint, dein factio, & pauci auctores fœderis renovati dominetur.*

Factio pro opibus, divitiis, ſeu, potentia. *Factioſus*, potens, opulentus, bonis fortunæ affluens. Plaut. Ciſt.2.1.ꝟ.16. Aul.2.1.ꝟ.45. & 2.2.ꝟ.50. Trin.2.4.ꝟ.51.66.90.96. Cęcil. apud Agell.2.23. vide locum.

Factio in bonam partem interdum, pro multitudine, & numero aliquo, ac cœtu accipitur. Paulus ex Feſto: *Factio & factioſus initio honeſta vocabula erant. Vnde adhuc,* Factiones *hiſtrionum, & quadrigariorũ dicuntur.* Cicero pro Milone cap. *Sæpe ſe Milo & Clodius cum ſuis factionibus Romæ depugnauerant.* Ibid. *Factionibus armatorum ſuccincti.* Sed hîc in malam partẽ uſus videtur.

Factioſus lingua: dicitur is, qui quidem multa facit, vel multa ſe facturum promittit, ſed operâ, hoc eſt, reipſa iners eſt ad præſtandam operã. Bacch.3.6.ꝟ.13. Sic Salluſt. ad Cæſar. *Quorum omnis vis virtuſq; in linguâ poſita eſt.* Tacitus etiam eleganter explicat lib.1. Hiſt. *Ignaviſſimus quiſq;, & in periculo minimus auſurus; nimij verbis, lingua feroces.*

Factis: pro, reipſa. Caſ.3.5.ꝟ.4. Bacch.4.4.ꝟ.53. Pœn.1.2.ꝟ.94. Rud.4.6.ꝟ17. Vide paulò ante, *facta*.

Factis perſequi. Merc.3.2.ꝟ.11.

Factito. Epid.3.3.ꝟ.51.

Factius. Fictum adverbium, à faciendo. Trin.2.3.ꝟ.6.

Facto: facere geſtio. Merc. Prol. ꝟ.95.

Facto obediens. Mil.3.1.ꝟ.210.

Facto dicto lædere. Capt.2.2.ꝟ.53.

Facto gaudere. Pœn.1.1.ꝟ.69.

Facto: facio. Epid.5.1.ꝟ.54. Truc.3.2.ꝟ.22. & 5.1.ꝟ.23.

Facto opus. Merc.3.3.ꝟ.4. Pœn.1.2.ꝟ.106.

Factor: ambiguè. Curc.2.3.ꝟ.28.

Factu æquum eſt. Truc.2.1.ꝟ.12.

Factum gaudeo: dicebant, cum eos facti nõ pœniteret. Moſt.5.2.ꝟ.26. *Bene factum, & factum gaudeo.*

Factum eſt biennium, poſtquam. Merc. Prol. ꝟ.12.

Factum optimè. Gratulandi formula. Moſt.2.2.ꝟ.19. Nam in reb. lætis, *Factũ bene.* Pſ.4.6. ꝟ.37.

℣.37.Pœn.5.5.℣.47.Merc.2.2.℣.7. *Bene hercle factum, & gaudeo.*Merc.4.8.℣.52. *O factum bene!* Pſeud.1.2.℣.52. Aul.3.6.℣46.*Factum optimũ.* In adverſis, *Factum male*, exclamare ſolebant. Moſt.2.2.℣.27.Cicero. *O factum male de Alexione.!* Quod vulgo dicimus: *Non libenter intellexi.* Germ. Ich höre es nicht gern. Catull. *ô factum male, ô mala tenebræ!*

Factum volo. Comica formula, quâ promptitudinem noſtrã ad aliquid efficiendum declaramus. Bacch.3.3.℣.91.

Factum mirum. bonum factum; boni ominis vox. Merc.3.3.℣.17.

Factum meo nepote. Notanda ſyntaxis, Capt.5.℣.32.*meo minore quid ſit factum filio.* Truc.4.3.℣.15.26. Mil.4.1.℣.26. Trin.2.4.℣.4. *Quid factum eſt eo?* Moſt.3.1.℣.101. *Quid eo argẽto eſt factum?* Caſina 5.4.℣.6. *Quid meo factum eſt pallio?* Cic.Tuſc.1.c.35. *Pompeio noſtro familiari, cùm graviter ægrotaret Neapoli, melius eſſet factum.* Idem lib.1.in Verr.c. *Quid hoc homine faciatis?* Vide etiam, *Facere*, & *Fieri*.

Factum eſt, cùm. Trin.4.3.℣.3.

Factum eſt iamdiu. Germ. Es iſt ſchon lang. Pſeud.5.2.℣.41.

Factum. Cum quibuſdam adjectivis. *Bonum factum. Optimũ factum. Aequum factum eſt.* Obſoletam antiquitatem redolent, præter illlud *Bonum factum*: de quo ſupra in litt.B. *Bonum*, Plautus Pſeud.1.2.℣.52. *Nunc adeò hoc factum eſt optimum, vt nomine quemque appellem ſuo.* Aulul.3.6.℣.46. *Nunc hoc mihi factum eſt optimum, ut te auferam aulam in Fidei fanum.* Apul.lib.1.Met. *Optimum itaq; factum viſum eſt, ante luculo furtim evadere ei potius adiungi.*

Factum muto. Factum nolo. Dicebant veteres, ſi me pæniteret facti. Et contra: *Factum volo*, &, *Factum cupio*: ſi quid probarent. Plautus Bacch.3.3.℣.91. Sic, *Provẽtum cupio.* Plaut. Rud.3.5.℣.57. Et Apuleius: *Favet enim Ruſino Aemylianus, & proventum cupit.*

Factum volo: faveo, benè cupio. Terent. Adelph.5.7.℣.20. *Dî tibi, Demea, benè faxint! cùm te video noſtræ familiæ tam benè factum velle.* Apuleius lib. de Philoſophia: *Animas bonorum deamare, factumq; velle, uti qui potiantur plurimùm bonis actibus.* Et Apologiâ: *Interim dum ego ruri ago, Sicinium Pantianum priuignum meum, qui mihi factum volebat.&c. attuliſſe.* Symmachus lib.1. Epiſt.77.ad Heſperium: *Quæſo ut ei virtute, quâ celſus es, factum velis.* Ita in MS. antiquiſſimo Gifanij. Nam Editio Iureti *fautum.* Sic quoq; lib.1.Epiſt.66.*Gelaſius, cui factum volo,* &c. Sic iterum MS. Gif. & vulg. *fautum*, Plautus Aſin.3.3.℣.95.*Videbitur. factum volo. redito huc conticinio.* Agell.7.3 *Quòd cum & utiles eſſent,*

& vellent Regi eſſe factum, nihil tamen adiuvandi eius cauſâ fecerint. Salluſt. lib. 4. Hiſt. *Multiſq; ſuſpicionibus volētia plebi facturus videbatur.*

Factum bene: Factum male. Illo in rebus lætis: hoc in adverſis utebantur. Cic. lib. 15. Attic. Epiſt. *O factum malè!* de Alcxione. Plautus Moſt. 2. 2. ℣. 19. *Factum optimè!* & poſt 2. 2. ℣. 27. *Malè hercle factum.* Catullus. *O factum malè.*

Facta fortia. Quibus contraria, *Facta triſtia.* Virg. lib. 2. Aen. ℣. 548. *Illi mea triſtia facta, degeneremq; Neoptolemum.* Virtutes & præclarè geſtæ res dicuntur. Salluſt. *Ad hoc alij ſe deliquere, vetus nobilitas, maiorum facta fortia, eòq; natorū & affinium opes.* Cic. li. 4. Att. Epiſt. *Quod enim eorum in Rep publ. forte factum exſtitit?* Cæſ. lib. 3. bell. Gall. c. 14. *Atque eò magis, quòd in conſpectu Cæſaris atq; omnis exercitus res gerebatur, ut nullum paulò fortiꝰ factum latere poſſet.* Virg. lib. 1. ℣. 640. *Cælataq; in auro fortia facta patrum.* Et lib. 10. ℣. 369. *Quò fugitis, ſocij? Per vos, & fortia facta per Ducis Euandri nomen.*

Factitare accuſationem, delationem: pro, Agere accuſatorē. Cic. in Bruto c. *Qui cùm tanto nomine eſſet, accuſationem factitaverit.* Tacitus lib. 17. c. *Qui temporibus Neronis relationem factitaverit.*

Factus: pro perfecto, expolito, pereleganti. Vt *facta oratio,* expolita. *Facti verſus*: elegantiſſimi. Sic & Græcè, πεποιημένος, utuntur. Cic. lib. 3. de Orat. c. *Namq; ego illud aſſentiar Theophraſto, qui putat orationem, quæ quidem ſit polita, atq; facta quodammodò, non reſtrictè, ſed remiſſiꝰ numeroſam eſſe oportere.* Et in Bruto cap. *Sed ut intellectum eſt, quātam vim haberet, & facta quodammodo pretio.*

Facula lucrifica: ἀλφηστικῶς, facultas lucrum faciendi. Perſ. 4. 3. ℣. 46. Sic Curc. 1. 1. ℣. 9. *Lucere cereum* dixit.

Facundè loqui. Trin. 2. 2. ℣. 99.

Facunditas arguta. Trucul. 2. 6. ℣. 13.

Facundus callidè. Merc. Prolog. ℣. 35.

Falæ: ſunt turres ligneæ, ex quibus oppugnatio fieri ſolita. Moſt. 2. 1. ℣. 10. De his videndus Lipſius lib. 1. Elect. cap. 2. Et in Poliorc. lib. 5. c. 5. Itemque SteWech. ad Veget. μεταφορικῶς de fallacia uſurpari quoque ſolet. Apud Nonium. *Me non vocavit: ob eam rem hanc feci falam.*

Fallacia & dolus. Pſeud. 2. 4 ℣. 15.

Fallacia aſtuta. Caſina. 5. 1. ℣. Truc. 4. 4. ℣. 39.

Fallacia falſidica, ſceleſta. Capt. 3. 5. ℣. 13.

Fallacia compoſita eſt. Pœn. 3. 5. ℣. 29.

Fallaciam ſerere. Pœn. 1. 1. ℣. 67.

Fallere. Eleganter dicitur *nos aliquid fallere*, quod non perſentiſcimus, nō intelligimus. Bacch.

Bacch.2.3.℣.64. *Non me feſellit.* Petronius pag. 35. ℣. 20. *Nec feſellit hoc Gytona.*

Fallere doctè. Bacch.4.4.℣.43.

Falli ſermonis. Epid.2.2.℣.55. Sic Apuleius dixit *curare corporis*, & *curare interfectæ virginitatis*. Eſt enim helleniſmus. Sic Quadrigarius apud Agell. 9. 13. *quieſcere pugnæ.*

Fallit. Vt, *Niſi fallit, Niſi me fallit.* pro, *Niſi hoc me fallit.* Abſolutè poſitum ſçpe reperitur maximè in libb. Mſſ. Vide infra, ubi *de conciſis orationibus* in Mantiſſa. Cic. pro Sextio c. *Nunc, niſi me fallit, in eo ſtatu civitas eſt.* Ibidem li. 2. Offic. cap. *Nec eum feſellit.* Et lib. 14. Attic. Epiſt. *Sed nos, ni me fallit, jacebimus.* Et in Oratore. Sic Varro lib. 2. de re ruſtica. Et Tacitus; *per ſpeciem officij manum complexus, pulſum venarum attigit, nec eum feſellit.* Vbi male in vulgg. addi ſolet, *opinio.* Et *Fallere*, pro, latere. Sed hoc Poeticum eſt, & hiſtoricum, à Græco λαθεῖν. Liv. Lib. 1. c. *Explorator Karthaginenſis Romæ biennium feſellit.* Columella lib. 1. c. 3. *Nam ſic minus fallit.* Sic ex *Fallere* oriuntur aliæ phraſes elegantes quædam. *Ni fallit. An me feſellit?* Terent. Heaut. 2.3.℣.3. *Num me feſellit? hoſce id ſtruere.*

Fallit animus. h.e. deceptus ſum. Terent. Heaut. 4.1.℣.1. *Niſi me animus fallit.* Salluſt. Catil. cap. *Niſi forte me animus fallit, & vos ſervire.* Lucret. I. 136. *Nec me animus fallit.* Terent. Eun. 2.2.℣.43. *Vt falſus animi eſt!*

Falſificus. Mil.2.2.℣.36.

Falſiiurius. Mil.2.2.℣.36.

Falſimonia: vt, *agrimonia, querimonia, ſanctimonia* &c. Bacch. 3.6.℣.12.

Falſiloquus. Mil.2.2.℣.36.

Falſiloquus rerum. Captivei 2.2. ℣.14.

Falſidicꝰ cõfidens. Trin.3.3.℣.40.

Falſus: pro, fallere, in exemplis ſeqq. &. *Falli*, pro, decipi. Marius in Orat. ad Pop. apud Sal. Iug. cap. 4. *Na illi falſi ſunt, qui diverſiſſimas res pariter exſpectant.*

Falſus: de homine, non de re. Salluſt. *Ambitio multos mortales falſos fari coegit.* Sic Servius accipit illud Virgilij lib. 1. Georg. ℣.464.

Sol tibi ſigna dedit. Solem quis dicere falſum.
Audeat? Vbi pro *fallere* exponit.

Falſus: pro, *ſimulatus.* Capt. 3. 4. ℣.78.

Falſus ſum. Aul 2.1.℣.4. Men. 5. 2.℣.3. Truc. 4.3.℣.11. *Falſus incertuſq; ſum.*

Falſus falſimoniis: qui falſus eſt ſimulator & diſſimulator. Bacch. 3.6.℣.12.

Fama bona. Moſt. 1.3. ℣.71.

Famâ differre: malis ſermonibus differre. Trin. 3.2.℣.65.

Famam tradere poſteris. Trin. 3. 2.℣.16.

Famam lepidam addere familiæ: εὐφημεῖν. Trin. 2.2.℣.98.

Fame efferctus. Capt. 3.1. ℣.6.

Fame mori. Stich. 4. 2. ℣. 57. *Depugnare cum fame*. Ibid. ℣. 47.
Fame iugulare. Stich. 4. 2. ℣. 3.
Fames ipſa. Aul. 2. 4. ℣. 30. Stich. 2. 1. ℣. 1.
Fames exſtinguit. Truc. 2. 6. ℣ 43.
Fames occidere dicitur eum, qui alterius præſidio non amplius fruitur. Pſeud. 1. 3. ℣. 115.
Fames feros reddit manſuetes. Aſin. 1. 2. ℣. 16.
Famelica natio. Rud. 2. 2. ℣. 6.
Famelicus. Caſ. 1. 1. ℣. 42. Stich. 4. 1. ℣. 69.
Fameſa. Nomen ancillæ, quòd famẽ quaſi edat, & illa paſcatur. Milit. 3. 1. ℣. 201. Sic Captei vei 3. 1. ℣. 6. *jejunus, & effercitus fame*. Cicero lib. 5. Tuſcul. cap. 34. *famem obſonare* dixit: pro, coëmere quaſi, & parare ὀψίζειν. Cyrus apud Xenophontem lib. 4. famem ſuorum militum vocavit *obſonium*.
Famiſeratio. Idem quod, *famigeratio*. Trin. 3. 2. ℣. 66. Onomaſticum Græcolatinum: Famẽ, *φάνς*: fama, *φήμη*, *ἀγγελοφόρος*: famigerabilis, διαβόητος famigerator, διαφημιστής: famigero, διαφημίζω: famoſus, εὔφημος.
Famigeratores: qui rumores ſpargunt. Trin. 1. 2. ℣. 178. 182.
Familia: de ſervis, qui inde *familiares* dicti. Epid. 1. 1. ℣ 2. Moſt. 2. 2. ℣. 11. Vlpian. lib. 1. ff. de vi & vi armat. & lib. 25. §. 1. lib. 31. §. idem Pædius. ff. de ædil. edict. Vide Briſſon. in Lexicon Iuridic. Calvini. pag. 757.
Familia fortis. Trin. 5. 2. ℣. 9.
Familia lenonia. Pœn. 4. 2. ℣. 48.
Familia luculenta. Ciſtellar. 2. 3. ℣. 18.
Familiam ducere. Pro eo, quod, primum ſeu caput eſſe: quem ceteri eiuſdem generis ſequuntur, ut authorem & ducẽ. Hodie vulgõ, *Præcipuus auctor*. Muretus lib. 4. Var. lect. 17. miratur hoc ab Eraſmo, cui ille iniquior, præteritum eſſe proverbium. Sed ego miror, à Mureto præteritum eſſe & Petrum Nann. Eraſmi popularem, & Petrum Victor. qui multis ante annis hoc dicẽdi genus metaphoricum, nõ, ut Muretus vocat, Proverbium, obſervarunt. Ille lib. Miſcell. c. 22. ubi, *ducere funem* apud Horat. idem valere docet. Hic Annot. lib. 7. Epiſt. ad C. Cęſ. Videtur autem à *Gladiatoribus* ſumtũ, quorũ *familia* dicitur, ut & aliorum ſervorũ: cui nõ abſimilis phraſis, *Claſſem ducere*. Cicero ad C. Cæſarem lib. 7. Epiſt. 5. *Accedit etiam, quòd familiam ducit in Iure civili*, (h. e. quod præcipuum eſt in Iuriſconſulto) *ſingularis memoria, ſumma ſcientia*. Sic enim P. Victorius illum locum egregiè emendavit. Nam vulgò ineptè: *quod familiaritatem inducit*, Idem Philipp. 5. cap. L. *quidem frater eius, utpote qui peregrè depugnaverit, familiam ducit*. Et lib. 4. de fin. cap. *Sed primum illud vide! graviſſimam illam veſtram ſententiã*, *qua*

qua familiam ducit, (h.e. quæ maiorem habet vim, & maioris eſt ponderis, & quaſi caput aliarum) *honeſtum quod ſit, id eſſe bonum ſolùm.*

Familiarem rem curare. Stich.1.2.℣.88.

Familia: de familia teſtimoniũ; ſicut *Familia gladiatorum.* Men.Prol.℣.74.

Familiares: domeſtici è familia. Amph.1.1.℣.202. Aſin.2.2.℣.1.43. 53. & 3.3. ℣.154. Mil. 2.2.℣.18, 27.107. Merc. Prol, ℣.70. Pſeud.1.3.℣.39. & 3.2.℣.113. Truc.3.1.℣.21. Liv.lib.2.cap. *Q.Valerius omnium cōſenſu princeps belli paciſq; artibus anno poſt Agrippa Menenio quàm Poſtumio Cos. moritur gloriâ ingenti, copiis familiaribus adeò exiguis, ut funeri ſumtus deeſſet, de publico eſt elatus.*

Familiares epiſtola, littera, de quibus & infr. *Sermones.* Ita vett. loqui ſolent, ut rectè quidem admonuit P. Victor. de Cic. Epiſt. ad diverſ. edit. nempe, eos libros non, *Familiariũ Epiſt.* ſed, *ad Lentulum* eſſe inſcribendos. Sed quod Henricus Stephanus poſteà conjecturâ ductus putavit, eas Cic. *Epiſtolas* ſcriptas *ad familiares* quaſi *Epiſtola familiares* non dicantur, id omninò verum non videtur. Nam auctores repugnant. Agell. lib.2.c.22. *Apud menſam Favorini in cōvivio familiari legi ſolitum erat.* Sueton. Tito c. *Ceterùm ipſos non ſolùm familiari cana bibuit.* Cic. lib.2. Offic.c. *Inprimiſq; ut habeas, quibuſcum poſſis familiares conferre ſermones.* Sueton. Tib. cap. *Sed hinc cognitum; adeò per totos dies detitus & intentus, ut Rhodienſem hoſpitem, quem familiaribus litteris Romam evocarat, adveniſſe ſibi nunciatum torqueri ſine morâ juſſerit.* Agell. 2.2. *Sed cùm extra Remp. in domeſticâ re atq; vitâ ſedeatur, ambuletur, in convivio quoq; familiari diſcumbatur, &c.* Auguſtinus Epiſt. 26. *Scripſimus etiam ad beata memoria pompam innocentium, prater Conciliorum relationes litteras familiares, ubi de ipsâ causâ aliquantò diutius egimus.* Gennadius c.63 de Philippo: *Lege eius & familiares epiſtolas,* Iſidor. de verb. diſcr. Scripſit Caius lib. 26. *de Leandro ad ceteros quoq; Epiſcopos, plurimas provulgavit familiares epiſtolas.*

Familia pro cibariis, aut commeatu interdum poſitum videtur. Terent. Heaut. 5.1.℣.36. *Deum dierum mihi vix eſt familia.*

Familia à Cic, ut apud Græcos *γένος*, pro *ſectâ* aliquâ, à ſimili, dicitur, Sic & *Gens*, de quo inf. &, *Natio*: Vt, familia Iuriſconſultorum, gladiatorum, Philoſophorum. Cicero lib,1, de Orat. *Et cùm univerſi Philoſophi in te impetum feciſſent ſingula familia* (h,e. Acad. & Peripat,) *litem tibi intenderent,* Et lib,4, de finib, c, *Ariſtoteles*

vero, Xenocrates, tota illa familia non dabit. Et lib. 1. Tuſc. cap. *Licet concurrant plebeij* omnes Philoſ. (*Sic enim qui à Platone & Socrate,* & *ab illâ familiâ diſſident, appellandi videntur*) Et lib. 1. de Leg. c. *Valdè à Xenocrate & Ariſtotele, & ab illâ* Platonis *familiâ diſcreparet.* Et lib. 2. Attic. Epiſt. *Puto enim me* Dicaarcho *affatim ſatisfeciſſe: reſpicio nunc ad hanc familiam, qua mihi non modò ut requieſcam, permittit: ſed reprehendit: quia nō ſemper quieverim.* Vide paulò ante. *Familiam ducere.*

Familiaris ager. Aſin. 5. 2. ✠. 24.

Familiaris amicus. Trinum. 1. 2. ✠. 52.

Familiaris filius. Aſin. 2. 2. ✠. 43.

Familiaris mœror. Vide litt. M.

Familiaris tergus. Aſin. 2. 2. ✠. 53.

Familiaris vita. Perſ. 1. 3. ✠. 46. Intelligit eam, quam quis domi à nemine vocatus agit. De hac loquitur Paraſitus Cap. 1. 2. ✠. 33. *Neq; unquam quicquam me juvat, quod edo domi.*

Familiariter prædicare. Trin. 2. 2. ✠. 54.

Famoſa: nomen ancillæ. Mil. 3. 1. ✠. 201.

Famoſus: pro celebri & nobili, in bonam partem Cicero alij optimæ notæ ſcriptores non ſunt uſi: ſed illis poſteriores. Tacitus lib. 3. Ann. c. 7. Vulg. erat, miſſam à Gn. *Sentio famoſam veneficiis Martinam.* Et lib. 5. Hiſtor. c. 2. de Tito, & ab eo, exciſâ Hieroſolymâ: *Sed quia famoſa Vrbis ſupremū diem tradituri ſumus, congruens videtur, primordia eius aperire.* Sic & Iuvenalis eſt uſus Eleg. 6. ✠. 83. *famoſaq; mœnia Lagi.* Et lib. 3. Eleg. 8. ✠. 8.

Famoſos equitum cum dictatore magiſtros. Ita lib. vetus. quod tamen quidam mutavit in, *fumoſos.* eò quòd Cicero alicubi dixerit *fumoſas imagines.*

Famoſus. πολυτιμῶς. Aſinar. 5. 2. ✠. 26.

Famuli improbi. Caſ. 5. 3. ✠. 10.

Fana circuire. Rud. 1. 2. ✠. 52.

Fanum Fidei. Aul. 3. 6. ✠. 47.

Fanum Herculis. Rud. 3. 5. ✠. 42.

Fanum Veneris. Pœnol. 4. 1. ✠. 5. Rud. 1. 4. ✠. 34. & 1. 5. ✠. 13. & Prol. ✠. 61. & 1. 2. ✠. 6. 40. & 2. 7. ✠. 2. 6. 12. & 2. 2. ✠. 3. & 2. 3. ✠. 1. 4. & 3. 2. ✠. 30. & 3. 1. ✠. 21. & 3. 2. ✠. 8.

Farferi folia. Pœn. 2. 1. ✠. 32. *Farferum* eſt genus virgulti. Videndus Turneb. lib. 15. c. 7. Alij *Farfarum* fluvium dicunt eſſe, circa quem frequentiſſimæ arbores & umbræ gratiſſimæ. Inde Ovid.

— *& amœna* Farfarus *umbra.*

Fari: cùm primùm fari cæpit, nondum fari. Sueton. Octav. cap. *Infans adhuc &c. repoſitus veſpere in cunas, cùm primùm fari cæpiſſet.* Cic. lib. 5. Tuſc. c. *Epicurei noſtri Græcè fari neſciant: & Græcè & Latinè fari.*

Farina. Truc. 5. 1. ✠. 14. (8. c. 7.

Fartores. Truc. 1. 2. ✠. 12. Col. lib.

Fartum facere. Mil. 1. 1. ✠. 8. *Machæra mea miſerè geſtit, fartum face-*

facere ex hoſtibus, inquit Mil. h.e. minutatim cōcidere, diſſecare, & quaſi farcimen facere è canibus diſſectis. Sic fere Claud. de laudibus Stilic. lib.II.℣.14. *Hac docet, ut pœnis hominum, vel ſanguine paſci Turpe ferumq; putes.*

F*artum facere*, ſignificat pingueſcere, corpulentiorem fieri. Sic loquitur Colum. lib. 5. c. 10 de re ruſt. *Ac ſemper cōveniet ſimulatq; folia agere cœperint ficus, rubricā amurca diluere, & cū ſtercore humano ad radicē infundere. Ea res efficit uberiorem fructum, & fartum fici pleniorem ac meliorem.* Eſt ergo F*arctus* velut tomentū fructuum: quem Comicus tranſtulit in machæram.

Fartum veſtis: de homine. Moſt. 1.3.℣.13. propriè de iſiciis dicitur, ex quibus farcimina fiūt.

F*as juſq;*. Ciſt.1.1.℣.22.

Fas habet quò; hoc cauere aut facere vult, vt, Trin.2.2.℣.11.

F*aces viminei virgarum*, erant bacilli teretes ex vlmo præcipuè, loro colligati in modum faſcis. Epid.1.1.℣.26.

F*aſces ſubmittere*: pro, cedere, tralatè. Cic. in Bruto c. *Cùm enim in maximis cauſis verſaturus eſſet, & cùm tibi ætas noſtra jā cederet, faſceſq; ſubmitteret.*

Faſcia. Truc.5.1.℣.13. (℣.43.

F*aſtidij plenum facere.* Mil. 4. 2.

F*aſtidire*: abſolutè, pro. faſtidioſum & ſuperbum eſſe. Moſt. 4.2.℣.4. Bacch. 2.3.℣.99. Curc.5.2.℣.34. Men.1.2.℣ 58. Capt.4.2.℣.57. Cic. Læl.c.15. *Efferri faſtidio* dixit, h. e. iactare ſe & inculcare opes, ac præ ſe contemnere cæteros. *Faſtidium* eſt ſuperbia & contemtus aliorum: à faſtu. Gloſ. *faſtidioſus*; ὑπερόπτης, σικχός.

Faſtidire. Interdum abſolute, & ſine caſu. Quod rarius videtur. Cic. pro Milon.c.16. *Nihil enim eſt tam molle tam tenerū, tam aut fragile, aut flexibile, quàm voluntas ergà nos, ſenſuſq; ciuium. qui non modò improbitati iraſcuntur candidatorum, ſed etiam in rectè factis ſæpè faſtidiunt.*

Faſtidire aliquid. Stich. 5.4.℣.34. Caſ.3.6.℣.7. de homine ebrio & vomituriente. *Mane, quamquam faſtidis.*

F*aſtidioſus*. Mil.4.6.℣.18. Rud. 2.3.℣.42.

F*aſtidire alicuius*; eſt, faciem ſuā ab aliquo velut ignoto vel indigno auertere. Aul.2.2.℣67. Stich.2.3.℣.9. Lucil. *Triſtes, difficiles ſumu' faſtidiūq; bonorū.*

F*aſtigium.* In templis appellatur eminens quoddam, parvumq; tectū, quo ſimulacra quaſi tegūtur. Ἀκρωτήριον vocāt Græci. Cic. Philipp. de Cæſ. *Quem is maiorem hominem conſecutus erat, quàm ut haberet, pulvinar ſimulacrū faſtigiū Flaminum.* Plut. de ead. re agens in vitâ Cæſ. ait: ἦν γὰρ τῇ Καίσαρος οἰκίᾳ προσκείμενον, οἷον ἐπὶ κόσμῳ καὶ σεμνότητι, τῆς βουλῆς ψηφισαμένης ἀκρωτήριον. h. e. faſtigium. Et mox: *Quæ res placeatne mihi pulvinar eſſe faſtigium eſſe Flaminum.*

Faſti-

Digitized by Google

Faſtigia. Livius lib. 40. cap. 1. *Pridie Parilia medio fermè die atrox cum vento tempeſtas co orta, multis ſacris profaniſque locis ſtragem fecit: ſigna aenea in Capitolio dejecit: faſtigia aliquot templorum à culminibus abrupta foedè diſſipavit.*

Fata; pro iis, quæ fatum portendunt. Bacch. 4. 9. ỷ. 27.

Fata; pro, morte. Bacch. 1. 2. ỷ. 48.

Fata Ilij tria. Bacch. 4. 9. ỷ. 29.

Fata: pro divinis oraculis, & effatis. Cicero lib. 1. de Divin. c. *Eumque dixiſſe, & fatis, quæ venientes ſcripto haberent, Vejos capi non poſſe.* Et mox: *In iiſdem fatis ſcriptum, Veientes habere, fore, ut brevi à Gallis Roma caperetur.* Livius li. 29. cap. *Itaq; quò maturius fatis omnibus oraculiſque portendentibus ſe victoria compotes fieri cogitare, quæ ratio tranſportandæ Romam deeſſet.* Ita omninò leg. ut rectè Sigonius monuit. Male Rhenanus *fauſtis omnibus.*

Fata cauſarum & litium. Phraſis eſt Impp. recentiorum: de quâ vide Lexic. Iuris.

Fatale bellum. Cic. pro M. Marcello cap. Perfuncta Reſp. eſt hoc miſero fataliq; bello.

Fatale monſtrum, portentum. Cicero lib. 1. Divin. c. *Quid cùm Cunis Apollo ſudavit Capuæ Victoria? Quid ortus Androgyni? nonne fatale quoddam monſtrum fuit?* Horat. lib. 1. Od. penult. de Cleopatrâ: *Daret ut ceteris fatale monſtrũ.* Seneca in Thyeſte: *fatale ſacro paſcua muro tegens.* Cicer. in Piſon. cap. *P. Clodio fatali portento prodigoque Reipubl. Lex Ælin. everſa eſt.* Virgil. lib. 2. Aen. ỷ. 237.

—— Scandit fatalis machina muros.

Fato cedere: pro, obire mortem. Livius lib. 26. cap. *Itaque quibus veſtrum ante fata cedere quàm hæc tot, & tam acerba videant, in animo eſt, iis apud me hodie epulæ inſtructæ parataq; ſunt.*

Fato facere: quaſi caſu, vel, ſuâ ſponte, non capto cõſilio. Sic, *Fato exſtingui*, aut, *perire*, naturâ ſuâ, verùm non operâ. Vide & infra, *Natura.* Vlpianus l. 1. D. de cond. & demõſt. *Nam ſi fato fecerit, non videtur obtemperaſſe voluntati.* Virgil. lib. 4. ỷ. 696. de Didone ſibi manus adſerente.

Nam quia nec fato, meritâ nec morte peribat.

Cicero pro Cælio cap. 39. *Nolite, Iudices, aut hunc* (ſenem) *jam naturâ ipsâ occidentem, rectè maturius exſtingui vulnere veſtro, quàm ſuo fato.* Et in Bruto cap. *Sic Hortenſiij vox exſtincta fato ſuo eſt, noſtra publ.*

Fatigare; moleſtum eſſe. Ciſt. 4. 2. ỷ. 12.

Fatuus. Bacch. 5. 1. ỷ. 2.

Fauces lippiunt fame. Curc. 2. 3. ỷ. 39. Vide litt. L.

Fauces penita. Aſin. 1. 1. ỷ. 27.

Faucibus plenis. Stich. 3. 2. ỷ. 16.

Favitores. Amph. Prol. ỷ. 79.

Favo-

Favonius ſerenus; hoc eſt, ſiccus. Merc. 5. 2. ℣. 35. Vide Lexicon Lucret. Danielis Parei, *Sereſcere.*

Favor. Novum ætate Ciceronis vocabulum. Ille, *ſtudium* dicebat: poſtea & ipſe eo, ut &, *Fautoris* verbo ita uti cæpit. Quintil. lib. 8. cap. 3. *Favorem, & Vrbanum. Cicero nova credit.* Nam & in Epiſt. ad Brutum, *Eum*, inquit, *amorẽ, & eum, ut hoc verbo utar, favorem in conſilium avocabo.* Cicero pro Sextio cap. *Ei verò qui pendet à rebus leviſſimis, qui rumore, &, ut ipſi loquuntur, favore populi tenetur & ducitur.* Videtur autem primò hoc nomen, eaque notio in Circenſibus Ludis aliiſq; nata, populo nunc huic, nunc illi acclamante. Et hæc notio propria remanſit. Plinius Panegyr. *Iam quàm libera ſpectantium ſtudia, quàm ſecurus favor!* Tacitus lib. 2. Hiſtor. cap. *Sed Comitia Conſulum cum candidatis civiliter celebrans omnem infimæ plebis rumorem, in theatro, ut ſpectator in Circo, ut fautor affectavit.* Lamprid. in Comeno: *Sanè eum illi ſæpè pugnãti ut Deo populo faviſſet, irriſum ſe credens.* Ita & Hieronymus presb. ad Demetr. *Equorum curſus favore pernitioſior fuit, pugilum fortitudo clamoribus incitatur.*

Faxem; feciſſem. Pſeudulus. 1. 5. ℣. 84.

Faxim. Amph. 1. 3. ℣. 13. Aul. 3 2. ℣. 6. & 3. 5. ℣. 20. Capt. Prol. ℣. 65. Trin. 1. 2. ℣. 185. *Faxim ſiet*, h. e. *eveniat.* Vide *Siet.* Perſ. 1. 2. ℣. 21. Pœn. 5. 2. ℣. 131. 133.

Faxis. Capt. 1. 2. ℣. 15. & 3. 5. ℣. 37. Moſtell. 3. 2. ℣. 124. & 5. 1. ℣. 66. Milit. 3. 2. ℣. 29. & 4. 8. ℣. 62. Rudent. 4. 4. ℣. 74. Stich. 4. 2. ℣. 30.

Faxit: fecerit. Caſina Grex. ℣. 5. Caſ. 3. 5. ℣. 6. Truc. 5. 1. ℣. 43. Pſeud. 4. 1. ℣. 16. Men. 5. 2. ℣. 108. Moſt. 2. 1. ℣. 51.

Faximus. Truc. 1. 1. ℣. 40. 43.

Faxint. Capt. 1. 2. ℣. 63. Ciſt. 2. 1. ℣. 46. Moſt. 2. 2. ℣. 33. Pœn. 5. 4. ℣. 36. 55.

Faxo. Curc. 4 4. ℣. 31. *Faxo reperias*, elegans forma, Plauto ſæpius frequentata. Amph. 2. 1. ℣. 42. & 3. 4. ℣. 14. & Sc. *Tun' me.* ℣. 2. Aſin. 3. 3. ℣. 22. & 4. 1. ℣. 14. Aulul. 3. 5. ℣. 20. Capt. Prol. ℣. 65. Perſ. 1. 2. ℣. 21. & 3. ℣. 34. Bacch. 4. 4. ℣. 64. & 4. 7. ℣. 33. & 4. 8. ℣. 7. 23. Epid. 1. 2. ℣. 53. & 3. 4. ℣. 37. & 5. 1. ℣. 49. & 5. 2. ℣. 46. Pœn. 1. 1. ℣. 34. 45. & 1. 2. ℣. 133. 158. & 4. 2. ℣. 86. 89. & 5. 3. ℣. 54. & 5. 4. ℣. 18. Moſtell. 1. 1. ℣. 65. & 5. 2. ℣. 13. Pſeudolus 1. 1. ℣. 47. & 1. 3. ℣. 158. & 1. 5. & 19. & 4. 1. ℣. 39. & 4. 4. ℣. 26. & 5. 2. ℣. 29. Rudent 2. 3. ℣. 47. & 2. 7. ℣. 20. & 3. 5. ℣. 21. & 5. 2. ℣. 64. Menæchmi 1. 2. ℣. 3. & 2. 2. ℣. 51. & 3. 2. ℣. 3. 55. & 4. 1. ℣. 4. & 4. 2. ℣. 80. 97. & 5. 2. ℣. 40. & 5. 5. ℣. 53. Truc. 1. 2. ℣. 20. & 2. 4. ℣. 74. & 2. 8. ℣. 13. & 4. 2. ℣. 48. Trin. 1. 2. ℣. 22. 24. & 4. 2. ℣. 40.

Digitized by Google

Fenore ſumere. Epid. 1. 1. ✠. 51. & 1. 2. ✠. 12. & 2. 2. ✠. 67. Moſt. 4. 2. ✠. 4. *Fenore dare*.

Fera opponitur manſueti. Aſin. 1. 2. ✠. 19.

Ferculum. Sic dicebatur geſtamen, quo pompa ferri ſolebat. Sueton. Cæſar. cap. *Pontico triumpho inter pompa fercula trium verborum prætulit titulum: Veni, Vidi, Vici*.

Ferentarius amicus: qui repente opem fert. Turn. 2. 4. ✠. 55. Vide Turn. lib. 23. 17. In Mſſ. eſt, *Ferentaneus*. Vide infra, *Perferentarius*.

Feriæ & feſtus dies in blanditiis amantum. Epid. 3. 4. ✠. 37. Caſ. 1. 1. ✠. 49.

Feriæ eſuriales. Vide litt. E.

Ferias ſedere: eſt, otioſe feriari. Epidicus 3. 4. ✠. 37. Vide *Reſidere*.

Feriatum: dicitur etiam de eo, quod non eſt in crebro exercitio. Mil. 1. 1. ✠. 7. *Machæra feriata*.

Feriatus: otioſus. Mil. 1. 1. ✠. 7. & 2. 2. ✠. 62. Vbi tamen ex Mſſ. Pall. illum locū aliter refinxi. Vide ibi Animadverſiones noſtras.

Ferire munere. multare. Trin. 2. 1. ✠. 19. Ter. Phorm. 1. 1. *Geta ferietur alio munere*.

Ferire: nequiori ſenſu, Bacch, 5, 2, ✠, 54.

Ferire aures:. Cicero lib. 2. de Orat. c. 48. *Feriunt enim aures hominum, cùm illa, quæ jucunda, tum etiam illa quæ mirabilia ſunt, in virtute laudari*. Sic ibi libb. vett. Non recte Victorius & Lambinus, *ferunt*, contra omnes libb. Mſſ.

Fermè. pro, valde, multum, egregie. Ut, *fermè bonus vir*: valdè bonus. Livius lib. 36. cap. *Ita numero non fermè impares futuros, ſi cæteris omnibus ſuperiores*. Agell. 14. 2. Sed cum conſtabat, *virum eſſe fermè bonum, notæq; & expertæ fidei, & vitæ inculpatiſſimæ*.

Fermè, pro, circiter. Ita & *Admodùm*. Sed hæc Liviana: Livius lib. 30. cap. *Sex fermè onerariæ puppibus obſtructæ Carthagine ſunt*. Et lib. 32. cap. *Nec plus terna millia peditum, & ceneni fermè equitum*.

Fermentum: pro, *ira*. Caſin, 2, 5, ✠, 17, Merc, 5, 3, ✠, 14, Inde Phraſis', *In fermento iacere*, ἐν τῇ ζύμῃ κεῖσθαι. ζυμοῦσθαι. φλεγμαίνειν ὑπὸ χολῆς. Hebræi quoque dicunt *fermentare*; pro, ita turgere, & βιάζεσθαι, vt Pſal. 73. 21. יתחמץ in Hithpael à חמץ *excandeſcet cor meum*.

Ferocisùs. Amph, 1, 1, ✠, 58.

Ferox: in laude ferè ponitur. Amph, 1, 1, ✠, 58, 81, Horat, l. 1, Od, 15, —— *nequicquam Veneris præſidio ferox*, lib, 1, Od, 3, 2, de Alcæo, *Qui ferox bello*, lib, 1, Od. 35, *Latium ferox*, li, 3. Od, 37, *Deliberatâ morte ferocior*, li, 2. Od, 5, *Currit v. ferox ætas*, lib, 3. Od, 2, *Parthos feroces vexet eques*, libr, 3. Od,

Od.3. *Roma ferox*. lib.4. Od.2. *Feroces Sicambros*. lib.4. Od.4. *feroces aquilæ*. lib 4. Od.9. *ferox Hector*. de arte poetic. *Medea ferox invictaque*. Cicero Philipp. 2. *Primo reſpondiſti plane ferociter: & ne omnia videar contra te dicere: propemodum æqua & iuſta dicebas*. Ibidem: *Sunt autem fortes illi quidem; ſed propter memoriam rerum, quas geſſerunt pro populi Romani libertate, & ſalute Reipublicæ, nimis feroces, & ad ſuam vim omnia noſtra conſilia revocantes.* Ad Atticum libro 10. *Indulſit illi quidem ſuus pater ſemper: ſed non facit indulgentia mendacem, aut avarum, aut non amantem ſuorum: ferocem fortaſſe, & arrogantem & infeſtum facit* Epiſtol. Famil. libro 4. ad M. Marcellum: *Sed miſerius nihil, quam ipſa victoria, quæ etiamſi ad meliores venit: tamen eos ipſos ferociores impotentioreſq; reddit.* Virgil: Æneid. 1. *Bellum ingens geret Italia populoſque feroces Contundet.* —— & lib. 4. *Stat ſonipes, ac frena ferox ſpumantia mandit.*

T. Livius l. 24. *Legatiſque Syracuſanorum de cæde ſtationis Romanorum querentibus, ferociter reſponſum eſt.* Salluſt. de bello Iugurthino: *Sed Hiempſal qui minimus ex illu erat, natura ferox, & iam antea ignobilitatem Iugurthæ deſpiciens.* Idem ibidem: *Vt ille qui nunc ſceleribus ſuis ferox atq; præclarus eſt.* Livius libro 1. *Paſtor accola eius loci nomine Catus ferox viribus*, Ibidem *In eum hæc gloriantem cum globo ferociſſimorum iuvenum Romulus impetum facit.*

Ferox, elatus, ſuperbus. Men.5.2. ℣.17. Aſin. 2.4. ℣.62.

Ferox, inſanus. Rud.3.1.℣.14.

Ferox forma. Mil.4.9.℣.13.

Ferox animum. Mil.4.8.℣ 13. h.e. quoad an:

Ferocem ſe facere: eſt, jactabundè gloriari. Curc.4.3.℣.7. Moſt. 4.2.℣.9. Vide *Facere.*

Ferocia; pro, *ſuperbia.* Epidicus 5.2.℣.44.

Ferramenta. Rud.2.4.℣.10.

Ferratus; pro, *ferreis catenis vinctus.* Bacch.4.6.℣.11.

Ferratile genus. Sic ſervi appellantur ergaſtularii. Moſt. 1. 1. ℣.17. De quibus videndum Electa politiſſimi Lipſij lib.2. c.15. & Muret. lib.5. Var. lect. cap.9.

Ferre; pro, *adferre.* Bacchid. 2.3. ℣.94.

Ferre; in animo habere. Capt.5. 2.℣.11. *Quid fers?*

Ferre; pro, *proferre.* Pſeud.2.4.℣. 75, *ferre fallaciam.*

Ferre, pro, *auferre*, Capteivei 5.2. ℣.11.

Ferre manus aliquò. Bacch. 3.3. ℣.76.78.

Ferre; pro, *accipere.* Mercat. 2.3. ℣.106.

Ferre & inferre pedem; pro, *Intrare.* Menæchmi 3.3.℣.30. & 4. 2.℣.66. Moſt.2.2.℣.39. *In hasce ædes pedē nemo intròtetulit.* Contrarium eius eſt *Referre pedem*,

pedem; quod vulgò ineptè dicunt *Retrahere ſe*. Merc. 5. 4. ℣. 50. Virgil. *Ille pedem referens, & inutilis, atque ligatus Cedebat*. Dixit etiam Plautus *Efferre pedem*, pro, *Exire*. Cap. 2. 3. ℣. 96.

Ferre: adferre, conferre, proferre, ſe ab eo, vel illo loco, hūc, vel illum locum: pro, venire, proficiſci. *Eò ſe tulit*. h. e. eò venit, eò ivit. *Huc ſe attulit*, huc advenit: *eò me conferam*. h. e. revertar. Virgil. lib. 7. Aen. ℣. 215.

Conſilio hāc omnes animiſq; volentibus urbem
Afferimur ——

Et ibid. 2. ℣. 285.

Ecce autem Inachiis ſeſe referebat ab Argis
Sæva Iovis conjux ——

Plautus Bacch. 2. 3. ℣. 94. *Facito ut memineris ferre*. h. e. adferre.

Ferre tribum Dicebatur Romæ is, cui tribus ſua (Erant autem xxx. tribus) vel magiſtratum petenti, vel commodum aliquod ſuffragiis adfert. Ex eo, & *Ferre punctum*. Horat. Art. Poet. ℣.

Omne tulit punctum, qui
miſcuit utile dulci.

Cicero lib. 2. Attic. cap. 1. *Favonius meam tulit honeſtius, quàm ſuam*. Ita & *Ferre calumniam* dicitur Accuſator, qui calumniæ condemnatus eſt. Cælius ad Cicer. lib. 8. Epiſt. 8. *Calumniam maximo plauſu tuliſſe*. Sic, *Ferre conditionem*.

Ferre Iudicem. Vide infr. *Iudex*.

Ferre arma contra. Vide ſupra, *Arma*.

Ferre ſacra. Vide infr. *Sacra*.

Ferre; agere, agi. h. e. diripere, diripi. Græcè ἄγειν καὶ φέρειν. Livius & Hiſtorici ſæpe utuntur. Livius lib. 3. cap. Hi *ferre, agere plebem, plebiſq; res cum fortunā, quā quicquid cupitum foret, potentioris eſſet*. Et alibi: *Tum demùm fracta pertinacia eſt, ut ferri agique videret*. Et lib. 10. cap. *Inde ferent imum aucta legiones, unde oppidani cum omnibus rebus ſuis, quæ ferri agique potuerunt, nocte per averſam portam ſilentio exceſſerunt*. Et lib. 40. cap. *Et cùm ferret paſſim cuncta, atq; ageret*.

Ferri, φέρεσθαι. pro, *vexari*. Ciſt. 2. 1. ℣. 5.

Ferritribaces; Fictè, & ridiculè dicit Plautus à ferro terendo, de iis, qui utplurimum vinculis ferreis compediti ſunt. Moſt. 2. 1. ℣. 9.

Ferri foras; funebris formula, efferri ad ſepulchrum. Aul. 2. 1. ℣. 34.

Ferriteri. Trin. 4. 3. ℣. 14. de ſervis fictè: quòd ferrum terant. Alibi, *Ferritriba*, & *genus ferratile*: & *ferriterivium*, vel *ferriterium*, in Moſtellaria. 2. 1. ℣. 9.

Ferriterium: locus eſt, vbi ferrum teritur, ſeu carcer, vbi ferreæ compedes teruntur. Moſtellaria. 3. 2. ℣. 56. Eum, qui in *ferriterio*, Moſt. 2. 1. ℣. 9. vocat *Ferritribacem*. Sic

Sphæriſterium formãt Grammatici.

Ferrugineum palliolum. Mil. 4. 4. ℣. 43. h. e. cæruleum. Gloſſæ: *Ferrugo*; πορφύρα μέλαινα. Titinnius *cumatilem colorem* vocat.

Ferrum recipere propriè gladiatores dicebantur, qui in Ludis jubebantur à populo ſe præbere jugulandos. Cicero 2. Tuſcul. cap. *Quis mediocris gladiator non modo periit? verùm etiam decubuit turpiter? quis cum decubuiſſet, ferrum juſſus recipere collum contraxit?* Et pro Sextio cap. *Ipſum &c quid accuſas? num defuit gladiis, num repugnavit? num ut gladiatoribus imperari ſolet ferrum non recepit?* Et pro Roſcio Amer. cap. *Quod non totum ferrum corpore recepiſſet.* Seneca de Tranquill. cap. *Vives tutius, & morieris expeditius, qui ferrum non ſubductâ cervice nec manibus oppoſitis, ſed animosè recipis.* Huc alludens Virgilius lib. 10. Aen. ℣. 907. ſic loquitur:

—*jugul: que haud inſcius accipit enſem.*

Ferrum forte. Pœn. 3. 5. ℣. 6.

Ferruminare labra labellis. συμπῆσθαι. Mil. 4. 8. ℣. 25. Sic enim ibi leg. ex Mſſ. Pall.

Fertilitas: pro adfluentia, & copia rerum omnium: non de agris. Apud Ciceronem lib. 2. Tuſcul. cap. de Lacænis antiquus Poeta: *Quibus magis palæſtra, Eurotas, Sol, pulvis, labor, militia in ſtudio eſt, quã fertilitas barbara, mihi ſuſpecta ſunt.*

Fertum: eſt lauti ſacrificij, & libi quoddam genus, quod crebrius ad ſacra ferebant, nec ſine altero genere libi, quod qui ferebant, *ſtrufertarij* dicti. Amph. 2. 2. ℣. 144. Vide B. Pii Syllog. 3. cap. 148.

Fervefacere. Pſeud. 3. 2. ℣. 44.

Fervens flagris. Amph. 4. 2. ℣. 10.

Ferus pro equo. Sed hoc Poeticum & rarum. Virgil. lib. 2. Aen ℣. 51.

Sic fatus validis ingentem viribus haſtam
In latus, inq; feri curvam compagibus alvum
Contorſit — Loquitur de equo Trojano.

De equo & mox ℣. 259.

—*illos pateſactus ad auras.*
Reddit equus.

Prudentius in Martyrem Hippolytum: *Intereatq; feris dilaceratus equis.* Et mox: *Petronius poſtquam comperto ſacris inſtruxére paratus Martyris ad pœnam verbera vincla feros.* Ita v. cod. rectè. nam & ibi paulo ante: *Intereatque feris dolaceratis equis.*

Feſtino. Eſt, multa ſimul ago, & moneo, πολυπραγμονῶ, ſatagere, trepidare, negotia multa conficere, raptim agere. Ita & σπεύδειν & σπουδή, utũtur Græci in utraque hac notione. Terent. Heaut. 1. 1. ℣. 73. *Video alios feſtinare, lectos ſternere, cœnam apparare: pro ſe quiſq;*

quiſq; ſedulò faciebat. Virgil. lib 2. Aen. ℣. 373.

Feſtinate viri nam quæ tam ſera moratur
Segnities?

Cicero lib. 3. de Orat. c. *Quales ipſi quoq; Oratores: quâ ſint ætate, honore, authoritate, debet videri: tempus pacis an belli, feſtinationis an otij.* Et lib. 5. Attic. Epiſt. 14. vocat *epiſtolam feſtinationis, & pulveris plenam.* Et Philipp. 3. cap. *Meam autem feſtinatio non ſolùm victoriæ, avida eſt, ſed et celeritatis.* Huc pertinet & locus Catonis, de quo vide infr. in Mantiſſa de different. verb. Ita & illud Horat. lib. 2. Epiſt. 1. ℣. 192.

Eſſeda feſtinant, pilenta petorrita, naves.

Feſtinare, Feſtinatio. Idem interdum hæc valent, quod, *Properare*: & idem, quod, *Celeritas.* Interdum tamen *Feſtinare* valet, raptim agere, laborare. Et *Feſtinatio*, πολυπραγμοσύνη multa agere conari. Sic & *Feſtinanter*, pro, confictè, raptim. Vide infer. Mantiſſ. de different. verb. Terent. Eun. 4. 3. ℣. 8. *Quid iſtuc? quid feſtinas? aut quid quæris, Pythia?* Et Adelph. 3. 2. ℣. 25. *Quid feſtinas, mi Geta? animum recipe.* *Feſtinatus* dicunt Cicerone recentiores, Plinius, Quintil. Tacitus. Cicero n[illegible]quam: *Properatum* interdum dicit.

Feſſus. pro otioſo, vacuo ab opere. Cæcilius Aſoto apud Non. in Caler. *Tu jam calebis ille feſſus deſidet.* Ita enim legendum puto. Nam vulgò corrupte, *feſtus*, inepte.

Feſtiva virgo. Epid. 5. 1. ℣. 17.

Feſtive accipi. Pſeud. 5. 1. ℣. 9.

Feſtivitas in blanditiis amentũ. Caſina 1. 1. ℣. 47. & 3. 3. ℣. 14. Pœn. 1. 2. ℣. 176.

Feſtuca eſt virga Prætoris manumittendis à lictore imponi ſolita. Mil. 4. 1. ℣. 15. Eadem dicta *Vindicta*, quam Iuriſconſulti ſic explicãt: ΒΕΝΔΙΚΤΑ ἡ ῥάβδος μεθ' ἧς ἐπεχώρουν περί-τω τὴν τοῦ ἐλευθερουμένου κεφαλὴν ἔπαιλον, φάσκοντες: Φαμὲν τὸν παρόντα ἄνθρωπον εἶναι ἐλεύθερον καὶ πολίτην ῥωμαῖον. Vide alia apud Iuriſconſultos, & inprimis Lexicon *Iohannis Calvini.*

Feſtum diem habere hilarẽ. Pœn. 5. 6. ℣. 30.

Feſtus dies. Pœn. 5. 3. ℣. 14.

Feſtus dies [illegible] cius, ſuus. Pœnol. 4. 2. ℣. 26.

Feſtus dies: in blanditiis amantum. Caſ. 1. 1. ℣. 49. Epid. 3. 4. ℣. 37.

Feſtus dies non ſordet. Pœnol. 5. 4. ℣. 7.

Fi fi! Sic abigebantur fœtidi. Caſ. 3. 6. ℣. 7.

Fi: Imperandi modo, à *fio.* Curc. 1. 1. ℣. 87. Horat. lib. 2. Satyr. 5. ℣. 83.

—— *Fi cognitor ipſe.*

Sic *fite.* Curc. 1. 3. ℣. 63. Pœn. Prol. ℣. 8.

Fiat: elegãter, pro, *faciam.* Moſt. 4. 3. ℣. 44. Et eſt Hebraiſmus. Pſal. 41. ℣. ult. *Amen, Amen.*

Ficedula: vicus Romanus. Capt. 1.2.℣.54.

Fictile. Propriè de vaſis: ut & *Quaſſum*: de quo infr. Id Feſtus videtur exponere, cuius verba Paulus contraxit: *Fictiles dicuntur, qui ſilere tacenda nequeunt ſed ea effundunt.* Sic & *vaſa fictilia*, à fundendo dicta.

Fictura. Trin. 2.2.℣.84.

Fictiles epiſtola litterata. Pœn. 4. 2.℣.14.

Ficta mulier: inficta. Stichus. 5.5. ℣.4.

Fictor malus. Trin. 2.2.℣.83. *Probus.* ℣ 84.

Fictum: pro formatum, effigiatum. *Non.* Aſin. 1.3.℣.22.

Ficula: parvæ ficus. Stich. 5.4.℣. 8. Pœn. 5.2.℣.54.

Ficus arida. Rud. 3.4 ℣.58. *Ficis victitamus aridis.* in ſecundâ declinat.

Ficus Zacyntho: h.e. Zacynthiæ. Merc. 5.2.℣.102.

Fides: pro, mala fide & *perfidia.* Moſt. 2.2.℣.68. Ita enim ex Mſſ. Pall. leg. non, *perfide*: vt maluit is, qui pæris oculis inſpexit illos codices. Sic quoq; uſurpat Livius lib. 2. *Cuius ad ſolenue ludoſq; per fas ac fidem decepti, veniſſet.* Valer. Max. lib. 9. cap. 2. *Quatuor legiones contraria partis, fidem ſuam ſecutas, &c.* Tacitus lib. 4. Hiſt. *Querente ſane Civile & increpante Germanos, tamquam fidem per ſcelus abrumperent.* Ado Viennenſis in Chron, *Heruſq; à Ranulpho præfato per fidem deceptus eſt.*

Fide meâ, tuâ, ſuâ, aliquid dicere: fidem ſuam alicui præſtare: fidem ſuam interponere. Elegans phraſis. Cicero Philipp. 11. cap. 4. *Minimè mirum eſt, eos communicatâ Rep. fideles eſſe, qui etiam expertes eius fidem ſuam ſemper præſtiterunt.* Et pro Sextio cap. Cæſar lib. 5. bell. Gall. cap. 45. *Suamque ei fidem præſtiterat.* Et eod. lib. cap. 36. *inq; eam ſe ſuam fidem interponere.* Salluſt. Iugurth. cap. 32. *privatim præterea ſuā fidem interponit*: Plaut. Pſeud. 1.3.℣.81. Fac hoc, quod te rogamus, Ballio, *meâ fide.* Germani dicerent: Auff mein Gefahr. Petronius Satirico: *Narra mihi, ſed tua fide.* Vbi Nobiliſſ. Douza repoſitum malit: *tutâ fide.* Sed baſilicè vapulat ab perilluſtri & Clariſſimo viro Dn. Gaſparo Scioppio Comite à Claravalle lib. 1. Veriſimil. cap. 4. Sic quoq; loquitur Seneca Hercule *furente:*

—— quis meos dederit neci
Omnes ſimul, profare. quid genitor, ſiles?
At tu edes Theſeu: ſed tuâ fide.

Fides. pro adſtrictione & obligatione à firmamento. Agell. lib. 16. cap. 10. *Sed quoniam res, pecuniaq; familiaris obſidiis vicem pignoriſq; eſſe apud Remp. videbatur: amoriſq; in patriam fides quaedam in eâ firmamentumq; erat.* Sic in Iure civili ſæpe dicitur *fides contractûs*, pro pactione, contractui adhibi-

adhibitâ. l. 19. circa. l. 26. ſi conductionis. C. de locat.

Fides. pro abſolutione rerum creditarum. Cæſar lib. 3. bell. civil. cap. *His rebus confectis, cùm fides totâ Italia eſſet anguſtior, neq; credita pecunia ſolverentur, conſtituit.* &c. Agel. 2. 1. *Atq; id fecerunt, ne cauſatio agri corporis perpetuam vacationem daret fidem detrectãtibus, iuriſq; actionis declinantibus.* Cicero lib. 2. Offic. cap. *Neq; enim ulla res vehementiꝰ Remp. continet, quàm fides: quæ eſſe nulla poteſt, niſi erit neceſſaria ſolutio rerum creditarum.* Livius lib. 8. cap. *Victum eo die ob impotentem iniuriam unius ingens vinculum fidei: miſſiq; COSS. ferre id populum ne quis niſi noxam meruiſſet, donec pœnam lueret in compedibus, aut in nervo teneretur.* Livius lib. 2. cap. *Vtiq; Largij putabant ſententiam (non ſalubrem) quæ totam fidem tolleret:* Agitur ibi de nexis & creditoribus.

Fides. In rebus creditis, & cõtractibus. Cic. lib. 2. Catil. c. *Patrimonia ſua profunderunt, fortunas ſuas abliguriverunt: res eos iampridem, fides deficere nuper cæpit.* Et de leg. Agr. c. *Fidem de foro, dignitatem de Republ. ſuſtuliſtis.* Et ad Populum: *Sublata erat de foro fidei non ictu aliquo mora calamitatis, ſed ſuſpicione, ac perturbatione Iudiciorum.* Et pro M. Marcello cap. *Conſtituenda judicia, revocanda fides, comprimendæ libidines, propaganda ſuboles.*

Fides. Interdum de pactis ſervãdis, & creditâ pecuniâ ſolvendâ. Vulgo German. dicimus: Credit. Cicero pro Rabir. c. *Nec inter ea locupletare amicos numquam ſuos deſtitit, mittere in negotium, dare partes, re augere fide ſuſtentare.* Et 2. Catil. cap. *Vnum eſt genus eorum, qui magno in ære alieno maiores etiam poſſeſſiones habent, &c. Et dubites de poſſeſſione detrahere, ad fidem acquirere.* Ita vett. libb. vulg. *ac fidem.* Et pro Sextio cap. *Numquam autem otioſa dignitatis hæc fundamẽta, hæc membra, quæ tenenda principibus, & capitis periculo defendenda &c. religiones, auſpicia, poteſtates magiſtratuũ, ſenatûs authoritas, leges, mos maiorum, judicia, juriſdictio, fides provinciæ, ſocij, Imperij laus, res militaris, ærarium.* Idem pro leg Manil. c. *Nam tum enim in Aſiâ res magnas permulti amiſerunt, ſimus Romæ ſolutione impeditâ fidẽ concidiſſe.* Et mox: *Hæc fides atque ratio pecuniarum Romæ, quæ in foro verſatur, implicita eſt, cum illis pecuniis Aſiæ cohæret.*

Fides: μεταφορικῶς, pro, cithara. Epid. 5. 4. ℣. 41. 81.

Fides: appellativè de Dea fidei. Aul 4. 2. ℣. 14. Caſ. Prol. ℣. 2.

Fides Deorum. Moſt. 1. 1. ℣. 74. *obſecro veſtram fidem!* Ciſt. 4. 1. ℣. 11.

Fides argenti. Perſ. 5. 2. ℣. 8. *Fidem non habui argenti:* nolui

Fidelia. vas ſamium, ad uſus [illegible]rimos. *Nonius.* Aul.4.2.℣.15. Fuit etiam vas, quo vtebantur, qui parietes dealbabant: quod apparet ex proverb. M. Curij apud Cicer. lib.7. Epiſt. *Vna fidelia duos parietes.*

Fidens. fidem habens. Truc.2.4.℣.81.

Fidere: credere, fidem habere. Aſin.3.2.℣.15.

Fidicina Epid.Arg.℣.1. & 5.2.℣.38 Stich.2.3.℣.55. & 4.1.℣.36. & ſæpe alibi.

Fidicinius ludus: vbi fidibus canere diſcitur. Rud.Prol.℣.43.

Fiducia: pro fide, credulitate, indulgentiaq;. Bacch.3.3.℣.9. & 4.4.℣.100. Gloſſæ: ὑποθήκη. ſeu oppigneratio bonorum immobilium: *Fiducia.*

Fiducia. pro certitudine & propoſito aliquo firmo. *Fiducia tergi.* Moſt.1.1.℣.36.

Fiducia: pro, *audacia.* Epid.5.2.℣.31.

Fiducia mea. Pœn.5.4.℣.37.

Fieri: creſcere. Trin.4.2.℣.90.

Fieri: cum auferendi caſu. Epid. .2.℣.48. *Quid me fiet?*

Fieri argentum dicitur, quando comparatur, acquiritur. Pſeud. 1.,℣.67.

Fieri cum dativo. Merc.2.3.℣.78 Moſt.3.2.℣.85. Bacch.2.3.℣.126. *Quid mihi fiet poſtea?* & 2.3.℣.100. *Neſcit quid faciat auro?* Vide Facere. Caſ.5.4℣.9. *Tuo quid factum eſt pallio* Vide ſupr. *Facere*, & *Factum*.

Fieri: comparatum eſſe. *Siccine hoc fit?* Aſin.1.2.℣.1. Pſeud.5.1.℣.1.

Fieri, & *Facere*, inverecundius quid notat. Capt.5.2.℣.13. Itidem apud alios authores. Martialis l.2. Epig.31. *Sæpe ego Chriſtinam futui. det quam bene quæris?*

Supra quod fieri nil Mariane poteſt. Et lib.1. Epigr.46.

Cum dicis, Propera, fac, ſi facis, Ædiles; languet;
Protinus & ceſſat debilitata Venus. Catullus:

Auſilena, bonæ ſemper laudantur amicæ:
Accipiunt pretium quæ facere inſtituunt.

Petronius crebrius; *Non taces nocturne percuſſor? qui ne tum quidem cum fortiter faceres, cum pura muliere pugnaſti.* Idem; *Si quid vis, fac iterum.* Mox; *Quare non facimus?* Idē.

— *non ſanguine triſti.*
Perfuſus venio; non templis impius hoſtis
Admovi dextram; ſed inops, & rebus egenus
Attritis, (facinus) non toto corpore feci. Iuvenalis Satyra VII.

Exigite, vt mores teneros ceu pollice ducat,
Vt ſi quis cera vultum facit, exigite, vt ſit
Et pater ipſius cœtus, ne turpia ludant,
Ne faciant vicibus. non eſt leve tot puerorum
Obſervare manus, oculoſq; in fine trementes.

Fieri; primam producit. Amph. 1.7.ṽ.25.& 2.2.ṽ.221.Rud.4. 3.ṽ.96. Sic *fuerit*. Aſin. 1.1. ṽ.97.

Fiet aliquid in conviviis, cùm delitiæ inſtruuntur. Truc. 2. 4.ṽ.15. Terent. Phorm.2.2. ṽ.27.

Figularis rota. Epid.3.2.ṽ.35.

Figura interdum obliquæ reprehenſiones dicuntur: non tamen à Cicerone, ſed à poſterioribus. Suet. Domit. c.10. *Item occidit Hermogenem Tarſenſem, propter quaſdam in hiſtoriâ figuras, & qui eam deſcripſerant, crucifixit.* Et in Veſpaſ. c. *Animus, libertatem cauſidicorum figuras, ac Philoſophorum contumaciam leviſſimè tulit.*

Filia herilis. Aul.1.1.ṽ.36.Ciſt.2. 3.ṽ 8.

Filia integra. Truc.4.3.ṽ.47.

Filiis: pro *filiabus*. Pœn.5.3.ṽ.9. Stich.4.1.ṽ.61. Sic Varr. re r. *equis*, pro, *equabus*. Et lib.3. r. r.c.16. *Diis*, pro, *Deabus*.

Filius familiaris. Aſin.2.2.ṽ.43. Capt.2.2.ṽ.23.

Filius herilis. Caſ. Grex.ṽ.3. Ciſt. 4.2.ṽ.83. Epid. Arg.ṽ.4. & 1. 1.ṽ.60.& 1.2.ṽ.60. Bacch.2. 2.ṽ.55. & 2.3.ṽ.132. & 4.9.ṽ. 7. Moſt.1.1.ṽ.20.79. Pſeud. 1.4 ṽ.2.40. & 2.3.ṽ.7. Trin. 3.1.ṽ.1. Truc. 2.2. ṽ.42.& 3. 2.ṽ.1.

Filius abditivus; *hoſpitalis*. Pœn. Prol.ṽ.65.75.

Filij lecti ſine probro: qui legitimè nati ſunt. Bacch.4.9.ṽ.50.

Filum. Tralate eo utuntur ſæpe, *corporis filum*: pro habitu, & figura, ſive lineamento. Græce χαρακτήρ, περιγραφή. Plaut. ita utitur Merc. 4.4. ṽ.15. *Lautis ſcitum filũ mulieris*. Sic *A*g. 1.9. de Pythagorâ: *Iam à principio adoleſcentes, qui ſeſe ad diſcendum obtulerant, ἐφυσιογνωμόνει. Id verbum ſignificat mores naturaſq; hominum, conjectatione quadam de oris & vultûs ingenio, deq; totius corporis filo atq; habitu, ſciſcitar.* Idem lib.14.4. *Facit quidem imaginem juſtitiæ, & formâ atq; filo virginali.* Ita etiam Lucretius eo utitur libr. 2.ṽ 341.

> *Eſſe pari filo, ſimiliq; affecta figurâ.*

Ibid.ṽ.340.

> *Debent nimirum non omnibus omnia prorsùs.*

Et lib.4.ṽ.86.

> *Quæ vulgò volitant ſubtili prædita filo.*
> *Sunt igitur iam formarum veſtigia certa.*

Appuleius de Deo Socratis: *fila corporum poſſident rara & ſplendida.* Agellius *forma atq; filum virginale dixit.* Vide paulò ante. Sic & de Orationis tenerâ figurâ, ſeu modo, & ſtylo, utitur eodem nomine & Cicero, & alij. Eraſmus inter Proverbia numeravit. Cicero in Lælio cap. *Sed aliud quoddam expetimus filum orationis tuæ.* Et de Orat. *Omnes etiam tum retinebant illum Periclis ſuccum, ſed erat paulò uberiori filo.* Ibid. *Et tenue argu-*

argumentandi ſilum.&c. Et lib.3.de Orat.cap. *Quare, ut ante dixi, primùm ſilva rerum & ſententiarum comparanda &c. quâ de parte dixit Antonius, hac formanda ſilo ipſo, & genere orationis.* Et ſic ad Dolabellam lib.9.Epiſt.12. *Oratiunculam pro Deiotaro & tibi miſi: quam velim ſic legas, ut cauſam tenuem & inopem, nec ſcriptione magnopere dignam: ſed ego hoſpiti veteri & amico munuſculum mittere volui craſſo filo, cuius modi ipſius ſolent eſſe munera.* Sic ibi leg. vide infr. *Levidenſe.* Hunc Ciceronis locum planè imitatus eſt Symmachus lib. 1. Epiſt.1. *Quare elaboratam ſoloci filo accipe cantilenam.* Quod eſt, *filum craſſum.* de quo infra in *Solox.*

Fingere: facere. Amph.1.1.℣.161.

Fingere fugam: meditari, moliri, & ſtruere fugam. Capt. 2. 1. ℣.14.

Lucill. lib.28. Satir. *Sed fuga fingitur, timido vadit pede percitus.*

Fingi. Pœn.1.2.℣.11.

Fingit aptatq;. Capt.2.2.℣ 54.

Finis. Latine, an ei, quod Græci τέλος vocant, planè reſpondeat ipſe Cicero, qui eâ re Græcorum τέλος aliis nominibus Latinè reddidit, *ultimum, extremum*, & interdum *ſummū* id appallans. Vtitur tamen & *finis* vocabulo, ſed dubitans initio. Cicero lib. 1. de fin. cap.6. *Quid eſt enim in vitâ tantopere quærēdum, quàm quid ſit finis, quid extremum, quid ultimum? Quod Græci τέλος nominant.* Et lib. 3. de fin cap. 7. *Videamus nunc, quàm ſint præclarè illa iis, quæ iam poſui, conſequentia. Cùm enim hoc ſit extremum (ſentis enim, credo, me diu, quod τέλος Græcos dicat, id dicere tum extremum, tum ultimum, tum ſummum: licebit etiam finem pro extremo aut ultimo dicere) Cùm ergò hoc ſit extremum, cōgruenter naturæ cōuenienterq; vivere.* Et eod.lib.c.16. *Vt enim, inquiunt, ſi hoc fingamus eſſe quaſi finem, & ultimum, ita iacere talum, ut rectus aſſiſtat.* Sic dicimus: *Ad eum finē: Ad quem finem*: pro, *Vſq; eò, quouſque.* Cic. lib.1.de Orat. cap. *Aut oratione aliquâ ad eum finem, quem memoria poſſumus comprehendere.* Et Nepos in Epaminond. *Itaq; exercebatur plurimùm currēdo & luctando, ad eum finem, quo adſtans complectere poſſes & cōtendere.* Cicero pro Cælio c. *Quem ergò ad finem putas conſtituendam illam ætatem fuiſſe?* Et Catil. 1. cap. *Quem ad finem ſeſe effrenata iactabit audacia?*

Finis & modus. Merc.3.4 ℣.67.

Finitor: agrimenſor, agrorum metator, decēpedator. Pœn. Prol. ℣.49.

Fio, factum. Quid me, quid illo factum. Terent. Andr. 5. 4. ℣.33. *Poſtillà nunc primùm audio, quid illo factum.* Cicero Accuſat. Verr.5.cap.40. Oc-

currebat illa ratio, quid Cleomene fiet. poteron' animadvertere in eos, quos dicto audientes eſſe juſſi: miſſum facere eum, cui poteſtatem imperiumque permiſi. Ita ibi vett. libb. ubi vulg. *Cleomeni*: ut & Lambinus admonuit.

Firmiter. Epid. 1. 1. ℣. 7. Pſeud. 3. 2. ℣. 111. Caſ. 1. 1. ℣. 44.

Firmitas. Moſt. 1. 1. ℣. 41. & 3. 2. ℣. 137.

Firmitudo animi. Aſin. 2. 2. ℣. 54.

Firmus: pro, egregius, benè cōſtitutus, bonus. Plato quoque utitur βέβαιος lib. 5. de Republ. Cicero pro Cornel. Balbo cap. *Dixit cauſam ex coloniâ Latinâ, inprimis firmâ & illuſtri.* Et lib. 2. de leg. cap. *Non enim populo Rom. ſed omnibus bonis firmiſque populis leges damus.* Et lib. 13. Epiſt. 4. *Illud verò dubitare non debet, quin tam grave, tam firmum, tam honeſtum municipem tibi ſuo ſummo beneficio in perpetuum obligare velis.* Et Divin. in Verrem cap. *Deinde accuſatorem firmum, verumq; eſſe oportet.* Vbi tamen Aſcon. Pædianus, *firmum ut poſſit: verū ut ſit firmiſſimum præſidium & firmum.* Idem Philipp. 5. cap. *Circumſedit Mutinam firmiſſimam & ſplendidiſſimā P.R. coloniam.* Et Philipp. 7. c. *qui firmiſſimam Mutinam coloniam oppugnavit.*

Fiſcina. Merc. 5. 4. ℣. 28.

Fiſcus. Truc. Prol. ℣. 22.

Fiſtula paſtoritia, quid ſit apud Ciceronem lib. 1. Attic. Epiſt. 13. eruditè explicat Muretus lib. 1. Var. lect. cap. 19. Ibi vide ſis.

Fit fortunis Truc. 4. 1 ℣. 11. *Quid fuat fortunis.*

Fitote Amph. Sc. *Quis tam.* ℣. 59.

Flabellifera: ancillæ, quæ flabellum ferunt. Trin. 2. 1. ℣. 22.

Flagitare aliquem nomen. h. e. debitum exigere ab aliquo: notum. A quo & *Flagitator*: Vide de fœneratore Lex. Iuris.

Flagitare aliquem. In obſcænâ notione: pro. Conſtuprare aliquē. Feſtus: *Interdum flagitatos dicebant antiqui mares, qui ſtuprum paſſi aliquando eſſent.* Apul. lib 8 Met. *ſpurciſſima illa propudia ad illicita libidinis extrema flagitia infandis inguinibus efferantur paſſimq; circumfuſi nudatum, ſupinatumq; juvenem execrandis uredinibus flagitabant.* Vlpian. l. 2. § 3. D. de priv. *Item ſi quis ancillam flagitaverit, utraque actione tenebitur.*

Flagitari clamore: per præcones proclamari. Men. Prol. ℣. 46. Dicuntur etiam illi *flagitari clamore*, qui ære alieno conconſtricti tenētur. Pſeud. 4. 7. ℣. 46. Curc. 3. 1. ℣. 9. & 5. 2. ℣. 5.

Flagitator: importunus & moleſtus creditor, qui pecuniam creditam cum conuitiis repoſcit. Moſt. 3. 2. ℣. 77. Caſin. Prol. ℣. 24. Curc. 5. 3. ℣. 5.

Flagitium. Trin. 3. 1. ℣. 11. & 3. 2. ℣. 17. & 4. 3 ℣. 28.

Flagitium. ζημίας pro damno. Merc. 2. 3. ℣. 82.

Flagitium: pro efflagitatione, con-

cõvitio, appellatione clamoſa. Epid.3.4.℣.79. Alibi *clariſſu poſcere*. Curc.3.℣.9.& 5.3.℣ 5. Merc.2.3.℣.7.1. Cato. *Intercutibas ſtupris flagitatus*: h. e. inteſtinis probris infamatus. Vide plura apud Feſtum *Occentare*. Ibi Scaligeri Notas. Vide & litt. O. *Occentare*. & litt. P. *Pipulum*.

Flagitium. In rebus obſcænis uſurpari à veteribus notiſſimũ eſt. Eſt enim, ut rectè explicat *P*. Victorius lib.11.cap.8.Var. lect. nomen rei fœdæ, atque indignæ polito homine. Plautus Pœn.3.2.℣.32. *Fores hæ fecerunt magnum flagitiũ modo*.

Flagitium pro dedecore, turpitudine, infamiâ, ut ſtuprum, de quo Feſtus. Sic Gracchus apud Iſidor. lib. 2. Orig. c.21. *Pueritia tua adoleſcentia tua inhoneſtamentũ fuit, adoleſcentia ſenectutis dedecoramentum, ſenectus* Reip. *flagitium*. Livius lib. 25.cap. *Simul & ingens flagitium imperij dempturus*. In XII. Tabb. erat lex: *Si quis occentaviſſet, ſive carmen condidiſſet, quod infamiam faceret, flagitiumque alteri, capital eſto*. Plautus Epid.3.4.℣.79. *Fides non reddes? P. Neq; fides, neque tibias. propera igitur hinc, ſi te DI amant, fugere. T. Abiero. cum flagitio majore poſt redias tamen*. Cicero lib.1. de Orat. cap. *Hac igitur, & horum ſimilia pura ſive civitatis ignorantem vagari magnâ cum catervâ toto foro, nomen imprimis flagitioſum putandum eſt*. h.e. turpe. Plautus Merc.2.3. ℣.87. Bacch. 1.2. ℣.64. Pœn. 5.2.℣.5. Pſeud.5.1.℣.3. Vide paulò ante. *Flagitare*, & infr. *Occentare*: & *Pipulo differre*.

Flagitium hominis. Caſ.2.1. ℣.8. Men.3.2. ℣.24. & 5.1.℣.9.

Flagitium ſtabuli. Trucul.2.7. ℣.31.

Flagitii fragrantia. Rud.3.4.℣.28. De homine flagitioſiſſimo.

Flagitij perſequens Caſ.2.1.℣.12.

Flagitium & damnum facere. Merc.2...℣.13.

Flagitioſè: malè, infirmiter, imbecillè. Cicero. lib.7. Attic. Epiſt.15. *Sed accipienda plaga. Sumus enim flagitioſè imparati cum à militibus, tum à pecuniâ*. Plautus Pœnol.5.2.℣.5. *Nam tuum flagitium eſt, tuas populares te pati ſervire ante oculos, domi quæ fuerunt libera*. Bacch.1.2 ℣.64. *Ego obſonabo, nam id flagitium ſit meum, meâ te gratiâ & operam dare mihi, & ad eam operam facere ſumptum de tuo*.

Flagitare aliquem: mendicorum eſt. Pœn.3.1.℣.36.

Flagitare creditorem. Pſeud.1.5. ℣.143. Inde *Flagitium*, pro convitio de ſolvendo debito. Et hic *Flagitatores*, qui nomitumultuoſius & inſtantius appellant: de quo paulò ante. Vide infr. *Poſcere*.

Flagra & ſtimuli. Pſeud.4.8.℣.3.

Flagritriba; qui aſſiduò terunt flagra, vel teruntur flagris, ut *Vlmitriba*. Pſeud.1.2.℣.5.

Flagrum:

Flagrum: pro, *flagrantia*, ſeu amore; in blanditiis. Pœn. 1.2. ℣.178. Vide ibi Animadverſ. noſtras.

Flaminium: pro munere Flaminis. Livius lib. 26. c. L. *Claudius Flamen* Dialis, *quòd exta perperam dederat, Flaminio abiit.*

Flammearius. Qui flammeo colore veſtes tingit. Germ. Ein Rothferber. Aulul. 3.5. ℣.36. Nonius: F*lammeum, eſt luteũ tegmen, quo matronæ velabantur.* Interpres vetus Iuvenalis. F*lammeum veſtis pudori ſimilis; quam & propter pudorem accipiebant.*

F*lectere.* Flectendi verbum eſt ὁδοιπορικὸν interdum, h. e. ad profectiones pertinet. Dicebant igitur *flectere promontorium aliquod*, pro, circumnavigare, & prꝫternavigare. Cicero lib. 5. Attic. Epiſt. *Actium maluimus iter facere pedibus, quia commodiſſimè navigaviſſemus, & Leucadem flectere moleſtum videbatur.* Sic Græci κάμπτειν ἄκρον. Idem lib. 2. de Divin. cap. 45. *Quod qui navigant, maximè animadvertunt, cùm in flectendis promontoriis ventorum mutationes maximas ſæpe ſentiant.* Interdum etiam de ætate. Cicero lib. 16. Attic. Epiſt. 13. *Veniſſemq; diluculo ad pontem* Tirenum, *qui eſt Minturnis, in quo eſt flexus ad iter Arpinas.* Idem pro Cælio cap. *In hoc flexu quaſi ætatis.* Et Panegyr. ad Conſtantium de Flavia urbe: *Sed ſtatim ab eo flexu, à quo retrorſum alia ducit in Belgicam.* Sic ex v. cod. leg. non. *fluxu.*

Flectere, & F*lexiones* de cantûs & modorum varietate. Lucret. lib. 5. ℣.1405.

Ducere multimodis voces, & flectere cantus.

Cicero lib. 2. de leg. cap. 15. *Illa quidem quæ ſolebant quõdam compleri ſeueritate iucundâ* Livianis *&* N*avianis modis, nunc ut eadem exultent, cervices oculoſq; pariter cum modorum flexionibus torqueant.* Et lib. 3. de Orat. *Quantò molliores ſunt & delicatiores meant flexiones, & falſæ voculæ, quàm certæ & ſeveræ.*

Flemina dicuntur, cum ex labore viç ſanguis defluit circa talos, & tumorem facit. F*eſtus.* Idem ferè cum *boa* & *tama.* Gloſſarium: ὁ τοὺς πόδας φλεγμαίνων. Hippocrates vocat χίδματα; leguntur etiam alibi φλέμινα, quomodo Romanis fluxus in pedes nominabantur. Paulo aliter Caper de Orthogr. F*lemina* ſunt, vbi abundant crura ſanguine. *Flemina* cum in manibus vel in pedibus calloſi ſunt ſulci. Epid. 5.2. ℣.5. Pſeud. 4.7. ℣.92. Pœn. 3.1. ℣.67.

F*locci aſtumare*: hoc eſt, nihil. *Floccus* enim eſt minima illa velut plumula, quæ ex veſte pexa decidit. Moſt. 1.1. ℣.73.

F*locci facere*; περὶ οὐδενὸς ποιεῖν. Nam F*locci* ſunt illa κροκίδια & particulæ in panno & vel-

leri-

leribus eminentiores, quæ detondentur. Curc.5.3.☩.37. Caſ.2.5.☩,24.Men.2.3.☩.69. & 5.7.☩.5. Moſt.3.2.☩.124. Epid.3.2.☩.12. Rud. Prol.☩. 47.& 3.5.☩.3.Stich.2.2.☩.12. Trin.1.2.☩.174.& 4.2.☩. 73.150. Truc.2.7.☩.45.& 4. 2.☩.56.Terent.Eun.2.3. *Non flocci pendo.* Cic.ad Att. *Remp. flocci non facere.*

Flocco habere: eſt, *flocci facere, nihili pendere*, aut potius *ludificari*, & riſui, ludibrioq; habere. Aſin.3.3.☩.111. vbi tamen Acidalio placet illud Nonii Nonii *Defloccare*, quod eſt, *prorſus ad nihilum redigere.*

Floccum non interduim. Trin.4. 2.☩.152.

Florea corona. Men.4.2.☩.68.

Florens; vegetus. Perſ.5.1.☩.18.

Florens corona conviviorum. Perſ.5.1.☩.18.

Florentem facere benefactis. Men. 2.3.☩.21.

Florere: de florente muliere. Truc.2.4.☩.3.

In *Floribus ipſis.* Proverbialiter dictum pro *in voluptate ipſâ.* Lucret.IV.1127. *Surgit amari aliquid, quod in ipſis floribus angat.*

Florus, antiquiſſimis: quod poſtea *floreus*, (Plaut.Aul.2.8.☩. 15.) & proſâ, *florens.* Ennium eo ſcribit uſum Servius in illud Virg.lib.12. Aen.☩.605. *Filia prima manu flavos Lavinia crines. Et roſeas laniata genas. Antiquâ*, inquit Serv. *lectio*, floros, *habuit: h.e. florulentos, pulchros. Et eſt Ennianus ſermo.*

Flos Poetarum. Caſ. Prol.☩.18.

Flos Liberi. vinum. Ciſt.1.2.☩.5.

Flos Libycus eſt vinum Mareoticum. Caſ.3 5.☩.16. Eiuſdem mentionem facit Horat. lib. 1. Oda 37. Sic αἶθος ἡφαίςυ pro igne dixit Æſchyl. αἶθος πυρὸς Philoſtr.

Flos vini veteris: eleganti tralatione & periphraſi, pro *ipſo vino veteri.* Curc.1.2.☩.1. Vide Lexicon Lucret. Dan. Par. *Flos avi. Flos Bacchi. Flos flamma. Florentia lumina flammis. Flos nardi. Flos cœna.* pro delicatiſſima cœna apud Agell. lib.15.c.8. Ita quoque apud Græc. τὸ αἶθος παρέλκει. Eurip. οἴνου ἄχνη. Sic apud Silium lib.XIII.—— *Bacchiq. & lactis honorem.* τὸ *honor* eſt ἐκ περιττοῦ. Apud Pindarum ἄνθεα μήλων ſunt τὰ μῆλα, & ἄνθεα ὕμνων παλαιοτέρων, &c.

Fluctus dubij: pro inæquabilibus, magnis. Livius lib.27.c. *Poſteaquam circumagente ſe vento fluctibus dubius volui cœptum eſt mare, pervicerunt quidem remis.*

Fluctus maritimi. Rud. Prolog. ☩.69.

Fluctuoſum mare. Rud.4.2.☩.5.

Fluvius rapidus. Men. Prolog. ☩.64.

Fluctus ſalſi. Trin.4.1.☩.2.

Fluvius: allegoricῶς, de fallaciis meretricum. Bacch.1.1.☩.52.

Focaria, dicuntur militum concubinæ. Imper. Antonin.l.5. cap.de cond.inſert. *Si cum focariâ ſuâ matreque eius moraretur.*

Focula: nutrimenta ſunt ignis, teſte Marcel. *à fovendo*. Capt. 4.2. ℣. 67. *Focula ferventia*. Perſ. 1.3. ℣. 24. *Focula ventris*. Lucillius lib. Satyr. 29. Apud Non. *veterem alienum mœſtū fouere ex molito hordeo, uti cataplaſmo*.

Fodare. Vide ſupr. *Effodare*.

Fodere ſtimulis. Men. 5. 5. ℣. 48. Curcul. 1. ℣. 40. Bacch. 5. 2. ℣. 39.

Fodicare animum: eſt, fodere & affligere animum. Bacch. 1. 1. ℣. 30.

Fodere latus. Vide litt. L.

Fœda facta. Amph. 5. 1. ℣. 33.

Fœdare, pro, vulnerare. Amph. 1. 1. ℣. 90.

Fœdare rem patriam. Trin. 3. 2. ℣. 30.

Fœdus: pro ſtipulatione. Pſeud. 5. 1. ℣. 36.

Fœdus, pro re fœdâ, & inhoneſtâ, pro ſcelere ſumi putant aliqui à Paulo IC. l. Senatoris 47. D. de ritu nupt. Tit. 2. lib. 23. *Senatoris filia, quæ corpore quæſtum vel artem ludicram fecerit, aut in judicio publico damnata fuerit, impune liberto nubit. Nec enim honos ei ſervatur, quæ ſe in tantum fœdus duxit*. Sic ex Flor. leg. vulg. *tantum ſcelus*. quod forte rectius, & verius.

Fœdus, a, um, pro, Crudeli Cic. lib. 12. Offic. cap. *Victoria fœdior*. Et lib. 1. cap. *Sunt quædam partim ita fœda, partim ita flagitioſa, ut ea ne conſervandæ quidem patriæ causâ ſapiens facturus ſit*. Salluſtius *fœdos Catilinæ oculos* vocat. h. e. ſævitiam, & immanitatem præ ſe ferentes Cicero pro Sextio cap. *fœdus vulnus Clodij* dicit. Virgil. lib. 2. de Aen. ℣. 55.

> *Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras*.

Vbi Servius: *Fœdare, eſt lacerare: & fœdum eſt crudele*. Ovid. lib. 1. Met. & in Ibin.

> *Fœda Lycaonia referens convivia menſa*.

Fœmen; femur. Mil. 2. 1. ℣. 48.

Fœnerator lucripeta. Moſt. Arg. ℣. 6.

Fœneratò aliquid auferre; ſuo damno & malo. Men. 4. 2. ℣. 40. Aſinar. 5. 2. ℣. 53. *fœneratò hæc funditat*. Vbi *fœnus* in malam partem accipitur: quia *fœnerari* idem eſt, quod hominem occidere, ait Cicero lib. 1. Offic. cap. In bonam partem accipit Propert. lib. 3. Eleg. 1. *Poſt obitum duplici fœnore reddet honos*.

Fœnum eſſe oportet. Vide ſupr. in *Factum*.

Fœnuſculum. Pſeud. 1. 3. ℣. 52.

Fœtere. Aſin. 5. 2. ℣. 44. *Fœtet anima uxoris*. Caſ. 3. 6. ℣. 7. 1. i. *fœtet tuus ſermo*.

Fœtidare. Eſt fœtidum ſe reddere. Probum verbum Latinum, quod primus Plauto noſtro aſſerui Merc. 3. 3. ℣. 13. *Iejunitatis plenus animam fœtidas ſenex hirquoſus*. Ita namque ex MS. Pal. Nonij Marcelli in, *Anima* locum illum primus reſtitui. quomodo etiam legitur in Editione Nonij, quæ à Cor-

Cornelio Vitellio procurata eſt, & edita Baſileæ An. 1526. Vulgò enim perturbatiſſimè locus ille legebatur: quomodo oſtendi in Animadverſionibus, quas videſis Eſt autem *fœteo* & *fœtidus* verbum frequentativũ *Fœtidare*, facere ut fœteat. Vt *fluidare*, fluidum reddere, apud Plin. 17. 26. *humidare* apud Gariop. lib. 5. c. 33. *ſuccidare*. quod Plinio Valeriano reſtituit Clariſſimus vir *Thomas Reineſius* in Variis ſuis lectionibus lib. 2. c. 8. & lib. 3. c. 18. ubi & aſſenſu ſuo comprobat noſtrum *Fœtidare*. Sic dicebãt quoq; *candidare*, dealbare. Plura eiuſdem modi legi poſſunt apud eũdem Reineſiũ locis prædictis.

Fœtus, pro, gravidus. Moſt. 3. 2. ℣. 168. Aliter tamen ibi leg. Vide Animadv.

Fœtus etiam de frugibus & arboribus dicitur. Pacuv. apud Nonium: *Nec grandi frugum fœtum nec miteſcere*. Lucret. lib. 1. ℣ 208.

Poſtremo quoniam incultis præſtare videmus.
Culta loca, & manibus meliores reddere fœtus.

Et lib. 2. ℣. 1158. de terrâ:

Ipſa dedit dulces fœtus, & pabula læta.

Virgil. Georg. lib. 2. ℣. 69.

Inſeritur verò ex fœtu nucis arbutus horrida.

Folia: de rebus nullius pretii aut ponderis quaſi illa ipſa ad ſpeciem tantùm, & nullatenus cum arborum truncis, aut etiam fructibus comparanda. Men. 2. 3. ℣. 24. Apul. lib. 1. Met. *Folia ſunt artis, & nugæ meræ.*

Follis; pro ſacculo ſcorteo, numorum receptaculo. Aul. 2. 4. ℣. 23.

Follis pugillatorius. Rudent. 3. 4. ℣. 26.

Follitim ductitare; dicebantur ſervi, qui non modicâ ſummâ pecuniæ heros circum dicebant, ſed tanta, quæ folles implere queat. Epid. 3. 2. ℣. 15. *Follis* erat ditiorum: *pera*, pauperiorum. unde tribuitur fere mendicis.

F*ons vitij & periurij*: Truc. 2. 7. ℣. 50. Petron. *O hominem acutum, & urbanitatis vernulæ fontem.*

Fontinalis: pro, aqua. Stich. 5. 4. ℣. 17. Deus fontium.

Forare; pro, perforare, de ſervis. Moſt. 1. 1. ℣. 53.

Foràs. Vtramq; corripit. Pœn. 5. 5. ℣. 4. Stich. 4, 2. ℣. 1. & 4. 4. ℣ 55.

Foras-gerones; qui omnia foras deportant. *Truc.* 2. 7. ℣. 1.

Foras *ſe dare*. Mil. 2. 3. ℣. 37.

Foras, pro, *foris*. ſæpe corruptum apud Authores, iudicavit P. Victorius lib. 15. Var. lect. cap. 5. Cicero lib. 3. ad Q. Fr. Epiſt. 6. *Cùm ſcripſiſſem hæc infima, quæ ſunt meâ manu, venit ad me Cicero tuus ad cœnam, cùm Pomponia foràs cœnaret.* Sic ibi MS. cod. vide etiã loca Plauti Moſt. 4. 3. ℣. 12. Men. 1. 2. ℣. 15. Stich. 4. 2. ℣. 16, 17, Terentius Eun, 2, 3, ℣, 67,

Fore. Interdum & futuris inngitur. Cicero pro Milone cap. *In his ſingulis ita ſemper æſtimabitis vivo Yelodio nihilhorum nos uſuros fore.*

Fores conſervas dicit ſervus domus herilis: quod quaſi ſecum ſerviant hero. Aſin. 2.3. ℣. 6. Curc. 1. 1. ℣. 40. Sic Ovid.

Duraq; conſerva ligna valete fores.

Catullus: *Ianua quam Balbo dicunt ſerviſſe benigne Olim cum ſedes ipſe tenuit.*

Fores feſtivæ. Curc. 1.1. ℣. 88.

Foret: pro, *fuiſſet.* Bacch. 4.8. ℣. 75.76.

Foris, ij. Singulari numero. Amp. 1. 2. ℣. 3. 4. Caſ. 2. 1. ℣. 15. & 5. 1. ℣. 17. & 5. 2. ℣. 15. *Bacch.* 4. 7. ℣. 35. & 4. 9. ℣. 134. & 2. 2. ℣. 76. Moſt. 2. 2. ℣. 74. & 5. 1. ℣. Perſ. 3. 2. ℣. 5. Stich. 1. 2. ℣. 30.

Foris eſſe dicuntur, qui debent multa, eâque re latitant, ut adeſſe negentur. Cic. in Piſ. cap. *Mihi verò ipſi coram genero meo propius quoq; dicere auſus es? agere foris eſſe Gabinium, ſive provincia ſtare non poſſe:*

Foris concrepuit. Mil. 2. 1. ℣. 76.

Foris quærere, petere. Vide Domi.

Forium ſonitus. Curc. 1. 3. ℣. 1.

Forma: pro indole &c. Merc. 2. 3. ℣. 61.

Forma amœnitas. Mil. 4. 4. ℣. 36.

Forma corporis. Merc. 3. 4. ℣. 53. Pœn. 5. 2. ℣. 154.

Forma eximia. Merc. 1. 2. ℣. 97.

Forma expetenda & liberalis. Perſ. 4. 3. ℣. 5.

Forma regia: qualis regem decet, auguſta. Mil. 1. 1. ℣. 10. Turn. lib. 7. c. 6. Hinc vetus Poeta apud Ariſtot. lib. 1. & 4. Polit. de Priamo: πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος: & Priamus apud Homerum de Agamemnone, quem tamen ignorabat, βασιλῆϊ δὲ ἀνδρὶ ἔοικεν. Propert. lib. 4. Eleg. 4. *Obſtupuit Regis facie.*

Forma ſcita. Merc. Arg. ℣. 1.

Forma ſcitula. Rud. 4. 1. ℣. 3.

Forma lepida & liberalis. Epid. 1. 1. ℣. 41. Mil. 4. 1. ℣. 20. Perſ. 1. 3. ℣. 50.

Forma ſimilis. Men. Prol. ℣. 16.

Forma mala. Merc. 2. 3. ℣. 79.

Formica. Trin. 1. 4. ℣. 8.

Formidare: renuere, nolle. Aſin. 2. 4. ℣. 55. 56. Pſeud. 1. 3. ℣. 81. Vide etiam, *Metuere.*

Formido malè. Ciſt. 4. 2. ℣. 4.

Formido paveo. Ciſt. 2. 1. ℣. 58. & 4. 2. ℣. 20.

Formido. Venatorum vocabulum. Solent olim venatores ſaltum, in quo aves capere vellent, lineâ non gemmarum (de quâ in Iure ff. lib. 35. tit. 2. l. 26. & alibi ſæpius) ſed lineâ ſeu cingulo plumarum variarum circumdare, quam lineam Venatores *Formidinem* vocabant. Olim enim, ut & hodie Venatorum ſua erant vocabula. Nemeſianus de Venatione ℣. 303.

Linea quin etiam magnos circundare ſaltus.
Quæ poſſit volucreſq; metu concludere prædas.

Ovidius lib. 15. Met. ℣. 475.

Retia

Retia cum pedicis, laqueoſque arteſque doloſas Tollite, nec volucrem (ſic Ms. meus Chiffletianus) *viſcatâ fallite virgâ. Nec formidantes cervos includite pennis.*

Virgilius lib. 12. Aen. v. 749. *Incluſum veluti ſi quando flumine nactus Cervum, aut puniceæ ſeptum formidine pennæ, Venator curſu canis, & latratibus inſtat.*

Horatius lib. 1. Satir. 8. ℣. 3. *—Deus inde ego furum aviumque Maxima formido.* Eò enim puto alluſiſſe Horatium.

Oppianus, ut annotavit diligentiſſimè Turnebus Adverſ. lib. 5. c. 5. vocat δειμαλέην μήρινθον h. e. *formidoloſam lineam*, & δεῖμα πολύχροον. h. e. *formidinem multicolorem*. Seneca lib. 2. de ira cap. 12. *Nec eſt mirum cum maximos ferarum greges linea pennis diſtincta cōtineat, & in inſidias agat.* Ab ipſo effectu dicta *Formido*. Vanis enim vana terrori ſunt. Vide plura apud diligentiſſimum Interpretem Cunr. Ritterſhuſium ad Oppianum.

Formidoloſa herba dictu, eſu. Pſeud. 3. 2. ℣. 35.

Formis: pro *formoſus, a.* Bacch. 2. 2. ℣. 38. quamquam hic MSſ. Pall. *fortis*: quod Servio & Nonio eſt, *formoſus*. Vide Animadverſiones.

Formula: ὑποχειρικὸν. Perſ. 2. 2. ℣. 47

Formula. Pro iure, proprietate. Vt: *Hæc urbs eſt formula Romanorum. Hoc oppidum eſt formula Græcorum*. hoc eſt, Eſt in eorum jure. Tralatione factâ à formulis Iuris. Livius lib. 39. cap. 26. *Et Paracheloida, quæ ſub Athamaniâ eſſet, nullo iure Theſſalorum formulæ factam.* Et lib. 31. cap. *Et Perinthum Byzantijs in antiqui formulam Iuris reſtitui.* Et lib. 33. cap. *Eodem anno Antiochus Rex cùm hybernaſſet Epheſi, omnes Aſiæ civitates in antiquā Imperij formulam redigere eſt conatus.* Et lib. 26. c. *Etſi turbata poſſeſſio ſit eas aut ex formulâ Iuris antiqui. aut ex partis utriusq; commodo componi, Vrbem in quam formula ſui iuris facerent.* Et lib. 39. cap. *Ejuſdem formulæ diſceptatio de Magnatum oppidis fuit.* Vbi tamen potiùs accipiendum erit pro ejuſdem rationis & modi. Vt eodem lib. de iniuriis, quas ultrò citroque illatas querantur. *Qu. inter eas gentes & Macedonas diſceptata formulam juris exequendi conſtituendam eſſe.*

Foro merſi dicuntur, qui alieno ære ſunt obruti. Quia olim in foro erant daniſtæ. Epid. 1. 2. ℣. 16.

Foro cedere dicebantur argentarii, cùm menſis ſuis cedentes aliò habitatum migrabant. Perſ. 3. 3. ℣. 37.

Fors. Fortuna. Fortè aliquid fieri: cui ratione adverſatur. *Fors* autem & *forte* ſæpe perperam à librarijs ſeriptum, *ſors*, & *ſorte*. Vide Carr. lib. 3 Antiq.

cap.19. Salluſt. Iugurth.cap. *Falſò queritur de natura ſua genus humanum, quod imbecilla atq; ævi brevis forte potius viderit, quæ talibus in rebus plus quàm ratio poteſt.* Horatius lib.1.Sat.1.℣.1.

Qui fit, Mecænas, ut nemo, quā ſibi ſortem
Seu ratio obiecerit, illâ contentus vivat. Sic vetus lib.

Fortaſſe: eleganter infinitiuo iūgitur. Pœn.5.2.℣.44. Sic quoque vſurpantur: *Certe, videlicet, ſcilicet, Ædepol.* Stich.4.1.℣.49. *Videlicet parcum illum fuiſſe ſenem.* Lucret.lib.2.℣.467. *Scilicet.* Aſin.3 2.℣34. *Edepol ſenem Dæmenetum lepidum fuiſſe nobis.*

Fortaſſean. Probum adverbium, quod ſæpe corruptum in auctoribus, prout id rectè oſtendit Magnus Cujacius lib. 9. Obſerv. cap. 10. ubi vide varia exempla. Idem obſervavit P. Colvius ad Apuleij Apolog. Seneca Epiſt. 29. *Vitia eius etiamſi non excidero, inhibebo. Non deſinent, ſed intermittentur fortaſſean, & deſinent.* A. gell.73. *Eadem omnia deſtinctius numeroſiusq; fortaſſean dici poterant.* Sic dicebāt, *fors, forte, fortean, & fortaſſis, fortaſſean.* Sed ſæpe deprauata ſunt in libb.

Fortaſſis: concedendi particula. Aſin.2.4.℣.86.95. Germ. Es mag ſeyn.

Forte: caſu. Moſt.2.2.℣.56.

Forte: eleganter de nota temporis. Men. Prol.℣.29.63. *Tantī ludi forte erant.*

Forte fortuna. Mil.2.3.℣.16.

Fortis. Propriè videtur valere idem, quod, acer, vehemens. Ex eo tralatum ad virtutem. Livius lib.3. cap. *Vbi vellent experirentur, quantò fortior dolor in libertate ſuâ vindicāda, quàm cupiditas injuſta dominatione eſſet.* Sic ibi vet. lib. nam Vulg. *ferocior.* Cicero lib.1. de Nat. Deor. cap. *Quid eſt enim veritate fortius?* Sic ibi omnes vett. libb. & olim editi: ſed alii nunc exponunt *fœdius*, alii, *turpius*. Idem lib. 7. Attic. Epiſt.3. *Putasne igitur verendum eſſe, ne aut objiciat id nobis aliquis, ſi languidius, aut repetat, ſi fortius.* Idem lib.1. Offic. cap. *ſequemur id quod acutum* &c. & id, quod vehemens atque forte. Et lib 5. Attic. Epiſt.11. *Hoc loco fortibus ſanè oculis Caſſius (Martem ſpirare diceres) ſe in Siciliam non iturum.* Et lib.2. de Orat. cap. *Non enim ſemper fortis Oratio quæritur, ſed ſæpè placida, ſubmiſſa, lenis* &c. & *ſemper Ajax fortis, fortiſſimus tamen inferiore.* Et Catil.3.c. *Dicta à Principibus acerrima ac fortiſſima ſententia.*

Fortis: pro, durus Aſin. 3. 2. verſ.10. *Qui me vir fortior eſt, ad ſufferendas plagas?* Propert. lib.1. Eleg.8. verſ.6. *Fortis, & in dura nave jacere potes.* Terent. Phorm. 2. 2. verſ. *Fortis Phormio.*

Fortis, olim, *bonus, frugi, probus*, valuit. Quare Cicero hęc duo, *bonus* & *fortis* coniungere ſolet.

ſolet. Et ſequutus eſt Horatius. Paulus Epit. Feſti. *Fortis, frugi, & bonus, ſive validus.* Plautus Trin. 5. 2. ℣. 9. *Eam ſororem deſpondiſſe ſuam in tam fortem familiam.* Lucilius lib. 30. *Omnes formoſi, fortes, ergò improbus eſt.* Nonius *fortis* accipit pro divite. ſed errat. Cicero Verr. 3. Cap de filio Verris: *Quem ego, Iudices, quamvis bonum fortemque facile paterer evadere.* Pro Balbo c. 7. Non gravior L. Cornelio, quàm *multis viris bonis, atque fortibus conſtitui lex vita & conditio videtur.* Et in Piſonem cap. *Habet hoc virtus &c. ut viros fortes ſpecies eius & pulchritudo etiam in hoſte poſita delectet.* Vide infr. Mantiſſ. de verb. ἐκ παραλλήλω. Ea notione *Fortiſſimus* apud Ciceronem eſt, ut *Clariſſimus*: veluti laus & titulus præſtantis hominis. Cicero in Vatin. cap. de Q. Metello: *Ex deſiderio clariſſimi & fortiſſimi civis.*

Fortis de corpore. pro robuſto. valente, & pulchro. Plautus Mil. 4 3 ℣ 18. *Quid iſtuc quid fortis?* εὐπαγκῶς. Germ. Ein wacker Kerles. Perſ. 5. 2. verſ. 65. *Hicine eſt, qui fuit quondã fortis?* Cæſar. bell. Gall. c. *Equidem millia erant &c. totidem numero pedites velociſſimi*, Sic & *fortiſſima ligna* vocat lib. 2. de bello civili cap.

Fortis familia: dives, copioſa. Mil. 4. 3. verſ. 18. Trin. 5. 2. verſ. 9.

Fortiuſcula: rara ſignificatione *pulchram* notat, & ætate atque viribus integram. Mil. 4. 3. verſ. 13 Bacch. 2. 2. ℣. 38. Nec aliter Nonius interpretatur: & Seruius ad 1 v. Æneid. Alio etiam ſignificatu *Fortis* diuitem notat. Trin. 5. 2. verſ. 9. Vide etiam Iul. Cæſ. Scal. de L. L. lib. 1. cap. 22.

Fortuito: mediam vt plurimum producit. Aul. 1. 2. v. 41 Horat. lib. 2. Od. 15. *Nec fortuitum ſpernere ceſpitem.* Sic *gratuitus, pituita.*

Fortuna. In ſingulari numero pro bonis & ſalutaribus. Sed ita optimi auctores non ſunt loquuti. niſi poetę. Horat. lib. 1. Epiſt. 5. ℣. 25.

Quid mihi fortuna, ſi non conceditur uti?

Vbi tamen cum Mureto malim *fortunas.* Scævola I C. lib. 40. tit. 7. l. 40. in Stich. § 4. Argentarius de ſtabulis: *Argentarius coactor cùm penè totam fortunam in nominibus haberet, ſervis actoribus libertatem ita dedit. ſiquis eſt Iudices, qui C. Rabirium, quod ſua fortuna fundatas præſertim atq; optimè conſtitutas opes, poteſtati Regiæ libidinique commiſerit.*

Fortuna, *aurum* pro *bonis*, patrimonio. Cicero pro Rabirio Poſth. cap. de Cæſare: *Ergò Rabirium Poſthumum equitum*

Romanum veterem amicum &c. *labentem falſis & ſuſtinuit re,, fortunâ, fide.* Vbi tamen invitis libb. Lambinus legit, *fortunis*. Scævola IC. ff. lib. 22. tit. 3. l. qui teſtamentum 27. De probat. *Titio centum do, lego, quæ mihi pertulit, quæ ideò ei non cavi, quod omnem fortunam, & ſubſtantiam ſi quam à matre ſuſceperat, in ſinu meo habui, ſine ullâ cautione.* Livius lib. 22. cap. *Itaque locum & tempus inſidijs aptum ſe habere ratus nocte propriam nihil præter arma ferentes ſecum milites ducens, caſtra plena, omnis fortunæ publicæ privatæque relinquit.*

Fortuna anthracina. Rud. 2. 6. ℣. 49. In ioco. Præſtat tamen retinere lectionem Mſſ. Pall. *anatina*. Vide Animadverſiones. (Pœn, 3. 3. ℣. 11.

Fortuna. appellativè pro Dea.

Fortunæ adiutrix. Pœn. 5. 2. ℣. 13.

Fortuna bona, mala. Aul. 1. 2. ℣. 22. Rud. 2. 6. ℣. 17.

Fortuna obtigit è virtute. Pœn. 5. 5. ℣. 49.

Fortuna uti. Bacch. 5. 1. ℣. 22.

Fortunæ deſcriptio. Merc. 5. 2. ℣. 1.

Fortuna obſequens. Aſin. 3. 3. v. 127. Inſcriptio quæ eſt Comi in ſacello D. Mariæ Milatinæ Pag. LXXV. 6. FORTVNÆ. OBSEQVENTI.

ORDO. COMENS.

VOTO. PRO. SALVTE. CIVIVM.

SVSCEPTO.

Vide inibi quoque Epigr. 8.

Fortunæ. Truc. 2. 4. ℣. 21. & 4. 1. ℣. 11.

Fortunæ miſeræ. Rud. 1. 3. ℣. 1

Fortunæ ſecundæ. Stich. 2. 2. ℣. 28.

Fortunæ immūdæ. Ciſt. 1. 1. ℣. 116.

Fortunæ ſolent mutarier. Truc. 2. 1. ℣. 9. *Fortunæ rota.* Ibidem ℣. 11.

Fortunæ: pro fortuna. Rud. 2. 6. v. 39. *Laudo fortunas tuas.*

Fortunæ: in deteriorem partem, pro, miſeriis. Mil. 2. 1. ℣. 47.

Fortunam ſibi fingere. Trin. 2. 2. ℣. 82.

Fortunas ſuas queri. Caſ. 2. 1. ℣. 14.

Fortunare. Trin. 2. 4. ℣. 175.

Fortunatorum inſulæ. Trin. 2. 4. ℣. 148.

Fortunatus. Bacch. 3. 3. ℣. 51. Pſeud. 4. 6. ℣. 3.

Fortunatum oppidū. Vide litt. O.

Fortunatum atque bonum. Caſ. 2. 6. ℣. 30.

Forum coquinum, furinum. Pſ. 3. 2. ℣. 1. 2.

Forum infimum: infima pars fori. Curc. 4. 1. ℣. 14.

Forum medium: media pars fori. Curc. 4. 1. ℣. 15.

Forum piſcarium. Curc. 4. 1. ℣. 13.

Forum: pro, *forium.* Curc. 1. 3. v. 1.

Forus: pro ſcammo quolibet. Valer. Max. lib. 4 cap. 3. *M. V. autem Curius exactiſſima norma Romanæ fragilitatis, idemque fortitudinis perfectiſſimum ſpecimen, Samnitium legatis agreſti ſe in foro aſſidentem foco, atque ligno, catillo cænantem (quales epulas, apparatus indicio eſt)* Sic in v. c. ſcriptum, *ſe vero amno.* Vulg. *ſcamno:* ut & Pighius. Iſidoro lib. 15. cap. 2. *forus* idem quod *forum.* Lucillius

gillius lib. 3.

Romanis ludis forus olim ornatus lucernis.

Et Pomponius Petitore.

Balnea, forus, macellus, fana, portus porticus.

Varro: *Quò conferrent ſuas controverſias: & quæ vendere vellent, quò conferrent, forum appellatum.*

Fovea: de fraude, & fallaciis. Perſ. 4. 4. ℣. 45. *In foveam decidi pœnè.*

Fovere in pectore: cogitare. Bacch. 4. 10. ℣. 1.

Fovea decipere. Pœn. 1. 1. ℣. 59.

Fractares. Perſ. 4. 4. ℣. 104.

Fragilis, Fragile: quod vulgò, *frãgibile.* Agell. lib. 6. cap. 1. in fine: *ut fieret caput tenuiter munitum, & ictibus offenſionibusque parvis fragile.*

Frater & *Fratres* Interdum idem, quod, *Cognatus* & Cognati, aut propinqui. Ita *fratres Romanorum* dicuntur fuiſſe Armenij, Batavi, Hedui. Ita Cicero vocabat Metellos Clodiorum fratres.

Frater geminus. Perſ. 5. 2. ℣. 49. Perſ. 4. 6. ℣. 13.

Frater geminus germanus. Men. 2. 1. ℣. 7.

Fratres: Sacrorum verbum eſt, & vſurpatur de inſitiis ex conciſa carne. Mil. 1. 1. ℣. 8. vbi iculariter Miles de ſuà machæ râ ſic loquitur: *Quæ miſerè geſtit fratrem ex hoſtibus facere.* Qui locus tamen ambiguus eſt. Nam verior lectio videtur, *fartum facere.* Vide Animadverſ. Germ. Sie wölte ſie gern zu Stücken zerhauwen. Nemo melius explicat quam Arnobius lib. 7. *Cupientes addiſcere, quid cum pultibus Deo ſit, quid cum libis, quid diverſis cum fratribus, confectionis iure multiplici, atque impenſarum varietate conditis.* Vide etiam *Impenſus.*

Fraudare: fallere. Rud. 5. 2. ℣. 58.

Fraudatio. Amph. 2. 2. ℣. 9.

Fraudem frauſus eſt: fraudem cõmiſit. Feſtus. Aſin. 2. 2. ℣. 20.

Fraudem facere legi: eſt, in legem peccare. Mil. 2. 2. ℣. 9.

Fraudulentia. Pſeud. 2. 1. ℣. 7.

Fraudulentiſſimus. Capt. 2. 1. ℣. 38.

Fraus pro damno, detrimento: ut & *Captio* ſæpe à veteribus ponitur. Terent. Heaut. 5. 1. ℣. 33. *In eandem fraudem ex hac re, atque ex illâ incides.* Livius lib. 1. cap. *Rex facis ne me tu regium nuntium populiq; Romani Quintium, comitesq; meos? Rex reſpondit, quod ſine fraude meâ populiq; Quiritium fiat, facio.* Vbi tamen P. Nannius in ſuis Miſcell. lib. 5. cap. 11. *fraudem* accipit pro malitioſâ & callidâ interpretatione. ut Paulus IC. ff. de legg. & Senatûs conſultis. *Cõtra legem facit, quod lex prohibet: in fraudem verò legis qui verbis ſalvis legis ſententiam ejus circumvenit.*

Fraudi eſſe: eſt incurrere in pœnam. Vide infr. *Noxæ eſſe.* Cicero in Cornelianis: *Ne fraudi ſit ei, qui populum ad contentionem vocarit.* Salluſt. Catil.

 Dum

Diem ſtatuit antequam ſine fraude liceret ab armis diſcedere. Virgil lib. 11. Aen. ✠. 708. *Iam noſces, ventoſa ferat cui gloria fraudem.* Ibi videndus Servius pag. 656. Lucret. VI. 786. *Nec tibi ſit fraudi, quod nos inferne videmus.*

Frans: pro fraudulento. Pſeud. 1. 3. ✠. 130. (pœna capitalis.

Fraus capitalis Mil. 2. 3. ✠. 23. h. e.

Fredere dentibus. Truc. 2. 7. ✠. 41. Iraſci. Capt. 4. 4. ✠. 5.

Frequens, Frequentare, Frequentia. Frequenter. His veteres frequenter & multum utuntur: hodie pauci. Interim tamen obſervandus eſt uſus. *Frequens* de uno homine, idẽ quod, *Aſſiduus*: cui contrariũ, *Infrequens.* Interdum & *Frequenter eſſe cum aliquo*: h. e. aſſiduè. De multis; ut de ſenatu, populo. *Frequens ſenatus.* vulgò, *plenus Senatus*, malè. De loco, ut urbe, domo, auditorio, viâ, theatro. &c. Dicitur etiam *Celebris*, ut ſupra monui. Barbarè *populoſus.* In numero multitudinis *Frequentes* idem quod *multi.* Contrar. *pauci.* Ita ferè & Valla lib. 4. cap. 96. *Frequentia*, multitudo. Cicero lib. 2. de Divin. cap. *At omnes Reges, populi, nationes utuntur auſpicijs, & quotusquisque eſt qui voluptatem neget eſſe bonũ: pleriq; & ſummum bonum dicunt. Num igitur eorum frequentia Stoici de ſententiâ deterrentur? aut nũ plerisq; in rebus ſequitur eorũ aut authoritate multitudo.*

Frequentare: frequentare & adſiduã operã dare. Ciſt. 1. 1. ✠. 10.

Frequens opera: aſſidua. Varro lib. 6. Ciſt. 1. 1. ✠. 7.

Fretus Dis. Caſ. 2. 6. ✠. 37.

Fretus virtute. Amph. 1. 1. ✠. 57.

Fretus virtute maiorum ſuorum. Pſeud. 2. 1. ✠. 7.

Fretus aliquâ re. Men. 5. 2. ✠. 17. *Dote freta feroces.*

Fricare. Eſt perfricare frontem, oculos. pro, Omnem abijcere pudorem, ſeu impudenter ſe gerere in aliquo negotio. Sic & Græci τρίψαι μέτωπον, ut obſervavit P. Victorius lib. 8, cap. 6. Var. lect. Cicero lib. 3, Tuſc. c. *Quid tergiverſamur Epicure? nec fatemur eam nos dicere voluptatem, quam tu idem, cùm os perfricuiſti, ſoles dicere*: Licinius Calvus in Varinium: *Perfrica frontem, & dite digniorem, qui prætor fieres, quàm Catonem.* Apud Quintil. l. 9. Athenæus l. 5. Δειπνοσοφιστῶν, de Athenione: μικρὸν δὲ ἐπισχὼν ἐπὶ τούτοις, καὶ ἰδόντες τοὺς πολλοὺς συλλαλοῦντας περὶ τῶν παραδόξως παρηγγελμένων, τρίψας τὸ μέτωπον, τί οὖν; εἶπε. Strabo l. 9. παρατρίψαμεν ἐς τὸ μέτωπον.

Fricare, ſeu *Perfricare caput* ſolent illi, qui in re aliquâ hærent, dubitantes, quid faciendum ſibi ſit. Cicero in Piſonem c. *Quas rationes ſi cognoris, intelliges, nemini plus, quàm mihi litteras profuiſſe. Ita enim ſunt perſcripta ſcitè & litteratè, ut ſcriba ad ærarium qui eas retulit, perſcriptis rationibus ſecum ipſe caput ſiniſtrâ manu perfri-

perfricans commurmuratus ſit. Aeſchines in Orat. de ementitâ legatione in Demoſthenem: καὶ τρίψας τὴν κεφαλήν. Vide apud P. Victor. d. ℓto loco.

F*ricare genua*: in ſupplicatione. Aſin. 3. 3. ℣. 80. 88. Vide *Defricari.*

Fricari. Pœn. 1. 2. ℣. 10 Pſeud. 4. 7. ℣. 93.

F*rictus*: coctus. Bacch. 4. 5. ℣. 7.

F*rigus durum.* Men. 5. 6. ℣. 10.

F*ricta nuces.* Pœn. 1. 2. ℣. 113.

F*rigifactare.* Rud. 5. 2. ℣. 39. Pœn. 3. 5. ℣. 15.

F*rigida* abſolutè, pro, *aqua frigida.* Ciſt. 1. 1 ℣. 37.

F*rigus, frigere, frigidus, frigidè.* Tralatè. Contrar. *Ardor, Ardere. Ardens*, pro acri, vehementi. Ita, *frigida, littera*, accuſatores, verba, mens, calumnia, argumentum, negotium. Ita Græci ψυχὲς utuntur. Terent. Eunuch. 2. 2. ℣. 37. *Nimirum hice homines frigent.* Et 4. 5. ℣. 6. *Sine Cerere & Baccho friget Venus.* Et 3. 3. ℣. 11. *Ipſa accumbere mecum, mihi ſeſe dare: ſermonem quærere: ubi friget, huc evaſit, quàm pridem mihi & pater & mater mortui eſſent.* Cicero Accuſ. 2. Verr. cap. *Cùm omnia judicia frigerent admonitu illius.* Cælius ad Ciceronem l. 8 Epiſt. 6. *Hi Parthi nihil nos calfaciunt, nos hic frigore frigeſcimus.* Accuſat. 1. Verr. cap. Alij etiam frigidiores erant: ſed quia ſtomachabantur *ridiculi videbantur eſſe.* Et in Bruto cap. *Lentus in dicendo & perorat frigidus.* Seneca Epiſt. 123. *Recitabat Montanus Iulius carmen, tolerabilis poëta, & amicitiâ Tiberij notus, & frigore.* Ita & Horat. lib. 2. Satir. 1 ℣. 62.

—*Et majorum ne quis amicus*
Frigore te feriat. h. e. tibi non faveat.

Sic quoque *Frigus* de tẽpore gratiæ & amicitiæ uſurpatur à Plinio lib. 8. Epiſt. 14. *Interim Paulo* (recitanti) *aliena deliratio aliquantum frigoris attulit.* Sueton. Aug cap. 66. *Deſideravit & M. Agrippa patientiam & Mæcenatis taciturnitatem: cùm ille ex levi frigoris ſuſpicione, & quòd Marcellus ſibi anteferretur, Mytilenas ſe contuliſſet.* Ita rectè emendavit Lipſius. nam antea, *rigoris*, Sic uſurpatur verbum *Refrigerari*, hoc eſt in amicitiâ alicujus frigere. Sueton. Claud. cap. 41. *Cùm primùm frequenti auditorio commiſiſſet, ægrè perlegit, refrigeratus ſæpe à ſemetipſo.* Velleius Paterculus lib. 2. *Cùm Glaucum ſaltaſſet, in convivio refrigeratus ab Antonio, ob manifeſtarũ rapinarũ judicia.*

F*riguttire*: eſt geſtu corporis cupiditatem animi declarare: ſubtiliter adgarrire, vt explicat Placiades. Varro & Feſtus à F*ringilla* aui derivant, quod frigore cantet, & vigeat. Eſt igitur ὀνοματοποιϊῶδες. Caſ. 2. 3. ℣. 49.

Frivolus, pro ſtulto & inepto. Sueton. de Claudio cap. 15. *In cognoſcendo autem & decernẽdo mirâ varietate animi fuit: modò circumſpectus & ſagax, modò inconſultus ac præceps: nonnunquam frivolus, amentique ſimilis.* Rhet. Herenn. lib. 4. c. *frivolus ſic quidem & illiberalis eſt ſermo.*

Frons: συνεκδοχικῶς, pro *nutu vultûs*. Aul. 4. 1. ℣. 13.

Frons caperata. Epid. 5. 1. ℣. 3.

Frons contracta. Rud. 2. 2. ℣. 12. Amph. Prol. ℣. 52. *Frontem contrahere*. Bacch. Prol. ℣. 3. *Frontem conſulcare*.

Frons porrecta. Caſ. 2. 4. ℣. 3.

Frons ſevera. Mil. 2. 2. ℣. 46.

Frontem & ſemper ferire, ſeu, percutere, ita differũt, ut hoc indignationis, illud admirationis putet eſſe Achilles Statius. Cicero lib. 1. Attic. Epiſt. 1. *Competitores, qui certi eſſe videantur: Galba & Antonius, & Q. Cornificius, puto te in hoc aut riſiſſe, aut ingemuiſſe, ut frontem ferias.* Et in Bruto & Callidio; *ubi dolor, ubi ardor animis, nulla perturbatio animi, nulla corporis frons non percuſſa, non femur pedis, quod minimum eſt, nulla ſupploſio.* Quintil. lib. 2. cap. *Femur ferire, quod primus feciſſe Cleon dicitur; & indignantes decet, & excitat auditorem, idque in Callidio Cicero deſiderat.* Nonnus Paraph. in Iohann. cap. 1. de Nathanaële: Ναθαναὴλ δ' ὀλόλυξεν παχυπειθέα βυλὴν θαυμαστοπιστὸ μέτωπα θεϋδεϊ χειρὶ πατάξας ῥαββὶν ἐπουρανίων ὅ δὅτων ὑψίθρονε ποιμὴν. &c.

Fructus: pro *uſufructu*. Caſ. 4. 4. ℣. 16. (11.

Fructus uberrimus. Pſeud. 5. 2. ℣.

Frugalis. Trin. 2. 4. ℣. 9.

ad *Frugem corrigere*. Trin. 1. 2. ℣. 81.

Frugi: abſolutè. Bacch. 3. 1. ℣. 3. & ℣. 4. ℣. 15. Men. 4. 2. ℣. 9.

Frugi; opponitur, *nequã*. Pſeud. 1. 5. ℣. 53.

Frugi & honeſtus. Perſ. 5. 2. ℣. 59.

Frugi eſſe: de homine prudenti & circumſpecto. Aul. 4. 9. ℣. 7. Epid. 3. 4. ℣. 61. Mil. 4. 8. ℣. 50. Pœn. 3. 4. ℣. 11. & 5. 2. ℣. 4. Trin. 5. 2. ℣. 58.

Frugi, *Frugalitas*. De eo ita Cicero lib. 3. Tuſcul. cap. 8. *Sed haut ſcio, an rectè ea virtus* (loquitur de Temperantiâ) *frugalitas appellari poſſit quod anguſtius apud Græcos valet, quàm frugi homines* χρησίμους *appellant, hoc eſt, tantum modò utiles. at illud eſt latius. Eſt enim omnis abſtinentia, omnis innocentia* &c. *reliquas etiam virtutes frugalitas continet, quæ niſi tanta eſſet* &c. *numquam eſſet L. Piſonis cognomen tantopere laudatum.* Plautus Aſin. 5. 2. ℣. 7. *hominem frugi* vocat, eique opponit *hominem nihili*. *At ſceleſta ego propter alios meum virum fui rata ſiccum, frugi, continentem, amantem uxoris maximè. At nunc de hinc ſcito illum ante omnes minimi mortalem pretij, madidum, nihili, incontinentẽ, atq; oſorem uxoris ſuæ*

Frugi.

Frugi facere. Pœn. 4. 2. ℣. 70. Vbi tamen non male retinetur, *frugem*. Sic loquitur Symmachus lib. 1. Epiſt. 7. Placidi Gloſſ: *Frugem feciſti*; Bene feciſti.

Frugi bona eſſe: parſimoniæ ſtudere. Truc. 1. 1. ℣. 13. 20. Vide etiam ſeqq. loca. Capt. 5. 2. ℣. 4. Pſeud. 1. 3. ℣. 102. & 1. 5. ℣. 53. Trin. 2. 2. v. 39. 40. Aſin. 3. 3. v. 12. Caſ. 2. 5. ℣. 19. Pœn. 4. 2. ℣. 23. ff. lib. XI. Tit. III. de ſervo corrupto lege 4. *ſi bona frugi ſervum perpulit ad delinquendum*.

Frugi homo. Curc. 4. 2. ℣. 16. Epid. 5. 2. ℣. 28. Bacch. 4. 4. ℣. 10. 12. Trin. 4. 3. ℣. 10. Sic dicitur, qui eſt conſummate probus. Ita L. Calpurnius *Frugi* appellatus, ob mores. Cic in Piſon. & Verr.

Frugi lena, quæ ſuis rationibus bene conſulit. Aſin. 1. 3. ℣. 23.

Frugi vir. Caſ. 3. 2. ℣. 32.

Frugi ſervus. Caſ. 2. 3. ℣. 37. Aſin. 2. 4. ℣. 91.

Fruiſci. Rud. 4. 3. ℣. 73. Nævius partu: *Quod magnoperè quæſierunt, id fruiſci non queunt*.

Frumentarij primò ſunt mercatores apud Ciceronē, & Plautum Pſ. 1. 2. ℣. 54. deinde indicti, qui antea *ſpeculatores*, de quibus infr. Iidem & *Curioſi*, de quibus in Lexico Iuris. Hieronymus Stridomēſis ait *frumentarios* olim dictos: qui ſuâ ætate dicebantur *Agentes in rebus*. In cap. 1. Abdiæ. Mētio frumentariorū apud Spartianum in Hadrian. Capitolinus in Maximo, & Balbino. Euſeb. lib. 6. Hiſtor. Eccleſ. c. 4. in Epiſtolâ Epiſcopi Dionyſij. Spartianus in Hadriano ſic loquitur: *Et erat Curioſus non modò domûs ſuæ, ſed etiam amicorum: ita ut per frumentarios occulta omnia exploraret*. Et mox: *Nam cùm ad quendā ſcripſiſſet uxor ſua, quòd voluptatibus detentus, & lavacris, ad ſe redire nollet, atq; hoc Hadrianus per frumētarios cognoviſſet*. Capitolinus in Maximo & Balbino: *Scriptum eſt præterea ad omnes provincias, miſſis frumentarijs, juſſumque, ut quicumque Maximinum juviſſet, in hoſtium numero duceretur*. Dionyſius Epiſcopus apud Euſebium lib. 6. cap. μ, vel 33. pag. 173. ἀλλὰ καὶ πρότερον τοῦ κατὰ Δέκιον, προτεθέντος διωγμοῦ Σαβῖνος αὐτῆς ὥρας φρυμεντάριον ἔπεμψεν εἰς ἀναζήτησίν μου καὶ ἐγὼ μὲν τεσσάρων ἡμερῶν ἐπὶ τῆς οἰκίας ἔμεινα τὴν ἄφιξιν φρυμενταρίου προσδοκῶν. ὁ δὲ πάντα μὲν περιῆλθεν ἀνερευνῶν τὰς ὁδούς, τοὺς ποταμούς, τοὺς ἀγρούς. ἔνθα κρύπτεσθαί με, ἢ βαδίζειν ὑπενόησεν. Plura de frumentariis egregiè commentantur duo illi Semones, Iſaacus inquam Caſaubonus ad Spartianum pag. 22. & Claudius Salmaſius pag. 28. & ſeqq.

Fruſtare: in Fruſta diſcerpere, & lacerare. Florus lib. 2. cap. 2. *Inſulisq; fruſtarentur & fluitarent*. Sic ibi rectiſſimè correxit CL. Salmaſius. Vide etjam Nonium, Fruſtatim.

Digitized by Google

Fruſtillatim. Curc. 4. 4. ℣. 20.

Fruſtra: otioſe, ſine fructu; de paraſitis. Capt. 3. 1. ℣. 31. *Item alij paraſiti fruſtrà obambulabant in foro.*

Fruſtra; pro, *nequicquam*, gratis. Menæch. 4. 3. v. 20. Vide litt. N. Priap. Carm. 2. *Da mihi, quod cupies fruſtra dare forſi tam olim.* Amph. 3. 3. ℣. 20. Sic dicimus: *Fruſtra docere.* h. e. gratis docere: Men. 4. 3. ℣. 20. *Fruſtra, meretrix, me ductare non potes.*

Fruſtra eſſe: errare, decipi, eleganti formâ & merè Comica. Capt. 4. 2. ℣. 74. Bacch. 4. 7. ℣. 42. Men. 4. 3. ℣. 18. Merc. 3. 1. ℣. 30. Perſ. 1. 3. ℣. 60. Pſeud. 1. 3. ℣. 143. & 2. 3. ℣. 17. Sic enim exprimendum ibi: *Fruſtra ut ſimus.* Sic loquitur etiã Apulejus Apolog. & Agellius lib. 5. c. 1. Rud. 4. 3. v. 30. & 4. 7. v. 29.

Fruſtra habere eſt *fruſtrari*, ludere, decipere dolis. Amph. Arg. 1. ℣. 5. vbi Ianus Gulielmus legit *flocco habet:* de quo verbo vide paulò ante. Sic Ennius apud Agellium:

Qui ſe lepide poſtulat alterum fruſtrari,
Quem fruſtratur, fruſtrà eum dicit fruſtrà eſſe.
Nam qui ſeſe fruſtrari, quem fruſtrà ſentit,
Qui fruſtratur, is fruſtra eſt, non id eſt fruſtra.

Quorum verſuum hic eſt ſenſus: Qui vult alium lepidè fallere, dicere non debet, eum errare, ac falli, quem ipſe fallere cogitat. Nam vbi quis fruſtra alium operam dare, vt ſe fallat, tum, niſi is, cui dolus tenditur, fallitur, is ipſe fruſtra eſt, qui eum fruſtrari volebat. Eadem formulâ vſus quoque eſt Ammianus lib. 18. *Si Perſæ fruſtra habiti rediſſent ad ſua.*

Fruſtrare ſe: fallere ſe. Mil. 3. 3. ℣. 9. Sic Cæſar teſte Diomede l. 1. apud milites de commodis eorũ: *Nõ fruſtrabo vos milites.*

Fruſtrari; eſt, in fraudem impellere, faſcinare, βασκαίνειν. Amph. 2. 2. ℣. 200.

Fruſtrari aliquem. Aſin. 3. 3. ℣. 138. Bacch. 3. 6. ℣. 19. Moſt. 3. 1. ℣. 57.

Fruſtratui habere. Men. 4. 3. ℣. 21. & ℣. 19.

Fruſtratio: pro eo, qui fruſtra habetur. Moſt. 5. 2. v 30. Sic *Conceſſio* apud Petron. pro eo, qui conceditur. *Quid ais tu? alieni amoris conceſſio.* h. e. qui alienum ſecutus es, eique te conceſſiſti. Ita Furius Bibaculus Orbilium *literarum oblivionem* dixit, qui jam ſenex omnes litteras oblitus fuerat.

Fruſtrationem injicere: errorem ibentis injicere. Amph. 3. 1. ℣. 15. vt *Injicere metum* &c.

Fruſtum pueri. Perſ. 5. 2. ℣. 67. In convitio. Germ. Du Stückſchelm.

Frutex: Contumeliæ dictio in ſtupidum & inſulſæ mentis hominem. Germ. Du Stock. Moſt. 1. 1 ℣. 12.

Fuam: ἀρχαϊκῶς, ſiam. Bacch. 1. 2. ℣. 48. Mil. 2. 6. ℣. 112.

Fuas.

Fuas. Capt.2.3.✠.71. Perſ.1.1.✠.52. Trin.2.1.✠.33.

Fuat: ſit. Amph.ſc. Quis tam.✠.8.& 3. 4.✠.2. Trin.I.2.✠.120. & 2.4.✠.193. Merc. 5.2.✠.3. Mil.2.3.✠.28. Pſeud. 4. 3.✠.11. Bacch.4.9.✠.110. Epid.4.2.✠.14. Men.Prol.✠.13. Capt. 2.2.✠.10. Pœn.5.2.✠.25. Perſ. 2.2.✠.48. Truc.4.1.✠.11.

Fucata merces. Sic vocabant merces corruptas,&falſas. Feſtus: *Fucilia falſa, dicta quidē, quaſi fucata*. Cicero pro Rabirio cap. *Audita viſaq; merces fallaces quidem & fucoſa, chartis & linteis, & vitro delata*. (✠.111.

Fue! eſt Interiectio ructum exprimentis. Moſt.1.1.✠.37.40. ſic recte ibi exprimitur ex Mſſ. Pall. (✠.111.

Fugare. Ciſt.2.1.✠.8. Pœn.1.2.

Fugere manibus demiſſis. Epid.5.4.✠.16. Vide *Proverbia* in Mantiſſa.

Fugit me memoria. Bacch.1.1.v.2.

Fugit ratio: quando erramus. Amph. 1.1.✠.228. Catul. de Vari ſcorto: *Fugit me ratio; meus ſodalis Cinna eſt Cajus*. Cicero lib. 2. ad Herenn. cap. 16. *qui ſe propter vinum aut amorem fugiſſe rationem dicet*. Ibid. *ſed me tū hac ratio fugit*.

Fugere ſe, & me. Cui contrarium: *Eſſe ſecum*: h.e. ſolum vivere de quo ſupr. Ita & Græci: φεύγειν ἑαυτούς. & καθ' ἑαυτὸν εἶναι. Ariſtoteles in Ethic. ζητοῦσι δὴ οἱ μοχθηροὶ μεθ' ὧν συνημερεύσουσι. ἑαυτοὺς δὲ φεύγουσιν ἀναμιμνήσκονται τῶν πολλῶν καὶ δυσχερῶν. Et lib. 10. Ethic. cap. 4. καὶ τοι αὐτοῖς ἐπιθυμοῦσι, καθ' ἑαυτοὺς ὄντες μεθ' ἑτέρων δ' ὄντες. Terent. Heaut. 1. 1.✠. 114. *Non convenit, qui illum ad laborem impellerem, nunc me ipſum fugere*. Cicero lib. 3. de Republ. *Ille legis huius inventor, diſceptator, lator: cui qui non parebit, ipſe ſe fugiet, ac naturam hominis aſpernabitur*. Et de Senectute cap. *At illa quanti ſunt, animum tanquam emeritis ſtipendijs libidinis, ambitionis, contentionem* &c. *ſecum eſſe ſecumque, ut dicitur, vivere*. Et lib. 5. fin. cap. *Eſt enim actio quadam corporis, motus & ſtatus natura congruentes tenet, in quibus ſi peccetur, diſtortione & depravatione quadam, aut motu ſtatura deformi: ut ſi aut manibus ingrediatur quis, aut non ante, ſed retrò fugere planè ſe ipſe. & hominem ex homine exuere, naturā odiſſe videntur*. Lucret l.3. verſ.1082.-- *Hoc ſe quiſq; modo fugit*. Quod Lucretii hemiſtichium laudat & Seneca de tranq.an.c.2. extremo. *Hoc ſe quiſq; modo fugit. Sed quid prodeſt, ſi non effugit? ſequitur ſe ipſe, & urget graviſſimus comes*. Horat.l.2.Od. 16. *patria quis exul ſe quoq; fugit?* Idem *Vitare ſe*, dicit lib.2. Satir. 7.✠.112.

-- *adde quòd idem Non horam tecum eſſe potes: non otia rectè Ponere: teq; ipſum vitas fugitivus, ut erro*.

Fugita

Fugitare. Aſin.2.4.℣.78. Capt.1.2.℣.53.& 3.4.℣.9.Pœn. Prol. ℣.8.&3.1.℣.5

Fuit: mortuus eſt. Capt.3.3.v.1. Virg.lib.2.æn.v.325. *Fuimus Troes.* Vide, *Vixit.* Pſeud.1.3.℣.17.Perſ.4 4.℣.87.95.Truc.1.2.℣.93. κατ' εὐφημισμόν.

Fuit: de rebus præteritis. *Fuit meretrix.* h.e. iam anus eſt. Ciſt.2.3.℣.23.

Fuit habui.Rud.2.6.℣.20.

Fugito. Pſeud.Prol.℣.8.

Fugitor acris. Trin.3.2.℣.97.

Fulcire ſubſellium puluino. Stich. 1.2.℣.37.

Fulgurita arbor: fulgure tacta arbor.Trin.2.4.℣.38.

Fuligine obliti, quos aliis deridendos propinare volebant. Pœn.5.4.℣.23.&5.5.℣.11.

Fullo. Aul.3.5.℣.34.

Fullonia. Germanis eſt Ein Walckmühl. Aſin.5.2.℣.58. Ceterum duo olim fullonum officia erãt, vt enucleate edif-ſertauit mãgnũ olim litterarum ſtatumen *Ianus Gulielmus.* Scilicet veſtem eluere & cogere, vnum: alterum, eamdem creta candefacere. Illud *conſiliari* dicebant, & ipſam actionem, quod in ſultu multo pedum fieret, *conſilium*: hoc *expolire.* Reliqua de fullonibus vide Philoſophia Plaut, Tit *Fullonum.* *Fullo* autem, vt vim verbi explicemus, eſt qui veſtimenta polienda, curanda, lauanda, mercede accipit. Vlp.lib.2.ff. de cond.ſine cauſ.l.13. §.ſi fullo. ff.locat.l.12.&l.82.ff.de furt. l.vnic.ff.de via publica. Theop.dicitur γναφεύς, λευκαντεύς ſiue πλύτης in §.vlt.Inſt. *mandat* & §. *item ſi fullo.* Inſt. *de de oblig. quæ ex delict. naſc.*

Fullonium fluctum potare; comprimi inſtar fullonii panni. Pſeud.3.1.℣.15. Vide etiam *Conſiliare.*

Fulmenta: ſunt claui ſoccis ſiue calceis ſuppacti, tamquam fulcimenta. κατλύματα. Trin. 3.2.℣.94.Bacch.2.3.℣.98.

Fumificare. Mil.2.5.℣.2.

Fumus: de muliere lachrymante.Aſin.3.3.℣.29.

Fumus, oculis moleſtus.Moſt.4. 2.℣.10.

Funus, pro graui dolore, vt & *morbus* ἀλληγορικῶς. Aſin.3.3. verſ.3.

Funus acerbum. Amph.1.1.℣.35. Idem epithetum Virgil.vſurpat.æn.6.

Quos dulces vitæ exſortes & ab vbere raptos
Abſtulit atra dies, & funere merſit acerbo.

Functio muneris, λειτουργία. Cicero Accuſ.2.Verr.cap. *Ita decumas lege Hieronicâ ſemper vendendas cenſuerunt, ut iis jucũdior eſſet muneris functio, ſi eius Regis, qui Siculis chariſſimus fuit non ſolùm inſtituto commutato imperio, verùm etiam nomen maneret.*

Funda. Pœn.2.1.℣.32.33.35.

Fundatum. *ſtatutum, & conſtitutum.* Mil.3.3.℣.44.

Fundere mera mendacia. Pſeud 4. 1.℣.33.

Fundi & ædes. Truc.1.2. verſ.71. 74.83.& 2.1.℣.4.

Digitized by Google

Fuditare. Aſin 5.2.℣.53. Merc. Prol.℣.58.

Funditare verba. Pœn.1.2.℣.61. Græcè σπερμολογεῖν. Bud. L. Gr. pag.1000.

Funditari; fundis peti. Pœn.5.2. ℣.36.

Funditus peſſum dare. Trin.1. 2.℣.128.

Funditus perdere. Bacch.3.6. ℣.[illegible] Moſt.3.1.℣.150.

Fundus: id eſt auctor. Trin.5.1. ℣.7. *Ei rei fundus pater ſit potior.* Vide Feſtum, & inibi Antonium Auguſtinum; Agelliũ lib.16.c.8. Sigon.lib.1.cap.4. de antiquo iure Italiæ; Hottomannum lib.2.Obſeru.c.5.

Fundus; pro fructuoſiſſimis prædiis; quæ vberrima dona quaſi fundunt. Truc.4.2.℣.15.

Fundus amicorum. Pſeud.1.2. ℣.91.

Fundus; pro *muliebri fundo.* Aſin.5.2.℣.3. Curcul.1.1.℣.36.

Fundus cenæ. Vide *Caput cenæ.* Agelli.7.18. *Eius Cenæ fundus & fundamentum omne erat aula una lentis Aegyptiæ, & cucurbita inibi minutim caſa.*

Funera acerba. Amph.1.1.℣.35.

Fungi munus; cum quarto caſu. Amph.2.2.℣.197. Trin.Prol. ℣.1.& 2.2.℣.73. Men.1.4.℣.5. Moſt.1.1.℣.45. Caſ.4.10.℣.9. & in Fragm. ex Nervolaria, *Fungi mœnia ſua.*

Fungi, Perſungi. Idem quod, Pati, perpeti. Cicero pro domo cap. *Equidem jam perfunctus ſum.* Modeſtinus IC. l. in metallum de pœnis: *pœna functi.* Lucillius lib.5. Satir. *Lenius pauperiem, ac ſe, ingentia munera fungi.* Lucretius ſæpe uſurpat. Vide Indicem.

Fungino genere eſt: capite ſe totum tegit. De homine petaſato, cui tamen caput eminet, vt fungis. Trin.4.2.℣.9.

Fungus pro homine ſtupido & inepto. Bacch.2.3.℣.49.& 4. 7.℣.23 *fungus putidus.* & 5.1. ℣.2. Stich.5.7.℣.5.

Funus facere prandio: eleganter dicitur: vt, *Sepelire prandium.* Men.3.2.℣.27. Cicero pro lege Man. dixit: *Sepelire bellum.* Vide paulò ante *Funus.* & huc refer. Sic Cicero Catilin.3.c. *ſepulta patria.* Seneca Epiſt. 12. *Cùm ſe funereis epulis ſepeliviſſet.* Gangræus ad Iuven. Satir.5.℣.25. *de convivâ Corybantâ videbis*, non videtur intellexiſſe phraſin Plautinam, quando interpretatur de cruento prandio, in quo convivæ ſe invicem trucidant.

Fur: homo trium litterarum. Aul. 2.4.℣.51.

Fur manifeſtus. Pœn.3.5.℣.40.

Fur manifeſtarius: in manifeſto furto deprehenſus. Aul.3.4. ℣.10.

Fur balnearius. Rud.2.3.℣.54.

Fur theſaurarius. Aul.2.8.℣.25.

Fur graphicus. Trin.4.3.℣.17.

Fur. pro *ſervo.* Aſin.2.4.℣.15. Virgil.in Palæm. *Quid faciant Domini, audent cum talia fures?*

Fur auri & hominis. Pœn.1.1. ℣.16.

Furare, ἀρχαϊκῶς. Rud.5.2.℣.9.& Rud.1.2.℣.23. *Furatũ venire.*

Fur-

F*urcillare fidem* : eſt, fidem infirmam judicare, ideoque quaſi admotâ furcilla ſtabilire. Pſeud.2.2. verſ. 36. Vbi loci mira monſtra pangunt Critici. Nam in *Mss.* Pall. noſtris, ut & vett. edd. legitur, *forcilles*. Dionyſ. Lambinus malit, *flocilles*. quod non flocci verbum. Ianus Mellerus Palmerius in Spicilegiis finxit, *ſuccilles*, pro, *ſuggilles*. vel etiam *forcilles*, à forijs. quæ quidem foricis digna vox. Paſſeratius quoque cenſet nihil mutandum. Nam *forcillare*, ſeu, *furcillare fidem*, eſt, infirmam judicare, ideoque quaſi furcilla admota ſtabilire. Sic Plautus eadem fabula Pſeud. 1.5. verſ. 82. dixit, *cùm apud te parùm ſtet fides*. h. e. vacillet, infirma ſit. Cicero pro leg. Manil. cap. 7. dixit *fidem concidiſſe*. Et Virgil. lib. 4. Aen. ✝. *Et benè apud memores veteris ſtat gratia facti*. Et Plautus Perſ. 3.1. ✝. 20. *Gravior paupertas fit, fides ſubleſtior*. h. e. levior, & infirmior.

F*urca* dicebatur inſtrumentum baiulatorium, tergo applicatum, in quo ſarcinas geſtabãt ſervi. Germani vocant Ein Reff. Dicta etiam fuit *Aerumna*, & *Aerumnula* apud Feſtum. Sic ſervi carbonaris geſtabant in furca carbones, quos Romæ in foro vendebant ἀνθρακοπῶλαι. Caſin. 2.8. verſ. 2. *Ego remittam ad te virum cum furcâ in urbem, tamquam carbonarium*. Nam more Romano furca aptati geſtabantur carbones: & furciferi ſervi ſub furca plectebantur, & in exemplum traducebantur: ut paulò ante dictum. *Vide* etiam Turneb. lib. 16. cap. 3. Adverſ. nec non Lipſium lib. 3. de Cruce cap. 4. ubi de vera germanaque facie ipſius furcæ, quæ aut eadẽ cũ patibulo, aut non lõgè diſſita, quærit, ingenueq; fatetur, ſe hærere, & velut inter Solem & Orcũ errare.

F*urca* ſupplicii genus apud Romanos. Caſ. 2. 6. verſ. 37. & 2.8. ✝. 2.

F*urca*. Perſ. 5.2. ✝. 73.

F*urcifer*. Contumelia in ſeruos apud Comicos. Sic enim, teſte Plutarcho, vocabant ſeruos inſanabiles. Amph. 1.1. verſ. 129. Aul. 2.4. verſ. 2. Aſin. 3.3. verſ. 87. Mil. 2. 6. verſ. 64. Capt. 3.4. verſ. 31. 45. Pœn. 3.5. verſ. 39. Moſtell. 5.2. verſ. 50. & 1.1. verſ. 66. Pſeud. 1.2. verſ. 59. & 1.3. verſ. 126. Rud. 3.4. v. 12. 29. & 4.3. v. 57.

F*urem captare*. Pœn. 3.3. ✝. 95.

F*ures maritimi*; prædones mar. Rud. 2.2. ✝. 5.

F*ures ambæ*. Pœn. 5. 4. ✝. 65. De duabus meretriculis loquitur. Vnde quid abſurdi ſit, dicere, *Furis* dictionem femineo genere efferri hoc loco, ego non video. Sic in illis Virgil. Æn. x. ✝. 67. *fatis authoribus*; & Lucan. lib. 1. ✝. 227. *utendum utendum eſt iudice bello*; quid prohibet quominus dicamus, *tò author* & *iudex*: neutro genere vſurpari? Profectò Corybant-

bãtiaſmo laborat, qui ſic nodũ in ſcirpo quęrit: quod quidem graphicè facit ſtolidus noſter Vitus Garnerus, qui ſæpe mutat quadrata rotundis.

Furfuri: pro, *furfure*. Excrementum farinæ. Capt. 4. 2. ℣. 27. Sic quoque *furfures* in capite, & totâ facie dicuntur fuliginoſa illa ex crementa ſicca & alba, ac tenuia, quæ ſuper poris colliguntur. Plinius lib. 20. c. 9. *furfures capitis, & ulcecera manantia illita ex oleo coctu.*

Furit. Pro, ſūme cupit, vult, ſtudet, ſed eſt poëticum. Sic & ἐμμαίνεσθαί τινι, *inſanè petere*, & amare aliquid, ſive aliquem. Horat. l. 1. Epid. 15. ℣. 27. *Hic tertius December, ex quo deſiti Inachiâ furere.*

Furno mergi. Epid. 1. 2. ℣. 16.

Furnus calidus. Caſ. 2. 5. ℣. 1.

Furti ſe aſtringere. Pœn. 3. 4. ℣. 27. Rud. 4. 2. ℣. 34. Terēt. Eū. 4. 7. ℣. 39. *Furti ſe alligare.*

Furtificus: furax, vt, *juſtificus*, pro, *juſtus*, apud. Catull. *Regificus*, pro, *regius*. apud Virg. Epid. 1. 1. ℣. 10.

Furtifica manus. Pſeud. 3. 2. v. 97. Perſ. 2. 2. ℣. 44. *furtifica laua.*

Furtim: clam. Pœn. 3. 3. ℣. 48.

Furto alligare. Pœn. Arg. ℣. 6.

Furtũ; pro calliditate & aſtutiâ, quâ quis conſilium ſuum occultat. κλοπή, κλέμμα. Bacch. 1. 2. ℣. 60. Sic κλέπτειν pro, fallere, & latere, & voluntatem celare, Græci vſurpant. Ita interpres maximus Bibliorum Gen. 31. ℣. 20. *Iaakob ſurripiēs ſe, furtim feſellit animum Labanis Syri.*

Furtum facere. fieri. Rud. 4. 3. ℣. 15. 16.

Furtum concipere. Iuſtinianus l. 4. Inſtitut. tit. 1. *Conceptũ furtum dicitur, cùm apud aliquem teſtibus præſentibus furtiva res quæſita et inventa ſit.* Nam in eum actio conſtituta eſt, quamvis fur nō ſit, quæ appellatur *Concepti.*

Fuſti: pro, *fuſte*. Capt. 4. 2. ℣. 116. Vt *orbi, civi.* Valer. Maxim. lib. 6. cap. 3. *Egnatius autem Metellus uxorem, quod vinum bibiſſet fuſti percuſſam interemit.* Ita leg. e vet. cod. ubi [illegible]ratum ſic fuit. Pighius idem obſervavit: ſed legit *fuſtim*, cui non aſſentior. Idem Valer. 8. 1. *quadam quòd matrem fuſti percuſſam interemerat, cauſam dixit.* Ita quoque MS. Plautus Capt. 4. 2. ℣. 116. *fuſti pectito.* Sic correxi Mss. Pal. vulg. *plectito.* Tacitus lib. 14. Ann. cap. 8. f. de matre Neronis: *Prior Trierarchus fuſti caput ejus afflixit.*

Fuſtitudines ferricrepinæ inſulæ: a tūdēdis fuſtib⁹, & crepādo ferro finxit Plaut⁹. Aſin. 1. 1. v. 27.

Futatim. Truc. 4. 4. v. 29. Eſt autē *Futatim* verbũ Catonianũ, teſte Feſto Pōpeio. *futare*, inquit, eſt arguere. Vnde & *Confutare*, ἐλέγχειν. Sed Cato hæc p. ſæpi⁹ *fuiſſe*, poſuit. Dicit ergò adoleſcēs apud Plautũ: *Nomē id quoq; jā futatim cōmemorbitur.* h. e. nomē *Oculi* ſępius & largiter commemorabitur, & quaſi ſolēniter, quod crebrò à nobis jā ante factũ eſt. Vide Animadv. noſtras ad locum Truc.

Futilè:futiliter. Stich.2.3.℣.72. Neque enim intelligendum de vaſe, quo vtebantur in ſacris Veſtæ, de quo Lactantius.

Futura videre. Eſt Vatum. Mil.3. 3.℣.37.

Futurum eſt haud longius: propediem. Trin.3 2.℣.95.

Futurum mihi. Truc.2.8.℣.3.

Futurum me, te. Truc.2.4.℣.63. *Quid me futurum eſt*. Sic. *Quid faciet? Quid eo factum? Quid huic homini facias?* Vide ſupra, *Fio*. Terent. Phorm.5.3. ℣.29. *Quid illâ filiâ amici noſtri, quid futurum eſt?* Et Heaut.1.2.℣.13. *Quia in*[illegible]*tum eſt etiam, quid ſe faciat, modò venit*. Plautus Moſtell.3.1.℣. 105. *Quid eo eſt argento factũ?* Cicero lib.14. Epiſt.2. *Quid obſecro te, me miſerũ quid futurum eſt? Et ſi nos premet eadem fortuna, quid puero miſero fiet?* Cicero pro Sextio cap. *Quid hoc homine facias?* Et Accuſ.2. Verr. cap. *Si inimicos, quid te futurum eſt? quò confugies?*

Fu Verit. Pœn.Prol ℣.110.

G.

G*Alea*. Bacch.1.1.℣.37. Trin. 2.4 ℣.195.

Galli cantus: deſcriptio antelucani temporis. Mil.3.1.℣.93.

Gallina in blanditiis amantium. Aſin.3.3.℣.76.

Gallinaceus pullus. Capt.4.2.℣. 69.

Gallinæ litteræ. Pſeud.1.1.℣.27.

Gallus peculiaris. Aul.3.4.℣.6.

Ganeum: eſt locus abditus, ac velut ſub terrâ. Feſtus. Donatus vero: *Ganeum* Vett. meretricum tabernam dixerunt: ἀπὸ τῆς γᾶς, τουτ' ἐςι γῆς; quòd ea ſint in terrâ velut *cœnacula*. ſupra. Aſin.5.2.℣.38. Men.5.1. ℣.3.

Gannire; vulpium eſt. Amph.ſc. *DI. voſtram*. ℣.24. Lucret. de canibus. V.1069. *gannitu vocis adulant*. Vide Lexicon Lucret. Dan. Parei.

Ganymedes in aquilam converſus à Ioue raptus eſt. Men.1.2. ℣. 35. Vide *Catamitus*. & P. Leopardi lib.4.c.4. Emend. & Cœl. Rhod. lib.15.c.9. Antiqq. LL.

Gaudere: lætitiâ perfũdi. Germ. Erfrewet werden. Truc. 1.1. ℣.29.

Gaudere cum quarto caſu. Capt. 4.2.℣.59.62. Moſtell.1.3.℣. 147. Catull. *Gaudia, quæ medio die gaudeas*.

Gaudere animo. Stich.2.1.℣.53.

Gaudere facto. Pœn.1.1.℣.69.

Gaudere ſuo bono: pro, *cum ſu ob*. Moſt.1.3.℣.147.

Gaudia: pro voluptate obſcenâ. Sed poetis uſurpatum. Lucret. lib.5.℣.852.

Mutua queis nectant inter ſe gaudia---

Sed ille verſus videtur Giſanio eſſe noth9. Horat. lib.3. Od.6.

Qui donec impermiſſa raptim Gaudia, luminibus remotis.

Propert. lib.2. Eleg.4 ℣.

Quanta ego præteritâ collegi gaudia nocte?

Gaudia cõparare. Truc.4.2.℣.4.

Gaudio eſſe. Pœn.5.4.℣.45.

Gaudio.

Gaudio oblectare falſo. Pœn. 5.4. ỳ.66.

Gaudium appellatiuè. Bacch. 1. 2. verſ. 7.

Gaudium gaudiis ſuppeditare. Trin. 5.1. verſ. 3.

Gaudiis & lætitiâ afficere. Pœn. 5.4. ỳ.103. Vbi *gaudium* & *lætitia* ſolent diſtingui. Vide Popmam de differentiis verb. lib. 2. pag. 159. Quod diſcrimen leue eſſe puto: nec ab authoribus linguæ Latinæ obſervari.

Gaulus: vaſculum in formam cymbii. Rud. 5.2. ỳ.32.

Gemma; μετωνυμικῶς, pro, *annulus*. Curc. 5.2. ỳ.8.

Gemere: dolere, miſerum eſſe, οἰμώζειν. Men. 2.1. ỳ.32.

Gemina germana ſoror. Mil. 2.4. v.30. & 2.5. ỳ.31.

Gemini filij. Mil. 3.1. ỳ.122.

Geminiſſimus frater. Perſ. 5.2. ỳ.49.

Geminus: δίδυμος. Men. prol. verſ. 26.

Geminus; ſimilis, par, proprius. Amph. 2.1. ỳ.68. Mil. Arg. 2. ỳ.11. Cicero Philipp. 11. c. *Ecce tibi geminum in ſcelere par*. Sic H. Ferrarius correxit. vulg. *tergeminum*. Budæus, *germanum*, non benè. Varro lib. Annal. *Theona & Diona, quos dicunt eſſe pene ipſi geminos, inveniuntur eſſe diſſimiles*. Et ibid. *Si à ſimilibus nominibus ſimilia eſſe debent, dicemus, quoniam gemina ſunt Parma, Alba, Roma*. Et lib. 2. *Itaque geminâ faciè negamus eſſe ſimilia, ſi ſapore ſunt alio*. Et lib. 3. *Qui plura habeant eadem, dicantur ſimiliores: qui proximè accedunt ad id, ut omnia habeant eadem, vocantur gemini ſimillimi*. Pacuvius: *Par fortitudo, gemina confidentia*. Horatius: *Multum diſſimiles, ad cætera pene gemelli*. Idem *Nequitiâ & nugis, pravorum & amore gemellum*.

Geminus: pro craſſo, pingui, turgido, obeſo, amplo. Græcè διπλοῦς. Inde *tergeminus*, *ſeptemgeminus*. Lucilius apud Nonium: *Vrceus an longa geminus miſtarius anſâ*. Vide Giſan. Conlect. Lucret.

Geminus cũ dativo, idem quod, *Germanus*, & ſimilis alicui: aut, verus. Quę duo non rectè olim confudit Budæus. Videtur tamen. *Geminus* pro *gemello* accipi, de ſorore, fratreque. Cicero Partit. Orat. cap. *Memoria, quæ eſt gemina litteraturæ quodammodo, & in diſſimili genere*: pro ſimilis. Idem pro Roſcio Amerin. cap. *ſimilia & maximè gemina ſocietas hæreditatis eſt*. Idem in Verr. 5. ex Epiſt. Timarchi cap. *Volo mihi fraterculo tuo credas*. Ad quæ verba ita Cicero: *Conſorti quidem in lucris, atque in fundis, gemino atq; ſimillimo nequitiâ, improbitate, audaciâ*. Catullus in Mamurr. *Morboſi pariter gemelli utrique*. Pacuvius: *par fortitudo, gemina impudentia*. Plautus Mil. 2. 4. verſ. 30. & 2.5. verſ. 3. *Gemina germana ſoror*. Et Men. 2. ỳ.7.

ѱ. 7. *Geminus germanus frater*. Ex eo

Geminus interdum idem quod, *Genuinus*, proprius. Apuleius lib. 3. Met. in fine: *gemino ſermone nomen Aug. Cæſar invocare tentavit.* Vbi quidam putarunt legendum, *genuino*.

Geminus frater. Perſ. 4. 6. ѱ. 13. & 5. 2. ѱ. 46. *Geminiſſimus*.

Gemiti: gignendi caſu, ἀρχαϊκῶς. Aul 4. 9. ѱ. 11.

Gener. Interdum pro ſororis marito. Corn. Nepos Pauſam. *Namque illo duce Mardonius ſatrapes regni, natus apud Medos, Regis gener* &c. Habebat autem Mardonius (teſte Herod. lib. 6.) Xerxis ſororem in matrimonio. Ita & Epit. Trog. lib. 18. Quâ (famâ *incenſus Pygmalion oblitus generis humani, avunculum ſuum, eundemque generum ſine reſpectu pietatis occidit.* *Acerbas avunculus Pygmalionis & Elyſii ſororis Pygmalionis, quem & duxerat.* Sic & γαμβρὸς ab Herodoto Cyri dicitur Crœſus, qui illius ſororem Argemida habuit in matrimonio. Et à Sophocle Oedipi Creon, qui Jocaſtam Oedipi ſororē duxerat.

Generatim, Non eſt id, quod Græce γενικῶς: ſed, diſtinctè per genera. Lucret. lib. 2. ѱ. 663.

Diſſimili vivunt ſpecie, retinentque parentum
Naturam, & mores generatim quaque imitantur.

Et lib. 6. ѱ. 1111.

Et facies hominum diſtare videntur
Largiter & morbi generatim ſæcula tenere.

Cicero Accuſ. 2. Verr. cap. *Nam aut publicè civitates iſtos honores habent, aut generatim homines ut Oratores; ut mercatores, ut navicularij.*

Genere: pro, modo. Vt; *genere quodam*, idem, quod, quodam modo: *molli genere, optimo genere.* Ita ferè & Græci, εἴδους & ἰδέας nomine utuntur. Cæſar lib. 2. bell. civil. cap. 13. *Induciarum quodam genere miſericordiâ facta, adventus Cæſaris exſpectabatur.* Cicero Accuſat. 2. Verr. cap. *Quid enim tam novum, non ſolùm re, ſed genere ipſo poſtulandi? nam cætera quæ ſunt in iiſdem poſtulatis de injuriis tuis, ſunt nova, ſed tamen novo modo poſtulantur.* Iulianus D. lib. 41. tit. 4. l. 10. §. Servus. *Nam & hac genere quodammodo venditio inter ſervum & dominum contracta eſt.* Javolenus l. 36. quod ſervus. D. de ſtipul. ſerv. *Nam & hac genere quodam donatio eſt.* Idem l. 51. D. de vit. ſerv. *Vtrobique enim quodam genere poſſeſſio erit æſtimando.* Ita puto leg. Et Vlpianus ex Pomponio l. 44. de acquir. rem. dom. *Nam genere quodam venandi id erant nacti.*

Paulus IC. *Et ideò ſi is, qui primus ceſſit, vel defunctus ſit, vel alio genere partem ſuam alienaverit.* Sic ibi rectè leg. cenſuit Scipio Gentilis Iuriſconſ. Noricus. Scribonius IC. *quid poſſum ultrò dicere, niſi genere quodam parricidium eos committere?* Et alibi: *Nam & hoc genere quodam ex eâdem materiâ conſtat.* Idemque ſæpius ita loquitur. Arnobius lib. 3. *Quid ergò, inquiet aliquis, non audit DEVS?*

Geneſis & *Genitura*, quæ vulgari ſermone dicitur *Nativitas*. Vetus Interpres in Od. 11. lib. 1. Horatij: *Babylonij Aſtrologiam inveniſſe dicuntur, per quam geneſis colligitur.* Et lib. 2. Od. 17. *Et per hoc unam geneſin mos morem æquitatem habere.* Sueton. Aug. cap. *In ſeceſſu Apolloniæ Theogenis Mathematici pergulam comite Agrippâ aſſcenderat. Cum Agrippa, qui prior conſulebat, magna & penè incredibilia prædicerentur, reticere ipſe genituram ſuam, nec velle edere perſeverabat, metu ac pudore ne minor videretur.* Spartianus in Severo: *Tuam, non alienam pone genituram.* Firmicus ſæpiſſimè *genituræ* verbo utitur. Appianus Παρθικῇ. τῷδε ἀνὴρ σοφὸς αὐτῷ μαντικὸς Αἰγύπτιος τῶν τὰς γενέσεις ἐπισκοπούντων. Iuvenalis Satir. *Nota Mathematicis geneſis tua.*

Gentes. Interdum pro ijs, qui non ſunt cives Romani, accipiuntur. Oppius lib. 1. bell. Hiſpan. caput Vbi quidam legatus ad Cæſarem: *Petimuſque, ut qualem te gentibus præſtitiſti, ſimilem in civium deditione præſtes.* Horatius lib. 1. Od. 2. *Terruit urbem: terruit gentes, grave ne rediret ſæculum Pyrrhæ.*

Gentilis. Idem interdum, qui *Popularis*, & vulgò *Conterraneus*, Agell. 17. 17. ſcribit Mithridatem 25. linguas percalluiſſe: earumque omnium gentium viris haud umquam per intepretem loquutum fuiſſe: ſed ut quemque ab eo appellari uſus fuit, perinde linguâ & oratione ipſius, non minus ſcitè, quàm ſi gentilis ejus eſſet, loquutum fuiſſe.

Genua: ſedes miſericordiç. Moſt. 3. 2. ℣. 57. Truc. 4. 3. ℣. 53 *per genua obſecro.*

Genium Paraſiti Reges ſuos nominabant. Curc. 2. 3. ℣. 22. Men. 1. 2. ℣. 29. Capt. 4. 2. ℣. 99 Vide etiam *Vita.*

Genium bonum, meliorem facere: hilariter vivere. Stich. 4. 2. ℣. 42.

Genio ſacrificare. Capt. 2. 2. ℣. 40.

ad *Genium ſapere.* Perſ. 1. 3 ℣. 28.

Genium defraudare. Aul. 4. 9. ℣. 15.

Genius: pro *patrono*, & domino, qui aliquem alit. Capt. 4. 2. ℣. 99. Caſ. 2. 3. ℣. 22. Men. 1. 2. ℣. 29. Curc. 2. 3. ℣. 22.

Digitized by Google

cum *Geniis belligerare*: ventri bellum indicere. Truc. 1. 2. ℣. 80.

Genus ſuum incendere. Trin. 3. 2. ℣. 49. *Genus congliſcit.* Ibid. ℣. 52.

Generibus ſummis natum eſſe. Moſt. 5. 2. ℣. 21.

Genere bono natus. Perſ. 4. 4. ℣ 93.

Genere ſummo gnatus. Pœn. 5. 4. ℣. 68.

Gentium ſæpe πλεονάζει additũ aduerbiis in compoſitione. *Vide Pleonaſmus* in Mantiſſa.

Genus: pro maioribus. Pſeud. 1. 1. ℣. 75.

Genus reſtringere. Trin. 3. 2. v. 50.

Genus honoratiſſimũ. Capt. 2. 2. ℣. 28.

Genus pollens. Capt. 2. 2. ℣. 28.

Genus hominum. Pœn. 5. 4. ℣. 14.

Genus lenonium. Perſ. 4. 4. ℣. 33.

Genus πολυπλούσιον. Capt. 2. 2. verſ. 27.

Genus apprime probum Trin. 2. 2. verſ. 91.

Genus quoduis hominum. Pœn. 4. 2. ℣. 9.

Genus bonum, Epid. 1. 2. ℣. 4. & 2. 1 ℣. 3.

Genus ſummum. Ciſtell. 1. 1. ℣. 26. & 1. 2. ℣. 11. Mil. 3. 1. ℣. 85. Rud. 4. 5. ℣. 7.

Geraria ancilla: puerulorum gerula. Mil. 3. 1. ℣. 101.

Gerentes rei, benè, vel malè. Truc. 2. 2. ℣. 42. Sic Cicero in Vatin. *gerentes negotij.* Et pro Quintio c. 19. *Sui negotij benè gerens.*

Gerere theſaurum in tergo. de ſervis. Aſin. 2. 2. ℣. 11.

Gerere pro, *facere.* Ciſt. 4. 2. verſ. 53. Pſeud. 1. 2. ℣. 61. Bacch. 3. 3. ℣. 73. Vide Giſan. Lucret.

Gerere rem. Perſ. 4. 3. ℣. 34. Eſt id agere, quod expedit. *Vide* Behot. Apophor. lib. 1. c. 20.

Gerere res: de rebus in bello geſtis interdum. Varro lib. 5. LL. *Contra Imperator, qui dicitur res gerere. in eo neq; agit, neque facit, ſed gerit & ſuſtinet.* Translatum ab eis, qui onera gerunt, ac ſuſtinent.

Gerens negotij: cum patrio caſu. Cicero in *Vatin.* cap. *Cumque omnium domos, apothecas, naves, furaciſſimè ſcrutarère, hominesq; negotij gerentes judicijs iniquiſſimus irretires, mercatores à navi egredientes terreres.* Sic ibi v. l. & Lamb. Idem pro Quintio cap. *ſui negotij bene gerens.*

Germana illuvies. Moſt. 1. 1. ℣ 39.

Germana ſoror. Trin. 3. 2. ℣. 64. Pœn. 1. 2. ℣. 116. Bacch. 1. 1. v. 5.

Germana Græcia. Rud. 3. 4. ℣. 32.

Germani gemini fratres. Men. 5. 9. ℣. 23. 43. 66. Sic plærumq; dicuntur, qui ijsdem parentibus utriſque nati ſunt. Interdum tamen etiam illi, qui ex eodem patre duntaxat ſicut nati, qui ſolent *Conſanguinei* vocari. Conſtantinus Imp. l. 1. C. Theod. l. 2. tit. 19. de inoffic. *Fratres uterini ab officioſis actionibus arceantur, & germanis tantummodò fratribus adverſus eos petitionis aditus reſeretur.* Ad Iuſtin. l. fratres illot. hanc legem ponens paulùm mutatam pro *germanis* rectè ſubſtituit, *conſanguineos fra-*

fratres. Corn. Nepos in Cimone, & præfat. ad Attic.

Germanum in modum: germanitùs. Caſ. 3. 4. ✠. 25.

Germanum nomen. Capt. 2. 2. ✠. 38. hoc eſt, proprium.

Germanus. γνήσι☉, verus. Men. Arg. ✠ 5. Prol. v. 71. Moſt. 1. 1. ✠. 39. *Germana illuvies*. *Germana gerra*. Pœn. 1. 1. ✠. 9. Cicero dixit *germanam ironiam*, *patriam*, *juſtitiam*, *germanum negotiatorem*, *Metellum*, *Atticum*, *Campanos*, *magiſtros hujus artis germanos*. Sic Acad. quæſt. *germaniſſimus Stoicus*. Et in Orat. *Cùm mutila quadā & biantia locuti ſunt germanos ſe putāt eſſe Thucydidas*.

Gerones. Truc. 2. 7. ✠. 1. *Foras-gerones*.

Gerra: ſunt crates. Vnde parietes intergerrini, hoc eſt, conceratitii. Tales ſunt tenviorum agricolarū. Inde *Gerra* pro rebus frivolis dicuntur. Nonius & Heſychius interpretantur *αὔδρῦα καὶ γυνικεῖα αἰδοῖα*. Epid. 2. 2. ✠. 49. Trin. 3. 3. ✠. 31. Tibull. l. 4:

Lata Molorchiis poſuit veſtigia gerris.

Gerra germanæ. Pœn. 1. 1. ✠: 9.

Gerra: pro *geronibus*. Aſin. 3. 3. ✠. 10. Gloſſæ antiquæ: *Gerra*, χόδιμιν☉. Sic Lucilius:

Tapullam rident legem congerræ opimi.

Gerro. Moſt. 3. 2. ✠. 33.

Geruli-figulus flagitij, qui producit & docet flagitiū. Bacch. 3. 3. ✠. 14. *Gerulus* enim, vt docet Scaliger ad Feſtum, apud veteres non ſemper eſt, qui aliquid portat, ſed qui aliquid efficit. ὁ πράκτωρ καὶ ὁ πρακτήρ, vt teſtantur veteres Gloſſæ. Sic apud Lucretium *geri* dicuntur *res*, pro *effici* & *produci*, quia à motu & *geſtione*, ſecundum Epicurum, omnia gignuntur. Sic de Empedocle ait, quod eum Sicilia geſſerit, *hoc eſt*, procreaverit: quia erat Siculus. Et alibi; *res geſtas*, hoc eſt, creatas, ortas. Vide Lexicon Lucret. Dan. Parei.

Gerulus: baiulator. Bacch. 4. 9. ✠. 80.

Geryonaceum genus; à Geryone Rege Hiſpan. tricorpore, habente terna capita & tot pedes. Aul. 3. 6. ✠. 18.

Geſtans. Interdum παθητικῶς. Vt, *vehens*. de quo infr. pro eo, qui lecticâ geſtatur. Sueton. Domit. c. *Aretinum clementem &c. in eadē vel etiā in majore gratiâ habuit, quod noviſſimè ſimul geſtanti conſpectò delatore ejus vis inquit. &c.*

Geſtatio, ſpatiū, ſeu locus ad geſtandum inſtructus. Ita *Cœnatio*, *Ambulatio*. Plin. lib. 2. Epiſt. 6, *Ambit hunc ambulatio, preſſis varieq; tonſis viridibus incluſa: ab his geſtatio in modum Circi, quæ luxum &c. circuit.*

Geſtare crimina; deferre, ſpargere. Pſeud. 1. 5. ✠. 12.

Geſtare ſecum; ferre. Pſeud. 1. 1. ✠. 8.

Geſtor criminum. Pſeud. 1. 5. v. 14.

Geſti: geſſiſti. Truc. 2. 4. ✠. 33.

Hæc & Iſta. pro Republ. Imperio Romano. Vide & *Hoc* infr. Ita Cicero interdum loqui ſolet, Græcos imitatus. Demoſth. καὶ τάδε. Cicero: *Et hæs res, & hanc rem. Hæc omnia.* Cicero pro Flacco cap. *Liceat ijs, qui hæc ſalva eſſe voluerunt, ipſis eſſe ſalvis.* Et in Catil. *Facile adducam, ut te hæc, quæ iam dudum vaſtare ſtudes, relinquentem usq; ad portas proſequātur* Et Catil. 4. cap. 4. *Video duas adhuc eſſe ſententias, unam D. Silani, qui cenſet, eos, qui hæc delere conati ſunt, morte eſſe multandos.* Et poſtea cap. 8. *ſervus eſt nemo, qui modò tolerabili conditione ſit ſervitutis, qui non audaciam civiū perhorreſcat, qui non hæc ſtare cupiat.* Ita v. lib. ut rectè Lamb. Vulg. *qui non obſtare.* Sic quoque Catil. 3. cap. *Hic quis poteſt eſſe, Quirites, qui neget hæc omnia, quæ videmus?* pro Fontio c. *Cuius preces ſi Dij aſpernarentur, hæc ſalva eſſe non poſſent.* Pro Sulla cap. 27. *Neq; enim eſt quiſquam, qui arbitretur, illis incluſis in Rep. peſtibus diutius hæc ſtare potuiſſe.* Ita eſt in v. l itaque legendum eſſe. dubitat Lambinus, putatque, *ædificia* indicari. Vt & illa verba Catilinæ. Vulg. *diutius hoc imperium ſtare.* Idem pro M. Marcello in fine: *Quare omnes te qui. hæc ſalva eſſe volumus, & hortamur, & obſervamus.* De Haruſp. reſp. cap. *Etenim vix hæc ſi undiq; fulciamus jam labefa-*

ſta vix inquam innixa in omnium noſtrûm humeris. Philip. 4. cap. *Omnes mortales ore & mente conſentiunt, omnia eorum, qui hæc ſalva volunt, contra illam peſtem eſſe capienda.* Pro Cælio cap. *Ex hoc genere illos fuiſſe arbitror, Camillos, Fabricios, Curios, omnesq; eos qui hæc ex minimis tanta fecerunt.* Et lib. 7. Epiſt. 19. ad Trebatium: *In qua quidem nos te continebimus; ſi & ſalvi redierimus, & ſalva iſta offenderimus.* Poſt red. ad Quir. cap. *Non ſolùm cum his, qui hæc delere voluiſſent ſed etiam cum fortuna belligerandum fuit.* Et de Prouinc. Conſul. cap. 10. *Si ijs, qui hæc omnia flamma ac ferro delere voluerunt.* Pro Sylla cap. 11. *aut tam ſceleratum ſtatuis fuiſſe, ut hæc omnia perire voluerit.* Et pro Milone cap. *Nobis hæc fruenda relinqueret, quæ ipſe ſervaſſet.*

Interdum idem valet *Hanc rem.* Livius lib. 6. extremo: *ſed parva iſta non contemnendo majores noſtri maximam hanc rem fecerunt.*

Hæc huiuſmodi. Mil. 4. 2. verſ. 32.

Hæc: pro, *Hæ.* Aul. 3. 5. ℣. 59. Moſt. 1. 3. verſ. 9. & 3. 1. verſ. 112. Apul. *hæc arbores.* Vide Don. ad Terent. Eun. 3. 5. & Colu. ad lib. 4. Metam. Apul.

Hadilia: parvi hoedi: non, ut alii putant, ipſa hædorum ſepta. Horat. lib. 1. Od. 17.

Nec virides metuunt colubros
Nec Martiales hadilia lupos.

Symmachus lib. 1. Epiſt. 7. *His quippe menſibus duæ menſæ ab hadilibus copioſæ ſunt.* Sic teſtatur Giſanius ſcriptū fuiſſe in antiquiſſimo ſuo Manuſcripto lib. ubi tamen Gaſper Scioppius Comes à Clarâ valle in ſuâ editione, *edilibus.* Vulg. *edulibus*, vel *adilibus* male.

Hæredem eſſe alicui. Men. 3. 2, verſ. 28.

Hæredem facere. Men. Prol. v. 62. Pœn. 4. 2, verſ. 17.

Hæreditas ſine ſacris: eſt lucrum ſine vllo onere & ſumtu. Capt. 4. 1. verſ. 8. Trin. 2. 4. verſ. 83. Vide ibi Lambinum: nec non Lexicon Iuridicum Ioan. Caluini litt. *Sine ſacris hæreditas.* Voſſ. Rhet. lib. 4. pag. 214.

Hæreditas obtigit. Truc. 2. 3. ℣. 23. *Magna & luculenta.*

Hæreditas effertiſſima. Capt. 4. 1. verſ. 8.

Hæreditatem inhiare. Stich. 4. 2. verſ 25.

Hæreditates eueniunt. Curc. 1. 2. verſ. 34.

Hærere in amorem apud aliquam Epid. 2. 2. ℣. 7.

Heres, pro domino. *Feſtus.* Men. 3. 2. ℣. 12. Vide, *Exheres.* & Cuiac lib. 10 Obſerv. cap. 16.

Hæres, & *Hæreditas.* Tralate, pro ſucceſſione, aut translatione honorum. Sic Græci κληρονόμῳ verbo interdum utuntur,

Cicero

Cicero lib. Offic. cap. *Ad quem & hæreditas huius gloriæ, & factorum imitatio pertinet.*

Hæredium. & *Hærediolum*: pro prædio hæreditario à parentibus relicto. Corn. Nepos in vita Catonis: *Verſatus eſt in Sabinis, quod ibi hæredium à patre relictũ habebat.* Agell. lib. 19. cap. 7. *In agro Vaticano Iulius Paulus, Poeta, vir bonus & rerum litterarumque veterum impensè doctus, hærediolũ tenue poſſidebat.* ita v. l. vulg. *prædiolum.*

Hærere nobis, vobis, tibi, alicui. h. e. verſari cum aliquo, ſed ut aſſecla maiori. Author ad Herenn. lib. 3. c. 17. *Quare placet & ex ordine locos comparare & locos, quos aſſumſerimus, egregiè commeditari oportebit, ut perpetuò nobis hærere poſſint.* Cicero pro Quintio cap. *Erat enim, inquit, illarum partium. Quid ni? qui apud te eſſet educatus, quem tu à puero ſic inſtituiſſes, ut nobili, ne gladiatori quidem hæreret.* Ita omnes lib. Sed Hotmanus & Lamb. *quidem ederet*, non rectè in Orat. quã Cicero adoleſcẽs ſcripſit. [Pr]o Cælio, ubi de Clodiâ cap. *Vigeant apud iſtam mulierem, venuſtate dominentur, ſumtibus hæreant,*

Hæret hæc res: eſt res incerta ac dubia. Amph. 2. 2. verſ. 182. Pſeud. 4. 2. v. 28 Trin. 4. 2. v. 59.

Hæret negotium: conſilium non procedit Pſeudul. 1. 5. verſ. 8.

Halagoras. conuitium: quaſi ἅλς ἀγορᾶς. Pœn. 5. 5. ℣. 34. vt *Halophanta*. Caſ. 4. 1. ℣. 2.

Halec; notat piſcem, & ſalſuginem è piſce. Perſ. 3. ℣. 27.

Halicarius. Lucilius lib. 15. Satir. apud Chariſ. lib. 1. pag. 7[?].

Halophãta. Vide litt. C. *Kalophãta.*

Hama. Inſtrumentum eſt hauriendi, & fodiendi Aqualis, vel vas aquarium, ſive urceus: ſicut *Hirnea*: de quo infr. Eſt vox Græca, Latinis uſitata. Et diminutiuum *Hamula*. In quibusdã libb. ſcribitur *Ama* & *Amula* Inde Germanicum Eyn Eymer. Plautus uſurpat Mil. 4. 2. ℣. 42. Poen. 5. 5. ℣. 34. Cato de re ruſt. cap. *Hæ hamæ utiles ſunt.* Columella de re ruſt. lib. cap. *Aut habilem lymphis hamulam Bacchive lagenam.* Plinius lib. Epiſt. *Nullus in urbe ſipho, nulla hama, nullum denique inſtrumentum ad incendia compeſcenda.* Iuven. Sat. 14. v. 305. *Diſpoſitis prædives hamis jugulare cohortem ſervorum noctu jubet*

Paulus IC. in l. 3. D. de offic. præf. vig. *ſciendum eſt autem Præfectum vigilũ totam noctẽ vigilare debere, & coerrare calceatum cum hamis & dolabris, ut etiam adhibeant, omnes inquilinos admonere.* Earũ quoque mẽtio in l. 2. de fin. fund. noſtr. Aeſchynes καὶ Κτησιφῶν ἄμας τῇ ἡμέρᾳ ἔχοντας ἄμας καὶ δικέλλας ἥκειν. plutarch. ἢ ἄμαις καὶ σκάφαις ἡμῖν

ἐκ τῶν βασιλικῶν ἀρύστιδος θεάτρων ἡ καλή ῥώμη παρέσχηκε. Et in Proverb. ἅμαξας. οἱ γὰρ ἀπηρνοῦντο σκάφας.

Hamatilis piſcatus. Rud.2.1.v.10.

Hamaxagoga bonorum. Truc.2.7.℣.1. qui vehiculis bona exportant.

Hamaxari; eſt, plauſtro jungere. Truc.2.2.v.22. Turnebus nõ ſatis commodè explicat *plauſtrum trahere.* lib.10. Adv. cap.25.

Hamiota: piſcatores dicti ab hamis. *Nonius.* Rud.2.2.℣.5.

Hamulus piſcarius. Stich.2.2.v.17.

Hamum vorare; de amantibus. Truc.1.1.℣.21.

Happalopſis. Pſeu.3.2.℣.47. Vide *Cicilendrum.*

Hara; ſtabulum porcorum. Aſin.2.4.℣.24. Sic Cicero ferè loquitur in Piſõ. *Epicure noſter, ex hara producte, non ex ſchola.* De *Hara* amplius lege Varronem de R.R.lib.2.c.4.

Hara ſuis; de fœtido & impuro homine. Moſt.1.1.℣.39.

Hæreo: pro, *dubito.* Capt.3.3.v.17.

Harioli: haruſpices. Pœn.3.5.℣.47. (℣.40.

Hariolor. Amph.Sc. DI voſtram.

Harpago: raptor. Trin.2.1.℣.13.

Harpagare; eſt quaſi harpagone rapere, ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν. Ficto & ioculari verbo. Aul.2.2.℣.24. Bacch.4.4.℣.11. Pſeud.1.2.℣.6.& 4.2.℣.1. Truc.1.2.℣.9.

Harpax. Pſeud.2.2.℣.58.& 4.2.℣.53. (57.

Harunce: ἀρχαϊκῶς. Moſt 2. ℣.

Harundo. Stich.2.2.℣.17. *Harundinem fert, ſportulamque.*

Haruſpices. Pœn.3.5.℣.1.& 5.4.℣.34.37.

Haſta; exercitium iuventutis. Bacch.3.3.℣.24.

Hau! Interiectio ferè timentis. Ciſt.3.℣.15. Mil.4.8.℣.47. Stich.2.1.℣.104. Caſ.4.3.℣.4. Inſcript. DCCLXIX 9. HEIC EST.SEPVLCHRVM.HAV.PVLCHRVM.PVLCHRE.FEMINE.

Haud præter. Nota relationem particularum. Mil.3.1.℣.34.

Haud ferme ſolent. Elegans formula. ſolemnis etiam Salluſtio. Pœn.4.2.℣.36.

Haud aliter; παρεονάζει. Moſt.1.2.℣.15. *Perinde haud aliter.*

Haud longius futurum eſt. propediē. Trin.3.2.℣.95.

Haud magis quã. Curc.2.3.v.26.

Haud me pœnitet. Acquieſcentis formula. Ciſt.1.1.℣.49.

Haud multo poſt. Curc.1.3.℣.26. Pſeud.4.4.℣.26.

Haud multo prius. Pſeu.4.6.℣.32.

Haud non. Aul.2.4.℣.7. Vide, *Negatio geminata*, in Mantiſſa.

Haud perit, quod. Non fruſtra eſt. Elegans formula. Truc.2.7.℣.27.

Haud quidquam magis eſt, quod cupiam jam diu. Elegans forma. Curc.1.3.℣.15.

Haud ſcio: ſequente conſona. *Haud ſcio quid eo opus ſit.* Bacch.5.2.℣.15.

Haud ſcio, an. Idem ferè, quod Græci, ὡς εἰπεῖν. Elegans particula, ſive dictio Ciceronis. Cicero lib.1.de fin.cap. *Quem haud ſcio, an rectè dixerim principem Philoſophorum.* Et in

in Læl. cap. *Atque haud ſcio, anne opus ſit quidem, nihil omninò deeſſe amicis.* Pro Flacco de Vrbe Maſſiliâ cap. *Cujus ego civitatis diſciplinam atque gravitatem, non ſolùm Græcia, ſed haud ſcio an cunctis gentibus anteponendam dicam.* Et lib. 1. Offic. cap. *Capeſſentibus autem Remp. nihil minus, quàm Philoſophis, haud ſcio, an magis etiam, & magnificentiâ & deſpicientiâ adhibenda ſit rerum humanarum, quã ſæpe dic.* Et antea. *Atque haud ſcio an ſatis ſit, eum, qui laceſſierit, incuriæ ſuæ pœnitere.* Et de Nat. Deor. cap. *Vir ſapientiſſimus, atque haud ſcio, an omnium præſtantiſſimus.* Eſt autem *Haud ſcio* temperatio alicujus dicti, ſeu dubitatio quædam modeſtiæ causâ. Cicero lib. 9. Epiſt. 14. ad Dolab. *Contigit enim tibi, quod haud haud ſcio, an nemini, ut ſumma ſeveritas animadverſionis non modò invidioſa, ſed etiam popularis eſſet.* Et eodem lib. Epiſt. 15. ad Papirium: *Eſt id quidem magnum, atque haud ſcio, an maximum, ſed tibi commune cum multis.* Negantis videtur interdum. Vt lib. 1. Offic. cap. *Atque haud ſcio, an ſatis ſit, eum qui laceſſierit, incuria ſua pœnitere, ut & ipſe, ne quid tale poſthac, & cæteri ſint ad incuriam tardiores.*

Haud vidi magis. Plautinum dicendi genus: idq; Ironicum, ut rectè Muretus admonuit lib. 10. cap. 13. Var. lect. quando ex contrario alicui reſpõdemus, & acerbè ſimul irridemus. Vt ſi quis dicenti, *Titius eſt vir bonus*, reſpondeat: *Haud vidi magis,* intelligens, Titium nihil minus eſſe, quã virum bonum. Amph. 2. 2. ℣. 47. *Exſpectatum advenis.* So. *Haud vidi magis.* Capt. 3. 4. ℣. 29. *At etiam te ſodalem ſuum eſſe ajebat.* TYN. *Haud vidi magis.* Et ita Milphio Pœn. 1. 1. ℣. 13. *Ignoſcere iſte mihi æquum eſt.* MI. *Haud vidi magis.* Cic. pro Seſtio cap. *Eſt enim iſte populo Romano deditus. Nihil vidi magis.*

Havo. Punicum eſt: ex Hebræo חוה vivere. Pœn. 5. 2. ℣. 34. Vide ibi Animadverſiones noſtras.

Haurire. Tralatè, pro, petere, capere, Græcè ἀρύττειν Cicero lib. 1. Offic. cap. *Sed ut ſolemus, è fontibus eorum judicio arbitrioque noſtro quantum quoque modo videbitur, hauriemus.* Idem pro Archia cap. *Illa quidem certè, quæ ſumma ſunt, ex quo fonte hauriam, ſentio.* Idem lib. 3. de Orat. cap. *Neque omnem ut dixi, teramus in hiſce diſcendis rebus ætatem, ſed cùm fontes viderimus, tum quotieſcumque opus erit, ex ijs tantum, quantum res petet, hauriemus.*

Lucretius lib. 1. ℣. 926.

—*juvat integros accedere fontes,*
Atque haurire—

Plato in Jone: ὥσπερ αἱ βάκχαι

ἀῤῥύτττοντι ἐκ τῶν ποταμῶν, μέλι καὶ γάλα καταχεόμενοι. Cicero pro Cælio cap. *Vidi enim; vidi & illum hauſi dolorem vel acerbiſſimum.*

Hebes machæra. Mil.1.1.℣.53.

Hecata proſerpina. Ciſt. 1. 1. ℣.50.

Hecuba canis. Græcis in lapidibus efficta, quod maledicta in quemvis obvium ingerebat. Inde propter animi hanc acerbitatem in canem converſa fuit. Bacch. 9.℣.39.Men.5.1.℣.14.

Heia! Ciſt.1.1.℣.44.

Helena. Bacch. 4.9.℣.24.

Helleborum: Inſaniæ curandæ vtile. Pſeud.4.7.℣.89. *Helleborum hiſce hominibus eſt opus.*

Helleborus: quo atra bilis expurgatur. Men.5.5.℣.15.47. *Non poteſt hæc res ellebori iugere obtinerier.*

Helleboroſus: inſanus. Rud.4.3.℣.67.

Hem! Pœn.prol.℣.18.& 1.1.℣.31. & 1.1.& 79.& 1.3. ℣.1.1.& 5.2.℣.62. Truc.2.8.℣.4.& 4.3.℣.13.& 4.2.℣.41. Trin.prol ℣.3. & 1.2. ℣.148.& 2.4.℣.11.& 2.4.℣.130.& 2.4.℣.140.Stich.5.2.℣.12.

Hem! Interdum laudantis interiectio. Merc.3.1.℣.25.

Hem! admirantis. Pœn.5.2.v.86. *Hem! quid ego audio?*

Hem! recordantis quandoq; eſt particula. Mil. 1.1.℣.36.

Hem! admonēdi particula. Pœn. 3.4.℣.16.

Hem! interpellantis. Ciſt. 4.2. ℣.27.

Hem! interiectio vocantis, vel ſeſe offerentis ad aliquid. Epid. 5.2.℣.17.

Hem! Corrigentis vox. Caſ.3.6. ℣.15.

Hem! Interiectio verberantis. Curc. 1.3.℣.39. & 5.2.℣.26. Pſeud.1.2.℣.22. Pſeud.1.2.℣.169.170.Men.5.7.℣.29. Perſ. 5.2.℣.28.29. Stich.5.4.℣.46. *Hem tibi!* Aſin. 2.4.℣.25. Truc. 5.1.℣.60.

Hem! vapulantis quandoque eſt. Pſeud.5.2.℣.20.

Hem quid! Stich.2.3.℣.47.

Hem! pro, *En*, poſitum ſæpe. Terent.Andr.2.2.℣.15. *Hem! libero uxorem tibi jam non dat Chremes.* Eun.2.3.℣.20. *Hem Eunuchum tibi! quà liberali facie, quâ ætate integrâ.* Et 2.2.℣ 6. Chariſius lib. 2. idem teſtatur.

Hemicyclus: & diminutivè, *Hemicyclium*, nō eſt ſella, ut vulgò putant, ſed locus, ſive conclave, ſemirotundâ formâ. Cicero in Læl. cap. *Cùm ſæpè multa memini domi in hemicyclo ſedentem, ut ſolebat, in eum ſermonem illum incidere.* Plutarch. Alcibiade: *ὥστε πολλοὺς ἐν ταῖς παλαίστραις καὶ ταῖς ἡμικυκλίοις καθίζεσθαι.* Et in libr. περὶ ἀδολεσχίας: *κἂν ἐν ἡμικυκλίῳ τινὶ καθεζόμενοι, κἂν περιπατοῦντες ἐν ταὐτῷ θεάσωνται προσφοιτῶντα.*

Hemina: dimidia pars ſextarii. Mil. 3.2.℣.18. Vide Waſerum de menſuris Romanorum.

*Hepatari*⁹ *morb*⁹. Curc. 2.1.v.24.

Hera.

Hera. Truc. 1. 2. ℣. 82. & 2. 1. ℣. 3. & 4. 2. ℣. 2.

Hera callida. Ciſt. 4. 2. ℣. 61.

Hera Divûm atque hominum ſpectatrix: Fortuna. Merc. 3. 4. ℣. 12. & 5. 2. ℣. 1.

Hera maior, hera minor. Truc. 3. 4. v. 22. 23.

Heracliti multa. Vide infr. litt. *M*.

Herba irrigua. Trin. 1. 1. ℣. 9.

Herbas oggerere. Pſeud. 3. 2. ℣. 23.

Herbei oculi. Vide litt. Θ.

Hercle. Amph. 1. 1. ℣. 143. Epid. 1. 2. ℣. 13. Stich. 4. 2. ℣. 10. 16. 30. millies alibi.

Hercle adeò. Merc. 5. 4. ℣. 58.

Hercle certè. Moſt. 3. 2. ℣. 31. Merc. 1. 2. ℣. 74.

Hercle equidem. Bacch. 4. 8. ℣. 49. Mil. 4. 1. ℣. 25. Merc. 2. 1. ℣. 40. Rud. 2. 4. ℣. 13. Truc. 2. 7. ℣. 8.

Hercle quidem. Mil. 4. 2. ℣. 15. 80. Men. 3. 2. ℣. 39. Pœn. 5. 2. ℣. 68. Pſeud. 5. 2. ℣. 2. Truc. 4. 2. ℣ 16. Trin. 3. 2. ℣. 91.

Hercle quidem certè. Stich. 4. 1. ℣. 55.

Hercle quin. Men. 5. 9. v. 33. Merc. 2. 3. ℣. 77. Pſeud. 1. 5. ℣. 58. Stich. 4. 1. ℣. 53.

Hercle. ornat ſententiam. Bacch. 3. 6. ℣. 28.

Hercle ſane. Trin. 3. 3. ℣. 53.

Hercle: ornat ſententiam. Bacch. 3. 6. ℣. 28.

Hercle ſane. Trin. 3. 3. ℣. 53.

Hercle; ab initio ſententiæ approbantis eſt. Epid. 1. 2. ℣. 33. & 2. 2. ℣. 28. Mil. 2. 3. ℣. 40.

Hercle: ferè πλεονάζει. Pſeud. 1. 3. ℣. 61. 66.

Hercle credo. Curc. 2. 3. v. 31. Epid. 2. 2. ℣. 72.

Hercle ne. Rud. 3. 5. ℣. 41.

Hercle obſecro. Bacch. 2. 3. ℣. 20.

Hercle opinor. Pſeud. 1. 1 ℣. 85.

Herclè verò: vehemente affirmantis particula. Aſin. 2. 2. ℣. 1. 106. & 3. 3. ℣. 26. Curc. 5. 3. ℣. 33. 47. Caſ. Prol. ℣. 84. Ciſt. 2. 3. ℣. 39. Moſt. 3. 1. ℣. 18. 46. Men. 1. 3. ℣. 33. & 2. 2. ℣. 7. 33. & 4. 2. ℣. 48. 67. 92 & 5. 2. ℣. 69. Mil. 2. 3. ℣. 53 & 2. 4. ℣. 14. & 3. 1. ℣. 88. & 3. 2. ℣. 17. Merc. 1. 2. ℣. 56. Pſeud. 1. 3. ℣. 91. & 2. 2. ℣. 31. Pœn. 1. 3. ℣. 27. 29. Epid. 5. 2. ℣. 22. 41. Perſ. 2. 4. ℣. 14. & 3. 3. ℣. 43. & 4. 3. ℣. 65. Rud. 3. 5. ℣. 6. 18. & 5. 3. ℣. 16. Stich. 2. 3. ℣. 50. & 4. 2. ℣. 17. Trin. 3. 5. ℣. 23. & 4. 2. ℣. 104. Truc. 2. 4. ℣. 68. & 5. 1. ℣. 29.

Herculana pars: decimæ Herculis. Truc. 2. 7. ℣. 11.

Herculе: in vocativo. Rud. 1. 2. ℣. 72. Stich. 3. 2. ℣. 6. Vide ibi Animadverſiones. Capt. 3. 4. ℣. 67. Dicebant vett. *Hercules*, & *Herculus*. Gloſſarium alterum vetus, *Herculus*, ἡρακλῆς. Hinc vocativus *Hercule*, & *Hercle*, factâ Syncope.

Hercule. Iurandi forma etiam fœminis vſurpata. Truc. 2. 1. ℣. 1.

Herculei: pro, *Herculi*. Caſ. 2. 6. ℣. 46. ſic *Heraclitei*, pro, *Heracliti*. Capt. 2. 1. ℣. 7.

Hercules ἀλεξίκακος. Moſt. 2. 2. ℣. 94. Bacch. 4. 8. ℣. 53.

Hercu-

Hercules te amabit. Stich. 2. 1. ℣. 70.

Herculis decuma. Stich.2.1.℣ 80. & 2.3. ℣. 61.69. Bacch. 4.4. ℣. 15.

Hercules Linum præceptorem alliſa in caput cithara interfecit. Bacch.1.3.℣.47.

Hercules Nutrix invocabatur ab Paraſitis in luſu Talorum. Curc.2.3.℣. 79. Vide Philoſoph.Plaut.Tit. *Talorum.*

Herculis ærumna. Perſ. 1.1.℣.2. De laboribus Herculis variant authores: de quibus legẽdus Natalis Comes Mythol. lib.7. cap. 1. Vulgo XII. commemorantur. Quintus tamẽ Smyrnæus lib.VI. paral. circiter XX. pingit in clypeo Eurypili. Vide etiam Alciat. Emblem.137. & inibi Comment. Claudij Minois. Lucret.lib.V. Martial. lib.9. Ep.104. Sil.Ital. lib. 3. Diod. Sicul. lib 4.c. 3. Sidonius Apollinaris Carm. 9. hos recenſet:

Non hic Herculis excolam labores.
Cui Sus, Cerva, Leo, Gigas, Amazon,
Hoſpes, Taurus, Eryx, Aves, Lycus, Fur,
Neſſus, Libs, Iuga, Poma, Virgo, Serpens,
Oeta, Thraces equi, boves Ibera,
Luctator fluvius, Canis triformis,
Portatuſque polus polum dederunt.

Herculis ſextus labor: quando Hippolytæ baltheum abſtulit. Mẽ.1.3.℣.18. Epid.2.1.v.9.

Herculis fanum. Rud.3.5.℣.42.

Herculis quæſtum, h. e. *decimas conterere.* Moſt.4.2.℣.68.

Herè: pro, *heri* dicebant vett. Amph.1.3.℣.16. Capt.1.2.℣.2. Truc.2.6.℣.28. Epid.2.2.℣.18. Mil.1.1.℣.59.60. Ter.Eũ. 2.3.℣. 65. *quem mercatus eſt herè, ſenem, mulierem.* Agell.l.10.c. 24.

Herilis amica. Mil.2.1.℣.37.44.

Herilis concubina. Mil.2.3.℣.66.

Herilis fides. Vide litt. F.

Herilis filia. Aul.1.1.℣.36. Ciſt.2.3.℣.8.& 4.2. ℣.83.

Herilis fili⁹. Caſ. *Grex.*v.3. Bacch. 2.3.℣.132. & 4.9. ℣.7. Epid. Arg.℣.4 & 1.1. ℣.18. & 1.2 ℣. 60. Pſ.1.4. ℣.2.20. & 2.3.℣.7. Truc.2.2.v.42. & 3.2.v.1. Moſt. 1.1.v.20. & 1.1.v.79. Trin.3.1. ℣. 1.

Herile ſcelus: quod herus committit. Rud.1.5.℣.15.

Herilis res. Men.5.6.℣.1.3.

Herilis terra patria. Stich.5.2.v.2.

Herus benevolẽs. Capt.4.2.v.77.

Herus maior & minor: pater & filius. Capt.3.5.℣.50. Bacch.4.4.℣.3. Merc.1.2.℣.2. Truc.2.2.℣.53. Pſeud. 5.1. ℣.23 36. Vide etiam, *Dominus.*

Heu! Truc.3.2.℣.27. Pœn.1.2.v.71. & 3. 2.℣. 26. *Heu edepol mortales miſeros!* Scriptura huius voculæ variat in Mſſ. libris: *Heu, hei, heia,* & interdum *Ei*: ut videre eſt in vett. libb. Eſt autẽ *Ei* particula ſtomachantium, aut iniquè ferentium. A quâ & verbum *Eiulandi* dictum, teſte Mureto apud Ciofanum in 8. Metam. Ovid. ex vet.

Digitized by Google

veteri quodam Grammatico, nondum edito. Plautus Aulul. 5.1.✠.66. *Ei mihi! quod facinus ego ex te audio?* In Priapeijs: *Tuoque nunc puella tabis, & tuo ſtupore preſſa rus abijt. Ei mihi!* Cicero lib. 1. Offic. cap. Odioſum eſt enim cùm à prætereuntibus dicitur: *O domus antiqua! Ei quã diſpari domino!* Alibi τὸ *Ei* ſæpe mutatum in *Et*. Terent. Heaut. 2.2.✠.5. Clinia; *Ei miſero mihi!* Cæcilius in Aethrione: *Ei perij! quid ita*. apud Feſtum in, Numerò. Plautus Caſin. 3.3.✠.11. *Ei miſero mihi!* Ibid. 3.6.✠.7. & 8. *Ei! Ei! fœtet*. Piſo apud Agell. 11.14. *Ei dicunt Romula*. Vulg. *Et dicunt*. Virgil lib. 2. Aen. ✠.274.

Ei mihi qualis erat! quantum mutatus ab illo Hectore.

Heu! non ſemper eſt ejulatis, ſed admirantis quandoque. Rud. 2.4.✠.2. Pœn. 5.2.✠.147.

Heu mihi! Truc 5.1.✠.1.

Heu adepol! Exclamatio elegans in caſu rei. Epid. 1.1. ✠. 68. Men. 5. 2. ✠. 120. Mil. 4.2. ✠. 65.

Heuretes, εὑρετὴς, inventor conſiliorum. Pſeud. 2.4.✠.9.

Heus aliquis, efferte. Merc. 5.2.✠. 68. Pœn. 5.2.✠.158.

Heus ſis. Rud. 2.4.✠.24.

Heus tu. Truc. 3.2 ✠.14. Pœn. 3. 3. ✠. 95. & 5. 5. ✠. 26. & ✠. 41.

Hetruſca Calamina. Pœn. 5.3. ✠.45.

Hexéris. Navigij genus. Livius 29. cap. *Scipio poſt paucos dies Locros hexéri advectus &c. Meſſanâ redit*. Valer. Max. lib. 1. cap. ult. *Regios interitus magnitudine miraculi remigis caſus aquat, quem in hexere Tyriorum ſentinam haurientem fluctus contrarius in navem retulit*. Vulg. *litore*. Sed & Steph. Pighius veram lectionem agnovit. *Pentéres*, inquit, *hexéres*, & *heptéres* appellantur tam Latinis quàm Græcis authoribus naves à remorum numero, vel ordinibus. Meminit & Livius lib. 37. cap. *Regia Claſſis ſeptem & triginta majoris formæ navium erat, in quibus tres hepteres, & quatuor hexeres habebat.*

Hi, *qui conſuluntur*. Vide ſupr. *Conſulere*.

Hibernacula. Plærumque pro tectoriis ipſis, cùm ſub pellibus hiemem agere miles, non in oppido, neque ſub lecto cogebatur. Verùm interdum idem valet, quod *Hiberna*: quo loco hiberno tempore commorantur. Livius lib. 35. cap. *Deinde in hibernacula electurum*. Tacitus lib. 2. cap. *Legionum alia itinere terreſtri in hibernacula remiſſa*. Livius l. 5. c. *Hibernacula etiam res nova militi Romano ædificari cepta*.

Hibus: ἀρχαϊκῶς, pro, *his*. Curc. 4. 2. ✠.20.

Hic δεικτικῶς, pro, *ego*. Bacch. 4.4. ✠.1. Curc. 2.1.✠ 33. Epid. 2.1. ✠.38. Pſeud. 1.5. ✠ 79. Terent. Heaut. 1.3.✠.15. Tibull. lib. 2. Eleg. 6. ✠. 8. *Erit hic quoque miles*

Digitized by Google

tranſfugas animadvertit. Hos *enim tamquã patriæ fugitivos crucibus affixit, illos tamquam perfidos ſocios ſecuri percuſſit.* Quintil. l. 10. c. 2. *Quo fit, ut minus ſanguinis ac viriũ Declamationes habeãt, quàm Orationes: quod in illis vera, in his aſſimulata materia eſt.* Livius l. 30. c. Melior tutiorque eſt *certa pax, quàm ſperata victoria. Hæc in tuâ, illa in Deorum manu eſt.* Cic. l. 3. de fin. c. *Cumq; duæ ſint artes quibus perfectè ratio & oratio cõpleatur: una inveniendi, altera diſſerendi.* Hanc *poſteriorem & Stoici & Peripatetici: priorem autem illam illi egregiè tradiderunt, hi ne attigerunt quidẽ.*

Hice: pro, *hi*. Capt. Prol. ℣. 35. Mil. 4. 8. ℣. 24.

Hiemantib⁹ aquis: fregidis, ut in hyeme. Et hoc Salluſtij proprium. Seneca Epiſt. 114. *Dixit Salluſtius: Aquis hiemantibus. Arruntius in primo libro belli Punici ait, Repente hiemavit tempeſtas.* Seneca etiam alicubi notat, Salluſtium dixiſſe, *Hiemare*, pro hiemis incomomodo affligi. Sueton. Auguſt. c. *Quamvis parum ſalubrem valetudini ſuæ urbem hieme ne experiretur, aſſiduèque in vere hiemaret.*

Hiero; tyrannus. Men. 2 3 ℣. 60.

Hieto, vel, *Hiato*. Priſcum. verbũ. Men. 5. 1. ℣. 4. Gloſſæ: *χασμῶμαι. Oſcitor, hiſco. χάσμησις. Oſcitudo.* Germ. Ghienen.

Hilara. Rud. 2. 4. v. 6. (Prol. v. 99.

Hilarè & ampliter accipi. Merc. Prol. ℣. 99.

Hilarem habere feſtũ diem. Pœn. 5. 6. ℣. 30.

Hilari hilariores. Stich. 5. 4. v. 56.

Hilaritudo. Ciſt. 1. 1. ℣. 56. Mil. 3. 1. ℣. 82. *Onera te hilaritudine.*

Hilaritudo oculorum. Rud. 2. 4. ℣: 8.

Hilariſſimus. Men. 1. 2. ℣. 40.

Hilarus. Amph. 3 3. ℣. 6. Aſin. 5. 1. ℣. 10. 21. Epid. 3 3. v. 32. Moſt. 3. 1. ℣. 36. Mil. 4. 4. ℣. 62. Perſ. 5. 1. ℣. 8.

Hillum: res nihili. Ciſt. 4. 2. ℣. 21. Ab *Hir* ὑποκοριστικὸν eſt *hirulum*. Inde *hillum*.

Hillum penſi non eſt: nihil penſi habeo. Truc. 4. 2. ℣. 52.

Hilo minus. Truc. 2. 7. ℣. 9.

Hinc: de homine accipitur. Moſt. 3. 1. ℣. 111. & 4. 3. ℣. 30. ſicut paulo ante τὸ *unde* ℣. 16.

Hinc civis: p, hujus urbis civis. Terent. Andr. 5. 4. ℣. 5. *Illic eſt civis meus. quæris? Eho tu! Glycerium, hinc-civem eſſe ais?*

Hinc illæ lachrymæ. Oratio proverbij ſpeciem habens: ut vir magnus admonet. Terent. Andr. 1. 1. v. 99. *At at, hoc illud eſt, hinc illæ lachrymæ!* Cicero pro Cælio cap. 25. *Sin autem jam ſuberat ſimultas, exſtincta erat conſuetudo, diſcidium exſtiterat. Hinc illæ lachrymæ nimirum!* Horat. lib. Epiſtola 19. verſ. 37. *Hinc illæ lachrymæ!*

Hinc audio aliquem: pro eo, quod eſt, in hoc loco, vel, ex hoc loco excipio aliquẽ vel ſonitũ, aut motũ. Sic: *Iſtinc audis*: hoc

eſt, ibi

ibi percipis alibi excitatos ſonos. Claudianus: *Hinc auſcultemus, quod agat*. Cicero lib. 1. Attic. Epiſt. *Neſti iam in has materia ſonitos noſtros. tanti fuerunt, ut ego eò brevior ſim, quod eos usq; iſtinc exauditos patem.*

H*inc illinc.* proverbialiter dictum, teſte Donato in Terent. Adelph. Lucretius ſæpe uſurpat. *V*ide Indicem.

Hippodromus: curriculum equorum, vbi de pernicitate curſus certatur, citra pugnæ ſimulcerum. Ciſt. 2. 3. verſ. 7. Bacchi3. 3. ℣. 27.

H*ippolyta*; Amazonum regina. Men. 1. 3. ℣. 17.

Hir; *hirulum*, & contrdctè H*illum*. Truc. 4. 2. ℣. 51. Vide paulò ante, H*illum*.

Hir*a*; quæ diminutiuè dicitur *hilla*, quam Græci dicunt *νῆστιν*, inteſtinum eſt, quod *Ieiunium* vocant. *Feſtus*. Quãuis pro aliis etiam inteſtinis ſumi doceat *Nonius*. Gloſſæ; *Illum*, *ἐπὶ ῥάχη* & τὸ ὀρτός. Curc. 2. 1. ℣. 23. Horat. lib. 2. Sat. 4. ℣. 60.

Hi*rcoſus ſenex.* Gloſſæ; *Hircoſus, quod ſit ore & corpor fœtitido.* Ita ergo H*ircoſus* dicebatur non tantum cui alę hircini odoris, ſed os quoque. Trebatius l. qui caluum. §. is cui. ff. de ædil. edict. Placid. in Gloſſis; *Blennones, puditi, hircones.* Idem; *Blennus, ſtultus, hircoſus. impudicus, item putidus.* Merc. 3. 3. ℣. 14. *Ieiunitatis pl nus, anima fœtida, ſenex hircoſus, tu oſculere mulierem?* Vide ſupra. *Dentes blenni.*

Hi*rcus*; de fœtido homine. Moſtell. 1. 1. ℣. 39. Caſ. 3. 2. ℣. 20. Hircus improbus & edentulus. de ſene; qui eapropter H*ircoſus* dicitu. Vide paulò ante. Merc. 22. ℣. 1. 4.

Hi*rcus ſalius*; qui ſalit cayras, & tum fœdiſſimi eſt odoris. Men. 5. 2. ℣. 86. *V*ide etiam, *Capra commiſta*. Moſt. 1. 1. ℣. 40.

H*imea*. Amph. 1. 1. ℣. 273. eſt genus vaſis vinarii; antiquitus, *Eraaum* vocabatur vaſculum planum, & ex parte concavum, referens fermam manâs Aliqui libb. H*ernia*. *Irnella* ὑποκοριστικὸν eſt apud Feſtum *V*ide ſupra H*ama*.

Hi*rquina ala*; ſub quibus hircus. Pœn. 4. 2. ℣. 50.

H*irudo*. Epid. 2. 2. ℣. 4.
Horat. ad Piſones.
Non miſſura cutem, niſi plena cruoris hirudo.

He*rundinus nidus* Rud. 1. 1. ℣. 6.

Hi*rundo*; in bacœditiis amantiũ. Aſin. 3. 3. ℣. 103.

Hi*s rebus*: hoc tempore, hoc Reip. ſtatu. ſunt ablativi abſolutè poſiti. *V*ide infr. *Rebus*. Cicero pro Flacco cap. *Vehementem accuſatorem nacti ſumus, Iudices, & inimicum in omni genrre odioſum ac moleſtum, quin ſpero, his rebus, fore magno uſui & armis* Reip. Sic in Vulg. libb. & recte: ut in Nobis ad Ciceron. docuit. P. Victorius. Sed Lambinus dũ vulgatam tuetur, nugas agit.

His

His moribus. Idem quod, *His, rebus.* Salluſtus Iugurth. cap. *At contraria, quis eſt omnium his moribus, quin divitijs & ſumtibus non probet, neque ut induſtria cum maioribus contendat?* Terent. Andr. 2. 3. ℣. 21. *Nam quod tu ſperas, propulſabo facile. uxorē his moribus dabit intimo.*

Hice; nominativus plur. pro, Hi. Mil. 2. 4. ℣. 21. & 2. 6. ℣. 6. Rud. 2. 1. ℣. 5. Terentius Eunucho; -- *hiſce hoc munere arbitrantur.* Licinius Macer pro Tuſcis; *Quos oportuit amiſſa conſtituere, hiſce etiam relliquias averterunt.*

Hiſcunt ædes; patent, hietant. Pſeud. 4. 1. ℣. 42. Virgil. lib. 6. v. Stich. *neq; enim ante deliſcēt Attonitæ magna ora domûs.* Tibull. lib. 1. Eleg. 5. ℣. 67. *nec verbis victa fatiſcit janua.*

Hiſpani. Men. 2. 1. ℣. 10.

Hiſtoriam veterem & antiquam loqui. Trin. 2. 2. ℣. 99.

Hiſtoriam ſcribere. De ijs, quæ viſa ſunt. Men. 2. 1. ℣. 23. Chryſoſt. in cap. 1. Epiſt. ad Galat. καὶ οὐκ εἶπεν, ἰδεῖν Πέτρον, ἀλλ' ἱστορῆσαι Πέτρον, ὅπερ οἱ τὰς μεγάλας πόλεις, καὶ λαμπρὰς καταμανθάνοντες. Vide Dan. Heinſii Notas ad Gal. c. 1. v. 18.

Hiſtoriarum nomine apud Plautum etiam Fabulæ veniunt, & quæcunque ad cognitionem antiquitatis pertinent. Bacch. 1. 2. ℣. 49.

Hiſpanienſis, & *Hiſpanus*, differunt. *Hiſpanicum bellum*: h. e. in Hiſpaniâ geſtum. *Hiſpanicus gladius*, in Hiſpaniâ factus, *Exercitus Hiſpanicus*, qui conſtat ex Hiſpanis: *Hiſpanienſis*, qui eſt in Hiſpaniâ, licet ex Romanis conſtans. Livius lib. 23. cap. *Conducerentque ex lege prabenda, quæ ad exercitum Hiſpanienſem opus eſſet.* Idem lib. 7. cap. *Armant inde juvenem æquales: pedeſtre ſcutum capit, Hiſpano cingitur gladio Hiſpanienſi detruncata corpora brachijs abſciſis.*

Hiſtricum imperium. Pœn. Prolog. ℣. 44.

Hiſtricus imperator. Pœn. Prol. ℣. 4.

Hiſtrio. Truc. 5. 1. ℣. 39.

Hiſtriones voce Hethruſca idem ſunt, qui Græcis ὑποκριταὶ dicti, quod primum ex Hiſtria ſeu Iſtria venerint. Feſtus. Plutarch. in probl. Plaut. Amph. Prol. ℣. 69. Pœn. Prol. ℣. 4. Vide Alber. Gentilem de Actoribus. Fabb. cap. 11. & Scal. Poët. lib. 1. cap. 30.

Hiſtrionia. Amph. Prol. ℣. 90. 152. Sic dicitur, vt, *Alimonia, Querimonia.*

Hittio: propriè canum eſt, veſtigia indagantium cum aliqua vocis nictatione. ἰχνεύειν. Mē. 3. 1. ℣. 4. Sic Gloſſæ, *Hittus.* Φωνὴ κυνὸς, vox canis. Vide *Hieto.*

Hiulca gens: auida & quaſi hianti ore prædam captans. Trin. 2. 2. ℣. 9.

Hoc; ob hoc. Men. 5. 2. ℣. 30. Pſeud. 3. 2. ℣. 18. Stich. 1. 1. ℣. 11. Rud. 2. 3. ℣. 57. Pſeud. 1. 2. ℣. 31

Digitized by Google

℣. 33. Amph. 1. 1. ℣. 12. 97. Aul. 4. 4 ℣. 10. Capt. 2. 2. ℣. 79.

Hoc; pro, *huc*. Amph. 1. 1. ℣. Merc. 2. 2. ℣. 49. Aul. 4. 4. ℣. 10. Capt. 2. 2. ℣. 79. Sic *illoc*, pro, *illuc*. Ter. Adelph. 1. 2. ℣. 12. Cato apud Plinium. Vide etiam, *Quandoq;*.

Hoc; pro, *ad hoc*. Pſeud. 1. 2. ℣. 19.

Hoc, pro cælo, aut mundo. Vide ſupr. *Hac*: ut & Græci τόδε. Ennius: *Adſpice hoc ſublime candens, quem omnes vocant Iovem*. Terent. Heaut. 3. 1. ℣. 1. *Luciſcit hoc jam*. Lucret. lib. 5. v. 319. *Denique jam tuere hoc cir cum*---Plaut. Amph. 1. 3. v. 45. Curc. 1. 3. ℣. 26. Mil. 2. 2. ℣. 63.

Hoc ætatis. Atticâ ſyntaxi pro, *hac ætate*. Bacch. 2. 3. ℣. 109. & 5. 1. ℣. 4. 14. Trin. 3. 3 ℣. 57. & 4. 3. ℣ 83. Perſ. 2. 4. ℣. 5. *Ego ſcio, quid ſis ætatis*. Cicero: *homo id ætatis, id tẽporis*: paſſim.

Hoc *age*. *Hoc agit*. *Hoc agamus*. Formula, quâ vtimur, cùm rei mentem adhiberi volumus & animum adverti: in ſacrificiis olim vſitata, & ſæpè à Plauto frequentata. valet idem, quod diligenter & ſummo ſtudio aliquid agere. Sic & Græci, τοῦτο πράττειν. Quin etiam in rebus nugacibus & voluptariis. Perſ. 5. 1. ℣. 16. Capt. 2. 3. ℣. 84. & 5. 1. ℣. 10. & 5. 2. ℣. 14. 36. 69. Ciſt. 1. 1. ℣. 84. & 4. 2. ℣. 25. 81. Men. 5. 2. v. 73. Pſeud. 1. 2. v. 19. Perſ. 4. 4. v. 35. Mil. 2. 2. v. 60. Aſin. Prol. v. 1. *Agas, ſi quid agis: vigila, ne ſõno ſtude.* Lucret. lib. 1. v. 41.

Nam neq; nos agere hoc patriai tempore iniquo
Poſſumus æquo animo---

Et lib. 4. v. 966.

Nos agere hoc autem, & naturam quærere rerum ſemper.

Cicero l. 3. de fin. c. *Quare conare quæſo. Quid enim hoc poſſumus agere divinius?* Xenophon l. 3. Ἑλλην. Οὐδὲ γὰρ ἐκράτουν αὐτοῦ αἱ τοῦ σώματος ἡδοναί, ἀλλ' ἀεὶ πρὸς ᾧ εἴη ἔργῳ, τοῦτο ἔπραττε. Horat. l. 1. Epiſt. 9. ℣.

---*dum tua navis in alto eſt,*
Hoc age, ne mutata retrorſũ
Te ferat aura.

Et lib. 2. Satir. 3. ℣. 152.

---*ut vivas igitur, vigila. Hoc age.*

Ter. Phorm. 3. 1. ℣. 87. *Te obl ectetibi! habe*. PH. *Minimò verò irã*. DE. *Age, hoc age*. Andr. 1. 2. ℣. 15. *Hoccine agis, an nõ?* D. *Ego verò iſtuc*. Ibid. *Ipſum adeò præſtò video cũ Davo. Hoc age*. Plutarchus. in Coriolano pag. 225. F. ὅταν γὰρ ἄρχοντες ἢ ἱερεῖς πράττωσί τι τῶν θείων, ὁ κήρυξ πρόεισι μεγάλῃ φωνῇ βοῶν, Ὅκ ἄγε· ὁ σημαίνει δὲ ἡ φωνὴ, τοῦτο πρᾶττε. προσέχειν κελεύων τοῖς ἱεροῖς, καὶ μηδὲν ἔργον ἐμβαλεῖν μεταξὺ, μηδὲ χρείαν ἀσχολίας. ὡς τὰ πλεῖστα τῶν ἀνθρωπίνων ἀναγκαίῳ τινὶ τρόπῳ καὶ διὰ βίας περαινόμενα. Hoc eſt: *Nam cùm Magiſtratus & Sacerdotes quid rei divinæ faciunt, antecedens præco magnâ voce clamat*, HOC *AGE*. *Quâ voce rebus*

rebus divinis jubent intentos eſſe, neque ullo opere eas vel negotio interpellare: quòd pleraque mortalium coactu quodammodo & vi efficiantur. Et in Numa pag. 69. E. Ὅταν ἄρχων πρὸς ὄρνισιν ἢ θυσίαις διατρίβῃ, βοῶσιν, Ὃκ ἄγε. σημαίνει δὲ ἡ φωνὴ τοῦτο πρᾶττε, συνεπιστρέφουσα καὶ καθισταμένους τοὺς προστυγχάνοντας. Hoc eſt: *Cùm Conſul auſpicatur vel immolat*, HOC AGE *proclamant. Quâ voce eos, qui conſiſtunt admonent, ut componant ſe ad id, quod agitur.*

Hoc *habet.* Vide, *Habet.*

Hodieque. Vide in particulis. Mantiſſ.

Hoc *copia eſt*: licet. Bacch. 3. 3. ℣. 17.

Hoc, correptè ponitur, teſte Grammaticum Aulularia 4. 6. verſ. 7. quanquam aliter quoque ibi menſura conſtat. Perſ. 3. 3. verſ. 17. Ter. And. 1. 5. verſ. 1. Hocine *eſt officium patris?* In Priapeis: *Et vos hoc ipſum, quod miramur, invitat.*

Hoc, cum genitivo. Hoc *mercimonij.* Moſt. 3. 3. ℣. 1.

Hoc: cum infinitivo ferè δεικτικὸν eſt. Moſt. 5. 2. ℣. 43.

Hoc: δεικτικῶς tantum. Trin. 2. 4. verſ. 82. Moſt. 2. 1. verſ. 46. *Non hoc longè.* Aul. 3. 2. verſ. 28. Hoc *propius.* Trin. 4. 2. verſ. 28. Hoc, pro, *hoc oſtium.*

Hoc *diei.* Pœn. 1. 2. ℣. 8.

Hoc: eò. Men. 1. 2. verſ. 42. *Hoc cautius.*

Hoc eſt. Formula aſſeverandi ea, quæ dicta ſunt. Caſ. 2. 3. ℣. 30.

Hoc habet. Vox exultantis. Rud. 4. 4 ℣. 99.

Hoc: hoc modo. Perſ. 1. 3. verſ. 53.

Hoc hominis. Amph. 2. 1. verſ. 26.

Hoc jam; h. e. ſub hoc tempus Amphitruo 1. 3. verſ. 4. 5. vel δεικτικῶς hoc cœlum. Terentius Heaut. 3 1. ℣. 1.

Hoc negotij quomodo actum eſt. Trin. 2. 4 ℣. 177.

Hoc noctis: pro, ſerò; nocte tam ſera. Amph. 1. 1. ℣. 2. 154. Curc. 1. 1. ℣. 1.

Hoc operis. Amphitruo 1. 2. ℣. 1.

Hoc: quandoque abundat. Trin. 4. 4. ℣. 1.

Hoc vide. In formulâ dicitur. Curculio 1. 2. verſ. 33. 62. Pſeudolus 1. 2. verſ. 19. Mercator 1. 2. verſ. 57. Truculentus 2. 3. verſ. 16. & 2. 7. verſ. 41. Miles 2. 2. verſ. 41.

Hodillus: in blanditijs amantium. Aſinaria 3. 3. verſ. 77.

Hodie natus: per iocum dicitur is, qui natalem ſuum celebrat. Pſeud. 1. 3. ℣ 14. Eodem modo Tibull. l. 1. Eleg. 7. *Hodiernus* vocatur.

Hodie. Comice abundat in ornatum. Curc. 5. 3. ℣. 11.

Homeronides. Patronymicũ: quaſi imitator Homeri. Truc. 2. 6. ℣. 4.

Homerus: pro principe & præſtantiſſimo, ſicut & *Roſcius*. Cicero lib. 1. Tuſcul. cap. 32. Plato à Panætio *Homerus philoſophorum* appellatur.

Homo: διασυρτικὸν eſt. Germ. der Geſell. Amph. 1. 1. ℣. 135. Men. 5. 1. ℣. 7. Mil. 2. 2. ℣. 73. Pſeud. 1. 3. ℣. 146. & 4. 7. ℣. 67. *Habes argentum ab homine?* Epid. 5. 2. ℣. 1. Merc. 2. 2. ℣. 53. 58. Bacch. 5. 2. ℣. 36. Trin. 4. 2. ℣. 68. Truc. 3. 1. ℣. 7. & 4. 3. ℣. 52. & Truc. 5. 1. ℣. 44.

Homo: de femina. Amph. 2. 2. ℣. 136. Truc. 5. 1. ℣. 65.

Homo. Sic generaliter de eo dicim⁹, de quo modò ſermonem inſtitueramus, pro *ille*. Moſt. 3. 1. ℣. 104. & 3. 2. ℣. 88.

Homo: εἰρωνικῶς. *Mi homo* Germ. Mein Geſell. Perſ. 4. 4. ℣. 68.

Homo: pro ſolo maſculo, vt vulgus Gallorum & Italorum: idq; videtur fieri propter excellentiam ſexûs. Ciſt. 4. 2. ℣. 57. Sed Aſin. 4. 1. ℣. 11. tam de maſculo quàm feminâ accipi poteſt. Sic Græci γυναῖκα καὶ ἄνθρωπον diſertim diſtinguūt. Dicæarchus Geographicis Fragmentis de Thebanis mulieribus: εἰσὶ δὲ καὶ ταῖς ὁμιλίαις οὐ λίαν Βοιώτιαι μᾶλλον δὲ σικυώνιαι. καὶ ἡ φωνὴ δ' αὐτῶν ἐστιν ἐπίχαρις: τῶν δὲ ἀνθρώπων ἀπρεπὴς καὶ βαρεῖα. Æſchines: ἄνθρωπος καὶ γυνὴ pro ἀνὴρ καὶ γυνή. Arnobius: *Beneficia patris munerandis & feminis, hominibusque portabant*, h. e. vtrique ſexui. Sic Geneſ. cap. 2. 24. antiquâ verſione: *Quamobrem homo relinquet patrē & matrem.* Et adblandienti s formula: *Mi homo*, Germ. mein lieber Mann.

Homo: pro humano, ſeu eo, qui ſapientiæ præceptis eſt informatus: vſitatâ formulâ, Mil. 3. 1. ℣. 20. & 4. 2. ℣. 52. Epid. 3. 4. ℣. 57. *pugnaviſti: homo es.* Sic Cicero ad Att. lib. 4. Epiſt. *Si homo vis eſſe, recipe te ad nos.* Idem lib. 1. Offic. *Alter ſi tempore fit, vt ſi remiſſo animo, homo homine dignus.* Ibid. circa finem: *Omnium autem rerum, ex quibus aliquid acquiritur, nihil eſt agriculturâ melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil homine, nihil libero dignius.* Terent. Adelph. 1. 2. ℣. 28. *Et tu illum tuum ſi homo eſſes, ſineres nunc facere.*

Homo homónis. Perſ. 5. 2. ℣. Ennius: *Vultur is in ſylvis miſerum mandebat homonem.* Vide Priſc. lib. 6. pag. 683. Chariſ. lib. 1. pag. 120. Edit. Putſch.

Homo amicus. Bacch. 3. 2. ℣. 2. & 5. 2. ℣. 37.

Homo nihili. Truc. 2. 7. ℣. 37.

Homo ſervus. Epid. 3. 1. ℣. 7.

Homo optimus: pro, *vir optimus.* Rarius ſic vſurpatur. Bacch. 5. 1. ℣. 25. Cicero l. 1. Epiſt. ad Att. 2. *Coſſinius hic, cui dedi litteras, valde mihi bonus homo, & non levis viſus eſt.* Iterum Plautus Capt. 2. 3. ℣. 31. *Servitutem ſervire huic homini optimo.* Moſtell. 2. 1. ℣. 62. *Homo optim⁹*, vel *peſſimus.* & 3. 2. ℣. 30. *Hominem optimum teneo.*

Homo teterrimus. Moſt.3.1.℣.61.

Homo nequam. Epid.1.1.℣.87. Moſt. 4.2.℣.22. Trin.1.2. ℣.86.

Homo interior pro *animâ.* Aſin.3. 3.℣.66.

Homo mortalis. Truc.2.2.℣.52.

Homo amans. Pœn.3.1.℣.2.

Homo adoleſcens. Trin.1.2.℣.94.

Homo *frugi.* Bacch.4.4.℣.10.12.

Homo nullius coloris. Pſeud.4.7. ℣.99.

H*ominem non putare:* non ducere aliquem, aliquos: pro eo, quod, planè, non temere. Vide & infr. *Liberum neminem putare.* Cicero lib.9. Attic.Epiſt. ult. *Cave autem putes quemquam hominem in Italiâ turpem eſſe, qui hinc abſit* (loquitur Cicero de comitatu Cæſaris) *Vide ipſe Formijs univerſos. Nebue mehercule umquam homines putavi, & noram: ſed numquam uno loco videram.* Et Accuſ. 3. Verr. cap.23. *Contemſit Siculos: non duxit homines: nec ipſos ad perſequendum vehementes fore, & vos eorum iniurias leviter laturos exiſtimavit.* Vſurpavit & Demoſthenes adversùs Midiam: ubi loci, nunc non recordor.

Hominis. Quid hominis? Monſtrum hominis, Odium, hominis. Terent. Eun.4.4.℣.29. *Taces? monſtrum hominis. non dicturus es?* Eum imitatus eſt Cicero lib.5. Attic.Epiſt.16. de Appio: *Audivimus nihil aliud, niſi imperata, ἐπικεφάλαια ſolvere non poſſe, poſſeſſiones omnium venditas, civitatem gemitus, ploratus, monſtra quadam non hominis, ſe ferè neſcio cuius immanis.* Et ad Caſſium lib.12. Epiſt.1. *Vt tantummodò odium illud hominis impuri & ſervitutis dolor depulſus eſſe videatur.*

Homo eſt: Hominem reddidit: pro eo, quod eſt, Egregius, peritus, doctus eſt vir. Et nos Germani ita dicimus: Er iſt ein Mann / der hat jhn zum Mann gemacht. Cicero lib. 2. de Orat.cap.10. *Et Craſſus: Nox te inquit, nobis, Antoni, expolivit, hominemque reddidit.*

Eſt *Hominum paucorum.* hoc eſt, Ille eſt vir, qui non omnibus, ſed paucis tantùm, ijsque eximijs, ſe dat, vel familiaris eſt. Vide & ſupr. *Antiquorum hominum.* Horat. lib.1.Satir.9. ℣.44.

—*paucorum hominum & mentis bene ſanæ.*

Sic ibi dicitur Mæcenas. Cicero lib. de Fato apud Macrobium lib.2. Saturn. cap.12. Et in Fragm. Cicer. piſcem pretioſum & charum, nec cuilibet apponendum, *acipenſerem*, jocosè dicit eſſe *paucorum hominum.* Terent. Eun. 3.1.℣.19. *Tum me convivam ſolum adducebat ſibi.* GN. *Regem elegantem narras.* TH. *Immò ſic homo eſt perpaucorum hominum.* GN. *Immò multorū arbitror, ſi tecum vivit.* Sic & Plato in Philebo: Ταύτας τοίνυν τὰς τῶν μαθημάτων ἡδονὰς ἀμή-

τούς τε εἶναι λύπαις ῥητέον, καὶ οὐ δημῶς τῶν πολλῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ τῶν σφόδρα ὀλίγων ſic & *Paucorum Verborum* Ennius vocat quendam apud Agell. 12.4. *ſcitus. ſecunda loquens in tēpore verbûm paucûm multa tenēs antiqua ſepulta, vetuſtas quæ facit.* &c.

Hominis cauſâ: Vide & *Nominis cauſâ.* Cicero pro Roſcio Am. cap, 48. *Nolo in eos gravius quicquam ne hominis quidem cauſâ dicere, unum hoc loco.* Vbi Lambinus non rectè, *ominis.* Idem pro Valer. Flacco extremo: *Nomen clariſſimum & fortiſſimum, vel generis, vel vetuſtatis, vel hominis cauſâ. Reipubl. reſervate* Idem lib. 4. Epiſt, 4. ad S. Sulpicium: *Nam & ipſe Cæſar accuſatâ Marcelli acerbitate, repente præter ſpem dixit, ſe ſenatui roganti de Marcello, ne hominis quidem cauſâ negaturum.* Sic enim quidam libri rectè: etſi P. Victorius in v.c. Mediceo ait eſſe, *ominis*, & probat, illud reprehendit: à quo rectè tamen Paulus Manutius diſcedit. Sic pro lege Manil. cap. 16. *Quod ut illi proprium ac perpetuum ſit, Quirites, cum communis ſalutis atq; imperij, tum ipſius hominis cauſâ (ſicuti facitis) velle atque optare debetis.* Livius l. 2. cap. *Invitum ſe dicere, hominis cauſa, nec dicturum fuiſſe, ni charitas Reip. vinceret.*

Inter Homines eſſe deſiit. *Ab* Hominibus *ereptus eſt.* *Inter* Homines *eſſe.*	}	ἐξ ἀνθρώπων ἀφανίζεσθαι.

Sic loquuntur veteres de diis, qui Dii facti ſunt, ut de Hercule, & Imperatoribus Romanis. Cicero lib. 1. Tuſcul. cap. *Abijt ad* DEOS *Hercules: numquã obijſſet, niſi cùm inter homines eſſet, cùm ſibi viam muniviſſet.* Gaius IC. l. quod Principis. D de legat. 2. *quod Principi relictum eſt, qui antequam dies legati cœdat, ab hominibus ereptus eſt.* Marcianus IC. l. 57. ſi Auguſtæ. D. de legat. 2. *ſi Auguſtæ legaveris, & ea inter homines eſſe deſieris, quàm teſtatur, decederes.* Tacitus lib. 15. Ann. cap. *Nam DEûm honor principi non ante habetur quàm agere inter homines deſierit.* Dionyſ. Halicarn. l. 2. Antiq. de Romulo: οἱ δὲ καλὰ λειφθέντες ὑπ᾽ ἐκείνου, ὅτε ἐξ ἀνθρώπων ἠφανίσθη, Vt & Plut. in Camillo de Romulo, ubi de lituo: ἐπεὶ δὲ ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι.

Homo de ſcholâ. Vide infr. *Schola*

Hominis: pro ſeruis. Moſt. 5. 1. ℣. 42. Men. 5. 5. ℣. 49.

Homines ſeruuli. Stich. 3. 1. ℣. 37.

Homines

Homines multi: turba. Trinc.1 1. ℣.55. (1.℣.14.

Homines boni & diuites. Curc.4.

Homolus, vel, *Homulus.* Varro apud Nonium in λογομαχίᾳ. *Hac lanigeras detonderi docuit tunicareq́; homolũ.* h.c. veſtire.

Homunculi. Capt.Prol.v.51 Trin. 2.4.℣.90.

Homunculi quanti ſunt! Capt. Prol.v..51.Ciſt.4.2.℣.21. Rud. 1.2℣.66.Trin.2.4.℣ 91.Ciſt. . Petronius in naufragum, pag. 149. *Hac ſunt conſilia mortalium, hac vota magnarum cogitationum. En homo quemadmodum natat.*

Honeſta oratio. Ita Cicero, cùm prçclarum quid dicitur quidẽ, ſed non præſtatur. Cicero initio in Verr. cap. *Quid dies? An bello fugitivorum Siciliam virtute tuâ liberatam magna laus: honeſta oratio.* Et Philipp. 5. cap. *Atq; ais eum te eſſe, qui ſemper pacem optaris. ſemper omnes cives ſalvos volueris honeſta oratio! ſed ita ſi bonos & utiles Reip. cives.* Et l.1.Offic. cap. *Dictu quidem eſt proclive. itaq; vulgò loquuntur, ſe in beneficijs collocandis mores hominum, non fortunam ſequi. bene ſta oratio eſt! ſed quis eſt tandẽ qui* &c.

Honeſtare. Trin.1.2.℣. 67.

Honeſtare dicta factis: verba ad rem conferre, Stich.2.2.℣.7.

Honeſtare honore. Capt.1.2.v.106

Honeſtas: pro dignitate, exiſtimatione, ornamento. Cic. pro pro S.Roſcio c.6. *Quas* (ut çqu um eſt) *familias, honeſtatis am plitudinis gratiâ nomino.* Ibid. mox: *Etenim rectum putabat, pro eorum honeſtate pugnare, propter quos ipſe honeſtiſſimus inter ſuos numerabatur* Et ſtea c.34. *Nonne ſi ex eo negotio tantulum in rem ſuam convertiſſet, damnatus per arbitrum, & rem reſtitueret, & honeſtatem omnem amitteret?* Idem pro Muræna cap. *Nolite hac eum re, quâ ſe honeſtiorem ferè putavit. etiam ceteris anteparta, honeſtate, atque omni dignitate fortunaq; priorem judicare.* Et pro Sextio cap. *Vera igitur cauſa popularis debet videri, in quâ omnes honeſtates* &c. Et de Provinc. Cõſul. cap. ubi de Publ. à Gabinio vexatis, *qui* &c. *non ſolùm bona ſed etiam honeſtatem miſeri deperdiderunt.* Et lib. 7. Epiſt.11.ad Trebat. *Tibi hoc amiciſſimo animo pracipio, ut ſi iſtic mea commendatione tuam dignitatem obtinebis, perferas noſtri deſiderium: honeſtatem & facultates tuas augeas.* Et de petit. Conſul. c. *Quoniã nulla impenſa per te alij honeſtatem, alij ſalutem ac fortunas omnes obtinuerunt.* Ita ibi, ut puto, recte Muretus: ubi vulg. *rem honeſtam.*

Honeſtum. Interdum valet id, quod vulgò *ſpecioſum* id, quod ſpeciem quidem habet boni, ſed aliud eſt revera. Græcè εὐπρεπές. εὐπρεπὴς. Cicero pro Cæcina cap. *Nonnunquã honeſto ac probabili nomine bono viro judicij. error obijci improbo facultas dari.* Sic *honeſta oratio:* de qua modo.

Honeſtus homo, opponitur τῷ *Nihili*, & *vili*. Cicero lib. 16. Epiſt. 7. *Mare magnum & difficile tibi reſtat: ſi poteris cum Meſſinio. cautè is ſolet navigare. Si minus, cum honeſto aliquo homine, cujus authoritate navicularius moveatur.* Idem Accuſ. 2. Verr. cap. *Etenim revera multò magis eſt petendum ab hominibus, ſi ſalvi & honeſti eſſe volumus.* Ita legit P. Nannius hunc locum.

Honeſtus. propriè idem valet, quod *Pulcher*. Translatum poſtea ad virtutem: ut & Grecè τὸ καλὸν. Vnde & virtuti *Turpitudo* adverſatur apud Ciceronem. Lib. 2. de fin. cap. *Atque his tribus generibus honeſtorum notatis, quartum ſequitur ex eadem pulchritudine, & aptum ex illis tribus: in quo ineſt ordo & moderatio, cujus ſimilitudine perſpectâ in formarum ſpecie ac dignitate ab hac tranſitum eſt ad honeſtatem dictorum atque factorum.* Vide etiam infra, *Inhoneſtus*.

Honeſtus eques: honeſtiſſimus Eques Romanus. Cicero & veteres hoc epitheto Equites afficere ſolent. Cicero lib. 13. Epiſt. ſæpius. Et ad Brutum cap. *Lucio Titio Strabone Equite Romano inprimis honeſto & ornato familiariſſimè utor.*

Honeſtus & *Honoratus* idem ferè valent. Cicero in Bruto cap. *Cùm honos ſit præmium virtutis, judicio ſtudioque civium delatum ad aliquē, qui eū ſententijs, qui ſuffragijs adeptus eſt. mihi & honeſtus & honoratus videtur.* Et lib. 11. Epiſt. 3. Brutus & Caſſius ad Antonium: *Nos in hac ſententiâ ſumus, ut te cupiamus etiã in liberâ Rep. magnum atque honeſtum eſſe.* Et lib. 2. Epiſt. *Cæſarem honeſtum eſſe cupio.*

Honeſtus: pro eo, qui bono in loco eſt, non calamitoſus. Cicero lib. 1. Epiſt. 2. Brutus & Caſſius ad Antonium: *Quod velle te probare vix quiſquam poſſe videtur, qui nos ſalvos & honeſtos velit.* Et Epiſt. ſeq. ad eund. *Deos quæſimus, conſilia tua ſalutaria ſint Reip. ac tibi. Sin minus, ut ſalva atque honeſta Reip. tibi quàm minimum noceant optamus.*

Honor: pro honorario munere, ſtipendio. Id vulgo ut notum ſatis: ſic & *Honores Muſarum* pro carminibus, quæ munera dant poëtæ, apud Horat. Vlpianus l. 1. §. 4. An & Philoſophi. D. de extraord. cog. lib. 50. tit. 13. *Eſt quidem res ſanctiſſima civilis ſapientia, ſed quæ pretio nummario non ſit æſtimanda, nec de honeſtanda, dum in judicio honor petitur, qui in ingreſſu Sacramenti efferri debuit.* Idem D. Mandati lib. 17. tit. 1. l. 6. §. 1. *Si remunerandi gratia honor intervenit, erit mandati actio.*

Honor te inveniet. Trin. 3. 2. ℣. 37.

Honoratus: qui in honoribus, in dignita-

dignitate. Cicero Orat. perf. cap. *Nec verò, ſi hiſtoriam inſcripſiſſet, nomen ejus non exſtaret; cùm præſertim fuiſſet honoratus, & nobilis.*

Honoratiſſimus. Capt. 2. 2. ℣. 28.

Honore *honeſtare*. Capt. 2. 1. ℣. 50.

Honore *honeſtior*. Capt. 2. 3. ℣. 32.

Honorem *ire habitum*. Ciſt. 1. 1. ℣. 4.

Honorem *petere*. Trin. 4. 2. ℣. 28.

Honorem *quærere*. Trin. 3. 2. ℣. 20.

Honorem *capere*: cõſequi. Bacch. 3. 3. ℣. 34.

Honorem *habere alicujus ingenio*, pro indulgere. Aſin. 1. 1. ℣. 67.

Honores *habere, perdere*. Stich. 1. 1. ℣. 41.

Honoris *gratiâ*. Amph. 1. 7. ℣. 24. Curc. 4. 3. ℣. 17.

Honoris *tui causâ*. Pœn. 3. 3. ℣. 25. Aul. 3. 4. ℣. 4.

Honos, pro *cultura & obſervantia*. Aul. Prol. ℣. 17.

Hordeia *lolligiuncula*: hordeacea. Caſ. 2. 8. ℣. 60.

Horaum: ſalſamenti genus ex pelamide piſce. à veris tempore, quod tum ſalſamentum iſtud fieret. Capt. 4. 2. ℣. 71.

Horia: eſt navicula piſcatoria. Rud. 4. 1. ℣. 5. & 4. 3. ℣. 81.

Horiola; navis modica piſcatorum. Trin. 4. 2. ℣. 100.

Hornum eſt, quod ætatem vnius anni nondum excedit. *Hornam meſſem* Plautus vocat annonam, ſive annuum proventum, & fruges. Moſt. 1. 3. ℣. 3. Vbi tamen Mſſ. Pall. *hornò meſſis magna fuit*. Et 3. 1. ℣. 2. *hornus annus*.

Horreo, Horridus, Horror. Propriè de locis & agris, qui multis fruticibus, arboribus ſunt obſiti, denſi, opaci, inculti, & aſperi: qui & *Hiſpidi* dicuntur Græcè dicitur δασὺς, βραχύς, & de dumis, vepribus, ruſco, alijsque id genus ſilvoſis fruticibus. Ex eo poſtea *Horridum*, pro denſo, inculto, & deformi. Hoc miror, ne Lucilium quidem ignoraſſe, vel Servium ad illum locum Virgilij lib. 11. Aen. ℣. 601.

——tum latè ferreus haſtis
Horret ager, campique armis ſublimibus ardent.

Vbi Servius: *Horret: terribilis eſt. Eſt autem verſus Ennianus, vituperatus à Lucilio, dicente per irriſionem eum debuiſſe dicere, horret & alget.* Vnde Horatius de Lucilio: *Non ridet* (dicens) *verſus Enni gravitate minores.*

Campique armis ſublimibus ardẽt] Servius: *ideſt reſplendẽt.* Ex quibus intelligi poteſt, neque Servium τὸ *Horret* hic rectè interpretari, *terribilem eſſe*: neque Lucilium idem verbum apud Ennium, quid id, pro eo, quod, *frigere*, rectè accepiſſe.

Horreum. Propriè de frumento: communiter etiam de vini, auri, aliarumq ue ſpecierum, & mercium cellâ, vel apothecâ, etiam pecuniæ, & rerum pretioſiſſimarum. Eſt enim a-

apud Feſtum *Horreum à veteribus dictum quaſi Farreum*, à farre, hoc eſt frumento Cicero ferè de frumento utitur: ut & Virgil. lib. 1. Georg. ỽ. Et hæc vulgata notio. Horatius tamen de vino etiam uſurpat lib. 3. Od. 28. *parcis deripere horreo Ceſſantem Bibuli Conſulis amphoram*. Ita de vini cellâ Seneca uſurpat Epiſt. 114. Et Scævula l. 7. de inſtrum. & inſtr. leg. ubi *horreum vinarium* l. 7. de inſtruct. l. 33. tit. 7. ubi prolixè vide in Notis D. Gothofredi. De alijs inſtrumentis, rebus, mercibus, pignoribus, ſæpe Iuriscõſulti l. Clavibus. de contr. ep. l. heres 5. provide infr. de iudic. l. vulgaris *certes* h. e. proponas. D. de furtis l. ſignis & argentarijs. de edendd. pign. C. de edent. l. de inſtr. l. num in plures. Quæ loca diligenter collegit B. Briſſonius lib. 4. Antiq. cap. 18. ut & Apul. l. 3. *Tunc horreum quoddam ſatis validis clauſtris obſeptum, obſervatumque quod medijs adibus conſtitutum garis Milonis fuerat refertum, ſecuribus validis aggreſſi findant.*

Ab eo *Horrearius*, qui cuſtos horrei: ut *Inſularius*, qui Inſulæ. D. lib. 14. tit. 3. l. 5. §. 1. Celſus ſcribit. *Si quis merces &c. Si nemo heres ſit, cum horreario agendum.* Et mox: *Verum eſt aut horreariumpoſſidere.*

Horridula papilla: ſunt duriuſculæ, eminentes, & exſtantes, ut vult *Nonius*. Pſeud. 1. 1. ỽ. 66. Sic. Martial. lib. 8. Epigr. 64.

Et talis tumor excitat papillas
Quales cruda viro puella ſervat.

Ita Ovid. 6. Metam. *baccantia ubera* dixit. Catullus *luctantes*: tuberantes ſcilicet, & inſtar baccarum turgentes.

Horſum. Mil. 2. 3. ỽ. 33. Rud. 1. 2. ỽ. 83.

Hortator, κελευστὴς in mari. Merc. 4. 2. ỽ. 5. Vide etiam *Portiſculus*. Scaliger legebat *horitator*; quod jure & falsè exagitat flagellum ejus Gaſper Scioppius in Scalig. Hypobolimæo pag. 200. b.

Horto. antiquè. Amph. 3. 4. ỽ. 10. Priſcian. libr. 8. pag. 297. 25. edit. Putſch. Et ſic quoque Aſin. 3. 1. ỽ. 9. *animus hortat.* Cicero pro Arch. capite 11. *Hunc ad perficiendum adhortavi.* Sic ibi Mſſ. pall. & Cuiacij.

Hortus; obſceno ſenſu. Mil. 2. 2. ỽ. 39. Ibidem *Holitor*, eodem ſenſu.

Horunc: ἀρχαϊκῶς. Ciſt. 1. 1. ỽ. 53. Pœn. 3. 1. ỽ. 48.

Hos, Pronomen eleganter in deſcriptione temporis uſurpatur κατὰ πλεονασμὸν. Pſeudolus 1. 1. ỽ. 7. *iam hos multos dies.* & 1. 3. ỽ. 48. *aliquot hos dies.* ỽ. 86. *Opperiare hos ſex dies ſaltem modò.* Men. 1. 1. ỽ. 28. *Hos dies multos.* & 5. 5. ỽ. 47. *Aliquot viginti dies.* Truc. 4. 4. ỽ. 19 *Hos dies aliquos.*

Hoſpes: pro peregrino & ignoto. Amph. Sc. *Quis tam.* ỽ. 17.

Hoſpes

Hoſpes bellus. Bacch. 2. 3. ℣. 110.

Hoſpes alicui eſſe. Pœn. Prol. ℣. 120.

Impendioſus, qui multas impenſas in aliquem facit. Bacch. 3. 2. ℣. 12.

Impendit in. Epid. 1. 1. ℣. 77.

Impendiò ut, multò. Sic *Impendiò doctior : Impendiò probabilius.* Agell. 18. 6. *Illud impendiò probabilius eſt.* ita eſt in v. vulg. *compendio.* Sed Agellius obſoletæ antiquitatis ſtudium impendiò videtur affectare.

Impendium. Idem ferè, quod, *fœnus* : quaſi acceſſio, fructus, lucrum. Cicero lib. 6. Attic. Epiſt. 1. *Itaque aut tutelá cogito me abdicare, aut, ut pro Glabrione Scæuula, fœnus & impendium recuſare.* Et in Bruto cap. *Serenus igitur aliqui tamquam inculto & derelicto ſolo: quod ita diligenter colimus, ut impendijs illam augere poſſemus largitatem.* Varro lib. 4. L.L. extremo : *Ab eodem ære impendendo diſpenſator, à quo uſura, quod in ſortem accedebat, impendium appellatum: quæ cùm accederet ad ſortem, ex uſu uſura dicta, ut ſors, quod ſuum fit ſorte.*

Impenſa voluntas, pretium, preces, affectio, opera, pro : magno enixa. Cicero pro Sextio c. *Atque ita in his rebus unus eſt, & ſolus inventus, qui ab hac tam impenſâ voluntate bonorum diſſideret.* Et lib. 14. Attic. Epiſt. 12. *Minuſculam verò nullam utique Quinto traditurum vel impenſo pretio.* Cæſar libro 4. bell. Gall. capite. *Quin etiam jumentis, quibus maximè Galli delectantur, quæque impenſo parant pretio, Germani importatatis non utuntur.* Horat. libro 2. Satir. 3. ℣. 245.

Luſcinias ſoliti impenſo prandere coemptas.

Agell.

Agell. 3. 17. *Quod impenſo pretio librum Pythagoricæ diſciplinæ emiſſet.* Livius libro 2. cap. *Satis quoque vendendi arbitrium quia impenſo pretio venibat.* &c. Idem lib. 35. cap. *id ſua impenſa erga eos voluntatis maximum debere iudicium eſſe.* Valer. Max. lib. 4. capite 3. *Sophocles prætereuntis pueri ingenui formam impenſioribus verbis laudaſſet.* Apuleius Apolog. *Elogium graviſſimum ut aboleret, impenſis precibus ornavi.*

Impensè: valde. Epid. 4. 1. v. 39. *Impensè improbus.*

Impenſus, eſt *fartus*: ſicut *Impenſa* quævis fartura & ſtipatio: teſte Feſto. Capteivei 4. 2. ℣. 26. Arnob. libro 7. *Quid cum libis, quid diverſis cum fratribus confectionis iure multiplici, atque impenſarum varietate conditis.* Apitius: *Indes impenſam præſcriptam.* Vide etiam, *Fratres.*

Impenſum: iniquum, iniuſtum, non penſum, proinde exigui pretii. Sic Turnebus libro 2. capite 20. Bacch. 3. 2. ℣. 10. 11. 12.

Impera quidvis, quovis modo. Truc. 3. 2. ℣. 8.

Impera, ſi quid opus eſt. Solennis formula in promptitudine officiorum. Amph. 4. 3. ℣. 1. Aulularia 2. 1. ℣ 23. & 2. 2. ℣. 16. Ciſtellaria 4. 2. ℣. 56. Bacch. 4. 4. ℣. 74. Cicero ad Attic. 13. 49.

Imperare, pro, *reparare.* Capt. 1. 2. ℣. 46.

Imperare exercitum, quid ſit, vide ſupra in litt. E. *Exercitum imperare.*

Imperata effecta reddere. Pſeud. 1. 3. ℣. 151.

Imperator: εἰρωνικῶς, de eo, qui mandat, imperat. Bacch. 4. 4. ℣. 107. *ô Imperatorem probum!* Vide Feſtum in *Dubenus.*

Imperator ſummus. Mil. 1. 1. ℣. 14. Pſeud. 4. 7. ℣. 75.

Imperator & *privatus* opponuntur. Capt. 1. 2. ℣. 57.

Imperator hiſtricus: hiſtrionum præfectus Pœnolos. Prol. ℣. 4.

Imperator. Imperans, Imperantes. Sic dicebantur Aegroti Medicorum Imperatores: ut Oratorum Clientes. Quicumque enim Aegroti ita obnoxios ſibi habebant Medicos, ut ad nutum ſuũ certo prius pretio depacto eos in morbo poſſent advocare ad opem, illis imperare dicebantur. Sic enim initio ſe Medici ægris obſtringere ſolebant, his verbis: *Si operam meam deſiderabis, fidenter impera.* Ita hoc verbo uſos veteres, primus indicavit inſignis Iuris conſultus Franc. Duarenus lib. 1. Anniverſ. Diſp. c. 54. qui conſulendus eſt, iuxtà cum alijs Magnis Iuris civilis Doctoribus, Connano l. 2. Comment. Iuris civil. 1. Hotmano l. 2. c. 6. Reſponſionum amicabil. Alciato l. 7. c. 13. Parerg. Frehero l. 2. c. 16. Parerg. Qui tamen omnes non per omnia conſen-

conſentiunt. Nam & Terentius dixit Medicos ægris imperare Andr.3.2.ỽ.4. *poſt deinde quod juſſi ei dari bibere, & quantum imperavi*, date, inquit Leſbia Obſtetrix puerperæ. Et Plinius lib. 29. cap.1. de Medicis: *Palamque eſt, ut quiſque inter iſtos loquendo polleat, Imperatorem illicò vitæ noſtræ neciſque fieri.* Quia tamen & olim Medici Romæ vel ſervi erant, vel liberti, aut certè Græci aut peregrini: & alioquin ægroti plerumque ſunt tetrici, non temere Alfenus IC. D. de oper. libert. lib. 38. tit.1. §. 26. *Medicus patronus, quòd p[illegible]aret, ſi liberti ſui medicinam non facerent, multò plures imperantes ſibi habiturum poſtulabat, ut ſequerentur ſe, neque opus facerent.* Ita Pand. Flor. & Alciat. lib.7. parerg. cap.13. *Imperantes* autem pro, *parentes* accipi puto in leg. *ſe habiturum in*, errore nato ex Verbo *Imperare* non benè intellecto. Sic Seneca l. 6. Benef. cap.16. *Itaque Medico, qui nihil amplius, quàm manum tangit, & me inter eos, quos perambulat, ponit ſine ullo affectu facienda vitandave præcipiens, nihil amplius debe[o] quia me non tamquam amicum vidit ſed tamquam Imperatorum.* Quem locum Senecæ alij aliter mutant, & intelligunt.

Ad Imperandum. Vide ſupra litt. A. *Ad imp.* & infr. litt. I. *Inhibere imperium.*

Impercere: parcere. Caſ. 4.4.ỽ. 12. Amph.1.3.ỽ.2.

Imperia capeſſere: mandatis parere. Trin.2.2.ỽ.9.

Imperij audiens. Truc.1.2.ỽ.24.

Imperij expers. Aſin.3.1.ỽ.2. Cum *Imperio publico eſſe*. Truc.1.1. ỽ.74.

Imperio atq; auſpicio. Amph.1.1. ỽ.37.

Imperioſus: in vitio pro crudeli, & ſævo. Aſin.2.4.ỽ.4. Pſeud.4. 2.ỽ.39.

Imperitare. Capt.2.1.ỽ.47. Pſeu. 2.4. ỽ.12.

Imperium: mandatum. Aſin.2.4. ỽ.10.

Imperium bibere. Perſ.2.1.ỽ.3. & *ebibere*. Amph.2.1.ỽ.84.

Imperium ſervare. Pſeud.2.4.ỽ. 7. Vide litt. S.

Imperium celebre: quod omnes facile exequuntur. Mil. 4.4. ỽ.60. Opponitur *deſerto*.

Imperium exequi. Men.5.6.v.17. Amph.3.3.ỽ.1.

Imperiũ exhibere. Caſ.2.6.ỽ.57.

Imperium inhibere. Stich.5.4. ỽ.18. (ỽ.2.

Imperium uxorium. Aſin. Arg.

Imperitus rerum & morum. Stich.2.2.ỽ.47.

Impertire: communicare. Pſeud. 1.5.ỽ.41.

Impertire aliquem. Mil.2.2.ỽ.77.

Impete: pro, *impetu*. Amph. Sc. *Quis tam*. ỽ.1.

Impetrabilis: qui aliquid poteſt impetrare. Merc. 2.3.ỽ.20. Moſt.5.2.ỽ.40. *Impetrabilis orator*. Epid.3.2.ỽ.6. *Facilem atq; impetrabilem mihi dediſtis hunc diem.*

Impetrare in Venereis. Men. 1.3. ℣. 10.

Impetrare, eſt conſequi, et perficere: ad exitum perducere & conſummare. Pœn. 5.2.℣.14. & 5.3.℣.16. Amph. Prol.℣.35. Stich. 5. 4. ℣. 44. Eſt idem, quod, quod *perpetrare*. Et *Patrare* idem, quod *efficere*. Moſt. 3.2.℣.100. Caſ. 2.3.℣. 51,52. & 2.6.℣.12.

Impetrare; recuperare. Caſ. 1.1. ℣.18.

Impetrare, *impetratum reddere*. efficere. Epid. 1.1.℣.46.

Impetrabilis. Active, qui imperat. Sed hoc obſoletum. Plautus Moſtell. 5.2.℣.40. *Non potuit venire orator magis ad me impetrabilis*.

Impetraſſere. Caſ. 2. 3. ℣. 53. Mil. 4.3.℣.35.

Impetraſſere gratiam. Stich. 1. 2. ℣. 23.

Impetratum auferre: pro, *impetrare*. Aul. 4.7.℣.14.

Impetratum reddere: pro impetrare, efficere. Bacch. 2.2.℣. 20.

Impetrire. Eſt verbum Augurale, Qnod enim in ſacrificijs *Litare*, id in auſpicijs eſt *Impetrire*. Græcis ἐνιερεῖν, & καλλιερεῖν. Qui conſulebat, in lapide meridiem verſus conſidebat, Augure ad lævam capite velato aſſidente: ut Livius ſcribit lib. 1. Hiſtor. cap. Græci à ſolo ἐμπεδοῦν dicebant. Eſt igitur à *petra* Verbum *Impetrire*. Pro hoc vulgò ferè *Impetrare*. quod mendoſum putant plærique recentiores, Homan. Turneb. Pighius. Vide Hotman. lib. 3. Obſerv. c. 26. Sic Ammian. lib. 14. c. 10. *Saraceni Milvorum rapaci vitæ ſimiles: qui ſi prædam deſpexerint celſius, volatu rapiunt celeri, aut ſi impetraverint non immorantur.* Sed hæc vis & notio verbi num ubivis conveniat, præſertim in Cicerone, vehementer dubito, eóq; labor, ut & *Impetrandi* verbū augurale quoq; fuiſſe putem. Ita *Impetritus* pro *Impetratus* apud Plautum Aſin. 2.1.℣.11. Nam Feſtus Pomp. ſic explicat, & ait, idem eſſe, quod *firmum ac ſecurum, aut ſtabile, ceu in petrâ fixum*. Hinc *ſacra impetrita* in inquirendis rerum eventibus ante oracula, auſpicia vel ſortilegia fiebāt, conciliandorum Numinum causâ, ut certa, firma, ac ſecura petentibus denunciarent. Idem vocabulum occurrit apud Ciceronē l. 2. de Divinat. c. 16. *Nā ut in extis, quamquā idipſum aliquantò minus, quā olim ſic tum avibus magna res impetriri ſolebant.* Ita rectè Lamb. nam vulg. *impertiri*. Et Plin. lib 28. c. 2. *Præterea alia ſunt verba imperantis, alia depulſo impetritis, depulſoriis cōmendationibus*. Valer. Max. l. 1. cap. 1. *cùm inquirendum vel extis vel ſortibus impetrito*. Sic ibi leg. Turn. & Pigh. Hotom. vulg. *impertito*. Servius lib. 12. Aen. ad illud, *monſtra feſellit*, inquit: *Benè refellit. namque hoc Augurium non oblatum*

eſſe

eſſe aut impetritum, ſed immiſſum factione diuturnâ. Idem Servius ad illud 6. Aen. *cùm forte columba*, ait, *Auguria aut oblativa ſunt, quæ non poſcuntur, aut impetrativa, quæ optata veniunt. Hoc autem, quia oblâtivum eſt, ideò dixit, forte.*

Imperfectus. Hoc Cicero, alijque æquales non ſunt uſi. Nam Cicero *Inchoatum* opponit *perfecto*, ut contrarium. Interdum *Impolitum* & *Acerbum*. Vide infr. perficio. Poëtæ, in quibus Virgilius, eo primùm videntur uſi: poſtea & alij pro eo, quod *Illegitimum*, ſive *Injuſtum*, & *Irritum*, uſi ſunt. ut, *Imperfectum Teſtamentum*: quod injuſtum, in quo deſunt aliqua ſolemnia.

Impiare ſe erga Deos, homines: impium eſſe in Deum. Rud. 1. 3. ℣. 8.

Impigre exſurgere. Rud. 4. 2. ℣. 10.

Impingere: variè uſurpatur apud autores bonos. *Impingere pugnum.* Bacchides 4. 7. verſ. 2. *Impingere epiſtolam.* Seneca Epiſt. 95. Idem: *Impingere beneficium.* libro 1. Ben. capite 1. Idem: *Et illi Ovidium ſuum impingo.* Cicero libro 6. Attic. Epiſt. 1.

Impingere compedes. Capt. 3. 5. ℣. 76.

Impingere culpam in aliquem. Mil. 3. 2. ℣. 54.

Impingere epiſtolam alicui, eſt invito alicui epiſtolam tradere, & cũ offenſione. Germ. einem ein Schreiben unter die Naſ ſtoſſen / einẽ mit einem Brieff ſchlagen und uberzeigen. Cicero l. 6. Attic. Epiſt. 1. *Atque hoc tempore ipſo impingit mihi epiſtolam Scaptius Bruti.* Seneca Epiſt. 95. *Ego me omiſſâ miſericordiâ vindicabo, & tibi ingentem epiſtolam impingam.* Idem Seneca l. 1. Benef. c. 1. *Gratus eſſe adverſus eum quiſquam poteſt, qui beneficium aut ſuperbè obiecit, aut iratus impegit.*

Impingere ſuaviũ. Caſ. 5. 2. ℣. 38.

Impingere vulnus. Amph. Sc. *Quis tam.* ℣. 61.

Implere flagris, fuſtibus. Aul. 3. ℣. 6. Caſ. 1. 1. ℣. 35.

Implere ſuſpicione. Merc. 4. 4. ℣. 5.

Implere; cum gignendi caſu. Aul. 3. 6. ℣. 15. *Omnes angulos furũ implevisti.* Men. 5. 5. ℣. 3. *Complevit me flagitij & formidinis.* Merc. 2. 5. ℣. 47. *Impleantur fores elogiorũ.* & 4. 4. ℣. 55. Alias cũ dativo. Aul. 3. 3. v. 6. *Poſtquã impleuiſti fuſtibus eorũ caput.*

Implicare ſe. Ciſt. 4. 2. ℣. 64. Amph. 2. 2. ℣. 95.

Implicari muliere. Merc. Prol. ℣. 14. *Sed eá ut ſim implicitus, dicam.*

Impliciſcier: implicari, involui. παροξύνεσθαι, ἐπιτροπάζεσθαι. Medicorum verba. Amph. 2. 2. ℣. 97. His uſus Hippocrates de febri. Galenus ἐξηγήσεις τῶν ἱπποκράτους γλωσσῶν. ὑποτροπὴ, οὐ μόνον ὑποστροφὴ ἀλλὰ καὶ ἡ ἐναλλὰξ μεταβολὴ·

ὥσπερ ὅθεν εἴχη, ut Lexicographi volunt. Illud enim propriè de primâ morbi invaſione & captione: hoc de reciprocatione, ſeu, ut Barbari loquuntur, recidivatione, dicitur. h. e. *περιστροφὴ καὶ πάλιν δρομία*.

Impluit pro, impluitur. Moſt. 4. 1. ℣. 16.

Impluviata veſtis. Epid. 2. 2. ℣. 40. Sic dicitur, quæ facta eſt ad ſimilitudinem impluvii: vt *quaternata*, h. e. quatuor quadrata lateribus vndique corpus ambiens. Hæc enim forma impluviorum in cavædiis. Ita quidem explicat Turnebus lib. 14. cap. 19. At Nonius interpretatur fumo ſo ſtillicidio implutum, qui color *mutinenſis* dicitur.

Impluvium: eſt locus, teſte Aſconio, ſine tecto in ædibus, quà impluere in domum poteſt. Varro libro 4 de Ling. Lat. *Si relictus erat locus in medio, vt lucem caperet deorſum, quà impluebat; impluvium dictum; & ſurſum, qua compluebat, compluvium*. Amphitruo 5. 1. ℣. 56. Milit. 2. 2. ℣. 4. & 2. 3. ℣. 69. & 2. 6. ℣. 72.

Impolitus. Interdum pro, non perfecto. Vid *Perficere*, *Perfectus*, *Affectus*. Cicero de Provinc. Conſ. cap. 14. *Impolita res, & acerba ſi erunt relicta, efferent ſe aliquando, & ad renovandum bellum revireſcent.*

Impolitia. Verbum obſoletius: ſpecies notæ ſive animadverſionis cenſoriæ: in eum, qui vel agrum, vel equum indiligenter curaſſet. Agri enim propriè *poliri* dicuntur. Vide infr. *Polire*. Sed videtur Agell. 4. 12. loqui tantùm de equo non-curato. *Si quis, inquit, agrum ſuum paſſus fuerat ſordeſcere, eumque indiligenter curabat, non id ſine pœnâ fuit: cenſoreſque ærarium faciebant: item ſi quis Eques R. equum haberet gracilentum, aut parùm nitidus viſus erat, impolitiæ notabatur.* Germani dicerent, ein vnſcheinbar Pferdt. Paulus ex Feſto: *Impolitias Cenſores facere dicebantur, cùm Equiti as abnegabant, ob equum malè curatum.*

Importunus dicitur, qui alios quieſcere non ſinit. Merc. Prol. ℣. 44. Iſidorus: *Importunus: inquietus; quia non habet portum, hoc eſt, quietem.* Aſin. 1. 1. ℣. 48. *Vxor importuna atque incommoda.* Exempla alia paſſim apud authores. *Importuna pauperies. Importuna ſitis argenti*, apud Horatium. *Importunus tyrannus* apud Ciceronem.

Impos animi. Trin. 1. 2. ℣. 94. Truc. 4. 3. ℣. 54. Men. 1. 2. ℣. 1. Caſina 3. 5. ℣. 7. Bacch. 4. 3. ℣. 3.

Impoſiſſe, pro, *Impoſuiſſe*. Moſt. 2. 2. ℣. 4.

Impotens, & *Impotentia* valet, quod Græcè *ἀκρατής*, *ἀκράτεια*, animi impotentia. *Impotens*, qui effertur irâ, ſuperbus,

bus, intemperans, efferati animi. Sic *Impotens dominatus*. Hæc vulgò nota notio: ſed ea non eſt nota, quâ *Impotens* pro imbecilli, vel infirmo, ſive non potente ponitur. Nonius putat *Impotens* interdum pro *valde potenti* poni. Sed errat. Cicero pro Muræná cap. *Valeant hæc omnia ad ſalutem innocentum, ad opem impotentum, ad auxilium calamitoſorum*.

Importunitas: pro inhumanitate, & ſævitiâ. Cicero de Senect. cap. *Moderati enim & nec difficiles, nec inhumani ſenes tolerabilem ſenectutem agunt importunitas autem & in humanitas omni ætati moleſta eſt*.

Importunus. Latinè valet idem ferè, quod *Crudelis*. Cæterùm *Immanis*, Græcè ὠμὸς Sic & ὠμότης, & Latinè *Importunitas*, pro in humanitate & ſæ vitiâ. Aliud eſt *Inopportunus*. Quæ multi hodie confundũt. Cicero pro Deiot. cap. *Vt enim omittam, cujus tanti ſceleris fuerit, in cõſpectu Deorum penatium necare hoſpitem: cujus tantæ importunitatis omnium generum, atque omnis memoriæ clariſſimum lumen exſtinguere*. Et Verr. ult. cap. *Cyclops alter multò importunior*. Et eod. lib. cap. *Furor enim quidam ſceleris & audaciæ comes iſtius effrenatum animum, importunamq; naturam tantâ oppreſſit amentiâ*. Vtitur in iiſdem libb. in Verr. perſæpe. Sic & pro Rabir. cap. *Quamobrem &c. profiteor, & præ me ſero, te ex illâ crudeli importunâ non tribunitiâ actione, ſed regiâ meo conſilio, virtute, authoritate eſſe appulſum*. Et pro Cluentio cap. *Furere crudelis atque importuna mulier*.

Importunus. Interdum pro improbo tantùm videtur poni. Cicero lib. 9. Epiſt. 21. ad Papir. expoſito, Papirios Patritios fuiſſe pleroſque bonos: Plebeios autem malos & improbos. Tandem illam Epiſt. ſic concludit: *Quare ad Patres cenſeo revertare: plebeij quàm fuerint importuni, vides*.

Importunus: pro moleſto. Horat. l. 1. Satir 8. ℣. 6. *Aſt importunas volucres in vertice harundo Terret f[illegible]*.

Importunus: de tempore. Non videtur Cic. ætati convenire. Et tamen l. 2. de Orat. c. ita editum: nec, ut puto, variant libri, etiam manu exarati: *Ac ſi tibi videntur qui temporis, qui locis qui hominum rationẽ non habento inepti, ſicut debent videri: num tandem aut locus hic non idoneus videtur &c.* Malim, *inoportunum*, cum Lambino.

Impotens: potẽti, ſive ei, qui multum poteſt, contrarium interdum eſt. Cic. Pro Muræna cap. *Nolo accuſator in judicium potentiâ adferat, non vim maiorẽ aliquam, non authoritatem excellentem non nimiam gratiam. Valeant hæc omnia ad ſalutem innocentium, ad opem impotentum, aut auxilium calami-*

lamitoſorum : in periculo nec in pernitie civium repudientur. Salluſt. lib. 3. Hiſtor. in Orat. Macri Trib. pl. *Neque me præterit, quãtas opes nobilitatis ſolus impotens inani ſpecie magiſtratus pellere dominatione incipiam.*

Impotens plerumque is, qui vulgò. *Incontinens.* Græcè ἀκρατής. Sic *Impotentia*, ἀκράτεια. *Impotens* Latine ἀκρατής, qui iræ, aliisque perturbationibus animi moderari aut temperare nequit. Dicitur *Impotentis animi* ſæpe is, qui violentus, injuſtus, crudelis, ſuperbus in dominatu, regnando. Græcè, βίαιος. Sic *animi motus impotentes.* Interdum accipitur pro inope, & infirmo. Sed hoc rarius. Vt apud Ciceronem pro Murenâ, loco paulo ante adducto cap. *ad ſalutem innocentium, ad opem impotentium, ad auxilium calamitoſorum hæc valeant.* Salluſt. *Impotens magiſtratus* dixit. Terent. Adelph. 4.3 ℣.16. *propter ſuam impotentiam.*

Impræſentiarum. Interdum quidem dixiſſe veteres, ſed plerumque *in præſentii* legitur. Interdum, *in præſenti.* Nepos in vita Hann. *Cum hoc exhauſtis jam patria facultatibus cupivit impræſẽtiarum bellum componere.* ita v. c. Vlpian. Item § 7. ff. p. Quod in aut clam. ICt. Latinè dicit: *Si quem facientem prohibuero, isque deſtiterit impræſentiarum, rurſusque poſtea facere cœperit.* Vſus eſt hoc verbo ſæpius Apuleius, & Cato de r. r. cap. 144. Vide etiam Vall. Eleg. lib. 4. cap. 12.

Impranſus. Amph. 1.1. ℣. 97. & 3.2. ℣. 71. Stich. 4.1. ℣. 28. Pœn. Prol. ℣. 10. Rud. 1.2. ℣. 56.

Improba facies; deformis. Plaut. Vide ſupr. *Facies.*

Improbare :, dedecorare, improbum facere. πλακίζειν. Merc. 5.4. ℣. 9.

Improbare; de mercibus reiiciendis, vel repudiandis, quæ probæ non ſunt. Mil. 4. 4. ℣. 38. Stich. 2.3. ℣. 23 Contrarium eſt *Approbare.* Apuleius lib. 6. Metam. *Singulisq; granis ritè diſpoſitis atque ſeiugatis ante iſtam veſperam opus expeditum approbato mihi.* Phædrus: *opus approbavit.*

Improbior. Bacch. 2.5. ℣. 82. Pſeu. 3.2. ℣. 13. Trin. 3.2 ℣. 66.

Improbus : magnus, & inſanus. Virgil. lib. 1. Georg. ℣. 145.

—Labor omnia vincit
Improbus.

Catullus ad Mallium ℣. 125.

Nec tantum niveo gaviſa eſt ulla columbo
Compar, ſeu quicquid dicitur improbius:
Oſcula mordenti ſemper decerpere roſtro.

Improbus ab ingenio. Truc. 4.3. ℣. 19.

Improbus olim qui *Infamis*, ignominioſus. ἄτιμος. Ita ſæpe antiqui eo utuntur : ut & *flagitium*, maximè in XII. Tabb. *Qui ſe ſivit teſtarier, libripensve fuerit in teſtimonium fariatur,*

tur, improbus inteſtabilisq; eſto. Plautus Caſin.1.1.℣.31. *Poſtillà ut ſẽper improbus ſis.* Bacchid. 5.2.℣.82. Lucilius lib.30. *Omnes formoſi, fortes, ergò improbus eſto.* Salluſt. Jug.cap. *Niſi quia illa in tanto malo : turpis vita integra, fama potior fuit, improbus inteſtabilisq; violetur* Ita veteres Romani verterũt, quod Græci dicebant, ἄτιμος. hoc eſt, *infamis.*

Improbus: pro impudẽte, ut *Probus*, pro pudente, & verecundo, aut certè *Improbus*, pro turpi: ut *Probus*, pro pulchro. Cicero ad Cæſ. Iun. lib.1. Epiſt. apud Nonium in, Improbum. *Debes odiſſe improbitatem ejus, qua impudentiſſimum nomen delegerit.* Virgil.lib.10. Aen.℣.727.

——*lavit improba teter*
Ora——

Improbè factum. Livius lib.10.c. *Valeria lex cùm eum, qui provocaſſet, virgis cædi, ſecurique necari vetuiſſet, ſi quis advers' ea feciſſet, nihil ultra, quàm improbè factum adiecit: id (qui tum pudor hominum erat) viſum credo vinculum ſatis validum legis: nunc vix ſervo minetur quisquam.*

Improbè petere : deſiderare, pro, impudẽter. Paulus IC.l.3.§.5. ſent.ult. *In poſſeſſionem improbè mitti deſiderat.*

Improviſo: de improviſo. Aſin.2. 2 ℣. 44. (62.

Imprudens: incautus. Mil.2.3.℣.

Imprudens: inſciens. Aul.1.1.℣. 23. Trin.1.2.℣.23.

Impudens : abſolute poſitum. Perſ.1.1. ℣. 41. & 3. 3. ℣.8.17. *Qua confidentia rogare tu à me argentum tantum audes, impudens?* Ter.Eun.3.1.℣.35. *Quid agis impudens?* Sic Mſſ. Bemb.

Impune eſt illi. Mercator 4. 6. ℣.4.

Impuniſſime. Pœn. 1.3.℣.2.

Impulſor. Aul.4.10.℣.7.

Impulſor & ſuaſor. Moſtellaria 3. 3.℣.13.

Impulſu meo. Trin. Prol. ℣. 10.

Impuratiſſimus. Rudens 3. 4. ℣.45.

Impurata belua. Rud.2. 6.℣.59.

Impuratus : obſcœno ſenſu. Aul. 2.6.℣.10.

Impuritia. Perſ.3.3.℣.7.

Impurus homo. In convitio. Rud. 4.3.℣.51. Bacch.4.8.℣.44.

In. vett. promiſcue vel cum accuſandi, vel cum auferendi caſu jungebant. Amph. Prol. ℣.73. & 1.1.℣. 25. *in mentem fuit.* & 2. 2.℣.78. & 4. 2.℣.11. *in adoleſcentiam.* & 4.3.℣.15. 19. Aſin.1.3.℣. 81. Aul.3.6.℣. 17. *intromiſiſti in ædibus quingentos coquos:* & 4.8.℣.6. *collocare in arborem.* Caſin. 2.3.℣. 26. Bacch. 1. 2. ℣.53. & forte ℣.60. ubi Mſſ. Pall. *Feciſti furtum in ætatem* Moſt.1.2.℣.2. Epid. 2. 2.℣.7. Ciſt. 4.1.℣ 8. Mil.3.1.℣.17. *imperium in bonis.* Pœn.5. 4.℣.106. Trin.3.2. ℣. 2. 10. *in re meâ eſt* pro, *in rem meam.* Pſeud 1.5.℣.84. *piſtrinum in mundum ſcibam.* Sic ambo Mſſ. Pall. pro, *immundo.* Sic quoque

 Cum

Digitized by Google

Cum accuſandi caſui jungitur in Inſcriptione Romanâ pag. MCXXXIX. n. 13. VIXIT. CVM. CONIVGEM. SVAM. Exēpla autorum aliorum hæc eſſe poſſunt. Agellius lib. 1. cap. 7. & lib. 9. cap. 14. *in ordinem ſcriptum fuit.* Cæcilius: *Tanta huic in corde invaſit indulcitas.* Q Claudius Ann. 1. *Nos in medium relinquemus.* Lucil. lib. 30.

Endo canino rictu, oculiſque involem. Lucret. lib. VI. *——toto terrarum ſpargere in orbe.* Petron. *Res eſt in controverſiam.* Sic Cicero paſſim. *Eſſe in amicitiam & ditionem alicuius. Ad judicem cauſam labefactari. Deprehenſus cum ferro ad ſenatum. Vbi videt me eſſe tantum in honorem.* Pro lege Manil. *Cum noſtros portus, atque eos portus, quibus vitam ac ſpiritum ducitis, in prædonũ fuiſſe poteſtatem ſciatis.* Pro Quint. *in iudicium haberet.* Et, *res cœpit eſſe in vadimoniũ.* Et, *veni in Senatu.* Lib. I. de Orat. *Et quod ille duriſſimis pedibus fecit, vt ſe abijceret in herba.* Brutus ad Cic. lib. 11. Epiſt. 19. *Cauſam habet optimam: officium in Repub. ſummum.* l. 1. Epiſt. Fam. 5. *Quam ego in meam ſalutem ſum expertus.* Ita ibi Mſſ. Pall. quart. lib. 1. Epiſt. 9. *Graviſſimè autem me in hac mente impulit & Pompeij fides.* Sic ibi Mſſ. Vatican. & Pall. vulg. *in hanc mentem.* Lib. 1. de Offic. cap. 14. *Iniurioſi ſunt in proximu.* Et lib. 6. de Republ. *pietas in parentibus & propinquis.* Cæſar. lib. 3. de Bell. Gall. *in mediam aciem collocare auxilia.* Lib. 2. de bello Gall. *Quod is collis &c. in frontem leviter faſtigiatus, paulatim ad planiciē redibat.* Lib. VI. *Ne deſperata ſalute, aut ſe in Menapijs abderet.* Senec. lib. 3. de Benef. c. 37. *In ordine redigere.* Lib. 1. de Benef. capite 3. *in matrimonio produxit.* lib. 1. cap. 11. *In triumpho ductus eſſem.* Lib. 6. c. 34. *In ſenſus recondendus.* Lib. 1. de Clem. cap. 18. *Quod in homine licere.* Lib. 2. de Clem. cap. 1. *in medio abduxit.* Et mox: *vocem in concione mittendam.* Epiſt. 9. *in vinculis conjecto.* Epiſt. 66. *in loco ſtili ſermo ſucceſſit.* Epiſt. 69. *in conſpectu eius venerunt.* Epiſt. 71. *in conſpectu adoleſcentia meo reductus.* Epiſt. 81. *In huius ipſius rei contentione transfert.* Lib. 4. controv. 1. *in convivio puderet venire.* Virg. l. 6. Æneid. ℣. 339.

Exciderat puppi medijs effuſus in vndis. Lib. 10. ℣. 21.

Colla fovet fuſus pr opexam in pectore barbam.

Ibid. v. 807. *dum pluit in terris.* Ovid. l. 3. Metam.

Donec Agenorides coniectum in viſcere ferrum.

Manil. l. 5. *cũ venit in regione.* Græci, εἰς ἐκκλησίαν καθίζεσθαι. Plutarch. εἰς τοὺς ἀτίμους αὐτὸς γράφει. *in ærariors refert.* Nonnulla alia exempla collegit ſollertiſſimus Philo-

logu

logus Andr. Schottus Nod. Cicer. libro 1. cap. 6. itemque Giſanius in aureis Collectan. Lucret. *In*: nec non, Chriſtianus Becmanus in Philolog. Vide etiam Lexicon Lucretianum, itemque Auſon. Poppmam de uſu L.L.

In. *πυξίλλει*. Amph. 1. 1. ℣. 286. Aſinaria 4. 1. ℣. 19. Curc. 4. 4. ℣. 6. *In Epidaurum advenis*. Mil. 2. 1. ℣. 35. *In Epheſum avehit*. Pſeud. 4. 6. ℣. 36. *Abduxit in Sicyonem*. Fabius Declam. CCCXXXIII. *In Athenas miſit*. Sic quoque abũdat τὸ *in* apud Terent. Adelph. 1. 1. ℣. 24. *In eo me oblecto*: *ſolum id eſt charum mihi*. Nove, inquit Donatus, pro, *eo me oblecto*. Nepos in Miltiade: *Hoc in tempore nulla civitas Athenienſibus auxilio fuit, præter Plateenſes*. Vulgò omittitur τὸ *in*, contra libb. vett. Vide etiam infr. Mantiſſ. de particulis.

In notat finem & voluntatem aliquam. Moſt. 3. 1. ℣. 7.

In; contra. Amph. 1. 1. ℣. 168. Truc. 1. 2. ℣. 55.

In pro *ad*. Mil. 4. 9. ℣. 16. *In tumultum ibo*. Caſ. 2. 8. ℣. 47.

In: quandoque valet. *pro*. Aul. 2. 6. ℣. 3.

In; pro, *ſuper*, *In clamydem ludere*. Curc. 5. 2. ℣. 14.

In. pro, *cum*. Aul. 3. 5. ℣. 12.

In geminatum. Pollio ad Ciceronem lib. 10. *Et hercule longè remotus ab omni ſuſpicione futuri civilis tumultûs, penitùs in Luſitaniâ legiones in hibernis collocavi*. Et 1. Tuſcul. cap.

Itaq; dubitans circumſpectãs, hæſitans, multa adverſa revertens, tamquam in rate, in mare immenſo noſtra vehitur oratio.

Inambitioſus, *inbonus*: pro malo. *Incurioſus*, *Inperpetuus*: quib⁹ tamen ego non facile velim uti. *Inambitioſus* tamen Ovidius in verſu uſus eſt. *Secretos montes & inambitioſa colebat rura*. Tertullianus *Inbonus* dixit. Apuleius, *Incurioſus*. Seneca, *Inperpetuus*.

In aliquem dicere: eſt, *alicui maledicere*. Curc. 4. 1. ℣. 18. Moſtell. 1. 3. ℣. 82. *Benè loqui in aliquem*.

In hunc diem: pro, *hoc die*. Stich. 3. 2. ℣. 24. & 4. 1. ℣. 12.

In craſtinum. Pſeud. 5. 2. ℣. 33. Stich. 4. 2. ℣. 56.

In perendinum. Trin. 5. 2. ℣. 65.

In crimen & infamiam vocare. Trin. 3. 3. ℣. 11.

In ætate: interdum. Trin. 1. 1. ℣. 2. & 2. 4. ℣. 61. Turn. lib. 26. 16.

In digitis percequam, quod ceperit. Rud. 4. 1. ℣. 11. De Inani opera piſcationis. Germ. Ich wolte es an einem Finger bratten/was er fangen wirdt.

In dies; *per dies*, ſeu, *de diebus*. Epid. 1. 1. ℣. 51.

In gratia eſſe alicuius. Mil. 2. 1. ℣. 25. (℣. 4.

In incerto res ſita eſt. Capt. 3. 4.

In ius ambulare, pro, *in locum Iudicij*. Curc. 5. 2. ℣. 23. 26. Ita Donatus.

In ius ire: ad prætorem notat. Moſt. 5. 1. ℣. 40. (6. v. 5. 12. 23.

In ius rapere. Pœn. 5. 5. ℣. 56. & 5.

In ius venire. Pœn.1.1.ṽ.57.

In ius vocare. Pœn.5.4.ṽ.53.57.60.Curc.5.2.ṽ.5.

In faba reperire. Aul.5.1.ṽ.11.Vide *Proverbia* in Mantiſſa.

In ipſo tempore advenire. Pœn.5.3.ṽ.19.

In infamiam accedere. Trin.1.2.ṽ.84. (76.

In lacte ſita lingua. Truc.1.2.ṽ.

In leges meas: meis conditionibus & pactis. Aſin. 1.3.ṽ.81. Terent. Heaut. 5. 2. ṽ. 45. *Tam facile patris pacem in leges conficiet ſuas.*

In matrimonium dare, ire. Trin. 3.2.ṽ.65.& 3.3.ṽ.4.

In memoriam redeo, regredior. Capt.5 4.ṽ.25.26.

In manu eſt. pro, in poteſtate. Moſt. 1.4.ṽ.15. & 3.1. ṽ.62. Merc. 3.4.ṽ.43. Trin.1.2.ṽ.66. Pœn. prol.ṽ.52.& 4.2.ṽ.90.

In manu habere. Aſin.2.4.ṽ.57.

In melle ſita lingua & lacte. Truc. 1.2.ṽ.75.

In modum perpetuum: perpetuò. Moſt. 4.3 ṽ.41.

In mundo eſſe. Vide litt.M.

In occulto. Capt.1.1. ṽ.12.& 1.2. ṽ.56.

In partem, eſt pro ſua parte. κατὰ μέρος, ἐν μέρει. Aſin. 3.3.ṽ.89.& 5.2.ṽ.66.

In poteſtate perducere. Trin. 4.3. ṽ.30.

In piſtrinũ præcipitẽ trahi. Pſeud. 1.5.ṽ.79.*Condi*.Ibid.v.120.

In pretio. Pœnolus 1. 2. verſ. 118.

In prõptu gerere: in aperto. Pſeud. 1.5.ṽ.34.Ciſt.1.1.ṽ.113.

In proclivi eſt: facile eſt. Capt.2.2.ṽ.86. Salluſt. orat. 2. ad C. Cæſarem. *Alia omnia in proclivi erunt.*

In proximo. Mil. Arg.2.ṽ.8.& 2.1.ṽ.56.& 2.2.ṽ.109.& 2.3.ṽ.30. 48. & 2.4.ṽ.13.& 2.5.ṽ.62. Niſi cum Acidalio hic malis legere: *Hinc è proximò*.& 4.1.ṽ.22. Ciſt.1.1.ṽ.102.& 4.2. ṽ.85. Caſ.2.1.ṽ.2.& 2.2.ṽ.1. Stich.4.2.ṽ.32. Pſeud.3.2.ṽ.105.

In proximum. Mil.2.4.ṽ.32. Epidicus 1.1.ṽ.65. Caſina 2.1. ṽ.2.

In quæſtione eſſe: quæri. Perſ.1.1. ṽ.52.Pſeud. 2.2.ṽ.68.

In re eſt: intereſt. Trin.3.2.ṽ.10. Vide Animadverſ. noſtras.

In re præſenti. Amph.1.1 ṽ.92. Caſ.2.8.ṽ.65. Formula nata à conſuetudine Romanorum, qui de agro aliquo ambigentes, vel glebâ aliquâ ejus agri in ius allatâ, in eâ tamquam in toto agro, & in re præſenti vindiciam faciebant vel in agrum ipſum, hoc eſt, in rem præſentem ibânt. Agell.l.20. c.9. Cicero lib.1. Offic. *Vt ſi conſtitueris te cuipiam advocatum in rem præſentem eſſe venturum* Idem pro Cæcina: *Placuit Cæcinæ de amicorum ſententia diem conſtituere, quo die in rem præſentem veniretur.* Idem libro 1. de oratore ad Q. Fratrem: *An vero ſi de re ipſâ, ſi de finibus, cùm in rem præſentem non venimus &c.*

In rem eſt: Vtile eſt. Capt.2.3.ṽ.38. Aul.

38. Aul. 2. 1. ℣. 10. 23. 31. Trin. 3. 3. ℣. 19. Pſeud. 1. 3. ℣. 21. & 2. 3. ℣. 18. Amph. prol. ℣. 10. Men. 5. 6. ℣. 18.

In ruborem dare, ambiguo ſenſu, & de pudore, & flagris. Capt. 5. 2. ℣. 9.

In ſpe ponere. Capt. 5. 2. ℣. 4.

In tempore : hoc eſt, opportune. Contrarium ei eſt. *Poſt tempus.* Capt. 4. 2. ℣. 56. & 90. Amph. 3. 1. ℣. 17. Ciſt. 4. 1. v. 18.

In viâ. Truc. 4. 2. ℣. 46.

In vino: παρὰ πότον, velut Sophocles, παρ᾽ οἴνῳ. Truc. 4. 4. ℣. 1. Terent. Heaut. 3. 3. ℣. 7. Cicero Verr. 5. capite. *Niſi forte exiſtimatis, eum in vino ac luxu non riſiſſe, qui nunc in periculo ac exitio ſuo riſum tenere non poſſit.* Et Catil 2. capite. *Quod ſi in vino & oleâ comeſſationes ſolùm & ſcorta quærerent.* Catullus: *Marrucine Aſini, manu ſiniſtrâ non bellè uteris in joco atque vino.* Germ. im Trunck.

In viros : viritim, κατ᾽ ἄνδρα. Aulularia 1. 2. verſ. 30.

Inædificatio. Miles 2. 2. verſ. 55.

Inamabilis. Bacchides 4. 3. ℣. 3.

Inalpini : qui in alpibus habitant, earum incolæ. Iidem & *Alpini*, & *Alpici* dicti. D. Brutus ad Cicer. lib. 11. Ep. 4. *Progreſſus ſum Inalpinos cum exercitu.* Suet. Octav. cap. 21. *Domuit autem Cantabriam: item Rhætiam, & Vindelicos, ac Salaſſos: gentes Inalpinas.* Ita Victorius & Glareanus utrumque locum correxerunt ex. v. libb. (℣. 22.

Inambulare, pro *eſſe*. Bacch. 4. 7.

Inania: vacuitatis. Aul. 1. 2. ℣. 6.

Inanilogiſta : vaniloquus, Pſeud. 1. 3. ℣. 23. Expreſſi tamen *Inanilogus.* Vide Animadverſ.

Inanimenta. τὰ κενά. Stich. 2. 1. ℣. 19.

Inanimus. Latinè dicitur, quod vulgò minus Latinè, *Inanimatus.* Cicero certè pro *inanimato* ſemper *in animo* eſt uſus. Sed loci interdum ſunt depravati, contra fidem libb. vett. Cicero lib. 6. de Rep. in ſomn. ſcip. extremo : *Inanimum eſt enim omne, quod impulſu agitatur alieno. Quod autem animal eſt, id motu cietur imperio ve & ſuo.* Id ex Platone vertit, cuius hæc ſunt verba ex lib. 2. Offic. cap. *Quæ ergò ad vitam hominum conſervandam pertinent, partim ſunt inanima*, ut aurum, & partim animalia quæ *habent ſuos impetus.* &c. Ita Lang. ex antiqq. libb. leg.

Inane. Eſt id Latinè, quod Ariſtoteles Græcè κενόν. Vulgò hodie *Vacuum* vocant. Non ſatis Latinè, ſi Poëtas imitari velis, qui & *Vacans* id appellãt. Reperitur etiam *Inanitas* apud Cic. ubi forte rectiꝰ leg. *Inane.* Lucret. lib. 1. ℣. 443.

Nec præbere locum porrò niſi inane vacansq;.

Cicero de fato c. 11. *De ipſâ atomo dici poteſt, cùm per inane moveatur gravitate, & pondere.* Et c. 20. *Neq; in illo inani per quod fertur atomus.* Et ibid. c. 9. *Vt cùm duo individua per*

per inane ferantur. Ita ibi leg. vulg. *inanitatem*. Idem lib. 1. de Nat. Deor. cap. 20. *Quæ* (atomi) *interiecto inani cohæreſcunt tamen inter ſe*. Et poſtea cap. 23. *Ita nullum inane, nihil individuum eſſe poteſt*. Et poſtea cap. 26. *Tamen pleraque dicit eadem: atomos, inane, imagines*. Seneca Epiſt. 88. *Sextum genus eorum, quæ quaſi ſunt tamquam inane, tamquam tempus*. Cicero de Fato cap. 9. *alterum, ut cùm duo individua per inanitatem ferantur, alterum è regione moveatur, alterum declinet*. Vbi fortaſſe *per inane* leg.

Inane corpus: pro cadavere, à quo abeſt anima, quod eſt *brutum*: ut Bernartius in Statium admonuit. Cicero ita videtur locutus lib. 2. de leg. cap. 18. *Tum ebur ex inani corpore, extractum haud ſatis caſtum donum DEO*. Vbi quidam, *ex inanimo* leg. putant. Sed rectius leg. *ex immani corpore*, nempe elephanti. Et ſic quoq; coniecerat Lipſius libro 2. Ant. lect. capite 2. & ad libro 2. Hiſtor. Taciti. Ovidius: *vates operis, tua fama*. Tibullus: *Ardet in exſtructo corpus inane*. Statius lib. 1. Thebaid. ℣. 53.

Tunc vacuos orbes crudum ac miſerabile vitæ
Supplicium oſtentat cœlo, manibusque cruentis
Pulſat inane ſolum.

Apuleius lib. 1. Metam. pag. 108. *At ego, ut eram etiam nunc humi proiectus, inanis, nudus, & frigidus*. Sed & ibi aliqui mutant in *inanimis*.

Inanis dicuntur homines actioſi, arrogantes, ambitioſi, oſtentatores. Vulgò, vani. non ſatis recte. Sic & *Inane*. & *Inanitas*. Cicero ad Brutum Epiſt. 3. *Nihil eſt in me inane, neque enim debet: ſed tamen omnium ordinum conſenſus, gratiarum actio, gratulatioq; me commovet*. Lucret. lib. 1. ℣. 639. de Heraclito. Horat. lib. 1. Satir. 4. ℣. 76. Salluſt. Iugurth. ubi Marius de Metello: *Ab Imperatore conſulto bellum trahi: quod homo inanis, & regiæ ſuperbiæ, imperio nimis gauderet*.

Inanire. Rud. 2. 4. ℣. 5. *qui te inaniem*: uti quidem ibi legit Palmerius. *Inanire*, inquit, eſt, in locum aliquem, qui vacet, hoſpitem accipere. Sed ſequor lectionem Mſſ. pall. Vide Animadverſiones, & infra, *Manere*.

Inanis: pro paupere & famelico. Bacch. 3. 4. ℣. 19. & 3. 6. ℣. 2. Moſt. 3. 1. ℣. 44. Trin. 3. 2. ℣. 75. Stich. 2. 1. ℣. 78.

Inanis: vacuꝰ, ſine onere. Amph. 1. 1. ℣. 173. Aſin. 3. 3. ℣. 70.

Inanis: pro ſitiente, eſuriente; & paulò nequius pro fœminâ concubitum appetente: & expleri geſtiente. Rud. 2. 4. ℣. 5. Ita enim ἐμφατικῶς nonnulli accipiunt illum locum.

Inanitas. Caſ. 4. 3. ℣. 6.

Inanteſtatus: Triplici ſignificatu ponitur apud authores pro eo,

eo, cujus auris teſtimonij ergò apprehĕditur; item eo, qui in jus vocat; & denique eo, qui vocatur. Curc. 5. 3. ℣. 17. Vide etiam, *Anteſtari*.

Inapparatio. Rarius verbum. Vide infra, *Irreligio*. Rhetor. Herenn. lib. 2. cap. 4. *Si prætere a ex alterâ parte vires pecuniæ, conſilium, ſcientia, apparatio videbitur fuiſſe: ex alterâ parte imbecillitas, inopia, ſtultitia, imprudentia, inapparatio demonſtrabitur fuiſſe.*

Inaudire: reſcire. Cicero ad Pœtum libro 9. Epiſt. 24. *Nam & Aquini & Fabrateriæ conſilia ſunt inita de me, quæ te video inaudiſſe.*

Inaudire: audire. Aul. 2. 2. ℣. 88. Mil. 2. 5. ℣. 32. & 2. 2. ℣. 56. Capt. prol. ℣. 30. Merc. 5. 2. ℣. 100. 103. Moſt. 3. 1. ℣. 11. Stich. 1. 2. ℣. 19.

Inauguratus. Gloſſis eſt ἀνοιωνισθείς. Plautus impersonaliter vſurpat. Aſin. 2. 1. ℣. 11.

Inaurus: ἐνώτιον, ἐλλόβιον, monile, quod aurium lobis inſeritur, & appendet. Men. 3. 3. ℣. 17.

Inaures ſtalagmia. Epid. 5. 1. ℣. 35.

Incanus: valde canus. Rud. 1. 2. ℣. 37. Etiam Virgil. l. 3. Georg. *incanaq; mente* dixit.

Incaſſum: fruſtra. *omnia in caſſum cadunt*. Pœn. 1. 2. ℣. 147. Aul. Sc. Quid hic. ℣. 13. Vide *Caſſum*.

Incedere contra alicui. Rud. 3. 3. ℣. 31.

Incedere aliquò. Pſeudolus 5. 1. ℣. 30.

Incedere: eſſe. *Vt ornata incedo!* Truc. 2. 5. ℣. 11. Bacch. 4. 9. ℣. 146.

Incedere ſeſſum. Pœn. prol. ℣. 10.

Incedere, venire. Rudent 2. 6. ℣. 8.

Incedere: in publicum prodire. Epid. 2. 2. ℣. 42. Propert. *ſive togis illam fulgentem incedere Cois*. In inceſſu gravitas eſt.

Incedere: cum accuſandi, vel dandi caſu. *inceſſit illum religio, cura*, &c. Livius lib. 4. cap. *Tum gravior cura patribus inceſſit*. ita ibi libb. vett. Ibid. *Quod cura inceſſerat Patres, nec metu quæſtionum plebs victa*. Ter[illegible]. Andr. 4. 3. ℣. 15. *Nova nunc religio in te iſthæc inceſſit*. Sic dicitur *Invadere in aliquem*.

Incendere ædes. Capteivei 4. 2. ℣. 65.

Incendere genus ſuum. Trin. 3. 2. ℣. 49.

Incendere odores. Menæchmi 2. 3. ℣. 3.

Incendere rogum; opipàre vivere. Men. 1. 2. ℣. 44.

Incendere annonam. Vide ſupr. *Annona*. *Incendere locum*: celebriorem reddere. Virgil. Aen. *Opus artificem accendit*, h. e. admirabiliorem reddit, ut cauſę accuratius exquirantur. Auguſtus Cæſar: *Nos forũ aleatorum excalfecimus*. Varro ταφῆ μενίππε: *Edones Romam, ut turba incendat annonam*.

Incendere: pro augere. *Incendere annonam. Incēdium annonæ. Excandeſacere annonam.* Varro lib.3.r.r.cap.2. *Aut collegiorum cœnæ, quæ tunc innumerabiles excandeſaciebāt annonam macelli.* Manil. lib.4. ℣.168. *Et gravia annonæ ſpeculantem incendia ventis Credere opes.* Quintil. *Etiamſi quid reſidui erat, ut carius quidam venderent, ad annonæ incendium ſuppreſſum eſt.* Agell. lib.10.cap. ultimo: *Et gemina ſi fiet, auget, inceditque rem, de qua agitur* Sic v. c. Vulg. *intenditque.*

Incendium: pro periculo. ut ſupra, *Ambuſtus.* Livius lib.39. cap. *Serius ei triumphandi cauſa fuit, ne & [illegible] incendio alieni judicij, quo L. Scipio damnatus erat, conflagraret.* Aſinius ad Cicer. lib.10. Epiſt.33 *Res enim cogit huic tanto incendio ſuccurrere omnes, qui aut imperium, aut nomen denique P.R. ſalutem eſſe volunt.* Cicero ad Attic. lib.6. Epiſt.1.

Incenſus: non-cenſus. Cui contrar. *Cenſus* Livius lib.4. cap. ubi de Cenſuræ origine: *Ortum autem initium rei eſt, quod in populo per multos annos incenſo, neq; differri cenſus poterat.*

Inceptare. Trin. 4. 3. verſ. 23. Men. 5. 5. verſ. 32. Curc. 1.1. verſ. 24. *Inceptare, facere facinus.* & 1.2. verſ.56.

Inceptare iter aliquò. Truc. 1.2. verſ. 27.

Inceptus, ûs. Hoc non, vulgare, uti & *Cœptus, ûs,* Nepas in Iphicrate: *Idem ſubſidio Lacedæmonijs profectus* &c. *Epaminondæ retardavit inceptus.* Sic V.C. Vulg. *impetus.*

Incertare: incertum & dubium reddere. Epid. 4.1.℣. 18. & *incertum habere.* Ibid.

Incertior. Stich. 3.3.℣.44.

Incertum: ambiguum. Pſeud.1. 4.verſ.69.

Incertum: pro, *incertitudo.* Vt *Incertum litis, ætatis, belli.* Sic & *Lubricum:* de quo infr. Hæ tamen phraſes non ætatis Ciceronis, ſed reconditionis ſunt: ut Iuriſconſultorum. Sic, *Conditionis incertum* l. 11. ff. de ſecund. tabul. *Cautionis.* l.16. §. idem quærit. ff. ad Trebell. & ſeil. 11. de hæred. vend. *Succeſſionis* l. 14. ff. de tranſact. *Antiquitatis.* l.1. de reſp. prudeu. in C. Theod. *Maris* apud Tacit. & *belli.* Quæ omnia ſtudioſè obſervavit Rhenanus in Tacitum. eumque ſecutus Briſſonius in Lexico Iuris.

Inceſſere dolis ac minis. Amph. Sc. *Di voſtram.* ℣.37.

Inceſſit te religio. Vide infr. & paulo antè.

Inceſtare: eſt vitium inferre puellæ. Pœn.5 2.℣. 136. Lutat. in 2. Statii Thebaid. ſcribit Venerem ad non caſtas nuptias non venire cum ſuo cæſto: vnde *Inceſtum* dictum. Paulus lib. 39. de ritu nupt. *Inceſtum* committere intel-

intelligitur, qui ex his quas legibus aut moribus prohibemur vxores ducere, aliquã duxerit. Vterq; verè. nã certè ſcortatio quæuis paſſim in vſu nomine *Inceſtus*: Seruius ad 12. Æneid. *Inceſtus eſt quæcumque pollutio*: Fulgent. Inceſtum ab eo venit, quod eſt in caſſum: Paſſerat. ad Propert. lib. 3. Eleg. 11.

Incidere. Hoc verbum Ciceroni eſt uſitatiſſimum: hodie minus notum. *Incidunt tempora*: *Incidit caſus*. *Incidit in bellum: in manus? in hoſtes*. Cicero lib. 5. Epiſt. Et orat. pro Sextio.

Incidere periculum: pro, *inp*. Sed depravatum ferè. Nepos in vitâ Attici: *Ac ne quod periculum* incideret, quod noctu fiebat, pręſidium ei miſit. Vulg. *inp*. contra. v. libb. Livius lib. 2. cap. *Volſci curſu & clamore feſſi cum ſitulis pubentibus recta intuliſſent Romanis, poſtquam impreſſionem ſenſére ex adverſo factam, & ante oculos micare gladios, haud ſecus, quàm ſi inſidias incidiſſet*. ita v. c. absque *in*.

Incidunt oculi aliquo! Cicero pro Mil. initio: *Tamen hæc novi judicij nova forma terret oculos, qui quocunque inciderunt* &c. Et pro Scauro cap. *Vndiq; mihi ſuppediat, quod pro M. Scauro dicam, quocumque non modò mens, verùm etiam oculi inciderint*.

Incinere, Incentio. Agell. Non puto hæc imitanda temere. Poëtica videntur potiùs. Agell. 4. 13. Vide locum.

Inciperare: pro, *Imperare*. Truc. 3. 2. verſ. 8. Veteres dicebant *Inci*, pro, *In*.

Incipeſſo. ἀρχαϊκῶς, vt *laceſſo, faceſſo, capeſſo*: à, lacio, facio, capio. Capt. 2. 1. ℣. 19.

Incipiſſam. Mil. 2. 2. ℣. 82.

Incipiſſis. Trin. 4. 2. ℣. 42.

Incipiſſo. Capt. 3. 3. ℣. 17. & 4. 2. verſ. 22.

Inclamare. Mil. 4. 2. ℣. 44. Truc. 3. 2. ℣. 4. Stich. 2. 3. ℣. 3. Vide. *Conclamare*.

Incita. Trin. 2. 4. ℣. 136. Pœn. 4. 2. ℣. 85. *Ad Incitas redigere*. Sic ibi Mſſ. Pall. prouerbialiter dictum: *ad ſummam egeſtatem* ſive, ad egeſtatis terminos, ut loquitur Aſin. 1. 2. verſ. 10. Alii: *Ad incita* ſcil. loca. Et ſic videntur poſtulare verſus Lucilii, qui citantur ab Nonio Marcello ex lib. III. Satyr. *Illud ad incita cum redit atque internecionem*. & lib. XV. *Commanducatus corrupit: ad incita adegit*. Atque ita in omnibus vett. libb. legi conteſtatur. Fr. Douſa. Idem ſentit quoque Ioh. Liuineius ad XI. Paneg. pag. 397. Simile eſt, quod dicit Eucherius Parænetico ad Valerianum: *Diſſipatas loquimur opes mundi, cùm iam ipſe mundus in finem ſuum vergens, ſpatiis agatur extremis*. Et Florus lib. 2. c. 6. *cõpulſus ad vltimas metas*. ita ibi Mſſ. Pall.

Cyrus

Cyrus Prodromus lib. 5. Amorum Rhodanches & Doſidis, ἴσχατον πίτωνερον, dixit. Et Seneca Epiſt. 12. ubi vide Lipſium. *Extrema tegula.* Terent. Eun. 3. 2. ℣. 38. & 5. 4. ℣. 17. *Paraſiti ex flamma cibum* [illegible]*tunt.* Vnde non male diceretur: *Ad micas redijt* paraſitis: ſicut eſt Ioſuæ cap. 9. ℣. 5. & 12. *Vniverſus veſter panis aruerat, & abierat in micas.* Eſt, qui malit: *ad uncias* res rediјt. Sic Terent. Phorm. 1. 1. ℣. 9. *Quod ille unciatim vix de demenſo ſuo ſuum defraudans Genium comparſit miſer.* Certè quidem Calepinus ex Nonio admodum delirat, quando ait: INCITA, *a penult. correpta, hoc eſt, Paupertas.* Nugæ, nugę! Rectè verò Scaliger explicat Cõniect. ad Varr. Append. pag. 186. Antiqui fines, ſeu terminos, quos amplius promovere non eſt, *Incitos* vocabant. Et qui eò rerum redacti erant, vt nullum certum rerum ſuarum conſilium capere poſſent, AD INCITAS REDACTI dicebantur: vbi ſubaudiendum; LINEAS. vel fines, vel calces, h. e. calculos. Græcè ψῆφυς. Metaphora enim à ludo duodecim ſcriptorum. Nam cùm ad vltilineam promoti erant calculi, tum is, cuius intererat, *ad incitas lineas* redactus, calculi verò *Inciti* dicebantur. Rectiſſimè igitur Antiquus meus Vocabularius liber ex Iſidoro l. 11. Orig. *Inciti,* inquit dicũtur calculi, qui in ludo Scacchorum omninò moveri nõ poſſunt. Inde & homines egentes *Inciti* vocantur, quibus ſpes ultrà procedendi h. e. proficiendi non datur. Sic Euripides: ἐπ' ἄκρον ἥκομεν γραμμὴν τῶν κακῶν: *ad extremam lineam malorum pervenimus.* Terent. 1. Eun. 4. 2. ℣. 13. *Extremâ lineâ amare.* Mamert. Paneg. XI. cap. 9. *Epirota ad incitas intolerandi tributi male depreſſi.*

Inclamare: eſt convitijs & maledictis aliquẽ inceſſere & inſectari. Feſt. Aſin. 3. 2. ℣. 36. Amph. 5. 1. ℣. 16. 68.

Inclamitari. pro *accuſari,* increpari. Epid. 5. 2. ℣. 45. Gr. ἐμφωνεῖν.

Inclementer dicere in aliquem. Amph. 2. 2. ℣. 110. Pſeud. 1. 1. ℣. 15. Rud. 1. 2. ℣. 20. & 3. 4. ℣. 4. Truc. 2. 7. ℣. 43.

Inclementer loqui. Pœn. 5. 5. v. 44.

Inclinare ſe: laſciva formula. Perſ. 4. 8. ℣. 7. Eſt enim *Inclinare* verbum lenonium. Sic Iob. c. 31. ℣. 10. *Incurvare ſe ſuper mulierem.*

Incloctores. Fictum de lorarijs, qui velut ἐγκλωγτῆρες crebris ictibus verberũ in tergo ſervorum κλωγμὸν ſive ſtrepitũ edebant. Aſin. 3. 2. ℣. 6. quamquã potius ibi legendũ docui, *Impactoreſque*, eodem ſenſu. de ijs, qui ſtimulos ſervis fortiter impingunt. Vide ſupra, *Impingere.*

Inclytus: celebris. Pſeud. 1. 2. ℣. 41. Mil. 4. 6. ℣. 12.

Incœ-

Incœnatus. Aul. 2.7.℣.6.Caſ.4. 2.℣.9.Pſeud.3.2.℣.57. Stich. 4.2.℣.31. Trin. 2.4.℣.72. Rud. 2.1.℣.13.15.

Incœnis. Caſ. 4.1.℣.18.

Incoctum. Vide *Coctum.*

Incogitabilis. Germ. Unbeſunnen. Mil.2.6.℣.63.

Incogitandus mœror, dolor. Stich.1.1.℣.48. Trin.2.1.℣.1.

Incogitantia. Merc. Prol.℣.27. Sic Lucret. *Variantia.*

Incogitatus animus. Bacch.4.3.℣.1. pro inconſiderato, qui nihil cogitet aut conſideret, activè. Germ. Unbedachtſam.

Incolère locis; inhabitare. Rud.4.2.℣.2.

Incolumē ſe ſiſtere. Trin.3.3.℣.15.

Incomitiare: ſignificat tale convicium facere, pro quo neceſſe ſit in comitium, h.e. in conventum venire. *Feſtus.* Curc. 3.℣.30. Vide *Inforare.*

Incommoda uxor. Aſin.1.1.℣.48.

Incommodare alicui aliquid. Rarius verbum. Terent. Andr.1.1.℣.136. Cicero pro Quint. cap. *Ut cùm ipſi nihil alteri ſcientes incommodarint.* Et lib. 5. fin. cap. *Quod nullâ utilitate objectâ delectentur animi, atq; ipſa ſcientia etiamſi incommodatura ſit, gaudeant.* Ita rectè Lamb. ex vett. libb. vulg. *incommoda datura.*

Incommodeſticus. fictum ab odio. Capt.1.1.℣.19.

Incōmoditas: ἀηδία. Mil.3.1.℣.48.

Incommoditates. Aul.3.5.℣.60.

Incommodus eſt nobis. Poen.1.2.℣.189.

Inconciliare: eſt diſſipare, ſeparare, divellere, quandoq; etiam fallere, decipere per dolum. Trin.1.2.℣.99. Moſt.3.1.℣.80. Perſ.5.2.℣.53. Vide etiam *Conciliare.*

Inconciliare in aliquem aliquid, h.e. inimicum reddere, & avertere. Bacch.3.6.℣.22.

Incondita verba: non collocata aptè inter ſe. Sic & *Inconditum,* quod numeris nō ſit cōcluſum & aptum. Cic in Orat. perf. c. *Quāvis enī ſuaves graveſq; ſententiæ, tamen ſi inconditis verbis efferuntur, offendent aures, quarum eſt judicium, nihil ſurdum, nihil claudicans, nihil redundans.*

Sic & *Inconditi* dicuntur ipſi ſcriptores, qui nihil aptè & numeroſè ſcribunt. Cic. in Orat. perf. c. *Aut ſi alicujus inconditi arripias diſſipatam aliquam ſententiam.*

Inconſultu meo. Trin.1.2.℣.130. Sic *Inſatietates.* Aul.3.5.℣.13. Salluſtius, Terent. Cic. Livius, aliique, *Iniuſſu.*

Incontroverſum: pro certo. Cui contrarium, *Controverſum.* Ambiguum, & rarius nomen. Cic. lib. de Orat. c. *Licet igitur impunè Oratori omnem hanc partem juris incōtroverſi ignorare. &c in eo autem jure, quod ambigitur inter peritiſſimos.* Ita emēdavit Lamb. vulgò, *in controverſiis.* inconditè.

Increbrare. Trin.1.1.℣.29.

Increbreſcere. Merc.5.1.℣.9.

Incredibile quantum. Videatur infr. in verbo *Quantum.* Iuſtin.

ſtin. Epit. Trogi lib. 8. *Incredibile quãtum ea res apud omnes nationes Philippo gloria dedit.* Sic ex libb. Mss. hic locus correctus eſt. Vulg. *incredibile quantam gloriam d.* Et lib. 36. *Hic mos apud Iudæos fuit, ut eosdem Reges & ſacerdotes haberent: quorum juſtitia religioni permixta incredibile quantum coaluére.*

Incredibilis: indignus cui quiſquam credat. Bacch. 4. 3. ỽ. 3.

Increpare. Amph. 1. 1. ỽ. 58. Moſt. 3. 2. ỽ. 64.

Increpare & percutere de Ioue. Amph. 5. 1. ỽ. 25.

Increpare: de magno ſonitu. Sic dicitur proverbialiter: *Quicquid increpuerit*: pro eo, quod. Si vel leve quid exauditum fuerit. Catil. 1. cap. *Superiora illa quamquam ferenda non fuerũt, tamẽ, ut potui, tuli. Nũc verò me totum eſſe in metu propter te unum, quicquid increpuerit Catilinam timeri, Ciceroni non eſt ferendum.* Et in Piſon. cap. *Circumſpectantem omnia, quicquid increpuiſſet, pertimeſcentem.* Ammianus lib. 14. *Vtque eorum corpus quaſſavi etiam lenibus ſolito offenſis: ita animus eius anguſtus & tener, quicquid increpuiſſet, ad ſalutis ſuæ diſpendium exiſtimans factum.* Cicero pro Muræna cap. *Simulatque increpuit ſuſpicio tumultus, artes illicò noſtræ cõticeſcũt.*

Incubare Ioui; pro, *Cubare in Iouis templo.* Curc. 2. 2. ỽ. 16.

Incubare rure. Caſ. 1. 1. ỽ. 21.

Incubare: Venereum verbum. Amph. Sc. *Tun' me.* ỽ. 25.

Incubitatus: ſtupratus, pædicatus. Nequam verbum, ab *Incubito.* Perſ. 2. 4. ỽ. 13. Petron. pag. 87. Edit. Goldaſt. *Super quam ſolus incumbis.*

Incultus, ûs, ui. Aſin. 5. 2. ỽ. 24. Hiſtoricum potius eſt, quàm Oratorium. Livius lib. 42. c. 12. *At hercule ſuos honores, cuius merita in eam gentem privatim an publicè ſint maiora, vix dici poſſet, partim deſertos per incultum ac negligentiam, partim hoſtiliter ſublatos eſſe.* Salluſt. Iug. cap. *Initio ingenium, quo neq; melius, neq; amplius aliud in naturâ mortalium eſt, metu atque ſocordiâ torpeſcere ſinunt.*

Incumbere gladiũ. Caſ. 2. 4. v. 29.

Incũbere aliquò. Aul. 4. 1. v. 8 Eſt, aliquò inclinare animo ſuo.

Incunabula. Propriè erant lora aut vincula, quibus ad cunas ligabantur infantes. Et diſtinguuntur à faſcijs, quibus infantes involvebantur, & illigabantur. Amph. 5. 1. v. 54. Truc. 5. 1. ỽ. 13. Vide Cl. Salmaſ. ad Vopiſcum pag. 348. b D. & Turneb. lib. 9. cap. 10. Adverſ.

Incuria. Merc. Prol. ỽ. 24.

Incurſare: arietum eſt, vel boum. Bacch. 5. 2. ỽ. 29. Aſin. 1. 1. ỽ. 22. Aul. 2. 2. ỽ. 57. Græcis eſt, εἰςβάλλειν. Vide Heraldum ad Arnob. pag. 10.

Incurſare pedibus, calcibus, pugnis. Pœn. 4. 1. ỽ. 3. Rud. 3. 4. ỽ. 17.

Incurſus, ûs ui. Curc. 2. 3. ỽ. 3.

Incus

Incus; jlocaliter de incude plagarum. Amph.1.1.ṽ.7.
Curc. 5.2. ṽ.76. Sic eſt in Mſſ.Langg.
Incus: ad producendos dolos. Pſeud.2.2.ṽ.20.
Incuſare. Moſt.3.2.ṽ.24. Truc. 1.2.ṽ.43.57.& 2.7.ṽ.55.
Incutere, *Icere vulnus*. Curc. 3.ṽ.24.29. (ṽ.1.
Inde ab adoleſcentia. Bacch.*Grex*.
Inde: deinde. Perſ.5.1.ṽ 8.
Inde: de loco. Stich.1.2.ṽ.10. *Siquis me quaret, inde vocato*.
Inde à principio. Bacch.4.9.v.77. Pſeud.4.2.v.14. Caſ.Prol.v.4. Et Aul.3.6.ṽ.2. *Vſque à principio omnia*.
Indelictum: quod non eſt delictum. Sed hoc obſoletum eſt. Attius, in Helenibus apud Feſtum, in, Probrum. *Qui niſi probrum, omnia alia, indelicta æſtimant*.
Indere: coquinarium verbum. Pſeud.3.2.ṽ.35.
Indere in. Mil.2.5.ṽ.1. Pœn.5. 2.ṽ.35. (ṽ.20.
Indere: imponere. Stich. 5.5.
Indere: infundere. Stich.5.4.v.26.
Indere: recondere. Epid.5.1.v 26.
Indere in os vinum. Caſ.2.3.ṽ.31.
Indemnatus. Curc.5.3.v.19. Capt. 4.3.ṽ.8.
Index: pro ſyllabo. Vulgò notum. Cicero Hortenſio: *Quare velim dari mihi, Luculle, jubeas indicem Tragicorum, ut ſumã, qui forte mihi deſunt*
Index. Idem olim, qui *Delator* fere recentioribus. Cicero Parad. ult. *Sit qui videt domi tua pariter accuſatorum, atque indicum conſociatos greges*. Vbi quidam non rectè, *judicum*. Sic & 2. Verr. cap. Quadruplatores jungit Accuſatoribus: *Accuſatorum & Quadruplatorum quicquid erat, habebat in poteſtate*. Et pro Muræna cap.24. de Catilinâ *Stipatum choro juventutis vallatum indicibus, atque ſicarÿs*. Et pro Sextio cap. *Qui ſtipatus ſemper ſicarÿs, ſeptus, armatus, munitus indicibus fuit: quorum hodie copia redũdat*. Et pro P.Sylla cap. *Quis Lentuli ſocietates cũ indicibus, quis inſaniam libidinum recordatur?* Et de Haruſp. reſp. c. *Quæro ab illo Clodio, qui omnes indices Tribunus carcere in forum effundit*. Sic habent libb. vett. ſcripti & excuſi: niſi quod nonnulli habent *judices* Lambinus ubiq; repoſuit, *audaces*, nimis audacter. Ita & Plinius Paneg. ad Traianum: *Videmus delatorum, indicum agmen, quaſi graſſatorum, quaſi latronum*. Vulg. *delatorum judicium*. Et in nonull. *del. agmẽ. judicatum*. quod & bonum, ſi ex vett. libb.
Inſignis ad laudem, ad deformitatem. Videtur id ſumtum à Græcis, διαφέρων πρὸς αὐτήν, apud Platonem lib. 3. de leg. Paulus Epit. Feſti. *Inſignis tam ad laudem, quàm ad vituperationem inflecti poteſt.* Cicero lib. 3. Epiſt. 11. ad Appium Pulchrum: *Nihil infuit clarius, non quò quicquam aliter putaſſet, ſed nihil de inſignibus ad laudem viri obſcurè nunciare ſoles.* Et lib. 3. de leg. cap. 8. de tribunatu plebis agens, ait: *Deinde cùm eſſet ſcito legatus* (forte, *citò necatus*) *tanquam ex XII. Tabb. inſignis ad deformitatem puer, brevi tempore recreatus, multoque tetrior, & fœdior natus eſt.* De verbo Recreare vide infr. Et in Bruto cap. *Ac duo breviter ſunt, non tam inſignia ad maximam laudem, quàm neceſſaria: & tamen cùm multis penè communia.* Idem lib. 2. de Orat. cap. *In aliquo inſigni ad irridendum reperiantur.*

Inſignes, & *inſigniti* pueri, qui cum ſigno aliquo corporis nati: ut ſunt valgi, vari. ita & *Inſignes pecudes* ſæpe ſunt. Cicero lib 3. de leg. cap. 8. *Deinde cùm eſſet citò necatus.* Locum hunc vide paulò ante: ut & locum Feſti. *Inſignes boves.*

Inſignitè, *inſigniter*: elegans adverbij connubium. Caſ. 5.4. ℣.31. Mil.2.6 ℣.77. Men.5.7. ℣.19. Pœn.3.6.℣.14. Rud.3.1. ℣.29. & 4.4. ℣.53. Cic. 1. ad Q. Fr. *Nec improbum notari, ac vituperari niſi inſignitè poſſe.*

Inſigniti pueri: aliquo vitio notati. Germ. Gezeichnete. Mil.3. 1.℣.126.

Inſilire in cruciatum. Mil.2.3.v.8.

Inſimulare: eſt, crimen in aliquem confingere. Aul.2.4.℣. 9. Merc. Arg. ſec.℣.11. Mil.2. 3.℣.26. *Inſimulare falsò.*

Inſimulare: abſolutè. Men.5.2. ℣.55.

Inſimulare aliquem facinus. Amphitruo 2.2.℣.229. *probri.* Amph.2.3.℣.7.

Inſimulari: in ſuſpicione eſſe. Perſ. 3.1.℣.30.

Inſimulare aliquid. Amphitruo 2.2. verſ. 188. Perſ.1.3.verſ. 49.

Inſinuare: abſolutè. Ciſtellaria 1.1.℣.94. Virgilius Æn. 11.

—*novus per pectora cũctis inſinuat pavor.*—

Inſinuare ſe ad aliquem. Ciſtellaria 1. 1. verſ. 91. Mil. 2. 1. ℣. 27.

Inſipiens. Bacch. 4.3.℣.13. Mercator 4. 1. ℣. 21. Pſeud. 41. ℣. 4.

Inſipientia. Pœn.5.2.℣.130.pſeu. 1.5 ℣.33. Mil.3.3.℣.5. *Inſipientia & ſtultitia*. Amph. Prol. ℣.36.

Inſipienter, Mil.2.6.℣.78.

Inſipientior. Trin.4.2.℣.92.& 4.3.℣.50.

Inſiſtere. Activè: pro, imponere. ut, *Conſiſtere* alibi. Sed obſoletum eſt. Poëta vetus apud Ciceronem lib. 3. de Orat.c. 41. *Erras, erras. nam exultantem te, & præſidentem tibi validæ legum habenæ reprimment, atque imperij inſiſtent jugo.*

Inſiſtere manus aliquod pro, incipere, capeſcere, & *Inſiſtere viam*: hanc vim dicendi universè conſequi poſſe.

Inſiſtere alicubi. Amph. 5.1.℣.11. Sic Sall. Hiſtor. III. *Locum nullum, niſi quo armati inſtitiſſent.*

Inſiſtere viam rectam. Epid. 3.3. ℣.35.

Inſiſtere iter. Ciſt.4.2.℣.11.

Inſiſtere negotium. Mil.3.3.℣.55.

Inſiſtere: voluntatem notat. Capt.3.4.℣.52. *Túne huic inſiſtas credere?*

Inſiſtere plantam: pedem pede premere. Caſ.4.4.℣.20.

Inſiſtere fortiter. Pœnolus 5.2.℣. 12.

Inſiſtere in dolos. Mil.2.4.℣.4.

Inſiſtere. Propriè, non-pergere, interquieſcere. Hoc oppoſitum ei, quod, *Procedere*, pergere, progredi, moveri. Ita utiquoque ſolet Cicero. Sic interdum *Reſiſtere*, longius currere. Cicero Lucullo cap. 92. *Sin autem uſque ad novem, verbi gratiâ, ſine dubitatione reſpondeas, pauca eſſe, in decimo inſiſtis. Si negas, te uſque ad obſcura progredi, illuſtratis igitur rebus inſiſtis.* Et in Top. cap. *Statum apud Rhetores eſſe ait, in quo primum inſiſtit, quaſi ad repugnandum congreſſa defenſio.* Et Philipp. 9. cap. *Exercitus ſi nomen pacis audierit, ut non referat pedem, inſiſtit* certè. Et de finib. *Quæ cùm dixiſſet, paulùmque inſtitiſſet: Quid eſt, inquit.* Et 3 Accuſ. Verr. cap. *Ut ſi ſinguli inſiſtere velint, progredi iſte non poſſit.* De Divinat. cap. *Quâ numquam animus inſiſtens agitatione & motu vacuus eſſe poteſt.*

Inſiſtere interdum *in eo*: pro in eo ſtare. Cicero lib.6. de Rep. in Somn. Scip. *Quorum ex jugulorum Auſtralis ille, qui inſiſtunt &c.* Et 4 Accuſ. Verr. cap. *Inſiſtebat in manu Cæſaris dextra ſimulachrum pulcherrimè factum Victoriæ.* Et lib. 3. de Orat. cap. *Veſtigium illud ipſum, in quo ille poſtremùm inſtitiſſet.* Cæſar lib.2. bell. Gall. cap. *Ut cùm primi eorum cecidiſſent, proximi iacentibus inſiſterent.*

Inſolens. Dicitur, qui nimius in re aliquâ: ut, in verbis, cibo, cultu, videtur. Græcè φορτικός. Sic & *Inſolentia*. Cicero libro 2. de Orat. capite, *Quare ne in re notâ atque pervulgatâ multus & inſolens ſim, locis eſt interdum multis.* Et Epiſt. ad Pætum 19. libro 9.

Nec tantùm ad hanc inſolentiam, ſed ad illam tuam lætitiam veterem dico, cùm ſummum habebas. Et Philipp. 9. capite. *Mirificè* enim Servius majorum continentiam diligebat, hujus ſæculi *inſolentiam vituperabat.* Et Pro S. Roſcio capite. *Qui in ſciâ re fuiſſet egentiſſimus, erat, ut fit, inſolens in alienâ.* Et libro de Orat. capite. *Tanta eſt inſolentia ac turba victorum.* Sic in Orat. perf. capite de Athenienſibus: *Quorum*, inquit, *ſemper fuit prudens ſincerumque factum, nihil ut poſſet, niſi corruptum audire, & elegans earum religionum serviret oratio, nullũ verbũ inſolẽs, ponere audiebat.* Et mox Hoc eſſe Atticũ in Lyſiâ. *quod nihil habeat inſolens, aut ineptum.*

Inſolens: pro inſolito, inſueto, ἀήθης, Græcè. Sed illud ferè obſoletum, hoc uſitatius tamen. Et illo interdum utitur Cicero, ut & *Inſolenter. Inſolentia*, nova vocat Agell. lib. 11. capite 7. Contrar. *Solens* apud Plautum. Vid infra. Terent. Andr. 5.4.℣.4. *Quid tu Athenas inſolens?* Turpilius: *Timere occœpit, interdum oſcitarier, ineptus, quid mihi vellem, ex inſolentiâ neſciebam.* Ita verſus hi interpũgendi ſunt apud Nonium, qui & alios adducit, ũt Pacuvium, & Accium. Sic & verba Salluſtij Catil. *Quæ tametſi animus aſpernabatur inſolens malarum artium.* Cicero libro 2. Attic. Epiſt. de Pompeio: *Itaque ille amicus noſter inſolens infamiæ ſemper in laude verſari.* Ita Demoſth. in Midiam: ταῦτα κοινά, τοῦτα ἐξίστησιν ἀνθρώπους κτηθεὶς αὐτῶν ἀπαλλάττεσθ. Et lib. 1. de Oratore capite. *Deprehenſum equidem me, inquit Antonius, planè video, atque ſentio, non ſolum, quòd ea requiruntur à me, quorum ſum ignarus, quæ inſolens* &c. Et Rhetor. vett. lib. cap. *Deinde naturam emẽdare vulgò ſolet, an inſolenter, ac rarò.* Sed eos libb. Cic. ſcripſit adoleſcens.

Inſolentia. Græcè ἀήθεια, quaſi, *Inadſuetudo.* Notio propria, ſed rarior. Cic. de Orat. c. *Sed mehercule iſtius diſputationis inſolentia atque earum rerum, quæ quaſi tradũtur, in arte inſcitia.* Et l. 1. vett. Rhet. *qui diſperſos homines in agris ratione quadam cõpulit in unum locũ, & congregravit. & eos in unãquãq; rem inducẽs utilem, atq; honeſtam primò propter rationẽ audientes ex feris & in manibus mites reddidit & manſuetos.* Et pro Deiotaro cap. *Moneor etiam loci ipſius inſolentiâ. & pro alio famâ adoleſcentis paulùm hæſit ad metas notitia nova mulieris, & infelici incivilitate & inſolentiâ voluptatum.*

Inſolum. proverbiali formâ, idẽ fere, quod; *Quicquid in buccã*, aut, q; vulgò, *in memoriã.* Vt, *non veniebat mihi in ſolum* Nonius

Digitized by Google

Nonius ut aliàs ſæpe, ita in hoc quoq; valdè lapſus eſt. Facit ille unum verbum *Inſoliū*, interpretaturq; *inſolidum*, Sed Hadr. Turneb. lib. 9. cap. 2. Adverſ. dictū putat: quia cùm omnia propè ferat ſolum, id ſolum putamus eſſe, quod in eo videmus, & proinde, *quod in ſolum*, valet, quicquid audit quicquid ſe offert, quicquid evenit. Afranius Crimine: *Orbitatem ſenectuti tuæ malam metui, quod in ſolum non venit cæco, ac dementi*. Idem Virgine: *Ne veniret, quod nunc agitur, in ſolùm.* Sed legendum *aitur*. hoc eſt, dicitur. Sic Varro apud eūdem Nonium, ubi Accuſativus pro Genetivo: *Libet me Epigrammata facere, & quoniam nomina non minimi, quod in ſolum mihi veniret, ponam.* Cicero l. 9. Epiſt. 26. ad Pætum: *Ibi loquor, quod in ſolum, ut dicitur.* Et de Nat. Deor. cap. *Hinc quodcunq; in ſolùm; ut dicitur, effingis, atque officis.*

Inſomnia: ſomnia. Men. 5.7ꝟ.57.

Inſomnia: ἀϋπνία ἀγρυπνία. Merc. 1.1.v.25. Cæcil. Plotio: *Conſequitur comes inſomnia: & porrò inſaniam adfert.* Salluſt. Catil. cap. 27. *Dies noctesq; vigilare, neq; inſomniá, neque labore fatigari.* Ita ibi omninò legendum, nō, ut vulgò, *inſomniis.* vel *inſomnis.* Idem lib. 4. Hiſtor. in Epiſt. Mithrid. *Perſen deinde Philippi filium acceptum in fidem callidi & repertores perfidiæ, quia pacto vitam dederāt inſomnis occidere* Ubi Lipſ. l. 4. Epiſt. quæſt. Epiſt. 14. putat legendum *inſomnia*. Ego dubito: quia calliditas in eo ſita fuit, quod dormientē in ſomnis occiderunt. Cæterùm Latina dictio *Inſomnia* ſæpè depravata eſt, & mutata. Dicitur etiam *Inſomnia, orum*, de ſomniis. ſed Poëtis hoc relinquendum. Virgilius, Tibullus, Propertius, & proſæ orationis ſcriptores, quibus & Comici ſunt ſimiliores, præſertim Terentius & Plautus, dixerunt *ſomnium*, & *ſomnia*: ſed ſæpe inter ſe permutantur. Vt l. 7. Attic. Epiſt. 23 *Hac metuo equidem ne ſint ſomnia.* Ita in vet. l. reperiri teſtatur Lamb. nam vulgò, *inſomnia*. Quod autem Ludov. Carrio Notis ad Salluſt. l. 4. Hiſtor. pag. 471. diſputat, Latinè dici non modò *Inſomnium*, ſed etiam *Inſomnia* numero multitudinis, idem valere, nempe ἀγρυπνίαν, alienum omninò videtur. Agell. ex Tuditano l. 6. c. 4. *Nobiliſſimos Pœnorum captivos liberis Reguli à ſenatu deditos, & ab iis in armario muricibus præfixo deſtitutos, eademq; inſomniâ cruciatos interiiſſe.* Pacuvius Antiopâ apud Nonium: *Perditâ inluvie atque inſomniâ.* Cæcilius in Plotio apud Nonium: *Conſequitur comes inſōnia. ea porrò inſaniam adfert.* Videtur & Cic. Senect. cap. ita loquutus: *Caret epulis, extructisque menſis, & frequentibus poculis. caret ergò etiam violentiá, & cruditate, & inſomniâ.* Sic. ibi leg. Vulg. *inſom*

ſomnÿs. quod non puto Latinum, itaque repperi poſtea Lambinum idem ſentire. Terent Eun. 2. 1. ℣. 13. *Nam ut jam revertêre, aut mox noctu te adiget horſum inſomnia*, Vbi in libris editis omnibus ferè, *adigent*. Sed MS. Pal. tert. *adiget* optimè. Nam *inſomniâ* rectius ibi conuenire, pervincunt proxima verba Phædriç de ſomno: *Opus faciam, ut defatiger usque ingratiis, ut dormiam*. Feſſi enim, & facile, & altum dormiunt, ut Cicero ait in Somnio Scipionis: *Deinde ut cubitũ diſceſſimus me & de viâ, & qui ad multam noctem vigilaſſem, artior, quàm ſolebat, ſomnus complexus eſt*. Donatus quoque ait ad illa verba Terentii: *Inſomnia, vigilia, legitur. & adiget: ut ſit inſomnia ſingularis numeri*.

Inſons: pro innocens. Amph. 3. 1. ℣. 9. & 3. 2. ℣. 14.

Inſons miſer. Aſin. 5. 2. ℣. 40.

Inſpectare, inſpicere. Ciſt. 2. 3. ℣. 76. Rud. 3. 4. ℣. 49. & 3. 6. ℣. 31. 4. 3. ℣. 80. 82. 4. 4. ℣. 124. Mil. 2. 2. v. 18. & 2. 6. v. 26 Moſt. Arg. ℣. 10. Bacc. 5. 2. ℣. 73. Pœn. 3. 3. ℣. 68. 96. Inſpectare procul.

Inſperata. Moſt. 1. 3. ℣. 40.

Inſperate nobis. Pœn. 5. 4. ℣. 87.

Inſperatiſſime. Pœn. 5. 3. ℣. 8.

Inſperatò Aul. Arg. 2. ℣. 14. Stich. 2. 2. ℣. 32.

Inſpicere intrò Bacch. 4. 4. ℣. 72.

Inſpicere: pro, *noſſe*. Mil. 3. 1. ℣. 43.

Inſpicere ædes: pro, *videre*. Moſt. 3. 2. ℣. 123.

Inſpicere libros. Stich. 3. 2. ℣. 1.

Inſpicere morbum. Perſ. 2. 5. ℣. 15. Sic Petron. p. 9. *Inſpicere querelam*: cognoſcere de querelâ

Inſpicere aurũ. Aul. Prol. ℣. 39. (2. 1. ℣. 51.

Inſpicere ſententiã alicuius. Mil.

Inſpirare aliquid aliquibus. Sic eleganter ex Homero expreſſit. Virgilius ἐμπνεῖν μένος. Vide apud P. Victor. lib. 30. c. 6. Var. lect.

Inſtare aliquem. & *Impendere aliquem*. Curc. 3. ℣. 6. Terent. And. 1. 1. ℣. 120. *Ille inſtat factum*. Vbi Donatus: *Vetuſte*? id eſt. *Inſtat dicere factum eſſe*. Vide etiam *Inſeruire* cum accuſandi quoque caſu.

Inſtat eum exitium; pro, *ei*. Pœn. 4. 2. ℣. 96.

Inſtare; urgere. Merc. 2. 1. ℣. 18.

Inſtare rectam viam. inſiſtere. Aſin. 1. 1. ℣. 38. Vide, *Via*.

Inſtare ne: eſt, impedire rem. Caſ. 2. 9. ℣. 32.

Inſtat; imminet. Perſ. 4. 3. ℣. 22. *Tibi multa bona inſtant à me*.

Inſtinctus: accenſus, inflammatus, excitatus. *Inſtinguere*, excitare. Verbum inſigne, vulgo vix notum, & multis in locis depravatum. Ab eo & nomen *Inſtinctus*, *ûs*, pro, inſtigatione. Varro Eumenid. apud Noniũ, Exterritum. *Videmus populum Furÿs inſtinctum tribus diſtinctum ferri, exterritũ formidine*. Valer. Max. l. 1. c. 6. *Saucÿ auxiliũ adverſus curas implorâtibus tãto inſtinctu*. Ita v. c. Et l. 2. c. 9. *Age, par proferamus æquali jugo virtutis, honorumque ſocietate junctum, inſtinctum autẽ æmulationis hamo diſſidens*. Ità ex v. c. leg. Pighius

ghius *inſtrictum*. quod non puto Latinum. Et cap. ult. *Igitur impulſu concepti Numinis inſtincta virgo horrendo ſono vocis Appio inter obſcuras verborum ambages fata cecinit*. Idem lib. 3. cap. ult. *Vniverſa civitas Athenienſium iniquiſſimo ac truculentiſſimo errore inſtincta.* Sic leg. nam vulg. *inſtructa*. Agell. 17. 20. *Non modò non repreſſit, ſed inſtinxit etjam ad elegantiam*. Sic ibi quoque leg. Livius lib. 4. cap. *Ignibus armata ingens multitudo, facibusque ardentibus tota collucens. velut fanatico inſtincta curſu in hoſtem ruit*. Cicero lib. de conſiliis ſuis, ut à Boetio inducitur in proœm. Muſic. *Vt cùm vinolenti adoleſcentes tibiarum etiam cantu, ut fit, inſtincti mulieris pudicæ fores frangerent*. Et pro domo cap. *Quare, quid eſt mirum, ſi iſto me tu furore inſtinctus, ſcelere præceps*. Et ult. Verr. cap. *Quorum templis & religionibus eſt è nefario quodam furore & audaciâ inſtinctum bellum ſacrilegum injuriumque habent indictum*. Apuleius Metam. lib. 8. *Quo dolore pellicatus uxor ejus inſtincta ſit*. Vbi Colvius legit, *inſtricta*. quod verbum non eſt Latinum, neque ut Beroald. *inſtructa*. Et eod. lib. *His inſtincta verbis audaciſſima uxor* Sic & ibi leg. Et in lib. de philoſoph. *Cuius pulchritudinem rationabiles appetunt mentes. naturâ duce inſtincta ad ejus ardorem*.

Inſtipulari: pro, *ſtipulari*, dixerunt veteres. Pſeud. 4. 6. ꝟ. 7. Rud. 5. 3. ꝟ. 25.

Inſtita. Servius ad lib. 2. Aen. ꝟ. 616. ibi *Inſedit nimbo effulgens*. *Nimbo*, inquit, *nube divinâ*. Alij *limbo* legunt, & eſt pars veſtis extrema, quę *Inſtita* dicitur. Horat. *quarum pulſata talos tegit inſtita veſte*. Hæc Servius.

Inſtituere, arborem, vineam: pro, miſcere Vide *Gero*, *Depingere*, *Deſtituere*. Cicero in Rullum cap. *Vtrum hæc lex an tabula Meratiana auctionis, in quâ ſcriptum fuiſſe ajunt jugere cc. olivetum fieri poteſt, ubi inſtitui vinea poſſit*. Ita leg. *In conducto fũdo, ſi conductor ſuâ operâ aliquid neceſſario vel utiliter auxerit ædificarit. vel inſtituit ei*. Et alibi: *Lege locationis non eſſet comprehenſum, ut in meas terras poneret, nihilominus in meas inſtituit* Sueton. Galba cap. *Arborem ab eo inſtitutam elanguiſſe*. Varro lib. 1. r. r. cap. 37. *At alia arandum, aut fodiendum. ut ſi ſegetes inſtituas*.

Inſtitio ſtatio. cui *Progreſſio* & *Motio* contrar. Vt, *Inſiſtere* & *Movere* Cicero lib. 1. Tuſcul cap. *Aut qui errantium ſtellarum curſus, progreſſiones. inſtitiones notavit*. Sic ibi rectè nam vulgò mendosè, *inſtitutiones*. Vide & Status.

Inſtituere ſe. Amph. 3. 3. ꝟ. 4.

Inſtituere rationē. Stich. 3. 1. v. 26.

Inſtituere argumenta in corde ſuo. Moſt. 1. 2. v. 2. (4. 10. v. 7.

Inſtituere ſpro, conſtituere Bacch.

Inſti-

Inſtituere quæſtum: proprie dicitur. inde *inſtitor*. Moſt. 3. 2. ℣. 93. (27.

Inſtituere aſtutiam. Epid. 3. 2. ℣.

Inſtitutio: pro inſtituto. Cicero lib. 1. Attic. Epiſt. *Sic ego conſervans rationem inſtitutionemque noſtram tueor. ut poſſum illam à me conglutinatam concordiam.*

Inſtrenuus. Moſt. 1. 2. ℣. 23.

Inſtructum eſſe ad perniciem. Bacch. 3. 1. ℣. 6.

Inſtructus. Idem ferè quod, *Ornatus, ûs.* Sed rarius nomen, ut & *Inſtructor*. Cicero lib. 3. de Orat. cap. *Rivus eſt deducta oratio, non fontibus, & quocumque ingreditur, eodem eſt inſtructu, ornatuque comitata.* Et poſt red. in Sen. cap. *Hi ſunt conditores inſtructoreſque convivii.* (Mil. 4. 3. ℣. 34.

Inſtruere: ſuppeditare, adornare.

Inſtruere legiones. Amph. 1. 1. ℣. 66. (Men. 1. 1. ℣. 31.

Inſtruere; tricliniare verbum.

Inſtruere res. Rud. 4. 2. ℣. 31.

Inſtrumentum: pro eo, quod Græci Ὄργανον aut ἐργαλεῖον, Germani Werckzeug vocat, non eſt uſitatum Ciceroni, aliiſq; melioris notæ ſcriptoribus, qui verbo *Inſtrumenti* tantum pro inſtructu, & apparatu, ſupellectili & ornamento utūtur, tam propriè, quàm tralatè: & pro ſubſidio & adjumēto: ἐργαλεῖον autem *ferramentum* ὄργανον vix habent aptum verbum, quo exprimant Latine: interdum tamē notam & ſignum vocant. Cicero pro domo cap. *Infandum autem vicini Conſulis, non inſtrumentum, aut ornamenta villæ ſed etiam arbores transferebantur.* Et in Lucullo cap. *Totius belli inſtrumento & apparatu.* Et lib. 2. de fin. cap. *Quid enim tanto opus eſt inſtrumento in optimis artibus comparandis?* Huc pertinet titulus Pandect. *De inſtructu & inſtrumento legatorum.* Cicero lib. 3. de Orat. cap. *Idque faciunt in picturis & in ſignis, & in aliis operibus, ad quorum intelligentiam à naturâ minus habent inſtrumenti.* Quod Græci vocant Ὄργανα, Cicero laborat, ut Latine exprimat. Nam vertens Platonem interdum omittit, interdum notam vocat. Platonis in Timæo hæc ſunt verba: Ἔσπειρε τοὺς μὲν εἰς Ἥλιον, τοὺς δὲ εἰς σελήνην, τοὺς δ' εἰς τὰ ἄλλα, ὅσα ὄργανα χρόνου: quæ Cicero ita reddidit: *Alios in Solem alios in Lunam. alios in reliquas Mundi partes quæ ſunt ad ſpatiorum temporis ſignificationē notæ conſtitutæ, ſpargens quaſi ſerebat.* Et quæ Plato paulò ante, δέος δὲ σπαρείσας αὐτὰς εἰς τὰ προσήκοντα ἑκάστοις ἕκαστα ὄργανα χρόνων φῦναι ζῶον τὸ θεοσεβέστατον. ita Cicero: *Satis autem, & quaſi ſparſis animis fore ut certis temporum intervallis oriretur animal, quod eſſet ad cultū Deorū aptiſſimū.* Et q; Plato ante: οὐδ' αὖ πυρὸς ἐπιδεῖν ἂν ἀγαθὸν χρεῖαν, τὴν μὲν εἰς ἑαυτὸ

τροφὴν

τροφὴν δίξοιτο, ſic Cicero. *Nec verò deſiderabat aut alimenta corporis* &c. Sic in Lucullo cap. *Si nihil intereſt nulla regula eſt, ut i poteſt is, cui eſt niſi veri falſique communes ullum habere indicium, aut ullam omninò veritatis notam.* Et mox. *Vt enim illa oculis modò cognoſcũtur, ſic reliqua viſis, ſed propria veri nõ cõmuni veri et falſi nota*

Inſubidus odor Men. 1. 2. ℣. 57. Id ibi verbum ductu Mſſ. libb. aſſerui Plauto in Animaduerſ. De eo cõſulendus quoq; Turnebus lib. 17. cap. 1. & lib. 28. cap. 32. Vtitur illo Agellius nõ ſemel. τὸ *In* eſt αὐξητικόν, h. e. valde ſubidus, & ſpurcus ac lutulentus, inſtar ſuis. l. 13. cap. 19. *verte enim & muta ut urbes dicas inſubidius.* Sic. v. l. vulg. *inſipidius.* *Vide* etiam Agell. 1. 2. & 6. 1. & 12. 2. & 18. 8. Symmachus l. 1. Epiſt. 3. vocat. *inſubidas litteras.*

Inſueſco. Capt. 2. 2. ℣. 56.

Inſula fortunatorum. Trin. 2. 4. ℣. 148. De his vide Muretum lib. 5. Var. cap. 1. & *Iſaacum* Caſaubonum ad Strabonem.

Inſula ambiuntur à mari. Men. 2. 1. ℣. 6.

Inſulſus homo. Rud. 2. 6. ℣. 33. Pſeud. 3. 2. ℣. 5.

Inſultura equi & deſultura. Mil. 2. 3. ℣. 9.

Inſuper. pro, *ſuper.* Merc. 1. 2. ℣ 82. Vi de *Præpoſitiones*, in Mantiſſa.

Inſuper: pro. deſuper. Livius lib. 36. cap. *Sed alta rupes inſuper imminebant.*

Inſuper addere Truc. 5. 1. ℣ 2.

Inſuper habere: contemnere, repudiare, aut parvi facere, prætermittere. Græcè: παρορᾶν, πλημμελεῖν negligere, reijcere, poſthabere. Sed eo uon utitur Cicero, eiuſque notæ ſcriptores. Iacobus Rævardus lib. 3. Var. lect. cap. 3. putat, non eſſe junctum verbum, ſed ſcribendum *Inſuper habere* & *Inſuper valere*, in eius, quod *ſupereſt* loco. Vix ulli puto id probari poſſe. Vide infra Mantiſſ. de Particulis. Apuleius l. 4. Metam. *Quodſi pergis ulterius, jam faxo lachrymis iſtis, quas parvi pendere latrones conſuevere, inſuper habitis viva exurare.* Papinius IC. s. ſunt perſonæ. D. de relig. & ſumpt. fun. *Nam propter publicam utilitatem, ne inſepulta cadavera jacerent, ſtrictam rationem inſuperhabemus.* Idèm in l. hæredem D. his, quæ ut indignis *Heredẽ qui ſciens defuncti vindictam inſuper habuit, fructus omnes reſtituere cogendum exiſtimavi.* Sic in l. 2. C. ſi omiſſ. cauſ. *Indicium defuncti non inſuper habitum.* Ita ibi legendũ ex veſtigiis vet. cod. rectè coniecit Cuiacius l. 3. obſerv. c. 22. qui & l. 11. c. 11. adduci Symmachi locum ex l. 1. Epiſt. 1. *ſcribendi munus inſuper nõ habere.* Cuiacium tamen eo nomine reprehendit, ſed injuriâ, harum litterarum non ſatis peritus, Iohãnes Robertus l. 3. Animadv. c. 15. Non aliter ſanè Hieronymus Eccl. c. 26. ℣. 12. interpretatur illud πλημμελήσει, *inſuper habebitur*, vſurpavit & Agellius l. 1. c. 19.

Tarquinius ore jam ſerio atq; attentiore animo ſit, eam conſtantiam, confidentiamq; non inſuperhabendam intelligit. Sic ibi leg. ex lib. M S. Fulvij Vrſini. Et lib. 4. cap. 1. *Hæc ego, inquit, cùm Philoſophiæ me dediſſem, non inſuper tamen habui diſcere.* Apuleius lib. 1. Metam. *Hic qui meis amoribus inſuperhabitis non ſolùm me diffamat probus, verùm etiam fugam inſtruit.* Contrarium apud Ciceronem eſt. *Supereſſe alicui.* lib. 1. de Orat. cap. 17. *Equidem propinquum noſtrum P. Craſſum illum divitem, cùm multis aliis in rebus elegantem hominem & ornatum, tum præcipuè in hoc efferendum & laudandum puto, quòd cùm Scævolæ ſupereſſet* (h. e. tutelam illius gereret) *ſoli tus eſt ei perſæpe dicere.* Sic ex Mſſ. illum locum reſtituit Ianus Gulielmius, nam vulgò, *cum P. Scævola frater eſſet.* jejune.

Integer. Eſt nomen, Ciceroni, & vett. opt. ſcriptoribus valdè uſitatum: vulgò hodiè minus, ſaltim in notionibus quibuſdam. *Integrum* enim idem quod, incolume, ſalvum: cui interdum opponitur, *diminutum*, mancum, expilatum, læſum. Vt, *integra civitas*, vel *provincia*, quæ bellis non ſit exhauſta, vel direpta. Sic *Integros & fortunatos* opponit *miſeris* Cicero pro domo cap: *Cum Gabinio integerrimas pacatiſſimaſq; gentes ad diripiendum tradidiſſes.* Ita & *integros ſenſus* dicit, in quibus nihil deſideratur, niſi &c. In Lucullo cap. *Contenta ne ſit ſuis integris incorruptiſq; ſenſibus, & ſanè iis.* Pro Muræna, cap. Et pro Plancio cap. *Florentes atq; integros populos vici.* Sic & *Integritatem corporis, valetudinis.* lib. 5. de fin. cap. & 1. Divin. cap. *Qui* (lituus) *in Curiâ Saliorum ſitus, cùm ea deflagraſſet, repertus eſt integer.* Et Lepidus ad Cic. lib. 10. Epiſt. 34. *Equitatum habet magnũ. Nam omnis ex prælio integer diſceſſit: ita ut ſint amplius Equitum xxx.* Sic, *Integer omnibus rebus.* Cicero lib. 13. Epiſt.

Integer: totus. Vt, integer annus, æſtas. Cicero de prov. Conſul. cap. *Annus integer eſt nobis exſpectandus.* Et ad Attic. lib. 12. Epiſt. *Integra æſtas reſtat.*

Integer. Interdum ei opponitur *Contaminatus*: pro incorrupto: ut de muliere caſtâ & minimè impudica. Plautus *integra filia.* Truc. 4. 3. ℣. 47. hoc eſt, intacta. Curc. 1. 1. ℣. 51. ubi tamen noſtri Mſſ. Pall *pudica* de gloſſâ. Catull. Carm. 35. *Puella & pueri integri.* Sic *Vir integer & caſtiſſimus*, qui *ἀδωρόκητος.* Ex eo *Integer & purus* ſæpe conjungit Cicero. Sic & *integritas ſermonis*, pro puritate. Cicero ult. Verr. cap. *Neq; illud rationis habuiſti eam provinciam, quam tueri ſingulari ſapientiâ atq; integritate difficile eſſet, ad ſum-*

Digitized by Google

mam ſtultitiam nequitiamque veniſſe. Illa notio ex priore ſumta vulgò vix nota: quâ *Integer* idẽ quod *Rudis*, qui nullâ dum doctrinâ infectus. Cic. lib. 3. de Nat. *Deor*. cap. 3. *Rudis diſcipulus & integer*.

Integer ſanguis, vegetus, validus. Merc. 3. 2. ℣. 7.

Redire ad *Integrum*. Terẽt. Heaut. 5. 3. ℣ 8. *Immò potius quàm quidem redeat ad integrum hac eadem oratio*.

Integere viam: eſt ſternere, tegere. Martialis lib. 8. Epigr. 75. *Lingonus à tectâ Flaminiaque viâ*. Seneca Apocol. *Per cãpum Martium, & inter Tiberim & viam tectam deſcendit ad inferos*. Inſcriptio Rom. pag. 105,

C. RUSTIUS. C. F.
FLAVOS.
ITER. L. OCTAVIUS.
L. VITULUS. ITER.
IV. VIR. D. S. S.
VIAM.
INTEGENDAM.
CURAVERE.

Integumentum corporis. Bacch. 4. 2. ℣. 19. Dicitur amico intimo & indiviſo. ἔνδυμα τοῦ φίλου. Sic *D*. Chryſoſtomus Homil. 25. cap. 24. ad Rom. οὕτω καὶ ἐπὶ φίλων λέγομεν δεῖνα τὸν δεῖνα ἐνεδύσατο, τὴν πολλὴν ἀγάπην λέγοντες, καὶ τὴν ἀδιάλειπτον συνουσίαν. ὁ γὰρ ἐνδυσάμενος, ἐκεῖνο φαίνεται, ὅπερ ἐνδέδυται. Vide eundem Homil. 13. c. 4. ad Eph. Et ſic dicit *Paulus*, *Induere Chriſtum*.

Intelligo: pro, video. Amph. 2. 2. ℣. 36. Pſeud. 1. 5. ℣ 44. Sic ſæpe *Video* uſurpatur, pro, *intelligo*.

Intelligere: pro *ſcire*. Moſtell. 1. 3. ℣. 120.

Intellecto, hoc, vel illud actum, an factum. Vide ſupr. *Ablativi*. Ita *Cognito* &c. Iuſtin. lib. 38. *Poſt hæc Mithridates intellecto quantum bellum ſuſcitare, legatos ad Cymbros mittit*.

Intelligi non poteſt. Ita Veteres interdũ pro eo, quod eſt, *Abſurdum, omni ratione alienum*, loquuntur, & inprimis Iuriſc. Vide Lex. Iur. Cic. lib. 1. Tuſc. cap. *Dicitur illud bono carere, ſi eo non indiget: ſed in vivo intelligi tamen poteſt, regno carere. Dici hoc in te ſatis ſubtiliter non poteſt: poſſet in Tarquinio, cùm regno eſſet expulſus, ac in mortuo ne intelligi quidem poteſt. Carere enim ſentientis eſt*. Et lib. 3. de Nat. Deor. c. *Quod quale ſit, ne intelligi quidem poteſt, ut propter aliam quampiam rem, verbi gratiâ, propter voluptatem nos amemus*.

Intemperia: pro inſaniis. Aul. 1. 1. ℣. 33. Amph. Sc. DI voſtr. ℣. 1. & Quis tam. ℣. 17. Epid. 3. 4. ℣. 43. Mil. 2. 5. ℣. 24.

Intemperies. Capt. 4. 4. ℣.

Intendere: eſt crimen in aduerſarium iacere. Mil. 2. 4. ℣. 27. Donatus ad Terent. Eun. 3. 3. ℣. 19. Sic Feſtus: *Intrahere, eſt contumeliam intorquere*. Vbi leg. *Intertrahere*.

Intendere dignum in aliquem, eſt contemnere, deridere. Pſeud. 4. 7. ℣. 45. Vide etiam Laertiũ in Diogene. Quâ formulâ uſi quo-

quoque Hebræi Eſaiæ cap. 58. ✠. 9. Prov. 11. ✠. 12.

Intendere: de profectione. ut & *Cogitandi* verb. vulg. utimur. Vt, *Cras eo intendo, cogito*. Cic. lib. 2. de Or. c. tralatè utitur: *Paulum*, inquit Cat. *etiamnū deeſſe videtur iis rebus Antonij quas expoſuiſti, quod ſit ante explicandum, quàm illuc proficiſcare, quò te dicis intendere.*

Intentio. Græcè ἐπίτασις. Quidā mendosè dicūt, *Intenſio*. Agel. lib. 7. c. 7. *Addebat etiam, quod ad proverbium* tum fermè aeueretur, *Cùm ſi ſignificaret* ἐπίτασιν, *quam intenſionem nos dicimus.*

Inter. In compoſitione eleganter ſignificationem auget. *Interbibere*, eſt omnino bibere. Aul. 3. 6. ✠ 22. Sic *Intertrahere*, *Interſtringere*, *Interuiſere*, *Internecare*, *Interfieri*, αὔξησιν notant. Vide ſuis locis. Sic uſurpatur quoq; *Interprimere*, *Interficere*, penitus conficere. *Interſtinguere* apud Apuleiū, eſt plane & penitus exſtinguere. *Interturbare* apud Terentium in Andr. 4. 1. ✠. 38.

Inter: pro, *in*. Aul. 2. 8. ✠. 9. *Inter vias*. Pœn. 5. 3. ✠. 43. *Inter vias preterbitamus*. Ciſt. 2. 1. ✠. 28. *Inter nouam rem verbum uſurpabo vetus*. Truc. 2. 6. ✠. 29. *Inter tot dies quidem hercle iam actum aliquid oportuit*. Terent. Eun. 4. 2. ✠. 1. *Dum rus eo, capi egomet mecum inter vias, &c.* Titinnius Fullon.

——quæ inter decem
Annos nequiſti vnam togamdetexere.

Tibullus:

Atque hac ſeu noſtras inter
ſunt cognita terras.

Lucanus Paneg. ad Piſonem:

Mira ſubeſt grauitas inter
fora: minus omiſſa
Pauliſper grauitate lupos.--

Cicero Philipp. II. *Inter cœnam*. Suet. in Galba cap. 5. *Inter conuentum matronarum*. Agell. lib. 3. cap. 15. *Inter gaudia*. Petronius pag. 39. ✠. 32. *Inter turbam puer fugit*. pro, in turbâ. Turpil. Philopatro: *Me miſeram! quid agam? Inter vias epiſtola excidit mihi*. Suet. Iul. cap. 39. *ut plerique advenæ aut inter vicos, aut inter vias tabernaculis poſitis manerent.*

Inter manus: pro, manibus ſublatus. Moſt. 2. 1. ✠. 38. Cicero Verr. 5. *Vt alius inter manus è conuiuio tanquam è prælio auferretur*. Virg. Æen. 2. *Namq; manus inter mœſtorumque ora parentum.*

Inter triennnium. Stich. 2. 1. ✠. 61. Titinnius: *Inter decem annos nequiſti vnam togam detexere.*

Interbibere: omninò bibere. Aul. 3. 6. ✠. 22. Statius lib. 1. Achill. *deplere hauſtu*. Martial. *Toto hauſtu ſiccare Permeſſida.*

Interbitere. ἀρχαϊκῶς. Vide, *Bitere*. Moſt. 5. 1. ✠. 47. Truc. 4. 1. ✠. 9.

Intercalare: pro, differrre interdum. Livius lib. 9. cap. *Sed ſi me audiatis, priuſquam dedantur, hic in Comitio virgis caſos, hanc jam ut intercalatæ pœnæ uſuram habeant.*

Intercedere pecuniam pro aliquo, non eſt, ut vulgò interpretantur, rogando impetrare, ſed pro alio pecuniam ſumente mutuam ſpondere, aut fidei-juſſorem fieri. Germ. Vor einen gut ſprechen. Sic & *Damnare, Deridere,* aliaque verba cum accuſativo rei interdum ponuntur. De quibus alibi. Sic *Interceſſiones pecuniarum* dixit Cicero Parad. VI. Et 2. Philipp. cap. 18. *Vt te contra ſuum patrem ſi ſeſtertiûm ſexagies peteret, defenderem, tantum enim ſe pro te interceſſiſſe dicebat,* &c. Et Philipp. 2. cap. *Orabat Curio, ut te contra ſuum patrem, ſi ſeſtertiûm ſexagies peteret, defenderem. Tantum enim ſe pro te interceſſiſſe dicebat.* Et lib. 1. Attic. Epiſt. 14. *Accerſivit ad ſe, promiſit. interceſſit, dedit.* Et lib. 6. Epiſt. 1. *Ad ſcribit etiam, & quaſi calcar admovet, interceſſiſſe ſe pro iis magnam pecuniam.* Celſus IC. ff. lib. 17. tit. 1. l. 48. *Quintus* Mutius Scævola ait: *Si quis ſub uſuris creditam pecuniam fide-juſſiſſet,* &c. hoc eſt, interceſſiſſet.

Intercedere: de tribunitiis interceſſionibus. Curc. 1. 1. ✝. 5.

Inter cetera: pro eo, quod eſt, *præter cetera.* Vulgò fere ita dicimus Gallicè *Entre aultres.* German. Vnter andern. Livius lib. 36. cap. *Tandem Ligures inter cetera etiam vigiliis confecti terga dederunt.* Et lib. 37. cap. *Multis mobilibus ſecutis inter cetera authoritatem Panſiſtrati.*

Inter moras: pro interim. Quintil. Declam. 36. *Inter moras judicij bella idem adoleſcens fortiter fecit.* Et Declam. 319. *Inter moras judicij adoleſcens,* &c. *deceſſit.* Et lib. 11. Inſtit. cap. 3. *Inter moras laudationum aut in aurem alicuius loquantur.* Ita & Papinianus IC. l. 49. Si bonæ. *D.* de her. pec. *Vtiq; ſi periculum erit, ne inter moras actiones intercidant.* Paulus JC. l. 33. fauſtus *D.* de rei vind. *Et inter moras uſus,* &c. *amiſſus ſit.* Et l. 60. §. 4. de ritu nupt. *Et inter moras pupilla adoleuerit.* Ita & Marcel. l. 33 D. de rit. nupt. *Nec inter moras, aut illa alij nupſerit.* Et l. 28. tutor. de adm. tut. *Si inter moras puer ad pubertatem pervenit.* Apuleius Metam. lib. 8. *Tunc inter moras umbra illa quietem pudicam interpellat uxoris.*

Inter vias: ut paulò ante, *Inter moras,* Elegantes phraſes. Sic, *Inter cœnam.* Cicero lib. 4. Attic. Epiſt. 3. *Si ſe inter vias obtulerit occiſum iri video.* Sic ibi leg. Terent. Eun. 4. 2. ✝. 1. *Dum rus eo, cœpi egomet mecum inter vias, ita ut fit, aliam rem ex aliâ cogitare.*

Intercipere: Germ. Auffangen. Aſinaria 1. 1. ✝. 93. Pſeud. 2. 4. ✝. 26.

Interdico: pro, contradico, repugno. Germ. Darein reden. Capt. 3. 5. ✝. 36. Vſurpavit etiam

etiam Arnobius lib. 1. *Quicquam virium continet fremor ille verborum, atq; adiuncta carminum neceſſitates, non invidemus, adijciant; non interdicimus, colligant.*

Interdicere rem capitalẽ alicui: pro eo quod, Capitis accuſare. Cato apud Chariſ. lib. 2. *Cùm otioſus ambulas, qui apud Regem fuiſti, domi cum ille tibi interdixit rem capitalem.*

Interdicitur vox alicui. Cicero de Haruſp. reſp. cap. 6. *Poſtea P. C. non quòd dubia res eſſet, ſed ut huic Furiæ, ſi diutius in hac Vrbe, quam debere caperet, maneret, vox interdiceretur, decreviſtis.*

Interdictum: mandatum, prohibitum. Aſin. 3. 1. ℣. 1.

Intercludere inimicis commeatũ. Mil. 2. 2. ℣. 68.

Intercus aqua. Men. 5. 4. ℣. 3.

Interdius: pro, interdiu. Aul. 1. 1. ℣. 34. Rud. Prol. ℣. 7. Pſeud. 5. 2. ℣. 8. Aſinaria 3. 3. ℣. 9. Moſtell. 2. 2. ℣. 14. Mercator 5. 2. ℣. 21.

Interduim. Interdare eſt διάφορον ποιεῖσθαι. *Nihil interdare:* eſt ἀδιαφορεῖν. in Proverbio. Rud. 2. 7. ℣. 22. Trinum. 4. 2. ℣. 112.

Interduo: pro *interdo*, pro æſtimare, facere. Capteivei 3. 5. ℣. 36. Vide paulò ante, *Interdico.*

Interea loci. Men. 3. 1. ℣. 1. Pſeud. 1. 3. ℣. 31. Truc. 1. 1. ℣. 11.

Intereſſe: pro, differre. Truc. 2. 7. ℣. 17. Terent. Eun. 2. 2. ℣. 1. *DI immortales! homini homo quid præſtat? ſtulto intelligens quid intereſt.* Cicero lib. 5. Attic. Epiſt. 19. *Sed planè gaudeo, quoniam τὸ νεμεσᾶν intereſt τοῦ φθονεῖν.* Plautus Moſtell. 2. 1. ℣. 60. *Intereſt non pluma.* Et *Intereſt* abſolutè. Trin. 1. 2. ℣. 93. *Quid intereſt dare te?*

Inter falcarios: pro, in eo loco, ubi falcarii habitant. Cicero 1. Catil. cap. *Dico te priori nocte veniſſe inter falcarios (non agam obſcurè) M. Leccæ domũ.*

Interfatio. Rarum nomen. Notio nota. & verbum *Interfari.* Cicero pro Sextio cap. 37. *Itaque fretus ſanctitate tribunatûs, cùm ſe non modò contra vim & ferrum, ſed etiam contra verba atque interfationem legibus ſacratis eſſe armatum putaret.* Ita rectè ex vett. libb. Turnebus: ubi vulgò ineptè: *interceſſionem.*

Interficere vita. Truc. 2. 6. ℣. 37. *vita & lumine.*

Interfieri confici; abſumi. Trin. 2. 4. ℣. 131. Mediam *fi* producit. Lucret. lib. 3 ℣. 886.

Aut flammis interfiat, maliſve ferarum.

Particula *inter* eſt capitalis & φθαρτική: ait ibi Giſanius. Vide etiam Amph. 2. 2. ℣. 221. & alibi, ubi *Fieri* primam producit. Vide litt. F.

Interibi: pro, interea. ἀρχαϊκῶς. Capt. 5. 1. ℣. 31. 33. Pœn. 3. 3. ℣. 3. Aſin. 5. 2. ℣. 42. Rud. 4. 6. ℣. 20. Perſ. 1. 3. ℣. 85.

Interij. perij, occidi, diſperij. Synonyma deſperationis Comicæ.

mice. Aul. 4.9. ℣.1. Merc. 4.4. ℣.11. Moſt. 4.3. ℣.36. *Bacch.* 4.7. ℣.37. Pſeud. 4.1 ℣.6. Mil. 2.3. ℣.35.41. Perſ. 5.2. ℣.3. Caſ. 3.5. ℣.33.

Interij oppido. Bacch. 4.8. ℣.11.

Interim: interdum. Truc. 4.4. ℣. ℣.29. Senec. Hercul. Oet. ℣. 481. Quintil. Decl. 9. §. 30. Traian. Epiſt. ad Plin. *Prudenter conſtituis interim nauibus, interim vehiculis vti prout loca ſuaſerunt.* Seneca lib. 1. Ben. cap. 11. *Interim non libet tantum reddere, quod acceperis.* Et Epiſt. 76. *interim ex re pulcherrimâ magnum gaudium.* Sic ibi MS. Pinciani. vulg. *interdum.*

Interim dum. Truc. 4.2. ℣.5.

Interimere vitam. Epid. 4.2. ℣. 24. Caſ. 3.5. ℣.29.

Interior homo: eſt anima, amoribus occupata. Aſin. 3.3. ℣.66.

Interire: deſperationis Comicæ. *Interire baſilice.* Epid. 1.1. ℣. 54. h. e. prorſus interire. & 3. 1. ℣.5. Ciſt. 2.3 ℣.34.

Interire omnibus exitiis. Bacch. 5. 1. ℣.7.

Interiungere: dicuntur propriè aurigæ, qui in itinere cibi ſumendi, aut ſomni capiẽdi gratiâ quieſcunt, equis in ſtabulum deductis, & curru ſolutis. Germ. vocant, Außſpannen: & tralatè, *interrumpere.* Vide, *Tranſiungere*, & *Diſiungere*, & *Abiungere.* Martialis lib. 3. Epigr. 67. *Et hora laſſos interiungit equos meridiana.* Et lib. 2. Epig. 6.

Laſſus tam citò deficis viator,
Et cũ currere debeas Bovillas,
Interiungere quaris ad Camenas.

Seneca Epiſt. 84. *Conſuetudinem meam noſti. breviſſimo ſormo utor, & quaſi interiungo Satis eſt mihi vigilare deſiiſſe.* Ita recte Fr. Modius in Novantiq. lect. Epiſt. 108. ex vet. libb. Nam alij defendunt, *intervigilo.* quod particula *quaſi* refutat.

Interminare: ἀρχαϊκῶς. Mil. 2.3. ℣.42. Caſ. 3.5. ℣.28.

Interminari. Pſeudol. 3.1. ℣.10. Aſin. 2.2. ℣.96. Caſ. 3.5. ℣.28.

Interminor & eminor. Capt. 4.2. ℣.11.

Intermortui. Trin. 1.1. ℣.7.

Internecare. Amph. 1.1. ℣.34. Eſt penitus interficere. Hinc *internecinum bellum. Odium internecinum. Internecinum morbi genus.* Agell. lib. 2. c. 1.

Internecinum bellum: eſt peſtiferum, capitale, exitioſum: cùm ſcil. non de imperio ac dignitate, ſed de fortunis & capite dimicatur, neq; uter imperet, ſed uter ſit, decernitur. Livius lib. 9. cap. *Deletaq; Auſonum gẽs vix certo defectionis crimine perinde ac ſi internecino bello certaſſet.* Et l. 22. c. *Non internecinum ſibi eſſe cum Romanis bellum: de dignitate atq; imperio certare.* Plinius: *Habet deinde internecinum bellum cum ichneumone.* Cicero Phil. 14. cap. *non iuſtæ belli internecini nota.* ibidem vocat *bellum inexpiabile.*

Intertitio: pro interitu, Ciceroni. qui

qui amatilla in *io*, ubi in *us* recentiores. Vt, *actio*, *actus*. Sed hoc nomẽ ſæpe depravatũ eſt. Nom. quoq; ei⁹ meminit C. pro lege Manil. c. 11. *Teſtis eſt Gallia, per quã legionib. noſtris in Hiſpaniam iter, Gallorum iteritione patefactum eſt.* Sic Lamb. *interitione*. quem vide in Notis n. 23. & ad Epiſt. 20. lib. 2. Att. Edd. *interemptione*, vel, *internitione* Idẽ 3. Accuſ. in Verr. c. *tamen gratorum interitio facta nulla eſt.* Sic Fr. Fabrit. cui adſtipulatur quoq; Lamb. & ante eos P. Victorius lib. 3. c. 2. Var. lect. qui ex Nonio eum locum ita emendat. idemque ex vett. libb. iſtum Oppij lib. de bell. Hiſpan. *Ita pridie duorũ centurionum interitio hac adverſariorũ pœnâ eſt litata.* Vbi vulg. *internicio*.

Internicio. Sic enim vett. ſcribebant, ut & *Internitio*. Iuſtin. Epit. Trogi 2. *Græcos veterũ bellorum memoria, interniciũque, cum Perſis alij accendebat.* Vulg. *æterniq;*. Et lib. 6. *Quod non Græcia laboribus aſſiduiſq; bellorum internicium odiis cõſulens fecit.* Vulg. *inter cives odiis*. Et lib. 26. *bellumq; internecium cum liberis, liberorum matribus gererent.* Vulg. *innecium*, & *natilitium cum lib.*

Internicinum Teſtamentũ. Vide Lex. Iuris & Feſtum. *Internicinum teſtamentum eſt propter quod dominũ eius necatus eſt.*

Internitialis: ut & *Pernitialis*. Sed hæc hiſtorica. Liv. lib. 27. cap. *Eo anno peſtilentia gravis incidit per urbem agroſq;, quæ tamen magis in morbos longos, quàm internicialis evaſit.* Ita Rhen. ex vet. cod. vulg. *pernit.*

Internoſcere. Men. Prol. ℣. 20.

Internuncius ab aliquo. Mil. 4. 1. ℣. 16.

Interpellare. Men. 5. 9. ℣. 62.

Interpellatio. Trin. 3. 2. ℣. 83.

Interpolare: eſt immittere, & interponere, & novam formam è vetere fingere, tractum ab arte fullonica. Amph. 1. 1. ℣. 161. de interpolatione plagarum. Moſt. 1. 3. ℣. 104.

Interpolis fœmina: quæ fucum ad deformitatem ſopiendam inducit. Moſt. 1. 3. ℣. 116. Qui venderet eiuſmodi veſtem fucatam: dicebatur *Interpolator*, & *Interpolatrix*.

Pomponius.

Interpolatricem accerſire oportet, quæ huic veſtẽ adducet.

Aliud eſt *Scrutarius*. Scruta enim res nihili, ferramenta vetera, detrita quæq;. Lucill.

Quidni? & ſcruta quidem, ut vendat, ſcrutarius laudat.

Præfractum ſtrigilem, ſoleã improbus dimidiatam.

Horatius:

Vilia vendentem tunicato ſcruta popello.

Sidonius Apollinaris: *Nunc quædam frivola, nunc ludo apta virgineo ſcruta donabat.*

Interpremere fauces: ſtrangulare. Rud. 3. 2. ℣. 41.

Interpres. mediator, internuncius. Mil. 3. 1. ℣. 202. & 3. 3. ℣. 36. & 4. 1. ℣. 6.

Interprete aliquo aliquid facere. Curc.3.ÿ.64.

Interpretari pro *interpretem fieri.* Epid.4.1.ÿ.25.

Interprimere fauces. Rud.3.2. ÿ.41.

Interrumpere ſermonem. Trin.5. 2.ÿ.25. (ÿ.66.

Interrumpere pontem. Caſ. Prol.

Inter ſicarios. Cicero pro Cluentio cap. *In Q. Sergium Senatoris civis, qui inter ſicarios damnatus, manus incidit; & apud eum fuit in ergaſtulo.*

Interſtitio pro ceſſatione, ſeu intermiſſione. Vide & *Inſtitutio.* Agell.lib.10.cap. *Velut quoddam juſtitium, id eſt, juris inter eos interſtitionem quandam, & ceſſationem.*

Interſtringere gulam: eſt, plane obſtringere. Aul.4.4.ÿ.31.

Intertrahere. Amph.2.2.ÿ.39. eſt, intercipere.

Interturbare. Bacch.4.4.ÿ 81.

Intervallum. Græce διάςημα, διάςασις. Interdum non de loco, ſed pro qualibet differentiâ, & rerũ diſſimilitudine. Quomodo & Ariſtoteles libr.9. Ethic. Nicom. ἐν μεγάλῃ διαςάσει μάλιςα δῆλον γίνεται. Ut recte obſervavit P. Victorius lib.34.cap.16. Var.lect. Cicero in Rullum cap. *Videte quãtum intervallum ſit interjectum inter majorum noſtrorum conſilia, & inter iſtorum hominum dementiam.* Et pro C. Rabir. cap. *Cùm verò his rebus omnibus vicerit, quantum tandem intervallum inter te, atq; illũ interjectum putas?*

Intervallum temporis, dierum. Men.1.1.ÿ.28.

Intervallum multos dies. Rud.1. 2.ÿ.49.

Intervellere. Germ. Beropffen. Amph.1.1.ÿ.170.

Intervenire Amph.3.2.ÿ.58. *Iræ interveniunt, redeunt rurſum in gratiam.* (ÿ.98.

Interventus, us, ui. Amph.1.1.

Intervertere aliquem: decipere. fallere pecuniâ ſpoliare. Aſin. 2.1.ÿ.10.

Interviſere, pro, viſere. Aul.2.7. ÿ.1.Stich.1.2.ÿ.97.&3.2.ÿ. 3. Rud.2.7.ÿ 34.ubi leg. *intus viſam.*

Interviſere aliquem. Merc.3.2. ÿ.12.ubi leg. *ad me inviſam domum.* Truc.2.4.ÿ.79. Aul. 2.2.ÿ.25.Stich.1.2.ÿ 90.

Intervortere, argento, pecuniæ: eſt, decipere, evertere. Aſin.2. 2.ÿ.92. Pſeud.Arg.ÿ 4.&3. 2.ÿ.110. Sic Petron.

Si hercle intervortiſſent pecunia.

Inteſtabilis. Propriè dicitur, qui teſtis eſſe non poteſt. Dicitur & is, qui improbus eſt. Tacitus lib.5.cap. *Et Aemylia Lepida, quam juveni Druſo nuptam retuli crebris criminibus maritum inſequuta, quamquam inteſtabilis, tamen impunita agebatur, dum ſuperfuit pater Lepidus.* Agellius lib.7.cap.18.ex Nepote: *Eos tamen, qui ad Hannibalem nõ rediiſſent, uſque adeò inteſtabiles inviſoſque fuiſſe, ut tædium vitæ ceperint, necemque ſibi conſciverint.* Salluſt.Iug.c.

niſi

niſi quod illi in tanto malo turpis vita integra fama potior fuit, improbus inteſtabiliſque videtur.

Inteſtatus. Ambiguè pro eo, qui teſticulis privatus eſt, & qui propter fraudem aliquam capitalem quam admiſit, neque teſtis alteri eſſe, neque teſtes in ſua re adhibere, neque teſtamentū facere poteſt. Curc. 5.2.℣.24. Mil.5.1.℣.23.

Inteſtabilis: ambiguo ſenſu, proprio & nequam. Curc. 1.1.℣. 30.

Inteſtina Pſeud.1.3.℣.108.

Inteſtina crepant. Menæch. 5. 5. ℣.27.

Intimum ſe facere apud aliquem. Mil.2.1.℣.30.

Intingere: tingere. *Trucul.*2.2. ℣.39.

Intolerantia, æ. Verbum minus uſitatum: idem ferè quod, *Superbia.* Cicero pro Cluentio cap.40. *Vt Quintius (nihil enim dicam de ceteris) ſi fuiſſet homo nobilis, quis eum cum illâ ſuperbiâ atque intolerantiâ ferre potuiſſet?* Et de leg. Agrar. ad Pop. *Perſpicite quanta poteſtas permittatur: non privatorum inſaniam, ſed intolerātiam Regis eſſe dicetis.*

Intortus. Ciſt. 4.2.℣.63.

Intra dentes. Trin.4.2.℣.64.80. *Intra labra.*

Intra viginti dies. Curc. 3. 1. ℣. 77. h. e. viginti ab hinc diebus. Cicero Verr. 11. *Intra decem annos:* minus decem abhinc annis. Livius lib. 4. *Decemviros intra hos decem annos creavimus.*

Intra peſſulos. Truc.2.3.℣.30.

Intrò: intus. Truc.1,2.℣.7. Epid. 3.3.℣.17.

Intrò abire. Pſeud.1.2.℣.35. Epid. 5.2.℣.48.

Intrò in ædes ferre. Moſtell. 2. 2. ℣.29.

Introducere. Ἐγχαϊκῶς. Aul.3.3.℣.4.

Intromittere. Aſin.4.1.℣.11. Aul. 1.2.℣.11.

Introrumpere. Mileſ. 2. 5.℣.50. Rud.2.7.℣.12. Ter. Eun.5.5. ℣.26.

Intrò viſere. Epid.5.2.℣.46.

Intueri ſe: reſpicere ſe, ſecum habitare. Truc.1.2.℣.57.

Intueri in aliquem: vel, in aliquo: pro eo quod vulgò fere, *Intueri aliquem.* Sic & *Invadere in aliquem,* infra. Cicero in Bruto cap. *Nam mihi, Brute, in te intuenti crebrò in mentem venit vereri* &c. Ibid. *In quam* (de Eloquentiâ loquitur) *cùm intueor, maximè mihi occurrunt, Attice, & quaſi lucent Athenæ tuæ.* Et lib.2. Thuſcul. cap. *Tumq; in ea intueberis, & in te continebis, cedat profectò virtuti dolore.* Et in Bruto cap. *Cùm ad te ipſum, inquit, in me intuens, de ratione Latinè loquendi accurratiſſimè ſcripſerit.* Et ibidem: *Sed in te intuens, Brute, doleo.* Plato in Phædone: Καὶ ὁ Σωκράτης βλέψας εἰς τὸν κρίχωνα.

Intuor. Moſt.3.2.℣.15.

Intus: notat etiam motum de loco. Amph.2.2.℣.138. Caſ.2.5. ℣.42. & 5.1.℣.1. Epid. 3.2.℣. 44. & 3.3.℣.17. Ciſt.3.1.℣.8. Moſt.1.1.℣.58. & 3.1.℣.141.

Intus euocare. Perſ. 2. 4. ℣. 30. Bacch. 1. 1. ℣ 62. & 4. 9. ℣ 1127. ——— *iube intus efferri foras.* Pſeud. 2. 2. ℣. 10. Mil. 4. 4 ℣. 60. *Iam ſcio illum exiturum eſſe intus.* Perſ. 2. 4 ℣. 30. Men. 1. 3. ℣. 35. Pſeudol. 4. 7. ℣. 20. Varro Epitaph. *Donec foras nos intus evallaverunt.*

Intus: pro, *in.* Mil. 2. 6. ℣. 55.

Intus: pro, *intrò.* Ciſt. 3. ℣ 8. Men. 2. 3. ℣. 2. Sic Querol. 4. 3. *Abi celeriter intus Pantomale.* & 3. 5. *Intus ibant.*

Celſus lib. 7. *Idemq; humor elyſtere intus adijcitur.* Lucret. lib. 4. -- *Humor membris adſumitur intus.* & lib. 6. *Omnia cernebat, quocumque receperat intus.*

Intus eleganter ὄψιν alii adiungi ſolet. vt Amph. 2. 2. ℣. 136. *intus patera:* ἐντὸς ποτηρίου. Epid. 3. 4. ℣. 14. *Fidicina intus.* Rud. 3. 3. ℣. 27. *Signum intus.* Mil. 2. 5 ℣. 50. *Quemque hic intus videro.* Caſina 2. 5 ℣. 41. *Chalinus intus.* Vide Mantiſſ. ὄψιν.

Intus canere. Supr. *Canere intus.*

Invadere: Cum Præpoſitione uſurpant Authores, qui optimè ſunt locuti. *Inuadere aliquem,* rarius ſine præpoſitione. Vide ſupr. *Intueri.* Idem eſt, *Impetum facere in aliquem.* Cicero lib. 3. Offic. cap. *Negat q; ullam peſtem maiorem in vitam hominum invaſiſſe.* Ita v. l. & Rivius in Sallust. ita ad Salluſt. Iug. cap. *Tanta vis avaritia in animos eorum veluti tabes invaſerat.* Sic v. l. vulg. abeſt τὸ *in.* Cic. pro Cluent. c. 1. *In eum inuadunt, & hominem ante pedes Q. Manilij, qui tum erat Triumvir, cōſtituūt.* Et de leg. Agrar. in Senatu c. *Sed cui manubias remittit, in huius vectigalia invadit.* Ita v. c. & Philipp. 2. cap. *At quàm inſolenter ſtatim helluo: inuaſit in eius viri fortunas!* Et: *Repetebant præterea DEOS patrios, aras focos, Larem ſuum familiarem, in quæ invaſeras.* Et pro Sextio c. *Neq; quemquam offendet oratio mea, niſi qui ſe ita obtulerit, ut in eum non invaſiſſe, ſed incurriſſe videamur.* Lucilius lib. 30. apud Nonium. *Vt ſemel in calipugnas te inuadere vidi.* Idem lib. 2. apud eundem, in, Elidere. *Iniuriatum hunc in fauces invaſiſſe, animamq; eliſiſſe illi.* Sic leg. ex v. c. in quo ſcriptum erat, *invaſe.* vulg. *involaſſe.* Salluſt. Iug. cap. *Tanta vis avaritiæ in animos eorum velut tabes invaſerat.* Sic v. l. Cicero lib. 3. de Offic. cap. *Atq; neq; ullam peſtem in majorum vitam hominum invaſiſſe, quàm eorum opinionem, qui iſta diſtraxerint.* Sic Mſſ. Vulgò abeſt τὸ in. Tacitus lib. 1. c. *Repente lymphati diſtrictis gladiis in centuriones inuadunt.* Cicero lib. 3. de Offic. cap. *Illud autem optimum eſt, in quod inuadi ſolere ab improbis & inuidis audio.* Ita ibi vett. libb. vulg. *in quo.* Et lib. 2. cap. *Modò enim hoc malum in hanc Remp. invaſit.* Idem Philipp. 1. cap. 2. *Vncus impa-*

impactus eſt fugitiuo illi, qui in C. Marij nomen invaſerat. Et 2. Tuſcul. c. *Si in eam, quam nos maximè ſequimur, conetur inuadere.* Et pro Cæcinna c. *In aliquem advenientem cum ferro invadere.* Et Tuſcul. 4. cap. de L. Bruto: *Fortaſſe dubitarim, an propter infinitum odium Tyranni effrenatius in Aruntem invaſerit.* Et pro Sextio cap. *Accuſantur hi qui in fortunas huius inuaſerunt.* Lucret. lib. 6. ℣. 658.

Obturgeſcit enim ſubitò pes: arripit acer
Sæpe dolor dentes, ocul. s in vadit in ipſos.

Inuadere; cum dandi caſu. Epid. 5. 2. ℣. 5. *Laſſitudine inuaſerũt miſero in genua flemina.* Sic enim legẽdum ex Mſſ. Schobing. cum Giſanio, aliiſq; doctis viris. Lucret. lib. 6. ℣. 1210.

Vſque adeo mortis metus his inuaſerat acer.

Varro de vita P.R. l. 4. *Tanta porrò inuaſit cupiditas honorũ pleriſque, ut vel cœlum ruere, dummodo magiſtratum adipiſcantur, exoptent.* Cicero ad Tironem: *Sed mirus inuaſerat furor non ſolum improbis, ſed etiam his, qui boni habentur, vt pugnare cuperent, me clamante bello ciuili nihil eſſe miſerius.* Statius Syracuſ. *Tanta huic inuaſit in corde indulcitas.* Sic Græce quoque uſurpant τὸ εἰσέρχομαι.

Inuadere in oculos. Aſinaria 5. 2. ℣. 59. Cicero Philipp. 2. *Cùm mulier fleret uberius, is caput aperuit, in collum inuaſit.* Et pro Cæcin. *Vt in Cæcinam aduenientem cum ferro invaderet.* Lucretius VI. 659. *Sæpe dolor dentes, oculos invadit in ipſos.*

Invehens. Vide *Veho, Vehens.*

Inuenire. Interdum pro *nanciſci, conſequi.* Vt & *Reperire,* pro, *Comparare.* Sic Græcè εὑρίσκειν: de quo Budæus Comm. L. Græcæ pag 377. 16. Aul. 4. 2. ℣. 13. Epid. 5. 2. ℣. 51. 55. Cic. lib. 1. de fin. cap. 7. *Sed ita prorſus exiſtimo, neque eum Torquatum, qui hoc primus cognomen invenerit, aut torquem illum hoſti detraxiſſe apud Veſerim propter voluptatem.* Et Phil. 3. cap. 6. *Qui propter hæſitantiam linguæ ſtuporemque cordis, cognomen ex contumeliâ traxit.* Vatinius ad Ciceron. lib. 5. Epiſt. 9. *Scis meam fortunam neſcio quomodo facilè obtrectatores inuenire.* Vide infr. Mantiſſ. *Verborum differẽtia.*

Inuendibilis merces: mala, & improba. Pœn. 1. 2. ℣. 118.

Inuenire inuentum. h. e. inuentũ ſeruare. Capt. 2. 3. ℣. 81.

Inuenire & reperire nihil ferè diſtinguuntur. Bacch. 3. 6. ℣. 33. Aulular. 4. 2. ℣. 13. 14. Vide Franc. Flor. lect. ſucciſiv. lib. 1. cap. 7. contra Alex. ab Alex. gen. dier. lib. 1. Vide etiam Mantiſſa Lex. *Verborum differentia.*

Inuenire: accipere. Truc. 2. 5. ℣. 20. & 4. 3. ℣. 75. Pſeud. 1. 1. ℣. 103. & 3. 1. ℣. 7. & 3. 2. ℣. 62. Merc. 2. 3. ℣. 23. Caſ. 2. 2. ℣. 18.

Mil.

Digitized by Google

Mil. 2. 2. ℣.111. Bacch.3.6.℣. 33.Moſt.1.3.℣.70. Trin.4.2. ℣.76.& 4.3.℣.45. Epid.5.2. ℣.66.

Invenire: pro, omni conatu hoc agere. Perſ. 1.3.℣.1. *Omnem rem inveni,ut.* Virgil.lib.4. Æn.℣.478. *Inueni germana viam.* h.e. omnibus modis hoc egi, vt invenirem rationem.&c.

Invenire: pro parare, conciliare, accerſere. Bacch.3.2.℣.6.& 3.6.℣.17. Amph.1,1.℣.129. Perſ. 3.3.℣.25. *Obſecro, unde animus mihi invenitur? invenies infortunium.* Virgil.lib.2. Æn. *Ipſe manu mortem inveniam.* Propert.lib.2.Eleg.4. *Adſpice quid donis Eriphyla invenit amaris.*

Invenire: pro, *habere.* Pſeud.1.1. ℣.43.

Invenire: pro, *ſcire*, cognoſcere aliquid. Bacchides. 4.7.℣. 43. Moſtell. 3.1.℣.155. & 2.2. ℣.46.

Invenire: pro, quęrere. Men.4.3. ℣.21.

Invenire ſibi gratiam à DIs: eleganter dicitur. Rud. Prolog. ℣.27. Salluſtius: *Gratiam ab eo ſibi reperére.* Plinius alicubi eodem modo loquitur.

Inveniri: pro, *eſſe.* Pſeud.2.2.℣. 36. Capt.3.4.℣.50.

Inventa malefacta; prodita, patefacta. Truc.2.4.℣.62.

Invenuſta mulier. Pœnol.1.2.℣. 37.

Inuerecundiſſim[illegible] legirupa. Rud. 3.2.℣.38.

Invergere: infundere. Curc. 1.2. ℣.12. Virg.6. Æen.℣.244.

—fronti invergit vina ſacerdos.

hoc eſt, deorſum fundit. Diomedes Grammaticus, *Sēſim illabi, & influere*, exponit. Ovid.lib.7. Met.

Tum ſuperinuergens liquidi carcheſia vini.

Alteraque invergens tepidi carcheſia lactis. Lucret. V.1008. *Ipſi ſibi ſæpe venenum vergebant.*

Inveſtigare Ciceroni duo videtur valere, *ſcrutari*, ſive *quærere*, & interdum *reperire*, & *conſequi.* Prior notio vulgò nota. Ad alteram hæ authoritates referri poſſunt. Cicero pro Ligario cap. *Sed quoniam diligentiâ inimici inveſtigatū eſt, quod latebat: confitendum eſt.* Et lib. Attic. Epiſt. *Illud moleſtum, me adhuc inveſtigare non poſſe, ubi Lentulus ſit* Et de Vniverſo.

Inveſtigans oculis aſtute. Ciſt.4. 2.℣.26.

Inveſtigare de aliquo. Merc. 4.5. ℣.4.

Inveſtigare certum cum animo. Aul.4.9.℣.3.

Inveſtigare mortem. Mercat.5.2. ℣.12.

Inveſtimentum: amiculū, quod induitur veſtibus. Livius lib. 4.cap. *Nec in altum inveſtimentum addere Potitionis liceret causâ.* Loquitur de Candidatis.

Inveterare. Abſolutè. Cicero lib. 2. de Nat. Deor. cap. 2.

Quod

Quod niſi cognitum, comprehenſumq; animis haberemus, non tam ſtabilis opinio permaneret, nec confirmaretur diuturnitate temporis, nec unà cũ ſæculis ætatibuſq; hominum inveterare potuiſſet. Ita vett. libb. vulg. *inveteraſcere.*

I*nvicem*. Eſt ordinis articulus, nunc hic, nunc ille. Livius lib. 38. cap. *Legem parabat ferire, ut in omnibus civitatibus, quæ Achaici conſilij eſſent, invicẽ conventus agerentur.* Vide & infr. Mantiſſ. de Partic.

I*nvictiſſimus factis & virtute.* Mil. 1. 1. ℣. 57.

I*nvidere* pro, intueri. Apud Cic. lib. 3. Tuſcul. cap. 9. Attius in Menalippo: *Quiſnam florem liberûm invidit meûm?* Vbi Cicero ſic explicat.

I*nvidere*: pro, arcere, prohibere. Eſt Poëticum, à Græcis, ni fallor, ſumtum, apud quos hæc eſt uſitata dictio, οὐδεὶς φθόνος, & φθονεῖν, de quibus Budæus Comm. L. Gr. pag. 1359. Varro Attacinus, aut alius incertus author Carminis, ubi de Lunæ ecclepſi:

> —— *quippe illam lucis egentem*
> *Lux aliena fovet, quã cùm pars proxima metæ*
> *Inuidet, exſpectat radios malè cærula fratris.*

Horatius: I*nvidus laudis*, qui laudi & virtuti invidet. Cicero pro Flacco initio: *Sed ſi fortè aliquando aut beneficij huius obtrectator, aut virtutis hoſtis, aut laudis inimicus exſtitiſſet.*

I*nvidere inimicis*. Trucul. 4. 2. ℣. 31.

I*nvideri*; paſſivè. Bacch. 3. 6. ℣. 15.

I*nvidia*. Veteribus ſæpe idem valet, quod, *Odium*. Cicero lib. 3. Offic. cap. *Vtile ei videbatur plurimum poſſe alterius invidiâ.* Livius lib. 24. cap. *Quid enim ſuâ ſponte feciſſe Hieronymum puerum ac vix dum pubeſcentem facere potuiſſe? tutores ac magiſtratus* (forte, *magiſtros*) *eius ſub alienâ invidiâ regnaſſe.*

I*nvigilare Reipublicæ*: ut, *Indormire tempori, cauſæ.* Cicero Philipp. 14. cap. *me ex Cal. Ian. ad hanc horam inuigilaſſe Reip. meam domum.* Virgil. *Namq; alia victu inuigilant.* Et alibi: I*nvigilant pueri venatu.*

I*n vino*: inter prandium. Sic, *in aleâ*. Græci, παρ' οἴνῳ, παρὰ πότον. Plaut. Trucul. 4. 4. ℣. 1. *Blitea & lutea eſt meretrix, niſi quæ ſapit in vino ad rem ſuã.* Terent. Heaut. 3. 3. ℣. 7. *Vel heri in vino quàm immodeſtus fuiſti?* Cicero in Verrem 5. *Niſi forte exiſtimatis eum in vino, ac luce non riſiſſe, qui nunc in periculo ac exitio.* Et Catil. 2. cap. *Quod ſine vino & aleâ commonſtratores ſolũ, & ſcorta quærerent,* Catullus:

> *Marrucine Aſini, manu ſiniſtrâ*
> *Non bellè uteris ioco, atque vino.*

inuiſere aliquem: ad aliquem. Capt. 2.3.✠. 98. Pſeud. 1.2.✠. 92. Merc. 3.2.✠. 12.

inuiſere ad. Stich. 1.2.✠. 9. Men. 1.1.✠. 32. Aul. 2.2.✠. 25. Merc. 3.2.✠. 12

invisus, odioſus. Merc. Prolog. ✠. 80.

inuiſus: ἀόρατος. Gloſſæ. Amph. 1.1.✠. 131. Cic. in Orat. ſuper Aruſp. Reſp. *Non inuiſa ſolùm, ſed & inaudita ſacra.* Et ad Brutum: *Res mihi inuiſa viſa ſunt, Brute. Inviſum* dictum, quod minimè videretur, propterea quòd aut abſens oculis non ſubiiceretur, aut eorũ poteſtati nequaquam obnoxium eſſet, cuiuſmodi res ſũt corpore carentes, corporaq; ipſa, ſed translucida: omninò verò quæcumque nullo colore illuſtrarentur. Vide hac de re plura apud Iul. Cæſ. Orat. 1. cõtra Eraſmum pag. 21. Edit. Tholoſ. Apul. l. 5. Met. *Quidam intro ceſſit; & cantavit inuiſus.*

inuitare ſeſe largius, pluſculũ &c. Amph. 1.1.✠. 126. *Mira ſunt, niſi inuitauit ſeſe in canâ pluſculum.* Sic Turpil. in Epiclero: *Non inuitat pluſculum hic ſeſe, ut ſolet.* Idem in Leucadio: *Inuitauit pluſculum hic ſeſe in prandio.* Salluſt. lib. 4. Hiſtor. *Cùm ſe ibi cibo vinoq; læti invitarent.* Lucilius lib. 10. *Scito enim bene longinquum mortalibusq; morbũ in vino eſſe, ubi qui invitavit dapſilius ſe.* Hæc Nonius in, *Inuitare*, qui id exponit pro, *implere*. perperã. Agell. 15.2. *Sed enim Plato ebrietatem iſtam turpiſſimam: ſed hanc largiorem paulò iucũdioremq; vini irritationem non improbabat.* Suet. Oct. c. 77. *Poſtea quoties largiſſimè ſeſe invitaret, ſenos ſextantes non exceſſit.*

inuitare aliquem. Rud. 2.7.✠. 32. & 3.5.✠. 31.

inuitare aliquid: ſuadere; prouocare. Trin. 1.1.✠. 5.

inulta pecunia. Truc. 1.1.✠. 61.

inultus: ἀτιμώρητος. Epid. 3.1.✠. 7. Pſeud. 4.8.✠. 4. Amph. 4.3. ✠. 8.

inuocatus: non-vocatus. Capt. 1. 1.✠. 2. & 7. Græcè, ἄκλητος. Vide *Vocare*. Terent Eun. 5.8. ✠. 29. *Si efficio hoc, poſtulo, ut tua mihi domus te præſente, abſente, pateat, inuocato ut ſit locus ſemper.* Nepos in Cic. *Cottidie ei cena ſit coquebatur, ut quos invocatos vidiſſet, in foro omnes devocaret.* Sic ex veteri lib. emendatum fuit: cùm in vulgatis anteà fuerit, *corruſcatos.* Cic. lib. 1. de Nat. Deor. c. ubi de Atomis: *quotquot etiam ad dormientem veniũt invocata.* Cæl. ad Cic. li. 8. Epiſt. *At ego ſimulatq; audivi invocatus ad ſubſellia rei accurri.*

inuolare alicui in oculos. Moſt. 1. 3.✠. 46.

inuolucre, & *inuolucrum*: ſignificat illud linteum, quo tonſores ſolent humeros tondẽdorum inuoluere, ne veſtis capilli tonſi lapſu inquinẽtur. Græcè ὠμόλινον. Capt. 2.2.✠. 17. Curc. 4.4.✠. 22.

inuo-

Inuoluolus: ἴλιξ. Beſtia nequam & damnifica, quæ in pampino folio intorta, implicat ſe. Ciſt. 4.2.℣.63. Cato de Re Ruſtica cap. 95. vocat *conuoluulum*. Plautus effert de hominibus verſutis, quos στρεψιμάλλους Græci vocant, Latini veteres *alterplices*.

Inuſtus. Tralatè pro nativo, & inſito, & omninò impreſſo. Cic. lib. 2. de Orat. cap. *Niſi omnes ij motus, quos Orator adhibere volet, Iudici in ipſo Oratore impreſſi atque inuſti videantur.*

Inuſus: pro, ignauia. Moſt. 1.2. ℣.64. Sic ibi leg. ex Mſſ. Palatinis. Vide *Intactus* Lucret. Lex.*

Inutilis: pro eo, quod eſt, *inimicus*, *noxius*, dicitur. Ita Fr. Duarenus J C. in Anniverſ. lib. 1. D ſput. cap. 11. obſervavit. Græci interdum ἀλυσιτελὴς ſic uſurpant: ut Demoſth. περὶ τῆς παραπρεσβείας ait: ἐκεῖνοι μὲν οὖν οὕτως ἐχθρὸν ἡγοῦντο τὸ δωροδοκεῖν, καὶ ἀλυσιτελὲς τῇ πόλει. Lucillius lib. 22. *Servus, neq; infidus domino, neq; inutilis cuiquam Lucillij columella hic ſitus eſt, Tubero.* Donat. in Phorm. Terent. Cic. lib. 2. Offic. cap. *Etiam P. Sulpicij eloquentiam accuſatio illuſtravit, cùm ſeditioſum & inutilem civem C. Nolanum in iudicium vocavit.* Varro lib. 3. r. r. c. 16. ubi de apibus, earũq; regulis: *Præterea ut animadvertat, ne reguli plures exiſtãt. inutiles enim fiunt propter ſeditiones.* Cicero in Bruto cap. *Thorius ſatis valuit in populari genere dicendi, is, qui agrum publicum vitioſâ & inutili lege vectigali leuauit.* Et lib. 3. Offic. cap. *Hæc tot & alia plura nonne inutile eſt vitiorũ ſubire nomina?* Plautus Pſeud. 3.2.℣.5. de lenone: *Multiloquum, glorioſum, inſulſum, inutilem.* Terent. Andr. 1.5.℣.50. *Mi Pamphile, huius formã atq; ætatem vides: nec clam te eſt, quã illi nunc utraq; res inutiles & ad pudicitiam & ad tutandam rem ſient.* Donat. admonet, aliàs legi, *utiles*. ſed altera ſcriptura mihi videtur verior. Duarenus adfert authoritates alias, ut Pauli in l. 13. de adm. tut. & Vlp. l. 1. cum exigentia D. depoſ. & Plinij, atque Corn. Celſi, qui eo verbo ſexcẽtis in locis ita utitur.

Inutilitas. Nomẽ hoc rarum eſt: quo tamen & Cic. eſt uſus, ſed adoleſcens. Cicer. vett. Rhet. lib. 2. c. *Ex his illud conficitur, ut appetendarum rerum partes ſint honeſtas & utilitas, vitandarum turpitudo & inutilitas.* Imp. Gordianus Cod. libr. 10. tit. 3. de fine & iur. haſt. *Et quod pretij utilitate ob exiguum debitum gratioſam emptionem in fraudem tuam inutilitatemq; rationum mearum aduerſarium commẽtum fuiſſe dicis.* Ita Cuiac. ibi leg. putat, quamquã in libb. ſit *utilit.* quorum ſcripturam Iohann. Robertus non bene ſequi videtur. Illius morſus repreſ-

Digitized by Google

repreſſit Cuiacius lib.16.Obſervat. cap.26. Et Antonius Mercator 2.not.26. Imp. Iuſtinian. l. ult. C. de ſervit. tit. 34. *Et inutilem domino aream & fructuum inutilitatem faciat.* Vide ibi Notas Godofredi JC. Lucret. li. 5.℣.1272.

Nam fuit in pretio magis æs, aurumq́; jacebat,
Propter inutilitatem hebeti mucrone retuſum.

Io *Hymen Hymenæe* Io Hymen! Cantus Nuptialis. Vide Philoſ. *Nuptiarum.* Caſinar. 4.3. ℣.310.

Io: Ionis, Ioni. Aul.3.6.℣.20. De hac vide Mythol. Naſonis & Comitis.

Io! vel Iohia! renuentis eſt, & cunctantis. Merc.4.3.℣.31. Pſeud. 2.4.℣.11.

Io Bacche! vox Bacchãtium. Caſ. 5.4.℣.10.

Iocabo: δἐχαὶνῶς. Caſ.4.4.℣.20.

Ioculo aliquem fallere. per iocum. Moſt.3.3.℣.20.

Iocus. Pſeud. Prol.℣.20.& 1.1.℣. 63. Vide, *Ludus.*

Iocus; de næniis præficarum. Bacch.3.4.℣.22.

Iocus appellativè. Bacchid. 1.2. ℣.8.

Ioco dicere. Pœn.5.1.℣.69. Stich. 1.1.℣.21. *Ioco dicit.*

Ioculo: per iocum. Merc. 5.4.℣. 33. Rud.3.4.℣.24. *Ioculo pauſillulum.*

per *Iocum.* Pœn.3.1.℣.70. *Nec tuum quidem eſt per iocum amicis iniuſtè loqui.*

per *Ioculum & ludum.* Trinc.1.2. ℣.11.

Iocum in ſerium convertere. Pœn. 5.5.℣.42.

Ionicus: laſciuus. Stich.5.5.℣.28.

Ionici motus. Perſ. 5.2.℣.45.

Ionica diſciplina: ὄρχησις παίγνιον. Pſeud.5.1.℣.28. Vide Athen.l.14. Platon.l.3. de Rep. Horat.l.3. Od.6. Et ibi Commentatores.

Iovem teſtẽ dare, laudare. Pſeud. 1.5.℣.99.

Ioves humani, à ſingulari *Iovis*, *is*. teſte Priſciano lib.6. Caſ.2. 5.℣.26.

Iovis corona. Trin.1.2.℣.47. Mẽ. 5.5.℣.38.

Iovis ſolium. Trin.4.2.℣.98.99.

Iovis tabula. Vide litt. T.

Iovis theſauri. Pſeud.2.2.℣.33.

Ipſe: *ipſa.* Olim erant voces ſervorum, quas honoris cauſa propriorum nominum loco uſurpant, ut apud Græcos αὐτὸς & ἐκεῖνος: unde natum illud αὐτὸς ἔφα. Caſ.3.4.℣.14. & 4.2.℣.11. Terenc. Hecyra. 3.2.℣.17.& 3.4.℣.14 Adelph. 4.7.℣.43. *Sed Pamphilum ipſum video ſtare ante ædes.*

Ipſe: pro toto, ſeu integro, cùm de tempore uſurpatur. More Græco. Nam illud Thucyd. αὐτὸ δὲ γυστεῖν διελθόντων Scholiaſtes exponit, ὁ λοκλήρων. Vt; *Ipſos tres annos.* h. e. totos tres annos: *ipſo triennio.* h. e. toto, & perfecto triennio, ut vulgò loquimur. Paulus JC. in l.66. Si minor. D. de verb. oblig. *Si minor viginti annis à debitore ſuo ſtipuletur ſervum manu miſſurus, non eſt executio ſtipulationis danda, ſed ſi ipſorũ*

vi-

viginti annorum erit, non impedietur manumiſſus quia de minore lex loquitur. Cicero in Bruto cap. *Mortuus eſt Cato annis* LXXXIII. *ipſis ante me Conſulem.* Ibid. *Triennio ipſo minor.* Et libro. 5. *Cùm ibi decem ipſos fuiſſem dies.* Et ad Curionem lib. 2. Epiſt. 8. *Cùm Athenis decem ipſos dies fuiſſem.* Terẽt. phorm. 1.2. ℣. 54. *Virgo pulchra, & quò magis diceres, nihil adjumenti erat ad pulchritudinem: capillus paſſus, nudus pes, ipſa horrida.* Cicero 2. in Verrem. cap. *Ipſos* XX. *annos cùm tot interea Prætores hæreditas abhis Veneris nomine petita non eſt.* Et lib. 5. Attic. Epiſt. *Ego has pridie Nonas Quinctiles proficiſcẽs Athenis dedi, cùm ibi decem ipſos feciſſem dies.* Idem lib. 3. Epiſt. *Triginta dies erant ipſi.*

Ipſi. Bacch. 5.2. ℣. 87.

Ipſipſus: pro, *iſipſus.* antiquè. Dictio purè puta plautina, ex optimis & antiquiſſimis Mſſ. codd. Pall. & Langg. Sarſinati noſtro aſſerta à nobis. Vide Animadverſiones Ciſtell. 2.3. ℣. 58. Truc. 1. 2. ℣. 23. Agnoverunt eandem dictionem viri Clariſſimi *Iohannes Meurſius* in Curis plautinis, & *Auſonius* Popma lib. 1. cap. 10. pag. 73. De uſu veteris Latinitatis. Gloſſæ vett. *Ioſipſe,* αὐτὸς. lege, *Ipſipſe.*

Ipſiſſimus. Trin. 4. 2. ℣. 146.

Ipſus: Amph. 1.1. ℣. 95. & 1. 2. ℣. 121. Aul. 2. 6. ℣. 7. & 3. 1. ℣. 7. Merc 2. 4. ℣. 13. & 3. 4. ℣. 11. & 4. 4. ℣. 19. Bacch. 2. 2. ℣. 17. & 3. 3. ℣. 44. 72. 74. 89. pſeud. 1. 3. ℣. 28. & 1. 5. ℣. 24. & 2. 4. ℣. 33. & 4. 1. ℣. 21. & 4. 2. ℣. 17. & 4. 7. ℣. 120. & 4. 2. ℣. 33. & 4. 7. ℣. 43. 108. Curc. Arg. ℣. 7. & 1. 3. ℣. 14. Trin. 2. 2. ℣. 42. & 2. 4. ℣. 32. & 4. 3 ℣. 64. Moſt. 3. 1. ℣. 99. & 3. 1. ℣. 153. Epid. 3. 3. ℣. 36. Mil. Arg. 1. ℣. 3. Caſ. 2. 2. ℣. 24. & 2. 8. ℣. 36. Capt. 3. 4. ℣. 107. Truc. 1. 1. ℣. 24. 29. & 2. 7. ℣. 7. 36. 41. Men. 1. 1. ℣. 24. & 2. 2. ℣. 40. & 4. 2. ℣. 74. Pœn. 4. 2. ℣. 24. & 5. 1. ℣. 86.

Ira incendi aliquare. Pſeud. 1. 2. ℣. 67.

Ira motitari. Truc. 1. 2. ℣. 89.

Ira percitus. Caſ. 3. 5. ℣. 6.

Iracundior. Merc. 1. 2. ℣. 30.

Iras plumbeas gerere: graves, diuturnas. pœn. 3. 6. ℣. 18.

Iracundia. Truc. 1. 1. ℣. 7.

Iraſci alicui propter al. pſeud. 5. 2. ℣. 30.

Iraſci de nihilo Truc. 4. 2. ℣. 56.

Iratus: non-propitius. Pœn. 3. 3. ℣. 31.

Iratus vehementer. Truc. 2. 6. ℣. 64.

Iratiſſimis DIs. pœn. 2. 1. ℣. 4.

Ire, obſcenum quandoque, & verbũ nuptũ. Caſ. 5. 2. ℣. 35. Aſin. 1. 3. ℣. 43. Sic quoq; *Adire & Abire*, uſurparunt. propert. lib. 1. Eleg. 3. ℣. 12. *Molliter impreſſo conor adire thoro.* Statius lib. 1. Theb. ℣. 257. Ariſten. lib. 1. Epiſt. 2. ἄλλως ἰέσθ βαδιοῦμαι πρὸς αὐτήν. Tatius libro 6. ἄπαξ ἰὼν αὐτὸν ἐλθὼν. Terent. Andr. 1. 5. verſ. 16. *Itur ad me.*

Ire: pro, *eſſe*. Aul.4.9.℣.10. Vide, *Venire*.

Ire: pro, *venire*. *Vnde is?* pro *vnde venis?* Caſina 2. 3.℣.29. Ciſtellaria 5.2.℣.3. Moſt.3.1. ℣.16.

Ire dicitur *lucrum*; cùm alicubi conſiſtit, & quieſcit. Pœnolus 3.3.℣.69. Varro. *Quod vſque idem it, quod in aliquo conſiſtit pretium.*

Ire pro, adire, accedere. Epidicus 3.3.℣.13. Bacchides 5.2. ℣.47. Sic in Priap.

Matrona procul hinc abite caſta.
Turpe eſt vos legere impudi- (verba.
Non aſſis faciunt, euntque rectà.

Ire modico gradu. Pœnolus 3.1. ℣.19.

Ire ordine. Mil.4.4.℣.29.

Ire ad aliquem: adoriri aliquem. Capt.3.4.℣.2. Pſeud.1.5.℣.38. Terent. Andr.1.5.℣.16. *Itur ad me.* Ibi vide Donatum. Ovidius de Nuce ℣. *Et ad gemmas quilibet alter eat.* Virgil. *ſimul enſe relicto Ibat in Euryalum properè.*

Ire in ius. Truc.4.3.℣.65.

Ire quò ſaturi ſolent. ἀφοδεύειν. Curc.2.3.℣.83.

Ire in malam rem. Pœn.1.2.℣.82. & *Ire in malam crucem.* Pœn. 2.1.℣.47. Rud.2.6.℣.37.

Ire in opus alienum. Mil. 3.3.℣.6.

Ire cum Infinitivo. *Ire facere.* Merc.5.2.℣.43. *Abi quærere.* Ciſt.2.1.℣.25. Ter. Hec.1.2.℣. 114 Phorm.1.2.℣.52. *Auſonias ibis frenare cohortes.* Propert.1.2.

Ibat & hirſutas ille videre feras. Moſt.1.1.℣ 64. *Ire parare.* Ter. Hec.1.2.℣.114. *It viſere.* Afranius Incendio: *It conjicere.*

Ire: cum ſupino eleganter jungitur, περιφραστικῶς. Bacch.3.6 ℣.36 *Ire conſultum.* pro *conſulere.* *Ire advocatum alicui.* Epid.3.3.℣.41. *Ire operam datum* Pæn.3.1.℣ 9. *Ire dormitum.* Moſt.3.2.℣.15. *Ire oppugnatum.* Bacch.5.2.℣.52. *Ire oratum.* Pœn.5.3.℣.15. *Ire: venire* ornatum. Pœn.5.4.℣.2. *Ire paſtum.* Perſ.2.5.℣.17. *Ire petitum.* Aul.2.2.℣.69. *Ire ſalutatum.* Bacch.2.3.℣.113. *Ire quæritatum.* Rud.3.4.℣ 61. *Ire ſeſſum, ereptum.* Rud.3.4.v.26. *Ire ſupplicatum.* Perſ.3.3.v.42. *Ire honorem habitum.* Ciſt.1.1. ℣.4. *Ire ſuppoſitum.* et ibid.℣. 39 *ire depreſſum.* Truc.1.2.℣. 71. *Ire prohibitum.* Cato dixit. *Seſſum ducere.* Pœn. Prol. ℣. 20. *Ire ereptum.* Perſ. 1. 2. ℣.11.

Ire otiosè: pro, lentè, & tarde. Epid.5.1.℣.21.

Ire placidè. Pſeud.1.3.℣.13.

Ire ſtrenuè. Pſeud.4.7.℣.79.

Ire præ. Pſeud.1.2.℣.37.& 3.℣. 12. Ciſt.4.2.℣.114.

Iri non poteſt; introiri ad. Truc. 4.2.℣.39.

Irraſum caput. Rudens 5.2. ℣.16.

Irretitos impedire, de piſcibus. Truc.1.1.℣.17.

Irridere. Pſeud.5.2.℣.19.

Irridere, deriſum venire. Trin.2. 4.℣.45.47.

Irri-

Digitized by Google

Irridiculo haberi. Pœn. 5. 4. ℣. 10.

Irrigare ætatem. Pœnolus 3. 3. ℣. 85.

Irrigare plagis; ulalare Epid. 1. 2. ℣. 18.

Irrigua herba. Trin. 2. 1. ℣. 9.

Irriſum haberi; pro *irriſui*. Epid. 3. 4. v. 87. Ita Mſſ. Pall. & Vett. edd. Lambinus: *irriſui*. Multa exempla eandem hanc formulam confirmant. Sic Moſt. 1. 3. ℣. 67. *Habere acceptum.* Cicero in Verr. *Habere conductum*, pro conducere. Et, *Habere clauſa* Idem in Vatin. *Habere leges promulgatas.* Iuſtin. Imperator Inſtit. lib. 4. c. 6. § 3. *Alia autem ſunt quas prætor ex ſua iuriſdictione comparatas habet*, h. e. ex edictis ſuis prodidit. & § 8. *In perſonam quoque actiones ex ſua iuriſdictione propoſitas habet Prætor*, h. e. propoſuit: vt ita tim; *Prætor propoſuit actionem de peculio.* Et § 12. *Ex ſuâ iuriſdictione introduxit.*

Irritare. Capt. 3. 1. ℣. 25. *Ne canem quidem irritatam voluit quiſquam irritarier.* Dicitur autem *Irritare*, non ab *ira*: ſed ab *Irrire*, quod canum eſt, cùm ringi incipiunt. Stich. 2. 3. ℣. 20. *ſi me irritaſſis.*

Irritum. Amph. 3. 2. ℣. 44. *feci verba virtute irrita*; h. e. vana, inania, & caſſa. Proprie *Irritum* eſt verbum augurale; vt docet Agell. lib. 13. cap. 14. quod ratum non eſt, & firmum. Virgil. Eclog. 4. *ſigna irrita*, & quaſi in nihilum redacta. Propert. lib. 3. Eleg. 13. *Experta eſt veros irrita lingua Deos* h. e. quæ fruſtra vaticinatur, quia ei nulla fides.

Irritus pro futili, & vano. Tacitus lib. 13. *Simul intendere manus: aggerere probra: conſecratum Claudium, infernos Silanorum Manes invocare, & tot irrita facinora.* Cato in libro, qui inſcriptus eſt *Carmen* de moribus: *Avaritiam omnia vitia habere putabant, ſumtuoſus, cupidusque, elegans, vitioſus, irritus, qui habebatur, is laudabatur.* Apud Agell. lib. 11. cap. 2.

Irructare in os: ebriorum eſt. Pſeud. 5. 1. ℣. 6.

Irruere. Venereum verbum. Caſ. 5. 2. ℣. 14.

Is &, *Qui*, de ſecundâ perſonâ. Epid. 3. 1. ℣. 9. Pœn. 3. 5. ℣. 5. Aul. 3. 4. ℣. 5. Mercator 3. 4. ℣. 47.

Is, in *Cupis* producitur. Curc. 1. 3. ℣. 84.

Is junctum ſecundæ perſonæ. Menæchmi. Prolog. verſ. 52. *Is audacter imperato & dicito.*

Is, unde petitur: pro reo. Vide infra. *Vnde petitur.* Verba antiquæ Legis Maniliæ apud Frontinum: *Et ſi is, unde ea pecunia petita erit, condemnatus eam pecuniam exigito.*

Iſta. Interdum pro tanto, aut tali, tam inſigni. Cicero pro Muræna cap. 6. *Quare cùm iſtâ authoritate non debes, M. Cato, arripere maledictum ex trivio.*

Digitized by Google

Iſtactenus. Bacch. 1. 2. ℣. 58.

I'σκός: eſt κλέπτης, fur. Pſeud. 2. 4. ℣. 48. Sapit ἰσχὸν ἀὐχλωαίης. h. e. manifeſtum furem. Vide Notas & Animadverſiones.

Iſthac: iſtæ. Moſt. 1. 3. ℣. 116. Capt. 5. 2. ℣. 16. Pſeud. 1. 3. ℣. 9. Bacch. 3. 3. ℣. 6. (3. ℣. 16.

Iſta: pro, *iſti*. dandi caſu. Truc. 4.

Iſtimodi. Truc. 5. 1. ℣. 38. Vbi tamen metri gratiâ legendum, *Iſtiusmodi*.

Iſtic; pro, *iſte*: Capt. 3. 4. ℣. 16. 74. & 5. 3. ℣. 10. Truc. 2. 6. ℣. 40. Rud. 5. 2. ℣. 4. Pſeud. 1. 3. ℣. 100. & 2. 4. ℣. 47. & 4. 7. ℣. 96. Bacch. 2. 3. ℣. 74. 97. Epid. 5. 1. ℣. 34. Ciſt. 2. 3. ℣. 56. Pœn. 3. 3. ℣. 12. Merc. 4. 4. ℣. 19. Amph. Sc. DI voſtram. ℣. 47.

Iſtim. pro, *iſtinc*. Trin. 2. 4. ℣. 197. Sic *Illi*, *iſti*, pro *illic*, *iſtic*: & *illim*, pro, *illinc*. Pœn. 5. 2. ℣. 27. Merc. 3. 1. ℣. 13. ſic ibi Mſſ. Pall. Vſurpavit & Cicero antiquum hoc adverb. lib. 6. Epiſt. 20. *te iſtim ne temere commoveas*. Et ad Plancum: *Ita erant omnia, quæ iſtim adferebantur, incerta*. Et ad Tironem: *Iis enim ventis iſtim navigatur*. Et lib. 7. Attic. Epiſt. 20. *Iſtim enim emanant*. Sic enim ibi leg. in antiqq. libb. Mss. ut docet *P.* Victorius ad lib. 6. Epiſt. 6. Famil. Vide etjam Muretum lib. 12. cap. 11. Var. lect. Pomponius apud Nonium in Rutrum: *Sarculum hinc inde profectus, illim rediſti rutrum*. Et ſic correctum eſt in Lucretio lib. 5. ℣. 573. ubi antea erat, *illum*.

Iſtinc: pro, *hinc*. Trin. 2. 4. ℣. 197.

Iſto; propter id. Rud. 4. 7. ℣. 8.

Iſtò: pro, *Iſtoc*. Mil. 2. 5. ℣. 45. Vide ſuprà *Illà*, pro, *Illac*.

Iſtoc; dandi caſu. pro, *iſti*. Bacch. 3. 1. ℣. 15. (222.

Iſtoc magis; *quia*. Amph. 1. 1. ℣.

Iſtoc: pro, *eò*; comparativè. Epid. 1. 2. ℣. 8. *Iam iſtoc probior es*.

I*ſtuc*; pro, *iſtud*. Amph. 2. 1. ℣. 14. & 2. 2. ℣. 115. Epid. 2. 2. ℣. 23. Ciſt. 1. 1. ℣. 79. Men. 5. 2. ℣. 55. Caſ. 3. 5. ℣. 35. Pſeud. 3. 2. ℣. 14. Truc. 5. 1. ℣. 17.

Iſtuc verbi quid eſt? Elegans ſyntaxis, & ſæpe à Plauto frequentata. Curc. 1. 1. ℣. 32. Ciſt. 2. 3. ℣. 61. Epid. 3. 2. ℣. 14.

I*ſtuc*: Idem, quod τεχνικῶς articulo Græco τὸ exprimimus. Moſt. 1. 1. ℣. 68.

I*ſtuc*. Ciſt. 2. 1. ℣. 32. & 2. 3. ℣. 69. & 2. 4. ℣. 54. Bacch. 2. 2. ℣. 31. & 3. 6. ℣. 32. & 5. 2. ℣. 52. Trin. 2. 2. ℣. 38. 72. Pœn. 1. 1. ℣. 21. 23. 28. & 1. 2. ℣. 40. 50. & 3. 3. ℣. 24. 31. Aul. 1. 1. ℣. 39. Bacch. 1. 1. ℣. 18. & 2. 2. ℣. 27. Mil. 1. 1. ℣. 29. & 2. 3. ℣. 15. 21. Pſeud. 4. 1. ℣. 10. 35. & 4. 2. ℣. 16. Epid. 1. 2. ℣. 25. 43. 92. & 2. 2. ℣. 76. 92. 109. Trin. 2. 2. ℣. 102. & 2. 4. ℣. 172. & 3. 2. ℣. 49.

Iſtuc ludi: pro, iſtum ludum. Truc. 4. 2. ℣. 7.

Iſtuc eſt. Truc. 2. 7. ℣. 56.

Iſtri. Men. 2. 1. ℣. 10.

It dies. Vide litt. D.

Ita: αὐξητικόν. Rud. 1. 1. ℣. 5.

Ita; pro, *quia*. Moſt. 3. 2. ℣. 45. *Quidum? ita*.

Ita enimverò. Moſtellaria 3. 3. ℣. 17.

Ita ergò. Trin.2.4.℣.65.
Ita profectò. Amph.5.1.℣.48.
Ita verò.Men.5.6.℣.37.
Ita.Particula in Iuramentis,votis & exſecrationibus frequentata.vide infr. Mantiſſ. de Particulis. *Ita vivam!*Aul. 4.10.℣.31. Capt. 4.7.℣.97. Bacch. 1.3.℣.3.Stich. 4.1.℣.1. & 5.4.℣.3.& 5.5.℣.1.13. Merc. 4.4.℣.23.Pœn.1.2.℣.76.&1. 3.℣.30.31. &3.1.℣.1. *Ita me DI ament* ! & 4.2.℣.5.&5.4. ℣.47.Pſeud.4.1.℣.33. Perſ.4. 4.℣.88.101.&4.3.℣.21. Ciſt. 2.1.℣.42.Moſt.1.3.℣.14.25.& 2.1.℣.51.&2.2.℣.86.Mil.2.6. ℣.21.&5.1.℣.10. Curc.1.3.℣. 52.&2.3.℣.47. & 4.4.℣.18. 21.Pſeud.4.1.℣.16. Trin. 2.4. ℣.46. Pœn.4.2.℣.87. &5.4. ℣.86.&5.5.℣.46.Truc.2.2.℣. 21.Trin.4.3.℣.17.Terent.Adelph.4.5.℣.47. *Ita velim me promerentem ames , dum vivas,mi pater , ut me hoc delictum admiſiſſe in me , id mihi vehementer dolet , & tui me pudet*. Heaut.2.3.℣.67. *Ita me DI ament!ubi ſim neſcio*. Et 4. 3.℣.8. *Ita me DI ament! ut ego nunc non tam meapte causâ lator*. Ead. fab.5.4.℣.7. *Ita mihi atque hujus ſis ſuperſtes, ut ex me atque hoc natus es*. Ibid. 3.3.℣.8. *Ita me DI ament.metui*. Et 4.5.℣.1. *Ita me DI amabunt!* Et 5.1.℣.80. *Ita me DI ament!* Cicero lib.5.Attic. Epiſt. 15. *Quæris, quid hic agam? Ita vivam! ut maximos ſumtus facio,& ita ut &c.* Et lib.2.Fam.Epiſt.13. *Nam ita vivam!putavi*. Seneca de D. Bruto lib.11.Epiſt.ult. *Juſſusque præbere cervicem, præbebo, inquit.Ita vivam!* &c. Et lib. 1 Epiſt.10.Cicero: *Sollicitat, Ita vivam ! me tua, mi Tiro, valetudo*. Q. Cicero Marco Fratri lib.16.Epiſt.16. de Tirone: *Mi Marce,ita te,meumque Ciceronem , & meam Tulliolam,tuumque filium videam , ut mihi gratiſſimum feciſti , cùm eum indignum illâ fortunâ nobis amicum, quàm ſervum eſſe maluiſti*. Et in Verr. Accuſ. 5.cap. *Ita mihi meam voluntatem ſpemque reliquæ vitæ veſtra Populique Rom. exiſtimatio comprobat, itaque,quos adhuc mihi magiſtratus P. R. mandavit, ſic eos accepi , ut me omnium officiorũ obſtringi religione arbitrarer*. Et mox : *Ita mihi Deos omnes propitios eſſe velim,ut tametſi mihi jucundiſſimus eſt honos populi, tamen nequaquam tantum capio voluptatis,quantum ſollicitudinis & laboris*. Vbi Aſconius *Genus jurisjurandi, quo dicitur , Tantum mihi divinitas faveat , quantum verum eſt illud quod dico*. Auguſtus apud Sueton. Tiber.cap. 21. *Iucundiſſime , &,ita ſim felix! vir fortiſſime*. Cicero lib. 5.Epiſt.21. *Nam tecum eſſe,ita mihi commoda omnia , quæ opto,eveniant ! ut vehementer volui*. Propert.lib.1.Sat.7. *Atque ita ſim felix! primo contendis Homero*.
Ita DI faxint! Aul.2.1.℣.27.& 4. 10.℣.

Digitized by Google

10.ỽ.57. Trin.2.4.ỽ.99.102. *Benè feliciterque vertat!*

Ita. Eleganti vſu, & qui vix verbis exprimi poteſt. Moſtellaria 3.1. ỽ. 49. *Sed Simo, ita nunc ventus navem noſtram deſeruit.*

Ita; cauſam impedientem ἐπιφωνηματικῶς notat. Ciſt. 1.3. ỽ 3.

Ita: vim inferendi habet ἐπιφωνηματικῶς. Amph. 5.1.ỽ.3.5.9. 15.48. Aulularia Prol. ỽ.9.& 3.6 ỽ.28.29.& 4.2.ỽ.2. Mil.2. 4.ỽ.44. Perſ.4.3.ỽ.8.& 5.2.ỽ. 7. Men.1.2.ỽ.9. Pœn.1.2.ỽ. 110.& 4.2.ỽ.16. Capt.3.1.ỽ. 10. Mil. 2.6.ỽ.39.

Ita: notat cauſam impellentem. Aul.3.1.ỽ 5. Moſtell. 2.1.ỽ.5. & 3.1.v.33.122.151.& 4.3.ỽ.4. Trin.2.2 ỽ. 62.& 2.4.ỽ.143. & 3.2.ỽ.32.& 4.1.ỽ.16. Truc. 2.4.ỽ.14. & 2.6.ỽ. 45 & 4.1. ỽ.3. & 4.3.ỽ.9. Monæchmi 1.1 ỽ.24. & 4.2.ỽ.31.& 5.2.ỽ. 85.& 5.4.ỽ.9. Rudens 1.4.ỽ. 2.& 3.5.ỽ 43.45. Bacchides 2.2.ỽ.3. & 2. 3. ỽ.110.& 5.1. ỽ.10. Capteivei 3. 1. ỽ.5. & 4.4 ỽ.5. Pſeudolus 1.1. ỽ 105.& 1.2. ỽ.4. & 3.2.ỽ.103. & 4.2.ỽ 39. Ciſtellaria 2.1.ỽ. 5.11.58.& 4.2.ỽ.20. Pœnul. Prolog. ỽ. 111. & 5.4 ỽ.78. Epidicus 1.1. ỽ.58.& 1.2.ỽ. 57. Rudens 2. 3. ỽ.50.& 5.2. ỽ.15. Pſeudolus 1.5.ỽ.4.& 5.1. ỽ.8.

Ita: hoc modo. Mercator 2.3. ỽ 92.

Ita: ſimilitudinem notat. Ciſt.2. 1.ỽ.7.

Ita, uti. Caſ.2.3.ỽ.18.

Ita, vt non æquè. Mil. 3. 1.ỽ.179.

Ita, vt. pro: *talis, qualis*. Moſt.3.1. ỽ.112. Vide, *Vt*.

Ita vt occœpi dicere. Formula ſolemnis ibi cùm quid inſtitueris, atque ab eo digreſſus aut etiam avocatus, idem repetas poſtea, narrationi continuandæ. Rud.4.4.ỽ 21.75. Stich. 4.2.ỽ.1. Trin.4.2.ỽ.51. Curculio 1.1. ỽ.43. Pœn. 2.1. ỽ. 24.

Ita loquor. Adfirmandi particulæ ad interrogationem, pro quo nos ſimpliciter, *Ita*, dicimus. Græci φημ' ἐγώ. Vide interpr. Ariſtophanis de accentûs ratione. Moſt. 4.2.ỽ.31.

Ita eſt; ſunt. Perſ.4.6.ỽ.25. Men. 2.1 ỽ.33. *Tale eſt*. Stich.5.5 ỽ. 3 *Ita comparatum eſt*. Men.2. 1.ỽ.33. Merc.2.3.ỽ.105. Rud. 2.4.ỽ.19 *Ita eſt lex*.

Ita eſt ingenium meum. Stich.4. 2.ỽ.46. Amph.3.2.ỽ 18. Vide, *Sic ſum*: & paulò poſt. *Ita ſum*.

Ita eſt diſciplina; talis. Truc.1.1. ỽ.30.

Ita eſt ſententia. Mil.4.8.ỽ.46.

Ita negotium eſt. Perſ.4.6.ỽ.11.

Ita: παρέλκει Amph.2.1.ỽ.24.

Ita; talis, tales. Truc. 4.4 ỽ.36. *Ita ſunt gloria meretricum*. Bacch. 5 2.ỽ.61. Moſt.2.2.ỽ. 21. Pœn.3.6.ỽ.16. *Ita ſunt divites*. Trinummus 2. 4 ỽ.95. & 3.1.ỽ. 19. *Ita ſis, vt nomen cluet*.

Ita ſum. Rud.Prol.ỽ.3. Bacch. 5.2.ỽ. 61. Ciſt.2.1.ỽ.7. Perſ. 2.4 ỽ.13. Vide etiam, *Sic ſum*.

Ita habet res: pro, talis eſt rei facies,

cies, ſive conditio. Moſt.3.1. ℣. 14.

Ita volo. Vide litt. V. *Volo item.*

Itare: pro, *ire.* Moſtellaria 1.2. ℣. 48.

Itáne? Formula interrogandi de re, quæ admirationem, aut etiam moleſtiam adferret. Mil.1.1.℣.66. Terent. Heaut. 5.2.℣.1. *Itane tandem quæſo Menedeme?* Similes formulæ ſunt *Itane eſt? Itane verò? Ain' tu? Ain' tandem?* &c.

Item. Aul. Prol.℣.20. Trucul.2. 6.℣.55. Bacchides 4. 9.℣. 28. 41.

Item, pro, *autem.* Aulularia 2.2. ℣.49.

Item, vt. pro, ſimiliter. Pœnolus. 1.1. verſ. 15. Captervei 5. 4. ℣.11. & Prol.℣.55. Pſeud.1.2. ℣.63. & 3.2.℣.80 & 3.21. Truc. 2.4.℣.24. & 4.2.℣.36. Rud.2. 4.℣.5. Curc.4.2.℣.13. Ciſt.1.2. ℣.23. Merc.5.2 ℣ 33. Men 5.7. ℣.49. Cicero pro Cluent. cap. *Vos quæſo, ut adhuc me attentè audiſtis, item quæ reliqua ſunt audiatis.* Symm. lib.1. Epiſt.11. *Sed ut hoc mea verecundia cōpetit, itē tua humanitati eſt.*

Item: etiam, pariter. Sunt particulæ ἀιαφοϱικαὶ. Aſinaria Prol.℣.15. Trin.4.2.℣.32.& 4.2.℣.. Truc.4.2.℣54 & 4.3. ℣. 64.

Item, quaſi. Pœnolus 1.2. verſ.31.

Item: tales. Pœn.1.2.℣.35. *Item nos ſumus.*

Item. idem etiam. Curc.1.1.℣.27.

Item: itidem, ſimiliter. Rud.4.3. ℣.86. Pſeud.1.2.℣.66. Men.5. 7.℣.49. Truc.4.2.℣.36.

Iter capere aliquò. pro, *ſuſcipere.* Bacch.2.3.℣ 91.

Iter avertere: aliò ſe flectere. Cæſar. lib. 1. bell. Gall. cap. *Quod iter ab Arari Helvetij averterant.* Et poſt eod. lib.c. *Iter ab Helvetijs avertit.* Livius lib.21. cap. *Tria millia inde Carpetanorum peditum iter averterunt.*

Iterare. Ruſticum planè verbum oſtendit Columella lib.2.c.4. Ibid. dicit, *altero ſulco ſerere.* Auſonius Centone: *Itq; reditque totiens.* Priap.52. *Alterius ineundo & exeundo.* Apuleius Ἀιςξου. *Iterentq; ſulcos molles arvo Venerio.*

Iterare: pro, renunciare. Amph. 1.1.℣.56.

Iterare: memorarè iterū. Δευτεϱολογεῖν. Aſin 3.2.℣ 2. Cal.5.2.℣.5. Trin.4.2.℣.13. Pœn.4.2.v.99.

Itiner. Merc.5.2.℣.71.89.

Itidem quaſi. Stich. 2.3.℣.25.& Moſt. 1.3.℣.119. Rud 4.3.℣. 69. *Itidem vt.* ℣.71.

Itidem: pro, *etiam.* Capt.3.4.℣. 75. Stich.4.1.℣.17. Truc.4.2. ℣.25.

Itidem: ſimiliter, pariter: abſque aliâ particulâ præcedente. Aſin.1.3.℣.67. Ciſt.4.2.℣.64. Amph. 1.1.℣.286. Bacch.3. 3.℣.6.

Itidem vt: pro, *ſicut.* Curculio 3. verſ.80. Rudens 3.2.℣. 45. 46. *Itidem quaſi.* Trin. 4.2.℣. 135.

Itio. Amphitruo 1. 2. verſ. 28.

Iuba: κομηχαιτικῶς, de capillis virorum. Mil. 1.1.℣.64.

Iubæ: anguibus & draconibus tribui ſolent, quæ quidem criſtæ ſunt in illorum capitibus eminentes. Amph. 5.1.℣.56. Sic Valer. de Dracone aureũ vellus cuſtodiente: *Iamq; alta cecidere jubæ.* Vide Turn. l.29.4. Adu. & Plin. l.35.9.

Iubeo. Veteribus interdum valet idẽ ferè quod *percupio*: à quo multum differt *Impero*. Terẽt. Andr. 3.3. ℣.1. *Iubeo Chremetem ſalvere.* Interdum valet, *rogo*, atque *imperio*. quod notat Donatus. Et Juriſconſulti in fidei admiſſis quæ nõ.

Iubendi verbo alia verba infiniti modi jungi ſolent in actionis ferè ſignificatu & voce: etſi in libb. ed. plerumque ea ſint mutata. Livius lib.30. cap. *Nuptias in eum ipſum diem repente parare jubet.* Et lib.35. cap. *Pro ſe quiſq; revocare jubebant.* Vulg. *revocari.*

Iucundus. Interdum ad fruges, pro fertili, aut benè creſcẽte. *Lætum* id vocant veteres. *Varro r. r.* lib.1. cap. 40. *Illud quod fulmen concepit, ſi in pyrum ſylvaticam inſeveris, pyrum quamvis bonam, non fore tam jucundam, quàm ſi in eã, quæ ſylveſtris non ſit.* Et cap. 56. *Quod ita ſit iucundius pabulum, ex eo intelligitur, quod pecus utroque poſito libentius eſt.*

Iudex pro arbitro. Moſt. 3.1. verſ.26.

Iudicare lites. Merc. 2.2. ℣.10.

Iudicare rem perfidioſè. Curc. 5.3. ℣.40.

Iudicare perduellionem alicui: pro eo, quod, de aliquo judicare in crimine perduellionis. Livius lib.1. cap. *Rex &c. Concilij populi advocato Duumviros, inquit, qui Horatio perduellionem judicent, ſecundùm legem facio. Lex horrendi carminis erat: Duumviri perduellionem judicent.* Et mox: *Tum ex his P. Horati, tibi produellionem judico.* Idem lib.26. cap. *De eo quoque novum certamẽ ortum. Nam cùm Tribunus his pecuniam acquiſiſſet, tertiò capitis ſe acquirere diceret: Tribuni pl. appellati, cùm Collegæ negarent, ſe in morâ eſſe, quo minus, quod ei more maiorum permiſſum eſſet, ſeu legibus ſeu moribus vellet, acquireret quoad vel capitis vel pecuniæ indicaſſet privato, tum Sempronius perduellionis ſe judicare. Cn. Fulvio dixit, diemque Comitijs ab C. Calpurnio Prætore petit.*

Iudicare hæreditatem: h.e. de hæreditate. Cicero de leg. Agrar. cap. *Primùm Populi Rom. hæreditatam Decemviri judicent, cùm vos volueritis, de privatis hæreditatibus Centumviros judicare.*

Iudicare res. Dicebant ſępe veteres, quod nunc ſimpliciter *Iudicare*. Vide infr. *Res judic.* Cicero Philipp.1. cap. *Itaque viri fortiſſimi. &c. res & judicant, judicauerunt. Hic enim eſt legis iudex, ut hi tres in tertia Decuriâ judicent, qui liberè judicare non audeant.* Ita in

opt.

opt. cod. Vatic. teſte Mureto, & Faerno.

Iudicatus, ûs. Munus eſt & officium Iudicis, vel Conſulatûs. Vide *Parricidatus*, *Oratus*. &c. Cicero Philipp. *Quid iſti ordini judicatus L. Iuliâ* &c. *non patebat?*

Iudicem ferre alicui: pro, offerre, dare. Sæpe enim Romani cauſæ fiduciâ adverſario vel ipſi offerebant Iudicem, vel petebant. Livius lib. 3. cap. *Proinde ut illi iterùm, ac ſæpius provocet, ſic ſe iterùm ac ſæpius Iudicem illi ferre in vindicias ab libertate in ſervitutem dederit.* Et ibid. *Niſi ita eſſet, multi privati ferebant Roſcio Iudicem.* Et lib. 9. cap. *Quid ultra Romano, quid fœderi. quid DIs arbitris fœderis dolet? quam tibi tuarum viarum quem meorum ſuppliciorum Iudicem feram?* Cicero lib. 2. de Orat. cap. *Cùm ei M. Flaccus multis probris objectis P. Marium Iudicem tuliſſet.* Et pro Roſcio Comœdo cap. *Quem ego ſi ferrem Iudicem, refugere non deberem.* Et lib. 2. de Orat. cap. *Si Servius ille Galba cùm Iudices L. Scribonio Trib. pl. ferret familiares ſuos. dixiſſet Libo* &c. Livius lib. 8. cap. *Provoco ad Populum, eumque tibi fugienti exercitûs tui fugienti Senatus Iudicium, Iudicem fero.*

Iudices Olim Romæ etiam Conſules dicebantur. Varro lib. 5. L. L. ubi de luſtro faciendo in verbis ſolemnibus: pag. 62. *Accenſus dicit ſic: Omnes Quirites ite ad conventionem huc ad Iudices.*

Iudicari aliquò: damnari. Men. 1. 1. ✝. 21.

Iuerit: pro, *iuuerit*, Moſt. 3. 2. ✝. 2. Catullus: *Non ita me Dii vera gemunt iuerint.*

Iuger ellebori. Men. 5. 5. ✝. 15. *Non poteſt hæc res ellebori jugere obtinerier.*

Iugis theſaurus. Pſeud. 1. 1. ✝. 82.

Iugiter: pro, valde, eleganti vſu. Mil. 3. 1. ✝. 62.

Iugulare fama. Stich. 4. 2. ✝. 3.

Iugula. Amph. 1. 1. v. 118. Gloſſar. *Iugula*, ἀστὴρ Ὠρίωνος. *Feſtus*: *Iugula*, ſtella Orionis. Benè. Nam *Iugula* eſt pars Orionis, interſtitium inter caput & humeros. Vnde hæ ſtellæ, quod in iugulo Orionis, *Iugulæ*. & ipſe ab iis *Iugula* dictus. Germanicus in Arateis pag. 124. Edit Commel. *Orion, qui & Incola dicitur.* Vbi *Iugula* legendum, quis non videt? Manilius Barbaricâ Sphærâ: *Nunc Cancro vicina canam, cui parte ſiniſtra Conſurgunt Iugulæ.*

Iugum Veneris. Curc. 1. 1. ✝. 50.

Iugum impiorum μιαιφονικῶς. Cicero Philipp. 11. de M. Antonios & P. Dolabellâ: *Quaſi verò non unum idemque bellum ſit contra hoc jugum impiorum nefarium.* Sic Plutarchus Agin & Cleomenem, Reges Spartiatarum, qui commodis populi profuerunt, vocat ζεῦγος δημαγωγῶν. Polybius

lib.3. Hiſtor. τὰς μονομαχίας pugnas ſingulares appellat κατ' ἄνδρα καὶ ζυγὸν ἀγωνισμάτα.

Iunctus urbanitate, virtute, ſcelere. Vide ſupr. *Conjunctus.*

Iunctio. Rarius nomen. Cicero dè Amicit. cap. *Quodſi exemeris ex rerum naturâ benivolentiæ junctionem.* Sic enim ibi leg. nam & paulò ante: *ut omnis civitas aut inter duos, aut inter paucos jungeretur.* Carolus Lang. *vinctionem.* cui non aſſentior. Nam in opt. Mss. erat *junctio.* & *vinctio* vix videtur Latinum. Vulg. *conjunctio.* Vtitur & Varro. lib.4. L. L. *De eius nati, quod fœtus ab eius humore, & eorum junctione ſumitur.* Vbi iterùm Langius *vinctione* malit.

Iungere. Vide & *Conjunctus.* Cicero lib. 3. de Orat. cap. *Quæ quò maior eſt vis, hoc eſt magis probitate jungenda. ſummâq; prudentiâ.*

Iuniores. Caſ. Prol. ℣.15.

Iunix. Cornutus ad Sat. 3. Perſii *Iunix* teneræ ætatis femina bos eſt, quæ iã deſiit vitula eſſe, Mares eadẽ ætate dicũtur *iuvenci* Mil. 2. 3. verſ. 33. Germ. de meretriculâ iuuenculâ: Ein junge Metz.

Iuno vxor Iovis. Bacch. 4. 8. v. 51. Pœn. 5. 4. ℣47. Trin. 1. 2. ℣. 171.

Iuno. *V*xores caras nominabant mariti Iunones ſuas. Caſ. 2. 3. ℣. 14, Bacch. 2. 2. ℣. 39.

Iuno Lucina. Aul. 4. 7. ℣. 11.

Iuno regina. Ciſt. 2. 1. ℣. 36. *Iouis ſupremi filia.* Per errorem adoleſcentis. Coniux enim eſt & ſoror Iouis.

Iuno materfamiliâs. Amph. 2. 2. ℣. 201. Sic dicitur, quia coniugiis præeſſe dicitur,

Iuppiter ſummus. Pſeud. 1. 3 ℣. 30. Ciſt. 2. 1. ℣. 39. Moſt. 1. 3. ℣. 84. Amph. 3. 2. ℣. 52. Capt. 4. 2. verſ. 83.

Iuppiter ſupremus. Moſt. 2. 1. ℣. 1. Pœn. 5. 3. ℣. 3. Pſeud. 2. 2. ℣. 33. Capt. 4. 1 ℣. 1.

Iuppiter. κατ' ἐξοχὴν pro ſummo. Amph. 5. 1. ℣. 25. Caſ. 2. 5. ℣. 15. (℣. 13.

Iuppiter cœli cultor. Amph. 5. 1.

Iuppiter. In blanditijs amantum. Caſ. 2. 3. ℣. 14.

Iuppiter: opulentus, inclytus, Ope gnatus, ſupremus, validus. Viri potens. Perſ. 2. 3, v. 1.

Iuppiter! qui genus colis aliſque hominum: per quem vivimus vitalem ævum. Pœn. 5. 4. v. 14.

Iuppiter Rex Deorum, atque hominum. Capt. 3. 4. ℣. 89. Rud. Prol. ℣. 9. Amphitruo 5. 1. ℣. 69. (2. 2. ℣. 16.

Iuppiter pro *templo Iovis.* Curc.

Iuppiter ille. δεικτικῶς vſurpatur in obteſtationib⁹. Moſt. 2. 3. v. 51.

Iuppiter magne! Pœn. 5. 3. ℣. 40.

Iupiter prodigialis: qui prodigia avertit. Amph. 2. 2. ℣. 107.

Iuppiter terreſtris. Perſ. 1. 3. ℣. 20.

Iuppiter! θαυμαστικῶς. Merc. 5. 2. v. 24. (*Coniuncta.* Mantiſſ.

Iura legeſq;. Epid. 3. 4. ℣. 9. Vide

Iuramentum. Verbum novum: & corruptâ jam integritate Latini ſermonis natum. Veteres dicunt *Iuſiurandum*, etiã qui ducentis poſt Ciceronem annis

annis vixerũt. Quod enim quidam putant Senecam eo uſum, & Iuriſconſultos, fallit eos ratio. Nam in Seneca l.2. de Clementiâ initio ita ſcribendum: *O vocem in concionē omnium mortalium mittendā, in cujus verba Principes Regeſq; jurent, & faciant.* Ita enim ex vett. cod. ope docti viri leg. ubi antea vulgatum, *juramentum faciant.* Vide etiam Lexicon Iuris.

Iurandum, pro, *juſjurandum.* Ciſt.2.1.℣.26. Pſeud.1.1.℣.63. Terent. Andr.4.3.℣.13. Auſon. Popma de vſu antiquę loquut. lib.1.cap.7.

Iurare verbis conceptis. Bacch.4.9.℣.105. Truc.4.2.℣.54. Vide litt. C.

Iurare per oculos. Men.5.9.℣.1.

Iurator; pro cenſore, qui alios ſub iuramento ex animi ſententiâ cenſet. Pœn. prol.℣.58. Trin.4.2.℣.30.

Iuratores: teſtes, qui produci ſolent iurati. Alij, vt Turnebus, interpretantur ſpectatores, & arbitros Fabularum. Pœn. Prol.℣.58.

Iuratus ſum. Curc.3.℣.88.

Iuratus: παθητικῶς, vel deponentaliter dicitur is, qui iuravit. *Iniuratus* qui non iuravit. Amph.1.1.℣.281. Curc.4.4.v.10. Pœn.3.4.℣.26. Perſ.5.3.℣.11. Turneb.19.12. Autor ad Heren. ait, ſe *non potuiſſe adeſſe, ita vt iuratus fuerat.*

Iuratus; iuramento conductus. Pſeud.3.2.℣.3. Rud.5.2.℣.16.17.20.23.42.

Iure iniuſtus; iniuſtiſſimus. Amphitr.1.1.℣.90.

Iure optimo meritò. κατὰ πλεονασμὸν. Moſt.3.2.℣.24. (℣.17.

Iurea; placenta ex iure. Perſ.1.3.

Iurgium. Men.1.2.℣.18. Levius eſt, quàm *lis.* Vide Nonium.

Iurgium auferre. Perſ.5.2.℣.19.

Iuris coctores. Pœn.3.2.℣.9.

Iuruconſultus, & *Iuruperitus.* Frequentius dicitur *Iuruconſultus*, rarius autem *Iuruperitus.* Vtrumq; tamen bonum vocabulum in Iure & Chariſio. Cic.l.2. Philipp.c. Et lib.7. Epiſt.10. ad. Trebatium: *Legi tuas litteras, ex quibus intellexi, te Cæſari noſtro valdè Iureconſultum videri.* Idem pro Cluentio c. *Quis P. Octavio Balbo, ingenio prudentior, jure peritior? fide, religione, officio diligentior, aut ſanctior commemorari poteſt?* Sed ibi nō videtur junctum nomen: ac poſitū potius, ut pri⁹ *ingenio*, & mox *fide* &c. Agellius 11.18. *Id etiā memini, me in libro Ariſtanis Iureconſulti haudquaquam indoctiſſimi viri.* ita v. l.

Pro *Iure* meo, ſuo dicere, orare, imperare, facere, iocari, vindicare iure ſuo. Vide infr. litt. v. *Vindic.* Sed Veteres ferè dicebant *Pro iure tuo.* Interdum & omiſſo *Pro*, quomodo recētiores illis Iuriſconſulti etiam loquuntur. Vulgò hęc paucis nota. {*bi dicitur dies.*

Iuris dies. Men.4.2.℣.16. *Iuris v-*

Iuriſiurandi gratiam facere. Rud.5.3.℣.58. (3.4.℣.90.

Iurium fictor. Iuriſcōſultus. Epid.

Ius

Ius perſequi. Capt. 3. 1. ℣. 32.
Ius ſuum obtinere. Caſ. 2. 2. ℣. 21.
Ius bonum, eſt, quod Cicero in Bruto *Æquum bonum*, appellat: ius moderatum ſcil. Ariſt. τὸ ἐπιεικὲς, τὸ δίκαιον βέλτιον. Moſt. 3. 1. ℣. 124. Pſeud. 1. 5. ℣. 123.
Ius, pro *authoritate*. pro *ſuo jure*. Caſ. 2. 6. ℣. 89.
Ius atque mos. Bacch. 4. 3. ℣. 2.
Ius; de loco judiciorum, ſeu ſellâ Prætoris. Rud. 3. 6. ℣. 22. *Ambula in ius*. Men. 4. 2. ℣. 19.
Ius: æquum. Pſ. 5. 2. ℣. 16. *Ius petis*.
Ius dicere. Bacchides. 3. 3. ℣. 43. Epid. 1. 1. ℣. 23. Eſt Prætoris l. 1. ff. de juris dict. l. ſi filius quæ patri. de vulg. Vide apud Ioh. Coraſium lib. 7. Miſcell. cap. 2.
Ius eſt: fas eſt, par eſt. Perſ. 1. 3. ℣. 26.
Ius faſque eſt. Ciſt. 1. 1. ℣. 22.
Ius & conditio. Vide ſupr. *Conditio*.
Ius: pro loco, in quo jus redditur. Vide Lexic. Iuris. Agellius 7. 1. *Et quodam die jus in caſtris ſedens dicebat, atque ex loco id oppidum procul videbatur, tum è militibus, qui in Iure apud eum ſtabant, interrogavit &c.*
Iuſiurandum: pro, *periurio*. Curculio 2. 2. ℣. 17. Amph. 3. 2. ℣. 50. De etymo diſputat Apuleius de Genio Socratis: ac derivat à *Iovis jurandum*. Perſ. 3. 2. ℣. 4. Vide Lipſium Elect. lib. 1. cap. 18. Ita apud Terent. Andr. 4. 3. ℣. 13. legit Donatus, *iurandum*, pro, *iuſiurandum*: approbatque ibi Rivius.
Iuſiurandum adigere. vide ſupr. *Adigere*.
Ius orare. Trin. 5. 2. ℣. 37. Auſon. præfat. ſuper Gripho ternarii numeri. *Quem ego verum dicere fabor, ius denegabo*.
Iuſſim: κατὰ συγκοπὴν, Iuſſerim. Aſin. 2. 4. ℣. 4.
Iuſſo: juſſero. Men. 1. 3. ℣. 3.
Iuſſus, ûs, ui. Amph. Prol. ℣. 17. *Nunc cuius iuſſu venio, & quamobrem venerim, dicam*.
Iuſta: pro cibarijs, ac demenſo ſervorum dicitur, quæ & *Diaria*. Cicero lib. 1. Offic. cap. *Eſt autem infima conditio & fortuna ſervorum, quibus non malè præcipiunt, qui ita iubent uti ut mercenarijs operam exigendam, juſta præbenda*. Ita omnes lib. vett. Columella: *Diligenter dominus, cùm & ab ipſis (*vinctis*) tum & obſoletis, quibus maior eſt fides, quærat, an ex ſuâ conſtitutione juſta præcipiant, atque ipſe panis potionisque bonitatem guſtu exploret*.
Iuſta: quæ Barbari, *Requiſita* vocant. *Solemnia* quoque dici poſſunt. Cicero de Haruſp. reſp. cap. *Omnia ſolemnia ac iuſta ludorum omnibus rebus ſummâ cum cærimoniâ ſervata*.
Iuſta facere; ſc. funebria, ἐπικήδεια νόμιμα. Ciſt. 1. 3. ℣. 28.
Iuſtum: pro facili, humano, & leni. Vt *juſtum*, pro gravi, aſpero. Terent. Andr. 1. 1. ℣. 8. *Ego poſtq*

poſtquam te emi à parvulo, ut ſemper apud me iuſta, & clemens fuerit ſervitus. Virgil. Georg. *Iniuſto ſub faſce viam dum carpit.*

Iuſtitium: pro intermiſſione & quiete. Livius lib. 26. c. *Moderati animi gloriam eo die adeptus Conſul, Senatum dimiſit, ac propè iuſtitium omnium rerum futurũ videbatur, donec alter Conſul ad Vrbẽ veniſſet.*

Iuſtus: pro æquo, bono, recto: cui contrarius, *Iniuſtus.* Plautus Pſ. 1. 3. ℣. 71. Cic. lib. 1. Epiſt. 1. ad Lentulum: *Eo die acerbum habuimus Curionem, Bibulum multò iuſtiorem, panè etiam amicum.*

Iuvantibus DIS. ξὺν Θεῷ Græci: nos rectè, *DEO juvante*, Livius lib. 7. c. *Perge. Eſt nomen Romanum iniuſtum juvantibus DIs præſta.* Et lib. 21. c. *Primo vere edito adſitis. ut DIs bene iuvantibus bellum ingentis gloriæ prædaque futurum incipiamus.*

Iuvare operâ conſilioq;. Mil. 2. 1. ℣. 59. Pſeud. 1. 1. ℣. 17.

Iuvare: delectationem & voluptatem notat. Moſt. 3. 2. ℣. 2. Capt. 1. 2. ℣. 33. Mil. 2. 3 ℣. 96. Lucret. lib. 5. v. 1378. Horatius ſæpè uſurpat.

Iuvare: Cum tertio caſu. Ciſt. 1. 1. ℣. 118. *Quãdo ita tibi iuvat, vale.* Vide etiam, *Decet.*

Iuvare dicitur *cibus* cùm ſum⁹ ἀρέσκοντι. Sic quoq; *beare.* Capt. 1. 2. ℣. 33. *Neq; umquam quicquam me juvat, quod edo domi, foras etiam quantillum quod guſto, id beat.* Eod. ſenſu ibid. ℣. 75. *Nam iſtoc pauxillo me adſiduò victu delecto domi.* Val. Flaccus l. 8. Argon. v. 162. *Quod nulla te nata dapes non ulla iuvabant Tempora.* Vide etiam *Oblectare.* Ita quoq; ait Plautus Moſt. 3. 2. ℣. 2. *Melius hoc anno non mihi fuit domi: nec quando eſca benè me juverit magis.* Sic Ariſtophanes inquit, τοῖς σιτίοις οὐδεμίαν χάριν οἶδ' ἰδίαν.

Iuvenes: pro militibus. Livius l. 22. c. *Qui ex turbâ audientium juvenum ſæpe ferociter concionantum magiſtrum equitum.*

Iuvenalis: pro, *Iuvenilis.* Hodie vix notũ: olim uſitatum: poſterioribus tamen, ut puto: non item Ciceroni, & alijs ejus ætatis. Plinius l. 33. c. 2. *Cũ C. Sulpitius Galba, dum iuvenalem famam apud principem popinarum pœnis aucupatur, quæſtus eſſe in Senatu. &c.* Tacitus l. 14. c. *Iuvenalium commeminit, qui erant ludi pro ſalute iuvenum inſtituti.* Vlpianus l. 15. ſi maritus ad l. Iuliam de adult. *Saneſi iuvenali facilitate ductus, vel etiam fervore ætatis accenſus ad accuſationẽ proſilit.* &c. Ita Pand. Flor. Priſcian. l. 4. *Mors, mortis, mortalis, iuvenis, iuvenalis: invenitur tamen & juvenilis, princeps, principalis.* Eo & uſus quoq; eſt Ovidius: ſed hodie loci ferè ſunt mutati.

Iuventus: iuvenes. Pœn. 5. 4. v. 10.

Iuvencus domitus, indomitus Truc. 2. 2. ℣. 64.

Iuxta:

Iuxta in comparationibus eleganter vſurpatur pro, *aquè, ſimiliter.* Aul. 4.7. ℣ 1. Mil. 2.2. ℣.79. Pſeud. 4.7. ℣.62. *Neſcio iuxta cum ignariſſimis.* Perſ. 2. 2. ℣.67. *Iuxta tecum ſi tu neſcis, neſcio!* & Perſ. 4.3. ℣.75. Trin. 1.2. ℣.160. Truc. 2.6. ℣. 40. Particula obſervanda quoque in Cicerone ſæpicule, & Salluſt. in Catil. cap. 58. *Iuxta mecum.*

Iuxta aſſiſtere. Trin. 3.1. ℣.24.

K.

Kalendaria. Sacrificia adiectione anniverſarijs oppoſita apud Veteres. Servij verba ad illud Virgilij lib. 8. Aen. ℣. 172. *Interea ſacra hac* &c. ſunt iſta: *Anniverſaria ſacrificia id eſt ſolennia, ideò non differuntur, quia nec iterari poſſunt. Solemne autem hoc eſſe, ipſe ait: forte diem ſolemnem illo Rex Arcas honorem. Nam Kalendaria ſi qua fuerint ratione dilata, poſſunt repeti: nec piaculum eorum intermiſſione committitur.*

Kalendarium. liber, in quo nomina, & pecunia funebris, quam kalendis ſolent in fœnore ponere, atque illinc uſuras ordiri. Seneca lib. 1. de Ben. cap. 2. *Nemo beneficia in Kalendario ſcribit.* & Epiſt. 14. *Kalendarium verſare.* Et Epiſt. 87. *Kalendarium volvere.* Vide Budæum ad l. tali. §. ſocer. ff. de Iure dot. & Lexic. Iuris.

L.

Labaſcere: errare, falli. Rud. 5.3. ℣.38.

Labat res. Stich. 4.1. ℣.16.

Labefactare. Merc. 1.3. ℣.68.

Labellum: in blanditijs. Pœn. 1.2. ℣.153. 170. 172. 175.

Labellorum morſiuncula. Pſeud. 1. 1. ℣.65. Vide litt. M.

Labes: pro *damno.* Capt. 4.3. ℣.3.

Labes: pro hiatu terræ, ut ex terræ motu tales ſolent fieri hiatus. Cicero Divinat. 1. cap. *Tantos terra motus in Liguribus, Gallia, compluribusq; inſulis, totâq; in Italiâ factos eſſe, ut multa oppida corruerint, multis locis labes facta ſit, terraq; deſederunt.* Et eod. lib. capite. *Delata etiam ad ſenatum labes agri Privernatis cùm ad infinitam altitudinem terra dejediſſet.* Livius lib. 42. cap. *Dextra pars labe terra in aliquantum altitudinis diruta erat.* Et in libro Variorum Authorum de limitibus: *Tum etiam terra à tempeſtatibus vel turbinibus plerumq; labe movebitur.* Vlpianus ex Servio lib. 15. ex conducto 5.1. Locati. *Sed etſi labes facta ſit, omnemq; fructum tulerit.* Et Labeo l. ult. cod. 3. *Si vivum quem faciendum conduxeras & feceras antequam eum probares, labes corrumpit periculum tuum.* Iuſtinus lib. 36. *In Aſiâ quoq; die idem terra motus Rhodum multas alias civitates gravi ruinarum labe concuſſit.* Sic. v. l. vulg. *mole.*

Labes: pro caſu, lapſu, & fluxu. Vide & infr. Lues. Livius lib. 21. cap. *Vt verò tot hominum jumentorumq; inceſſu dilapſa eſt, per nudam infra glaciem fluentemque labem liqueſcentis nivis ingrediebantur.* Et lib. 3. cap. *Itaque qui primò erant haſtati, per curva loca corporum, armorumque, & labem ſanguinis, quâ quisque poterat, ſequentes hoſtem & ſigna & ordines confuderunt.* Sammonicus Severus: ubi de caſu laborantium morbo caduco ſive comitiali:

Concilium populi labes horrenda diremit.

Labes: ut *Peſtis.* Sed videtur Plautus joci captandi gratiâ ſic uſus, κατὰ παρήχησιν Capt. 4. 3. ℣. 3. *Quanta pernis peſtis veniet, quanta labes larido?* Cicero in Piſon. cap. *Nam quid ego de Conſulatu loquar? Parto vis an, ne geſto? Miſerum me! Cum hac nunc me peſte atque labe confero.*

Labes populi: in convitio. Perſ. 3. 3. ℣. 4.

Labendi verbum Poëtis idem ferè, quod, *moveri*, vel *Procedere*, etiam de flumine. Eo ſæpe ita utitur Ennius, & Virgilius eum, ut ſolet, ſequutus.

Labia. Stich. 5. 4. ℣. 41.

Labor, **Laborare**, **Labioſus**. Notio horum non ſatis nota. Eſt enim Labor, non opera, ſed gravis functio muneris, & dura perpeſſio, ſive dolor, ut Græcis πόνος. Plautus Curc. 2. 1. ℣. 4. *Valetudo decreſcit labor.* Idem conjungit Pſ. 2. 3. ℣. 20. *In labore, atq; in dolore.* Ter. Andr. 4. 3. ℣. 5. *Verùm ex eo nunc miſera, quem capit laborem!* Sic v. l. teſte Faerno, & quatuor noſtri Mss. Pall. quos contuli. Interdum tamen a Labor dolore differt apud Cic. Tuſc. l. 2. c. *Intereſt aliquid inter laborē & dolorem. Sunt finitima omninò, ſed tamen differunt aliquid. Labor eſt functio quædam vel animi vel corporis gravioris operis & muneris: dolor autē motus aſper in corpore alienus à ſenſibus &c. cùm varices ſecabatur. C. Mario dolebat: cùm ceſtu magno ducebat, agmen laborabat.* Sic ferè Labores Lunæ, pro Eclipſi dixit Virgil. lib. 2. Georg. ℣.

Defectus ſolis varios Lunæq; labores.

Secutus, ni fallor, Ciceronē, qui *laborare Lunam* dixit lib. 1. Tuſc. c. Labores à vett. dicūtur pericula, graves ærumnæ, & calamitates. Sic & Labores *Herculis*, & *ærumnæ* dicuntur. Latinè Cic. *Labores* & *Pericula* junctim ponit. Vide infra Mantiſſ. *Parallela*. Virgil. lib. Georg. ℣. 68

——*ſubeūt morbi, triſtisq; ſenectus,*
Et labor & duræ rapit inclemētia mortis.

Idem lib. 6. Aen. ℣. 277.

Terribiles viſu formæ, letumque laborque,

Cic. l. 2. de fin. c. *Suavis eſt præteritorū laborū memoria.* Et Lucull. c. *Credoq; Clitomacho ita ſcribenti, Herculi quendam laborem exanclatum à Carneade.* Et lib. 1. de fin. c. *Pericula, labores, dolor &c.* Et lib. 13. Epiſt.

Iſtactenus. Bacch. 1. 2. ℣. 58.

I'σκός: eſt κλέπτης, fur. *Pſeud.* 2. 4. ℣. 48. Sapit ἰσκὸν αὐτόκλαφης. h. e. manifeſtum furem. Vide Notas & Animadverſiones.

Iſthæc: iſtæ. Moſt. 1. 3. ℣. 116. Capt. 5. 2. ℣. 16. Pſeud. 1. 3. ℣. 9. Bacch. 3. 3. ℣. 6. (3. ℣. 16.

Iſtæ: pro, *iſti*. dandi caſu. Truc. 4.

Iſtimodi. Truc. 5. 1. ℣. 38. Vbi tamen metri gratiâ legendum, *Iſtiuſmodi*.

Iſtic; pro, *iſte*: Capt. 3. 4. ℣. 16. 74. & 5. 3. ℣. 10. Truc. 2. 6. ℣. 40. Rud. 5. 2. ℣. 4. Pſeud. 1. 3. ℣. 100. & 2. 4. ℣. 47. & 4. 7. ℣. 96. Bacch. 2. 3. ℣. 74. 97. Epid. 5. 1. ℣. 34. Ciſt. 2. 3. ℣. 56. Pœn. 3. 3. ℣. 12. Merc. 4. 4. ℣. 19. Amph. Sc. DI voſtram. ℣. 47.

Iſtim. pro, *iſtinc*. Trin. 2. 4. ℣. 197. Sic *Illi*, *iſti*, pro *illic*, *iſtic*: & *illim*, pro, *illinc*. Pœn. 5. 2. ℣. 27. Merc. 3. 1. ℣. 13. ſic ibi Mſſ. Pall. Vſurpavit & Cicero antiquum hoc adverb. lib. 6. Epiſt. 20. *te iſtim ne temere commoveas*. Et ad Plancum: *Ita erant omnia, quæ iſtim adferebantur, incerta*. Et ad Tironem: *Iis enim ventu iſtim navigatur*. Et lib. 7. Attic. Epiſt. 20. *Iſtim enim emanant*, Sic enim ibi leg. in antiqq. libb. Mſſ. ut docet P. Victorius ad lib. 6. Epiſt. 6. Famil. Vide etiam Muretum lib. 12. cap. 11. Var. lect. Pomponius apud Nonium in Rutrum: *Sarculum hinc inde profectus, illim rediſti rutrum*. Et ſic correctum eſt in Lucretio lib. 5. ℣. 573. ubi antea erat. *illum*.

Iſtinc: pro, *hinc*. Trin. 2. 4. ℣. 197.

Iſto; propter id. Rud. 4. 7. ℣. 8.

Iſtò: pro, *Iſtoc*. Mil. 2. 5. ℣. 45. Vide ſuprà, *Illà*, pro, *Illac*.

Iſtoc; dandi caſu. pro, *iſti*. Bacch. 3. 1. ℣. 15. (222.

Iſtoc magis; *quia*. Amph. 1. 1. ℣.

Iſtoc: pro, *eò*; comparativè. Epid. 1. 2. ℣. 8. *Iam iſtoc probior es*.

Iſtuc; pro, *iſtud*. Amph. 2. 1. ℣. 14. & 2. 2. ℣. 115. Epid. 2. 2. ℣. 23. Ciſt. 1. 1. ℣. 79. Men. 5. 2. ℣. 55. Caſ. 3. 5. ℣. 35. Pſeud. 3. 2. ℣. 14. Truc. 5. 1. ℣. 17.

Iſtuc verbi quid eſt? Elegans ſyntaxis, & ſæpe à Plauto frequentata. Curc. 1. 1. ℣. 32. Ciſt. 2. 3. ℣. 61. Epid. 3. 2. ℣. 14.

Iſtuc: Idem, quod τεχνικῶς articulo Græco τὸ exprimimus. Moſt. 1. 1. ℣. 68.

Iſtuc. Ciſt. 2. 1. ℣. 32. & 2. 3. ℣. 69. & 2. 4. ℣. 54. Bacch. 2. 2. ℣. 31. & 3. 6. ℣. 32. & 5. 2. ℣. 52. Trin. 2. 2. ℣. 38. 72. Pœn. 1. 1. ℣. 21. 23. 28. & 1. 2. ℣. 40. 50. & 3. 3. ℣. 24. 31. Aul. 1. 1. ℣. 39. Bacch. 1. 1. ℣. 18. & 2. 2. ℣. 27. Mil. 1. 1. ℣. 29. & 2. 3. ℣. 15. 21. Pſeud. 4. 1. ℣. 10. 35. & 4. 2. ℣. 16. Epid. 1. 2. ℣. 25. 43. 92. & 2. 2. ℣. 76. 92. 109. Trin. 2. 2. ℣. 102. & 2. 4. ℣. 172. & 3. 2. ℣. 49.

Iſtuc ludi: pro, iſtum ludum. Truc. 4. 2. ℣. 7.

Iſtuc eſt. Truc. 2. 7. ℣. 56.

Iſtri. Men. 2. 1. ℣. 10.

It dies. Vide litt. D.

Ita: αὐξητικόν. Rud. 1. 1. ℣. 5.

Ita; pro, *quia*. Moſt. 3. 2. ℣. 45. *Quidum? ita*.

Ita enimverò. Moſtellaria 3. 3. ℣. 17.

Ita ergò. Trin.2.4.℣.65.
Ita profectò. Amph.5.1.℣.48.
Ita verò. Men.5.6.℣.37.
Ita. Particula in Iuramentis, votis & exſecrationibus frequentata, vide infr. Mantiſſ. de Particulis. *Ita vivam!* Aul. 4.10.℣.31. Capt. 4.7.℣.97. Bacch. 1.3.℣.3. Stich. 4.1.℣.1. & 5.4.℣.3.& 5.5.℣.1.13. Merc. 4.4.℣.23. Pœn.1.2 ℣.76.& 1.3.℣.30.31. & 3.1.℣.1. *Ita me DI ament!* & 4.2.℣.5.& 5.4.℣.47. Pſeud.4.1.℣.33. Perſ. 4.4.℣.88.101.& 4.3.℣.21. Ciſt. 2.1.℣.42. Moſt.1.3.℣.14.25.& 2.1.℣.51.& 2.2.℣.86. Mil.2.6.℣ 21.& 5.1.℣.10. Curc.1.3.℣.52.& 2.3.℣.47. & 4.4.℣.18.21. Pſeud.4.1.℣.16. Trin. 2.4.℣.46. Pœn.4.2.℣.87. & 5 4.℣.86.& 5.5.℣.46. Truc.2.2.℣.21. Trin.4.3.℣.17. Terent. Adelph.4.5.℣. 47. *Ita velim me promerentem ames, dum vivas, mi pater, ut me hoc delictum admiſiſſe in me, id mihi vehementer dolet, & tui me pudet.* Heaut.2.3.℣.67. *Ita me DI ament! ubi ſim neſcio.* Et 4.3.℣.8. *Ita me DI ament! ut ego nunc non tam meapte cauſâ lætor.* Ead. fab.5.4.℣.7. *Ita mihi atque hujus ſis ſuperſtes, ut ex me atque hoc natus es.* Ibid. 3.3.℣.8. *Ita me DI ament, metui.* Et 4.5.℣.1. *Ita me DI amabunt!* Et 5.1.℣.80. *Ita me DI ament!* Cicero lib.5. Attic. Epiſt. 15. *Quæris, quid hic agam: Ita vivam! ut maximos ſumtus facio, & ita ut &c.* Et lib.2.Fam.Epiſt.13. *Nam ita vivam! putavi.* Seneca de D. Bruto lib.11. Epiſt.ult. *Juſſuſque præbere cervicem, præbebo, inquit. Ita vivam!* &c. Et lib. 1. Epiſt.10. Cicero: *Sollicitat, Ita vivam! me tua, mi Tiro, valetudo.* Q. Cicero Marco Fratri lib.16. Epiſt.16. de Tirone: *Mi Marce, ita te, meumque Ciceronem, & meam Tulliolam, tuumque filium videam, ut mihi gratiſſimum feciſti, cùm eum indignum illâ fortunâ nobis amicum, quàm ſervum eſſe maluiſti.* Et in Verr. Accuſ. 5. cap. *Ita mihi meam voluntatem ſpemque reliquæ vitæ veſtræ Populique Rom. exiſtimatio comprobat, itaque, quos adhuc mihi magiſtratus P. R. mandavit, ſic eos accepi, ut me omnium officiorũ obſtringi religione arbitrarer.* Et mox: *Ita mihi Deos omnes propitios eſſe velim, ut tametſi mihi jucundiſſimus eſt honos populi, tamen nequaquam tantum capio voluptatis, quantum ſollicitudinis & laboris.* Vbi Aſconius. *Genus jurisjurandi, quo dicitur, Tantum mihi divinitas faveat, quantum verum eſt illud quod dico.* Auguſtus apud Sueton. Tiber. cap. 21. *Iucundiſſime, &, ita ſim felix! vir fortiſſime.* Cicero lib. 5. Epiſt.21. *Nam tecum eſſe, ita mihi commoda omnia, quæ opto, eveniant! ut vehementer volui.* Propert.lib.1.Sat.7. *Atque ita ſim felix! primo contendis Homero.*
Ita DI faxint! Aul.2.1 ℣.27.& 4.10.℣.

10.℣.57. Trin.2.4.℣.99.102. *Benè feliciterque vertat!*

Ita. Eleganti vſu, & qui vix verbis exprimi poteſt. Moſtellaria 3.1.℣. 49. *Sed Simo, ita nunc ventus navem noſtram deſeruit.*

Ita; cauſam impedientem ἐμφωνηματικῶς notat. Ciſt. 1.3. ℣ 3.

Ita: vim inferendi habet ἐμφωνηματικῶς. Amph. 5.1.℣.3.5.9.15.48. Aulularia Prol. ℣.9.& 3.6 ℣.28.29.& 4.2.℣.2. Mil.2.4.℣.44. Perſ.4.3.℣.8.& 5.2.℣.7. Men.1.2.℣.9. Pœn.1.2.℣.110.& 4.2.℣.16. Capt.3.1.℣.10. Mil. 2.6.℣.39.

Ita: notat cauſam impellentem. Aul.3.1.℣ 5. Moſtell. 2.1.℣.5. & 3.1.v.33.122.151.& 4.3.℣.4. Trin.2.2 ℣. 62.& 2.4.℣.143. & 3.2.℣.32.& 4.1.℣.16. Truc. 2.4.℣.14. & 2.6.℣. 45 & 4.1. ℣.3. & 4.3.℣.9. Monæchmi 1.1 ℣.24. & 4.2.℣.31.& 5.2.℣. 85 & 5.4.℣.9. Rudens 1.4.℣. 2.& 3.5.℣ 43.45. Bacchides 2.2.℣.3. &2.3.℣.110.& 5.1. ℣.10. Capteivei 3. 1.℣.5. & 4.4 ℣.5. Pſeudolus 1.1.℣ 105.&1.2. ℣.4. & 3.2.℣.103. & 4.2.℣ 39. Ciſtellaria 2.1.℣. 5.11.58.& 4.2.℣.20. Pœnul. Prolog. ℣. 111. & 5.4 ℣.78. Epidicus 1.1. ℣.58.& 1.2.℣. 57. Rudens 2.3.℣.50.& 5.2. ℣.15. Pſeudolus 1.5.℣.4.& 5.1. ℣.8.

Ita: hoc modo. Mercator 2.3. ℣ 92.

Ita: ſimilitudinem notat. Ciſt.2. 1.℣.7.

Ita, uti. Caſ.2.3.℣.18.

Ita, ut non æquè. Mil. 3.1.℣.179.

Ita, ut. pro: *talis, qualis.* Moſt.3.1. ℣.112. Vide, *Ut.*

Ita ut occœpi dicere. Formula ſolemnis ibi cùm quid inſtitueris, atque ab eo digreſſus aut etiam avocatus, idem reperas poſtea, narrationi continuandæ. Rud.4.4.℣ 21.75. Stich. 4.2.℣.1. Trin.4.2.℣.52. Curculio 1.1. ℣.43. Pœn. 2.1. ℣. 24.

Ita loquor. Adfirmandi particulæ ad interrogationem, pro quo nos ſimpliciter, *Ita*, dicimus. Græci φημὶ ἐγώ. Vide interpr. Ariſtophanis de accentûs ratione. Moſt. 4.2.℣.31.

Ita eſt; ſunt. Perſ.4.6.℣.25. Men. 2.1.℣.33. *Tale eſt.* Stich.5.5.℣. 3 *Ita comparatum eſt.* Men.2. 1.℣.33. Merc.2.3.℣.105. Rud. 2.4.℣.19. *Ita eſt lex.*

Ita eſt ingenium meum. Stich.4. 2.℣.46. Amph.3.2.℣ 18. Vide, *Sic ſum:* & paulò poſt, *Ita ſum.*

Ita eſt diſciplina; talis. Truc.1.1. ℣.30.

Ita eſt ſententia. Mil.4.8.℣.46.

Ita negotium eſt. Perſ.4.6.℣.11.

Ita: παρέλκει. Amph.2.1.℣.24.

Ita; talis, tales. Truc. 4.4 ℣.36. *Ita ſunt gloriæ meretricum.* Bacch. 5.2 ℣.61. Moſt.2.2.℣. 21. Pœn.3.6.℣.16. *Ita ſunt divites.* Trinummus 2.4.℣.95. & 3.1.℣. 19. *Ita ſis, ut nomen cluet.*

Ita ſum. Rud.Prol.℣.3. Bacch. 5.2.℣. 61. Ciſt.2.1.℣.7. Perſ. 2.4 ℣.13. Vide etiam, *Sic ſum.*

Ita habet res: pro, talis eſt rei facies,

cies, ſive conditio. Moſt.3.1. ℣.14.

Ita volo. Vide litt. V. *Volo item.*

Itare: pro, *ire.* Moſtellaria 1.2. ℣. 48.

Itáne? Formula interrogandi de re, quæ admirationem, aut etiam moleſtiam adferret. Mil.1.1.℣.66. Terent. Heaut. 5.2.℣.1. *Itane tandem quaſo Menedeme?* Similes formulæ ſunt *Itane eſt? Itane verò? Ain' tu? Ain' tandem?* &c.

Item. Aul.Prol.℣.20. Trucul.2.6.℣.55. Bacchides 4.9.℣.28.41.

Item, pro, *autem.* Aulularia 2.2.℣.49.

Item, vt. pro, ſimiliter. Pœnolus. 1.1. verſ. 15. Captervei 5.4.℣.11.& Prol.℣.55. Pſeud.1.2.℣.63.&3.2.℣.80 83.21. Truc.2.4.℣.24.& 4.2.℣.36. Rud.2.4.℣.?.Curc.4.2.℣.13.Ciſt.1.2.℣.23. Merc.5.2 ℣ 33. Men 5.7.℣.49. Cicero pro Cluent.cap. *Vos quaſo, ut adhuc me attentè audiſtis, item quæ reliqua ſunt audiatis.* Symm.lib.1.Epiſt.11. *Sed ut hoc mea verecundia cōpetit, itē tua humanitati eſt.*

Item: etiam, pariter. Sunt particulæ ἀναφορικαί. Aſinaria Prol.℣.15. Trin.4.2.℣.32.& 4.2.℣..Truc.4.2.℣54 & 4.3.℣.64.

Item, quaſi. Pœnolus 1.2.verſ.31.

Item: tales. Pœn.1.2.℣.35. *Item nos ſumus.*

Item. idem etiam. Curc.1.1.℣.27.

Item: itidem, ſimiliter. Rud.4.3.℣.86. Pſeud.1.2.℣.66. Men.5.7.℣.49. Truc.4.2.℣.36.

Iter capere aliquò. pro, *ſuſcipere.* Bacch.2.3.℣.91.

Iter avertere: aliò ſe flectere. Cæſar. lib. 1. bell. Gall. cap. *Quod iter ab Arari Helvetij averterant.* Et poſt eod. lib.c. *Iter ab Helvetijs avertit.* Livius lib.21. cap. *Tria millia inde Carpetanorum peditum iter averterunt.*

Iterare. Ruſticum planè verbum oſtendit Columella lib.2.c.4. Ibid. dicit, *altero ſulco ſerere.* Auſonius Centone: *Itq; reditque totiens.* Priap.52. *Alterius ineundo & exeundo.* Apuleius Ἀσίνου. *Iterentq; ſulcos molles arvo Venerio.*

Iterare: pro, renunciare. Amph. 1.1.℣.56.

Iterare: memorare iterū. ἀρχαϊκῶς. Aſin 3.2.℣.2. Caſ.5.2.℣.5. Trin.4.1.℣.13. Pœn.4.2.v.99.

Itiner. Merc.5.2.℣.71.89.

Itidem quaſi. Stich. 2.3.℣.25.& Moſt. 1.3.℣.119. Rud 4.3.℣.69. *Itidem vt.* ℣.71.

Itidem: pro, *etiam.* Capt.3.4.℣.75.Stich.4.1.℣.17. Truc.4.2.℣.25.

Itidem: ſimiliter, pariter: abſque aliâ particulâ præcedente. Aſin.1.3.℣.67. Ciſt.4.2.℣.64. Amph. 1.1.℣.286. Bacch.3.3.℣.6.

Itidem vt: pro, *ſicut.* Curculio 3.verſ.80. Rudens 3.2.℣.45.46. *Itidem quaſi.* Trin.4.2.℣.135.

Itio. Amphitruo 1.2. verſ. 28.

Iuba: καταχρηστικῶς, de capillis virorum. Mil. 1.1.℣.64.

Iubæ: anguibus & draconibus tribui ſolent, quæ quidem criſtæ ſunt in illorum capitibus eminentes. Amph. 5.1. ℣.56. Sic Valer. de Dracone aureũ vellus cuſtodiente: *Iamq; alta ceciderejuba*. Vide Turn. l.29.4. Adu. & Plin. l.35.9.

Iubeo. Veteribus interdum valet idẽ ferè quod *percupio*: à quo multum differt *Impero*. Terẽt. Andr. 3.3. ℣.1. *Iubeo Chremetem ſalvere*. Interdum valet, *rogo*, atque *imperio*. quod notat Donatus. Et Juriſconſulti in fidei admiſſis quæ nõ.

Jubendi verbo alia verba infiniti modi jungi ſolent in actionis ferè ſignificatu & voce: etſi in libb. ed. plerumque ea ſint mutata. Livius lib.30. cap. *Nuptias in eum ipſum diem repente parare jubet*. Et lib.35. cap. *Proſe quiſq; revocare jubebant*. Vulg. *revocari*.

Iucundus. Interdum ad fruges, pro fertili, aut benè creſcẽte. *Latum* id vocant veteres. *Varro r. r.* lib.1. cap. 40. *Illud quod fulmen concepit, ſi in pyrum ſylvaticam inſeveris, pyrum quamvis bonam, non fore tam jucundam, quàm ſi in eã, quæ ſylveſtris non ſit*. Et cap. 56. *Quod ita ſit iucundius pabulum, ex eo intelligitur, quod pecus utroque poſito libentius eſt*.

Iudex pro arbitro. Moſt. 3.1. verſ.26.

Iudicare lites. Merc. 2.2. ℣.10.

Iudicare rem perfidioſè. Curc. 5.3. ℣.40.

Iudicare perduellionem alicui: pro eo, quod, de aliquo judicare in crimine perduellionis. Livius lib.1. cap. *Rex* &c. *Concilij populi advocato Duumviros, inquit, qui Horatio perduellionem judicent, ſecundùm legem facio. Lex horrendi carminis erat: Duumviri perduelliſonem judicent*. Et mox: *Tum ex his P. Horati, tibi produelliſonem judico*. Idem lib.26. cap. *De eo quoque novum certamẽ ortum. Nam cùm Tribunus bis pecuniam acquiſiſſet, tertiò capitis ſe acqairere diceret: Tribuni pl. appellati, cùm Collegæ negarent, ſe in morá eſſe, quo minus, quod ei more maiorum permiſſum eſſet, ſeu legibus ſeu moribus vellet, acquireret quoad vel capitis vel pecuniæ indicaſſet privato, tum Sempronius perduellionis ſe judicare. Cn. Fulvio dixit, diemque Comitijs ab* C. *Calpurnio Prætore petit*.

Iudicare hæreditatem: h.e. de hæreditate. Cicero de leg. Agrar. cap. *Primùm Populi Rom. hæreditatam Decemviri judicent. cùm vos volueritis, de privatis hæreditatibus Centumviros judicare*.

Iudicare res. Dicebant ſæpe veteres, quod nunc ſimpliciter *Iudicare*. Vide infr. *Res judic*. Cicero Philipp.1. cap. *Itaque viri fortiſſimi*. &c. *res & judicant, judicauerunt. Hic enim eſt legis iudex, ut hi tres in tertia Decuriâ judicent, qui liberè judicare non audeant*. Ita in opt.

opt. cod. Vatic. teſte Mureto, & Faerno.

Iudicatus, ûs. Munus eſt & officium Iudicis, vel Conſulatûs. Vide *Parricidatus* , *Oratus*, &c. Cicero Philipp. *Quid iſti ordini judicatus L. Iuliâ* &c. *non patebat?*

Iudicem ferre alicui pro, offerre, dare. Sæpe enim Romani cauſæ fiduciâ adverſario vel ipſi offerebant Iudicem, vel petebant. Livius lib. 3. cap. *Proinde ut illi iterùm, ac ſæpius provocet, ſic ſe iterùm ac ſæpius Iudicem illi ferre in vindicias ab libertate in ſervitutem dederit.* Et ibid. *Niſi ita eſſet, multi privati ferebant Roſcio Iudicem.* Et lib. 9. cap. *Quid ultra Romano, quid fœderi, quid DIs arbitris fœderis dolet? quam tibi tuarum viarum quem meorum ſuppliciorum Iudicem feram?* Cicero lib. 2. de Orat. cap. *Cùm ei M. Flaccus multis probris objectis P. Marium Iudicem tuliſſet.* Et pro Roſcio Comœdo cap. *Quem ego ſi ferrem Iudicem, refugere non deberem.* Et lib. 2. de Orat. cap. *Si Servius ille Galba cùm Iudices L. Scribonio Trib. pl. ferret familiares ſuos. dixiſſet Libo* &c. Livius lib. 8. cap. *Provoco ad Populum, eumque tibi fugienti exercitûs tui fugienti Senatus Iudicium, Iudicem fero.*

Iudices Olim Romæ etiam Conſules dicebantur. Varro lib. 5. L. L. ubi de Iuſtro faciendo in verbis ſolemnibus: pag. 62 *Accenſus dicit ſic: Omnes Quirites ite ad conventionem huc ad Iudices.*

Iudicari aliquò: damnari. Men. 1. 1. ✠ 21.

Iuerit: pro, *iuverit*, Moſt. 3. 2. ✠. 2. Catullus: *Non ita me Dîi vera gemunt iuerint.*

Iuger ellebori. Men. 5. 5. ✠. 15. *Non poteſt hac res ellebori jugere obtinerier.*

Iugis theſaurus. Pſeud. 1. 1. ✠. 82.

Iugiter: pro, valde, eleganti vſu. Mil. 3. 1. ✠. 62.

Iugulare fama. Stich. 4. 2. ✠. 3.

Iugula. Amph. 1. 1. v. 118. Gloſſar. *Iugula*, ἀστρονόμιον. *Feſtus*: *Iugula*, ſtella Orionis. Benè. Nam *Iugula* eſt pars Orionis, interſtitium inter caput & humeros. Vnde hæ ſtellæ, quod in iugulo Orionis, *Iugula*. & ipſe ab iis *Iugula* dictus. Germanicus in Arateis pag. 124. Edit Commel. *Orion, qui & Incola dicitur.* Vbi *Iugula* legendum, quis non videt? Manilius Barbaricâ Sphærâ: *Nunc Cancro vicina canam, cui parte ſiniſtra Conſurgunt Iugula.*

Iugum Veneris. Curc. 1. 1. ✠. 50.

Iugum impiorum μεταφορικῶς. Cicero Philipp. 11. de M. Antonios & P. Dolabellâ: *Quaſi verò non unum idemque bellum ſit contra hoc jugum impiorum nefarium.* Sic Plutarchus Agin & Cleomenem, Reges Spartiatarum, qui commodis populi profuerunt, vocat ξυνωρίδα δημαγωγῶν. Polybius lib. 3.

lib. 3. Hiſtor. τὰς μονομαχίας pugnas ſingulares appellat κατ' ἄνδρα καὶ ζυγὸν ἀγωνισμάτα.

Iunctus urbanitate, virtute, ſcelere. Vide ſupr. *Conjunctus.*

Iunctio. Rarius nomen. Cicero dè Amicit. cap. *Quodſi exemeris ex rerum naturâ benivolentiæ junctionem.* Sic enim ibi leg. nam & paulò ante: *ut omnis civitas aut inter duos, aut inter paucos jungeretur.* Carolus Lang. *vinctionem.* cui non aſſentior. Nam in opt. Mss. erat *junctio.* & *vinctio* vix videtur Latinum. Vulg. *conjunctio.* Vtitur & Varro. lib. 4. L. L. *De eius nati, quod fœtus ab eius humore, & eorum junctione ſumitur.* Vbi iterùm Langius *vinctione* malit.

Iungere. Vide & *Conjunctus.* Cicero lib. 3. de Orat. cap. *Quæ quò maior eſt vis, hoc eſt magis probitate jungenda ſummâq; prudentiâ.*

Iuniores. Caſ. Prol. ℣. 15.

Iunix. Cornutus ad Sat. 3. Perſii *Iunix* teneræ ætatis femina bos eſt, quæ iã deſiit vitula eſſe. Mares eadẽ ætate dicũtur *iuvenci* Mil. 2. 3. verſ. 33. Germ. de meretriculâ iuueculâ: Ein junge Metz.

Iuno vxor Iovis. Bacch. 4. 8. v. 51. Pœn. 5. 4. ℣. 47. Trin. 1. 2. ℣. 171.

Iuno. Vxores caras nominabant mariti Iunones ſuas. Caſ. 2. 3. ℣. 14, Bacch. 2. 2. ℣. 39.

Iuno Lucina. Aul. 4. 7. ℣. 11.

Iuno regina. Ciſt. 2. 1. ℣. 36. *Iovis ſupremi filia.* Per errorem adoleſcentis. Coniux enim eſt & ſoror Iovis.

Iuno materfamiliâs. Amph. 2. 2. ℣. 201. Sic dicitur, quia coniugiis præeſſe dicitur,

Iuppiter ſummus. Pſeud. 1. 3. ℣. 30. Ciſt. 2. 1. ℣. 39. Moſt. 1. 3. ℣. 84. Amph. 3. 2. ℣. 52. Capt. 4. 2. verſ. 83.

Iuppiter ſupremus. Moſt. 2. 1. ℣. 1. Pœn. 5. 3. ℣. 3. Pſeud. 2. 2. ℣. 33. Capt. 4. 1 ℣. 1.

Iuppiter. κατ' ἐξοχὴν. pro ſummo. Amph. 5. 1. ℣. 25. Caſ. 2. 5. ℣. 15. (℣. 13.

Iuppiter cœli cultor. Amph. 5. 1.

Iuppiter. In blanditijs amantum. Caſ. 2. 3. ℣. 14.

Iuppiter: opulentus, inclytus, Ope gnatus, ſupremus, validus. Viri potens. Perſ. 2. 3, v. 1.

Iuppiter! qui genus colis aliſque hominum: per quem vivimus vitalem ævum. Pœn. 5. 4. v. 14.

Iuppiter Rex Deorum, atque hominum. Capt. 3. 4. ℣. 89. Rud. Prol. ℣. 9. Amphitruo 5. 1. ℣. 69. (2. 2. ℣. 16.

Iuppiter pro *templo Iovis.* Curc.

Iuppiter ille. δεικτικῶς vſurpatur in obteſtationib⁹. Moſt. 2. 3. v. 51.

Iuppiter magne! Pœn. 5. 3. ℣. 40.

Iupiter prodigialis: qui prodigia avertit. Amph. 2. 2. ℣. 107.

Iuppiter terreſtris. Perſ. 1. 3. ℣. 20.

Iuppiter! θαυμαστικῶς. Merc. 5. 2. v. 24. (*Coniuncta.* Mantiſſ.

Iura legeſq;. Epid. 3. 4. ℣. 9. Vide

Iuramentum. Verbum novum: & corruptâ jam integritate Latini ſermonis natum. Veteres dicunt *Iuſiurandum,* etiã qui ducentis poſt Ciceronem annis

annis vixerũnt. Quod enim quidam putant Senecam eo uſum, & Iuriſconſultos, fallit eos ratio. Nam in Seneca l.2. de Clementiâ initio ita ſcribendum: *O vocem in concionẽ omnium mortalium mittendã, in cujus verba Principes Regeſq; jurent, & faciant.* Ita enim ex vett. cod. ope docti viri leg. ubi antea vulgatum, *juramentum faciant.* Vide etiam Lexicon Iuris.

Iurandum, pro, *juſiurandum.* Ciſt.2.1.℣.26. Pſeud.1.1.℣.63. Terent. Andr.4. 3. ℣.13. Auſon. Popma de vſu antiquę loquut. lib.1.cap.7.

Iurare verbis conceptis. Bacch.4.9.℣.105. Truc.4.2.℣.54. Vide litt. C.

Iurare per oculos. Men.5.9.℣.1.

Iurator; pro cenſore, qui alios ſub iuramento ex animi ſententiâ cenſet. Pœn. prol.℣.58. Trin.4.2.℣.30.

Iuratores: teſtes, qui produci ſolent iurati. Alij, vt Turnebus, interpretantur ſpectatores, & arbitros Fabularum. Pœn. Prol.℣.58.

Iuratus ſum. Curc.3.℣.88.

Iuratus: *παθητικῶς*, vel deponentaliter dicitur is, qui iuravit. *Iniuratus* qui non iuravit. Amph.1.1.℣.281. Curc.4.4.v.10. Pœn.3.4.℣.26. Perſ.3.3.℣.11. Turneb. 19. 12. Autor ad Herẽn. ait, ſe *non potuiſſe adeſſe, ita vt iuratus fuerat.*

Iuratus: iuramento conductus. Pſeud.3.2.℣.3. Rud.5.2.℣.16.17.20.23.42.

Iure iniuſtus; iniuſtiſſimus. Amphitr.1.1.℣.90.

Iure optimo meritò. κατὰ πλεονασμὸν. Moſt.3.2.℣.24. (℣.17.

Iurea; placenta ex iure. Perſ.1.3.

Iurgium. Men.1.2.℣.18. Levius eſt, quàm *lis.* Vide Nonium.

Iurgium auferre. Perſ.5.2.℣.19.

Iuris coctores. Pœn.3.2.℣.9.

Iurisconſultus, & *Iurisperitus.* Frequentius dicitur *Iurisconſultus*, rarius autem *Iurisperitus.* Vtrumq; tamen bonum vocabulum in Iure & Chariſio. Cic.l.2. Philipp.c. Et lib.7. Epiſt.10.ad. Trebatium: *Legi tuas litteras, ex quibus intellexi, te Caſari noſtro valdè Iureconſultum videri.* Idem pro Cluentio c. *Quis P. Octavio Balbo, ingenio prudentior, jure peritior? fide, religione, officio diligentior, aut ſanctior commemorari poteſt?* Sed ibi nõ videtur junctum nomen: ac poſitũ potius, ut pri⁹ *ingenio*, & mox *fide* &c. Agellius 11. 18. *Id etiã memini, me in libro Ariſtanis Iureconſulti haudquaquam indoctiſſimi viri.* ita v. l.

Pro *Iure* meo, ſuo dicere, orare, imperare, facere, iocari, vindicare iure ſuo. Vide infr. litt. v. *Vindic.* Sed Veteres ferè dicebant *Pro iure tuo.* Interdum & omiſſo *Pro*, quomodo recẽtiores illis Iurisconſulti etiam loquuntur. Vulgò hęc paucis nota. (*bi dicitur dies.*

Iuris dies. Men.4.1.℣.16. *Iuris v-*

Iuriſiurandi gratiam facere. Rud. 5.3.℣.58. (3.4.℣.90.

Iurium fictor. Iuriscõſultus, Epid.

Ius

Ius perſequi. Capt. 3. 1. ✠. 32.
Ius ſuum obtinere. Caſ. 2. 2. ✠. 21.
Ius bonum, eſt, quod Cicero in Bruto *Æquum bonum*, appellat: ius moderatum ſcil. Ariſt. τὸ ἐπιεικὲς. τὸ δίκαιον βέλτιον. Moſt. 3. 1. ✠. 124. Pſeud. 1. 5. ✠. 123.
Ius, pro *authoritate*. pro *ſuo jure*. Caſ. 2. 6. ✠. 89.
Ius atque mos. Bacch. 4. 3. ✠. 2.
Ius; de loco judiciorum, ſeu ſellâ Prætoris. Rud. 3. 6. ✠. 22. *Ambula in ius*. Men. 4. 2. ✠. 19.
Ius: æquum. Pſ. 5. 2. ✠. 16. *Ius petiv. Ius dicere*. Bacchides. 3. 3. ✠. 43. Epid. 1. 1. ✠. 23. Eſt Prætoris l. 1. ff. de juris dict. l. ſi filius quæ patri. de vulg. Vide apud Ioh. Coraſium lib. 7. Miſcell. cap. 2.
Ius eſt: fas eſt, par eſt. Perſ. 1. 3. ✠. 26.
Ius faſque eſt. Ciſt. 1. 1. ✠. 22.
Ius & conditio. Vide ſupr. *Conditio*.
Ius: pro loco, in quo jus redditur. Vide Lexic. Iuris. Agellius 7. 1. *Et quodam die jus in caſtris ſedens dicebat, atque ex loco id oppidum procul videbatur, tum à militibus, qui in Iure apud eum ſtabant, interrogavit &c.*
Iusiurandum: pro, *periurio*. Curculio 2. 2. ✠. 17. Amph. 3. 2. ✠. 50. De etymo diſputat Apuleius de Genio Socratis: ac derivat à *Iovis jurandum*. Perſ. 3. 2. ✠. 4. Vide Lipſium Elect. lib. 1. cap. 18. Ita apud Terent. Andr. 4. 3. ✠. 13. legit Donatus, *jurandum*, pro, *iuſiurandum*: approbatque ibi Rivius.
Iuſiurandum adigere. vide ſupr. *Adigere*.
Ius orare. Trin. 5. 2. ✠. 37. Auſon. præfat. ſuper Gripho ternarii numeri. *Quem ego verum dicere fabor, ius denegabo*.
Iuſſim. κατὰ συγκοπήν, Iuſſerim. Aſin. 2. 4. ✠. 4.
Iuſſo: juſſero. Men. 1. 3. ✠. 3.
Iuſſus, ûs, ui. Amph. Prol. ✠. 17. *Nunc cuius iuſſu venio, & quamobrem venerim, dicam*.
Iuſta: pro cibariis, ac demenſo ſervorum dicitur, quæ & *Diaria*. Cicero lib. 1. Offic. cap. *Eſt autem infima conditio & fortuna ſervorum, quibus non malè præcipiunt, qui ita iubent uti ut mercenariis operam exigendam, juſta præbenda*. Ita omnes lib. vett. Columella: *Diligenter dominus, cùm & ab ipſis (vinctis) tum & obſoletis, quibus maior eſt fides, quærat, an ex ſuâ conſtitutione juſta præcipiant, atque ipſe panis potionisque bonitatem guſtu exploret*.
Iuſta: quæ Barbari, *Requiſita* vocant. *Solemnia* quoque dici poſſunt. Cicero de Haruſp. reſp. cap. *Omnia ſolemnia ac iuſta ludorum omnibus rebus ſummâ cum cærimoniâ ſervata*.
Iuſta facere; ſc. funebria, τὰ νόμιμα. Ciſt. 1. 3. ✠. 28.
Iuſtum: pro facili, humano, & leni. Vt *juſtum*, pro gravi, aſpero. Terent. Andr. 1. 1. ✠. 8. *Ego poſtq*

poſtquam te emi à parvulo, ut ſemper apud me iuſta, & clemens fuerit ſervitus. Virgil. Georg. *Iniuſto ſub faſce viam dum carpit.*

Iuſtitium: pro intermiſſione & quiete. Livius lib. 26. c. *Moderati animi gloriam eo die adeptus Conſul, Senatum dimiſit, ac propè iuſtitium omnium rerum futurũ videbatur, donec alter Conſul ad Vrbẽ veniſſet.*

Iuſtus: pro æquo, bono, recto: cui contrarius, *Iniuſtus.* Plautus Pſ. 1. 3. ℣. 71. Cic. lib. 1. Epiſt. 1. ad Lentulum: *Eo die acerbum habuimus Curionem, Bibulum multò iuſtiorem, panè etiam amicum.*

Iuvantibus DIS. ξὺν Θεῷ Græci: nos rectè, *DEO juvante*, Livius lib. 7. c. *Perge. Eſt nomen Romanum iniuſtum juvantibus DIs præſta.* Et lib. 21. c. *Primo vere edito adſitis ut DIs bene iuvantibus bellum ingentis gloriæ prædaque futurum incipiamus.*

Iuvare operâ conſilioq; Mil. 2. 1. ℣. 59. Pſeud. 1. 1. ℣. 17.

Iuvare: delectationem & voluptatem notat. Moſt. 3. 2. ℣. 2. Capt. 1. 2. ℣. 33. Mil. 2. 3 ℣. 96. Lucret. lib. 5. v. 1378. Horatius ſæpè uſurpat.

Iuvare: Cum tertio caſu. Ciſt. 1. 1. ℣. 118. *Quãdo ita tibi iuvat, vale.* Vide etiam, *Decet.*

Iuvare dicitur *cibus* cùm ſum9' ἀρέσκοντι. Sic quoq; *beare.* Capt. 1. 2. ℣. 33. *Neq; umquam quicquam me juvat, quod edo domi, foras etiam quantillum quod guſto, id beat.* Eod. ſenſu ibid. ℣. 75. *Nam iſtoc pauxillo me adſiduò victu delecto domi.* Val. Flaccus l. 8. Argon. v. 162. *Quod nulla te nata dapes non ulla iuvabant Tempora.* Vide etiam *Oblectare.* Ita quoq; ait Plautus Moſt. 3. 2. ℣. 2. *Melius hoc anno non mihi fuit domi: nec quando eſca benè me juverit magis.* Sic Ariſtophanes inquit, τοῖς σιτίοις οὐδεμίαν χάριν οἶδ' ἰδίαν.

Iuvenes: pro militibus. Livius l. 22. c. *Qui exturbâ audientium juvenum ſæpe ferociter concionantum magiſtrum equitum.*

Iuvenalis: pro, *Iuvenilis.* Hodie vix notũ: olim uſitatum: poſterioribus tamen, ut puto: non item Ciceroni, & alijs ejus ætatis. Plinius l. 3. 3. c. 2. *Cũ C. Sulpitius Galba, dum iuvenalem famam apud principem popinarum panis aucupatur, quaſtus eſſe in Senatu. &c.* Tacitus l. 14. c. *Iuvenalium commeminit, qui erant ludi pro ſalute iuvenũm inſtituti.* Vlpianus l. 15. ſi maritus ad l. Iuliam de adult. *Sane ſi iuvenali facilitate ductus, vel etiam fervore ætatis accenſus ad accuſationẽ proſilit.* &c. Ita Pand. Flor. Priſcian. l. 4. *Mors, mortis, mortalis, iuvenis, iuvenalis*: *invenitur tamen & invenilis, princeps, principalis.* Eo & uſus quoq; eſt Ovidius: ſed hodie loci ferè ſunt mutati.

Iuventus: iuvenes. Pœn. 5. 4. v. 10.

Iuvencus domitus, indomitus Truc. 2. 2. ℣. 64.

Iuxta:

Labes; pro caſu, lapſu, & fluxu. Vide & infr. Lues. Livius lib. 21. cap. *Vt verò tot hominum jumentorumq; inceſſu dilapſa eſt, per nudam infra glaciem fluentemque labem liqueſcentis nivis ingrediebantur.* Et lib. 3. cap. *Itaque qui primò erant haſtati, per curva loca corporum, armorumque, & labem ſanguinis, quâ quisque poterat, ſequentes hoſtem & ſigna & ordines confuderunt.* Sammonicus Severus: ubi de caſu laborantium morbo caduco ſive comitiali:

Concilium populi labes horrenda diremit.

Labes: ut *Peſtis*. Sed videtur Plautus joci captandi gratiâ ſic uſus, κατὰ παρήχησιν Capt. 4. 3. ℣. 3. *Quanta pernis peſtis veniet, quanta labes larido?* Cicero in Piſon. cap. *Nam quid ego de Conſulatu loquar? Parto vis, an ne geſto? Miſerum me! Cum hac nunc me peſte atque labe confero.*

Labes populi: in convitio. Perſ. 3. 3. ℣. 4.

Labendi verbum Poëtis idem ferè, quod, *moveri*, vel *Procedere*, etiam de flumine. Eo ſæpe ita utitur Ennius, & Virgilius eum, ut ſolet, ſequutus.

Labia. Stich. 5. 4. ℣. 41.

Labor, Laborare, Labioſus. Notio horum non ſatis nota. Eſt enim Labor, non opera, ſed gravis functio muneris, & dura perpeſſio, ſive dolor, ut Græcis πόνος. Plautus Curc. 2. 1. ℣. 4. *Valetudo decreſcit labor.* Idem conjungit Pſ. 2. 3. ℣. 20. *In labore, atq; in dolore.* Ter. Andr. 4. 3. ℣. 5. *Verùm ex eo nūc miſera, quem capit laborem!* Sic v. l. teſte Faërno, & quatuor noſtri Mss. Pall. quos contuli. Interdum tamen a Labor dolore differt apud Cic. Tuſc. l. 2. c. *Intereſt aliquid inter laborē & dolorem. Sunt finitima omninò, ſed tamen differunt aliquid. Labor eſt functio quædam vel animi vel corporis gravioris operis & muneris: dolor autē motus aſper in corpore alienus à ſenſibus &c. cùm varices ſecabātur. C. Mario dolebat: cùm ceſtu magno ducebat, agmen laborabat.* Sic ferè Labores Lunæ, pro Eclipſi dixit Virgil. lib. 2. Georg. ℣. (labores.

Defectus ſolis varios Lunæq;

Secutus, ni fallor, Ciceronē, qui *laborare Lunam* dixit lib. 1. Tuſc. c. Labores à vett. dicūtur pericula, graves ærumnæ, & calamitates. Sic & Labores *Herculis*, & *ærumnæ* dicuntur. Latinè Cic. *Labores* & *Pericula* junctim ponit. Vide infra Mantiſſ. *Parallela*. Virgil. lib. Georg. ℣. 68

—ſubeūt morbi, triſtisq; ſenectus, (mētia mortis.
Et labor & duræ rapit inclementia mortis.

Idem lib. 6. Aen. ℣. 277.

Terribiles viſu formæ, letumque laborque,

Cic. l. 2. de fin. c. *Suavis eſt præteritorū laborū memoria.* Et Lucull. c. *Credoq; Clitomacho ita ſcribenti, Herculi quendam laborem exanclatum à Carneade.* Et lib. 1. de fin. c. *Pericula, labores, dolor &c.* Et lib. 13. Epiſt.

Digitized by Google

Epiſt 4. de municipibus Volaterranis: *Nam nec in laboribus umquam deſuerunt*. Et Epiſt. 29 de Capitone: *Et in omni genere & honorum & laborum meorum & animus & opera* &c. *C. Capitonis praſtò fuit*. Et lib. 1. Epiſt. 9. de C. Marcello cap. *Cuius ergà me ſingularem benevolentiam vel in labore meo, vel in honore perſpexi*. Virgil. lib. 2. Aen. ℣. 373.

Et vacet annales noſtrorum
audire laborum.

Et lib. 1. Aen. ℣. 629.

Me quoq; per multos ſimilis
fortuna labores
Iactatam, hac demùm voluit conſiſtere terrâ.

Et lib. 2. Aen. ℣. 143.

——oro miſerere laborum
Tantorum: miſerere animi
non digna ferentis.

Sic Horatius lib. 3. Od. 14. ℣. 15. *defunctus laboribus*. Alij, *perfungi laboribus*.

Labor: moleſtia. Pſeud. 2. 4. ℣. 2.

Labore alieno aliquid facere. Truc. 4. 3. ℣. 33.

Laborioſus. Latinè valet, moleſtijs & doloribus preſſus. Hodie eo pro induſtrio, gnavo, aut diligente, qui Græcè φιλόπονος, utuntur. non rectè. Cicero pro Cælio c. *Vos laborioſos exiſtimet. quibus otioſis ne in communi quidem otio liceat eſſe*. Et Philipp. 11. cap. *Dolores Trebonius pertulit magnos: multi ex morbi gravitate maiores, quos tamen non miſeros, ſed laborioſos dicere ſolemus*. Et l. 2. Tuſcul. c. *Intereſt aliquid inter laborem & dolorem*. &c. *Hac duo Graci illi, quorum eſt copioſior lingua, quàm noſtra, uno nomine appellant. Itaq; induſtrios homines illi ſtudioſos, vel potius amantes doloris appellant: nos commodius laborioſos. Aliud enim eſt laborare, aliud dolere*. Cic. pro Milon cap. *Quid enim nobis duob⁹, Iudices laborioſius? quid magis ſollicitum dici aut fingi poteſt?* Et l. 2. de finib⁹ de Cn. Octavij morbo articulari c. *Quos Dij immortales ille cùm omnes artus ardere viderentur, cruciatus perferebat? ver tamen miſer eſſe, ut tantummodò laborioſus videbatur*. Sueton. Neron. c. *Infantiam pueri namq; habuit laborioſam & exercitam*. Ita leg. vulg. *luctuoſam*, vel, *luxorioſam exercitatam*. Vtrumq; vitioſum eſt.

Labor, ut faciam, ut credam, ut aſſentiar, ut eam &c. hoc eſt, ferè facio, credo parum abeſt. Hanc phraſin expreſſit ex Platone Cic. Nam Plato ſæpè τὸ κινδυνεύω ſic uti ſolet.

Labos. Merc. Prol. ℣. 73.

Labos levior. Capt. 2. 1. ℣. 2.

Labos grandis capitur. Trin. 2. 1. ℣. 35 [26.

Labores pro miſeriis. Capt. 3. 1. ℣.

Labori eſt. Rud. 1. 3. ℣. 7.

Labore, magno & miſerè. Aul. Prol. ℣. 14. (Merc. prol. v. 71.

Laborare: propriè de ruſticis.

Labitur res: diſſipantur opes amore. Trin. 2. 1. ℣. 17. Lucret. lib. 4. ℣. 1116.

Labitur interea res, & vadimonia fiunt. Tibull. *Labentur opes.* Salluſtius. *Dilabitur.* Cato lib. 2. carm. 18.

Vtere quæſitis parcè: cum ſumptus ab uſu (*eſt tẽpore lõgo.*
Labitur exiguo, quod partum

Labra. a. Caſ. 5. 2. ℣. 40.

Labra, labra. Pſeud. 5. 1. ℣. 14.

Labra primora. Trin. 4. 2. ℣. 65. *Verſabatur in labris primoribꝰ.*

Lac, n. Bacch. 5. 2. ℣. 16. Gloſſæ: *Lactem γάλα.* (5. 1. ℣. 8.

Lacerare aliquẽ: affligere. Bacch.

Lacerare homines, pro, *cõuitiari.* Curc. 4. 2. ℣. 22.

Lacerare diem: pro *conterere diem.* Aſin. 2. 2. ℣. 25. Men. 4. 2. ℣. 31. *Corrumpere diem.* Stich. 3. 1. ℣. 45.

Lacerare rem: prodigere. Merc. Prol. ℣. 48. Cic. dicit, *Conturbare & decoquere rem.* Valer. Max. lib. 3. cap. Qui à parentibus: *Pecuniam diſſicere.* Catullus in Cæſ. *Lancinare bona paterna.* Salluſt. Catil. c. 14. *Lacerare bona patria.* Cæcilius Poëta Comicus apud Ciceronem pro M. Cælio: *Cur alienam vllam mulierem noſti? dede ac diſſice per me licebit; ſi egebis, tibi dolebit.* h. e. rem tuam dona, diſſipa, profunde. Ter. Adelph. 1. 2. ℣. 54.

Laceſſere ludo ſuo. Pœn. 1. 1. ℣. 83. Vide *Proverbia* in Mantiſſ.

Lachanare: fictè, explere oleribus. *πιλάζαινα.* *Pœn.* 5. 3. ℣. 52. Quomodo hunc locum emendarim, vide in Animadverſionibus noſtris.

Lacinia: ſunt flexus meatus, ambages cuiuſque rei. Sed apud Plaut. Aſin. 3. 2. ℣. 41. Merc. 1. 2. ℣. 16. teſte Pompeio, *pars veſtimenti* ſic dicitur. *Tenere* namq; *laciniã* eſt per vim retinere apprehensã veſtis parte laceratã. De Laciniã amplius videndus Manut. ad Epiſt. 21. lib. 16. Epiſt. Famil. itemq; Colvius ad Apul. lib. 1. pag. 9.

Lacio. Mil. 4. 2. ℣. 100. Antiqua dictio. Vide Feſtum Pomp. in *Lacit.*

Lacones plagipatidæ; dicuntur, ob plagarum patientiam. Capt. 3. 1. ℣. 11. Horat. lib 1. Od. 7.

Lacedæmon patiens. Petron. *Ego quidem tres plagas Spartanâ nobilitate concoxi.*

Laconica clavis. Moſt. 2. 1. ℣. 57. Vide, *Clavis.*

Lacuna rei familiaris, ſumtuum, famę. Cic. 2. Accuſ. c. *Dederunt operam, ut ita poteſtatem gererent, ut illam lacunam rei familiaris explerent.* Agellius. 1. 3. *minimaq; illa labes, & quaſi lacuna famæ imminentis, partarum amico utilitatum ratione ſolidatur.* Symmachus lib 5. Epiſt. 4. *Quatenus lacuna tantorum ſumtus remotus intentionibus detegatur.* Et l. 10. Epiſt. 33. in fin. *Quod ſine lacunâ Imperialis ærarii depromſit aliena collatio.*

Lacunoſus. Cui cõtrarium, *Eminens,* qui nõ eſt æquabilis. Cic. l. 2. Nat. Deor. c. 18. de figurâ rotundâ: *Quæq; nihil aſperitatis habere, nihil offenſionis poteſt, nihil inciſum angulis, nihil*

anfractibus, nihil eminens, nihil lacunoſum. Ita eſt in v.l. nam vulg. *laciniosum.* ut & Lambinus admonuit.

LACRUMARE. Pœn. 5. 4. ✠. 19.

LACRUMANTES fumo comparantur. Aſin. 3. 3. ✠. 29. Horat. lib. 1. Sat. 5. *Lacrymoſo non ſine fumo.*

Lacrymas elicere. Trin. 2. 2. ✠. 13.

LACRYMAS *excire.* Ciſt. 1. 1. ✠. 114.

LACRUMĀ *exſpuere*: dicūtur oculi, *καταχηνικῶς*. Pſeud. 1. 1. v. 74.

LACTARE, trahere. *à lacio.* Ciſt. 2. 1. ✠. 9. Sic. Lucret. lib. 5. ✠. 1066.

Aut catulos blandè cum lingua lambere tentant.
Aut ubi eos lactant pedibus, morſuque petentes.

Hinc eſt *delectare*, attrahere apud Marcellum.

LACTE: pro, *lac*, teſte Priſciano, Chariſio & Nonio. Men. 5. 9. ✠. 30. Mil. 2. 2. ✠. 85.

In LACTE *ſita lingua.* Truc. 1. 2. ✠. 76.

LACTES *agnini.* Pſeud. 1. 3. ✠. 84.

LACTES *laſſi*: ſunt inteſtina inania. Curc. 2. 3. ✠. 40. Vide, *Laſſus venter.*

Lacus: abſolutè, pro lacu Lucrino, aut Servilio. Curc. 4. 5. v. 16.

LÆDERE. Abſolutè interdum ſignificat, contumeliâ afficere, & exiſtimationem violare. Cic ad Lentulum lib. 1. Epiſt. 9 de Craſſo: *Repentinā eius defenſionem Gabinij, quem proximis ſuperioribus diebus acerrimè oppugnaſſet: tamen ſi ſine ullâ meâ contumeliâ ſuſcepiſſet tuliſſē: ſed cùm me diſputantem, non laſcivientem læſiſſet, exarſit &c.* Trebonius ad Cic. lib. 12. Epiſt. 16. *Cùm enim ſi odio par fuerit in eos, quos læſit, tamen certè non magis dignos habuerit.*

LÆDERE *latus*: eſt metum alicui & dolorem incutere. Bacch. 2. 3. ✠. 47. Vide infra, LÆTUS *læd.*

LANA. Truc. 2. 1. ✠. 14.

Lætitiâ & gaudiis afficere. Pœn. 5. 4. ✠. 103.

LÆDITIÂ *differor.* Truc. 4. 1. ✠. 3.

LÆTITIAS *demeritas dare alicui.* Pſeud. 2. 4. ✠. 14.

LÆDIFICANS. Perſ. 5. 1. ✠. 8.

LÆTIFICARO, ri. Aul. 4. 9. ✠. 15.

LÆTANTES *facere.* Stich. 5. 1. ✠. 6.

LÆTORIA *lex.* Vide LEX.

LÆTUS. Amph. prol. ✠. 2. idem eſt, quod promptus, & propitius *πρόθυμος*. Græcè *ἱλαρός*. & Attic *ἵλεως*. Gloſſæ: *ἵλεως*, propitius, favens, benignus. Plutarchus in Numâ: *τὸν μὲν θεὸν ἵλεων γενόμενον.* Sic enim ibi leg. ex Athenæo. Sic apud Plautū *Lubens*, & LUBENTIA vſurpatur. Stich. 2. 2. ✠. 3. *Iam onuſtum porto pectus lætitiâ, lubentiaq.* Ammianus lib. 18. *Orantes cæleſtia præſidium, ut propitium adeſſet, & lubens*: h. e. miſericors. Ita ibi leg. Contrarium eſt *triſtis*, quod Nonius reddit, crudele & immite. Sic Propert. lib. 1. Eleg. 6. *Quæ ſolet irato triſtis amica viro.* & Eleg. 14. *Nulla mihi triſti præmia ſunt Venere.* & Eleg. 10. *Tu caue, ne triſti cupias pugnare puella.* Virg. Æn. l. 7. *Protinus hinc fuſcis Dea tollitur alis.* Cæcilius apud Agellium libro

bro 15. cap. 9. è contrariis eleganter deſcribit amicos inimicos, qui vultu benevolentiam ac φιλήματα ſimulant, animo malevoli interim & averſi, his verſibus:

Hi ſunt, inimici peſſimi, fronte hilara, corde triſti.

Quos neq; tu apprehendas; neq; vitare ſcias.

Occurrunt iidem verſiculi apud Marcellum in nomine *Frons*. Eodem modo olim vocabant *omina* & *exta læta*, quæ erãt ſecũda & propitia. In ſuperiorã tamen loco Sarſinatis noſtri videntur aberrare illi, qui iungunt, *lætum lucris*: quod repugnat reliquæ ſyntaxi: vt monui in Animadverſionibus. Nec negandũ propterea, commode ſic alios authores loquutos: vt apparet ex hoc exemplo; Ovidij Metam. lib. 39. verſu 785.

Non ſecura quidem, fauſto tamen omine læta.

Mater abit templo. Latinè quoque dicitur *lætus re aliquâ*. Sic lorum plauti Amphitr. prol. ℣. 2. *lætum lucrum Afficere* intelligit Caſp. Barthius Adverſ. lib. 57. cap. 17. modò τὸ *lucris* bis repetatur, ſed vide ibi Animadverſiones noſtras. Phraſis tamen Latina exemplis patet. Ovid. l. Art. am. *Læta ſalitur ovis, tauro quoque læta juvẽca eſt.* Silius l. 1. ℣. *At Poeni ſuccenſi irâ, turbataq; luctu, & ſævis gens læta ruunt.*

Iuvenalis. Satira. 14. *Quid ſuadet juveni lætus ſtridore catena.* Claudianus Epithalamio Palladij. *Et qui lætiſſimus urbi ſanguis erat,*

Mater abit templo.

Horat. lib. 3. Od. 4. ℣. 34.

Et lætum equino ſanguine ſen canum.

Valer. Flaccus lib. 1. Argonaut. ℣. 30.

Inſtat fama viri, virtusq; haud læta tyranno.

Iuvenal. Sat. 14.

Quid ſuadet iuueni lætus ſtridore catena.

Claudianus Epithal. palladij

——*Et qui lætiſſimus vrbi Sanguis erat.*

Non abſimiliter plautus noſter dixit Pſeud. 4. 5. ℣. 11. *Lætus lætitia.* Sic Cæcilius apud Cic. l. 2. de fin. c. 4 *omnibus lætitiis lætum eſſe ſe narrat.*

LÆVA *manus fortior dextra.* Pœn. 1. 3. ℣. 9. Men. 3. 3. ℣. 31. & 5. 2. ℣. 85. perſ. 2. 2. ℣. 44.

LAGANA: convitium in ebrioſos. Curc. 1. 1. ℣. 78.

LAMBERARE; eſt ſcindere, & laniare. *Feſtus.* Pſeud. 2. 4. ℣. 53.

LAMENTARI machæra dicitur. Mil. 1. 1. ℣. Sic Propertius vocat *mœſtam veſtem.* Et Eleg. 12. *lætari ſagittas.* Affectus enim humani accommodãtur cuiq; rei inanimatæ.

LAMENTARIA *ædes.* Capt. 1. 1. ℣. 28.

LAMENTANDO *leſſum facere.* Truc. 4. 2. ℣. 17.

LAMIA *victoria*: mera terriculamenta. Truc. 2. 2. ℣. 20.

Lamina: erant ferreæ, quibus ſerui adurebantur. Aſin.3.2. ỽ.4.

Lampada. *a*. ſecundum *Priſcia*num.Caſ.4.4.ỽ.16.

Lampades ardẽtes Men.5.2.v.89.

Lana.Truc.5.1.ỽ.55.

Lances.Curc.2.3.ỽ.45. In ſacris vaſis. Auſon. *Thuribula & pateră, quæ tertia vaſa Deûm lanx*. Virg.12.Æn. *Lancibus & pandis fumantia reddimus exta*. Propert.lib.2.Eleg.13. *Deſit odoriferis ordo mihi lancibus*. Sed & *Lances* in profano vſu. Horat. *rotundas curuat aper lances*.

Languor: in rebus Venereis. 1.2. verſ. 81. Priap. Carm. 47. *riualem laſciuiendo languidum quaſo reddat*.

Lanÿ.Capt.4 2.ỽ.28.

Lanÿ lenonum æmuli. Pſeud. 1. 2.ỽ.63. Trin. 2.4.ỽ.6

Lanÿ: dicuntur popæ, hoſtiarum mactatores, qui malleo ipſas impeterent, dum à victimariis interim impeterentur. Pſeud.1.3. ỽ.93.97. Vide Guther.lib.2.cap.14. de jure Pontific.

Laniena: pro macello, vbi laniantur pecudes.Epid.2.2.v.15.

Lanterna. Dicunt veteres, non, *Laterna*. Alterũ tamen novus Orthographiæ Architecton Dausqueius ne Barbariem quidem ipſam agnoſcere clamat. Ab eo *Lanternarius*, qui præfert Lanternam. Vegetius lib.4 :de re mil.cap.18. *Depoſiti quoq; hominis funibus cùm hoſtes dormiunt, in lanternis portantur lucerna*. Ita Giſanius teſtatur ſe repperiſſe in antiquiſſimo Ms.lib. Neq; ego aliter in veteri Codice Membranaceo Plaut.Aul 3.6. v29 ſcriptum vidi *lantern*[illegible] *uni*-*ca*. Vbi tamen quoque Mss. pall.quatuor *laterna*: at pr.& ſec. *laterna*.

Cicero in Piſonem cap.9. *cum Mario, aut cum aliquo pari, an cum altero, barbato Epicureô* (vel *Epicuro*) *cum altero Catilina lanternario*. Sic ſane extat in Ms.Pal.pr. ubi ſec. *lancernario*, & octav. *lanterario*. Olim ediderant, *lancemario*. Turneb.lib.21.cap.18. Adv. *lantumiario*. Lipſius lib. 3. Var.lect.cap.18. aliter locum hunc legit : *barbaro Epicuro? cum altero Catilina? At timui ais. quos? nempe hercle ego*.

Lapidare: pro eo, quod, lapide pluere, abſolutè. Livius lib. 27.cap. *Priuſquam Conſules proficiſcerentur, novendiale ſacrum fuit: quia Veiis de cœlo lapidaverat*. Et lib. 29.cap. *Et novendiale ſacrum, quod de cœlo lapidatũ eſſet factũ*.

Lapidem ſilicem ſubigere. Pœn.1. 2.ỽ.77. 78.

Lapideus ſum. Truc. 4.3. ỽ.44.

Lapidicina.Capt.3.5.ỽ.78.&5.1. ỽ.24.

Lapis: de homine ſtupido, & obtuſi ingenii homine. Mil.2.2. v.81. *Neq; habet plus ſapientiã, quàm lapis*. Merc.3.4. ỽ.47. Arnob.l.2. *Ligno: ſaxo obtuſior* Ariſtoph. *Nubibus*. λίθοι, ἀριθμοί,

Lapis: pro ſuggeſto editiore. vnde præco prædicabat, atque vendebat, Bacch. 4. 7. ✝. 17.

Lapſilis; pro, *dapſilis*, ſcribunt omnes Mſſ. codd. chartei & membranei. Truc. 1. 1. ✝. 34. Vide Animadverſ. noſtras. Ac Lipſius quidem l. 1. Antiq. lect. c. 15. dicit, purâ putâ hãc eſſe Plauti ſcripturam, & L. poſitum pro D. & T. loco S. ita enim litteras commutabant vett. vt *Dingua*, *Cadamitas*, *Dacrima*. *Praſilium*, *Caſſila*, *Melicus*, & alia apud Grammat. antiquos. Vide ſupra litt. D. *Dapſilis*.

Lapſus: de avibus, pro, volatu. Cicero l. 2. de Nat. Deor. cap. *Quæ verò & quàm varia genera beſtiarum, vel cicurum vel ferarum, qui volucrum lapſus atq; cantus, qui pecudũ paſtus.*

Lapſus, de eo, qui in amorem incidit. Ciſt. 1. 2. ✝. 5. Sed ibi leg. *laſſus*. Alterũ retinet Paſſerat. pag. 141. a. Vide Animadverſ. noſtras.

Laqueus. Truc. 2. 4. ✝. 41. (✝. 2.

Lar, Θεὸς κατοικίδιος. Aul. prol.

Lar: pro domo. Trin. 1. 2. ✝. 1.

Lar familiæ. Mer. 5. 1. ✝. 5.

Lares familiares. Rud. 4. 6. ✝. 3.

Lares viales Merc. 5. 2. ✝. 24.

Largè blandus: copioſè. Elegans connubium aduerbii.

Largibere; ἀρχαϊκῶς. Mil. 4. 6. v. 28.

Largiberis: ἀρχαϊκῶς. largieris. Bacch. 4. 7. ✝. 30.

Largiloqua lingua. Mil. 2. 3. ✝. 47.

Largior: cum auferendi caſu. Pſeud. 1. 4. ✝. 3. Perſ. 23. ✝. 13.

Largiri: eſt *largè ſuppeditare*, Aſin. 5. 2. ✝. 82.

Largiter; Elegans connubium aduerbii. Epid. 3. 4. ✝. 53. Rud. 4. 4. ✝. 159, & 5. 2. ✝. 28. Trin. 3. 3. ✝. 14. Truc. 5. 1. ✝. 11. Moſt. 2. 2. ✝. 8. *Largiter peccare*.

Largus: multus, copioſus. Sic Virgilius dixit, *largam* manũ, ſermonem, ſanguinem, fletus, voces, flumen, imbrem, æthera, ver, fetum. Cicero: *Largâ luce terras complet Sol*. Lucreti⁹ 11. 12. *largâ cùm luce repleta eſt*.

Largus: benignus. Bacch. 3. 2. ✝. 17.

Largus operâ. Aſin. 3. 3. ✝. 8.

Laridum. Germ. Speck. Capt. 4. 2. ✝. 67. Men. 1. 3. ✝. 17.

Larua, ſeu, *Larva*, ſunt Manes, ſeu Lemures à quo, & *Larvat⁹*. Paulus Epitomator Feſti. *Larvati, furioſi, & mẽte moti, quaſi larvis exterriti*. Plautus certè *larvatus* aut *cerritus*. Horatius utitur *Larva* pro perſonâ, quod μορμολύκειον Græcè. Sed multa nova habet Flaccus. Eius verba ſunt lib. 1. Satir. 5. ✝. 64.

Nil illi larvâ, aut Tragicis opus eſſe cothurnis.

Larua; de homine ſtupido, & inſulſo. Merc. 5. 4. ✝. 20. Caſ. 3. 4. verſ. 2.

Larua umbratilis conuitii loco de eo, qui non homo, ſed laruæ quædam vmbra eſt. Græcè, μορμολύκειον, Amph. Sc. *Tun' me*. ✝. 4.

Larua: pro *furiis*. Capt. 3. 4. v. 66. Aul. 4. 4 ✝. 14.

Larvarum plenus; h.e. larvatus, inſanus. A Laribus larvæ. à larvis inſani & furioſi nominantur, ait Turnebus lib. 7. c. 10. Amph. 2. 1. ℣. 145. Men. 5. 4. v. 2. *larvatus aut cerritus.*

Laſcivia. παιγνιώδες de ſervis vſurpatur. Aſin. 2. 2. ℣. 32. *Virgarum laſcivia*; in cuius dorſo virgæ ſolent laſcivari.

Laſcivibundus. Stich 2. 2. ℣. 16.

Laſerpitium ὀπὸς σιλφικὸς, ſuccus ex radice ſilphii expreſſ⁹. Vide diſputationes Roberti Titii & Yuonis Villiomari, ſive Ioſephi Scaligeri, & aliorum Botanicorum. Pſeud. 3. 2. ℣. 27. Rud. 3. 2 ℣. 16.

Laſſitudinem exigere ex corpore. Capt. 5. 4. ℣. 4. (℣ 75.

Laſſitudinem ſedare. Bacch. 1. 1.

Laſſitudo. Merc. 1. 2. ℣. 45. Men. 5. 6. ℣. 10. Truc. 2. 3. ℣. 7.

Laſſitudo tenet membra. Stich. 2. 3. ℣. 12. *Medullam perbibit.* ℣. 16.

Laſſus animi: eleganter dicitur Ciſt. 2. 1. ℣. 8. Ita ex omnibus Mſſ. indidem legendum, non *lapſus.* Sic Epid. 1. 2. ℣. 15. *clamore diſſatigor.* Vidi tamen, qui *caſsũ animi* rectũ putaret.

Laſſus ſum durãdo. Truc. 2. 3. v. 6.

Laſſus venter; eſt, vacuus & inanie, *Pſeud.* Prol ℣. 13. Ita enim ibi legendum fortè, cum quid illud, venter *raſus* ſit, nemo ſe intelligere hacten⁹ profeſſus ſit. Sic etiam Curc. 2. 3. ℣. 40. dicitur: *Ita cibi vacivitate venio laxis lactibus.* vbi non expreſſit *laxis*, quod idem eſt, cũ eo, quod habent Mſſ. Palatin. *laſſis.* Nam ſic promiſcue ſcribebant veteres, vt *adaſſint*, & *adaxint.* Vide ad locum Pſeu. Animadverſiones noſtras.

Laſſus de via. Pſeud. 1. 2. ℣. 66.

Latebra: diverticula. Germ. Schlüpflöcher. Pœn. 4. 2. v. 13.

Latebra pectoris. Ciſt. 1. 1 ℣. 65. Etjam Cicero ſic locutus Oration. pro Marc. Et Plautus Bacch. apud Macrob. 1. 3. c. 12. Sat. Vide Fragmenta. (14.

Latebricola homines. Trin. 2. 1. ℣.

Latebroſè ſe occultare. Trin. 2. 2. ℣. 2. (Bacch. 1. 1. ℣. 22.

Latebroſus locus; luſtrum, ganeũ.

Laterculi; genus piſtorii operis à forma. Pœn. 1. 2. ℣. 12. Vſus quoque eſt Apul. lib. 10. *Hic panes, cruſtula, lucunculos, hamos, laterculos, plura ſcitamenta mellita.* (℣ 49. 51.

Lateres veteres ruunt. Truc. 2. 2.

Laterna. Amph. Prol. ℣. 150. *Laterna Punica*, Aulul. 3. 6 ℣ 29. Vide ſupra. *Lanterna.*

Latinè loqui eſt verè & ſimpliciter loqui, nihilq; mentiri, nec ſupra verum rẽ efferre. Turn. 24. 5. Cic. 6. Verr. c. *Latinè me ſcitote, non accuſatoriè loqui.* Martial. in Epiſt. l. 1. *Si quis tamen tam ambitioſe triſtis eſt, ut apud illum in nullâ paginâ Latine loqui fas ſit poteſt epiſtola, vel potius titulo contentus eſſe.* Scilicet Epigrammata ſine circuitu ullo apertè laſciviunt, & petulanter loquuntur Lib. 11. Epigr. 21.

Cæſaris Auguſti laſcivos livide verſus (*na legis.*

Sex lege, qui triſtis verba Lati-

Verba Latina appellat, quæ apertè

pertè & ingēuè laſciviā & flagitia enunciant, qualis eſt Epigramatum lingua. Simplicitatis enim Romanæ & Latinæ ducebant eſſe, ſuis res vocabulis afficere. Sic ibid.

Abſolvis lepidos nimirum Auguſte libellos (*loqui.*
Qui ſcis Romanâ ſimplicitate

Latitare alicui. Trin. 4.2. ℣.81. Cicero Catil. 2. cap. 6. *Nihil moliris, quod mihi latere valeat.* Et poſt red. in Senat. cap. 6. *Vbi nobis hæc authoritas tam diu tanta latuit?* Vulgò malè dici ſolet, *Latet me, &c.*

Latomiæ lapidariæ: lapidicinæ. Capt. 3.5. ℣.65.

Latona. Bacchides 4. 8. verſ. 52.

Latores. Videntur olim dicti, qui leges ferebant per vim Tribuni turbulentiores. Cæſar lib. 1. bell. civ. cap. *Decurritur ad illud extremum & ultimum SC. quo latorum audacia, numquam ante diſceſſum eſt.* Livius lib. 3. cap. *Tribunorum plebis actiones, quia nondum invenerat finem, & plebs conti nuare latoribus legu. &c.* Cicero libro 2. de fin. cap. *Quid, quod multa pernitioſa, peſtifera multa ſciſcuntur in populis, quæ non magis legis nomen attingunt, quàm ſi latores aliquos cōceſſu ſuo ſanxerit.* Sed ibi, *latrones aliquo cōſeſſu,* quidam legunt. Livius lib. 6. cap. *Et cùm Tribus vocarentur, nec interceſſio Collegarum latoribus obſtaret. &c.* Et lib. 4. cap. *Latores rogationis concione advocatâ proditores plebis cōmodorum ac ſervos Conſularium appellantes.*

Latere aperto aggredi, circumvenire Militaris phraſis: cui contraria: *Latere tecto,* quâ Terēti° utitur tralate. Cæſar li. 1. bell. Gall cap. 25. *Ex itinere noſtros latere aperto aggreſſi circumvenire.* Et lib. 2. cap. *quorum pars aperto latere legiones circumuenire.* Et lib. 7. cap. *veritè ne ab latere aperto & ſuperioribus caſtris ecclipſi circumvenirētur.* Terent. Heaut. 4.2. v. 5. *Nihil eſt. triumpho, ſi licet me latere tecto abſcedere.* h. e. ſine clade, vulnere, periculo. Ita rectè hunc locum explicavit iam pridem P. Nannius Miſc. cap. 4. quod Anton. Muretus in Schol. ad Terent. Nannio non laudato ſibi poſtea ſubſit: & perperam à re gladiatoriâ relatum putat. Rhetor ad Herenn. lib. cap. *Elegantia diſtribuitur in Latinitatem, & explanationem. Latinitas eſt, quæ ſermonem purum conſervat ab omni vitio remotum.* Capri veteris Grammatici doctiſſimi *liber de Latinitate* adfertur à Soſipatro Chariſio.

Latrare in aliquem: maledicere. Pœn. 5.4. ℣.62.

Latrina: genere fœm. inquit *Nonius,* quaſi lauatrina, quę nunc *balneum* dicitur. Græcè ἀσάμινθος. Curc. 4.4. ℣.24. Varro L L. lib. 8. *Eadem ratione domi ſuæ quiſq; ubi lauatur, balneū dixerit: & quod non erant duo, balnea dicere nō cōſueuerūt. cū hoc antiqui nō balneum ſed lauatrinā appellari conſueviſſent.*

Latrocinari: eſt, vti iure & more bellico. Mil. 2.6.℣.9.& Pœn. 3.3.℣ 90.

Latrocinatum ire: militare. Trin. 2.4 ℣.198.

Latrones: milites. ἀπὸ τῆς λατρείας; qui hodie *ſtipatores* à ſtipe ſeu mercede, & ſatellites. Vide Varronem LL. alioſque paſſim: inprimis Douſæ Centurionatum lib. 1. cap. 24. & cap. 4. Mil. 1.1.℣.74. Amph. Sc. *Quis tam.* ℣.54. Curc. 4.3. ℣.16. pœn. 3.3.℣.52. Stich. 1.2. ℣.78.

Latrones cogere & conſcribere. Mil. 1.1.℣.76.

Latrunculorum ludus: à lateribus, à quo deminutum, *laterculus, laterunculus, latrunculus.* Seneca Epiſt. 106. *Latrunculis ludimus, in ſupervacuis ſubtilitas teritur.* Sic Lipſius edidit.

Latus tres pedes. Bacchides 4.1. ℣.8.

Latus fodere. transfigere. Aulularia 3.2.℣.4. Alias tamen eſt, latere gravius pulſo movere. Horat. l. 1. Ep. 6.℣.51. & Terent. in Hecyra.

Latus lædere. Bacchides 2.3. ℣. 47.

Lembus ille mihi lædit latus. Milites & gladiatores petunt latus. Virgil. Catal. *Tangere latus ferro.* Sic noſter Ciſtellalaria 3.1. ℣. 10. *Vtrum hac mi feriam, an ab lanâ latus.*

Per *Latus* huius, vel illius aliquem petere. Tralatè. Cicero in Vatin. cap. *Ego te quacumque rogabo, de te ipſo rogabo, neque te ex ampliſſimi viri dignitate, ſed ex tenebris tuis extraham: omniaque mea tela ſic in te continentur, ut nemo per tuum latus, quod ſoles dicere, ſaucietur: in tuis pulmonibus ac viſceribus hærebunt.*

Lavatio. Moſt. 1.3.℣.4.

Lavavit. Trucul. 1. 2. verſ. 94.

Laudo: pro, *nomino.* Capt. 2.3.℣. 66. Agellius lib. 2. cap. 9. *Laudare* ſignificat priſcâ linguâ nominare appellareq;. Virg. lib. 3. Georg. *Aut illaudati neſcit Buſiridis aras.* hoc eſt, ne nominandi quidem. Vide etiam Macrob. lib. 6. cap. 7. Saturn. etiam ICtis frequentatum. Pomp. in l. tenetur. de act. empt. *Si tibi iter vendidero, ita demum authorem me laudare poteris, ſi fundus fuerit tuus, cui acquirere ſervitutem volueris.* Sic. l. Heren. §. 1. *Et quæſtione mota fiſci nomine authorem laudaverat.* Ad quam legem videlicet Bud. in ff. Prior. pag. 513. Edition. Colonien. vbi ait, *Laudare* præterea eſſe nominatim citare.

Laudare leviter. pœn. 5.3.℣.54.

Laudare: *laudat loca*: *laus*: *ea qua laudantur.* Græci vocant ἐπαινέσιμα. Veteres Critici ſi qua in ſcriptis veterum notabant, ut inſignia ad laudem, ea vocant *Laudes:* ſi erratum, vocabant *Culpas:* & ea loca ad laudem inſignia etiam *Laudabilia:* eaque interdum nota L. aut

L. aut duabus notis L. L. hoc eſt, *locus laudabilis*, appoſitis indicabant. Talia autem loca aut ſententiæ à Græcis quoque obſervari ſolent, & notari litterâ χ. Nam χρηστὸν. ἢ χρήσιμον. Vocabant autem Latinè hæc *Scita*, & *Oracula*, ut Græci χρείας Agellius 17. 12. *Cum librum veteris ſcriptoris legebamus, conabamur poſtea memoriæ vegetandæ gratiâ indipiſci animo, ac recenſere, quæ in eo libro ſcripta eſſent, laudis aut annotamentis culpa digna.* Auſonius de ſuis ſcriptis.

Palmas, non culpas eſſe putabo meas.

In Probo de notis linguæ Latinæ *Locus laudabilis*. Ita eruditè Ioſephus Scaliger in Notis ad Varr. de R. R. in eo enim ſæpe hæc nota L. exſtat in vet. cod. Mediceo, teſte P. Victorio. Cicero lib. 2. Tuſc. cap. *Itaque ſemper Africanus Socraticum Xenophontem in manibus habebat: cujus inprimis laudabat illud, quod diceret, eoſdem labores non eſſe æquè graves Imperatori & militi*: Et lib. 3. Tuſc. cap. *Exhorret, illa jure laudantur, egò cùm genui & ſcivi moriturum* &c. Paulo poſt: *Itaque apud Euripidem à Theſeo dicta laudantur.* Voluit his locis Cicero, inquit P. Victorius lib. 3. 4. cap. 3. Var. lect. exprimere ea, quæ à Græcis dicuntur ἐπαινούμενα. Idem Cicero in Orat. perf. c. 51. *Hic enim invidioſus numerus nihil adfert aliud, niſi ut ſit aptè verbis comprehenſa ſententia. Quod fit etiam ab antiquis, ſed plærumque caſu, ſæpe natura. Et quæ valdè laudatur apud illos, ea ferè, quia ſunt concluſa, laudantur.* Et de clar. Orat. cap. *Licet ex his eligant ea, quæ notatione & laude digna ſunt.*

Laudatio: pro oratione, maximè funebri, & *Laudare*. Romani enim laudationibus in funere tantùm utebantur. Cicero in Catone cap. *Eſt in manibus viri laudatio.* Quintil. lib. 2. cap. *Nam & funebres orationes pendent frequenter ex publico aliquo officio.* Livius lib. 5. cap. *Matronis gratiæ actæ, honosq; additus, ut earũ ſicut virorum poſt mortẽ ſolemnis laudatio eſſet.* Et lib. 2. cap. *Cujus laudationem cùm Tribuni pl. impedire conarentur.*

Laudare authorem. Eſt verbum ad Ius civile pertinens: nempe in Evictionibus uſitatum: de quo vide Lexic. Iuris. Vtuntur tamen eo alij ſcriptores, pro eo, quod vulgo dicunt, *Aliquem allegare*, vel *citare*. Sic & *laudare teſtem* dixit Plautus, pro eo, quod *proferre teſtẽ* vel authorem. Vide & *Illaudatus*. Plautus Capt. 2. 3. ℣. 66. *Iovem ſupremum teſtem laudo.* Cicero in Bruto cap. 11. *Te rerum Nomanarum authorem laudare poſſũ religioſiſſimũ.* Et lib. 3. de Orat. cap. 39. *Atq; hæc quidem ab ijs Philoſophis, quos tu maximè diligis, Catule, dicta ſunt quod eò magis teſtificor, ut authoribus laudandis ineptiarum*

rivari ſolet. Veram originem ex Græco κλαῦσις ἀπὸ τοῦ κλαίειν *flere*, abiecta primâ littera κ, vt fiat *Lauſus*. Vide Lipſ. Epiſt. quæſt. 12.

Lautumia : ſunt loca lapidibus cœſis exſecta, in quę noxij damnari ſolebant: cujuſmodi erans lapidicinæ Syracuſis in Sicilia. Pœn. 4. 2. ℣. 5. Sic autem ſcribendum eſſe, docuit Turneb. 21. 17. Et ita perpetuò in Pandect. Florent. Vide etiam Cuiac. Obſervat. 6. 7. & P. Fabri Semeſt. 2. 7. Iſid. Orig. lib. 5. & inprimis novitium Orthographum Claud. Dauſquium.

Lauta & lepida. Pœnolus 5. 4. ℣. 26.

Lauta mulier : Mil. 3. 1. ℣. 19. Stich. 5. 5. ℣. 4. quæ poſt puerperium lauta fuit: hoc eſt, quæ muliebris patientiæ vim accepit: ſicut *illauta*, quæ jugum nōdum ſubiit. Simplicius tamen *mulier lauta* capitur de illa, quæ eſt in re bonâ. Sic Mil. 4. 2. ℣. 11. *Quia loquitur lautè, & minimè ſordidè.* Vide Agellium libro 1. cap. 14.

Lauti pueri : dicti, qui novæ nuptræ cereum præluceerent. Curculio 1. 1. verſ 9. vbi tamen fortean pro *homine lautarei* capiundum.

Lautia, orum. Non ſunt munera, ſed eſculenta, poculenta ſupellex, aliaque ad victum lautiorem neceſſaria, Legatis à Rep. præberi ſolita. Id perſpicuum eſt cum ex vet. SCto quod Romæ hodieque exſtat Græcè & Latinè, in quo hæc verba: *Munuſque eis ex formulâ, locum, lautiaque, quæſtor Vrbanus eis locare, mittereque iuberent.* In Græco ita: ξένιά τε αὐτοῖς κατὰ τὸ διάταγμα, τόπον, παροχήν τε, τὸν ταμίαν κατὰ πόλιν τούτοις μισθῶσαι, ἀποστεῖλαί τε κελεύωσι. Briſſon. lib. 2. Form. pag. 252. *Lautia* Græcè ἐνδομενίας dicūtur, id eſt, ſupellex. Atq; dicta puto à *lauto*. Nam & *lautam ſupellectilem* dicit Cic. Feſtus, ſive Paulus potius ex Feſto: *Lautia, epularum magnificentia: alij à lavatione putant dicta, quæ hæ elegantia, quæ nunc ſunt, non erant, & raro aliquis lavabat.* Livius l. 30. c. *Legatis in ſingulos dona, neque minus quinûm millium. Ad hoc ades libera, loca lautia legatis decreta.* Et lib. 33. cap. 9. *Macedones* (Legati) *deducti extra Vrbem in villam publicam: ibiq; ijs locus & lautia præbita.* Et l. 32. c. *Et Eumeni abſenti, & præſenti Attalo gratia acta, & ades libera, locus, lautia decreta, & munera data, equi duo, equeſtria arma.* Paria de his *lautiis* olim protulit Illuſtris, & multis nominibus nobilitatis vir, noſtræ Iuventutis olim cultor & amicus indulgentiſſimus *Gaſper Scioppius*, Comes à Clarâ valle, in ſuis ſcilicet Theſibūs de Iniuriis, parenti inſcriptis, ac poſtmodum in Suſpectis lectionibus, quæ ὡς προσθήκης μέρος conſuli poterunt.

Lautum

Lautum venire. Stich. 4.2.ỳ.15.

Lautus: ex aqua madidus. Rud. 2.1.ỳ.12. Stich. 5.2.ỳ.19.

Lautus. Interdum idem, quod, *Copioſus*, ſplendidus, glorioſus. Sic *Lauta oratio, lautè facere, nihil lautius.* Cicero lib. 2. Offic. cap. *Nam aut operâ benignè fit indigentibus, aut pecuniâ. Facilior eſt hac poſterior, locupleti præſertim: ſed illa lautior, & viro forti claroque dignior.* Idem lib. 2. Attic. Epiſt. *Laterenſis exiſtimatur lautè feciſſe.* Idem in Epiſt. ad Caſſium Quæſtorem: *Sed ſi qua ſunt onera tuorum, ſi tāta ſunt, ut ea ſuſtinere poſſis, nihil erit illi lautius, nihil glorioſius.* Et in Verr. 2. Accuſ. cap. *Romam ut ex Siciliâ rediij, iſtius atq; amici, homines comites lauti atque urbani.* Et Terent. Eun. 3. 1. ỳ. 37. *Facetè, lepidè, lautè, nihil ſupra.* Vide Nonium.

Lautus homo: quaſi procax, & beatus. Cicero de Præt. Vrb. in Verrem cap. *Ramam ut ex Siciliâ rediij, cùm iſte, atque iſtius amici, homines lauti, & urbani ſermones hujuſcemodi diſſipaſſent, quò animos teſtium retardarent.*

Lecta & numerata mina argenti. Pſeud. 4.7. ỳ. 50. Vide, *Commodus.*

Lectare; eligere, legere. Truculentus 2.6. ỳ. 27. *Iamne lectat legiones.*

Lecti eburati: ebore niten tes. Stich 2.3. ỳ. 52.

Lectica. Cicero 2. Accuſ. capite. *Agmine quadrato cum gladiis ſequuntur, ſcutati milites, ſcutorum lecticas portari videmus.* Ita rectè Muretus ex opt. cod. Vaticano. Varro lib. 4. LL. *Lectica quòd legebant, unde eam facerent, ſtramenta, atque herbas, ut etiam nunc fit in caſtris, lectos, ne eſſent in terrâ, ſublimes in his ponebant. Niſi ab eo, quod Græci antiqui dicebant λέκτρον lectum potius, quàm lecticam, quòd fere ſtramenta erant è ſegete, ſegeſtriam appellant, ut etiam nunc in caſtris.* Idem apud Nonium: *Lecticam qui involvebant, ſegeſtria appellant.*

Lectio. Rarius nomen, & antiquius. Vulgo, *Electio.* Sic etiam *Dilectus.* Cic. l. 1. de Orat. cap. 5. *Et ipſa oratio conformanda non ſolùm lectione, ſed etiam conſtructione verborum.* Ita in vett. libb. ut & Lambinus ait. Sed ille *electione* retinuit, contra libb.

Lectiones. Scriptoribus poſterioribus idem quod veteribus *Authoritates,* ſeu teſtimonia, loci. Quare quod hodie quidam libros *Variarum lectionum,* vel, *Novarum* &c. inſcribunt, in quibus plæræque Grammaticæ obſervationes continentur, non ſatis commodè videntur facere. Ammianus lib. 30. cap. 13. ubi de Iuriſconſulti ſui temporis improbis agit: *Hi ut altius videantur jura callere, Trebatium loquuntur, & Caſellium.* &c. *& ſi voluntate matrem tuam finxeris occidiſſe, multas tibi*

tibi ſuffragantes abſolutionem lectiones reconditas pollicentur, ſi te nummatum eſſe ſenſerint. Idem: *Qua pervulgata* Iuris *lectio via proferatur ſeptem vendibiles parant introitus.* Ita *lectiones iuris Imp. tueri* § non ſine C. de bon. quæ lib. *cùm mulier diverſis* Iuris *lectionibus idem intelligi eos conaretur probare.*

Lectiſterniator: qui lectos in triclinio ſternit. Pſeudolus 1. 2. ℣. 29.

Lectitare: ut, dictitare, ſcriptitare. Cicero lib. 1. de Orat. capt. 21. *qui iure non ſolùm diſertus, ſed etiam eloquens dici poſſit: qui tamen meâ ſententiâ aut hic eſt jam Craſſus, aut, ſi quis pari fuerit ingenio, pluraque quàm hic, & audierit,* & *lectitarit, & ſcripſerit, paulùm huic aliquid poterit addere.*

Lectos ſternere. Stich. 5. 3. ℣. 5.

Lectulum occupare. Truc. 5. 1. ℣. 73.

Lectus lapſilis: dapſilis. Truc. 1. 1. 1. ℣. 34. Vide litt. D. *Dapſilis.*

Lectus diſcubitorius & tricliniaris. Menæchmi 1. 1. ℣. 27. Moſtellaria 2. 3. ℣. 3. Stich. 1. 3. ℣. 32.

Lectûs; gignendi caſu. Amphitruo 1. 3. ℣. 15. Sic, *cibûs*, pro, *cibi*. Capt. 4. 2. ℣. 46. Vide Priſcian. lib. 6. Terent. Eun. 3. 5. ℣. 45. *deinde in lectu illam collocant.* Sic ibi Faern. Cornificius in primo de cœnis Deorū: *Ipſis verò Cereris memoria novandæ gratia lectꝰ ſternūtur.*

Lectus medius, ſummus. Stich. 3. 2. ℣. 32. (83.

Lectus lepidè ſtratus. Pœn. 3. 3. ℣.

Lectus; pro, electus, natus, ſatus. Bacch. 4. 9. ℣. 50. Mil. 3. 1. ℣. 6.

Legare; mandare. Caſ. 1. 1. ℣. 11.

Lege agere: idem eſt, quod facere judicatum, *h. e.* implere & exequi latam ſententiam. Merc. 5. 4. ℣. 59.

Lege agere; legitimè ſecundum legis præſcriptum. Milit. 2. 5. ℣. 43. Merc. 2. 3. ℣. 113. Livius lib. 26. cap. *Et Fulvius id ita eſſe ratus, acceptas litteras neq; reſolutas cùm in gremio repoſuiſſet, præconi imperavit, ut lictorem lege agere videret.* Et mox: *Sub hac dicta viſa* Pro *Conſulis præconem verba pronunciaſſe.* Lictor, *viro forti adde virgas, & in eum primum lege age.*

Lege & ritè. Ciſt. Arg. ℣. 10.

eâ **Lege**: conditione Aſin. 1. 3. ℣. 78.

Lege iſtac. Trin. 5. 1. ℣. 38.

Lege populi; iure civitatis. Trin. 5. 2. ℣. 22.

Lege durâ vivere. Merc. 4. 6. ℣. 1.

Lege aquâ non licet. Ciſt. 2. 1. ℣. 55.

Lege ſanctum eſt, leges mori ſerviunt. Trin 4. 3. ℣. 36.

Legere: proprie vindemiatorum, pro ferire, percutere vſurpatum Plauto. Amph. 1. 1. ℣. 159. quamvis indidem pro *eligere*, poſſit accipi: vti illud Martial. —*legitque virum vir.*

Legere pugno. Capt. 4. 2. ℣. 17. Vide Animadv. Et Amph. 1. 1. ℣. 159. & infr. *Deligere.*

Legere ſermonem: pro, ſublegere, clam

clam exaudire, & quaſi furari. Pſeud. 1.4.℣.21.

Legere vinum. Sic & Germanicè dicitur, Wein leſen. vindemiæ tēpore uvas decerpere. Varro lib. 5. L. L. *Nam Flamen Dialis auſpicatur vindemiā, & ut juſſit vinum legere, agna Iovi facit, inter cuius exta & porrecta Flamen prorsùs vinū legit.* Ita Ianus Gulielm. lib. 1. Veriſimil. emendat, ubi vulg. *& ut iuſſit vinum.*

Leges, pro ipſis pactis, conventis, & conditionibus. Aſin. 4.1.℣. 2. Aul. 2.1.℣.33. & Aul. 2.2.℣. 72. Vide infra: *Lex.*

Leges iuſtæ. Ciſt. 1.3.℣.52.

Leges fixæ ſunt ad parietē. Trin. 4. 3.℣.32.

Leges dicere. Merc. 5.4.℣.55.

Leges crepare. Mil. 3.1.℣.56.

Leges ſciſcere, rogare, rumpere, rimam reperire. Curc. 4.2.℣.24.

in L*eges meas:* meis conditionibus & pactis. Aſin. 1.3.℣.81. Terent. Heaut. 5.2.℣.45. *Tam facilime patris pacem in leges conficiet ſuas.*

Leget, pro, *licet.* antiquè. Ciſtell. 2.1.℣.55. Vide Animadverſ.

Legi fraudem facere: eſt, in legem peccare. Mil. 2.2.℣.9.

Legio militaris. Aul. 3.6.℣.24.

Legio: de pugna ludicra. Truc. 2. 7.℣.53.

Legio: ἀλληγορικῶς de convivis & amatoribus. Men. 1.3.℣.6.

Legiones inſtruere. Amphitr. 1.1. ℣.66.

Legiones; non tantum Romanorum, ſed & aliarum quoque gentium, atq; adeo ipſorum Carthaginenſium à Latinis dicebantur. Amph. 1.1.℣.62.

Legiones: pro *fallaciis* translatè. Caſ. Prol. ℣.50.

Legirupa. ὁ τοὺς νόμους παραβαίνων. Perſ. 1.2.℣.16. *Pſeud.* 1.3.℣. 129. & 4.2.℣.19. Rud. 3.2.℣. 38. & 3.4.℣.4.

Legirupio. Rud. 3.4.℣.4.

Lembus; eſt navicula brevis piſcatoria, teſte Nonio. Merc. 1. 2.℣.81. & 2.1.℣.35. *Lembus pauxillulus.* Bacch. 2.3.℣.46. & 4.9.℣.34. Men. 2.3.℣.89. *Lembus dierectus.*

Lemnia ſponſa ruſtica, & agreſtibus moribus prædita. Ciſt. 2.1. ℣.16.

Lemniſci: ſunt faſciæ coloriæ dependentes ex coronis. *Feſtus.* *Pſeud.* 5.1.℣.21. Vide Turnebum. Adv. lib. 18. cap. 3. Scaliger Auſon. lect. lib. 1. cap. 10. *Plin.* cap. 3. lib. 21.

Lemnus. Truc. 2.4.℣.4.

Lena frugi. Vide *Frugi.*

L*ena levifida:* quib. leviter creditur. Perſ. 2.2.℣.61. (3.1.℣.69.

Lenior quam mutum mare. Mil.

Lenire; pro, *leniri.* Mil. 2.6.v.100.

Leniter: pro. paulatim, ſenſim Græcè πρᾴως, ἠρέμως. Ionicè, vulgò ἠρέμα. Sæpè depravatū eſt in, *Leviter.* Plin. lib. 5. Epiſt. 6. *Villa in colle imo ſita proſpicit quaſi ex ſummo. ita leniter & ſenſim, Divo fallēte, conſurgit: ut cum aſcendere te non putes, ſentias aſcendiſſe.* Vulg. *leviter.* Plautus Stich. 1.2.℣. 20. *an potius tentem leniter.*

Lenitum lepidè reddere: pro, *lenire.* Bacch. 5.2.℣.31.

Leno periurus. Pœn.3.1.℣.72.
Leno ſceleſtus.Rud.2.4.℣.35.
Leno importunus. Merc. Prol.℣. 44.Vide,*Importunus*.
Lenocinium facere dicuntur, qui perſonas ſuæ domi alunt,quarum pudicitiam datâ pecuniâ alijs proſtituunt.Sic ſi quis ſuã vxorem ſciens ab alio corrũpi tacitè ferat, *lenocinium facere* dicitur. Epid.4.2.℣.11.
Lenonia fides. Rud.5.3.℣.30.
Lenonia loca. Men.3.3.℣.29.
Lenonia ſervitus.Pſeud.3.1.℣.1.
Lenonia ædes. Truc.1.1.℣.30.
Lenonis deſcriptio per epitheta. Rud.3.2.℣.38.
Lenonium. Pſeud.1.3.℣.54. Poteſt quoq; eſſe genitivus pluralis, quemadmodum alia multa, quæ vide, *Genitivi*,in Mantiſſa.
Lenonium genus: lenones.Curc. 4.2.℣.13.Perſ.4.4.℣ 33.
Lenonium oppidum: de ſene lenone.μεταφορικῶς.Pſ.2.4.℣.74.
Lenonius Iuppiter. Pſ.1.3.℣.100.
Lentum: idem quod flexibile, & quod non facile frãgi poteſt: Germ.zeh/ὀγεῤ.ſegne,tardũ. Men.1.1.℣.18. *Vincula lenta*. Hor.Epod.15.℣.6. *lenta brachia*.Mil.4.5.℣.4.*Lenta materies*: quæ non facile procedit. Aliter tamen ab authoribus vſurpari probavit M. Antonius Muretus lib.3. Variarum c. 18.Lucilius lib. 8. Sat.*Lentet opus*. Cicero ad Attic. *lentum negotium*.
Lenulle,ὑποκοριστικῶς, *parve leno*. Pœn.2.1.℣.8. Veteres enim dicebant,*leno*, & *lenus*. Vnde *lenulus* & *lenullus*.Verbũ etiã *lenare* inde factũ. Gloſſæ Iſidori, *Lenull*⁹. parvus læcator. *Læcare* idem quod ſcortari,lenocinari à Græco λαικᾶν & λαικάζειν. Idem Iſidorus. *Leno*,læcator,mediator. *Læcator*,guloſus.*Lenocinium*,læcacitas.Vide etiam ſupra,Conciliare.
Lenoninum cavum; de fœtida muliere.Men.1.2.℣.49.
Lepades: genus conchæ marinæ. Caſ.2.8.℣.59.
Lepidè: elegans connubium adverbii apud Comicos. Curc. 3.℣.15. Caſ.2.8.℣.46.57.&3.2. ℣.27.Bacch.1.1.℣.1.35.& 4.4. ℣.3.&4.9.℣.64.&5.2. ℣.33. Pſeud. 2.4.℣.53. Moſt.1.3. ℣.15.
Lepidè. laudantis pericula.Mil.2. 2.℣.86.
Lepide ac nitide accipere. Curc.1. 1.℣.12.
Lepide aucupavi. Truculen.5.1. ℣.74.
Lepide eſſe: pro, ſplendide tractari.Bacch.1.1.℣.50. Vide,*Bene eſſe*.
Lepide & commode. Mil.3.1.℣. 20.
Lepide facis. Truc.3.1.℣.22.&5. 2.℣.11.13.&4.2.℣.1.
Lepide, proſpereq;. Pſeud.2.1.℣.1.
Lepidus bellus. Capt.5.2.℣.3.
Lepidus: *lepide*.eleganter adiunguntur nominibus & verbis. Curc. 4.1.℣.1.&4.2.℣.19. Bacch.5.2.℣.59.
Lepidus amator. Bacchides1.1. ℣.48.
Lepidus mortalis. Truc.5.1.℣.57.

Lepi-

Lepida virgo. Curc. 1. 3. v. 11.

Lepos: in blanditiis amantum. Caſ. 1. 1. ꝟ. 50. Caſ. 2. 3. ꝟ. 18.

Lepos ludusq;. Aſinaria. prol. ꝟ. 13.

Lepor, *ſuavitas*. Pœnolus 1. 2. ꝟ. 33.

Lepus. Inter obſcena. Caſ. 1. 1. ꝟ. 50.

Lesbia. Merc. 3. 4. ꝟ. 62.

Leſſus: cantus lugubris. Truc. 4. 2. ꝟ. 17. & forte Pœn. prol. ꝟ. 20. Vide paulò ante, *Lauſus*.

Lethum malum. Aulularia 4. 5. ꝟ. 1.

Letho perire. Merc. 2. 4. ꝟ. 15.

Levare laborum. Rudens 1. 4. ꝟ. 27.

Levare paupertatem. Epid. 4. 1. ꝟ. 29.

Leucadia Oppia: liberta Oppiorũ, quæ in foro Romæ habitabat, ad quam nequam mariti plærumque divertebant. Curc. 4. 1. ꝟ. 24.

Levior pluma. Men. 3. 2. ꝟ. 13.

Levis. Idem propriè, quod, *vilis*, nugatorius, contemptus. *Levitas*, vilitas. Agell. 7. 11. *Levitatem plerumq; nunc pro incõſtantia, & mutabilitate dici audio, ſed veterum hominum, qui propriè atque integrè locuti ſunt, leves dixerunt, quos vulgò nunc viles, & nullo honore dignos dicimus*. Cic. 2. Philipp. c. *Videte, inquit, hominis levitatem*. Brutus & Caſſius ad Antonium lib. 11. Epiſt. Cic. *Nam illud valdè leve eſt, ac nugatorium, eâ re denunciatum eſſe*. Cic. ad Q. Fratr. lib. 1. Epiſt. 2. *Ecce ſupra caput homo levis ac ſordidus, ſed tamen equeſtri cenſu Catienus*. Catullus ad Lesbiam: *Nunc te cognovi: quare etſi impenſius uror: multò me tamen & vilior & levior*. Nepos de vitâ Gall. Impp. in Præfat. *Non dubito fore pleroſq;, Attice, qui hoc genus ſcripturæ leve, & non ſatis dignum ſummorum virorum perſonis judicent*. Livius lib. 26. c. *Centuriam vero Iuniorum ſeniores conſulere voluiſſe, quibus imperium ſuffragio mandaret, vix ut veriſimile parentũ quoq; hoc ſæculo vilis levisq; apud liberos authoritas fecit*. Cic. in Piſon. c. 24. *Nam ut levitatis eſt, inanem nuncupari rumorẽ, ut omnes umbras, etiam falſæ gloriæ conſectari: ſic levis eſt animi, lucem ſplendoremq; fugientis juſtam gloriam* &c. *repudiare*. Ita ibi omn. libb. Mss. & rectè. nam paulò antè dixerat, *anguſti animi, atq; demiſſi*. Nõ rectè igitur Faern. & Lamb. *levi animi*, atq; *demiſſi*, legendum putant. Interdum tamen & *Levitatis* vocabulo pro *inconſtantia* uſi ſunt veteres. Cicero 7. Philipp. capite. *Quid eſt inconſtantia, mobilitates, levitates cum ſingulis hominibus, tum verò univerſo ſenatui turpius?* Quibus paulò poſt Cicero hæc tria opponit: *Retinenda eſt igitur nobis conſtantia, gravitas, perſeverantia*. Et pro Cluent. capite. *De cujus hominis levitate & inconſtantiâ plura non dicam*.

Levi-

Levidenſis. Cui contrario eſt *Veſtis pavidenſis*. De his veſtium generibus Iſidorus lib. 9. *Levidenſis*, inquit, *quòd raro filo fit, leviterque denſata. Pavidenſis contraria levidenſi, dicta, quod graviter preſſa calcata ſit.* Eraſm. Chil. Cent. 5. prov. 21. *Munus levidenſe*, ex *Servio adfert, eſſe levidenſum genus veſtis vile, raro tenuiq; textu.* Sed in vulg. Servij id non exſtat. Cicero ad Dolabellam lib. 9. Epiſt. 12. *Sed ego hoſpiti veteri & amico munuſculum mittere levidenſe craſſo filo, cujuſmodi ipſius ſolent eſſe munera.* Ita hic locus in antiqq. codd. Medic. ſcriptus eſt. in vulgg. *mittere volui levidenſe*. P. Victorius ſcribit, Pantagathum putaſſe, pro, *levidenſe*, legendum *levidente*. Sed pro *levi* legi debet, *volui*, & pro *denſa*, leg. *denſo*: vel id delendum, ut ſcholion τοῦ *craſſo* videatur: ut ita ſcripſerit Cicero: *munuſculum mittere volui craſſo filo*, vel *denſo filo*. Quomodo & Symmachus dixit, *ſoloci filo*. de quo infr. in *Solox*. Nam veſtium ea genera, *levidenſem* & *pavidenſem*, puto eſſe commentitia, ex eo Ciceronis loco mendoſo nata.

Lex: pro pacto, conditione. Aul. 3.3.℣.10. Moſt. 2.1.℣.13. Stich. 2.3.℣.48. & 4.1.℣. 58. Epid. 5. 4.℣.39. Vide ſupra, *Leges*.

Lex *barbarica*. Capteivei 3. 1. ℣.32.

Lex *Laetoria*. Pſeud. 1.3.v.68. Rud. 5.3.℣.24. Vetabat filium familias minorem viginti quinque annis ſtipulari, h. e. ἐπερωτᾶσθαι, vt ait Priſcianus lib. 8. & 18. Itemque Cic. 3. de Officiis & 3. de Natura Deorum: & amplius ICti. vt Briſſ. Antiqq. Hotoman. Ind. legg. Rom. & Lipſ. lib. XI. Annal. Tacit. Alciatus Parerg.

Lex *talaria*. Mil. 2.2.℣.9. Ambiguè ponitur; vel pro ea, quam dicit *Magiſter convivij*, qui talorum iactu creatus eſt; vel de ea capitur, quam herus ſervis ſuis ſtatuit de talis confringendis.

Λῆρεῖ λῆραν. Pœn. 1.1.℣.9. *Nugæ*. Inde eſt, *lirare*, & *delirare*.

Libare: decerpere, colligere. Vide & *Delibare*. Cicero lib. 5. Tuſc. cap. *Quoniam nulla te vincula impediunt ullius certæ diſciplinæ, libaſque ex omnibus quodcumque te maximè ſpecie veritatis monet.* Lucret. libro 3.℣.11.

Floriferis ut apes in ſaltibus omnia libant.

ubi in nonnullis libb. *limant*.

Libare. Interdum pro, *minuere*. Vide, *Delibare*. Livius libb. cap. 29. *Integro bello nuſquam ante libatis viribus Italiam aggrediendam cenſent.*

Libare, & frequentativè *Libitare*. & *Delibitare*, Latina ſunt verba, & Ciceroni aſſerenda. lib. 3. Epiſt. 8. ad Appium *Liberalitas tua, ut hominis nobiliſſimi, latius in provinciâ patuit, noſtra ſi anguſtior, & ſi de*

tuâ prolixâ beneficâque naturâ libitavit aliquid poſterior annus propter quandam triſtitiam temporum &c. Et lib. 9. Epiſt. 16. ad Pœtum : *Solebam antea delibitari oleis & lucanicis tuis.* Ita utrumque locum teſtatur P. Victorius in antiquiſſimis libb. Mss. confirmatque ſuo adſenſu Andr. Turnebus lib. 6. Adv. cap. 1. Quare nihil mutandum, ſed veterem lectionem retinendum utrobique.

Libella; ὑποκοριστικὸν à *libra*. Caſ. 2. 5. ℣ 8. Pſeudolus 4. 7. ℣. 47.

Libella argenti. h. e. *as*. Capt. 5. 1. ℣. 27. Pſeud. 2. 2. v. 34. Sic Cic. Accuſ. 11. *Si unam libellam argenti dediſſes.*

Libella. Pſeud. 1. 1. ℣. 96. Libella erat numulus argenteus, decima denarij pars. Proinde *as*, *libra*, *libella argenti* Plauto, & *Libella* Ciceroni & *aſſis* pro eodem ſumuntur : ut volunt Turn. & Iunius.

Ad libellam. Quaſi proverbialiter, pro, omninò, exactè, ad unguem. Sic &, *admodum æquus*. Vide ſupr. *Aequus*. Varro de r. r. cap. 6. *Campeſter locus is melior, qui totus æquabiliter in unam partem vergit, quàm is, qui eſt ad libellam æquus.*

Libellarium. Ciſta libellorum & chartarum. Rarius eſt vocabulum, quo tamen Cicero uſus videtur, ſi vett. codd. ſtandum. Nam in vulgg. ferè eſt, *librarium*, eâdem notione. *Libellarium* autem, ſive *librarium* eâdem ratione dictum, quâ, *tabularium*. Cicero pro Milon. cap. 12. *Exhibe quaſo, Sexte Clodi, exhibe libellarium illud legum veſtrarum, quod te ajunt eripuiſſe domo, & ex mediis armis, turbâque nocturnâ, tamquam Palladium ſuſtuliſſe, ut præclarum inde munus ac inſtrumentum Tribunatûs ad aliquem, ſi nactus eſſes, qui tuo arbitrio tribunatum gereret, deferre poſſes.* Sic reperi in Ms. Pal. vulg. *armarium*, vel, *librarium*.

Libellus: pro. *littera*. Pſeud. 2. 4. ℣. 16. *Libellus pauxillulus obſignatus.*

Libellus Venereus erat publicum edictum, quo latitantes citabantur. Curc. 1. 3. ℣. 6.

Libenter: pro, jucundè. Capt. 3. 1. ℣. 15. Cic. 2. de Fin. *Et tamen non negat libenter unquam cœnaſſe Gallonium, ſed bene. Ex quo efficitur, qui bene cœnant, omnes libenter cœnare, qui libenter, non continuò benè.* Lucilius: *Quid bene? cocto, condito, ſermone bono: ſi quari libenter.*

Libenter eſſe, cænare, edere, aut prandere : hoc eſt, bene, & cum appetitu, ut dicimus vulgò, *cum voluptate*. Sic, *libenter diligere*. Cato de r. r. cap. 156. *Si voles in convivio multum bibere, cœnareque libenter, ante cœnam eſto crudam.* &c. Ibid. *Nolito multum dare, ne perta deſcat, ut poſſit porrò libenter eſſe.* Trebonius ad

ad Cicer. lib. 12. Epiſt.fam. *Quod eum, quem erat neceſſe diligere, qualiscumque eſſet, talem habemus, ut libenter quoq; diligamus.* Cicero lib. 13. Attic. Epiſt. 52. *Quid quæris? Delectatus eſt, & libenter fuit.* Et lib. 6. Epiſt. 6. *Vbi quidem fui ſanè libenter apud Talnam noſtrum.* Catullus *Fui libenter in tuâ ſuburbanâ* &c. Cicero de fin. lib. 2. cap. 8. *Et tamen non negat libenter* &c. *in quem cœnaſſe Gallonium (mentiretur enim) ſed benè. Ita graviter & ſeverè voluptatem ſecernit à bono.*

Liber & ingenuus: quid differant, patet ex loco. Milit. 4. 1. ℣. 15.

Liber; Bacchus, à libertate linguæ, vini pollens, lepidus. Capteivei 3. 4 ℣. 46. Curc. 1. 2. ℣. 21. Ciſtell. 1 2. ℣. 8. Stich. 5. 4. ℣. 17.

Liber dicitur παρὰ τὸ λύειν, ὁ λελυμένος: qui ἐλεύθερος Græcis: quia habet itus liberos. Menæchmi 5. 7. ℣. 39. 40. & 5. 8. ℣. 6.

Libera luſtra. Aſinaria 5. 2. ℣. 17. Dicuntur illa, in quibus liberè potatur, amatur. Sic *liberi homines* ſunt voluptarij, & Genio ſuo liberè indulgentes. *Libera vindemia* in vitâ Heliogab. apud Vopiſcum: quam cum omni iocorum libertate, & omni libidinandi popinandique licentiâ celebrabant: ut egregie explicat Clariſſimus Salmaſius ad Vopiſcum pag. 506.

Libera nata. Curculio 5. 2. ℣. 9.

Liberalitas. ſæpe, Ciceroni præſertim, pro humanitate, facilitate, & comitate accipitur, ut & *Liberalis*: cui contraria, *Severitas*. Cicero Epiſt. ad Plancum. *Et præterea mihi non ignotam in conſuetudine & familiaritate ſuavitatem tuam adjungit, præterea ſummam ergà ſe liberalitatem.* Et lib. 1. Epiſt. 9. ad Lentulum: *Tum humanitas ac liberalitas brevi tempore & litteris & officijs perſpecta mihi & cognita.* Et pro M. Marcello capite. *De nobis* &c. *quoties cogitabis, toties de incredibili liberalitate, toties de ſingulari tuâ ſapientiâ cogitabis.* Et ad M. Brutum Epiſt. 3. *Illudque conſideres, ne tua liberalitas diſſolutio videatur.* Et pro Flacco capite. *Vbi ſeveritas periculoſa eſt, liberaralitas ingrata. Vide hominem non putare.* Et poſtea: *Neminem liberum ducit.* h. e. omnes pro ſervis habet) *Ita & neminem præ ſe ducit hominem.* Ad Herenn.

Liberi propriè dicuntur illi, qui ex juſtis nuptijs ſunt concepti. Contra tamen Plautus Capteivei 4. 2. verſ. 38. *Lanij concinnant liberis orbas oves.* Vide Paſſerat. Comment. ad Catullum pag. 12.

Liberi, de filiabus. Aul.4.10.℣.6. Rud.3.4.℣.44.Pœn.5.1.℣.7.

Liberos fieri. Ciſt.5.1.℣.6.

Liberi flos. vinum. Ciſt.1.2.℣.5.

Liberi lepos: pro vino. περιφραστικῶς. Curc.1.2.℣.4.

Liberalis, ingenuus. Mil. 1.1. ℣ 64.

Liberales dicuntur, inquit Feſtus, non ſolum benigni, ſed etiam ingenuæ formæ homines. Perſ.4.3.℣.52.76. Sic Apul.4. Mileſ. dixit: *virginem filo liberalem.*

Liberali cauſa. Pœn.4.2.℣.84. & 5 2.℣.4.142.

Liberare ſimpliciter pro, *manumittere* Moſt.1.1.℣.22.

Liberaſſo. Moſt.1.3.℣.66.

Liberi: de vnico puero. Truc.4.4.℣.11.

Libero dignum: homine dignum: libero homine dignum. Veteres interdum diſjunctè, interdum coniunctè hæc proferebant. Cicero lib. 1. Offic. cap.42. *Nihil eſt agricultura melius, nihil libero dignius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine, nihil libero digniꝰ*. Ita ibi v. cod. & ſupr. ubi de jocis, cap.29. *Alter ſi tempore fit, ut ſi remiſſo animo homine dignus, alter in libero quidem.* Et in Lælio cap. *Quæ non modò amico, ſed ne libero quidem digna ſunt*. Et 3.Verr. cap. *In Apronium hominem vix liberum contaminatum*. Et lib.5 de fin. cap. *Nihilne eſt in his rebus quod dignum libero aut indignum ducamus*. Et l.1. de Orat. cap. *Accedat eodem oportet lepos quidam, facetiæq; & eruditio libero digna*. Terent. Andr.2.1.℣.30. *Ego Charine neutiquam officiũ eſſe liberi puto*. Agellius l.18. cap.10. *Exiſtimo non medico ſoli, ſed omnibus quoq; hominibꝰ liberis liberaliterq; inſtitutis, turpe eſſe.*

Liberum neminem eſſe ducit: pro, contemnit. Cicero 1. Accuſ. cap. Superbia verò quæ fuerit, quis ignorat? *Quemadmodum is tenuiſſimum quem contemſerit, deſpreverit, liberum numquam eſſe duxerit*. Et paulò poſt: *Quo deniq; ore, quos numquam liberos putavit, libertinos homines ſolitus ſit appellare.*

Liberare: pro, ex ſervo liberum facere, manumittere. Plautus Moſt.4.2.℣.54. *Qui poſtquam pater ad mercatum abivit, dum tibicinam liberavit.*

Liberta. Pœn.1.1.℣.36.

Libertas pœnula: dicitur per iocum; vt Libertas ſit loco pœnulæ. Moſt.4.2.℣.74.

Libertas lepida. Rud.2.6.℣.6.

Liberalis cauſa: dicitur, quæ in ſe continet actionẽ libertatis. Curc.4.2.℣.4. & 1.3. ℣.53. & 5.2.℣.68. & 5.3.℣.31.

Libertates. Caſ.2.8.℣.70.

Libertati eſſe. Pœn.5.4.℣.46.

Libertini: liberti. Perſ.5.2.℣.17.

Libertus; eſt, qui manu emiſſus eſt. Aſin.2.4.verſ.5. Curc.4.3.verſ.11.

Libido eſt: libet, lubet. Bacch.3.3.verſ.12. Epid.1.1.℣.87. Men.1.1.℣.7.

Libido

Libido & metus in improbis ſæpe pugnant. Bacch. 5.2. ℣. 78.

Libitinarius. Aul. Sc. *Quid hic* verſ. 26.

Libitum eſt. libet. Curc. 5. 2. ℣. 28. Bacch. 5. 1. verſ. 9. Mil. 3. 2. ℣. 13.

Libra pondo. Sic loquebantur coniunctè veteres, cùm de librâ ponderali, non menſurali (ut ita dicam) intelligi vellent. Livius lib. 26. cap. *Et quibus uxor filiave ſunt, ſingulas uncias auri pondo relinquat: argenti qui curuli ſellâ ſederūt: equi ornamenta & libras pondo*. Et eod. lib. cap. 47. *Pateræ aureæ fuerunt* CCLXXVI. *librales fermè omnes pondo*. Idem lib. 3. cap. 29. *Et coronam auream Dictatori libra pondo decreverit*. Plautus Pſeud. 3. 2. ℣. 27. *Eo laſerpicij libram pondo diluunt*. Et Rud. 4. 2. ℣ 8. *Neque piſcium ullam unciam hodie pondo capi*. Agell. lib. 17. cap. 21. *Quod cùm comperiſſent argenti facti cœna decem pondo libras habere*. Ita ex v. l. leg.

Libramentum. Ita Cicero, ſed timidè vocat, quod à Geometris Græcè ἐπιφάνεια. Vide & ſupr. *Extremitas*. Barbari vocant *Superficiem*; de quo infr. Cicero Lucull. cap. 37. *Punctum eſſe, quod magnitudinem nullam habeat: extremitatem, & quaſi libramentum, in quo nulla omninò craſſitudo ſit. Liniamentum ſine ullâ latitudine*. Sic leg. deletâ voce, *tarentem*. quaſi dicat, in quo nulla ſit latitudo.

Librare telum. Lucanus lib. 9. ℣. — *primus raptam librare bipennem Auſus*. Ita ex lib. v. leg. vulg. *librare vacabat*.

Librilia. Sunt ſaxa, ad brachii craſſitudinem, quæ in medium flagelli cum loris revincta, in hoſtes Romani milites jaciebant: qui & ab eo, ni fallor, *Libratores dicti*. *Librilia*, ait ex Feſto paulus, ſed hodie mendoſè in eo *Librilla* appellantur *inſtrumenta bellica, ſaxa ſcilicet ad bracchij ſimilitudinem & craſſitudinem, in modum flagellorum, loris revincta*. Cæſar lib. 7. de bell. Gall. extremo *Fundis, librilibus, ſudibusque quas in opere diſpoſuerunt, ac glandibus Gallos proterrent. perterrent*. Sic leg. vulg. *fundis libralibus*. Vegetius lib. 2. cap. 23. *Semper adſueſcendum eſt etiam, ut ſemel tantum funda circa caput rotetur, cùm ex ea emittitur ſaxum. Sed & manu ſolâ omnes milites librilia ſaxa meditabantur iactare, qui uſus paratior creditur: quia non deſiderat fundam*. Sic leg. vulg. *libria*. Tacitus: *Rumotique paulùm legionibus funditores libratoresque excutere terrâ, & perturbare hoſtem*. *Quod licet*, propriè id *lege permittitur, quod legibus congruit, quod legibus vetitum: à quo differt, quod oportet*. Vide infr. Mantiſſ. de Verb. different.

Libri: de Ridiculis. Stich. 2. 3. ✝. 75. & 3. 2. ✝. 1.

Libya conterobromia, dicta à Plauto, quod Bromium, *hoc eſt*, uvas ſiue vinum conterat. Curc. 3. ✝. 76.

Licere. Germ. Faylſchen. Men. 5. 1. ✝. 97.

Liceri, & *licitari*, voce paſſiua habent ſignificationem actiuam. Stich. 1. 1 ✝. 68. Men. 5. 9. verſ. 97.

Liceſſit: licuerit. ἀρχαϊκῶς. Aſin. 3. 3. ✝. 13.

Licet. Fere nihil aliud ſignificat apud Plautum, quam aſſenſum. Moſt. 2. 1. verſ. 55. Pſeud. 1. 3. verſ. 21. Rud. 4. 6. ✝. 8. Truc. 2. 7. ✝. 35.

Licet. Inſultantis. Propert. lib. 1. Eleg. 8. *Falſa licet cupidus deponat gaudia livor*. Cicero Philipp. 13. *Præcipias licet gaudia*. Ovid. lib. 3. Met. *Nunc tibi me poſito viſum velamine nares ſi poteris narrare, licet*. Cicero lib. 2. de Orat. cap. *Nihil adduco: ducas, licet*. Virgil. lib. 11. Aen. ✝. *Poſſit quid vivida virtus, Experiare licet*.

Licet; interdum caſui iungitur. Pſeudulo. 1. 1. verſ. 14. *Licet me id ſcire*.

Licet: permittendi particula, pro, *poteris*. Moſt. 3. 3. verſ. 24. Rud. 1. 2. ✝ 51. *Mea quidem hercle cauſa ſaluus ſis licet*. Aſin. Prol. ✝. 12. *Aſinaria vult eſſe, ſi per vos licet*; h. e. ſi permiſeritis. Cicero. *Hic pugnet licet, non repugno*. Cato de re Ruſt. *Et ſi voles inſuper vinum Coum miſtum bibere, licebit bibas*.

Licet eſſe quieto. Græcanica ſyntaxi. Epid. 3. 2. verſ. 2. & Stich. 4. 2. ✝. 32. *licet eſſe incœnato*. Martial. *Nobis non licet eſſe tam diſertis*.

Licet rogare. Solemnis locutio eorum, qui teſtes interrogaturi rogabant quæſitorem aut Prætorem. Cicero lib. 2. de Orat. cap. *Puſillus teſtis proceſſit, licet, inquit, rogare. Philippus. Tum quæſitor properans, modò breviter*.

Licet conſulere. Ita *Conſultores* adibant Iuriſconſultos. Cicero pro Muræna cap. *Itaque non modò beneficij collocandi ſpem, ſed & illud, quod aliquando fuit, licet conſulere, jam perdidiſtis*.

Licet anteſtari. Vide ſupr. *Anteſtari*: Horat. lib. Sat. 9. verſ. 76.

— *& quò turpiſſime magnâ*
Exclamat voce, & licet anteſtari? Ego verò Oppono auriculam.

Licitari. Merc. 2. 3. ✝. 104.

Lictores: miniſtri Prætorum Epid. 1. 1. ✝ 26.

Lien facit ſeditionem. Elegans & iocoſa formula. Merc. 1. 2. verſ. 14.

Lien directum. Curc. 2. 1. v. 29.

Lien necat. Curc. 2. 1. ✝. 21.

Liene cinctus. lienoſus. Curc. 2. 1. verſ. 5.

Lienoſum cor. Caſ. 2. 6. ✝. 61.

Ligna-

Lignatum ire. Capt. 3. 4. ℣. 115.
Lignea cuſtodia. Pœn. 5 6. v. 28.
Lignea ſalus. Pſeud. 1. 1. ℣. 45.
Ligula: vox contemptus. Ger. Du Schürimen Pœn. 5. 5. verſ. 39.
Ligurire: eſt deguſtare. vnde *Abligurire*, multa auidè conſumere. *Nonius*. Capt. 1. 1. verſ. 16.
Limâ. Men. 1. 1. verſ. 9.
Limaces meretrices, quæ miſeros amantes corrodunt: vel à limando bona illorum. Plautus Fragmentis ex Aſtraba.
Limare caput: dicuntur amatores, quando cum amica caput coniungunt, & tanquam terunt & limant ſeſe mutuo fricando dum oſculantur. Pœn. 1. 2. ℣. 81. Turneb. lib. 15. cap. 6. Vſurpatur quoque *Limare* dicto loco Plauti ambiguè per iocum, pro limo inquinare & *conſpurcare*. In Mercat. 3. 1. v. 40 vſurpatur pro *συνουσιάζειν* Gloſſæ veteres: *Limare*, lociare Nonius *coniungere* interpretatur.
Limare: deminuere, decerpere. Cicero lib. 3. de Orat. cap. Neque eos ſimiles effecit inter ſe, ſed tantùm alteri offinxi, de altero limavit, ut id confirmaret in utroque, quod utriuſque natura pateretur. Lucret. lib. 3. ℣. 11.

Floriferis ut opes in ſaltibus omnia limant.

Ita quidē ibi: vett. libb. ſed Editor Lucretij longè aptius cenſet, *libant*. cui lubens adſetior. Cicero l. 3. Epiſt. ad Appium: *Noſtra ſi anguſtior, etſi de tua prolixa beneficiaq; natura limavit aliquid poſterior annus*. Horatius lib. 1. Epiſt. 14. ℣. 38.

Non iſtic obliquo oculo mea cōmoda quiſquam Limat

Quintil. lib. 2. c. 4. *Materiam eſſe primam volo vel abundanti ortum, atque ultra quàm oportet fuſam, multum inde decoquent anni, multum ratio limabit. aliquid velut uſu ipſo deteretur. Sic modo, unde excidi poſſit*, & *quod exſculpi*.
Limax. Fortaſſis inde, etſi à *limo* deducit Varro lib. 6. LL. Plautus Aſtraba ſive Clitellaria apud Varr. lib. 6. LL. pag. 76. *non quaſi ſint limaces livida*. *A limo* dicitur, quòd ibi vivit. Plautus verò *Meretricus* vocat *limaces*. à *limando*. Sic enim τὸ ῥινᾶν uſurpat Aelianus: καὶ ὁ μὲν τοῦ μεταγόρου θηρῶν μεταφέρει, ὅτι ῥ τῶν ἀνθρώπους φάτνην αὐτὸς ἐκείνους εἶχε.

Limborarij textores ſunt, qui limbo oras veſtium pingunt, ſiue prætexunt: à *limbo* & *ora* Aul. 3. 5. ℣. 45.
Limen ſuperum, inferum. Merc. 5. 1. ℣. 1.
Limes: iter, via, aut ſemita potius. Et propriè videtur poëticum vocabulum. Lucret. lib. 6. ℣. 26.

—*atque viam monſtravit limite parvo*. ita vett. libb. Vulg. *tramite prono*.

Cicero libro 6. de Rep. ſive Somn. Scip. *Ego verò, inquam, ô Affricane, ſiquidem benemeritis de patriâ quaſi limes ad cæli aditum patet.* Livius lib. 22. cap. *Inde transverſis limitibus in viam Latinam eſt regreſſus.* Vbi Valla legit, *tramitibus.* Vulg. *militibus.* Et lib. 31 cap. *Philippus profectus inde transverſis limitibus terrorem præbuit ſubitum hoſti.*

Limes dicitur etiam de aquis, Pœn. 5.3.✠.19. Martial. lib. 11. Epigr. 91. Propert. lib. 4. Eleg. 4. & 10.

Limis. Veteres dicebant, quod hodie ferè *Limus.* Horat. lib. 2. Sat. 5.✠.53.

Sic tamen, ut limis rapias, quid prima ſecundo.
Cera velit verſu.

Sic ille locus leg. non ut plærique nova ratione, *limis oculis*, nimis præciſè. Feſtus: *Limis obliquus, transverſus: unde & limina.* Sic vet. lib. vulg. *limus.*

Limus, & *limulus*, oculus: eſt obliquus, tranſverſus: qualis propriè eſt amatorum. Bacch. 5.2.✠.12. Mil. 4.6.✠.2. Terent. Eun. 3.5.✠.53. *Ego limis adſpecto per flagellum clanculum.* Quintil. lib. 2. cap. 3 *Quadam voluptate ſuffuſi, aut limi, & ut ſic dicam Venerei.* Apull. libro 2. Mileſ. *Ad me converſa limis & morſicantibus oculis.* Varro apud Nonium in Strabones:

Multi enim qui limina intrarunt integris oculis Strabones ſunt facti.

Linarius: qui linum vendit. Aul. 3.5.✠.34. Inſcriptio Romana pag. DCXLIX.3.

Linea: pro lino illo piſcatorio, cuius extremo hamus eſt annexus. *Lineam mittere* eſt aliquem captare, decipere. Moſt. 5.1.✠.22. Vide Nicol. Loëſem Epiphyll. lib. 7. cap. 1. Ovid. lib. 3. Metam. ✠. *Lina madent comites,* Et mox.—— *nodoſaque tollite lina.* Sic ἀρπεδὸνη, funiculus ad venandum in retiis, Vide etiam Pollucem lib. 5.

Linea extrema. Terent. Eun. 4.2. ✠.12. *Certè extremâ lineâ amare haud nihil eſt.* h.e. impenſiſſimè. Vbi Donatus: *An ſic*, inquit, dixit extremâ lineâ, quemadmodum dicitur *longis lineis quid fieri? id eſt de longinquo.*

Ad lineam: &, *E regione*, valent id, quod vulgò dicimus, *rectà.* Vt, *ferri* aut *moveri ad lineam.* Cicero Lucullo cap. *Cenſet enim* (Epicurus) *eadem illa individua & ſolida corpora ferri deorſum, pendere ad lineam.* Et mox: *ſi omnia deorſu è regione ferrĕtur, & aut dixi ad lineam.* Et mox: *Si ve aliæ declinabunt, aliæ ſuo motu rectè ferentur: primum erit hoc quaſi pronuncias atomis dare, quæ rectè, quæ obliquè ſecantur.*

Lineam mittere: pro, fallere, decipere, captare. Proverbialiter ſic dicitur à Plauto Moſtellaria 5.1.✠. 22. Non ego illi extemplò ita meum oſtendam

ſtendam ſenſum. mittam lineam. Proverbij bujus rationem primus dilucidè expoſuit Nicolaus Loënſis Epiphyll. lib. 7. capit.

Lingere mel. Caſina 2. 8. verſ. 21.

Lingere ſalem. Vide litt. D. *Delingere.*

Lingua. Promontorij extrema pars. Livius libro 44. capite *Eminet namque in altum lingua; lingua ſita eſt Caſſandrea.*

Lingua: in blanditiis. Pœn. 1. 2. ỹ. 172. 175.

Lingua: perfida lingua. Mil. 2, 2. ỹ. 33.

Lingua patrona periurij. Curc. 4. 2. ỹ. 9. 26.

Lingua largiloqua: mendax. Mil. 2. 3. ỹ. 47.

Lingua venditaria: quæ vendere, vel venire cupit, venalis, πρϰϰτμε@. Stichus 2. 1. ỹ. 104. Curculio 4. 1. ỹ. 21. Mil. 2. 3. ỹ. 41.

Linguá factioſus. Vide litt. F.

Linguá celeri uti ad denegandum, Truc. prol. ỹ 8.

Lingua in mella ſita. Truc. 1. 2. ỹ 75.

Lingua ſua moderari. Curc. 4. 1. ỹ. 25.

Linguam abſcidere. Amph. 2. 1. ỹ. Ovid. lib. 6. Met. ỹ. *linguam abſtulit.* Aul. 2. 2. ỹ. 12. *Præcidere linguam.* Mil. 2. 3 ỹ. 47. *Truncare linguam.*

Linguam obicere. Pœn. 5. 4 ỹ. 63. Vide litt. B. *Bilingij prehendere.*

Linguam vertere ad hominum mores. Pœn. 1. 2. ỹ. 4.

Linguas duplices habere: bilinguem eſſe. Truc. 4. 3. ỹ. 7.

Lingulaca; genus piſcis, vel mulier argutatrix. *Feſtus.* Caſ. 2. 8. ỹ. 64.

Lino tabellas exaratas obſignabant. Bacchides 4. 4. verſ. 64.

Linquere. Ciſt. 3. ỹ. 11.

Linteo. Qui linteatexit. Aul. 3. 5. ỹ. 38. Inſcriptio Romana pag. XXXVIII. 15. *Linteones Apollinis.*

Linteolum caſitium: eſt, purum & candidum. ſic dictum, vel quod cædendo ad candorem pervenerit: vel quod oras circumciſas habeat. *Nonius.* Epid. 2. 2. ỹ. 46.

Linteum: mantile lineum. Moſt. 1. 3. ỹ. 109.

Linteum exterſui. h. e. ad exterſũ comparatum. Curc. 4. 4. ỹ. 22. Vide *Periphraſis* in Mantiſſa.

Linteus: Veteres ſæpe dicebant: quod vulgò hodie, *Lineus:* eâque re factum, ut ob veterem ſcripturam contra fidem & authoritatem Manuſcriptorum libb. multi ſint interpolati impreſſi libb. Cicero l. 5. Verr. c. *Illi ad deprecandũ periculum profecerant, alij purpuram Tyriam, thus alij, atq; odores veſtemq; linteam, gemmas alij, & margaritas.* Vbi quidam ſubijcere conati ſunt, *veſtemque lineam.* Nepos in Iphicrate: *Idem genus loricarum & pro ſertis atque aënis*

lineas dedit. Sic v. c. vulg. *pro ferreis atque aënis lineas.* Livius lib. 4. cap. *Linciuſ Macer author eſt, & in foedere Ardentino, & in linteis libris ad Monetæ inventos.* Idem lib. 10. cap. *linteo lecto ſacrificatum.* Sic vetuſtiſſimus liber. Celſus lib. 5. *Faſcia verò ait vulnus eligendum lintea aptiſſima eſt.* Vbi quidam aliud ſupponere malint.

Linus: ab Hercule diſcipulo interfectus. Bacchides 1. 2. ℣. 47.

Lippa; oculis turgidis. Mil. 4. 3. ℣. 15.

Lippiunt fauces fame. ob ſaliuam quæ inde defluit. Curculio 2. 3. ℣. 39.

Lippitudo. Rud. 3. 2. ℣. 18. Pœn. 1. 2. ℣. 182.

Lippus Mil. 2. 3. ℣. 21.

Liquidus. pro tranquillo, μεταφορικῶς. Moſt. 3. 2. ℣. 65. *Liquida tempeſtas.*

Liquidiuſculus: aliquanto ſerenior. Mil. 3. 1. ℣ 70.

Liquido animo eſſe: non eſſe ſollicitum. Pſeud. 1. 3. ℣. 3.

Liquidò: pro, verè, ponitur à veteribus: Vt, *liquidò jurare, liquidò confirmare* Græcè quoque διαῤῥήδην ὀμνύειν, & σαφῶς ὀμνύναι, apud Duarenum, aliosque eum ſecutos: quibus tamen non aſſentior. Græcis enim σαφὴς interdum valet idem quod, *certus.* Sic σαφῶς λέγειν. σαφῶς εἰδέναι: *certò ſcire, loqui, dicere.* Terent. Andr. 4. 3 ℣. 13. *Quia ſi forte opus ſit ad herum jurandum mihi non appoſuiſſe, ut liquidò poſſim.*

Ovid. lib. 4. Eleg. 6. de Ponto:

Te quoque idem liquidò poſſum jurare precari,
O mihi non dubiâ cognite Bruto notâ.

Cicero in Verr. lib. 6. cap. *Confirmare hoc liquidò, Iudices poſſum, valuas magnificentiores ex auro & ebore perfectiores nullas umquam ullo tempore fuiſſe.* Vlpianus IC. l. 26. C. de jurejur. *Sive enim Dominus petat, cogetur docere reus liquidò juraſſe, poſitâ ſcil. exceptione.* Seneca lib. 7. Benef. cap. 9. *Quibus ſumtis mulier parùm liquidò nudam ſe non eſſe jurabit.* Ita ferè.

Liquidò negare, certò apparet. Cicero Mario lib. 11. Epiſt. 27. *Defenſio autem eſt duplex. Alia ſunt, quæ liquidò negare ſoleam: ut iſto ipſo ſuffragio: alia, quæ defendam à te piè fieri, & humanè: ut de curatione ludorum.*

Liquidum: pro aqua. Sed hoc Poeticum magis. Plutarchus contra Epicuri voluptatem ὑγρὸν ita uſum docuit Petrus Victorius libro 23. capite 20. Var. lect. Horat. libro 1. Sat.

Vt tibi ſi ſit opus, liquidi non amplius urnâ,
vel cyatho.

Vitruvius libro 1. capite 4. *Item ſi humor occupavit corporum venas, imparesque eas fecit, cetera principia, ut à liquido*

quido corrupta diluuntur & diſſoluuntur compoſitio.

Liquidum auſpiciũ. Vide litt. A.

Liquitur: diffluit res. Trin. 2. 1. ℣. 17. Vide *Labi.*

Litare: καλλιερεῖν, eſt propitiare, & votum impetrare: à verbo *luere*, h. e. ſolvere. *Pœn.* 2. 1. ℣. 84. Varro Hecatombe; *In quo ego, vt puto, quoniam eſt luere ſolvere, lutavi.* Alii ἀπὸ τῶν λιτῶν à precibus. Vide Turneb. lib. 18. cap. 20.

Litatio. Pſeud. 1. 3. ℣. 99.

Litem ad ſe accipere: pro ſuſcipere. Moſt. 5. 2. ℣. 23.

Litem apiſci. Rudens Prol. ℣. 17.

Lites contrahere. Capteivei Prol. ℣. 63.

Lites falſas petere teſtimoniis falſis Rud. prol. ℣. 13.

Lites judicare. Mercator 2. 2. ℣. 10.

Lites creare. Pœn. 3. 2. ℣. 9. & ℣. 10 *Emere lites.*

Litigium: Amph. Sc. *Tun' me* ℣. ℣. 29. Men. 1. 2. ℣. 41. & 5. 2. ℣. 15. 34.

Litigium contrahere inter aliquos. Caſ. 3. 2. ℣, 31.

Littera longa eſt littera I. de ſuſpendio vſurpatur, proverbialiter. Aulularia 1. 1. ℣. 39. vide ibi Animadverſiones noſtras.

Littera cubitum longa. Pœn. 4. 2. ℣. 15. Rud. 5. 2. ℣. 7.

Littera: gallinæ manibus ſcriptæ. Pſeud. 1. 1. ℣. 27.

Littera interpretes. Pſeudolus 1. 1. ℣. 40.

Littera lepida. Pſeud. 1. 1. ℣. 25.

Littera libros ſibi quærere dicuntur, per iocum obſcenum, quando inæqualiter ſcriptæ ſunt. Pſeud. 1. 1. ℣. 21.

Littera loqui; eleganter, & verè dicuntur. Bacch. 4. 7. ℣. 3. Cicero lib. 1. de leg. *Dum Latina loquentur litteræ.* Idem, *vt Annales P. R. & monumenta vetuſtatis loquuntur.*

Littera narrant & loquuntur Perſ. 4. 3. ℣. 30. 47.

Litterarum ſermo. Pſeudolus 1. 1. ℣. 97.

Litteras diſcere; in re Venerea. Truc. 4. 2. ℣. 22. Germ. lernen Bulen.

Litteras neſcire aut, *ſcire*, dicuntur illi, qui ſcribere, aut legere (ut nos vulgò loquimur) neſciunt, aut ſciunt. Græci ἀγραμμάτους. Id rectè jam pridem admonuit Fr. Duarenus in Diſput. Anniverſ. lib. 1. cap. 3. Paulus IC. l. 3. D. de Accuſat. *Idem ſubſcribere debebit is, qui dat libellum ſe profeſſum eſſe: vel alius pro eo, ſi litteras neſciat.* Modeſtinus l. 6. §. ult. D. de excuſat. *Tutor* περὶ τῶν ἀγροίκων καὶ τῶν ταπεινῶν, καὶ τῶν ἀγραμμάτων γράφει παῦλος οὑτοσί. *Mediocritas & ruſticitas interdum excuſationem prabent, ſecundùm Epiſt. Hadriani & Antonini, qui ſe negat litteras ſcire, excuſatio non accipi debet, ſi modò non expers negotiorum.* Seneca libro 2. de Clementia c. *Cùm chartam protuliſſet, traderetq; excla-*

exclamaſti: *Vellem neſcire litteras*, Vitruvius lib. 1. cap. 1. *Litteras Architectum ſcire oportet, ut Commentariis memoriam firmiorem efficere poſſit.* Et. *Non enim* debet, nec poteſt eſſe Architectus Grãmaticus, uti fuit Archiſtarchus, ſed non ἀγράμματος, nec Muſicus, ut Ariſtoxenus, ſed non ἄμουσος. Sic & *Litterarum ſcientia*, accipitur apud *Paulum* in l. pater. D. de acq. hered. *Qui* autem in his pueros inſtituunt, dirimitur, primas litteras. *Et litteras docere*, & Græcè Plut. Alcibiad. γράμματα διδάσκειν, & Magiſtri *Litteratores* à Lampridio Severo, & ipſa *Scientia* à Cicerone *Litteratura* dicta fuit in Partit. Orat. Huc referri debet Proverbium: *Neque natare, neque litteras novit.* Interdum tamen. *Scire* & *Neſcire litteras* valet, doctũ & indoctũ eſſe in φιλολογίᾳ. Sic *Litteras non dedicisse*, Cicero Fragm. pro Q. Gallio: *Multos enim condiſcipulos habet, qui ſimul litteras non didicerunt.* Et lib. 2. de fin. c. *Quod veſtri quidem vel optimè diſputant, nihilo pius eſſe eum, qui Philoſophus futurus ſit, ſcire litteras.* Et in Bruto cap: *T. Flaminium, qui cum Metello Conſul fuit, puer, vidimus &c. exiſtimabatur, ſed litteras neſciebat.*

Litteras facere; eſt, *ſcribere.* Aſinaria 4. 1. ℣. 22. Aulularia 1. 1. ℣. 9.

Litterata urna; litteris vel imagine alicuius inſcripta. Rud. 2. 5. ℣. 21. Græci vocabant γραμματικὸν σκεῦος. Lucian. Lexiphane: γραμματικὸν ποτήριον. Athenæus γραμματικὸν ἔκπωμα. Ibi videſis Caſaub. Animadverſ. pag. 496.

Litteratæ epiſtolæ fictiles; amphoræ litteris inſcriptæ. Pœn. 4. 2. ℣. 14.

Litteratus; de ſervo ſtigmaria, virgis cæſo, ita vt virgarum notæ velut litteræ in tergo adhuc inhæreant; κατάγραπτος. Caſina 2. 6. ℣. 49. Pſeud 1. 5. ℣ 13. Sic namque appellabantur ſtigmoſa illa flagitia; *Scripti* & *Inſcripti*. Petronius; *Sequar ego, frontes notans inſcriptione ſolerti, vt videamini ſtigmate eſſe puniti. Ita eadem littera & ſuſpicionem declinabunt quærentium, & vultus vmbra duplici tegent.* Vlpianus in Fragmentis Tit. 5. *Deditiorum numero ſunt, qui pœnæ cauſa vincti ſunt à Domino; quibus veſtigia ſcripta fuerunt.* In verbis Petronii non temere nominantur litteræ; ſiquidem mox in eodem ſequitur; *Implevit Eumolpus frontem vtriusque ingentibus litteris; & notum fugitivorum epigramma per totam faciem litterati manu duxit.* Sic enim rectè nobilium Ocellus *Ianus Douſa.* Iiſdem ſervis litteræ ſive ſtigmata dicebantur *Imprimi.* Petronius *Vera enim ſtigmata credebat*

bat captivorum frontibus impreſſa, ſciſcitarique ſubmiſſius cœpit, quod ergaſtulum intercepiſſet errantes. Caius Inſtit. lib. 1. Tit. 1. de deditiis, quales, *in quorum facie vel corpore quacumque indicia aut igne aut ferro impreſſa ſunt.* Apuleius de piſtrinariis libro 9. *Frontes litterati & capillũ ſemi raſi, & pedes anulati.* Nugax enim hoc hominum genus ſemiraſum, vilia ſcilicet corpora, & cui tali raſura illudebatur. Vnde & Giton apud Petronium cum comitio ſuo radi volebat; vt vel ſic eff ugeret periculum ſub raſi & inſcripti perſona.

Litteratus enſiculus; litteris inſcriptus. Rudens. 4. 4. ℣. 112.

Litteratus, *Litteratura*, *Litteratores.* Corn. Nepos: teſte Suetonio lib. de Illuſtr. Grammat. ſcripſit vulgò quidem eos dici *Litteratos qui aliquid diligenter & acutè, ſcienterque poſſint aut dicere, aut ſcribere: ſed propriè ſic appellandos, & olim vocitatos, qui à Græcis γραμματικοὶ nominantur.* Eidem Meſallæ *Litteratores* quoque dicti ſunt: qui Catonem Grammaticum vocat *Litteratorem.* Nam Suetonius ibidem adjicit: *Sunt*, inquit, *qui litteratum à Litteratore diſtinguunt: ut Græci Grammaticum à Grammatiſta; quorum opinionem* Orbilius *etiam exemplis confirmat. Nam apud Maiores, ait, cum familia alicujus venalis produceretur, nõ temere quem Litteratum* (puto τὸ non inducendum) *in titulo, ſed Litteratorem inſcribi ſolitum eſſe: quaſi non perfectum litteris, ſed imbutum.* Et hac ratione *Litteratoris* verbo alij quoq; uſi ſunt: de eo ſcilicet, qui primas litteras pueros docet. Lampridius in Severo, & Seneca Epiſt. 88. *Quemadmodum prima illa, ut antiqui vocabant, Litteratura, per quam pueris elementa traduntur, non debet liberales artes, ſed mox percipiendis locum parat.* *Litteratura* verbum Cic. memoriæ jungit, & neſcio quid intelligit, cùm ſcribit in Partit. cap. *Nihil ſanè præter memoriam quæ eſt germana litteratura quodammodo, & in diſſimili genere perſimilis.* Et Philipp. 2. cap. de C. Iulio Cæſare: *Fuit in illo ingenium, ratio, memoria, cogitatio, diligentia.* Sed ibi leg. *littera, cura,* ut Muretus ex antiquis Codd. correxit, in primis Vatic. Vtitur eo & Imp. Conſtantinus in l. P. C. Theod. lib. 4. tit. 1. de decur. Vrbis Romæ: *Ne autem litteratura, quæ omnium virtutum maxima eſt, præmia derepente cum qui ſtudijs et eloquio dignus, primo loco videbitur, honeſtiorem faciet noſtra proviſio.* Sed ibi pro qualibet doctrina, vel ſcientia dicitur.

Littera: de Philologiâ, & Grammaticâ exquiſitâ, quæ differt à Philoſophiâ. Sic dicimus

cimus: In litteris verſari: Litterarum peritus. Interdum tamen de omni genere artium ac ſtudiorum liberalium. Vt cùm Cicero ait lib. 4. Attic. Epiſt. Quæque vita maximè eſt ad naturam, ad eam refero & litteras ac ſtudia noſtra: multiſque aliis in locis ita eo verbo utitur: ſed nunc de alterâ notione minus vulgò notâ laborandum. Cicero ita hoc nomine uti ſolet. lib. 5. de fin. cap. 19. Quem enim ardorem ſtudii cenſetis fuiſſe in Archidemide? &c. Quantum Ariſtoxeni ingenium conſumptum videmus in Muſicis? Quo ſtudio Ariſtophanē putamus ætatem in litteris duxiſſe? Et lib. 2. de fin. cap. Quod veſtri quidem & optimè diſputant, nihil eſſe opus, eum, qui Philoſophus futurus ſit, ſcire litteras. Itaque ut Maiores noſtri ab aratro abduxerunt Cincinnatum illum, ut Dictator eſſet: ſic vos de Pelasgis omnibus colligitis, bonos illos quidem viros, ſed certè non pereruditos. Idem in Lucullo capite. In Geometriam quid ſit verum vel falſum Dialecticus judicabit, an in litteris, an in Muſicis? At ea non novit. Cicero libro 3. de Orat. capite. Idem in Bruto capite. S. Fabius Pictor & Iuris & litterarum, & Antiquitatis benè peritus. Eodem libro capite. P. Murena, & litterarum & ſtudioſus, & non imperitus. Et in Piſon. capite. Eſt autem hic de quo loquor, non Philoſophiâ ſolùm, ſed etiam litteris, quod ferè ceteros Epicureos negligere dicunt, perpolitus.

Litteræ interiores, & reconditæ, quæ & Exquiſitæ: quibus Vulgares reſpondent. Cicero libro 15. Epiſt. ult. de Calvo: Multæ erant, & reconditæ litteræ: vis non erat. Et in Bruto capite. Erant in eo plurimæ litteræ, non eæ vulgares, ſed interiores quædam & reconditæ. Et ibidem de C. Cæſare capite 72. Tamen ut eſſet perfecta illa bene loquendi laus, multis litteris, & iis quidem reconditis & exquiſitis, ſummoque ſtudio & diligentiâ eſt conſecutus. Et libro 3. Epiſt. 10. ad Appium: Quid? illa vincula, quibus quidem libentiſſime adſtringor quanta ſunt? ſtudiorum ſimilitudo, ſuavitas conſuetudinis, delectatio vitæ, atque victus, ſermonis ſocietas, litteræ interiores. Et libro 3. de Nat. Deor. cap. Quamquam quam potiſſimùm Herculem colamus, ſcire ſanè velim. plures enim tradunt nobis. Si qui interiores ſcrutantur & reconditas litteras. Et libro 7. Epiſt. ad Volum. Opus eſt hic limatulo & polito ſuo judicio, & illis interioribus litteris meis.

Litteris Græcis, punicis, Latinis, Chaldaicis ſcriptum, inſcriptum, eruditum. Vulgò dicimus: Græcè, Punicè, Latinè, Chaldaicè, &. Latina lingua, Græca lingua. &c. Ci-

cero

cero 4. Accuſ. Verr. capite 46. *Itaque in his ſcriptum litteris Punicis fuit, Regem Maſiniſſam accepiſſe.* Et libro 1. de fin. capite. *Cùm quæ Philoſophi Græco ſermone tractaſſent, eum Latinis litteris mandaremus.* Et libro 2. de Divinat. capite 47. *L. Tarutius Punicis, Chaldaicis litteris eruditus.* Salluſt. Catil. capite. *Litteris Græcis & Latinis docta pſallere, & ſaltare elegantius, quàm neceſſe probæ.* Cæſar. libro in bell. Gall. capite. *In caſtris Helvetiorum tabulæ repertæ ſunt litteris Græcis confectæ, & ad Cæſarem perlatæ.* Livius lib. 9. capite. *Poncanos pueros, ſicut nunc Græcis, ita & priſcis litteris erudiri ſolitos.* Et libro 28. capite 46. in fine. *Hannibalis ibi aram condidit ingenti rerum ab ſe geſtarum titulo, Punicis Græcisque litteris inſculpto.* Et libro 40. capite. Litteris Latinis *Græcisque utraque area inſcripta erat.* Tacitus libro de Mor. German. capite 3. *Monumentaque & tumulos quoſdam Græcis litteris inſcriptos, in confinio Germaniæ Rhætiæque adhuc exſtare &c.*

Ex *litteris* Græcorum, Romanorum conſtans: ex libris, monumentis. Cicero 4. Accuſ. Verr. capite. *Vetus eſt hæc opinio, Iudices, quæ conſtat ex antiquiſſimis Græcorum litteris ac monumentis.*

Lithoſtrata. Pavimenta, quæ Latinè *Teſſellata:* de quo vide Litt. T. Varro libro 3. r.r. capite 1. *Cùm enim villam haberes opere tectorio & inteſtino, ac pavimentis nobilibus lithoſtratis ſpectandam.* Et capite 2. *Nunc ubi hic vides citrum aut aurum, minium aut armenium? num quod emblema aut lithoſtratum?* Plin. libro 36. capite 25. *Pavimenta originem apud Græcos habent elaborata arte picturæ ratione, donec lithoſtrata expulêre eam.* Vſus eſt eo etiam Iohannes Evangeliſta capite 19. ℣. 13. ὁ οὖν Πιλάτος ἐκάθισεν ἐπὶ τοῦ βήματος εἰς τόπον, λεγόμενον Λιθόστρωτον. Ἑβραϊστὶ δὲ Γαββαθᾶ. Quem locum Interpretes in vulgatis linguis non rectè verterunt.

Livere: pro, Invidere. Martial. lib. 10. Epigr. 12.

Livebitque tuis candida turba genis.

Idem lib. 6. Epigr. 86.

Et potet calidam, qui mihi livet, aquam.

Idem lib. 9. Epigr. 33.

Albana livere poteſt pia quercus oliva.

Idem lib. 10. Epigr. 12.

Live-

Digitized by Google

Livebitque nigris pallida turba genis.

Et lib. 10. Epigr. 37.

Oſtrea Baianis quàm non liventia teſtis.

Statius lib. 1. Sylv. in Epithalamio Stellæ & Violantillæ:

——*rupesque nitent, quis purpurpura ſæpe*
Oebulus & Tyrij moderator livet aheni.

Livorem concinnare ſcapulis. Truc. 4. 3. ꝟ. 19.

Loca latebroſa, luſtra, ganea. Bacch. 3. 3. ꝟ. 26.

Loca lautia. Apuleius lib. Met. *Seu mihi ne rudimentum ſervit pro horreſcere. Novus Dominus loca lautia prolixè præbuit.* Et lib. 3. *Atque ita rebar &c. equum illum meum hoſpitium, ac loca lautia præbiturum.* Sidonius Apoll. lib. 8. Epiſt. *Si convivo tectoque ſuccedas, dapes Cleopatricas &c. loca lautia putes.* Vide accuratius ſupra, *Lautia.*

Loca ſola. Rud. 1. 3. ꝟ. 22.

Locare: eſt *mercede pacta tradere. &c.* Aul. 2. 2. ꝟ. 73. Amph. 1. 1. ꝟ. 121. Aſin. 2. 4. ꝟ. 37. Curc. 4. 1. ꝟ. 3. Moſt. 3. 1. ꝟ. 4. Perſ. 4. 2. ꝟ. 46.

Locare pecuniâ, frumento, *fundum.* Livius lib. 27. cap. *Capuæ interim Flaccus duro bonis Principum vendentis agro, qui publicatus fuerat locando, locant omne frumento tempus terit.*

Locare operam. Trin. 4. 2. ꝟ. 2.

Locare: de funeribus dicitur. Aul. 3. 6. ꝟ. 31.

Locare argentum. h. e. fœnori collocare. Moſt. 1. 3. ꝟ. 143. & 3. 1. ꝟ. 4.

Locare inſidias. Curc. 1. 1. ꝟ. 25.

Locare ſe ad ludos. Rudens 2. 6. ꝟ. 51.

Locare virginem in matrimonium. Trinummus 3. 3. ꝟ. 52.

Locarius: diſſignator; qui ſcenicis ſpectatoribus locum diſſignabat. Pœnolus Prolog. ꝟ. 19.

Loco; opportune, ſuo tempore. Amphitruo Sc. *DI voſtram.* ꝟ. 41.

Loco meo: quod me attinet. κατ' ἐμὸν μέρος. Perſ. 5. 2. v. 62.

Loco ſuo. Ger. In ſeinem Ort. Pœn. 5. 4. ꝟ. 5.

Locum præſidem præbere alicui. h. e. primas partes quacumq; re. Caſ. 5. 1. ꝟ. 12.

Loculi ſtimulorum. de ſervis. Caſ. 2. 8. ꝟ. 11.

Loculus; ἀποθεσικὸν, à, *locus.* Mil. 3. 2. ꝟ. 38.

Locuples; de aliqua re. Rud. 2. 1. ꝟ. 4.

Locus: pro argumento, aut diſputatione: ut d *Schola.* Cicero in hac notione ſæpe eo verbo utitur, Stoicos imitatus, ut ſolet, quib⁹ τόπος idē valet. Cic. l. 2. de leg. extrem. Habetis igitur *explicatum omnem, ut arbitror, Religionis locum.* Vide mox ibid. Et paulò poſt vide *Locus.*

Locus feſtivus. Mil. 2. 1. ꝟ. 5.

Locus lepidus, Rud. 1. 4. ꝟ. 37.

Locus, & *Loca:* pro muneris aliquâ parte in Republ. vel militari. Livius lib. 6. c. *Duobus me in*

in locis ſuâ voluntate impeti turos plebi honorem, qui octona loca Tribunis militum creandis occupare ſoliti ſunt. Et lib. 7. cap. *Cùm eo anno primùm placuiſſet Tribunos militum ad legiones ſuffragio fieri: ſecundum in ſex locis P. R.* Et lib. 9. cap. *Vt Tribuni militum in ſervi, deni, quatuor legiones à populo crearentur, qui antea perquam pauci ſuffragio populi relictis locis Dictatorem & Conſulem &c. ferme fuerant beneficia.* Et lib. 10. c. *Vir acer & ambitioſus non ſic magis honoris causâ, quàm ut patri cij recuperarent duo Conſularia loca, cum ſuis, totius nobilitatis moribus incubuit.*

Locus. Interdum pro diſputatione & argumento aliquo, ut paulò ante monui. Stoici *Scholam* vocabant: ut in Iure *Locus* de nuptijs, de tutelis &c. In philoſophiâ, de *Iuſtitia* &c. Vulgò vocant, *Locos communes.* Cicero in Procem. Parad. *Ego verò illa ipſa, quæ vix in Gymnaſiis, & in otio Stoici probant, ludens conieci in communes locos.* Et lib. 1. de finibus cap. 2. *Quid Theophraſtus mediocriter pe delectat, cùm tractat locos ab Ariſtotele ante tractatos?* Et in Bruto cap. *Scriptasque fuiſſe & paratas à Pythagorâ rerum illuſtrium diſputationes, quæ nunc Communes appellantur Loci.* Et eod. lib. *Vt delectaret animos, aut permoveret, ut augeret rem, ut miſerationibus, ut locis communibus uteretur.*

Loci communes apud Rhetores, qui communis ſunt actionis & rei, ut pro teſtibus, quæſtionibus, tabulis, jurejurando, rumoribus, ſignis, & contra teſtes &c. Ita ſæpe Cicer. & Quintil.

Id loci: id locorum. Livius lib. 25. cap. *Sed tamen quia Conſules, ubi ſumma rerum eſſet, ad id locorum proſpere quærent.* Ibid. *Omniumque in unum congruerent ſententiæ, quando ad id locorum id modò actum eſſet, ut Haſdrubalem tendentem in Italiam retineret.*

Locus liber: remotis interpellatoribus. Pœn. 1. 1. ℣. 49. Pœn. 3. 3. ℣. 43. (3. 2. v. 25.

Locus liber & voluptarius. Pœn.

Locus, *quo ſaturi ire ſolent*, dicitur ἄφοδος, ſeceſſus. Varroni *ſella familiarica.* Curculio 2. 3. ℣. 83. (℣. 24.

Locus: in obſcœnis. Caſina 5. 3.

Locus communis: eſt is, vnde negant redire quemquam. Caſ. Prol. ℣. 19. Artemid. l. 1. c. 80. Κοινὸς ὁ τόπος ἐστὶν καλεῖται, ὁ τὰς πηρὰς δεχόμενος. Cicer. Verr. VI. *Dico nihil iſtum ejuſmodi rerum in provincia reliquiſſe, &c. nihil in ædibus cujuſquam, ne in oppidis quidem, nihil in locis communibus, ne in fanis quidem.* &c. Iuſtin. Inſtit. lib. 1. 1. Tit. 1. *In communem autem locum purum invito ſocio inferre non licet.* Vide etiam infrà: *Plures.*

Locus ſolus. Aul. 4. 6. ℣. 7. Etiam Lucret. lib. 4. dixit, *loca ſola.*

Longum eſt: ſolénis formula ſermonem præcidendi. Bacch. 2. 3. ✠. 25: Cicero lib. 1. de Nat. Deor. cap. *Vnde verò orta illa quinque forma, ex quibus reliqua formãtur aptè cadentes ad animum efficiendum, pariendosque ſenſus? Longum eſt ite rare omnia.* Ita locum correxit Ianus Guliel.. Ibid. paulò poſt: *De Platonis inconſtantiâ longum eſt dicere.* Et in Verrem de ſignis: *Longum eſt, & non neceſſarium commemorare quæ apud quoſque viſenda ſunt tota Græciâ.*

Longum loqui. Epid. 3. 2. ✠. 40. & 5. 1. ✠. 58. Perſ. 1. 3. ✠. 87. Symmachus lib. 2. Epiſt. 57. *Longũ loquantur pro incommodis aut alienis verba facturi.*

Lopades: oſtracia ſunt; de quibus Caſaubonus legendus ad Athæneum. Rud. 2. 1. ✠. 8.

Loquela Ciſt. 4. 2. ✠. 75.

Loquens mulier: loquax, Rud 4. 4. ✠. 70.

Loqui pro *dicere*. Moſt. 5. 1. ✠. 68. & 5, 2. ✠. 15,

Loqui etiam littera dicuntur. Bacch. 4. 7. ✠. 3. Pſeud. 1. 1. ✠ 97. *Litterarum ſermo*. Propert 3, 23, de tabellis: *Et quadam ſine me verba diſerta loqui.* Et 4. 1, *Et ſibi commiſſos fibra locuta Deos.* Vide etiam Paſſerat, Notis ad Tibull. pag 89, b. in fine.

Loqui; eloqui. Men, 5. 9, ✠, 7, & 1. 2, ✠, 9. *Loquens mihi tuum nomen.*

Loqui κατὰ λέγον, eſt rectè & ordine loqui, quæ ſcilicet decet loqui: & eſt quaſi proverbialiter dictum. Mil. 3. 1. ✠. 9. Vide Salmaſ. in Vopiſc. pag. 383.

Loqui confidenter & protervè. Amph. 2. 2. ✠. 207.

Loqui pro aliquo. Eſt patronorum in Iure. Men. 4. 4. ✠. 18.

Loqui benè in aliquem. Moſt. 1. 3. ✠. 82. Sic, *dicere in aliquem*. Curc. 4. 1. verſ. 18. Trin. 1. verſ. 86.

Loqui de nare dicuntur, quibus ſpiritus, qui per nares exit, non libere fluit, ob anguſtiam tramitis. Perſius Satir. 1. verſ. 33. *Rancidulum quiddam balbâ de nare locutus* Germ. Näſelen / durch die Naas reden.

Loquendi Deus. Ciſt. 1. 3. ✠. 2,

Loqui male alicui. Truc. 2. 2. ✠. 10. & ✠. 11. *maledicere*.

Loqui vita ſua. Pœn. 1. 2. v. 41,

Loqui alicui. Mil. 2. 5. ✠. 66.

Loqui alicui audacter. Trin. 2. 2, ✠, 77,

Loquitari male, Frequentatiuũ eſt. Bacch, 4, 7, ✠, 5,

Lora: ſeruorum tergo dolando. Epid. 5. 1. ✠. 6. & 5. 2. ✠. 18; Moſt. 4. 3. ✠. 44. Mil, 3, 2, verſ, 29.

Lora, æ. propriè eſt aqua, addita vinariis acinis, vnde fiat vinum quaſi ſecundarium, quod Græcis δευτερίας Germanis dicitur Leyr, De hoc videndus Varro de re Ruſtica lib. 1. cap. 54. & Columella lib, . 2, cap, 40, Itemque

que Plinius lib. 14. cap. 10. Accius noſter tranſlatè vſurpat de inconditâ & ingratâ gratâ oratione. Mil. 3. 3. ℣. 10. Sic quidem olim neſcio quis locum Plauti & legendum & explicandum cenſuit. Præſtat verò retinere antiquam lectionem Mſſ. Decurt. Pal. & Vatican. *adhibere aures mea tuã moram orationis.*

Lora lædunt brachia. Truc. 4. 3. verſ. 9.

Lorea latera facere: loris, ſeu virgis lacerare. Mil. 2. 2. ℣. 2.

Lorica. Bacch. 1. 1. ℣. 38. Caſ. 3. 5. ℣. 55.

Loris cadere. Merc. 5. 4. ℣. 42.

LVBENS, MERITO. Formula ſolemnis, in precibus, gratiarum actioribus, ſuppliciis Deorum de qua videndus Briſſonius. Perſ. 2. 3. ℣. 2.

Lubentem eſſe: delectari. Ciſt. 4. 2. ℣. 13.

Lubentiſſimo corde atque animo. Pſeud. 5. 2. ℣. 22.

Lubentes: conuiuii verbum proprium, cùm fronte iam exporrectâ jocandi & ſeſe exhilarandi cuique libido eſt. Germ. Luſtig. Perſ. 5. verſ. 8. Curc. 2. 3. verſ. 13 Inde *Lubentia* Dea hilaritatie. Aſin. 2. 2. verſ. 2. Stich. 2. 2. ℣. 3. Agellius *lubentias conuiuiorum* lib. 15. cap. 2. vocat lautitias, & quæ vltro citroque reciprocant inuitationes. Apul. lib. Mileſ. *Lectulo refoueo, cibo ſatio, poculo mulceo, iam ad lubentiam procliuis eſt joci & ſcitum eſt cauillum.*

Lubenter: pro, iucundè, cum voluptate aliqua, Aul. 3. 6. verſ. 1. Curc. 1. 2. verſ. 32. Moſt. 1. 3. ℣. 1.

Lubentia; Dea lætitiæ. Aſin. 2. 2. ℣. 2. Stich, 2. 2. ℣. 3.

Lubentior: hilarior, lætior. Aſin. 2. 2 ℣. 2. Perſ. 5. 1. ℣. 8.

Lubet; placet. Ciſt. 2. 1. ℣. 7.

Lubet me ſcire. Syntaxis inſolens. Merc. 1. 2. ℣. 19.

Lubet mihi. Trin. 2. 1. ℣. 36.

Lubido: pro appetitu. Perſ. 5. 2. ℣. 27. Mil. 4. 8. ℣. 50. Sic Tertull. lib. 1. aduerſus Hermog. cap. 36. & aduerſus gentes cap. 47. *Argiui, homines gloria & eloquentia ſolius libidinoſi.* Idem de velandis virginibus cap. 13. *libidinoſum gloria.*

Lubido; pro voluntate. Epid. 2. 2, verſ. 56, Salluſt. *Magiſque indecoris armis & militaribus equis, quàm in ſcortis, atque conuiuijs libidinem habebant.* Catil, cap. 7.

Lubido eſt: Epid. 2. 2. ℣. 56. Pſeud. 1. 5. ℣. 139. Pœn. 5. 5. ℣. 43. Perſ. 2. 2. ℣. 6. Trin. 3. 1. ℣. 25. & 4. 2. ℣. 22. Truc. 2. 7. ℣. 44.

Lubido eſt, & voluptati. Pœn. 1. 1. ℣. 17.

Lubitum eſt. Truc. 2. 7. ℣. 46.

Lubricum: linguæ, ætatis &c. Lucretii & recentiorum ferè oratio. Modeſtinus l. 7. famoſi D. ad C. Iulium Mæn. *Nec lubricum lingua ad pœnam trahendum eſt.* Ita & *lubricum conſilij* in l. 3. de teſtibus tutelæ. D. lib. 4. non eſt Pollidius de uſur. *Lubricorum ætatu.* l. 11. §. 5. *Si locupleti hæres* &c.

Lucar.

Lucar. Merces hiſtrionum, ac ſaltatorum, quam Editor, ſive Prætor, aut Magiſtratus dabat. Attingit Plautus Pœn. Prol.℣.24. *Vel as pro capite dent.* Vide Tacit.lib.1. Ann. cap.77, & ibi Marcellum Donatum, ac Notas Lipſii.

Lucere: de homine, qui refert lumen, aut facem. Valerius Aedituus in Epigramm. apud Agell.16.9. *Quid faculam præfers Phileros, quâ nil opus nobis? Ibimus. hoc lucet pectore flamma ſatis.*

Varro lib. 6. L L. *Qui adlucent, dicitur lucere abluere & luce diſſolventur tenebræ.* Sic enim locus ille interpungendus. Nam ea verba, *Qui adlucent,* ex Poetâ aliquo videntur ſumta. De eo loco reſtituendo laboravit olim P. Victorius lib.15. cap. ult. Var. lect.

Lucere: prælucere. Curc.1.1. ℣.9 *lautus luces cereum.* h.e. facem. Caſ.1.1.℣.30. *lucebis novæ nuptæ.* Sic Martial. lib. 12. Epigr.42. *Prælucere faces.* Græcè δᾳδουχεῖν. Vide Budæum Comment. linguæ Græcæ pag.1103.

Lucere luce. Eleganter. Curc. 1.3.verſ.26. Sic, *vitâ vivere.* Perſ.4.3.℣.24. Mil.2.6.℣.2.& 3.1 ℣.33. Vide Mantiſſ. *Atticiſmus.*

Lucernam exſtinguere. Moſt.2.2.℣.56. Aſin.4.1.℣.40.

Lucet: dies eſt. Mil.3.1.℣.114.

Luci: pro, *luce.* ut *parti,* pro parte. & genere maſculino: *primo luci. claro luci.* Aul.4.10. verſ.18. Ciſt.2.1.verſ.48. Amph.1.1. verſ.11. Caſ.4.2. ℣.5.7. Men.5.7.verſ.17. Stich. 2.3.verſ.39. Mer.c.2.1.verſ.31. Cicero lib.3. offic. cap. *Luce claro in foro ſaltet.* Terent. Adelph.5.3.℣.55. *primo luci.* Vide Chariſ.

Lucidè: pro, dilucidè. *Lucidus* pro, *dilucidus.* Ita Cicero in libb. de Orat. in quibus videtur interdum antiquare, ut ita dicam. Veteres enim ſimplicibus quàm junctis verbis libentius uſi. ut, *lectio,* pro, *electio.* Sic lib.2. de Orat. cap. *Ut verbum illud, quod cauſam facit, lucidè breviterque uterque definiat.* Et lib.3. initio cap. *Atque eorum quidem quæ duo prima dixi, rationem non arbitror exſpectari à me puri lucidique ſermonis.* Ita in vet. lib. Nam Vulg. *lauti laucidique.*

Lucellum. Olim pecuniola, ſive commodum Proconſulum, & Pro-Prætorum comitibus dari ſolitum. Cicero ad Ruffum Quæſtorem ſuum lib. 5. Epiſt.1. *Sed ego putavi eſſe viri boni, cùm populus ſuum ſervaret, conſulere fortunis tot vel amicorum, vel civium. Nam de lucello eſt ita actum, ut authore Cn. Pompeio iſta pecunia in fano poneretur: ut ego agnovi meo juſſu eſſe factum* &c. eadem Epiſt. *Sed ſi quid eſt, cùm de lucello parvum gratum viſum eſt,*

Digitized by Google

quod ego in referendis rationibus etiam nunc corrigere poſſim. Sic ibi legendum putat Ioſeph. Scaliger in illud Catulli: *Ecquid nam in tabulis patet lucelli expenſum? ut mihi qui meum ſecutus Prætorem refero datum lucello.*

Lucina. Truc. 2. 5. ℣. 23.

Luciſcit. Amph. 1. 3. ℣. 35. 45.

Lucrifacere. Pœn. 3. 5. v. 26. Truc. 3. 2. ℣. 22.

Lucrifica fortuna. Perſ. 4. 3. ℣. 46.

Lucrificabilis dies. Perſ. 4. 7. ℣. 1.

Lucrifuga. Pſeud. 4. 7. ℣. 33.

Lucri eſt: pro, lucrum eſt. Amph. Sc. *Tun me.* ℣. 26.

Lucripeta fœnerator. Moſtellaria Arg. ℣. 6.

Lucris rem quadruplicare. Stich. 3. 1. ℣. 4.

Lucro eſt quod, &c. Mercator 3. 2. ℣. 10.

Lucro ſuam rem explicare. Pœn. 3. 5. ℣. 5.

De lucro vivere: præter omnem exſpectationem. Sic ferè dicimus, quem eſſe fortunam, qui caſu fregit, fortunatum inquam, quia cervices non fregerit. Livius lib. 46. cap. *De lucro pater, inquit, vivere me citò.* Ita recte Sigonius. Cicero ad Papirium: *De lucro jam prope quadriennium vivimus. Hi aut hoc lucrum eſt, aut hæc vita ſuperſtitem Reip. vivere.* Et Horat. lib. 1. *Quem ſors dierum cumque dabit, lucro appone.*

Lucrum amplum. Epidicus 2. 2. ℣. 118.

Lucrum bonum, perpetuum, perenne. Amphitruo Prol. verſ. 6. 14.

Lucrum & quæſtus Mil. 3. 1. ℣. 80.

Lucrum it ad me. Pœn. 3. 3. ℣. 69. Vide, *Ire.*

Lucrum luculentos homines reddit. h. e. divites. Capteivei 2. 2. ℣. 76.

Lucrum trahere; arripere. Moſt. 3. 2. ℣. 115.

Lucrum objicere. Curcul. 4. 2. ℣. 45.

Luctari: juventus olim ſolebat. Bacch. 3. 3. ℣. 24.

Luctator doloſus. Pſeud. 5. 1. ℣. 6. Vide litt. D.

Luculentè pro, *luculenter.* Cicero lib. Attic. cap. *Hoc quidem ſanè luculentè ut ab homine peritò definiendi.* Sic ibi vett. libb. vulg. *luculenter.* Prudentius in Romano: *Meâ linguâ Chriſtus luculentè diſſeret.* Ita & ibi v. l. vulg. *luculenter.* A. gell. 17. 1. *Et quoniam verè atque luculentè dictum nobque eſt brevibus ac rotundis vinctum.* Ita eſt in vett. codd.

Luculentè: cum lucro. Merc. 2. 3. ℣. 88.

Luculentè habere diem, genio indulgere diem. Epidicus 1. 2. ℣. 54. Idem quod, *Comburere diem.* Menæchmi 1. 2. ℣. 43.

Luculenter. Cicero lib. 2. de fin. cap. *Et tamen vide, ne, ſi ego non intelligam, quid Epicurus loquatur, cùm Græcè, ut videor, luculenter ſciam.*

Luculentus: pro optimo, commodiſſimo, egregio, opportuno.

tumo. Cicero lib. 16. Attic. Epiſt. *Nam & ipſa Domitius bona habet decreta, ſuntque navigia praeterea luculenta Sexti, caeterorumque.* Priap. Carm. 39. *Verùm mentula luculenta noſtra eſt.*

Luculentus dies: hilaris, candidus fortunatus. Epidicus 3.2. ℣. 5.

Luculentum ædificium: plenum luce, ſplendidum, commodum, & opportunum. Moſt. 3. 2 ℣. 136.

Luculentum facinus: vt, *obſonium luculentum*. Menæchmi 1. 2 ℣. 32.

Lucunculi: à *lucuns*, genus placentæ. Vide Nonium in verbo *Lucuns*. ubi Varronis & Affranij authoritates adducit. Apuleius lib. 10. Met. *Hic panes, cruſtula, lucunculos, hamos, lacertulos, & complura ſcitamenta mellita.* Ita Turnebus libro 18. capite 20. Adv.

Lucus auius. non tritus hominum pedibus. Aulularia 4.6. ℣. 8.

Lucus humidus: de natura muliebri. Caſ. 5.2. ℣. 24.

Lucus Sylvani. Aulularia 4.6. ℣. 8.

Ludere. in obſcœnis. Moſt. 5.2. ℣. 37. patrare: de amantium laſciviâ & libidine. Propert. l. 2. Eleg. 6. *Turba Menandreæ fuerat nec Thaidis olim Tanta, in quâ populus luſit Erychtoni⁹.* Horat. lib. 3. Od. 15. *Laſcivæ ſimilem ludere capreæ.* Et lib. 4. Od. 13. *Ludisq; & bibis impudens.* Et lib. 2. Epiſt. ult. *Luſiſti ſatis, ediſti ſatis, atque bibiſti.* Livius apud Feſtum in, Affatim: *Affatim edi, bibi, luſi.* ex Homero: τῶν δ' ἔφαγον τ' ἔπιόν τε καὶ ἐδδιοισιν ἔδωκα. *Edi, bibi, Venereis rebus operam dedi.* Sardanapali Epitaph. apud Athen. lib. 12. ἐγὼ δ' ἐβασίλευσα, καὶ ἄχρις ἔβλεπον τοῦ ἡλίου φῶς ἔπιον, ἔφαγον, ἠφροδισίασα. *Ego regnavi, & quamdiu Solis lumen adſpexi, edi, bibi, Venereiſque rebus operam dedi.* ἀφροδισιάζειν, eſt ludere, & ἀφροδισιασμὸς, luſus.

Ludere inter ſe. Stich. 5. 4. ℣. 20.

Ludere: pro, deludere, ludificari, jocari. Perſ. 4. 4. ℣. 83.

Ludere ſibi. Rud. 4. 7. ℣. 22.

Ludi: de fallacijs. Pſeudolus 1. 5. ℣. 139.

Ludi; ſpectacula. Menæch. Prol. ℣. 29. 30.

Ludi iucundiſſimi. Pœnolus. 1. 1. ℣. 78.

Ludi ludificabiles. Caſ. 4. 1. ℣. 3.

Ludi nuptiales. Caſ. 5. 1. ℣. 2.

Ludi feſtiui. Caſ. 4. 1. ℣. 2.

Ludi ædiles. Pœn. 5. 2. ℣. 52.

Ludi Olympij. Stich. 2. 2. ℣. 34.

Ludi, pro, *deludi*. Mil. Arg. 1. ℣. 9.

Ludibrio habere. Men. 2. 3. ℣. 45.

Ludibrio haberi. Men. 5. 2. ℣. 33.

Ludibrium: pro homine ridiculo, quique pro fatuo habitur, in quem omnes illudant. Ita Brutum, qui ſtultum ſimularet, vocat Livius lib. 1. cap. *Is tum ab Tarquinijs ductus Delphos ludibriū verius, quam comes, aureum baculum tuliſſe domum Apollini.*

Ludibundus. Pſeudolus 5. 1. ℣. 30.

Ludificare aliquem de aliquâ re. Epid. 5. 2. ℣. 40. Ita ex Lang. & fere. Mſſ. Pall. Dicimus enim *Ludificare* & *Ludifacere*: vt *Significare* & *ſignifacere*. l. 65. §. 1. ff. ad Trebell. Et: *ædificare* & *ædifacere*. l. 60 § mandati. ff. locati. l. 10. §. vlt. ff. ſoluto, &c.

Ludificare: activè. Amph. 2. 1. ℣. 15. & 38. & 4. 2. ℣ 41. & 4. 3. ℣. 8. Caſ. 3. 2. ℣. 30. Ciſt. 2. 1. ℣. 8. Moſt. 5. 1. ℣. 19. *Ludificare alicujus corium*; h. e. virgis aliquem lacerare. & 5. 2. ℣. 29. Men. 3. 2. ℣. 57. Mil. 2. 6. ℣. 8. 15. Merc. 2. 2. ℣. 36. Perſ. 5. 2. ℣. 22.

Ludificari aliquem; deponentaliter. Mil. 3. 3. ℣. 53. Pſeud. 4. 7. ℣. 18. Stich. 4. 1. ℣. 72. *Pœn.* 3. 1. ℣. 45. & 5. 2. ℣. 137. Amph. 2. 1. ℣. 15. Capt. 3. 4. ℣. 80. Epid. 3. 2. ℣. 37. & 5. 2. ℣. 6. Caſ. 3. 4. ℣. 2. Moſt. 3. 2. ℣. 150. & 4. 3. ℣. 39. 41. 46. & 5. 2. ℣. 3. 26. Merc. 5. 2. ℣. 79. Perſ. 5. 2. ℣. 62. Truc. 1. 1 ℣. 5.

Ludificari; paſſivè. Capt. 3. 1. ℣. 27. 30. Caſ. 3. 2. ℣. 28. Amph 3. 2. ℣ 71. Ciſt. 2. 1 ℣. 24. Bacch. 4. 4. ℣. 3. & 5. 1. ℣. 14. Moſt. Arg. ℣. 3. Mil. 2. 6. ℣. 57. & 3. 3. ℣. 32. Truc. 2. 8. ℣. 6.

Ludificari lepidè, facetè, lautè. Mil. 4. 4. ℣. 25.

Ludificis caveis habere. Pœn. 5. 5. ℣. 2.

Ludo ſuo laceſſere. Pœn. 1. 2. ℣. 83. Vide *Proverbia*, in Mantiſſa.

Ludos facere aliquem: pro, ludificari. Amph. 2. 1. ℣. 21. Sic ibi Mſs. Lang. V. C. Ms. Pal. quart. Aul. 2. 2. ℣. 75. Rud. 2. 4 ℣. 13. Epid. 5. 2. ℣. 41. Vide ibi Animadv. noſtras.

Ludos facere alicui. Vide paulò poſt.

Ludos facere; ſæpe in obſcenis vſurpatur. Græcis *ἐντρυφᾶν*, per laſciviam & delicias contemtui & ludibrio habere. Perſ. 5. 2. ℣. 23. Sic etiam, *Illudere. ludificari, ludibrio habere. ὑβρίζειν. ἐμπαίζειν, καταπαίζειν.* Terent Eunuch. 4. 3. ℣. 3.

---*ſcelus, poſtquam ludificatus eſt virginem.* Hecyrâ 1. 2. ℣. 74. ... *eam ludibrio haberi.* Ad quod Donatus; *Honeſto verbo & pleno pudoris vſus eſt; & novo pro, vitiari.* Suet. Tib *Feminarum capitibus illudere ſolitus.* Tacitus; *Tradunt Neronem pueritiæ Britannici illuſiſſe.* Lib. Iudicum cap. 19. *καὶ ἔγνωσαν αὐτὴν καὶ ἐνέπαιξαν αὐτῇ ὅλῃ τῇ νυκτί.* Vetus Interpres vertit modeſtè, *totâ nocte illos abuſos eſſe illâ.*

Ludos facere clamore; eſt pipulo differre. Truc. 4. 2. ℣ 46.

Ludos peſſimos dimittere aliquem; rarâ ſyntaxi. Rud. 3. 5. ℣. 12.

Ludos & operam facit. Rud. 4. 1. ℣. 9. 10.

Ludos facere alicui. eſt, ludificari. Moſt. 2. 1. ℣. 80. Merc. 2. 1. ℣. 1. Rud. 3. 1 ℣. 1. Men. 2. 3. ℣. 54. Mil. 4. 2. ℣. 1. Pſeud. 4. 7. ℣. 71. 72. Bacch. 5. 1 ℣. 14.

Ludos fieri. Bacch. 5. 1. ℣. 4. 14. *Me hoc ætatis ludificari: immò ædepol ſic ludos factum.*

Ludere:

Ludere: pro, deludere, deridere aliquem. Capt. 4. 2. ℣. 97. Caſ. 3. 5. ℣. 46. 48. Bacch. 4. 4. ℣. 3. Men. 5. 2. ℣. 72. Mil. 2. 3. ℣. 53. Pſeudolus 1. 1. ℣. 22. Perſ. 4. 4. ℣. 84. Trinummus 4. 2. ℣. 50.

Ludere operam. Caſ. 2. 7. ℣. 1. Pſeud. 1. 3. ℣. 134.

Ludum dare: eſt ludendi poteſtatem facere. Metaphora à ludimagiſtris, qui Floralibus & alijs ejuſmodi diebus pueros feriari ſinunt. Caſ. Prol. ℣. 25. Bacch. 4. 10. ℣. 79. Horat. lib. 3. Od. 1. 2. ℣. 1. Vide Yuonem contra Titium. lib. 5. cap. 3.

Ludum facere aliquem. Aulularia 2. 2. ℣. 75. Moſtell. Arg. 2. ℣. 7.

Ludum fieri: deludi, deridere. Moſt. Arg. ℣. 7.

Ludus: appellativè. Bacchides 1. 2. ℣. 8.

Ludus fidicinius. Rudens Prol. ℣. 43.

Ludus litterarius. Merc. 2. 2. ℣. 32. Perſ. 2. 1. ℣. 6. Bacch. 1. 2. ℣. 11.

Ludus & jocus; pro re abiectâ, levi, parvique pretij, ut quæ contemni meritò, & ludibrio haberi poſſit. Cic. pro Flacco cap. 5. de Græcorum levitate: *Num illos idem putatis? quibus jusjurandum jocus eſt, teſtimonium ludus: exiſtimatio veſtra tenebræ.* Livius lib. cap. *Ne tibi P. Corneli, cùm ex alto Africam conſpexeris, ludus & jocus Hiſpaniæ tuæ videbantur.* Catullus carm. 43. *Iocum me putat eſſe moecha turpis.* Terent. Eun. 2. 3. ℣. 8. *Ludum jocumque dices fuiſſe illum alterum.* Demoſthenes quoque expreſſit Græcè, ὕθλον καὶ φλυαρίαν in Orat. πρὸς τὴν Λακρίτου παραγραφὴν pag. 952. B. ἀλλ' ἡγοῦνται εἶναι τὴν, ἄλλως ὕθλον καὶ φλυαρίαν. *Sed ſyngrapham inanes eſſe nugas atque ineptias putaverunt.* Sic Aeſchilus in Prometheo vincto vocat παιδιὰν, cùm apud eum Oceanus Prometheo ſuaderet, ut linguæ moderaretur, metu maioris pœnæ. Inquit enim: ὥς τι σοὶ τὸ νῦν ὄχλον παρόντα μόχθων παιδιὰν εἶναι δοκεῖν. Hæc talia obſervit doctiſſimus *P.* Victorius lib. 6. c. 13. Vide infr. Nugæ.

Lues: pro fluente aquâ: ut & ſupra, *Labes.*

Lugubrè, miſerabiliter, lugubriter. Ciſt. 1. 1. ℣. 47.

Lumbi. Pœnolus 3. 1. ℣. 68. Men. 5. 5. 3. ℣. 6.

Lumbifragium: lumborum fractura. Amph. 1. 1. ℣. 198.

Lumbos exporrigere; Pſeud. Prol. ℣. 24.

Lumbos defringere. Stichus 2. 1. ℣. 27.

Lumbos ſurrigere, & extollere. Epid. Grex. ℣. 2.

Lumbricus: vermis. Caſ. 1. 1. ℣. 39. Bacch. 4. 6. ℣. 22. vbi ſumitur pro eſca, quam turdi captantes in laqueum incidunt.

Lumbricus: in convitio. Aul. 4. 4. ℣. 1. Germ. du Wurm.

Lumen: pro, vita. Ciſt. 3. ℣. 12.

Lumen videtur eſſe verbum rei ruſticæ: ut, *Oculus.* A quo & *Illuminare,* pro, *Inſerere:* quod

culare dicitur, Germanicè Aúglen. Cicero ſæpè *Horam* & *Lunam* conjungit, licet tralatè: puto tamen tralationem utramque à re ruſticâ ſumtam. Cic. lib. 3. de Orat. c. ubi de tralatione: *Modus autem nullus eſt florentior in ſingulis verbis, nec qui plus luminis adferet orationi.* Idem in Bruto c. *O generoſam, inquit, ſtirpem, & tamquam in unam arborem plura genera, quàm ſic in iſtam domum multorum inſitam atq; illuminatam ſapientiam.* ita o. l. quibus tamen invitis Lambinus repoſuit, *illiminatam.* Idem in Bruto c. *In hujus oratione ſermo Latinus erat, verba non abiecta, res compoſita diligenter: nullus flos tamen, neq; lumen ullum.*

Luminibus officere, obſtruere. Proprie de ædificijs dicitur, ubi vicinus ædificando altius ſolet obſcurare lumina vicino. ſed eo & tralatè, p. antecellere; *ſuperare aliquem.* Cic. pro Rabir. c. *Nec illius animi aciem praſtringit ſplendor ſui nominis, nec mentis quaſi luminibus officiet altitudo fortuna & gloria.* Idem Bruto cap. *Sic Catonis luminibus obſtruxit hac poſteriorum quaſi exaggerata altius oratio.*

Luna. Dea. Bacch. 2. 3. ℣. 21. Merc. Prol. ℣. 4.

Lunula; pro lapillo annuli inſtar lunæ Epid. 5. 1. ℣. 33.

Lupa: meretrix. Vnde *Lupanaria.* Epid. 3. 3 v. 2. 2. Truc. Arg. ℣. 6. & 3. 1. ℣. 12. Turn. l. 29. cap. 23.

Lupanar; locus publicus vocatur. Curc. 1. 1. ℣. 35. Bacch. 3. 3. ℣. 40. Artemid. lib. 1. c. 80.

Lupi ferrei: ut, *Manus ferrea.* Inſtrumenti genus, quod à Græcis λύκος dicitur. Vnde & *Lupata*, frena dicuntur, quæ & *Lupi* interdum. Livius initio lib. 8. cap. 3. *Et jam qui erexerunt ad murum ſcalas, alij furcis ad id ipſum detrudebantur, in alios lupi ſuperne ferrei iniecti, ut in periculo eſſent, ne ſuſpenſi in murum extraherentur.* Ovidius de freno - *duros accipit ore lupos.* Horat. lib. 1. Od. 8. *Gallica nec lupatis temperet ora frenis.* Vegetius lib. 2 cap. ult. de re mil. *Habet ferreos harpagines, quos lupos vocant.*

Lupillus; à lupino. Stich. 5. 4. ℣. 9.

Lupus in ſermone. Proverbialiter. Stich. 4. 1. ℣. 71. Sic Terēt. Adelph. 4 1. *Lupus in fabula.*

Lupus de auaro. Trin. 1. 2. ℣. 133.

Lupus eſuriens. Capt. 4. 4. ℣. 4. Stich. 4. 2. ℣. 25. Vide etiam Fragmenta ex Abroico.

Lurcari. Truc. 1. 2. ℣. 9, De hoc loco vide Animadverſiones noſtras.

Lurco: eſt homo capacis gulæ, & bonorum ſuorum conſumtor. Perſ. 3. 3. ℣. 16. *A lura*; os culei ſive utris. Inde *lurcare* cum auiditate cibum abſumere. Lucillius:

Vivite lurcones, comedones, vivite ventres. Valer. probus in Cathol. pag. 1449. *Lurcho*, *ganeo, nepos, devorator.*

Lurcus. Pœn. 4. 2. ℣. 4.

Luridæ macula. Capt.3.4.℣.63. Iracundiæ nota. Vide Men.5. 2.℣.76.

Luridus color: à ſimilitudine coloris luræ; h.e. vtris coriacei. *Lura* enim eſt os culei, ſeu vtris. Amph.Sc. *Quis tam.*℣. 65.

Luſciniola; de muliere loquace. Bacch.1.1.℣.4.

Luſcitioſus eſt, qui laborat vitio oculorum eo, quo quis clarius veſpertino tẽpore, quam meridie cernit. *Feſtus*. Hoc vitio laboraſſe Tiberium ſcribunt Hiſtorici. Mil.2 3.℣.51.

Luſcus: qui eſt vnoculus; ſeu, defioculus. Curculio 4.2.℣.19 & 4.3.℣.14. Trin.2.4.℣.64.

Luſcus Cocles. Curc.4.3.℣.11

Luſor: pro irriſore. Amphitruo 2.2.℣.62.

Luſtra; pro ganeis & lupanaribus. Aſin. Arg.℣.8. Curc.4.2. ℣ 22. Caſ.2.3.℣.26. Bacch.4. 4.℣.91.

Luſtra libera. Vide ſupr. *Libera.*

Luſtra ſacrificare: Livius lib.45 cap. *Inde quintodie Delphio Apollini promo exercitibusq; & claſſibus luſtra ſacrificari.* Verba ſunt Pauli Aemylij ad Populum Romæ petenris triumphum de Macedoniâ à ſe devictâ.

Luſtrare: circuire, pervagari Cic. pro M. Marcello c. *Ne verò diſiunctiſſimas terras citius cujusquã paſſibus potuiſſe, quàm tuis non dicam curſibus, ſed victorijs luſtrata ſunt.* Sic P. Victoriuſ lib. 34. cap. 6. quod Lambinus poſtea ſibi ſumſit.

Luſtrari, eſt verſari in ganeis meretricum. Caſ.2.3.℣.29. Pſeu. 4.7.℣.6. Lucill. *Quem ſumtum facis in luſtris circa oppida luſtrans.* Inde *luſtro* eſt, qui in luſtris patrita & avita abſumit. Nævius: *peſſimorum peſſime, audax ganeo, luſtro, aleo.* Et *luſtramentum*, ἀσέλγεια, ἀφροδισιασμός.

Luſtris ſtudere. Aſin.5.2.℣.17.

Lutea meretrix: cœno delibuta. Pœn. 1.2.℣.56. Truc.4.4.℣.1.

Lutulare; conſpurcare, & luto inquinare. Trin.2.2.℣.15.

Lutum, pro negotio intricato & periculoſo, in Proverbio. *Hærere in luto.* Perſ. 4.3.℣.66.

Lutum; in convitio de homine lutulẽto & ſordido. Mil.2.3.℣. 54. Moſtellaria 5.2.℣.45. *Lutum pendens*; in ſeruum. Perſ. 3.3.℣.66. *Lutum lenonium.* Ariſtoph. κόπριος ἀνήρ.

Lutum lutulẽtum. Pœn.1.1.℣.30.

Lutum multum. Rud.1.2.℣.12.

Lux oppidi. Stich.4.2.℣.38.

Lux; blandientis dictio. Capt.4. 2.℣.84. Mil.4.8.℣.34. Hom. Iliad.θ.℣.102. & Iliad σ.v.282. Cicero Ter. li.14. Epiſt. *Hem mea lux, meum deſiderium.* Virgil. lib. 2 Æneid. *O lux Dardaniæ.*

Lux: Tralatè. Cic.1. Philipp. cap. *Multa præterea, eaq; præclara. ad ſingulare enim M. Antonij factum feſtinat oratio: Dictaturam funditùs ex Republicâ ſuſtulit, lux quædam videbatur oblata, non modò regno, quod pertuleramus, ſed etiam magno timore ſublato.*

Luxa-

Digitized by Google

Luxari: à luxu, pro, *luxuriori*. Pſeud. 4.7.℣.6. Vbi hoc verbum aſſeruimus argumentis. Totum quippe Plautinum eſt. Vide Animadverſiones.

Luxuria; pro luxu in amoribus Aſin. 4.2.℣.10.

Luxuria: pro laſciviâ nimiâ, & qualibet petulantiâ. Vlpianus l. 1. in fin. de ædil. edict. *Ceterùm ſi nihilominus permaneret in eo vitio, ut circà fana bacchari ſoleret, & quaſi demens reſponſa daret, etiamſi non per luxuriam id factum eſt, vitium tamen eſt: ſed vitium animi, non corporis.* Marcianus l. pen. ff. de incend. nauf. *Si fortuitò incendium factum ſit, veniâ indiget: niſi tam lata culpa fuit, ut luxuriâ aut dolo ſit proxima.* Livius lib. 1. cap. *Poſitis externorum periculorum curis, nec luxuriarent, otio animi, quos metus hoſtium diſci plerique militaris continuerat &c.* Vlpian. l. 19. illud de manu vind. *Illud in cauſis probandis meminiſſe Iudices oportet, ut non ex luxuriâ, ſed ex affectu deſcendentes cauſas probēt, neque in delitijs, ſed juſtis affectiombus dediſſe juſtam libertatem.* Cæterùm dictio hæc in in Pandectis Florent. per *o* in medio ſcribi ſolet. Sic & Gloſſæ vett. ἐξώλεια *luxoria*. Et ſic quoque teſtatur Giſanius ſcribi in ſuo Ms. Symmachiano.

Luxuriari. *Pſeudolus* 4.7.℣.6.

Luxus. Vocabulum medium, in bonam partem, pro magnificentiâ, ſplendore, & affluentiâ. Virgil. lib. 6.℣. *lucent genialibus altis*

Aurea fulcra thoris, epulæq; ante ora parata

Regifico luxu.

Lycia. Curc. 3.℣.74.

Lycurgus. ſereniſſimus legislator Spartanorum. Bacch. 1.2.℣.3.

Lycurgus; vitibus exciſis Bacchū offendit. Capt. 3.4.℣.70.

Lycus; lupus. Pœn. 3.3.℣.33.

Lydij. ludij. ludiones. ὀρχησταὶ, χορευταὶ σατυρισταὶ, σκηνικοὶ Curc. 1.2.℣.63. Bacch. 1.2.℣.13. *Lydi barbari.*

Lydius glaber: quid ſit, explicat Dionyſius Halicarnaſſæus l. 11. his verbis: *Solemnis & vernacula Romana Curetica eſt, vt liquet è Circenſibus atque theatralibus pompis ac ſpectaculis. In his enim omnibus pubeſcentes pueri prætextati, galeatique, & accincti gladiis parmisque tenentes incedunt ordine; præceduntque pompam: dicti Ludiones à Lydis, referentes quandam Saliorum imaginem.* Aul. 2.9.℣.6.

Lymphatici numi aurei: ſunt quaſi furioſi, è crumenta exire geſtientes. Pœn. 1.2.℣.132. *Lymphare* idem erat quod *Oblucinare*, ἐνθουσιάζειν, & furore corripi; à *luco*: quod lucos ſacros Dis exiſtimarent; & qui in illis multum verſarentur, Deorum occurſu & præſentia furore agitarentur. Eum autem, cui conſpectæ Nymphæ eſſent, νυμφόληπτον dicebant, lymphatum, & furioſum.

M. non

M.

M non eliditur. Bacchid. 2. 2. ℣. 10.

Μά. Iurantis eſt. *μὰ τὸν Ἀπόλλω.* Moſt. 4. 2. ℣. 57. Capt. 4. 2. ℣. 101.

Macedo miles. pro Macedonius. Pſeud. 4. 7. ℣. 112.

Macedonia. Trin. 4. 2. ℣. 3.

Macedones. Mil. 1. 1. ℣. 44.

Macellum : erat locus, in quo vendebant carnes ; piſces. Amph. 4. 1. ℣. 4.

Macerare. Capt. 3. 4. ℣. 22. Caſ. 2. 8. ℣. 9. Lucret. lib. 3. *Macerat invidia, ante oculos illum eſſe potentem.*

Macerare ſalſa. Pœnolus 1. 2. ℣. 35. 39.

Macerare aliquem. Pœn. 4. 1. ℣. 2. & in ambiguo tenere. Pœn. 5. 4. ℣. 76.

Macerare ; affligere. Pœn. Prol. ℣. 98.

Macerare ſe lacrymis. Capteivei 5. 1. ℣. 8.

Macerare, concoquere, & defatigare ſe. Trin. 2. 1. ℣. 2.

Macerare aurum Comicum : h. e. lupillos, vnde pingues fiunt boves. Pœn. 3. 2. ℣. 21.

Macerari : vexari, cruciari. Epid. 3. 1. ℣. 2. Ciſt. 1. 1. ℣. 61. 73.

Macerari miſerè. Pſeud. 1. 1. ℣. 2.

Macerat me hoc facinus, meum cor, corpuſque cruciat. Mil. 3. 1. ℣. 21.

Macerat me metus. Mil. 4. 6. ℣. 18.

Macere : pro, *marcidum*, ſeu, *emacitum eſſe.* Aul. 3. 9. ℣. 28. *Cura macet.*

Maceria. Eſt mur⁹ intermedius, ex lapidibus ſine calce & cæmento cōgeſtus. Truc. 2. 2. ℣. 48. 50.

Maceries : paries ex lapidibus ſine calce cōſtruct⁹. Truc. 2. 1V. 37.

Maceſco. Capt. 1. 2. ℣. 25.

Maceta. Idem qui *Macedones.* Ab eo *Macetûm* Pœtę Latini, pro, *Macedarum*, *Macedonum.* Sed hæc vulgò depravata. nam pleriſque in locis impreſſum *Macedonum*, pro, *Macetûm.* Id notavit olim Ioſephus Scaliger in Notis ad Auſonium. Heſychius : *Μακετία*, pro *Μακεδονία.* Agellius lib. 9. cap. 3. *Philippus Amyntæ filius, terra Macedoniæ Rex, cujus virtute induſtriâq; Macetæ locupletiſſimo imperio aucti.* Ita ex v. l. emendandum. Ita in Lucano initio l. 5. *in Macetûm terras.* Et l. 10. initio : *& templa vetuſti Numinis antiquos Macetûm teſtantia vires circuit.* Silius lib. 13. *Extremo rurſus bella volet Macetûm reſtaurare ſub armis.* Et initio l. 14. *Aut Macetûm luſtrare domos.* Ita v. e. Colonienſis. Et Statius l. 2. Achilleid. extrem. *didici quo Pæones arma rotatus, quo Macetæ ſua geſta tenent.* Sic leg. ex vett. libb.

Machæra : *παρὰ τὸ μάχεσθαι*, vel, *παρὰ τὸ χαίρειν αἵματι*· quaſi *αἱμόχαιρα.* Truc. 2. 7. ℣. 65. & 2. 6. ℣. 25. Bacch. 1. 1. ℣. 35. & 4. 8. ℣. 46. Merc. 5. 2. ℣. 85. Pſeud. 2. 4. ℣. 45. Curc. 3. ℣. 54.

Machæra hebes. Mil. 1. 1. ℣. 53.

Machæra : laſcivo ſenſu. Pſeud. 4. 7. ℣. 85. (4. 4. ℣. 11.

Machæra aliquem objicere. Curc.

Macharium: μαχαίριον. cultellus coquinarius. Aul. 2. 9. ✝. 1. Rud. 2. 2. ✝. 9.

Machina: tralatè de dolis doctis, & fabricis, quas vocat Plaut. Mil. 2. 1. ✝. 69. Amph. Sc. *DI voſtr.* v. 38. Pſeud. 1. 5. ✝. 137 Perſ. 5 2. ✝. 8.

Machinari. Caſ. 2. 4. ✝. 22.

Machinari machinam: fallaciam confingere. Bacch. 22. v. 54. Capt. 3. 3. ✝. 15.

Lucret. lib. 3. ✝. 958.

Nam tibi præterea quod machiner, inueniamq;
Quod placeat -

Machinari aſtutiam corde. h. e. meditari. Capt. 3. 3. ✝. 15.

(3. 2. ✝. 1.

Machinas mouere: turbare. Mil.

Machinatio: Latinè dicitur, quæ Græcè μηχάνη ſive μηχάνημα ipſum organum, quo laxa aut onera promoventur aut torquentur. Cicero l. 2. de Orat. ca. p *Qui* (ſcil. *animus*) *tamquam machinatione aliquâ tum ad ſeveritatem, tum ad remiſſionem animi, tum ad triſtitiam, tum ad lætitiam eſt contorquendus.* Idem lib. 2. de Nat. Deor. cap. *An cum machinatione quadam aliquid moveri videmus, ut ſphærā, ut horas, ut alia permulta.* Interdum *Mechanicus* eſt is, qui artem hanc novit: de quibus infr. *Mechanici.* Agell. 10. 2. *Ratione quadam diſciplinâq; mechanicâ factum.*

Macis: Ficti aromatis nomen. Pſeud. 3. 2. ✝. 43.

Macritudo, Capt. 1. 2. v. 32.

Mactare: eſt magis augere. Aul. 3. 5. ✝. 62. *Dotatæ mactant & modo & damno vires.* Amph. 412. ✝. 17. *Mactare infortunio.* Et ibid. ✝. 18. abſolutè uſurpatur: *Tun me macles;* Bacch. 2. 3. ✝. 103. & 4. 8. ✝. 45. Curc. 4. 3. ✝ 5. Merc. Prol. ✝. 21. Pœn. 3. 1. ✝. 14. Trin. 4. 2. ✝. 151. *Mactare,* inquit Servius ad illud Virg. lib. 6. Aen. ✝. 39. *mactāt lectas de more bidentes.*) Verbum ſacrorum eſt κατ' εὐφημισμόν, dictum, ne ſcil. cædem nominarent, quaſi magis auctum. Vnde & *Magmentum* dicca nr: quaſi, *Maius augmētum.* Olim enim hoſtiæ immolatæ dicebantur molâ ſalsâ tactæ: cùm verò ictę, & aliquid ex illis in aram datum mactatæ dicebantur per laudationem, per boni ominis ſignificationem, ut *adolere.* Nam *Mactare* eſt proprie magis augere. Sic *Mactare Deo hoſtiam,* bovem, pro, cedere h. l. *Mactare* DEUM *hoſtiâ,* bove, vino &c. non ſatis benè dicitur. Alterum valet, *Immolare,* ſacrificare: poſterior formula valet, *Afficere.* & ut Cicero ſæpe, *Augere,* donare. Hinc, ut patet, dici ſolet, Mactare ſuppicio, infortunio, prę mio, hoſtiâ &c. Cicero in Vatin. cap. *Cùm inaudita ac nefaria ſacra ſuſceperis, cùm puerorum extis* DEOS *Manes mactare ſoleas* Idem Catilin. *Nonne hunc in vincula duci, nō ad mortem rapi, non ſummo ſupplicio mactari imperabis?* Et lib. 2. de Conſulatu ſuo, ut eſt lib. 1. de Divinat. cap

Tu quoq; cùm tumulos Albano in monte nivales
Luſtraſti, & læto mactaſti lacte Latinas.

Idem de Republ. *Ferunt laudibus mactant honoribus.* Vide Andr. Schotti Nod. Cicer. lib. 4. cap. 4.

Macte: De hoc verbo Servius ad illud Virgil. lib. 9. ℣. 641. *Macte novâ virtute puer*, ſic ſcribit: *Macte*: hoc eſt, magis auctæ affectatæ gloriæ. Et eſt ſermo tractus à ſacris. Quoties enim aut thus, aut vinum ſuper victimam fundebatur, dicebant, Mactus eſt taurus vino vel thure, hoc eſt, cumulata eſt hoſtia, & magis aucta. *Macte* ergò, pro, *mactus eſto* vocâtivum pro nominativo poſuit: ut lib. 3. Aen. ℣. 382. *Vicinosq; ignare paras invadere portus*: pro ignarus. Et l. 7. v. 685. *Quos Amaſene pater.* pro, Amaſenus. Tibullus: *Huc venias hodierne*: pro, hodiernus. Theocritus: ὄλβιε κῶρε γένοιο. ὄλβιος. Et Perſius Satir. *Stemmate quod Thuſco ramum milleſime ducis Cenſorem ve tuum vel quod trabeate ſalutas.* pro, milleſimus, & trabeatus. Quod autem *eſto* non addidit, ab antiquitate deſcivit. nam veteres *Macte eſto* dicebant: pro, *mactatus*, ut Ennius: *Livius inde redit magno mactatus triumpho.* Lucil. lib. 5. *Macte inquam virtute ſimulq; his viribus eſto.* Et in Pontificalibus ſacrificantes dicebant Deo: *Macte hoc vino inferio eſto.* Frequenter cum *virtute* coniungitur. Cicero lib. 1. Tuſc. *Macte virtute. ego enim ipſe cum eodem ipſo non invitus erraverim.* Et lib. 12. Attic. Epiſt. *Macte virtute, mihi quidem gratum.* Seneca Epiſt. 66. *Macte virtute eſto. ſanguinolentis, & ex acie redeuntibus dicitur.* Accius Philoctetâ: *Macte ſis his armis macte virtute patris.* Turpilius Bethonibus: *Macte virtute eſto.* Pacuvius Duloreſte: *Macte eſto virtute, operâq; approbo.* Livius lib. 2. cap. *Iuberem macte virtute eſſe, ſi pro meâ patria iſta virtus ſtaret.* Et. 4. cap. *Tum Dictator, Macte virtute C. Servili eſto, liberatâ Rep.* Et lib. 7. cap. *Tum Dictator Manlio Macte virtute ac pietate in patrem patriamq; T. Manli eſto.* Et lib. 10. cap. *Tu quidem Macte virtute diligentiâq; eſto.* Et lib. 22. cap. *Tu quidem C. Corneli Macte virtute eſto.* Et lib. 23. cap. *Itaq; Macte virtute eſto: apud me tibi omnis honos, omneq; premiũ erit.* Silius l. 4. ℣. *Macte, ô macte indole ſacrâ vera Iovis proles.* Et lib. 10. ℣. *Macte ô virtute paternâ.* Aliquando recto caſu uſurpatur. *Pompeius & Cato mactus facto eſto.* Curtius l. 4. c. *Macti virtute eſtote.* Plinius: *Macti ingenio & cœli interpretes.* Livius lib. 7. c. *Decius Tribunus, Macti virtute milites Romani eſte.* Reperitur etiâ generandi, caſui jũctum: Martialis l. 12. Epigr. 6. *Macte animi*: Silius l. 12. *Macte ô virtutis avitæ.*

Macula amoris ineſt in pectore. Pœn. 1. 1. ℣. 70. *Elui non poteſt.*

Macu-

Macula retium. Varro lib. 3. cap. 11. v. 7. *Idqueſeptum totum rete grandibus maculis integitur.* Cicero 7. Varro. cap. *Reticulumque ad nares ſibi apponebat, leviſſimo lino minutis maculis plenum roſa.*

Maculas eximere. Capt. 4. 2. v. 61 & Suet. Aug. cap. 94.

Maculoſus: de virgarum plagis. Bacch. 3. 3. ỽ. 30.

Madeſfacere: inebriare. Pſeud. 1. 2. ỽ. 51.

Madere: de pluviâ. *Moſt.* 1. 3. ỽ. 9. *Madent iam in corde parietes.*

Madere pro *coquere.* Ideo quia plærumque quæ coɔta ſunt, tenereſcere & madeſcere ſolent. *Men.* 1. 3. ỽ. 29. & 2. 2. ỽ. 51. *Vir.* 1. Georg. *Et quamuis igni exiguo properata maderet.*

Madere: ebrium eſſe. Moſt. 1. 4. ỽ. 7. 18.

Madere madidè: bene ebrium eſſe pſeud. 5. 2. ỽ. 7.

Madere arte. Lucretius IV. 793. *Scilicet arte madent ſimulacra* Horat. l. 3. Oda 21. ỽ. 9. *quamquam Socraticis madet ſermonibus.* Eadem tralatione Cicero dixit *imbutum eſſe, tinctum eſſe.* Seneca: *Liberalia ſtudia non illa, quibus perfundi ſatis eſt, ſed hæc, quibus tingendus eſt animus.*

Madere metu; eſt valde metuere plenum eſſe metu. *Moſt.* 2. 1. ỽ. 48. *Vide* Mur. lib. 5. *Variar.* cap. 16. & Lexicon Lucret.

Madere vino. Truc. 4. 4. ỽ. 2.

Madidus: coctus. Perſ. 1. 3. ỽ. 14. Vide *Madere.*

Madidus: pro ebrio. iocoſe. Amph. 3. 4. ỽ. 18. Aſin. 5. 2. v. 9. Aul. 3. 6. ỽ. 36.

Madulſa; ebrius. à Græco μαδᾷν. quia fit madidus vino. *Feſtus.* pſeud. 5. 1. ỽ. 7.

Mæcenatinus, Mæcenas: nom: *Mæcenaticus,* vel *Mæcenatius.* Sueton. Neron. cap. *Hoc incendium è turri Mæcenatinâ proſpectans.* Ita in vet. lib. exaratum fuit.

Mænas: furioſus, à. ἀπὸ τοῦ μαίνεσθαι pœn. 5. 5. ỽ. 33.

Magaria: locus in vrbe Chartagine. pœn. Prol. ỽ. 86. Perſ. 1. 3. ỽ. 57.

Mage; pro, magis. *Men.* 2. 3. ỽ. 35. Truc. 1. 2. ỽ. 74. Aſin. 1. 1. ỽ. 52. Trin. 4. 3. ỽ. 46. pœn. 2. 1. ỽ. 15. *Mage contentiores.*

Mage quam. Truc. 3. 1. ỽ. 17.

Mage qui. pœn. 1. 2. ỽ. 64.

Magis initio: magis, quam antea. Caſ. 2. 3. ỽ. 8. 9.

Magis: in comparatione ſæpe omittitur. Rud. 4. 4. v. 70 *Vide Ellipſis,* & *Comparationes;* in *Mantiſsâ.*

Magis; pro *potius.* Bacch. 1. 1. ỽ. 3. & 1. 2. ỽ. 22. Epid. 3. 4. ỽ. 17.

Magis ac magis Moſt, 3. 2. ỽ. 13.

Magis, *magis:* pro, quò magis eo magis Mil. 3. 1. ỽ. 40. *Perſ.* 44. ỽ. 15.

Magis magisq; pſeud. 4. 7. ỽ. 113.

Magis quam, Truc. 2. 3. ỽ. 20. Stich. 1. 1. ỽ. 8. Bacch. 3. 3. ỽ. 25. Pœn. 1. 3. ỽ. 18. Mil. 3. 1. ỽ. 30.

Magis iam. Caſ. 5. 2. ỽ. 14.

Magis curio. Aul. 3. 6. ỽ. 26. Vide lit. C.

Magis

Magis dulcius : Græca Syntaxi. Men. Prol. ℣.55. & Stich.5.4. ℣.22. *Magis mollior*. Aul.3.2. ℣.8. *Magis miſerior*. Amph.5. 1.℣.8. *Magis unctiuſculus*. Pſ. 2.2 ℣.85. *Magis facilius*. Men. 5.6.℣.13. *Magis maior*. Amphitruo 1.1. ℣.145. Pœnolus Prol. ℣. 82. Vide etiam *Pleonaſmus* in Mantiſſâ.

Magis malum. Pſeud.4.1.℣.17.

Magis ſæpè: ſæpius. Moſt.1.3.v.40.

Magis trãquillus. Bacch.5.2.v.55.

Magis ſapiens. Aſin.3.3.℣.115.

Magis miris modis. Mil.2.6.℣.58.

Magiſter: pro hero. Aul.3.1.℣.7.

Magiſter; exercitor, παιδοτρίβης, progymnaſta, præceptor. Trin. 2.1.℣.3. Truc. 4.2.℣. 24. Curc.2.2.℣.8. Bacch.3.3. ℣.28.& 3.2 ℣.20.

Magiſter. Interdum dicebatur is, qui in auctionibus præerat. Interdum is, qui in conviviis, qui & *Modimperator* Varroni, & Græce συμποσιάρχης, ac βασιλεύς. Cicero de Senect.c. 14. *Me verò & magiſteria delectant, à maioribus inſtituta, & is ſermo, qui more maiorum à ſummo adhibetur magiſtro in populo* Sic ibi omnes libb. etiam Mss. Pall. Sed Turnebus l.1.3. c. 6. putat interdũ inducẽdũ τὸ *magiſtro*, cui nõ aſſẽtior. Sic dicimꝰ *Magiſter* populi, equitum, ſocietatis, pecoris, cænæ, convivii, chori Muſici. Nam ubi chorus canentium non ad certos modos, neque numeros præeuntis magiſtri cenſenſit, illius fuit cantum rectè dirigere. Cic. in Oecono. apud Columell. l.12.c.2.

Magiſter idem interdum, qui *Patruus*, ſeverus, & aſper reprehenſor, aut obiurgator. Cic. pro Cælio c. *Fuit in hac cauſâ pertriſtis quidem patruus, cenſor, magiſter: obiurgavit Cæliũ, ſicut neminem umquã parens.*

Magiſter curiarum: idem *Diviſor* dictus, qui pecuniam populo viritim dividebat. Aul. 2.2.℣.3.& 1.2.℣.29.

Magiſterium. Moſt.1.1.℣.32.

Magiſterium; pro, *magiſtratu*. Bacch. 1.2.℣.40. Sic Symm. lib.4. Epiſt. 45. de Cenſore: *Graviſſimum ordinem magiſterium reſpuiſſe*. Apuleius l.1. Mileſ. de Ædili: *Scias quemadmodum ſub meo magiſterio male* &c. Sueton. Domit.c.4. pro ſacerdote, aut ludorum præfecto. *Ex quo ſorte ducti magiſterio fungerentur*. Et vice verſa: *Magiſtratus* ſæpè pro magiſterio vſurpatur. Livius lib.24. *Quid enim ſua ſponte tutores ejus ac magiſtratus*, &c. Seneca Epiſt.15. *Accedunt peſſima nota mancipia in magiſtratũ recepta*. Rectè omninò. Sic enim Feſtus Pomp. *Magiſtrare, regere, & temperare eſt; vnde* Magiſtri, *non ſolum doctores artium, ſed & pagorum, ſocietatum, virorum, colloquiorum, equitum, dicuntur; quia omnes hi cæteris magis poſſunt. Vnde &* Magiſtratus, *qui per imperia potentiores ſunt*, quàm privati. Spartianus in Hadriano. *Ipſe quoq; inter manipulares vitam militarem miniſtrans.*

Magiſtra. Stich.1.2.℣.49.

Magna res: magni momẽti. Ciſt. 4.2.℣.77.

Magnaparti: plærisque. Ciſt. I.2. ℣.1. (℣.31.
Magnidica mendacia. Rud. 2.6.
Magnifica verba Curc. 4.4. ℣.23.
Magnificare. Stich. 1.2. ℣.44. Mē. 2.3. ℣.20. Pſeud. 4.1. ℣.34. Lucill. *Magnificare hos, his benevelle: his vivere amicum.* Ter. Hecyr. 2.2. ℣.18. *Quem ego intellexi illam haud minus, quā ſeipſum magnificare.* (23.
Magnificare & colere. Ciſt. 1.1. ℣.
Magnificare res. Pſeud. 2.1. ℣.4.
Magnificè: connubium adverbii elegans. Perſ. 2.5. ℣.7. Pſeud. 4.1. ℣.7.
Magnificè patricèq;. Caſ. 3.6. ℣.4.
Magnificus & facetus vir. Aſin. 2.2. ℣.84. *Extemplò faciam me facetum, atq; magnificum virum.* Bacch. 4.9. ℣.42. *Miles magnificus.*
Magnipendere. Pſeud. 1.2. ℣.85. Stich. 1.2. ℣.78.
Magnitudo: pro, potentiâ, ſeu opibus: quomodo & vulgares linguæ utuntur. Salluſt. in Catil. cap. *Contra eas ſummâ ope nitebantur pleraque nobilitas Senatûs ſpecie, pro ſuâ magnitudine.*
Magno; ſcil. *opere*: ἐλλειπτικῶς. Truc. 5.1. ℣.47.53. Non aliter legendum eſſe, evincit ratio metrica: & germanus Genius Plauti; qui hanc ἔλλειψιν de induſtria ſic attribuit ruſtico.
Magnum ſe facere: ſuperbum. Mil. 4.2. ℣.51. Cicero Orat. ad Brutum cap. *Nam & ſucceſſit ipſe magnus, & maximos Oratores habuit æquales: nos magnum fecimus: ſi quidem potuiſſemus, quò contendimus, pervenire.* Et in Verrem Act. 3. c. *Magnum de feciſſe arbitrabere, ſi plures vendideris, quàm L. Horsenſius.*
Magnum eſt: pro, grave eſt, magni momenti. Cicero lib. 1. Acad. quæſt. cap. *Magnum eſt efficere, ut quis intelligat, quid ſit illud, utrum & ſimplex bonum.* Idem lib. 1. Offic. cap. *Magnum eſt eadem habere monumenta maiorum, iiſdem niſi ſacris.* &c. Et Tuſc. lib. c. *Quos enumerare magnum eſt. ita ſunt multi.*
Magnum mare, Vide infr. *Mare magnum*. Poëtæ primi videntur *Mare* ita vocaſſe apud Homerum in Annotat. qui vocat ἅλα δῖαν, ubi δῖαν eſt *magnū*, teſte Euſtathio. Sed & Philoſophi, aliique cæperunt hoc verbo uti, & μεγάλην θάλατταν vocare. Sic enim Plato in Zenone de Stoicis: ἀλλὰ χρῆσθαι τὴν μεγ. &c.
Magnus: pro ſtulto. Mil. 3.3. v. 49. Sic Lucill. apud Varr. lib. 6. *Nequam & magnus homo laniorum immani canes ut.*
Martial. lib. 7. Epigr. 90.
Pontice per Reges diſcurris, & omnia luſtras.
Magna quidem ſequeris Pontice, magnus homo es.
Et lib. 9. Ep. 51.
Qui ſcribis Priami prælia, magnus homo es.
Eodem modo vſurpari τὸ *Longus*, docuit ad Catull. ſidus illud Muſarum Ianus Duza Fil.
Magudaris: vel *Magydaris*, radix eſt Silphii. Rud. 3.2. v. 19. Vide Plin. & Lex. *Laſerpitiū*, & *Syrpe*.

Majalis. Tralatè putãt Chariſius, & Nonius uſurpari à Cicerone: ille, in Verrem, hic in Piſonem: ubi tamen *animalis* verbum in o. v. l. & vulg. exſtat: de quo *Animal*, ſupra. Sed ſolent vett. Grammatici, & præter cæteros Nonius ſæpè mendosè adferre veterum ſcriptorum loca.

Majeſtatem lædere. Dicunt poſteriores, quod antiquiores, & Ciceronis ætate dicebant *Minuere* & *Imminuere*.

Major & *Puer* opponuntur. Capt. 3. 4. ℣. 105.

Maior vis, maior cauſa, major morbus. *Major* pro divina. *Maior morbus* pro Comitiali. Feſtus: *Prohibere Comitia dicitur vitiare diem morbo, qui vulgò quidem major, ceterum ob id ipſum Comitialis appellatur.* Cicero lib. 1. de fin. cap. *De hominum genere, aut omnino animantium loquor: cùm arborum & ſtirpium eadem penè natura ſit, ſive ut doctiſſimis Iuris eviſũ eſt* &c.

Maiorem partem: pro, maiori ex parte. Pœn. 1. 3. ℣. 4.

Maiores. Pſeud. 2. 1. ℣. 6. Trin. 3. 2. ℣. 16. Mil. 2. 4. ℣ 20. Sic dicebantur πρόγονοι, parentes ſupra tritavum. Vide l. 4. §. parentem l. ult. §. parentes. de grad. pater, avus, proavus, abavus, atavus, tritavus, maiores. Et ita de minoribus. ἀπόγονοι. Vide infr. *Minores*.

Maius: pro *magnus*, dicebant veteres. Truc. 2. 8. ℣. 27. Inde *Deus maius Iuppiter*, Θεὸς μέγας. Macrob. lib. 1. c. 12. (27.

Majuſcula meretrix. Pœn. 1. 1. ℣.

Mala; eleganter abſolutè ponitur de mala fœmina. Moſt. 1. 3. ℣. 113.

Mala ambiguo ſenſu. Merc. 3. 1. ℣. 13.

Mala; πικρεία. Caſin. 2. 6. ℣. 55. Aſin. 2. 2. ℣. 104. Mil. 2. 5. ℣. 35. Pœn. 5. 5. ℣. 36.

Mala beſtia. Vide ſupra, *Beſtia*.

Mala magna res. Pſeud. 3. 1. ℣. 4.

Mala res nota. Trin. 1. 2. ℣. 25.

Mala verba: dura. Trin. 1. 2. v. 30.

Malacia; mollities. μαλακὸς mollis. Bacch. 1. 1. ℣. 20.

Malaciſſare: mollem reddere. Bacch. 1. 1. ℣. 31. 40. Mil. 3. 1. ℣. 74. Vſus quoq; eſt Seneca Epiſt. 66. (3. 1. ℣. 93.

Malacum pallium: μαλακὸν. Mil.

Malacus; mollis & effœminatus. μαλακός. Mil. 3. 1. ℣. 73. & 93. Stich. 2. 1 ℣. 74. Bacch. 2. 3. ℣. 121. *Malacus modus*.

Malacus mœchus. Truc. 2. 7. v. 48.

Mala crucias. Caſ. 2. 6. ℣. 64.

Mala; genæ. Amph. 1. 1. ℣. 258. 28.

Mala macilenta. Aſin. 2. 3 ℣. 20.

Mala: pro *mandibulis*. Capt. 1. 2. ℣. 74.

Mala oblonga. Merc. 3. 4. ℣. 55.

Mala; ſunt etiam partes intra os. Bacch. 4. 2. ℣. 16.

Malas edentare. Rud. 3. 4. ℣. 48.

Male; miſerè. Ciſt. 1. 1. ℣. 61.

Malè ἐπίτασιν notat in bonam & malam partem; pro, valdè, vehementer: & vſurpatur eleganter pro connubio adverbij. Curc. 4. 2. ℣. 26. Trin. 4. 2. ℣. 142. *Male multare* Epid. 1. 1 ℣. 1. Pſeud. 1. 2. ℣. 74. *Malè morigerus.* Stich. 2. 3. ℣. 20.

Moſt.1.4.v.4.&3.1.✝.132.Ciſt. 4.2.✝.4. *Malè formido.* Men. 5.6.✝.12. &1.3.✝.7. *Malè odiſſe.* Mil.2.2.✝.8. Pſeud.3.1. ✝.18. *Malè metuo.* & 4.3.✝.3. Pœn.5.5.✝.13. Stich.2.1.✝.57. *Malè miſer.*

Male: pro, carè, magno pretio ac damno, diſpendiosè. Amph. 1.1.✝. 131. Pſeud. 1.2.✝.1. Truc.2.2.✝.57. Vſurpat etiam Cicero ad Atticum. Moſt 3.2.✝.113. Terent. Eunuch.4. 4.✝.2. *Prodi male conciliate.* Vbi Donat. *Male*, magno, ſignificat: & *conciliare* idem eſt, quod, emere.

Male; pro, non tutò, periculoſe. Pſeud.4.8.✝.107. *Male alicui credere.* Curc.5.3.✝.1.3.&4.1. ✝.20. (Truc.2.5.✝.2.

Male comminiſci: vafrè, aſtutè.

MORIBUS ANTIQUIS. Hoc eſt; probis & probatis, quales ſcil. antiqui illi viri longè optimi fuerunt. Capt.1.1.℣.37. Trin.2.2.℣.16. Ennius. *Moribus antiquis res ſtat Romana viriſque.* Terent. Adelp.3.3. ℣.88. *Homo antiqua virtute & fide.* Plautus Caſin. Prol. ℣.7. *Antiqua opera & verba cùm vobis placent.* Phavorinus apud Agell. 1.10. *Vive moribus præteritis, loquere verbis præſentibus.* Periander Corinthius. τοῖς μὲν νόμοις παλαιοῖς χρῶ, τοῖς δὲ ἐδάνοις προσφάτοις. *Vtere moribus antiquis, cibis autem recentioribus.* Cicero pro Roſcio. *Homines antiqui qui ex ſua natura cæteros fingerent.* Vbi tamen *antiquus* valet *ſimplex.* Græcè εὐήθης. Et lib. 5. de Rep. verſum Ennij fusè explicat. *Quem quidem verſum Ennius vel brevitate, vel veritate, tamquam ex Oraculo mihi quodā effatus eſſe videtur.* Reliqua vide in Fragm. Cicer. & Auguſtin. lib. 2. de Civ. D. cap. 21.

Mo-

Digitized by Google

Moribus eſſe ſic. vel, hoc modo. Moſt.3.2.ỽ.19.

Moribus agere. In contrarium: *ferro, contra ius, & morem.* Cicero pro Sextio cap.41. *Huic gravitati hominis, videbat ille gladiator, ſe, ſi moribus ageret, parem eſſe non poſſe: ad ferrum, ad faces, ſe cum exercitu ſuo cõtulit.* Et pro Cæcinna cap.1. *Niſi forte hoc rationis habuit, quoniam ſi facta vis eſſet moribus, ſuperior in poſſeſſione retinendâ non fuiſſet: quia contra ius, moremque facta ſit, A. Cæcinnam cum amicis metu perterritum profugiſſe, nunc quoque in iudicio. ſi cauſa more inſtitutoque omnium defendatur, nos inferiores in agendo nõ futuros, ſi â conſuetudine recedatur.* Et ead. orat. cap.7 *Vt de fundo Cæcinna moribus deduceretur.*

Mori ſuâ morte. Eſt ſuâ morte defungi, & ex naturæ communi lege obire. Sueton. Cæſar. cap.89. *neque ſuâ morte defunctus eſt.* Aliter uſurpat Livius lib. 9. cap.18. *Suo fato mori,* de eo, qui quidem in prælio, proindeque violentâ morte, ſed ſine Reip. diſcrimine occumbit.

Morigera. Ciſt.1.1.ỽ.86.

Morigerari: morem gerere. Cap. 2.1.ỽ.4.

Morigerari. morem gerere dicitur femina, quæ ſe viro præbet obſequentem. Verba obſcena ſunt, *Præbere, dare, obſequi, morigerari.* Cic. huc alluſit in Orat. *Voluptati autẽ morigerari debet oratio.* Ennius in Hecubâ apud Nonium: *Quæ tibi in concubio verecundè & modicè morem gerit.* Eurip. dixit, ἐν σιγῇ φιλάγυια ἄσπας: in quâ Meleagro Atalanta ore morigeratur legatam ſibi ſub conditione. Ter. Andr.1.5.ỽ. 58. *ſeu tibi morigera fuit in reb. omnibus.* Sed ibi poſitum vulgari notione. Plautus Moſtel. 2.1.ỽ.51. *morigeræ erimus ambæ.* Vbi Tranio verbi uſum vulgarem in obſcenum ſenſum trahit.

Morigero: eſt. morem gero, animo meo obſequor. Amph.3. 3.ỽ.27.

Morigerus; obediens. Amph.3.4. ỽ.21. Caſ.2.6.ỽ 31. Ep.5.1.ỽ.1.

Morigerus, a, um. In turpẽ ſenſũ. Caſ.5.2.ỽ.19. Moſt.2.1.ỽ.51.

Morigerus male. Curc.1.3.ỽ.13.

Morigerus moribus alicuius. Mẽ. 1.3.ỽ.19.

Morigerus puer. Capt.5.2.ỽ.13.

Moro. activè. Mil.4.2.ỽ.100.

Morologus. ſtultiloquus. Perſ.1.1. ỽ.50. *Morologi & moleſti ſermones.*

Moror. Vide: *Nihil moror.*

Moriri. Aſin.1.1.ỽ.108.

Mors: pro, ſene arido, macro, & ſemimortuo. Bacch.5.2.ỽ.33.

Morſiuncula labellorum. Pſeud.1. 1.ỽ.65. Hæ amantibus amoris ſpatium decurrẽtibus uſitatæ ſunt. Pſeud.1.1.ỽ.65. Sic Catullus: *Quem baſiabis, cui labella mordebis.* Lucret. de amantibus IV. 1073.

Quod petiére, premunt arte, faciuntq; dolorem.

Cor-

Corporis & dentes illidunt ſæpe labellis,
Oſculaq; adfigunt. ——

Apuleius: *Olli purpurea delibantes oſcula, clemente morſu roſea labella.* Vide etiam Nonium in *morſicatim.*

Mortalis: pro homine. Amph. 1. 2. ℣. 33. & 2. 2. ℣. 203. Aſin. 5. 2. ℣. 8. Aul. 2. 4. ℣. 40. & 2. 3. ℣. 29. Moſt. 5. 1. ℣. 23. Pſeud. 1. 5. ℣. 104. & 2. 4. ℣. 9. & 4. 7. ℣. 111. & 4. 8. ℣. 6. Pœnol. 4. 2. ℣. 63. 65. Rud. 1. 6. ℣. 36. Truc. 2. 1. ℣. 36. *Nimis pol lepidus mortalis.* Capt. 4. 2. ℣. 42. Bacch. 2. 3. ℣. 59. Pœn. 3. 2. ℣. 26. & 3. 3. ℣. 39. Perſ. 1. 3. ℣. 33. Rudent. Prol. ℣. 7. & 5. 1. ℣. 5. Trin. 1. 2. ℣. 175.

Mortalis catus. Pœn. 5. 2. ℣. 147.

Mortalis lepidus. Truc. 5. 1. ℣. 57.

Morte obitâ, &. *Mortem obire*: de quo infr. *Obire. Qui mortalis eſſet, nemo audivit, quid hominis eſſet, an natus fuerit.* Cicero pro Flacco cap. *Cùm verò is, quem nemo veſtrûm vidit umquam, nemo qui mortalis eſſet, audivit.* Idem in Vatin. cap. *Mortales interdum pro hominibus, quibus rebus omniũ mortalium non voluntate, ſed convitio repudiatis.*

Mortualia: ſunt carmina, mortuis decantata à præficis. Eadem *Neniæ* dicta. Feſtus interpretatur *Nequalia*, hoc eſt, nugas & detrimenta, quia nugæ ſunt quaſi ſermonis detrimẽta. Aſinar. 4. 1. ℣. 63. Agellius lib. 18. cap. 7. *Vos Philoſophi mera eſtis, ut M. Cato ait, mortuaria gloſſaria, namque colligitis lexidia, res tatras & inanes, & frivolas, tamquam mulierum voces præficarum.* Auſonius Popma lib. 1. de antiq. locut. cap. 2. ait, *r* poſitum loco *l.*

Mortarium. Aul. 1. 2. ℣. 17.

Mortem oppetere. Men. Arg. ℣. 2.

Mortem exequi: mori. Pſeud. 4. 2. ℣. 38.

Mortem obire. Aul. Prol. ℣. 15. 20.

Morti dare ſe. Merc. 2. 4. ℣. 4.

Morticinus. Convitium in tetros & exſangui facie homines. Perſ. 2. 4. ℣. 12. Græci δημιπρεῖς & δημιπελανὸς appellant. Alias *cerriti,* & *cereriti.* Terent. Hecyr. 3. 4. ℣. 27. *cadaveroſa facie homo.* Græce νεκρώδης.

Mortuum me ſit ſatius. Truc. 5. 1. ℣. 34.

Mortuum hercle me mavelim, quam ut id patiar. Truc. 4. 2. ℣. 29.

Morula: nigra; à moro arbore. Pœn. 5. 5. ℣. 10. Martial. l. 1. Ep. 22. *Nigrior eſt cadente moro.*

Morus: ſtultus. μωρός. Mil. 3. 1. ℣. 78. Pœn. 1. 2. ℣. 166. Trin. 3. 2. ℣. 43. Men. 4. 2. ℣. 1. *Mox morus.* Sic Catul. Carm. 68. ℣. 29. *Mora pietas.* Sic ibi ex Ms. Pal. reſtituit Balth. Venator meus.

Mos geratur. Truc. 5. 1. ℣. 69.

Mos bonus eſt. rectè ſit. Capt. 2. 1. ℣. 4.

Mos modeſtus. Bacch. 4. 10. ℣. 5.

Mos meretricius. Men. 5. 5. ℣. 8.

Mos improbus. Trin. 4. 3 ℣. 28.

Mos viget. Curc. 2. 3. ℣. 20.

Moſtellaria; dicta à *moſtro,* vel *mõſtro:*

ſtro : cuius ὑποκοριστικὸν eſt *Moſtellum*, vel, *monſtellum*. Eadem dicta *Phaſma*. Sic enim Gloſſ. *Moſtellum*, φάσμα.

Motare. Amph.1.1.℣.117. ubi vide Animadv. noſtras.

Motitare. Vide paulò poſt, *Mutitare*.

Motitari ira. Truc.1.2.℣.89. Vide ibi Animadverſiones.

Movet una cura cor meum. Truc. 4.2.℣.60.

Movere: pro, monere. Livius lib. 28. cap.7. *Philippum & ignes ab Orco editi moveant, ſed ſerius Platoris fraude è ſpeculâ elati*: Sic Veteres edd. ſed Sigonius repoſuit, *monuerant*.

Movere ſe; amovere. Tr.3.3.℣73.

Moveri: nequam verbum. Aſin. 4.1.℣.43. Lucr. lib.4.℣.1267. *conſuêrunt ſcorta moveri*.

Mox poſt. Caſ. Prol.℣.84.

Mu. Stich.2.1.℣.101. *Nec mu*. Ennius: *Neq; ut ajũt, mu facere audet*, Lucillius: *Nec laudare hominem, neque mu facere umquam*. Hîc Columna ad Ennium pag.226. malit, *mut*. Nam Apul. li.2. de Prov. Enn. verba ſic refert: *Mut nõ facere audet*. Cælius Rhodiginus *Mu facere*, hæſitare, aut ſubvereri, & vix loqui auderi interpretatur. Utitur quoq; Plautus in Fragm. Cæco, aut prædonibus, ſed diverſâ ſignificatione: *Quis tu es, qui ducis me? Mu! perij hercle. Afer eſt*. A *Mu* autem videtur τὸ *Muſſare* originem habuiſſe. Nam ut ait Varro: *Muſſare* dictum eſt, quod muti non amplius, quã μῦ dicunt. Aliqui hanc Interiectionem *Mu* canum propriã eſſe volunt, ſicut γρῦ porcorum, & ab illâ *Mutire*, ſicut ab hac *Grunnire*, quod Græci γρύζειν dicunt: qui cùm exprimere volunt, nemi[illegible]mâ quidẽ voculam ad reſpondendum eſſe prolatam, communi proverbio dicunt, Οὐδὲ γρῦ. Vide infr. *Mutire*.

Mucci: ſordes narium. *Mucci fluunt*. Moſt.5.1.℣.60.

Muccidus ſenex. Mil.3.1.℣.51.

Muccidus de opulento, cui æs mucus eſt. Epid.3.4.℣.61.

Mulcare; ſcribendum, non *mulctare*, aut *multare*. docent Philologi, Victorius, Lambinus, Lipſius, Torrentius. Moſt. 4. 2.℣.22. — *qui male me mulcet*. Mil.2.2.℣.8. *uſq; ad mortẽ male mulcaſſitis*. Vide paulò poſt *Multare*. Eſt graviter pulſare, lædere, lacerare. Verbũ videtur obſoletum: Salluſtio tamen, Tacito, aliiſq; eius generis, uſitatum. *Malè multatus eſt*, Ciceroni perfamiliare eſt, & valet, Malè habitus, pulſatus. Sunt, qui in locum eius *male multatos* ſupponant, *male mulcatos*: etiam invitis libb. Mſſ. Salluſt. lib.3. Hiſtor. apud Nonium in, Tamen. *Nam qui enare conati fuerant, icti ſæpe frumentis navium, aut afflicti à ſuis undarum vi, mulcato foedo corpore, poſtremò perire*. Sic ibi lego. Tacitus lib.1. cap. *Tandem Vitellius in editiora niſus, eodem agmen ſubduxit, pernoctavere ſine utenſilibus,*

 ſine

ſine igne, magna pars nudo aut mulcato corpore, haud minus miſerabiles, quàm quos hoſtis circumſidet. Terẽt. Eun. 4.7.initio: *Male mulcabo ipſã.* Adelph.1.2 ✠.10. *omnem familiam mulcavit uſq; ad mortem.* Cic. in Brut.c. *Addebat etiam, idq; ad rem pertinere putabat ſcriptores illos male mulcatos exiſſe cum Falbâ.* Ita P. Victor.leg. putat. Et in Verr. lib.4.de ſignis cap. *Qui primò cùm obſiſtere ac defendere conarentur, male mulcati clavis & fuſtibus repelluntur.* Vbi Lamb.ſubſtituit *mulctati*, invehens in illos, qui *mulcat*, retinent. Et in Verr. VI. *Clamor à vigilibus faniq; cuſtodibus tollitur, qui primò cùm obſiſtere, ac defendere conarẽtur, male mulcati clavis ac fuſtibus depellũtur.* Sic ibi omnes Mſſ. libb. Plautus Moſt.4.2.✠.22. *Sed eò magis cauto eſt opus, ne huc exeat, qui male me mulcet.* Ita ex antiquiſſimis membranis Pall. reſtituẽd. Vulg. *mulctet.* Cic. pro Milon.c. *Quâ in turbâ C. Vibienus ſenator vir optimus cum hoc cùm eſſet unà ita eſt mulcatus, ut vitam amiſerit.*

Mulciber; Vulcan. Epid.1.1.✠.32.

Mulcta. Trin.3.2.✠.82. *mulctam abomina.* Vide paulò poſt *Multa.*

Mulier: pro vxore, vel concubina, abſolutũ pro relato. Bacch 4.8.✠.2.

Mulier. in convitio, pro homine levi, ignavo, & molli. Bacch. 4.8.✠.4. Caſ.2.2. ✠.36. Truc. 1.2.✠.31. Amph. 2.2. ✠. 181. 206. Mil.2.5.✠.55. Pœn.4.2. ✠.54. Terent. Heaut. 5.3.✠. 4. Hec.2.1.✠.17. Catul. Epig. 8. *Miſer Catulle.* Propert. lib. 3. Eleg. 24. *Falſa tua mulier fiducia forma.*

Mulier benevolens. Ciſtell. 2.3. ✠.43.

Mulier bona. benigna. Ciſt. 2.3. ✠.82.

Mulier comparatur navi. Caſ.3. 2.✠.27.

Mulier callida. Ciſt.4.2.✠.61.

Mulier forma eximia. Merc.1.2. ✠.97.

Mulier lauta, terſa, ficta. Stich.5. 5.✠.4.

Mulier tacita)(*loquens.* Rud. 4. 4.✠.70.

Mulier mala: deformis. Merc.2. 3.✠.57. Pœn.4.2.✠.54.)(*haud mala*: non invenuſta. Bacch. 5.2.✠.42.

Mulier mala merx. Caſin.3. 6.✠. 22. Ciſt.4.2.✠.61.

Mulier meretrix. Stich. 5. 5. ✠.5. Vide infr. Mantiſſ. *Parelcon.*

Mulier proba: pudica. Caſin.2.2. ✠.26.

Muliebris ſupellex: eſt, clamor ſine modo. Pœn.5.3.✠.26.

Muliebroſus; mollis & effeminatus. Pœn.5.5. ✠.24.

Mulieres inſula. Pœn.1.2.✠.36.

Mulieres non habent cor. Ciſt 1.1. ✠ 68.

Mulio. Moſt.3.2.✠.94. Aul.3.5. ✠.27. (Mantiſſ.

Mulo inſcitior. Vide, *Prov.* in

Mulſa: In blanditiis amantum. Caſ.2.6.✠.20.

Mulſa dicta: blanda, ſuavia. Rud. 2.3.℣.84.

Mulſa mea: in blanditiis: Stich. 5. 5.℣.14.

Mulſi urna. Caſ. Prol.℣ 76.

Mulſi potiones. Stich. 2.1..℣.60.

Mulſum: eſt vinum melle conditum Aſin. 5.2 ℣.57.

Mulſum in triumpho datum militibus. Bacch. 4.9.℣.48.151.

Multa eſto. Aſin. 4.1.℣.56.

Multâ die. Liv. lib. 29 c.7. *Claſſis Romana à Meſſanâ Locros multâ die ſuperante acceſſit*.

Multa Heracliti: ſunt lachrymæ, quibus corrumpuntur oculi. Capt. 2.1.℣.7. Cum quo loco cõfer Amph. 1.3.℣.32. Merc. 3.1.℣.3.

Multam dicere in controvenſiam. Formula forenſis. Eſt ſponſione in certam pecuniam de controverſia & lite tranſigere. Men. 4.2.℣.27. Vide Feſtum in *Multa*.

Multam irrogare: conſtituere pœnam. Capt. 3.1.℣.34.

Multam iniuriarum inducere. Pœn. 5.5.℣.57.

Multare; ζημιοῦσθαι, damnum adferre. Caſ. 3.6.℣.3.

Multare; numerare. In auctionibus. *Dicebant etiam polliceri*: in auctionibus, Græce πλειστηριάζειν. Stich. 3.1.℣.19. *Quàm multas tecum miſerias multaverim*.

Multare matrimonio. Amph. 2.2. ℣.222.

Multare infortunio. Merc. Prol. ℣.21.

Multare multâ. Rud. Prol. ℣.20.

Multare bolo. Truculent. 4.3.℣.70.

Multare malis modis. Amph. Sc. *DI veſtr*. ℣.10 *Mulcare* propriè eſt, verberare, ac penè mutilare. αἰκίζεσθαι: ſicut interpretantur Gloſſæ Stephani, indecoris verberib. afficere, fœdè verberare.

Multari. Stich. 5.4.℣.43.

Multari pecuniâ. Bacch. 4.9.℣. 10. {2.2.℣.8.

Multaſſere ad mortem vſq;. Mil.

Multi & multigeneres. Capt. 1.2. ℣ 50.

Multibiba & Merobiba anus. Curc. 1.1.℣.77.

Multibibus. Ciſt. 1.1.℣.1.

Multifacere: eleganti compoſitione, vt *Parvifacere, flocciſfacere, compendifacere, ſumtifacere, lucrifacere*. Rud. 2.3.℣ 50.

Multigeneres milites. Capt. 1.2. ℣.56.

Multigenerum multa vnguenta. Stich. 2.3.℣.58.

Multiloquaces mulieres. Aul. 2.1. ℣.5. Lex. vet. Græcolat. πολυλάλος. *multiloquax, verboſus*. Idem etiam concinnè: ἀληθινός, *veriloquax, veridicus*.

Multiloquium. Merc. Prol. ℣.31.

Multiloquus. Ciſt. 1.3.℣.1. Pſeud. 3.2.℣.5.

Multimodis: pro variè. Dictio Lucretio quoque ſæpius frequentata: ſicut *Omnimodis*. Bacch. 3.2.℣.1. Mil. 4.4.℣.53. Perſ. 4.6.℣.24. Vide etiam Lex. Lucret. Dan. Parei. Vſus quoq; Cic. lib. 2. de Fin. c.26. *multimodis reprehendis*. Sic etiam, *Omnimodis*.

Multipotens Neptunus. Trin. 4.1. ℣.1.

Multipotens pectus: variis dolis inſtructum. Bacch.4.4.℣.9.

Multò; potius. Pſeudol.1.2.℣.75. M*alo multò*. Trin.2.4. ℣.145.

Multò tantò. Bacch.2.3.℣.76.

Multò: cum ſuperlativo. *Multò ſapientiſſima*. Stich.1.2.℣.66. & 2.1.℣.10. *Multò maxima*. Amph.2.2.℣.150. & 3.4.℣.1.

Multò tantò, quàm. Men.5.2.℣. 49.Rud.2.6.℣.37. Vide litt. N. *Nimiò multò*.

Multò malo, quàm. Moſtell.1.3. ℣.22.

Multò:potius.Pſeud.2.4.℣.38.

Multò mavellem. Bacch.4.9.℣. 124.

Multò mavelim. Pœn.1.2.℣.88.

Multùm:pro valde. Capt.1.1.℣. 19.Moſt.3.2.℣.94 Men.4.2. ℣.2. & 5.2.℣.25. Stich.2.1.℣. 52.*multùm miſer*. Aul.2.1.℣.5. *multùm loquaces*.

Multum: ſæpius. Pſeudol.1.5.℣. 143.

Multum diei.Pſeud.4.7.℣.59.

Multum:pro, *multò*. Moſt.3.2.℣. 135.

Multum & diu. Moſt.1.2.℣.1. Sic Petron. *Super inguina mea diu multumq; fruſtra moluit*.

Multus:a,um;de quantitate rei. Rud.1.2.℣.12.*multam terram confodo*. Ciſt.1.3.℣.11. *Multa nox*.

Multus homo: qui negotii plurimum faceſſit, tamquam ſi ipſe non ſolus, ſed plures cum eo. Men.2.2.℣.41. Catullus Carm.CVI. *Multus homo eſt naſo*. —— Huc forte referri queat illa formula Ciceronis lib.2.Off.*Multus eſt in laudandâ magnificentiâ*. Idem lib.2. de Nat. D. *Multus videri nolo in ſtellarum ratione*. Horat.li. 1.Od.7. P*lurimus in Iunonis honorem*.

Munda; nitida femina. Ciſt.1.1. ℣.57.

Munditer ſe habere. Pœnol.1.2. ℣.26.

M*unditia amantum*.Menæch.2. 3.℣.4.

Munditia mulierum. Stichus 5.5. ℣.6.

Munditia.Pſeud.1.2.℣.40.&5.1. ℣.8.*Pœn*.1.2.℣.37.

M*unditia meretricia*. Pœnol.1.1. ℣.64.

Munditians Deus, eſt Amor, cui munditiâ litari ſolet. Caſ.2.3. ℣.9.quamquam aliter ibi leg. Vide Animadverſ.

Munditiari: mundum eſſe, vt à, *delicia,deliciari*. Caſ.2.3. ℣.9.

Munditias apparare. Merc.1.2.℣. 80.Stich.5.3.℣.5.

Munditias facere:fieri. Stich.2.3. ℣.22.

Mundiſſimus. Truc.2.7.℣.6.

In M*undo*: eſt, paratum, expeditum,præſtò eſſe. Chariſius li. 2.pag.180.Edit. Putſch.&Feſtus. I*n mundo eſſe dicebant antiqui, cùm aliquid in promptu eſſe volebant intelligi*.Ductum putant quidam à mundo muliebri.Mulieres enim,quæ ad cultum corporis faciunt, omnia in promtu habent, conduntque diligenter in arcula, vt præſtò ad uſum ſemper ſint. Vel,ut alii malunt: *In mundo* dicebant,ſignificantes, malũ exſtare illud; ut illi cõſcij ſibi ſuæ

ſuæ vitæ in ſe cadere facile poſſe intelligerent: obſcurè, vt mos eſt minantium, quod volebant, indicantes. Vt ſi furem perterrefacere volentes diceremus: *Nonne tu ſcis inveniri carcerem? carnificem?* Loca hæc ſunt apud Plautum. Aſinar. 2. 1 ℣. 1. 6. & 2. 2. ℣. 50. Caſin. 3. 3. ℣. 3. Epid. 5. 1. ℣. 12. Pſeudol. 1. 5. ℣ 84. 85. Caſin. 3. 3. ℣. 3. Pœnol 3. 5. ℣. 38. Perſ. 1. 1. ℣. 46. Stich. 3. 2. ℣. 23. Vide etiam litt. I. *Immundus:* & Fr. Douſam ad Lucill. pag. 102. Petron. Satir. pag. 6. ℣. 7. *Non eſt mihi ad manum pecunia.*

Munduli. Truc. 3. 1. ℣. 13.

Mundus in re cibariâ dicitur is, qui nec ſordidus, nec eſt luxurioſus, ſed meliorem facit ſumtum. *Elegans* etiam dicebatur. Cicero lib. 7. de fin. cap. *Mundos elegantes optimis locis, pictoribus.* Et Epiſt. ad Pætum: *Nos iam ex te tantum artis habemus, ut Verrium tuũ & Camillam, quâ mũditiâ homines! quâ elegantiâ! ſæpe vocare audeamus.* Et de Orat. perf. cap. *Fucati medicamenta candoris & ruboris omnia repellentur, elegantia modò & munditia remanebit.* Horat. lib. 1. Epiſt. 4. ℣. 11.

Et mundus victus non deficiente crumenâ.

Et alibi lib. 2. Satir. 2. ℣. 65.

Mundus erit, qui non offendet ſordibus.

Munera lepidiſſima. Pœn. 5. 4. ℣ 3.

Munera propenſa; h. e. multa & ponderoſa. Truc. Arg. ℣. 8.

Munera; ſunt hominum: vt, *dona* Deorum. Mil. 3. 1. ℣. 115.

Munerare. Mil. 3. 1. ℣. 100. 120.

Munerigeruli. Pſeud. 1. 2. ℣. 48.

Muneri- damni- geruli. Egregia compoſitio: & Plauto digniſſima. Truc. 2. 7. ℣. 1.

Munifica fœmina & morigera. Amph. 2. 2. ℣. 212.

Munifex: Miles, & *beneficiarius*, inter ſe reſpondent, & quaſi contrarij opponuntur. Ex eo *Munificentia* interdum. Hyg. lib. de limitibus: *Excepti ſunt fundi bene meritorum, ut in totum privati juris eſſent, ne coloniæ ullam munificentiam debent, eſſent in ſolo populi Rom.*

Munificium: ut, Maleficium, Beneficium. Dicitur res non immunis, non vacua, aut libera à vectigalibus, & portoriis. Quæ autem *Immunes* ſunt, dicuntur *Beneficia.* Sic Feſtus. *Munifices vocatos eos eſſe milites, qui non erant liberi à militia onere, qui non vocabant, ſed munus Reip. faciebant.* In verbo *Beneficiarij.* Paulus JC. l. 4. ſi Publicanus §. 1. D. publ. & de recti gub. *De rebus quas in uſus advehendas ſibi mandant Præſides. Divus Hadrianus Præſidibus conſcripſit, ut quotiens quis in uſus aut eorũ, qui provinciis exercitibusve præſunt, aut procuratorum ſuorum uſus ſine causâ multet quendam empturum ſignificet libello manu ſuâ ſubſcripto, eũque ad publicanum mittat; ut ſi quid ampli⁹ quã mandatũ eſt transferret, ia munificium ſit.*

Munire; eſt, muneribus afficere. Truc. 2. 2. ℣. 55. *muniendis meretriculis rem coegit.*

Munire magna mœnia. ἀμήχανα χώς, rem magnam tentare. Mil. 2, 2. ℣. 73.

Munire viam, iter, clivum. Feſtus Publicius Clivus appellatur, quem duo fratres Publicij munierunt. Livius lib. 9. c. *Memoria tamen felicioris apud poſteros nomen Appij, qui viam munivit, & aquam in urbe duxit.* Cicero 3. in Rullum cap. *Et unuſquiſq; ſtudio & ſuffragio ſuo viam ſibi ad beneficium impetrandum munire poſſit.* Livius lib. 37. *Vias ubi tranſitu difficiles erant, munitas miſit.* Cicero pro Milon. cap. *Proinde quaſi Appius ille Cœcus viã muniverit, non quia Populus uteretur, ſit ubi impunè ſui poſteri latrocinarentur.* Scipio dicebat hoſtibus viam, quà fugerent, non eſſe muniendam. teſte Vegetio lib. 3. cap. 21. Idem Verrin. 1. cap. *Aliâ ſibi ratione viam munire ad ſtuprum cupit.* Et pro Muræn. c. *Sed illud dicam, nullam eſſe in illâ diſciplina munitam ad Conſulatum viam.* Seneca Epiſt. 33. *Ego verò utar viâ veteri, ſed ſi propiorem invenero, hanc muniam.*

Munis: dicitur, conſentiens ad ea quæ quis vult. *Non.* Merc. Prol ℣. 105. Alii idem eſſe aiunt, quod, *officioſus.*

Munitare. videtur idem, quod, cupere munire. Eo uſus eſt Cicer. ſed adoleſcens. Vide & *Mutitare*, inf. Cic. pro Roſcio Amer. c. *Quæ quidem dominatio, Iudices, in aliis rebus antea verſabatur: nunc verò, quam viam munitet, quò iter affectet, videtis.*

Munitores. In re militari. Germ. Die Schantzengräber. Apud Rom. ipſi erant milites. Liv. lib. 27. c. *Caſtra inde ponentem pugnando undiq; in munitores operibus prohibet.*

Munus pro extremo honore. h. e. funere amplo, interdũ ponitur. Corn. Nep. in Eumene: *Eumenes Craterum ex acie ſemivivum elatum recreare ſtuduit, cùm id non poſſet, pro hominis dignitate, proq; priſtina amicitiâ (namq; illo uſus erat, Alexandro vivo, familiariter) amplo munere extulit, oſſaq; in Macedoniam uxori ejus, ac liberis remiſit.* Val. Max. lib. 8. c. de Scipione: *Imaginem in cellâ Iovis Opt. Max. poſitam habet quæ quotieſcunq; munus aliquod Corneliæ gentis celebrãdum eſt, inde petitur, uniq; illi inſtar atrij Capitolium eſt.* Ita omnes libb. donec aliquis nuper pro *mun'* repoſuit *fun'*.

Munus. Interdũ idem quod, Opus. Ut, ædificium, pro, Monumentũ. Cic. phil. 14. c. *Nec diſperſis buſtis humili ſepulturâ crematos, ſed contectos publicis operibus, atque muneribus, eaq; exſtructione.* Idẽ de Univerſo: *Quocirca ſi is, qui aliquod munus efficere conatur, molitur, eam ſpeciem, quæ ſemper eſt, intuebitur.* quod non rectè

rectè mutant. Et lib. 2. de Nat. Deor. c. de mundo: *Sic Philoſophi debuerunt & intelligere, ineſſe aliquem non ſolùm habitatorem in hac cæleſti ac diuinâ domo: ſed etiam rectorẽ & moderatorem, & tanquam architectum tanti operis, tantiq; muneris.* Et lib. 4. de fin. c. *Qualẽ igitur natura hominem inchoauit? & quod eſt minus, quod opus ſapientiæ? qui eſt, quod ab eâ absq; vi & perfici debeat?* Et pro M. Marcel. c. *Obſtupeſcent poſteri certè, imperia, Rhenum, Oceanum Nilum pugnas innumerabiles, incredibiles victorias monumenta, munera, triumphos audientes & legentes tuos.* Vbi tamen quidã putant, *monumenta innumera* leg. quib. non aſſentior. Vide ſup. *Innumerus*. Vellei. Pat. lib. 2. Hiſt. *Quam pia munificentiæ &c. templũ patri molitur? Pompeij munera absũpta ignis reſtituit.*

Munus; κειμήλιον. Truc. 2. 4. ✠ 71. Quod reponitur extra quotidianum uſus.

Munus fungi. Men. 1, 4. ✠. 5.

Munus curare. Truc. 2. 4. ✠. 76.

Murana. Piſcis, aliàs *lampetra*. à lambendis petris. Perſ. 1. 3. ✠. 30. Amph. 1. 1. ✠. 163. Aul. 2. 9. ✠. 2. Pſeud. 1. 3. ✠. 147. Vide Scal. Auſ. lect. l. 1. c. 26. & Rittersh. ad Oppianum.

Mures dicũtur Paraſiti. Perſ. 1. 2. ✠. 6. Capt. 1. 1. ✠. 9.

Mures Africani: ſunt Pantheræ, teſte Lipſio lib. 2. Elect. cap. 4. Pœn. 5. 2. ✠. 51.

Muriatica ſalſa: ſalſamẽta. Pœn. 1. 2. ✠. 32. 39. *Muria*, eſt piſciũ ſalſorum liquamen.

Murrha: dulcis & ſuauis potius, qui impediret ebrietatem. Pſeud. 2. 4. ✠. 51. Perſ. 1. 3. ✠. 7.

Murrhina: dulce potionis genus, quo utebantur ad arcendam ebrietatem. Pſeud. 2. 4. ✠. 51. Vide Merc. lib. 5. c. 1. Turneb. lib. 28. cap. 6. Feſtum & Nonium. Plin. lib. 14. c. 13.

Murrhinus odor. Pœn. 5. 4. ✠. 6.

Murrhobatharius; qui calceamẽta muliebria vnguentis, odoribus & ſuffimentis imbuebant. Aul. 3. 5. ✠. 37. Sic explicat Turn. in Notis ad Theophraſtum *de Odoribus*. Vide tamen Animadverſ. ad d. locum Plauti.

Murcidus homo; imbellis. Inſultantis atque irridentis dictio. Epid. 3. 1. ✠. 12. German. Ein Grillenſtecher.

Murmurare. Aul. 1. 1. ✠. 13. Mil. 3. 1. ✠. 149. (3. ✠. 6.

Murmurare; de inteſtinis. Caſ 4.

Murmurillum. Rud. 5. 3. ✠. 48. Ita quidem Non. ibi legit: dubio procul mendosè. Vide Animadverſiones noſtras.

Murteta. Rud. 3. 2. ✠. 27.

Murus. Tralatè de exercitu, vel alio quolibet monumento. Horat. *Hic murus aheneus eſto* Veg. lib. 2. c. 7. *Quæ tamquam murus, ut ita dicam, bono Imp. nomen opponitur*. Idem lib. 1. c. 20. *Apud antiquos murus dicebatur pedeſtris exercitus.* Et lib. 3. c. 14. *Hyemem ad vicẽ muri nec cedere, nec ſequi.* Am. lib. 16. *Steterunt veſtigiis fixis,* ante-

anteſilanis haſtatiſq; , & ordinum primis inſolubili muro fundatis.

Mus puſillus, ſapiens beſtia. Truc. 4.4.℣. 5.

Muſca pro homine curioſo, & paraſito. Merc.2.3.℣.26.Pœn. 3.3.℣.76.77.

Muſca fœmina. Truc. 2.2.℣.29. Vide *Proverbia* in Mantiſſa.

Muſcæ. Curc.4.2.℣.14. Truc.1.1. ℣.46.

Muſculi piſces. Rud.2.1.℣.9. Vide Athen.lib.3. ἐλάττοσι μῦς. Et Ariſt. lib. 4. Hiſt. Anim. & ibi Scalig.pag.437.

Muſculus dexter: pro brachio dextro. Amph. Sc. *Quis tam.*℣. 60.

Muſicè ætatem agere: hoc eſt, ſuaviter vivere, lautè, ſed alieno ſumtu. Moſt.3.2.℣.41. Vide *Proverb.* in Mantiſſ. Et Barth. lib.6. Adverſ.cap.20.

Muſici, Poetæ, & *Muſicum ſtudiũ* pro, Poeta. Sed ita antiquiſſimi loquebantur. Cic.lib.3.de Orat.cap. *Namq; hæc duo Muſici qui erant quondã idem Poetica, machinati, ad voluptatẽ, ſunt.* Sic Ars Muſica, pro Poetica. Terent. Heaut. Prolog. ℣.23. *Repente ad ſtudium hũc ſe applicaſſe Muſicũ.* Et Hecyr. Prol.℣.14. *Ita Poetam reſtitui in locum propè iam remotum iniuriâ adverſariûm abſtudio, atq; ab labore, atq; arte Muſicâ.* Et Phorm. Prol.℣.17. *In medio omnibus palmam eſſe poſitam, qui artem tractant Muſicam.* Ita & Terentianus, ubi de Poetis Græcis. Et ſic eſt leg. non, ut vulgò, *pars. Quorum præcipuè ars Muſica conſtat.* Et eod.lib.de Ariſtoph. *Archilochũ arte eſt æmulatus Muſicâ.* Sic *Muſicus*, pro homine docto, & elegantis ingenij. Agell.li. 20.c.11. *Legem ego his Commẽtariis legendis dabo, ut ea ne attingat, neve adeat profeſtum & profanum vulgus, à ludo Muſico diverſum.*

Muſéum. μουσεῖον. Locus erat Alexandriæ celeberrimus, in quo erat doctorũ hominũ Collegium, qui ſtudiorũ liberaliũ causâ in eo alebantur publico ſumptu, ubi cõmune quoddã ærarium habebant. Noſtris moribus in Academiis, quas vocant *Collegia* appellantur, quæ *Muſéa* rectiꝰ vocitaveris. Nam & Stagiræ, patria Ariſt. *Muſeum* fuit, à Philoſopho illo fortaſſe inſtitutum. Huius Muſéi meminit, Strabo lib. 17. pag. 546. τῶν βασιλείων μέρος ἐστὶ καὶ τὸ Μουσεῖον, ἔχον περίπατον, καὶ ἐξέδραν, καὶ οἶκον μέγαν ἐν ᾧ τὸ συσσίτιον τῶν μετεχόντων τοῦ Μουσείου φιλολόγων ἀνδρῶν. Ἔστι δὲ τῇ συνόδῳ ταύτῃ καὶ χρήματα κοινά, καὶ ἱερεὺς ἐπὶ τῷ Μουσείῳ τεταγμένος. Philoſtratus in Dionyſ. Mil. Soph. τὸ δὲ Μουσεῖον τράπεζα Αἰγυπτία συγκαλοῦσα τοὺς ἐν πάσῃ γῇ ἐλλογίμους. Suetonius Claudio cap. *Quarum cauſa veſtri Alexandriæ Muſéo alterum additum ipſius nomine Claudianũ.* Plin. Hiſt. nat.lib.cap.32. *Nil moratur hoc idem factum & in Philippis, ſalice prociduâ atque detrun-*

detrũcatâ, & Stagiris in Muſéo populo albo. Vtuntur tamen & pro quolibet loco. litteris apto. Plin.lib.1.Epiſt.9. O *mare! ô littus verũ ſecretumq;* μουσεῖον

Muſſare: eſt hominum, occultâ & depreſſâ voce loquentium, quod celatum velint. μύζειν. *Nonius.* Feſtus *tacere* interpretatur. Ennius; *Namq; decet muſſare bonos.* Aulul.2.1.℣.12. Mercat.Prol.℣.49. Vide *Mu* & *Mutire.*

Muſſitare. Pſeud.1.5.℣.86. Mil. 2.3.℣.41.& 2.5.℣.67.& 3.1.℣. 119.Rud.4.3.℣ 90.Truc.2.2. ℣.57.& 2.6.℣.10.

Muſſitare metu; prę metu tacere. Caſ.3.5.℣.33.

Muſta miſeria: pro, *muſtea.* Capt. 2.1.℣.6.

Muſtela. Stich.3.2.℣.7.43. Hæc occurſu ſuo auſpicium faciebat, ſiue ἐνόδιον σύμβολον. Sicut & *Feles* apud Terentium.

Muſtulentus æſtus: calor quaſi muſto oblitus. Ciſt.4.2.℣.89.

Mutare: pro, permutare. Captei. Prol.℣.28. & 1.1.℣.33. & 1.2. ℣.68. Sic Epid.1.2.℣.33. *Ego quod beneſeci, maleſeci: quia amor mutavit locum.* Græci dicerent μεταφέρειν φλόγα in Anthol. Græc. lib.7. Et Ἑτεροῖον νοῦν ἔχειν. Ariſten. lib.2. Epiſt. 21.& Epiſt.20. Plautus etiam dixit Mil.4.1.℣.36. *Mutare fidem.* Propert.lib.2.Eleg.17. *Mutare dominam.*

Mutare: pro, improbare, non ſequi, non approbare, reprehẽdere. Nihil ab hoc mutavit, *h. e.* quod ille dixerat, hoc probavit. Bacch.5.2.℣.34.& 84. Cicero lib.13. Attic.Epiſt. de Cæſare: *Cùm audivit de Mamurrâ: non mutavit.* h.e. probavit. *quod de eo erat factum, ratumq; eſſe voluit.* Id. Phil.3. cap. O *felicem utrumq;! mihi enim mutaverunt.* Horat. lib. 1.Satir.10.℣.53.

Nil comis Tragici mutat Lucilius Acci.

Et lib.1. Sat.1.℣.19.

Vos huc mutatis diſcedite partibus.

Terent.Andr.1.1 ℣.13. *Haud muto factum.* Liv. lib. 39. c. *Si decem Legatorũ decreto Ennii data civitates ea eſſent, nihil ſe mutare, ſi Philippus bello cepiſſet, ea premium victoria iure belli habiturum.* Et lib. 27.c. *Nihil impetratum ut mutaret Conſul.*

Mutare. Abſolutè. Vt, *Variare*, & id genus alia. Sic συμβάλλειν abſolutè ponitur Græc. Epic. in Phyſ. Ποιότης γὰρ πάντα μεταβάλλει, αἱ δὲ ἄτομοι οὐδὲν μὲν μεταβάλλουσι. Cic. lib.2. de fin.c. *Nunc autem dico, ipſum Epicurum neſcire, & in eo mutare, eumq;, qui crebrò dicat, diligẽter opportere exprimi quæ iº ſubjecta ſit vocibus, non intelligere interdum, quid ſonet hæc vox voluptatis.* Liv.lib.29.c. *Tantum fortunam mutaſſe, ut qui modo ipſi exercitũ ante mœnia Rom. habuiſſent victores* &c. *ij verſo Marte Africa populationes & obſidionem Karthaginis viſuri forent.*

Mutare ſolum exilij cauſa. Cicer.

Digitized by Google

ad Brutum: *Non ille mihi fugiſſe à Mutinâ videtur, ſed ſolum belli gerendi* (cauſâ) *mutaſſe*. Ita God. Ste Wech. ex MſſſſParad.6. *Quos leges exilio affici volunt, exules ſunt, etiã ſi ſolum non mutarunt*. Phil. 5. *Habent enim legitimam excuſationem exilij causâ ſolum vertiſſe, neq; eſſe poſtea reſtitutos.*

Mutabilis. Variè uſurpari ſolet.

Mutire; Verbum factum κατ' ὀνοματοποιΐαν propriè canum eſt, cùm incipiunt irritari: ab eo, quod *Mu* vel Mſ videntur edere. Germ. dicunt, Muchſen. Chariſ. *Mu* canum eſt: ſicut γρῦ porcorum; vnde *Grũnire* dicuntur. Amph. 1. 2. ✠. 225. & 1, 3. ✠. 22. Men. 5. 1. ✠. 11. Mil. 2. 6. ✠. 38. Caſ. 5. 2. ✠. 37. Bacch. 4. 7. ✠. 2. Moſt. 2. 1. ✠. 54. Pœn. Prol. ✠. 18. Perſ. 5. 2. ✠. 46. & Curc. 1. 1. ✠. 94. de cardinibus ædium. In quam ſententiam Tibul. lib. 1. Eleg. 6. *Cardine tunc tacito vertere poſſe fores*. De hoc verbo *Mutire* ſic commentatur Iul. Sc. ad lib. 4. Hiſtor. Animal. pag. 491. *Mutire* eſt infantium, & incipientium loqui, & murmurantium, & obloquentiũ inter labia. Vnde etiam *Murmur*. Factitia utraque vox ab effectu labiorum. Græcè μύζειν. Vide ſupr. *Mu*.

Mutitare. Eſt mutua inter ſe cõmunia agitare, unus poſt aliũ. Iacobus Durantius lib. 1. Var. lect. c. 11. putat legendũ, *Munitare*: quia Apul. lib. 4. Met. dixerit, *hordeum tunſum munitaverim*. Cui nõ adſentior. Reperi ego & *Motitare*. A gel. ex vet. SCto hoc verbum profert lib. 2. cap. 24. *In quo SCto iubentur principes civitatis, qui Ludis Megalenſibus antiquo ritu mutitarent, id eſt, mutua inter ſe dominia agitarent*. Ita ibi vett. libb. Sic etiam lib. 18. c. 2. *Quam ob cauſam patritij Megalenſibus mutitare ſoliti ſint, plebes Cerealibus*. Ibi in optimis libb. erat, *motitare*. Cicero Paradox. 5. *dominum mutitare, non liber eſſe vult*. Verbum receptum in ſodalitiariis cenis, quòd ſubinde alius eas, aliuſq;. præberet: ut meminit Agell. Vide prooem. lib. 3. de Orat.

Mutitio. Amph. 1. 3. ✠. 21.

Muto factum. Vide ſupr. *Factũ*: & paulò ante, *Mutare*.

Muto imperare. Proverbialiter dictum. Merc. 4. 2. ✠. 25.

Mutuitare. Merc. Prol. ✠. 52. geſtire *mutuari*. Vide Verba in To. in Mantiſſa.

Mutum eſt. Trin. 2. 4. ✠. 163.

Mutuum opponitur *fenori*. Aſin. 1. 3. ✠. 100. *Nonius*. Mutuum ſine uſuris: fenus cum uſuris ſumitur; & eſt accepti fœtus; vnde & *fœnus* dicitur.

Mutuum dare. Trin. 3. 3. ✠. 32. 33. & 4. 3. ✠. 44. 49.

Mutuum facere. Curc. 1. 1. ✠. 47. Cic. lib. 5. Epiſt. 2. *Quod autem ita ſcribis, pro mutuo inter nos animo: quid tu exiſtimes eſſe in amicitiâ mutuum, neſcio; equidem hoc arbitror, cum par voluntas*

luntas accipitur & redditur. Comœd. Querolo Act. 3. Sc. 2. *Furta omnes facimus, fraudem tamen nemo patitur: quoniam totum hoc mutuum eſt.* Mil. 4. 6. ℣. 38. Trin. 4. 2. ℣. 37.

Mutuum rogare. Pſeud. 1. 3. ℣. 59.

Mutuum accipere pignus. Moſtel. Arg. ℣. 7.

Myllus Pudenda muliebria. Caſ. 4. 2. ℣ 14. Ita quidem inibi ſuſpicabatur Virus Garnerus: eò quòd ſenſus ſic conſtaret ex Comœdiæ huius nuptæ Genio: & verò Athæneus p. 647. Editionis Cōmelinianæ ſcribit. apud Syracuſios in perfectis Theſmophoriis ex ſeſamo & melle fingi ſolita pudenda muliebria: quæ per ludos & ſpectacula circumferebātur. & in totâ Siciliâ vocabantur *Mylli.* Sed Ithyphallica hæc ſomnia ut Vitellius Lampſacios mores mirificè exornāt, ita Sarſinati noſtro Comico minimè omnium conveniūt. Vide Animadverſiones noſtras ad d. locum Plauti.

Myropola: vnguentarius, ſeu vnguentorum venditor. Caſ. 2. 3. ℣. 10. Trin. 2. 4. ℣. 7.

Myropolia: ſunt tabernæ vnguentariæ. Amph. 4, 1. ℣. 3. Epid. 2. 2. ℣. 15.

N.

NÆ. Curc. 1. 2. ℣. 49. & 1. 3. ℣. 38. *Pſeud.* 3. 1. ℣. 3. Trin. 3. 2. ℣. 8. Truc. 1. 2. ℣. 89. & 2. 6. ℣. 43. & 4. 2 ℣. 61. & 4. 3. ℣. 7.

Næ ecaſtor. Aſin. 3. 1. ℣. 30. Truc. 4. 4 ℣. 39.

Næ edepol. Amph. 3. 2. ℣ 213. Aſin. 2. 4. ℣. 3. & 3. 2. ℣. 14. & 5. 2 ℣. 53. Bacch. 4. 9. ℣. 124. Men. 5. 5. ℣. 1. 10. & 5. 7. ℣. 31. Mil. 2. 4. ℣ 54. Merc. 3. 4. ℣. 58. Pœn. 3. 3. ℣. 81. Perſ. 1. 1 ℣. 8. Stich. 2, 1. ℣ 115. Trin 4. 2. ℣. 110.

Næ hercle. Aſin 2. 4. ℣. 6. & 3. 3. ℣. 13. Bacch 2. 3. ℣. 76. & 4. 2. ℣. 12. Men. 2. 1. ℣. 31. Mil. 2. 4. ℣. 49. & 2. 6. ℣. 38. Trinum. 1. 2. ℣. 24.

Næ mecaſtor. Men. 4. 2. ℣. 40. 50. & 5. 1. ℣ 34.

Nænia ſoricina: eſt inteſtinum ſoricis porrectum & confoſſum; uti oſtendunt Petrus Daniel, Lambinus, & nuper adeò Deſ. Heraldus ex Arnob. lib. 7. adu. gentes. *Quid ſibi hæc volunt? apexabo, iſicia ſilicernia, longave. quæ ſunt nomina, & farciminum genera, alia inculcata pulmonibus. Quid tæda, quid nænia, quid offa?* Vide Feſtum in *Nænia.* Bacch. 4. 8. ℣. 48.

Nænia. pro fine. Pſeud. 5. 1. ℣. 32. Et ſic interpretatur hoc loco Pasſeratius. Quæ Scaliger de *Nænia* nutricum commentatur, videas licebit in Auſonianis lectionibus.

Næniam dicere de aliquâ re: eſt valedicere. Trucul. 2. 1. ℣. 2. *Hinc homini amanti mea hora apud nos dixit næniam de bonis.* h. e. bona huius apud heram elata & ſepulta ſunt. Quia mortuos ſolebant nænia proſequi.

Nævius:

Digitized by Google

Nævius: Poeta Plauti ætate aliquantò ſuperior: cuius *Colax* citatur Mil.2.2.✝.56. Vide etiam Agell.lib.1.c.24.*Turn.* 2.28.

Nam: videtur παρέλκειν. Moſt.1.3.✝.100.&2.1.✝.21.Rud.3.3.✝.25.Pœn.5.3.✝.3.*Nam quem ego adſpicio?*

*Nam:*pro, igitur. Aſin.1.1 ✝.19.Bacch.5.1.✝.23.

Nam: pro, *autem*. Aulul.1.1.✝.3.Amph.2.2.✝.28.

*Nam:*interdum non cauſam,ſed tranſitionem notat.Moſt.5.1.✝.3.

Nam, raro & eleganti uſu.Pœn.5.3.✝.2.*Nam quē ego adſpicio?*

Nam edepol. Capt.3.4.✝.72.

*Nam equidem.*Bacch.3.1.✝.2.

Nampol. pro, ſanè, profectò. Amph.4.2.✝.9.10.

*Nam qui?*cur nā?Epid.1.2 ✝.29.

*Nam quid?*quid nam: Cas.2.3.✝.49.Epid.1.1.✝.55.&1.2.✝.13.Moſtell.3.2.✝.33.Mercat.2.3.✝.76.

Nam quid eſt? Truc.4.3.✝.11.

Nam quid ita? curnam? Moſt.3.1.✝.107.

*Nam quid?*ellipticę orationi ſervit.Epid.3.4.✝.32.

Nam quidnam? Stich.1.1.✝.32.

Nam quidem. Capt.2.3.✝.34.Epid.2.2.✝.72.

Nam quod. Nam quæ. Nam quis. pro, *Quodnam* &c. Sed Poetica ſunt.Ter.Phorm.1.4.✝.23.

Nam quod ego nunc ſubitò remedium inveniam miſer?

Virg.lib.2.Aen.✝.373.

Nam quæ tam ſera moratur
ſegnities?

Ibid.lib.8.✝.445.

Nam quis te juuenum confidentiſſime noſtras
Iuſſit adire domos?

*Nam:*pro,ſed.EtGræcè γὰρ pro, ἀλλὰ. Vide ſupra,*Enim*. Prop.lib.3.Eleg.10.✝.27.

Nam quid ego Heroas,quid raptem in crimina Divos?
Iuppiter infamat ſeq; ſuamq; domum.

Plaut. Curc.3.1.✝.26. *Nam qd id refert meâ an aula quaſſa cum cinere effoſsus ſiet?* Brutus & Caſſius in Epiſt.ad Ant.lib.11.Epiſt ad Att *Reſcribas nobis ad omnia rogamus. Nam illud valdè leve eſt, ac nugatorium, eâ re denunciatum eſſe veteranis,quod de commodis eorū mēſe Iunio laturus eſſes.*Sic&apud Lucam Evangeliſtam cap.19.✝.62.λέγω γὰρ ὑμῖν. Sed dico vobis.

*Nam.*Interdum eſt particula inceptiva, & idem valet, quod *planè*. Mil.2.1.✝.67. Terent. Hecyr.1.2.✝.89. Vide etiam Lexicon Iuris.

Nam cur? Aul.1.1.✝.3.

Nævus. Interdum idem quod. Tuberculum,& quaſi tumulus. Agel.12.1.*An tu quoq;,inquit, putas naturam feminis mammarum ubera quaſi quoſdam nævulos venuſtiores, non liberûm alendorum, ſed ornandi pectoris causâ dediſſe?* Apul.lib.de Mundo:*Ipſarum verò inſularum, quæ ſunt in noſtro mari digna memoratu,Trinacria eſt Euboea,&c. minores autem aliæ,ut nævoli quidem per aper-*

tas

tas Ponti ſunt ſparſa regiones. Ita ibi leg. putat Iuſtus Lipſius, & rectè. Nam & in vet. quodam cod. eſt. *nebuli.b*, pro *u*. Vulg. *nebula quidem.*

Nanctus: antiquè, à Nanciſcor. Pœn. 5. 5. ✠. 8. Sic ibi Mſſ. Pall. vt & Epid. 5. 1. ✠. 13. ex V. C. & Mſſ. Lang. Rud. 3. 3. ✠. 33. & 4. 3. ✠. 46. ex utroque Mſſ. Pall. Sic Val. Max. li. 4. cap. *nanctũ mercenarium*. Ita ibi MS. petri Danielis, teſte Colero Notis ad Valer. pag. 548. Idemq; annotavit ex Pand. Florent. B. Briſſonius. lib. ſing. parerg. Et Fabric. ad Ter. Andr. 5. 6. ✠. 3. Hec. 1. 1. ✠. 8. & 4. 4. ✠. 18. Nec video, cur reſpuamus antiquam & analogam inclinationem huius præteriti. Certè Maximus Vir Iſaacus Caſaub. bonus non verecundatus eſt eſt illud uſurpare in ſuis Epiſtolis. Inſpiciatur Epiſt. 247. 444. 501.

Nardinum vinum: quod vel nardo, vel vnguento nardino eſt conditum. Mil. 3. 2. ✠. 11.

Narrare: pro, *dicere*, Pſeud. 1. 1. ✠. 18. Pœn. 5. 2. ✠. 67. Perſ. 4. 3. ✠. 25. 29. 30.

Narrare malè: vel, *Male narras*, dicebant, cùm quid nunciaretur, quod nollent. *Bene narras*: cùm boni eſſent nuncij. Cicero lib. 16. Attic. Epiſt. 13. Malè *narras de nepotis filio. Valdè me hercule moveor, & moleſtè fero: neſcieram eſſe iſtũ puerum.* Idem Paradox. 3. *A Philoſophus inquiens, iſta ſumma: metuebam: ne à lenonibus diceres.* Socrates diſputabat iſto modo. *Bene hercule.*

Narrare res ſuas. Pœn. 5. 6. ✠. 2.

Narro tibi. Sic, *Narra mihi*. Eleg. dicebant: pro, Verum dicam, aut, vis dicam? cùm quid alicui quaſi novum dicere volebant. Cic. lib. 2. Attic. Epiſt. 11. *Narro tibi. planè relegatus mihi videor, poſtquam in Formiano ſum.* Et lib. 15. Epiſt. 16. *Narro tibi. hæc loca vetuſta ſunt.* Idem lib. 2. Epiſt. 7. *Narra mihi. Reges Armenij patritia reſultare non ſolent?*

Naſiterna: eſt genus vaſis aquarii, anſati & patentis, quale eſt, quo equi poſt confecta ſpatia in Circenſibus perfundi ac recreari ſolent: ita dicta, quod tres naſos, hoc eſt, anſas haberet. Stich. 2. 3. ✠. 27. Alibi, Pœnol. 5. 5. ✠. 12. *Cortina* dicitur.

Naſſa. Mil. 2. 6. ✠. 98.

Naſum; neutro genere. Amph. 1. 1. ✠. 288. Curc. 1. 2. ✠. 18. *naſum ſagax habet.* Men. 1. 1. ✠. 57. Mil. 4. 6. ✠. 41.

Naſum abripere mordicus. Men. 1. 3. ✠. 12. iocosè dicuntur amaſii, quando oſculorum veſtigia figunt. Secus enim non viderētur oſculari ex animo. Sic Cicero ad Q. Fratrem lib. 3. *Auriculam fortaſſe mordicus abſtuliſſet.*

Naſus: bilis ſedes. Amph. Sc. DI voſtr. ✠. 41. Sic Perſius. *Diſce, ſed ita cadat naſo, rugoſaque ſanna.*

Nata res, pro, *comparata*. Bacch. 2. 2. ✠. 40. *Vt rem natam eſſe intel*

intelligo. Ger. weil ich ſehe das die Sach alſo beſchaffen. Caſ. 2.5.℣.34 Hinc illud apud Comicos tritum. *E re nata*. Ter. *E re nata fieri haud melius potuit*. Q.d. ego puto ipſum bene feciſſe. nã prout hæc tota res comparata fuit, non exiſtimo à quoquam melius potuiſſe fieri. Apuleius: *Ex re nata conſilium capere* &, *Remedium ex re natâ cõminiſci*: quod idẽ ferè eſt, quod, *ex tempore*.

Nata: pro *filia*. Aul Arg.2.℣.15.

Natalis dies. Pſeud.4.7.℣.136.

Natalis dies eſt mihi. Pſeud. 3. 1. ℣.9.

Natare. Tralatè, hærere, incertum eſſe & nutare. Cicero l. 3 de Nat. Deor. cap. *Quamquam quoniam Neptuum à nando appellatum putas, nullum erit nomen, quod non poſſis unâ litterâ explicare, unde dictum ſit. in quo quidem magis tu mihi natare viſus es, quàm ipſe Neptunus*. Et lib.1. cap.43. *Mihi quidem Democritus natare videtur in naturâ Deorum*. Horat. lib.2. Satir.7.℣.7. *pars multa natat*. Manilius lib. 4.℣.254. *mutataq; ſæpe mens natat*. Hinc Græci ἐπιπολαίους φρένας vocant.

Nates pervellere; de ῥαδαπηλμῶ Athenienſium. Perſ.5.2.℣.66. Ariſtoph. Pluto 1.2. & Suidas videndus.

Natio. Vulgò, *Natatio*, à verbo, *Nare*, Cicero de Senect. cap. 16. *Sibi habeant igitur arma, ſibi equos, ſibi nationes, atque curſus*. ita ex vet. lib. leg. vulgò non rectè, *natationes*.

Natio, pro multitudine, ſeu ſectâ, ordine, ut Græcis ἔθνος. Sic & *Gentem*, & *Familiam*(Vide ſupr.)dixit Cicero. Ariſtoteles lib.1. Metaph. cap. ἐπειδὰρ ἔφειδη χολάζειν τὸ τῶν ἱερέων ἔθνος. Cicero Muræna c. 33. *Quid, ſi illa officioſiſſima, quæ neminem patitur non honeſtè in urbem introire, tota natio candidatorum?* Etiam apud bonos Authores hæc dictio malè audire, & pro peſſimo hominum genere accipi ſolet. Vt apud Ciceronem de Haruſp.cap.29. *Deteriores cavete, quorum quidem magna eſt natio*. Et alibi ſæpius. Sic C. Grachum in oratione ad Pop. apud. Agell.15.12. *Si ulla meretrix domum meam introivit, aut cujuſquam ſervulus propter me ſollicitatus eſt, omnium nationum poſtremiſſimũque exiſtimatote*. Et Plautus Men.2.1.℣.33. *Ita eſt hæc natio Epidamnia*. Eodem quoque modo & in malam partem à Græcis ſumuntur γένος & ἔθνος. quod pluribus exemplis cõprobavit doctiſſ. Bernhardus Martinus lib. 1. Var.lect.c.13.

Natio hominum: homines. Men. 2.1.℣.33.

Natio famelica. Rud.2.2.℣.6.

Natu tantus: tot annos natus. Bacch.1.2.℣.16. Alias: *tanto, magno natu*. Feſtus in, *Salva res*. *Inventum eſſe ibi C. Pomponium libertinum mimũ magno natu, qui ad tibicinem ſaltaret*.

ſaltaret. Liv. lib. 3. *Is magno iã natu cum ad pericula cius deprecanda, cuius vitia fugerat.* Et lib. 2. *Magno natu quidam cum omnium maiorum ſuorũ inſignibus ſe in forum proiecit.* Ibid. *qui magno conatu nõ ſufferentibus iam viribus ad conſularia obeunda intra paucos dies moritur.* Nepos in Pauſania extremo ſimiliter loquit.

Natum eſſe ſummis generibus. Moſt. 5. 2. ℣. 21.

Natura virilis: Plauto circumſcribitur, *gladius*, *capulum*, (teſticuli) *radix*, *cucumis*. Caſ. 5. 2. ℣. 25. 26. 30.

Natura muliebris: Plauto circumſcribitur. *Id qui femina ſunt*. Caſ. 5. 2. ℣. 36.

Natura vocabulum etiam alij Authores accipiunt de viri & mulieris naturâ, h. e. pro, αἰδοῖον, honeſtiore ſcilicet dictione. Cic. lib 2. de Divin. c. *Parere quadam matrona cupiens, dubitans, eſſetne pragnans, viſa eſt, in quo &c. obſignatam habere naturam.* Capitol. in Gordiano cap. 19. *Appellatusq; eſt ſui temporis Priamus quem vulgò jocantes, quod eſſet naturâ propenſior, Priapum nõ Priamũ ſape vocitarunt.* Suet. Tiber. c. ubi de Mallonia, quæ potius ipſa ſibi manus attulit, quàm ut Tiberio mos gereretur: *Seni in Caprearum Inſulâ tum ferè agenti: Vnde, inquit, in Atellanico exodio, proximis Ludis aſſenſu maximo accepta, percrebuit, hircum vetulum Capreis naturam ligurrire.*

Natura. Quod vulgò veteribus optimæ notæ ſcriptoribus idẽ eſt, quod, *Eſſentia*, & *Subſtãtia*, quodq; Græcè φύσις, & οὐσία. Conjunguntur & hæc *Vis & natura*. De quo vide in fra Mantiſſ. de ἐκ παραλ. Sic & φύσις pro οὐσία Græcis interdum. Ariſt. lib. 10. Met. cap. 4. ἑτέρας δεῖ τινὰς φύσεις εἶναι παρὰ αἰσθητὰς μεταξύ. Cic. de Nat. Deor. *Sic naturis his, ex quibus omnia conſtant*, loquitur, *de quatuor elementis rerum, aere, aquâ.* Et mox: *Ex iis autẽ naturis, quæ erant, quod effici potuit, optimum effectum eſt.* Et iterum: *Iam vero reliqua mũdi pars, ea & ipſa tota natura fervida eſt, & cæteris naturis omnibus ſalutarem impertitur & vitalem calorem.* Idem de Senect. cap. *De animo non poſſe eam naturam, quæ res eas contineat eſſe mortalem.* Et antea: *Quamquam me quidem non fructus modò, ſed etiam ipſius terræ vis ac natura delectat.* Idem lib. 4. de fin. c. *Nemo enim eſt, qui aliter dixerit, quin omnium naturarũ ſimile eſſet id, ad quod referuntur, quod eſt ultimum rerum appetẽdarum. Omnis enim eſt natura diligens ſui.*

Naturâ & caſu. Natura & facto. Hæc duo conjunguntur à veteribus, quaſi idem valeant. Nam *Naturâ aliquid fieri*, reſpondere videtur illi, quod arte adhibitâ, quod conſilio interpoſito fieri dicitur.

Sic

Digitized by Google

Sic *Naturâ fieri* dicimus, quæ per ſe, ſuâ ſponte, nullâ ratione, mente, conſilio, nullâ manu, aut arte fiunt. Eadem & *fato* dicuntur *fieri*. Vide & *Fatum*. Cic. in Bruto cap. *Verũtamen natura magis tunc, caſuq; nonnunquam, haud ratione aliquâ, aut obſervatione fiebat*. Ita ibi legendum ex Priſciano, ubi de numeris Oratoriis agit. Idem Phil. 1. c. *Multa autem impendere videntur præter naturam, etiam præterq; fatum*. De quo loco Cic. Agell. 13. 1. Et pro Cæl. c. *Nolite Iudices, aut hunc iam naturâ ipsâ occidentem velle maturius exſtingui vulnere veſtro, quàm ſuo fato*. Sic & Rhet. Herenn. li. 3. c. *In vituperatione ſi erunt hæc corporis commoda, his malè uſum dicemus, quæ caſu & naturâ tamquam quilibet gladiator habuerit*. Serv. Sulp. ad Cic. lib. 4. Epiſt. *Etſi ſcio non jucũdiſſimum nuncium me allaturum: tamen quoniam caſus & natura in nobis dominatur* &c. Vitruv. lib. 2. c. 6. *Igitur non in omnibus locis, quibus efferuent, quæ calida, crebri fontes, eadem opportunitates poſſunt ſimiliter cõcurrere: ſed omnia uti natura rerum conſtituit, non ad voluntatem hominum, ſed fortuitò diſparata creantur*.

Natus: de eo, qui eſt *oriundus* ex alio loco. Pœn. 5. 2. ℣ 97. *Karthagini natus*. Columella lib. 1. de r. r. cap. Vide Coraſij JC. Miſcell. Iuris lib. 7. cap. 4. Vbi egregrè has dictiones explicat, etiam ſuo exemplo.

Natus: homo. Pſeud. 1. 3. ℣. 62. Sic dicimus: *Ne natum quidem ſciebam*. Cic. ad Pætum lib. 9. Epiſt. 15. *Nam mihi ſcito iam à Regibus ultimis allatas eſſe litteras, quibus mihi gratias agant, quod ſe meâ ſententiâ Reges appellaverim: quos ego non modò Reges appellatos, ſed omninò natas neſciebam*. Seneca Apocolocynth. de Imp. Claudio; *Horam eius nemo novit: nemo illum umquam natum putavit*.

Natus nemo: eſt, nemo mortaliũ. Germ. Kein Muttermenſch. Loquendi genus Plauto uſitatum. Caſ. 2. 4. ℣. 15. Moſt. 2. 1. ℣. 55. & 2. 2. ℣. 21. Pſeud. 1. 3. ℣. 62.

Magno natus: pro grandi. Vide Hiſtoricum dicendi genus. Eo certè ſæpè utitur Livius: & antiquitatem redolet. Cicer. & Terentius *Grandis natu*, dicũt. Feſtus, verbo Salva res: *Inventum eſſe C. Pomponium libertinum Mimum magno natu, qui ad tibicinem ſaltaret*. Liv. lib. 3. cap. *C. Claudius, qui peroſus Regillum antiquam in patriam ſe contulerat. Is magno iam natu et ad pericula eius deprecanda, cuius vitia fugerat*. Et lib. 2. c. *Tum matronæ ad Veturiam matrem Coriolani, Volumniamq; uxorem frequenter coeunt. Id publicum conſilium an muliebris timor fuerit, parum invenio, pervicére certè, ut & Veturia magno natu mulier & Volumnia duos parvos ex Martio ferẽs filios ſecum, in caſtra hoſtium irent*.

irent. Eodem lib. *Magno natu quidam cùm omnium maiorum ſuorum inſignibus ſe in forum proiecit*. Ibid. cap. 8. *Creatus Sp. Lucretius Conſul, qui magno natu non ſufficientibus iam viribus ad* Conſularia *munera obeunda intra paucos dies moritur.* Et lib. 5. cap. *Hic magno natu ipſe exonerare pragravante turba, regnum cupiens, Belloveſum & Sigoveſũ ſororis filios impigros juvenes miſſurum ſe eſſe, in quos Dij dediſſent, iis ſedem oſtendit.* Et lib. 21. cap. *Magno natu Principes caſtellorum orat, oratores Pœni veniunt*. Nepos in Pauſaniâ: *Dicitur eo tempore matrem Pauſania dixiſſe, eamque jam magno natu poſtquam de ſcelere filij comperit inprimis ad filium claudendum, lapidem ad introitum ædium attuliſſe.* Livius lib. 10. cap. *Ibi ex libro veteri linteo ſacrificatum ſacerdote* Ovio Pavio *quodam homine magno natu.*

Nativus, pro eo, qui ortum habet, qui generatus eſt, & non factus. Opponitur *Immortali* & *Sempiterno*. Lucret. lib. 5. ℣. 239.

Omnia nativo ac mortali
corpore conſtant.

Ex mox eod. lib. ℣. 242.

Corpore nativo, & mortalibus eſſe figuris.
Hac eadem fermè mortalia cernimus eſſe
Animos.

Cicero lib. 1. de Nat. Deor. c. *Anaximandri autem opinio eſt, nativos eſſe Deos, longis intervallis orientes, occidentesq́ꝫ.*

Navales pedes: vel ſunt ſervi remiges, vel remi ipſi, quibus naves quaſi ambulant. Men. 2. 2 ℣. 75.

Navales ſocij: qui à Sueton. *Claſſiarij*. Erant milites navales: ijdem & *remiges* ſimul, qui à Græcis ἐπιβάται dicuntur: verùm hæc militia vilior erat, libertinorũ ferè colonorum. Polybius: πλὴν τῶν ὑπὸ τοὺς τετρακοσίας δραχμὰς τετιμημένων τούτους δὲ παριάσει πάντας εἰς τὴν ναυτικὴν χρείαν. Livius lib. 23. cap. *Pecuniam in ſtipendium, veſtimentaq́ꝫ, & frumentum, exercitui, & ſociis navalibus omnia deeſſe*. Et lib. 31. cap. *Id nõ milites ſolùm, ſed etiam navales ſocios, remigum turbam, quibus quiſq́ꝫ poterat telis, armatos in prælium eduxit*. Suet. in Galbâ c. 12. *Nam cùm Claſſiarios, quos Nero ex remigibus juſtos milites fecerat, redire ad priſtinum ſtatum cogeret: recuſantes atque inſuper aquilam, & ſigna pertinaciùs flagitantes, non modò immiſſo Equite* &c. Livius lib. 27. cap. 29. *Nam cùm videret; nullum eſſe navium uſum: quia vacua omnis Hiſpania ora claſſibus Punicis erat, ſubductis navibus Tarraconem, navales ſocios terreſtribus copiis addidit*. Quod Polybius ita extulit: συνηύξησε ταῖς ναυτικαῖς δυνάμεσι τὰς πεζικὰς δυνάμεις. Hic videntur *Milites navales* dicti. Nam alioquin *remiges* (quos ſervos

Ccc fuiſſe

fuiſſe exiſtimo) non potuiſſent conjungi militibus. Et lib. 39. cap. *Luce primâ ad populandum agrum ſub ſignis milites ſocioſq; navales duxit.* Et lib.32. *Transfugarum Italicorum magna multitudo erat: pars ex Hannibalis exercitu metu pœnæ à Romanis Philippum ſecuti, pars navales ſocij relictis nuper claſſibus ad ſpem honoratioris militiæ trãſgreſſi.* Et lib. 36. cap. *Et in eam claſſem ſocios navales ad claſſem frequenter habiturum* Et lib.45.cap. *Vt Conſul quos præter milites ſocioſq; navales coniuratos haberes, dimitteres.* Et lib. 41.cap. *Brunduſium ad claſſem ire placuit, utq; ibi eſſent, ſupplementum legeret ex libertinis, & daret operam, ut duas partes civium Rom. tertia ſociorum eſſet.* Et lib. 40. cap. *Per quos naves viginti deductæ navalibus ſocius civibus Rom. qui ſervitutem ſerviiſſent, complectitur, ingenuitatem in iis præſertim &c.*

Navare: pro, curare. *Navare Remp. gnaviter.* Cicero lib.9. Epiſt. 2. ad Varr. *Sin nemo utetur operâ, tamen & legere & ſcribere πολιτείας, & ſi minus in Curiâ, atq; in foro: in literis & libris, ut doctiſſimi veteres fecerunt, gnavare Remp. & de moribus ac legibus quærere.* Sic eum locum reſtituit elegantiſſimus juvenis Ianus Gebhartus, quamquam & ante illum ſic legerat quoque P. Manutius ex MſS. ſuis libb. Et Gebharto teſte plurimi MſS. pall. retinent *navare:* in nonnullis tamen erat, *granare*, quod nihil aliud erat, quàm *gnavare*, τὸ r loco n. mendoſè. Verum eſt, *gnavare*, vel, *navare Rempublicam.* Sic enim loquitur quoque Tacitus lib.21. extremo: *Si Veſpaſianum bellum navaverint. Veſpaſianum prælium potiri.* Et Lampridius in Marco: *Rei frumentariæ gnaviter providit.* Vbi vulgò male, *graviter.* Agell. lib.6. cap.10. in inſcriptione: *Ad Philoſophiam gnaviter ſectandam.*

Navaſſe operam. Videtur valere id, quod vulgò dicitur: *non fruſtra labor eſſe, aliquid egiſſe.* Cicero de Orat. cap. *Tum Cæſar: Equidem, inquit, Catule, iam mihi in Deos navaſſe operam, quod huc venerim. Nam hæc ipſa recuſatio diſputationis diſputatio quædam fuit, mihi quidem periucunda.* Ita ferè pro M. Cælio cap. *Sed ſi me audiant, navent aliam operam aliam ineant gratiam, in aliis ſe rebus oſtendant.*

Nauci: nihili. *Nauci*, inquit Ælius Stilo *apud Feſtum, quidam putant eſſe omnium rerum putamen.* Bacch. 5.1.℣.16. Moſt. 5.1.℣.1. Truc. 2.7.℣.39.49.

Nauclerus. Mil. 4.3.℣.16.

Nauclerius ornatus: qui nauclero convenit. Aſinar. 1.1.℣.55. Mil. 4.4.℣.4. & 4.6.℣.67.

Navem inhibere. Vide ſupr. *Inhibere.* Afranius Excepto apud Non. Cymba: *Tum conſcendo*

cym-

cymbam, interibi lucis piſcatoriam. Venio: iacitur anchora: inhibent leviter. Liv. lib. 26. c. *Itaque ex utraque parte ſigno dato cum roſtris concurriſſent, neque retrò navem inhiberent, nec dirimi ab ſe hoſtem paterentur.* Et lib. 30. *ut quaq; retrò inhibita roſtrata onerari am hærentem unco traheret.*

Navigium: pro navigatione. Vlpian. l 1. §. Ait Prætor de fluminibus: *Ait Prætor, iterque navigij deteriꝰ fecit hoc pro navigatione poſitum eſt: immò navigium ſolemus etiam dicere ipſam navem.*

Navis oneraria. Men. Prol. ℣.25. Pœn. 3.3. ℣.37.

Navis: quandoque in obſcenis eſt: quò alludit noſter in ioco ambiguo. Nota eſt vox illa Iuliæ: *Non tollo vectorem, niſi plena navi.* Caſ. 3.2. ℣.27. Mẽ. 2.3. ℣.51. Mil. 3.3. ℣ 43. Rud. 2.3. ℣.24. Vide etiam ſupr. *Concha*, & *Myllus.*

Navis: ἀλληγορικῶς notat negotium fallaciarum. Vide totũ locum Mil. 3.3. ℣.43. Vide etiam *Puppis.*

Navis & *ratis* indiſcretè uſurpantur. Bacch 4.6. ℣.271

Navis, ratis; συνωνύμως dicuntur. Moſt. 3.2. ℣.53.

Navis ſoluta eſt Stich. 3.1, ℣.16.

Navis: pro *navigatione.* Amgh. 1.1. ℣.173.

Navis lignea, trita, fixa, [redacted] *malleo,* Men. 2.3. ℣.51.

Navis mercatoria. Bacch. 2.3. ℣2.

Navis prædatoria. Men. 2.3. ℣87.

Navis ſolvi dicitur, quando iam incipit procedere. Bacch. 2.3. ℣.54 Hor. *Malâ ſoluta navis exit alite.* Navis quomodo cõferri dicatur, vide litt. C.

Navita. Men. 2.1. ℣.1.

Naviter. Agell. lib. 15. cap. 4. *Tũ quia in eâ provinciâ ſatis naviter verſatus eſſet.* &c.

Naupactum: oppidum in Ætolia Mil. Arg. 2. ℣.2.

Nauſea. Merc. 2.3. ℣.55.

Nauſeare. Amph. 1.1. ℣.173.

Nautea: eſt aqua, de ſentina à nautis dicta, ſecundum Nonium. Feſtus ait; *Nauteam eſſe herbam granis nigris, qua coriarij vtuntur:* dictam quaſi *nauſeam.* Eadem fortè eſt cũ *bryonia* ſiue *vite nigra*, qua coriarij vtuntur ad depſenda piliſque ſpolianda coria. Aſin. 5.2 ℣.45. Curc. 1. 2. ℣.5. Caſ. Grex. ℣.7.

Nautici. Vt, *Metallici.* (Plin. lib. 34. c. 16.) qui in metallis operantur. Sic *Nautici*, qui navem gubernant (*Plin.* lib. 9 c. 31.) Liv. lib. 37. c. 28. *Ipſe adverſus Myoneſum in Inſulâ* (*Macrin Nautici vocant*) *anchoras portu occulto iecit.* Agell. 2. 22. Is, (Eurus vẽtus) *alio quoq; à Græcu nomine* Ἀπηλιώτης, *à Rom. Nauticis Subſolanus cognominatur.* Liv. lib. 39. c. *Alterum ridiculum eſſe, ſed reddere rationem, quos portus Mercatores aut Nautici petant.* Et lib. 41. c. *Nequaquam eadem tum rei forma apud* Rom. *terra mari trepidatur: Nautici tabernacula detendunt, cõmeatumq; in littore expoſitum in naves rapiũt.*

Ne, pro, *vtinam ne*, omiſſa particula optandi. Moſtell. 1. 3. ℣. 148. Sic Catull. *Tecum ludere ſicut ipſa poſſem*. Ovid. *Me quoque quâ fratrem mactaſſes improbe dextra.*

Virgil. — *Troum ſocia arma ſecutum*
Obruerent Rutuli.

Ne, *neu*. Truc. 1. 2. ℣. 23.

Ne; pro, *non*, ἀρχαϊκῶς. Curc. 1. 1. ℣. 82. Moſt. 1. 2. ℣. 22. 29. 43. Pſeud. 1. 1. ℣. 77. & 1. 3. ℣. 76. Vide Lexicon Lucret. Daniel. Parei. Particula hæc plerumque in formulis publicis aut in numeris ſapit civium antiquitatem. Livius lib. 32. cap. *Et captivi ne minus decem pondo compedibus iuncti in ullâ aliâ, quàm carceris cuſtodiâ eſſent*. Et lib. 33. cap. *Ni ſint qua in Aſiâ ſint, liberentur, longinquitate ipsâ tutiores, qua in Græciâ ſint, ne nominata intercipiantur Corinthus & Chalcis, & non nominata*. Sic locus illi accipi debet. Et lib. 36. cap. *Et extra Italiam permiſſum, ut ſi res poſtulaſſet auxilia ab ſociis ſupra quinq; millium numerum acciperet*. Et lib. 38. c. *Locum propè flumen conſtituit, quo duo ne plus neceſſarij captim cum auro venirent*. Eod. lib. cap. In fœdere cum Antiocho: *Talentum ne minus pondo* LXXX. *Romanis ponderibus pendet.*

Ne. Particula aientis, ſine diphthongo ſcribi ſolet. Vulgò tamen putant rectius ſcribi *Næ*. ex originatione Græcâ Ναὶ. Sic apud Matth. Evang. cap. 5. ἔςω δὲ λόγος ὑμῶν, Ναὶ, Ναὶ. Et Ναίχι dicebant vett. Qui tamen ſimplex e defendunt, nituntur Græcâ quoque dictione νὴ, quæ etiam eſt affirmantis.

Ne: pro *nonne*. Moſtell. 2. 1. ℣. 15. Mil. 2. 6. ℣. 105. Pſeud. 4. 1. ℣. 2. Perſ. 1. 2. ℣. 23. & 4. 3. ℣. 5. Et eâdem fabula: *Sumne ego ſtultus, qui rei curo publica?* Truc. 2. 2. ℣. 54.

Ne; in interrogationibus affirmat. Ciſt. 1. 3. ℣. 2.

Ne: in interrogationibus præponitur interdum. *Videamne canus?* Moſt. 3. 2. ℣. 165.

Ne; ornatus cauſa additur pronominibus. Ciſtellaria. 4. 1. ℣. 2.

Ne; pro, *an non*. Bacchides. 3. 6. ℣. 32.

Ne: paragogicum eſt. Ciſt. 4. 2. ℣. 6.

Ne; pro, *nedum*. Amph. 1. 1. ℣. 174. *Vix incedo inanis, ne ire poſſe cum onere exiſtimes*. Sall. Catil. cap. 11. *Quippe ſecundæ res ſapientum animos fatigant, ne illi corruptis moribus victoriâ tēperent*: pro; tantū abeſt, ut illi moribus corruptis victoriæ temperarent. h. e. moderatè uterentur. Priſcian lib. 16. ita quoque eum locum adducit, ſed ne particulam perperam accepit. Plautus Amph. 1. 1. ℣. 173. *Vix incedo inanis, ne ire poſſe cum onere exiſtimes*. Liv. lib. 3. cap. *Novam inexpertamque*

que

que eam poteſtatem eripuere patribus noſtris, ne nunc dulcedine ſemel capti deſiderium ferant. h. e. tantum abeſt, ut nunc deſiderium ferant.

Ne. neu. Men. 2.1.℣.7. Trin.3.3. ℣.25. Truc.1.1.℣.39.

Ne quidem. Trin.3.2.℣.52.

Ne, neve. Pœn.3.3.℣.49.

Ne potius: ne dũ. Rud.4 3.℣.29.

Ne mu. Truc.4.2.℣.11.

Ne multa: non multa. Trin.2.2. ℣.83.

Ne; παρέλκει. *Quine.* Amph. Sc. *Tun' me.*℣.29.& ornatus cauſa adiicitur. Exempla paſſim obvia. Amph.4.3.℣.4. Epid.5. 2.℣ 53. Bacch.2.3.℣.23. Moſt. 3.2.℣.51. & 5.2.℣.11. Mil.1.1. ℣.13.66.& 4.1.℣.26. Pſeud.1. 5.℣.21. Perſ.5.2.℣.69. Rud.3. 4.℣.61.& 3 6.℣.23.& 1.5.℣. 14.& 4.3.℣.80. Trucul.2.6. ℣.53.

Ne erres. Proverbialiter dictum. Capt. Prol.℣.14.

Ne vivam! Iurantium formula. Cicero lib.2 Epiſt.13. *Nam ita vivam! putavi.* Et lib.5. Attic. Epiſt.15. *Quaris quid hic agam? Ita vivam! ut maximos ſumptus facio.* Sen. Epiſt. 82. de D. Bruto: *Vſuſq; prabere cervicem, prabebo, inquit, ita vivam!* Terent. Andr. Prol. ℣.19. *Faciunt ne intelligendo, ut nihil intelligant.*

Nebula mollis. Caſ.4.4.℣.21.

Quaſi per nebulam. proverbialiter dictum. Plautus Capi.5.4. ℣.27. Pſeud.1.5.℣.48. Cicero dixit: *in ſtrepitu exaudiſſe.* Vi. P.Vict.lib.13.cap.14. Var.lect.

Nebula cyathus: pro re leviſſima. Pœn.1.2.℣.61.

Nebulo. Non is dicitur, qui Ger. Ein Schelm. Latinè, *Improbus*, & inteſtabilis: ſed homo levis, nepos, libidinoſus, nullę rei, nequam. Propriè autem is, qui ſua bona comedit, an dilapidat. Sic vetus Lex. Gręc. *Nebulo*: μάλθων. ὁ ἴδια λάθρα καταφαγών λάθρα ἄσωτος. εἰκαῖος. Germanice: Ein liederlicher Tropff / der ſein Gutt durch die Gurgel jagt. Cicero lib.6. Attic. Epiſt.1. *Hoc ego ex P. Vedio, magno nebulone, ſed Pompei tamen familiari, audivi.* vide totum locum. Horat. lib.1. Satir.2.℣.12.

Fuſidius vappa famam timet ac nebulonis.

Agell.15.2. *Non ut ille nebulo opinabatur.*

Nec. pro, *nam* Curc.4.3.℣.15.

Nec: pro, *non.* Feſtus. Moſt.1.3.℣. 83. *Nec recte loqui* eſt *maledicere.* Ibidem. Eodem modo *Ne* pro *non* poſitum invenitur in compoſitis *Nefrendes porci* qui fabas frẽdere nõ poſſunt. *Neſapus*, qui non ſapit. *Neiure.* Salluſt. *Funera nefunera.* Catul. *Nemunera* Cic.lib.3. de Legg. *Senatori, qui nec aderit, aut cauſa, aut culpa eſto.* Ovidius: *Nepurus.* Feſtus. Sic *Nefas, nefaſtus, nefandus, nemo, nequeo, negotium.* Vide L. Lucret. Dan. Parei.

Nec recte dicere vel *loqui.* ὑφὲν eſt, maledicere. Bacch.1.3.℣. 11. Meurſius malit *nerecte*; ſed idẽ eſt. Bacch.4.4 ℣.8. Pſeud. 4.6.

4.6.✠ 23. Pœn.3.1.✠.13. Aſin. 1.3.✠.3.& 2.4.✠.65. Bacch.4. 4.✠83.Pſeud.4.6.✠.23.Moſt. 1.3.✠.83.Sic explicat Turn.l.3. 20.Et lib.15.7.& Feſt.qui ait, *nec* pro *non* poni ſolitum. Sic apud Ciceronem de Amic. c. 2. *Nec recte iudicas de Catone.* Cęterum de hac particulâ vide pauló poſt: *Nerectè.* Sic enim potiùs ſcribendum eſt.

Nec dum etiam. Gloſſ. Nequam, οὐδεπώποτε. Virgil.lib.1.Aen. ✠. *Necdum etiam cauſa irarũ.* Catull. *Nec dum etiam ſeſeque ſui tum credidit eſſe.* Propert. lib.1.Eleg.9. *Necdum etiam pallẽs.*

Nec:quin Trin.3.2.✠.14.

Necare aliquem poſtulatis, dicimus. Bacch.5.2.✠.43.

Neceſſarium: pro extremo, & ad quod in ultimâ neceſſitate decurritur. Cic.pro Quint.c. *Dici vix poteſt, quàm multa ſunt, quæ reſpondeatis ante fieri oportere, quàm ad hanc rationem extremam devenire.* Ibid. *Ad hæc extrema & neceſſaria cupidè decurrebas, ut tibi nihil in poſterum quod gravius faceres reſervares.* Idem de Prov. Conſul.c. *Quod conſtat nobiliſſimas virgines ſe in puteos abieciſſe, & morte voluntariâ neceſſariam turpitudinem depuliſſe.* Ita enim locus ille legi debet. Vulgò, *nefariam.*

Neceſſitate: neceſſariò. Perſ.3.1. ✠.54. Rud.2.1.✠.3. Epid.5,2. ✠.54.

Neceſſitudo: pro cognatione, vel affinitate. Satis nota notio. Videtur tamen commune, ut infra de different. verb. notavimus. Reperitur & *Neceſſitas* in ea notione. Cic. pro Sylla c. *Et quoniam L. Torquatus, meus familiaris ac neceſſarius, Iudices, exiſtimavit, ſi noſtram in accuſatione ſuâ neceſſitatẽ familiaritatemq; poſſe detrahere.* Suet. in Claud.c. *Tiberius moriens* 28. *cõmendavit* (Claud.) *exercitibus, Senatui Populoque Rom. inter ceteras neceſſitudines nominatim.*

Neceſſitas. Græce ἀνάγκη, de neceſſariâ Syllogiſticâ concluſione efferri ſolet, ut docent Logici.

Nec manifeſtus, & ſimilia, veteribus uſitata. Vide infr. in Particulis Mantiſſ.

Nec-opinatus. Liv.lib.4.c. *Vnde ex nec-opinato averſum hoſtẽ invadit.* Et lib.37.c. *Panſiſtratus primò ut in re nec opinatâ turbatus parumper.* Et lib.40. cap. *Non ſuſtinere impetum, nec-opinatum hoſtes.* Sic pro Sylla cap. *Nec-opinante Fauſto cùm is neq; ſciret, neque vellet, familia eſt comparata.*

Nec-utrum: *Neq; utrum:* pro, *neutrum* interdum. Lucret. lib.4. ✠ 120. *Et neq; utrum ſuperavit eorum nec ſuperatum eſt,* Sic ibi leg. Gif. Paulus JC. l.13. amiculus. D. de V.S. *Neq; utro eum ſermone undecim dies ſignificantur.* Et Vlp. l.19. Vincamus. D. in fin. act. *Ergò ſecundùm hoc nec utro nſus videtur.* Ita Pand. Flor.

Neceſſũ. Aſ.5.2.✠46. Caſ.2.5.✠35.

Neceſ-

Neceſſum eſt. Rud.5.2.℣.44. Stichus 2.1.℣.66. Mil 4.3.℣.25.

Nec magis: nihilo magis. Bacch. 4.9.℣.35.

Nec quiſquam eſt, quin. Aſin.5.2. ℣.94.

Necquicquam: fruſtra, impune, Aſin. 1.1.℣. 71. & 3.3. ℣.108. Caſ.3.3.℣.7. Pœn.3.1.℣.7.

Nefaſtus homo. Pœn.3.2.℣.7.

Negare: denegare. nolle, more Græcorum. Epid. 1.2. ℣.13. Pœn.5.3.℣.32. Stich.2.1.℣.28. Caſ.3.5.℣.55.

Negligere, pro *omittere*. Amph.2. 1.℣.39. Vide paulò poſt, *Negligere*, pro, *non laborare, &c.*

Negitare. Merc.Prol ℣.50. Bacc. 5.2.℣.75. Vſus quoq; Cicero lib. 4. Acad.quæſt.cap.22.

Negotia publica, maritima. Trin 2.2.℣.50.

Negotij plenus.. Pſeud.1.3.℣.145.

Negotium. Veteres, & inprimis Cicero, ſæpè cum adiuncto, pro *re*. Vt, *Negotium ineptum, Graculum, vulgare, notum, abietarium, audax, impudens.* Cicero Tuſcul. *Pompeio noſtro familiari, cùm graviter ægrotaret Neapoli, melius eſt factũ, coronati Neapolitani fuerunt nimirum etiam Puteolani: ex oppidis publicè gratulabantur. ineptum ſanè negotium, & Graculum, ſed tamen fortunatum*. Et lib. 2. ad Q. Fr. Epiſt. 12. *Calliſthenes quidem, vulgare & negotium.* Vbi *negotium* de homine, quo obſervatur, dignum. Nam & ita Græci, μέγα πρᾶγμα de homine Demoſth. adverſus Lacriti præſcriptionem: οὗτος δ᾽ ὁ Λάκριτος Φασηλίτης, μέγα πρᾶγμα, Ἰσοκράτους μαθητὴς, οὗτος ἦν ὁ πάντα διοικῶν. Sic fortaſſis accipiendum & hoc Feſti, ſeu Pauli ex Feſto: *Abietaria negotia dicebantur, quam materiam nunc dicimus, videlicet ab abietibus coemendis.* Sed malè credo Paulum id interpretatum. Fortaſſe author eius dicti quaſi ꝓverbialis intellexit per *Abietaria negotia* res leves, & nugatorias, aut quid eius modi. Cic. li.2. de fin.cap. ubi de Sophiſt. *Quorum è numero primus eſt auſus Leontinus Gorgias in conuẽtu poſcere quæſtionem. h.e. iubere dicere, quâ de re quis vellet audire. Audax negotium dicerem, & impudẽs, niſi inſtitutum poſtea translatũ ad Philoſophos noſtros eſſet.*

Negotium habere cum aliquo. Aul.3.4.℣.2.

Quid negotij eſt? Nihil negotij eſt. Non difficile, arduum. Cic.li. 1.Tuſc.c. *M. Quia diſertus eſſe poſſem, ſi contra iſta dicerem digeſtis. Quis enim non in eiuſmodi causâ, aut quid negotij eſt? horum Poetarum & priorum portenta cõvincere.* Et poſt. *M. Laniſtum quidem nihil negotij eſt, ſed etiam maiora molior. A. Quomodo hoc nihil negotij eſt?*

Negotium ſuum agere dicitur, qui res ſuas agit, ſibi ſervit, ſuiſque rebus. Cic.lib.1.Offic.c. *Sunt etiam, qui aut ſtudio rei familiaris tuendæ, aut odio quodam hominum ſuum ſe negotium agere dicant, ne facere*

cuiquam videãtur iniuriam. Et lib. 2. de Orat. cap. *Quid igitur, inquam, quando ages negotium publicum? quando amicorum? quando deniq; nihil ages?* Et ibid. *tuum negotium agere debes.*

Negotij bene gerens. Cicero pro Quintio cap. *Eques Rom locuples. ſui negotij bene gerens.*

Negligere: pro, non laborare, omittere, parvi facere. Satis mirè alijs verbis: ut & Græci: περιόπτεσθαι Antonius in Epiſt. ad Hirtium & Cæſ. *Theopompum nudum expulſum à Trebonio confugere Alexandriam neglexiſtis.* Horat. lib. 1. Od. 28. *Negligis immeritis nocituram poſtmodò te natis fraudem committere forſan.* Catull. ad Alfenum: *Na facta impia fallaciam hominum cælicolis placent, Quæ tu negligis, ac me miſerum deſeris in malis.* Ter. Adelph. Prol. ℣. 13. *Furtúmne factum exiſtimetis an locum reprehenſum, qui præteritus negligentiâ eſt.* id eſt, ipſe Poeta. Vide & infra locum Valerij in verbo *Quiſq;.* Cicero in Orat. ad Brutum cap. *Verba etiam verbis coagmentare negligat.* Thucyd. lib. 1. τῶν δὲ οὐχὶ ὅπως κωλυταὶ ἐχθρῶν ὄντων καὶ ἐπιόντων γενήσεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς ὑμετέρας ἀρχῆς δύναμιν προσλαβεῖν περιόψεσθαι τὸν οὐ δίκαιον.

Negotium alicui exhibere. h. e. curam, & ſollicitudinem, moleſtiam. Moſt. 3. 1. ℣. 33. Men. 5. 9. ℣. 13. Merc. 2. 1. ℣. 1. Pœn. 1. 2. ℣. 30. *Nimium negotium exhibere.*

Negotium generaliter: pro quauis re. Moſt. 2. 2. ℣. 27. 97. & 3. 2. ℣. 54.

Negotium dare. Trin. 4. 2. ℣. 5.

Negotium eſt. Merc. 2. 2. ℣. 8. 16. 57. Pſeud. 4. 2. ℣. 36.

Negotium ferreum: de ſervis. Perſ. 1. 1. ℣. 21.

Negotium aurarium: de auro. *attinet me.* Bacch. 2. 2. ℣. 51.

Nrgotium; pro *lite*, Aul. 3. 4. ℣. 2. Etiam apud ICtos in l. *error facti. C. de iuris & facti ignor.*

Negotium obiectum eſt. Curc. 2. 3. ℣. 4.

Negotium ſerere. Moſt. 5. 1. ℣. 51.

Negotium inſtitutum eſt. Pœn. 4. 2. ℣. 103.

Negotium perfectum dare. Ciſt 2. 3. ℣. 51.

Negotioſa res. Stich. 2. 3. ℣. 31.

Negotioſum tergum: quod plagis exercetur. Mil 2. 5. ℣. 37.

Negotioſus negotiis. Mercat. 1. 2. ℣. 79.

Nemea: vbi ludi Nemæi Herculi vel Archemoro fiebant. Caſ. 4. 1. ℣. 1.

Nemo: neminis. Cap. 3. 5. ℣. 106.

Nemo homo. Perſ. 2. 2. ℣. 29.

Nemo: de feminis. Caſ. 2. 2. ℣. 12.

Nemo niſi. Amph. 1. 1. ℣. 226.

Nemo vnus: pro, Nemo, ut *ne unus* ſuperſit. Agell. 18. 5. *Quod ab Ennio inſcriptum, relictumque eſſe, nemo unus, & litterarum veterum diligens dubitavit.* Vnde & Livius lib. 38. cap. *Res.* pro, *Reſp.* Et lib. 38 cap. *Alij neminem unum civem tantum eminere debere, ut legibus interrogari non poſſit.*

Nempe: adſentientis particula. Trin.

Trin. 2.2. ℣. 47. & 2.4. ℣. 25. & 4.3. ℣. 69. Moſt. 3.1. ℣. 119. Ciſt. 2.3. ℣. 56.

Nempe: pro, *num*. Pſeudol. 4.7. ℣. 73.

Nempe; eleganter initio ſententiæ ponitur, & illationem notat. Curc. 1. 1. ℣. 38. 39. & 2.1. ℣. 20. Pſeud. 1.2. ℣. 18. Aul. 2. 4. ℣. 14. 15. Ciſt. 2.3. ℣. 56. Mil. 1.1. ℣. 16. & 2.3. ℣. 66.

Nempe: concedentis & interrogantis. Mil. 3.3. ℣. 48. Curc. 1. 1. ℣. 42. Moſt. 3.3. ℣. 16.

Nempe: παρέλκει. Aſin. 2.2. ℣. 72.

Nempe ergò. Bacch. 4.4. ℣. 38.

Neniam dicere de aliqua re. Truc 2.1. ℣. 3. Vide ſupra, *Nania*.

Nepa: vel *cancrum*, vel *ſcorpium* notat. Caſ. 2.8. ℣. 7. Nonius. Feſtus. Idem eſt *Pſeud*. 4.1. ℣. 45. *Vt tranſuersùs non proversùs cedit, quaſi cancer ſolet*. Aratus: αἱ δ' ἐπί οἱ χηλαὶ καὶ σκορπίος αὐτός. Idem —— ὁ δ' ἐμμενὲς εὖ ἐπαρηρὼς

Ποσσὶ ἐπιθλίβει μέγα θηρίον ἀμφοτέροισι

Σκορπίος, ὀφθαλμῷ τε καὶ ἐν θώρηκι βεβηκὼς

ὀρθός. —— Cicero:

Ille tamen nitens graviter veſtigia ponit.

Atque oculos vrget pedibus pectuſq; Nepai.

Neparcus: pro. *Neparcè*, h.e. abundè. Pſeud. 1.1. ℣. 77.

Nepos Veneris. Mil. 4.6. ℣. 50.

Nepotari: eſt nepotes imitari, profundere, dilapidare. Sen. lib. 1. Benef. cap. 15. *niſi quam virtutem modus fecit, veto liliberalitatem nepotari*. Tertul. *Ariſtippus in purpurâ nepotatur*. Inde & *Nepotatus*, ipſa actio. Suet. plin.

Nepotulus Veneris. Mil. 5.1. ℣. 20.

Neptuni comes Palæmon. Rud. 1. 2. ℣. 71.

Neptuni pecudes: ſunt piſces. Pſeud. 3.2. ℣. 45. Alibi Rud. 4. 3. ℣. 45. vocat *ſquamoſum pecus*. Virgil. Georg. IV. ℣. 395. *Neptuni armenta*. Livius Andronic. *Nerei pecus ſimum*. Lucret. II. 343. & 1081. *Squamigera pecudes*. Oppian. φῦλα ποσειδάωνος ἐναύλων. *Secula Neptuni incolarum*. Vide Lexicon Lucretianum Danielis Parei, in voce, *Picus*.

Neptuni nepos. Mil. 1.1. ℣. 15.

Neptuno grates habebant naufragi. Stich. 3.1. ℣. 2.

Neptunia loca: maria. Milit. 2.5. ℣. 3.

Neptunus. Moſt. 2.2. ℣. 1.

Neptunus ædilis faſtidioſus. Rud. 2.3. ℣. 42.

Neptunus: pro mari. Rud. 2. 6. ℣. 2.

Neptunus piſcatorum patronus. Rud. 2.4. ℣. 1.

Neptunus balneator frigidus. Rud. 2.6. ℣. 43.

Neptunus lepidus. Rud. 2.3. ℣. 28.

Neptunus, Nereus, ſalſipotens, multipotens. Trin. 4.1. ℣. 1. *Iovis frater*. Ibid.

Nequam; abſolutè. Bacch. 4.2. 20. Trin. 4.3. ℣. 29. *Nequam quidem*. h. e. malè fit. Germ. Es iſt darumb nicht recht.

Nequam: ſubſtantivè, Malum. *Nequam dare*. Pœn. 1.1. ℣. 31. 34. 50. & 3.3. ℣. 44. *Nequam &* ma-

malum. ℣ 50. *Nequam facere*; de libidine. Truc.1.2.℣.58.

Nequam verbum. Trinum. 2.4. ℣.38.

Nequam & improbus. Truc.1. 2. ℣.54.

Nequam adoleſcens. Stichus. 4.1. ℣.51.

Nequam beſtia. Ciſt.4.2.℣.62.

Nequam & damnificus. Ciſt. 4. 2.℣.62.

Nequam homo. Aſin.1.1.℣.18. Epid.1.1.℣.87. Bacch.5.2.℣60. Moſt. 4.2.℣.23. Pſeud.4.4.℣. 11. Trin 1.2.℣.86.

Nequam & miſer. Bacchid. 2.2. ℣ 17.

Nequam, inutilis eſt. Caper Grammat. *Malus & nequam*. Aſin.2.2.℣ 39.

Nequam: opponitur *frugi*. Pſeud. 1.5.℣.53.

Nequam: pro vitioſo; malo interdum. Lucil. *Nequam aurũ eſt, auris quod vis vehementius ambit*. Apud Feſtum, Nequã. Forte, *angit* legendũ. M. Tullius Tiro ad C. Axium: *Hoc, inquit, enthymema nequam & vitioſum eſt*. Apud Agel.7.3.

Nequam piſcis. Aſin.1.3.℣.26.

Neque dum. Trin.5.2.℣.115.

Neque non; affirmat. Curc.4.4. ℣ 23.

Neque haud. Græcorum more fortiter negat. Epid.5.1.℣.57. Bacch.4.9. ℣.114. Aulul.2.4. ℣.7.

Neque quidem. Aſin.4.1.℣ 14.

Nequeo quin. Men.2.1.℣.28.

Nequa. Ita ſæpe veteres: ubi hodie plerique ſemper *Nequa*. Sic &, *Si qua*. de quo infr. Cic. lib.16. Attic. Epiſt.9. *Et metuo ne qua ἀρισεία me abſente*. Ita ibi vett. libb. Lucr.l.5.℣ 1205.

Neque forte Deum nobis immenſa poteſtas.

In vett. libb. teſte Giſanio, erat Neque. Vulg. *Ecqua*.

Ne qui: pro, *Ne quis*. Sic inf. *Si qui* Cic. pro Sylla c. *Atq; illud etiã addam, ne qui forte incipiat improbus ſubitò te amare. Torquate*. Ibid. *In quo ego enim primũ nequi poſſit tãtum aut de Reip. aut de alicuius periculo meminiſſe*. Et lib.7. Attic. Epiſt. 9. *Subitò conſilium cepi, ut antequam faceret, exirem, nequi cõſpectus fieret, aut ſermo*. Suet. Octav. c. *Ac nequi expers caſtrorũ eſſet, binos plerumq; &c.* Ita v. cod.

Nequicquam; gratis, fruſtra. Alibi ſic uſurpat τὸ *Fruſtrà*. Men. 4.3 ℣.20. *Niſi feres argentum, fruſtra me ductare non potes*. Amph.2.2.℣.105. Aſin.1.1.℣. ℣.70. & 3.3.℣. 108. Ciſt. 4.2. ℣.73. Bacch.1.2.℣.25. & 4.4. ℣.50. Moſt.1.3.℣.94.132. & 5. 2.℣.54. Men.1.2 ℣.14. Mil.5. 1.℣.3. Pſeud 1.5.℣.21. & 3.1.℣. 30. Trinum. 2.4.℣.164. & 4.2. ℣.131. Merc.1.2.℣.83. Pœn.3. 6.℣.7. Rud.2.4 ℣. 25. & 4.4. ℣.97. Caſ.3.3.℣.7. Perſ.3.1.℣. 30. & 4.3.℣ 46.

Nequior & indignior. Bacch.4.3. ℣.5.

Nequior: deterior. Moſt.1.2.℣. 32. Men.2.3.℣.79.

Nequire quin: non poſſe ſibi temperare quin, Menæch. 1. 3.℣.8.

Nequi-

Nequiter: pro, *remiſsè, languidè, malè*. Aſin. 3. 3. ℣. 88.

Nequiter: inutiliter, ſine ſucceſſu. Amph. 1. 3. ℣. 23. Caſ. 5. 4. ℣. 18. Moſt. 2. 1. ℣. 63. 65. Men. 1. 1. ℣. 7. & 4. 2. ℣. 86. & 5. 5. ℣. 61. Mil. 4. 7. ℣. 2. Rud. 3. 5. ℣. 57.

Nequitia: pro, *peccatum*. Bacch. 1. 2. ℣. 4.

N*equitia*, inquit Donat. in Eun. eſt libidinoſa inertia. Ovid. Epiſt. Helenæ: *Quæ tua nequitia eſt, non his* (oſculis) *contenta fuiſſet*. Et lib. 2. Eleg. 1. Triſt. *ludi quoq; ſomnia præbent nequitiæ*. Cic. Cat. 1. c. *Sed me ipſũ inertiæ, nequitiæq; condemno*. Et lib. 3. Tuſc. c. *Nequitia dicta, quia ne quicquam ſit in tali homine*. Vide Agell. lib. 7. c. 11. ubi docet, laſciviam petulantiam *nequitiam* dici, & *nequam* ἄσωτον καὶ ἀκόλαστον, καὶ μιαρὸν. Feſtus: *Nequam*, qui ne tanti quidem eſt, quàm ꝙ habetur minimi. Propert. lib. 2. Eleg. 5. *Et non ignotâ vivere nequitiâ*. Et lib. 2 Eleg. 6. *Nequitiaq; ſua noluit eſſe rudes*. Et lib. 1. Eleg. 14. *Nec tremis admiſſæ conſcia nequitiæ*. Et lib. 2. Eleg. 24. *Non ego nequitiæ dicerer eſſe caput*. Et li, 3. Eleg. 17. *Et rabidæ ſtimulos frangere nequitiæ*.

N*equitiæ ſtabulum*. Caſ. 2. 1. ℣. 13.

N*equitur*. Rud. 4. 4. ℣. 24. Apul. *Sola virginitas cùm ſemel erepta, reddi nequitur*.

N*erectè*: pro, Malè, iniuriè, ſæpè apud Plautum noſtrum: ſed paſſim corruptè. Aſin. 1. 3. ℣. 3. & 2. 4. ℣. 65. Bacch. 4. 4. ℣. 83. Pſeud. 4. 6. ℣. 23. Moſt. 1. 3. ℣. 83. Pœn. 3. 1. ℣. 13. Ita enim illis locis legendũ potiꝰ, quàm *nec rectè*. quod duriuſculum. Alterũ enim fulcitur uſu cõpoſitionis antiquæ. Scil. τὸ *ne* valet *non*. teſte Q. Ter. Scauro de Orthog. pag. 2251. Sic dicimus. *Neſcio*, pro, *non ſcio*. Et, *Nefrendes porci*, qui fabam frẽdire non poſſunt. Et *Neſapus*, qui non ſapit. Talia ſunt: *Nefas*, *Nefaſtus*, *Nemo*, *Nequeo*, *Nevolo*, *Nequam*, *Negotium*. Salluſt. *Nejure*, pro, *non jure*. Catull. Epit. *Funera nefunera* τάφος ἄταφος. Ovid. *Nemunera*. Et apud Feſt. *Nepurus*. Cic. quoq; uſurpavit *Nerecte*. Læl. c. 2. *Nerectè judicas de Catone*. Turpil. *Nerectè dici mihi iam dudum audio*. Vide etiam Turn. 3. 20. & 15. 7.

Nequius. Bacch. 4. 4. ℣. 8.

Nere ſubtemen. Merc. 3. 1. ℣. 21.

Nere filum. Merc. 4. 4. ℣. 15.

Nerei filiæ. Epid. 3. 1. ℣. 34.

Nertone. Martis uxor. Truc. 2. 6. ℣. 34. Vide Agell. 13. 21.

Nervi cauſarum, ſeu, *controverſiarum*: pro receſſu & medio cauſſarum, & abditis partibus Cic. li. 3. de Orat. c. 27. *Conſequentur etiam illi loci*, &c.

Nervus: pro torto fune & vinculis. Aul. 4. 10. ℣. 13. Curc. 5. 3. ℣. 12. 42. 45. Cap. 3. 4. ℣. 62. Rud. 3. 6. ℣. 34. 38. 51. Gloſſæ: *Nervus*; ξυλοπέδη. Attici veteres ſimpliciter *neruum* vocabant ξύλον. lignum. Vnde qui ex lege *Nexi* erant. legg. Athenienſibus dicebantur ἐγκαλοσκελεῖς. Teren. Phorm. 4. 4. ℣. 16. *In neruum potius ibit*.

Digitized by Google

Neruus brachialis: de oſculo. *Cõdere in neruum brach.* Pœn. 5. 4. ✠. 97.

Neſcia loca: ignota. Rud. 1. 5. ✠. 17. Capt. 2. 2. ✠. 15. Paſſiuè: ut, *Ignotus*, actiuè. Vide Agel. lib. 9. cap. 12.

Neſcia ſpe. Rud. 1. 5. ✠. 17.

Neſcibo: ἀρχαϊκῶς. Capt. 2. 2. ✠. 15.

Neſcio-qui, *Neſcio-quis*, *Neſcio-quid*, *Neſcio-qua*. Sic loqui amant Scriptores, cùm incertæ rei fingitur nomen non exſtare: vel, cùm verecundamur rem illam dicere. Exempla apud Plautum noſtrum hæc ſunt. Amph. 1. 1. ✠. 175. 197. 266. *Neſcio-vnde*. & 5. 1. ✠. 11. Curc. 5. 2. ✠. 43. Epid. 4. 1. ✠. 11. *Neſcio ubi*. Ciſt. 4. 2. ✠. 59. *Neſcio quò*. Vide etiam Epid. 5. 2. ✠. 24. Bacch. 5. 1. ✠. 18. Merc. 2. 1. ✠. 34. Men. 2. 3. ✠. 55. & 5. 7. ✠. 13. Moſt. 3. 2. ✠. 75. Mil. 2. 2. ✠. 11. 18. & 2. 3 ✠. 18. Pſeud. 2. 3. ✠. 27. Rud. 2. 7. ✠. 3. Perſ. 1. 3. ✠. 19. Pœn, 5. 2. ✠. 39. *Doni vult tibi dare neſcio-quid*. Truc. 2. 3. ✠. 15. Sic Virgil. Eclog III. ✠. 103. Iuvenal. Sat. XVI. ✠. 30. Phœbadius cap. 8. *Feciſti igitur de Spiritu Dei & carne hominis neſcio-quid tertium*. Vſque adeò autem proprium nomen factus eſt iſte *Neſcio-quis*, ut apud Gallos homo incertus dicatur *Vn-quidam*. Eſt is ipſius, quam Græci τὸν Δεῖνα nuncupant, & Hebræi פלני אלמני, *Peloni-Almoni*, quod Helleniſtæ φιλμωνὶ dixerunt. Quẽadmodum τὸ *Cadmoni* cùm de authore dubitant, plerumque adhibent Hebræi. Græci enim *Cadmi* vocem uſurparunt, quando de incerto homine loquerentur. Quin ut Græci, ac Theocritus præſertim, cùm parœmiam adducit, ὡς σοφὸς εἶπε, mira ſuavitate dixerunt: ita Hebræi, משל קרמני כאשר יאמר ὥσπερ ἡ ἀρχαίου εἶπε παροιμία, *ut proverbium antiqui dicit*.

Neſcio-quid. Interdum de re magna. Cicero pro Archia cap. *Tum illud neſcio-quid præclarum ac ſingulare ſolere exiſtere*. Idem lib. 4. de fin. cap. *Sed differre inter honeſtum & turpe nimium quantum neſcio quid immenſum*. Ludov. Carrio, qui ut alios iniuria, ita ipſum P. Fabrum verè plagii accuſavit, iſta verba egregia & acria, *neſcio quid immenſum*, contẽdit inducenda, ut ſpuria: ſed invitis libb. atque adeò ipſo, ni fallor, Cicer. Suet. Domit. c. 16. *His velut tranſacto jàm periculo lætum feſtinantemq; ad corporis curam, Parthenius cubiculo præpoſitus convertit, nuncians eſſe, qui magnum neſcio quid afferet*. *Iã neſcio quod magnum malum profectò Parmeno me celavit*. Ter. Phorm. 1. 4. ✠. 16. *Neſcio quod magnũ hoc nũcio exſpecto malum*. Vbi forte *quid* leg. Et Eun. 2. 2. ✠. ✠. 60. *Non temere eſt & properans venit: neſcio quid circumſpectat*.

Neſcio quid. Interdum de re cõtemta. Cic. pro Murena cap. *Non*

Nam patior in tanto errore verſari, ut iſtud neſcio quid quod tantopere didiciſti, præclarum aliquid eſſe arbitrére.

Neſcire: nō noſſe, ignorare. Aul. Prol. ỷ. 30.

Neſcire de aliquâ re. Merc. 2. 4. ỷ. 49.

Neſcire ſatis. Bacch. 3, 3. ỷ. 87. *Satin' ut neſcias?* Formula notanda.

Neſcire aliquem : ignorare, non noſſe. Curc. 5. 3. ỷ. 46.

Neſcium: παθητικῶς, quod ignoratur, incognitum eſt. Cap. 2. 2. ỷ. 15. Rud. 1. 5. ỷ. 17. Virg. in Citi:

Inſcia (λανθάνουσα) quandoquidem ſcelus es conata nefandum.

Agellius lib. 19. 1.

Aut repentini neſcius periculi nuncius.

Neu. Trin. 5. 2. ỷ. 21.

Neu:neu. Trin. 2. 2. ỷ. 16. 34.

Neuelle; nolle. *Pſeud.* 1. 5. ỷ. 21.

Neuter: plurali iunctum. Men. 5. 2. ỷ. 35.

Neutiquam: videtur media producta poſitum eſſe. Merc. 3. 4. ỷ. 14. vti apud Terent. Hecyr. 3. 3. *Nam de reducenda, id vero neutiquam honeſtum eſſe arbitror.* Apud eundem tamen Terentium corripi videtur illo loco And. 2. 1. ỷ. 30.

Ego Charine neutiquam officiū liberi hominis eſſe puto. Et Heaut. 2. 3. ỷ. 116.

Quapropter hæc res neutiquam neglectuſt mihi. Sic Pœn. 1. 1. ỷ. 71. videtur etiam mediam corripere.

Neutique: pro, Neutiquam. Liv. lib. 7. cap. *Dictatori neutiquē placebat, quando nulla cogeret res fortuna ſe committere adverſus hoſtem.*

Nevis: pro, non vis. Curc. 1. 1. ỷ. 82. Moſt. 3. 2. ỷ. 76. *Niſi tu nevis.* Germ. **Wann es dir nicht zu wider iſt.** Merc. 1. 2. ỷ. 39. Pœn. 5, 2. ỷ. 119. Perſ. 3. 1. ỷ 30. Trin. 2. 2. ỷ. 47. & 5. 2. ỷ. 32.

Neutrubi. Aul. 2, 2. ỷ, 56.

Neuult; pro, non vult, ἀρχαϊκῶς. Epid, 4, 2, ỷ, 16. Trin, 2, 2, ỷ, 80, 83,

Nē: in forma iurandi. Capt, 4, 2, ỷ. 102.

Nexo, *is*, & *as*, ut, *Pexo*, is, *Texo*, is, tertiæ coniugationis inveniuntur, inquit Eutyches Grammaticus lib. 2. *Nexo enim*, inquit, *tam Nexas invenitur*, ut oſtendit Virg. in 5. Aen. participium dicens: *Nexantē nodis*, *quàm*, nectis. ut dicit Actius in Deiphobo: *Nos continuò ferrum arripimus, omnibus manicas neximus:* licet & *nexi* lectum eſt, quod etiam à *Necto, nectis.*

Ni: pro, *ne*. Men. 1. 2. ỷ. 1. Merc. 4. 4. ỷ. 28. Donatus in Terent. Eun. Sic Varro apud Nonium: *Dominum convivij, vinum, aliud ve quid, ni laudato.* Cic. lib, 9, Epiſt, ad Varr. *Conſilij noſtri, niſi eos quidem, qui id ſeculis non ſunt, non pœniteat, nobis pœnitendum putarem,* Lucretius, II, 738, & 892. vſurpat & Caſſius in Hemina apud Plin, lib, 18, c, *ne qui ad polluctū emerent,* Tibul, lib, 1, Eleg. 4,

Car-

Carmine purpurea eſt niſi coma, carmina ni ſint.
Ex humero Pelopis non nituiſſet ebur.

Ni:pro *neu*.Rud.5.3.℣.64.

Ni:pro,*niſi*. Amph.1.1.℣. 201. & 2.2.℣.161. Curc.5.3.℣.45.Epid. 4.1.℣. 26. & 5.2.℣.34. Bacch.4.6.℣.8.& ſæpè alibi.

Ni: niſi. Iungitur præſenti ſubiunctivi. *Ni metuam*. Aul.3.5.℣.49.Caſ.Prol.℣.7.

Ni*nive*. In ſolemnibus ſtipulationum. Rud.2.7.℣.11. Vide B.Briſ.Formul.lib.6,Cic.pro A.Cæc.c.23. & inf.in lit.S.*Si. Ni,tum*. Rud.3.4.℣.47.

N*ictare*. Aſin. 4.1.℣.39. Men.4.2.℣.49.Merc.2.3.℣.72. Propriè oculorum eſt.N*utare* capitis. Græci dicunt μύειν, καὶ σκαρδαμύττειν. Vide Plutarch. Ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς.

N*idamenta*: ſunt flocci, pinnæ, muſcus,tomentum,pili,acus, cæteraque, vnde aves nidos congerunt. Rud.3.6.℣.51.

Nidor culinæ. de ſervo,qui in culina creber.Moſt.1.1.℣.5.

Nihil:fruſtra.Curc.3.℣.14.Pœn.1.3.℣.11.

Nihil agere:nihil promovere. Elegans formula. Caſ. Prol.℣.77.Curc.5.3.℣.29. Epid.1.2.℣.9.Merc.2.3.℣.134. Pœn.5.4.℣.71.Trin.4.2.℣.134. Hor. lib.1. Sat.9.℣.15. Vide paulò poſt, *Nil agis*.

Nihil: pro, *non*. Curc. 2.2.℣.15. Bacch.5.2.℣. 63. Mil. 4.2.℣.16.Pſeud.5.2.℣.30. Ciſt.2.3.℣.59. Moſt. 2.2.℣.92.& 3.2.℣.11. Stich.4.1.℣.10.

Nihil eſt, quod: nulla cauſa eſt, cur. Merc.2.2.℣.46. Moſt.3.2.℣.1.

Nihil eſt:non eſt operæpretium. Cap.2.2.℣.94.

Nihil eſt;fruſtra eſt. German. Es hilfft nichts. Aſin.1.2.℣.20.

Nihil eſſe;pro,*nullius frugis*. Cap.4.4.℣.13.Caſ.1.1.℣.31.

Nihil nouum. Mil.3.3.℣.31.

Nihil mirum.Perſ.4.6.℣.6.

Nihil quicquã.pro,*nihil*. Bacch.4.9.℣.113.

N*ihil captio*.Epid.2.2.℣.113. Vide *Parum*.Symm.*Nihil negotium*.

Nihil eſt lucri, quòd me hodie facere mavelim quam:id eſt,nihil magis optarem. Bacch. 4.8.℣.18.

Nihil clam: non clam. Mil. 3.3.℣ 9.

Nihil propius fuit, quàm vt. Mil.2.5.℣.65. Sic Cicero pro Rabir. poſth. N*ec mihi longius quicquam eſt,quàm videre hominum vultus*.

Nihil quæſtûs. Pſeudolus, 4.7.℣.100.

Nihili:ſcil.*homo*.ἐλλειπτικῶς.Caſ.2.3.℣.29.

Nihil cana nicola. Caſina. 2.3.℣.22. Vide Animadv.

Nihili eſſe. Comicè dicitur. *Bacchides*.1.1.℣.58.& 5.2.℣.38: Moſt.1.2.℣.76.Pœn.1.2.℣.69. Pſeud.1.3.℣.10. Perſ.1.3.℣.14.& 2.1.℣.11.

Nihili eſſe: de amore. Pſeud.1.3.℣.10.

N*ihili pendere*. Men.5.7.℣.4. Pœnol.3.1.℣.17.& 5.5.℣.21. Trin.3.1.℣.6.

Nihili

Nihili facere. Bacchid. 1.1. ℣. 56. Pſeudol. 4.6. ℣. 23. & 4.7. ℣. 2. Stich. 4.2. ℣. 54.

Nihili tibicen. Merc 1.2. ℣. 15.

Nihili vir. Caſ. 3.2. ℣. 29.

Nihili fieri; caſtrari. Mil. 5.1. ℣. 16

Nihili homo. Aſinaria. 2.4 ℣. 66. Bacch. 4.8. ℣. 63. & 5.2. ℣. 69. & *Grex.* ℣. 1. Trin. 4.3. ℣. 6.10. Truc. 2.3. ℣. 12. & 2.7. ℣. 39. 49. & 3.2. ℣. 27.

Nihili ſervus. Men. 5.6. ℣. 7.

De ***Nihilo iraſci.*** Truc. 4.2. ℣. 56.

Cui minus nihilo eſt. Germ. **Er hat gar nichts / weniger als nichts.** Terent. Phorm. 3.3. ℣. 1. *Quid faciam? unde ego nunc tam ſubitò huic argentum inveniam. cui minus nihilo eſt?*

Nihil amplius. Elegans loquendi genus, Ciceroni uſitatũ. Nos dicimus **Nichts weiters / das iſt es all.** Cicero lib. 5. de fin. cap. *Virtutem ipſam inchoavit: nihil amplius.* Et in Verr. 3. cap. *Seipſum ab ſe repetit: nihil amplius.* Et Verr. 4. c. *Hactenus reprehendat, ſi quis volet: nihil amplius.* Et pro Facco cap. *Quâ diſputatione orationem refellam eius, qui dicit, dedimus: nihil amplius.* Et lib. 12. Epiſt. 1. ad Caſſium: *Adhuc ulta ſuas injurias eſt per nos interituri tyranni. nihil amplius.* Et li. 2. Academ. cap. *Excepit eum tamquam ſciret, ſe nihil ſcire: nihil amplius.*

Nihil attinet. Vulgò dicimus: *Non eſt neceſſe: Non eſt opus.* vide ſupr. *Attinet.* Cicero lib 4. Epiſt. 7. *De quo quid ſentiam nihil attinet dicere.* Et lib. 6. Epiſt. 8. *Nihil attinet me plura ſcribere.*

Nihil ſentire, vel, dicere: de quo mox. Cic. lib. 2. de Nat. Deor. cap. *Vt hac ipſa, qui non ſentiãt Deorum vim habere, is nihil omninò ſenſurus eſſe videatur.*

Nihil aiis, Nihil dicis, Aliquid dicis, Nihil adferũt. Οὐδὲν λέγεις. Plato Cratylo. καὶ ἔχει αὐτὸ ἢ οὐδέν σοι δοκῶ λέγειν. Et ibid. ἴσως μέν τοι οὐδὲν λέγω. Et ibid. Φαίνῃ λέγων, ὦ Σώκρατες. Simplicius in Categ. Ariſtot. lib. 7. Ethic. cap. 13. Οἱ δὲ τὸν τροχιζόμενον καὶ τὸν δυστυχίαις μεγάλαις περιπίπτοντα, εὐδαίμονα φάσκοντες εἶναι, ἐὰν ᾖ ἀγαθὸς, ἢ ἑκόντες ἢ ἄκοντες οὐδὲν λέγουσι. Et lib. 6. cap. 12. οἱ δὲ ἐγγάμψοι, ᾧ οὐκ ἀγαθὸν, οὐ πάντα ἐφίσταται μὴ οὐδὲν λέγουσι. Cicero lib. 3. de Nat. Deor. cap. *Hac Carneades agebat, non ut Deos tolleret, ſed ut Stoicos nihil de Diis explicare convinceret.* Et Tuſcul. lib. 2. cap. *Omittamus igitur hunc nihil prorsùs dicentem.* Et in Cat. maj. cap. *Nihil igitur adferunt, qui in re gerundâ verſari ſenectutem negant.* Sic editi & ſcripti libb. etſi aliqui, *aſſerunt.* Et li. 3. de Nat. Deor. cap. *Nihil igitur adfert pater iſte Stoicorum, quare mundum ratione uti putemus.* Et de Div. lib. 2. cap. *Nec cognovi quemquam, qui majore authoritate nihil diceret.*

Nihilo pluris, quam ſi. Bacch. 3.4. ℣. 21.

Nihilo minus eſt. Pſeud. 4.1. ℣. 27.

Nihilo plus, quam. Moſt. 1.3. ℣. 5.

Nihil

Nihil moror. Formula, qua utimur, cum quid quaſi reſpuere & contemnere, vel certè non magnopere deſiderare velle videmur. Curc. 4.2.℣.29. Epid.3.2.℣.14.& 5.2.℣.21. Mil. 2.3.℣.9. & 3.1.℣.163. Pœn.2.1.℣.45. *non moror*. Pœn.5.4.℣.101. Rud. 3.6.℣.14.& 4.7.℣.22. Ciſt.5.1.℣.5. Stich.2.1.℣.52.& 3.1.℣.23.& 5.4.℣.32. Trin. 2.2.℣.18.56. & 2.4.℣.110.& 5.2.℣.34. Truc.2.2.℣4.& 2.6.℣.61.& 4.3.℣.18. Vide ſupra: *Morari.*

Nihil quicquam, Cicero lib.1. Tuſc. *Secernere autem à corpore animum nihil quicquam aliud eſt.* Idem: *Quocum in vitâ nihil quicquam egregium aſſequetur.* Plautus Merc.4.3.℣.37.& 4.5.℣.4. Bacch. 4.9.℣.113.

Nihilo ſectius. Vide litt.S.

Nil agis. Trin.4.2.℣72.134.Rud. 4.3.℣.57. Vide paulo ante, *Nihil agere.*

Nil eſt, cur. Pœn.4.2.℣.102.

Nil niſi ne. Curc.2.1.℣.7. *Nihil metuo, niſi ne medius diſrumpar.*

Nimbata meretrix: quæ tecta eſt faſcia frontali, ne frons conſpiceretur. Pœn.1.2.℣.135.

Nimbus: erat faſcia frõtalis trãſverſa ex auro aſſuta in linteo, quod eſt in fronte fœminarum. Sic Iſid.lib.19.cap.31. Inde *Nimbata mulier*, tecta tali faſciola. Pœn.1.2.℣.135. Reddendum hoc vocabulum Prudentio:

A cervice fluens tenui ve
ne nimbis
Concipit ingeſtas textis tu
tibus auras.

Antea nullo ſenſu, au
minus commodo lege
limbus. Idem apud eund
alibi quoque occurrit:

—— aut Paphiam nivea
re columba
Cuius inauratũ tremere
Perſica nimbum.

Tertullianus, ni fallor,
linteolum, fimbriam, vi
& filum. Ticinnius Se
Quaſi Hermaphroditus
briatam frontem geſtitas
tat mulieroſitatem hon
effeminati, & euirati,
Nonium male *fibriatum.*
lo ſenſu. Apud Petron
puto *licium* dici: *Illa de*
licium protulit varij color
lis intortum, cervicemqu
nxit meam.

Nimiò. Frequenter iungitu
parativo. Moſt.1.1.℣.69.
mio celerius.

Nimio citius. Trin.2.2.℣.10

Nimio docilior. Bacch.1.2.℣

Nimio melius. Perſ.1.3.℣.31.

Nimio melius, quam. Trucul.
℣.17.

Nimio minus, multò parũ. Ba
4.4.℣.21.h.e. nihil omn
Mil.3.1.℣.122.

Nimio, pro, nimio pretio. M
3.2.℣.2.

Nimiò, pro valde. Moſt.1.2.℣
Merc.3.2.℣.6. Rud.3.1.℣
Trinum. 4.3.℣.33. Capt.
℣.1. Trucul.4.1.℣.6. N
magnus.

Digitized by Google

Nimio minus, quàm: multò minus, Rud. 1. 3. ℣. 1. & 2. 5. ℣. 3. Truc. 2. 5 ℣. 5. & 3. 2. ℣ 4. Sic Lucret. lib. 5. *Nec nimio Solis maior rota.* —Vide Lexicon Lucret.

Nimiò multò tantò plus. Comicæ particulę notandæ, in quibus ſunt gradus augmenti. Stich. 2. 3. ℣. 14. Men. 5. 2. ℣. 49. Bacch. 4. 4. ℣. 21. *Nimio minus multo parum.* & Bacch. 1. 2. ℣. 14 *Nimiò plus quàm*: & ℣. 42. *Nimiò iam multò plus quàm volueram.* Moſt. 5. 1. ℣. 54. *Minoris multò facio quàm.* Bacch. 1. 2. ℣. 14. Truc. 2. 6. ℣. 12. *Nimiò plus proſunt populo.* Frequentiſſimè autem *Multo tanto* cum gradu comparatiuo. Apul. Apolog. *Accipe aliud pari quidem ſtultitia, ſed multo tanto vanius & nequius excogitatum.* Idem Metam. lib. 10. *Lumen propter adſiſtens, de ſtagneo vaſculo multo ſeſe perungit oleo balſamo, meq; indidem largiſſime perfricat; ſed multo tanto impenſius etiam nares perpendit meas.* Seneca Epiſt. 71. *Beatus verò, & virtutis exacta tunc ſe maximè amat, cùm fortiſſime expertus eſt: & metuenda cæteris non tantum fert ſed amplexatur; multoq; tanto audire mauult melior, quàm fortior.* Vide etiam Lexicon Lucretianum Danielis Parei.

Nimiò ocius. Stich. 5. 5. ℣. 5.

Nimio ſatius eſt, quam. Bacch. 1. 2. ℣. 43. Trinum. 2 ℣. 30.

Nimio pro multo. Moſt. 2. 2. ℣. 12.

Nimiò mauolo. Pœn. 1. 2. ℣. 90.

Nimio rectius. Bacch. 2. 3 ℣. 80.

Nimio celerius. Moſt. 1. 1. ℣. 69.

Nimio pluris facere. Trinum. 1. 1. ℣. 12.

Nimio liquidus. Stich. 5. 4. ℣. 18.

Nimio, quam; potius quam. Pſeud. 1. 3. ℣. 46 . *Nimio id, quod pudet, facilius fertur, quàm illud quod piget.* Bacch. 3. 2. ℣. 12.

Nimis: pro, *valde.* Sic dicimus: Nimis bonus, nimis ſtrenuus, nimis fortis, prudens, doctus, h. e. valdè, vel, optimus, &c. Amph. 2. 2. ℣. 198. 228. Aſin. 2. 4. ℣. 4. & 3. 2. ℣. 43. & 3. 3. ℣. 84. Aul. 1. 1. ℣. 22. & 2. 3. ℣. 5. & 4. 6. ℣. 4. Curc. 1. 3. ℣. 11. & 2. 3. ℣. 42. Caſ. 2. 3. ℣. 5. Epid. 2. 2. ℣. 25. 96. Moſt. 1. 3. ℣. 20. 108. 133. & 5. 2. ℣. 21. Merc. 2. 3. ℣. 33. Mil. 2. 2. ℣. 93. & 4. 8. ℣ 24. 38. & 2. 5. ℣. 58. & 3. 2. ℣. 57. Merc. 1. 2. ℣ 15. Pœn. 3. 3. ℣. 52. Pſeud. 2. 2. ℣. 4. & 4. 1. ℣. 11. & 4. 3. ℣. 3. & 4. 8. ℣. 6. Rud. 2. 6. ℣. 27. & 3. 2. ℣. 48. & 3. 3. ℣. 19. & 4. 2. ℣. 15. & 4. 5. ℣. 114. Stichus 2. 2. ℣. 38. & 5. 4. ℣. 21. 31. Truc. 2. 1. ℣. 36. & 2. 2. ℣. 10. Cicero pro lege Manil. cap. 3. *ac nimis inueterauit.* Sic ibi Mſſ. Turing. Hitt. Werd. teſte IanoGulielmio. Vulg. *atq; iuuet.* Agell. 13. 3. ubi Aſellius Hiſtoricus lib. 4. ita ait: Nam ſe patrem ſuum adiſſe dicere L. Aemylium Paullum nimis bonum Impe[ra]torem ſignis collatis decertare.

Non nimis: *Non nimium*: pro non admodùm. Cicero lib. 9. ad

Pætum : *Teſtes verbũ honeſtiſſimum in judicio* : *alio loco non nimis*. Et lib. 1. de Orat c. *Quoniam quæ à naturâ expetenda ſunt, ea dicis, non minus deeſſe nobis, ſed alios admodùm delectarunt*. Et ibid. *Sed hæc non nimis exquiro à Græcis. Non nimis honeſtus, non nimis prudens, non nimis in Republ. verſati*. Idem Cic. ſic lib. 12. Epiſt. ult. *Illud non nimium probo, quod ſcribis*. Et lib. 3. de leg. c. *Nã & mediocriter doctos, magnos in Republ. viros, & doctiſſimos homines non nimis in Republ. verſatos multos commemorare poſſumus*. Corn. Nepos in Alcibiade: *Lætitia non nimis fuit diuturna*. Liv. lib. 20. cap. *Ni fallor, in quibus & celſus Charis donatus, ut de recentioribus taceam, propter non nimis ſincerè petitam ante exſpectatam nuper pacem, ſuſpectam eſſe nobis Punicam fidem*.

Nimis factum bene. Formula in lætâ. Capt. 2. 1. ℣. 25. Stich. 2. 3. ℣. 49.

Nimis lepidè. Aul. 3. 5. ℣. 23.

Nimis malè. Aul. 2. 2. ℣. 31. Pſeud. 4. 1. ℣. 11. *Nimis malè metuebant*.

Nimis miſeriam. Mil. 1. 1. ℣. 68. Sic ibi Ms. Decurt. Vide litt. P. *Varum fidem*.

Nimis quàm: valde. Capteiv. 1. 2. ℣. 17. ſicut: *oppidò quam, admodũ quam*. Moſt. 2. 2. ℣. 78.

Nimium: valde. Truc. 5. 1. ℣. 4.

Nimium miris modis mirabilis. Trin. 4. 2. ℣. 86.

Nimium quam: nimis quam. Bacch. 1. 2. ℣. 13.

Nimium quantum. Valet v…
bus idem, quod pluri…
immenſum. Vide & ſup…
Mirumquantum. Et, N…
quid. Sed ſæpe deprav…
eſt. Græci dicunt: θαυμ…
τον πλεῖστον ὅσον, & Ariſt. …
lit. 3. ἀμύθητον. Dictione…
plurimi docti viri ad pr…
ſuum uſum revocarunt: …
quos Ludov. Carrio lib. …
tiq. lect. c. 12. 13. Henr. S…
lib. 1. Sched. cap. 29. ali…
Dicebant & *Plurimum* …
tum. Exempla quædam…
feremus. Cupiebã ego…
Plauto noſtro aſſerere …
dictionem Trucul. 2. 6. …
*Meu'ſt. Scio jam de argum…
nimium- quantum ſimi…*
At vero cùm deſtituere…
thoritate Chirographo…
retinendam duxi rece…
lectionem. *nimiumquid…
milis eſt*. Ter. Phorm. 4…
38. *Cedò, quid poſtulat …
Quid?* Nimiumquantum…
Dic. GE. Si quis daret. It…
locus à Carrione, Palm…
& Giſanio correctus, ex…
cto τῷ *libuit*. Cic. lib. 4. d…
c. 25. *Quid Zeno? portent…
eſſe dicit. nec ea ratione u…
do poſſe nimis, ſed differre …
honeſtum & turpe nimium…
tum neſcio quod immen…*
Ludov. Carrio dicto loco…
gam hanc dictionum n…
quid immenſum, inducen…
putat, contra omnes Mſſ …
Pall. noſtros. Agell. lib. 1. …
*Poſcebat aũt illa nimium…
u m*. Ita ibi l'alii. & H. S. …
que & Giſ. emendarunt il…

loc…

locuſ cùm antea eſſet, *nimiā quantitatem*. Florum lib. 4. c. 3. *Plurimum quantum fauoris dabat partibus fraternitas durum*. Græcè πλεῖστον ὅσον. Ita ibi Nobiliſſ. Salm. Cic. Orat. ad Brut. c. 26. *nimiumquantū valent*. Ita in antiquiſſ. Membranis fuiſſe teſtatur Georg. Fabric. ad Terent. Neque aliter repertū fuit in Mſſ. Mem. & Pall. Sic Spartianus dixit, *nimiamultum cura*. h. e. magna. Vide Salmaſ. Spart. pag. 54. D. Plinius lib. 4. cap. 20. de ſaltu Pyrenæo: *Immenſumquantum hinc Oceano, illinc Iberico mari comprimentibus*. Vide Andreæ Schotti Obſervat. Philoſoph. lib. 5. cap. 7.

Nimium nimiumq́;. Valde Latina, & propria iteratio eſt, inquit Ian. Gulielm. Quæſt. ad Rud. c. 5. Ovid. in Heroid. *Auſus eſt ô nimium nimiumq́; oblite tuorum*. Tibull. li. 3. Eleg. 6. *Iam venit iratus nimiumnimiumq́; ſeveris*. Apul. li. 3. pag. 204 *Sed Thraſyllus nimiumnimiumq́; clamare*. Talis geminatio in aliis quoq; occurrit. Seneca lib. 1. de Ben. c. 14. *Beneficiū demus quod uſu magis magiſq́; placeat*. Et Cic. ad Tiron. *Enitar ut apud Iudices magis magiſq́; hæc naſcēs de me duplicetur opinio*. Apul. lib. 3. & 5. dixit, *diu diuq́;*. Sic Græci μᾶλλον μᾶλλον. Alexis Attide apud Suidam:

πῶς ἐπινεφεῖ τὸ πρόσωπον ὁ ζᾶις
ἡσυχῆ
ἐκ τινα μᾶλλον μᾶλλον.

Ariſtophanes apud Suidam in dictione ἴσιες. ἵπα μᾶλλον μᾶλλον ἄξεις. Pacuv. Atalanta. *dolet, pigetq́; magis magiſque. me conatum hoc nequicquam itiner*. Ita *quot quotq́;* Manil. li. 4 *Tot ducit vires, dominos quot quotq́; recepit*. Vbi male quis correxit, *quotcunq́;*.

Nimium & parum. Cic. reddit Latinè hęc, *exuperationem* (ſic enim leg.) *& defectionem*. *Et exuperationibus aut defectionibus ea laborare, diſſolviq́; indicavimus*. Interdum Cic. *magnitudinem & longitudinem* ea reddit, ut in Protagorâ Græc. ὑπερβολὴν καὶ ἔλλειψιν Vitruv. lib. 1. c. 4. vocat. Cic. in Orat. ad Brut. c. *In omnibuſq́; rebus videndum eſt, quatenus. Etſi enim ſuus cuiq́; modus eſt, tamen magis offendit nimium, quàm parum* Et eod. li. *Quod cùm in pleriſq́;, tum in hoc genere nimium quod eſt, offendit vehementius, quàm id quod videtur parum*. Et lib. 1. Offic. c. *Numquam enim iratus accedet ad pœnam: mediocritatem illam tenebit, quæ eſt inter nimium & parum, quæ placet Peripateticis*. Et pro Plancio cap. *Quæ enim ita ſint iam ſuccumbam, Laterenſis, iſti tuæ orationi in eo ipſo, in quo nihil poteſt eſſe nimium: quoniam ita tu vis, nimium me gratum eſſe cōcedā*. Et Phil. 10. c. de M. Brut. *Etſi in illius viri cōſiliis & factis, nec nimiū nec parum fuit unq̄*.

Nimiopere. De eo infr. Mantiſſ. de Partic.

Niſi: eleganter uſurpatur in cõparationibus: pro *atq;*. Moſt. 3.3.℣.3.

Niſi. Habet interdum eam vim, quam habet vernacula noſtra Ger. Es ſey dan ſach/ daß &c. Mil.2.2.℣.29. *Niſi quid aliud vis.*

Niſi ſi. Elegans particula. Nam τὸ *ſi* alias omitti ſolet: & ferè iungitur indicativo, ut & Græc. Curc.1.1.℣ 51. Moſt.3.2.℣.83. Men.2.1.℣.23. Truc. 3.2.℣.2.& 4.3.℣.8. Ter. Eun. 4.7.℣.26. *Pamphilam ergò huc redde: niſi ſi mavis eripi.* Ita M.Varro lib. 2. de re ruſt. cap.3. *De formá videndum, ut ſint firma, magna, corpus leve ut habeant, crebro pilo, niſi ſi glabra ſunt.* Terent. Eun.4.3. ℣.20. *Niſi ſi domum forte ad nos rediit.* & 5.2.℣.61. *Non pol credo, Charea, niſi ſi commiſſum non erit.*

Niſi: pro eo, quod vulgo dicitur, *Excepto hoc, vel illo, &c.* Aſin. 4.1.℣.19. Capt.1.1.℣.20. & 2. 3.℣.34.& 4.4.℣.8. Bacch.3.2. ℣.3.& 2.3.℣.90.& 3.6.℣.35.

Niſi: eleganti uſu: pro, *niſi forte.* Aul.3.2.℣.16.

Niſi item. Amph.1.1.℣.123.

Niſi quid. Elegans forma excipiendi. Aul.2.2.℣.22. Aſin.1. 1.℣.95. Moſtell. 3. 1. ℣. 8.80. Pſeud.4 7. ℣. 46. Pœnol.5.4. ℣.36.

Niſi qui. Truc.4.2.℣.9.

Niſi quis, quæ. Truc.4.4.℣.1.

Niſi quidem, certò edepol. Elegantes particulæ. Mil.2.3.℣.1.

Niſi quidem. Aul.1.1.℣.27.

Niſi quod. tantum quod. Tr
3.℣.25.

Niſi: interdum diſſimilia,
verſi generis excipit & e
dit. Men. Prolog.℣.59.
berorum niſi divitiæ nihil

Niſi quia tamen. Truc.4.3.

Niſi quia: excepto eo, quod
ſtell.2.1.℣.12.

Niſi pro, *ſed*. Aul.2.7.℣.3. S
2.1.℣.112. Pſeudol.4.6.
Terent. Eun.3.4.℣.10
delph.1.2.℣.73. Hecyr
℣.118.

Quid egerint inter ſe, n
etiam ſcio:
Niſi ſane cura, eſt quo
eventurum hoc ſiet.

Cic.lib.13. Epiſt. *De re*
poſſum iudicare; niſi illud
certò perſuadeo: te talem v
nihil temerè feciſſe. Ide
Attic. lib.5. Epiſt.10. & l
ep.6.& 23. Sic Cato de R
cap.77.80.82.

Niſi præter, præterquam.
4.1.℣.48. & Epid.1.1.℣
Niſi ſi.

Niſi modo: eleganter. Milit
℣.30.

Niſi me animus fallit. Men.
℣.23.

Niſi quid. Pſeud.4.7.℣.47.

Niſi quidem: pro eo, quod
mus, *Excepto eo.* Ciſtell.2
89. Trin.4.3 ℣.56.

Niſi non. Rud.2.4.℣.20.
multis blanditiis; à me g
non ferri poteſt.

Niſi tamen. Truc.2.7.℣.13

Niſi pro, *tantum*. Epid 2.1.
Niſi ea, quæ vis, volo. S
ſurpatur etiam. Caſ.5.2.℣

Ciſt.1.1.℣.5. Rud. 3.'4.℣. 45. & 4.5.℣.86.

Niſi: pro, *non niſi*. Cicero de leg. lib.1. cap. *Hic niſi quod honeſtum eſſet putavit bonum*: hoc eſt, non niſi, ſolum. Columel. *Quò magis etiam propter hos caſus niſi validiſſima, quæ non comprehendatur hyeme, novâque progenie repleatur numerus niſi validis.* hoc eſt, non niſi validiſſima.

Niſi: pro, *ſed*. vel, *niſi me fallit*. Vide ſupr. *Fallit*. Melius pro, *niſi*, quod Græci ſæpè πλὴν, pro, πλὴν ὅτι. Sall. in Iugurt. *Id miſericordia ne hoſpitis, an pactione, an caſu ita evenerit, parum comperimus, niſi quod illi in tanto malo turpis vita, integra fama, potior fuit. improbus inſtabilisque videtur.* Teren. Adelph. 4 2.℣.1. *Quid hoc malum infelicitatis? nequeo ſatis decernere, niſi me credo huic eſſe natum rei ferundis miſeriis.* Donatus: *non*. Cicero lib.1. Epiſt.13. *Niſi tamen multò minus tibi cõcedi poteſt.* Terent. Andr.4.1.℣.40. *Neſcio niſi Deos fuiſſe iratos mihi ſatis ſcio, qui illum auſcultaverim.* Cicero Philippo procoſ. lib. 13. Epiſt. *De re nihil poſſem judicare, niſi illud nihil perſuadeo, te talem virum nihi! temere feciſſe.* Idem pro Sextio Roſcio cap. *Quid erat, quod Capitoni primùm nũciarit, neſcio: niſi hoc video, Capitonem in his bonis eſſe ſocium.*

Niſi alicubi: pro eo, quod, locum aut hominem habere. Vt quis conſiſtit, quò perfugiat, quò mittatur, Cicero in Verr. Accuſat.2. cap. *Vtrum tibi Siculos publicè priuatimque amicos an inimicos exiſtimas? Si inimicos, quid te futurum eſt? quò confugies? ubi mittère?*

Niſus. A quo, *Adniſus*, *Conniſus*, *Eniſus*, ſæpè dicunt Veteres, & non ſemper, ut hodie plerique, *Nixus*. Livio iſta valdè ſunt familiaria in vett. libb. Nam vulgò ferè, *Nixus*, *Connixus*, habent. Vt lib.2. cap. *Cùm per patres minus quàm pro Coriolano adniſi eſſent.* Ib. *Patres quoque non temere pro ullo æquò adniſi ſunt.* Vlpianus l.9. *Si ego* in fin. D. de iure dol. *Si non amouere eas conniſus eſt.* Liv. lib.6. cap. *Certantem ſecum ipſum adniſurum.* Et pro Cluent. cap. *Sicuti veſtrâ æquitate niſi coſindimus.* Ita lego ex v.l. Et lib. 2. de Orat. cap. *Ita ratio omnis dicendi juribus ad perſuadendum rebus eſt niſa.* Livius lib. 34. cap *Diu in anguſtiis pugnatum eſt, nec dextris magis gladiiſq; gerebatur res, quàm ſcutis, corporibuſq; ipſis obniſi urgebant.* Ita vett. libb. teſte Sigonio.

Nitere nitide. Truc.2.4.℣.3.

Nitere; de ovibus. Bacch.5.2.℣.6. quando lanam nitidam habent. (℣.8.

Nitidæ ædes: mundæ. Stich.1.2.

Nitide ac lepide accipere. Ciſt.1.1.℣.12.

Nitide ſita ſunt ſuo loco. Pœn.5.4.℣.5. (℣.8.

Nitidiuſcule curare. Pſeud.3.1.

Niſi: eleganter uſurpatur in cõparationibus: pro *atq;*. Moſt. 3.3.℣.3.

Niſi. Habet interdum eam vim, quam habet vernacula noſtra Ger. Es ſey dan ſach/ daß &c. Mil.2.2.℣.29. *Niſi quid aliud vis.*

Niſi ſi. Elegans particula. Nam τὸ *ſi* alias omitti ſolet: & ferè iungitur indicativo, ut & Græc. Curc.1.1.℣ 51. Moſt.3.2.℣.83. Men.2.1.℣.23. Truc. 3.2.℣.2.& 4.3.℣.8. Ter. Eun. 4.7.℣.26. *Pamphilam ergò huc redde: niſi ſi mavis eripi.* Ita M. Varro lib. 2. de re ruſt. cap.3. *De formá videndum, ut ſint firmæ, magnæ, corpus leve ut habeant, crebro pilo, niſi ſi glabræ ſunt.* Terent. Eun.4.3.℣.20. *Niſi ſi domum forte ad nos rediit.* & 5.2.℣.61. *Non pol credo, Chærea, niſi ſi commiſſum non erit.*

Niſi: pro eo, quod vulgo dicitur, *Excepto hoc, vel illo, &c.* Aſin. 4.1.℣.19. Capt.1.1.℣.20. & 2.3.℣.34.& 4.4.℣.8. Bacch.3.2.℣.3.& 2.3.℣.90. & 3.6.℣.35.

Niſi: eleganti uſu: pro, *niſi forte.* Aul.3.2.℣.16.

Niſi item. Amph.1.1.℣.123.

Niſi quid. Elegans forma excipiendi. Aul.2.2.℣.22. Aſin.1.1.℣.95. Moſtell. 3. 1. ℣. 8.80. Pſeud.4 7.℣.46. Pœnol.5.4.℣.36.

Niſi qui. Truc.4.2.℣.9.

Niſi quis, quæ. Truc.4.4.℣.1.

Niſi quidem, certò edepol. Elegantes particulæ. Mil.2.3.℣.1.

Niſi quidem. Aul.1.1.℣.27.

Niſi quod: tantum quod. Trin. 3.℣.25.

Niſi: interdum diſſimilia, & d verſi generis excipit & exclu dit. Men. Prolog.℣.59. *Et l berorum niſi divitiæ nihil era*

Niſi quia tamen. Truc.4.3.℣.1

Niſi quia: excepto eo, quod. C ſtell.2.1.℣.12.

Niſi pro, *ſed*. Aul.2.7.℣.3. Stic 2.1.℣.112. Pſeudol.4.6.℣.4 Terent. Eun.3.4.℣.10. A delph. 1.2.℣.73. Hecyr.1. ℣.118.

Quid egerint inter ſe, nond etiam ſcio:
Niſi ſane curæ, eſt quorſu eventurum hoc ſiet.

Cic. lib.13. Epiſt. *De re nihi poſſum iudicare; niſi illud mih certò perſuadeo; te talem viru nihil temerè feciſſe.* Idem a Attic. lib.5. Epiſt.10. & lib.1 ep.6.& 23. Sic Cato de Re R cap.77.80.81.

Niſi præter, præterquam. Aſi 4.1.℣.48. & Epid.1.1.℣.2 *Niſi ſi.*

Niſi modo: eleganter. Milit.4.4 ℣.30.

Niſi me animus fallit. Men. 5.9 ℣.23.

Niſi quid. Pſeud.4.7.℣.47.

Niſi quidem: pro eo, quod dici mus, *Excepto eo*. Ciſtell.2.1.℣ 89. Trin.4.3 ℣.56.

Niſi non. Rud. 2.4.℣.20. *Ni multis blanditiis; à me gutt non ferri poteſt.*

Niſi tamen. Truc.2.7.℣.13.

Niſi pro, *tantum*. Epid.2.2.℣.8 *Niſi ea, quæ vis, volo.* Sic u ſurpatur etiam. Caſ.5.2.℣.3

Ciſt

Ciſt. 1. 1 ℣. 5. Rud. 3. 4. ℣. 45. & 4. 3. ℣. 86.

Niſi pro *non niſi*. Cicero de leg. lib. 1. cap. *Hic niſi quod honeſtum eſſet putavit bonum*: hoc eſt, non niſi, ſolum. Columel. *Quò magis etiam propter hos caſus niſi validiſſima, quæ non comprehendatur hyeme. novâque progenie repleatur numerus niſi validis.* hoc eſt, non niſi, validiſſima.

Niſi: pro, *ſed.* vel, *niſi me fallit.* Vide ſupr. *Fallit.* Melius pro, *niſi*, quod Græci ſæpè πλὴν, pro πλὴν ὅτι Sall. in Iugurt. *Id miſericordia ne hoſpitis: an pactione, an caſu ita evenerit, parum comperimus, niſi quod illi in tanto malo turpis vita, integra fama, potior fuit, improbus inſtabiliſque videtur.* Teren. Adelph. 4. 2. ℣. 5. *Quid hoc malum infelicitatis? nequeo ſatis decernere, niſi me credo huic eſſe natum rei ferundis miſeriis.* Donatus: *non.* Cicero lib. 1. Epiſt. 13. *Niſi tamen multò minus tibi cōcedi poteſt.* Terent. Andr. 4. 1. ℣. 40. *Neſcio niſi Deos fuiſſe iratos mihi ſatis ſcio, qui illum auſcultaverim.* Cicero Philippo procoſ. lib. 13. Epiſt. *De re nihil poſſem judicare, niſi illud nihil perſuadeo te talem virum nihil temere feciſſe.* Idem pro Sextio Roſcio cap. *Quid erat, quod Capitoni primùm nūciaris, neſcio: niſi hoc video, Capitonem in his bonis eſſe ſocium.*

Niſi alicubi: pro eo, quod, locum aut hominem habere. Vt quis conſiſtit, quò perfugiat, quò mittatur. Cicero in Verr. Accuſat. 2. cap. *Vtrum tibi Siculos publicè privatimque amicos an inimicos exiſtimas? Si inimicos quid te futurum eſt? quò confugies? ubi mittère?*

Niſus. A quo, *Adniſus, Conniſus, Eniſus*, ſæpè dicunt Veteres, & non ſemper, ut hodie plerique, *Nixus*. Livio iſta valdè ſunt familiaria in vett. libb. Nam vulgò ferè, *Nixus, Connixus*, habent. Vt lib. 2. cap. *Cùm per patres minus quàm pro Coriolano adniſi eſſent.* Ib. *Patres quoque non temere pro ullo æquè adniſi ſunt.* Vlpianus l. 9. *Si ego* in fin. D. de iure dol. *Si non amouere eas conniſus eſt.* Liv. lib. 6. cap. *Certantem ſecum ipſum adniſurum.* Et pro Cluent. cap. *Sicuti veſtrâ æquitate niſi conſidimus.* Ita lego ex v. l. Et lib. 2. de Orat. cap. *Ita ratio omnis dicendi juribus ad perſuadendum rebus eſt niſa.* Livius lib. 34. cap *Diu in anguſtiis pugnatum eſt, nec dextris magis gladiiſq; gerebatur res, quàm ſcutis, corporibuſq; ipſis obniſi urgebant.* Ita vett. libb. teſte Sigonio.

Nitere nitide. Truc. 2. 4. ℣. 3.

Nitere; de ovibus. Bacch. 5. 2. ℣. 6. quando lanam nitidam habent. (℣. 8.

Nitida ædes: mundæ. Stich. 1. 2.

Nitide ac lepide accipere. Ciſt. 1. 1. ℣. 12.

Nitide ſita ſunt ſuo loco. Pœn. 5. 4. ℣. 5. (℣. 8.

Nitidiuſcule curare. Pſeud. 3. 1.

Digitized by Google

Nitidiuſculum capus: vnctum ſcil. oleo. Pſeud. 1. 2. ℣. 84.

Nitidum; de amantibus, perpetuo mundis ac nitidis. Caſ. 2. 3. ℣. 1. 9. Iuvenal.—*hilares nitidiq; vocantur.*

Nitor ædium; de munditia. Pſeu. 1. 2. ℣. 28.

Nitor opponitur rei. Aul. 5. 6. ℣. 5. *Pro re nitorem, gloriam pro copiâ.*

Nive, nive. Rud. 3. 4 ℣. 9. *Niue eas oportet eſſe liberas, nive te in carcerem compingier.*

Nixus genibus. Rud. 3. 3. ℣. 33.

Nobilis apprimè. Ciſt. 1. 2. ℣. 10.

Nobilis ſcelere. Rud. 3. 2. ℣. 5.

Nobiles homines. Trin. 4. 1 ℣. 9.

Nobis παρέλκει. Epid. 1. 1. ℣. 23. *Iam tu autem nobis præturam geris?*

Nobis præſente; abſente, Amph. 2. 2. ℣. 196.

Nobiſcum; pro, *nos*. Pœn. 3. 2. ℣. 24. Vide, *Pleonaſmus*, in Mantiſſa.

Nobilis; notus. Pſeud. 4. 7. ℣. 10.

Nocere. propriè hominibus, & non rebus dicimur. Quare Cicero de rebus eo verbo utens adiecit articulum *quaſi*, ut ſolet, leniendi causâ. Cicero Paradox. ult. *Quod ei generi poſſeſſionum minimè quaſi nocere poteſt.*

Nocere aliquem. Mil. 5. 1. ℣. 18. Vbi vide Animadv. noſtras.

Nocere de aliqua re. Mil. 5. 1. ℣. 18.

Nocere nocti; dicitur is, qui ſe non recipit domum ante noctem. Curc. 2 3. ℣. 73. Contrarium *ſedere* aut *decedere nocti*. Virg. —*nec ſera meminit decedere nocti.*

Idem:

—*& ſere ſolam decede[…] nocti.*

Noceri paſſivè. Mil. 5. 1. ℣. 21.

Nociturus. Mil. 5. 1. ℣. 21. *Iuro, […] nociturum nemini.*

Noctem offundere: pro eo, qu[…] eſt, tenebras adferre, pertu[…] bare; Cicero lib. 1. de Nat[…] Deor. c. *Stultis enim ſeuſi m[…] rabile videri eam nobis potiſ[…] mum probatam eſſe Philoſop[…] am, quæ lucem eriperet, & q[…] ſi noctem rebus offunderet.*

Primâ nocte: pro crepuſculo: […] primo die, pro diluculo. C[…] lib. 1. *Primâ nocte ex caſtris […] vetiorum egreſſi ad Rhen[…] fineſq; Germanorum conten[…] runt.* Et lib. 3. de bell. civ. c[…] *Poſtero die Cæſar ſimiliter p[…] miſſis primâ nocte impedim[…] tis.* Corn. Nepos in Euxer[…] *Hiſq; præcipit, ut primâ no[…] quàm latiſſimè poſſint, ig[…] faciant.*

Noctes: de concubitu. Pœn. 1. […] ℣. 62. Truc. 1. 1. ℣. 21. 28.

Noctes cœnatæ. Truc. 2. 2. ℣. 2[…]

Noctes dieſq;. Pœn. 1. 2. ℣. 18. A[…] phit. 1. 1. ℣. 14.

Noctes puræ) (*ſpurcæ*. Aſin. 4[…] ℣. 61.

Noctu hac. Trin. 4. 2. ℣. 27.

Noctu-vigila Venus. Vide *Ven[…]*

Noctu; pro, *nocte*. Amphit. 1. 1[…] 115. 248. 256. & 2. 2. ℣. 99. M[…] 2. 4 ℣. 28. Vide Macrob. S[…] lib. 1. cap. 4.

Noctua ſonus *Tou Tou*. Men. […] 2. ℣. 90.

Nocturna ora. Pœn. 1. 2. ℣. 10[…]

Nocturninus; *Deus noctis*. Am[…] 1. 1. ℣. 16.

Nodum in ſcirpo quærere. Men. 2. 1. ℣. 22. Vide *Proverbia* in Mantiſſa.

Nodus peditum. Vt, *Turma Equitum*, multitudo eorum denſa. Servius ad illud Virgil. lib. 10. Aen. ℣ 284. *pugnæ nodusq́; moramq́;* Benè addidit *moram*, ne nodum aliū acciperemus. Nam *Nodus* propriè eſt denſe peditum multitudo: ſicut *Turma* Equitum, ut lectum eſt in diſciplinâ militari. *Nodum* ergò pro difficultate accipe, quæ vix poſſit reſolvi. Cic. ad Brut. c. *Maximus autẽ niſi me forte fallit, in Republ. nodus eſt rei pecuniariæ.* Ea Servij verba Iſidorus Etym. lib. 9. c. 3. retulit. Miror *Nodi* nomẽ in Vegetio non reperiri: de quo ſupr. *Cuneus* ferè idem eſt, vel potiùs *Globus*.

Nodus: pro vinculo, & interdum tralatè de connexione verborum, ſæpe depravatum, & mutatũ in, *Modus* Cic. Partit. Orat. c. *Vt circũſcripta* (verba) *numeroſè, nõ ad ſimilitudinem verſuum, ſed ad explẽdum aurium ſenſum, apto quaſi quodã verborũ nodo.* Quod & Lamb. poſtea ſibi ſumſit in Notis ad illum locum Cicer. Nam antea, *modo*. Lactant. lib. 3. Inſt. *Ita homo aſtutus* (Epicurus) *ex variis diverſiſq; nodis circulũ cogit.* Vulg. *modis*. malè. Sic in §. ſed hodie. Inſtit. de adopt. leg. iam pridem locus: *Manet ſtabile ius patris adoptivi, & naturali vinculo copulatum.* Lucret. *Aequinoctium* vocat *Nodum anni*. lib. 5. ℣. 686.

Donicum ad id ſignum cæli pervenit, ubi anni nodus Nocturnas exæquat lucibus umbras.

Idem, *Nodos Veneris* vocat lib. 2. ℣ 948.

Noli quærere. Elegans phraſis, quæ idẽ ferè valet, quod iſta, *Nihil crede*: vel, *Vt uno verbo dicam.* Sic & dicunt, *ſi quæris*, &, *Quid quæris?* Cic. Sulpitio lib. 4. Epiſt. 4. *Noli quærere. Ita mihi pulcher hic dies viſus eſt, ut ſpeciem aliquã viderere videre quaſi reviviſcere Reip.*

Nomen eſt Chryſalo. Bacch. 4. 4. ℣. 53.

Nomen ei eſt Phroneſium. Truc. Prol. ℣. 12.

Nomen eſt τῷ: cum dandi caſu. Trin. Prol. ℣. 18. 20. & 2. 2. ℣. 110. Rud. Prol. ℣. 5. *Nomen eſt Arcturo.*

Nomen expungere: eſt, perſoluta debito pecunia è tabulis delere alterius nomen. Ciſt 1. 3. ℣. 41. Hermogenianus l. 13. de diverſ. *Reip. rationes ſubſcriptæ & expunctæ.* Tertull. *Quæ apud alios honoris titulum apud alios mercedis debitum expungunt.*

Nomen dare; adſcribi. Inde *Adſcripti* apud Feſtum. Pſeud. 4. 6. ℣. 38. *Nomen dare ad molas coloniam.*

Nomen facere alicui τῷ. Trin. 4. ℣. 1. *Nomen faciam Trinummo.* Bacch. 4. 9. ℣. 21. *Nomen facio Ilio.* Men. 1. 1. ℣. 1. *Iuventus nomen fecit Peniculo mihi.*

Nomen ferre. Pſeud. 4. 7. ℣. 7.

Nomen indere. τῷ. Stichus. 2. 1. ℣. 20. & 2. 3. ℣. 8.

Digitized by Google

Nomen nominare. Aſin.4.1.℣.35.

Nomen quid. Men.3.2.℣.33. & 5.9.℣.71.& 5.2.℣.60.

Nomen inane, rei, virtuti, vi & poteſtati contrarium. Antiquiores omiſſo *inane* dicunt *Nomen.* Horatius lib.1. Epiſt.17.℣.41. *Aut virtus nomen inane eſt, aut decus, & pretium rectè petit experiens vir.* Lucanus lib.9.℣.

Addidit & faſces domus & nomen inane
Imperij captans.

Seneca lib.1. de Ira cap.9. *Agmen nobile non inania nomina præferentium, ſed eorum, qui imaginibus ſuis decori ſunt.* Tacitus lib.6. Ann.c.43. *Neq; penes Arſacidem imperium, ſed inane nomen apud imbellem externâ mollitiâ: vim in Abdageſis domo.* Et lib 4. Hiſt.c.14. *Attollerent tantùm oculos, & inania legionum nomina, ne paveſcerent.* Vtuntur eo & Imperatores: ut l,64. nemine. C. De decur. *Honoris inane nomen.* Et l.40. C. de Decur. Curial. *Pleriq; ad inane vocabulum militiæ occurrerunt.* Plinius Panegyr. *In Principũ nomen tantum amicitiæ inane irriſumque manebat.* Idem Epiſt. ult. lib. 8. Hæc aliaque collegit diligenter Fr. Iuretus ad Symmachum lib.2. Epiſt. 52.

Nomen: pro cauſa ferè fictâ. *Speciem* & *Colorem* recentiores vocant.

Nomenclator: Sic dicebatur is, qui apud divites hero ſuo nomina ſingulorum ſuggerebat. Et ſæpe nomenclatores ludo & joco erant: cùm memoriâ fallente nomina aliqua dictarent, prompta ſemper audaciâ. Seneca Epiſt.27 *Nemo vetulus Nomenclator qui nomina non reddit, ſed imponit, tam perperam Tribus quam ille Troianos & Achivos perſalutabat.* Horum Seneca ſæpe meminit. libr. 6 Ben.cap.33. de Tranq.cap.12. Et in ſap. non cad. inj. cap.14 Vide etiam Beroald. ad Suet. Aug.cap.19. & Sigon.lib.2. de Iudic.cap.30.

Nomina certa, incerta. Certa dicuntur, quæ cauſam habent certam expreſſam: vt in victum, & æs alienum ſolvendum &c. ſumptum mutuum. *Incerta,* quæ nullam habent cauſam adſcriptam. Vide Lexicon Iuris. Cicero pro Quintio cap.11. *Moritur C. Quintius qui tibi, ut ais, certis nominibus grandem pecuniam debuit.* Et Accuſ. Verr. lib.3.cap. 78. *Ex omni pecuniâ, quam oratoribus ſolvere debuiſti, certis nominibus deductiones ſolebant.* Vbi Lambinus in Notis ſcribit, neſcire ſe, quæ ſint *nomina certa,* & *incerta:* & an *recta* ſcribendum, dubitat. Vt & in illud Horatij lib.2. Epiſt. 1.℣.105. *Nominibus certis expendere nummos.* Ita enim ibi in vett. libb. Vbi fortè rectius leg. *rectis.* Et ſic Cicer. in Verr. *Certis nominibus,* hoc eſt, ex

cauſis quibuſdam. *Nomen e-nim propriè eſt cauſa.*

Nominare. Capt. 4. 2. ℣. 72. Epid. 4. 2. ℣. 17.

Nominatim. Rud. 4. 4. ℣. 90.

Nomen: pro debito, & cauſa. Aſin. 2. 4. ℣. 48.

Nomina longa contortiplicata. Perſ. 4. 6. ℣. 26.

Nomen: accuſatio. *Apud omnes magiſtratus faxo erit nomen tuum.* Truc. 4. 2. ℣. 47.

Nomen & omen. Perſ. 4. 4. ℣. 74.

Nomine ſuo appellare. Pſeud. 1. 2. ℣. 52.

Non: pro, nonne. Amphit. 1. 1. ℣. 244. 251. & 2. 2. ℣. 71. Aſin. 1. 3. ℣. 63. Epid. 4. 2. ℣. 16. Men. 3. 1. ℣. 56. 83. & 3. 1. ℣. 8. & 3. 2. ℣. 50. & 5. 2. ℣. 72. & 5. 5. ℣. 13. Merc. 1. 4. ℣. 18. & 5. 2. ℣. 89.

Non delectationis ergò iteratur. Propert. lib. 1. Eleg. 8. *Hanc ego non auro, non Indis flectere conchis.* Ibid. Eleg. 6. *Non ego ſum laudi, non natus idoneus armis.* Et Eleg. 5. *Non tibi iam ſomnos, non illa relinquet ocellos.*

Non dicam dolo: elegans forma. Men. 2. 1. ℣. 3.

Non ego ſum; niſi. Pœnol. 1. 2. ℣. 168.

Non enim, &, *Nunc enim,* elegãter ordiuntur ſermonem. Aul. 1. 1. ℣. 29.

Non forte: pro, *non ſic de nihilo & temere eſt.* Græcè, οὐκ ἀλόγως. Curc. 4. 1. ℣. 17. *Qui alteri de nihilo audacter dicunt contumeliam.* Moſt. 3. 2. ℣. 5. Propert. *Non ſic de nihilo fulminis ira cadit.* Idem: *Non ſum de nihilo blandus amator ego.* Vide etiam *Temere, Temerarium.*

Non-honeſtus. Non dignus: non-idoneus. non perceptus. non frequens, non artificioſus, non debitus, non naturalis, non ſcriptus, ſæpè dicit Cicero, aliiq;, ubi vulgò ferè, *inhoneſtus, indignus,* &c. Et ſæpe ſunt depravata in libris editis. Cicero lib. 3. Offic. cap. *Sic multa, quæ videntur naturâ honeſta, temporibus fiunt non-honeſta.* Et in Lælio cap. *Vna cautio eſt, atq; una proviſio, ut ne nimis citò diligere incipiant, neve non dignos.* Et in Lucullo cap. *Hæc ſcilicet inexplicabilia eſſe dicitis, quod eſt odioſius, quàm illa, quæ non incomprehenſa, & non percepta (ἀκατάληπτα) dicimus.* Vlpianus l. 33. D. de legib. *Diuturna conſuetudo pro jure & lege in his, quæ ex ſcriptis deſcendunt, obſervari ſolet.* Sic ibi leg. vulg. *quæ non ex ſcripto deſc.* Virgilius lib. 2. Aen. ℣. 144.

— Miſerere laborum
Tantorum, miſerere animi nõ-digna ferentis.

Aſinius Ciceroni li. 10. Epiſt. 33. *Brutum enim XVII. cohortes, & duas non frequentes tironum legiones, quas conſcripſerat Antonius, habere audio.* Et lib. 2. Epiſt. 16. Cælio, de Dolabellâ: *Velim quæras, quos ille dies ſuſtinuerit, in urbe dũ fuit, quàm acerbos ſibi, quàm mihi ipſi ſocero non honeſtos.* Idem in Topicis cap. *Sic tibi*

nos ad id, quod quaſi mancipio dare debuimus, ornamẽta quædam voluimus non debita accedere. Et eod. lib. c. 18. *Animata inanimis: naturalia non naturalibus, artificioſa non artificioſis, neceſſaria non neceſſaria.*

Non modò: pro, *Nedum.* Cic. lib. Attic. Epiſt. 19. *Cui facile perſuaſi, mihi id, quod, rogaret ne licere quidem, non modò non lubere.* Et lib. 8. Epiſt. 12. *Omnia ſunt integra nobis, nihil prætermiſſum eſt, quod non habeat ſapientem excuſationem non modò probabilem.* Et Verr. 5. cap. 43. *Fuit in illis Navarchis Heracliensis quidam Furius, homo quamdiu vixit domi ſuæ non ſolum poſt mortẽ totâ Siciliâ clarus & nobilis.*

Non modò, ſed ne, ſed etiam &c. Non ſolum, ſed ne, ſed etiam, Vtuntur ẽt ita Veteres, quod ferè depravatum. (quod rectè Paulus Manut. admonuit Cõment. ad lib. 1. Epiſt. 9. p. 143. & Muret. lib. 10. Var. lect. c. 7. qui multas quoq; authoritates ibi congerit) Sic & apud Græcos οὐχ ὅτι, οὐχ ὅπως, indum valent, *non ſolum,* interdum *non ſolum non,* ut obſervavit Budæus in Comment. ling. Græcæ. Cicer. ad Pætum lib. 9. Epiſt. 1. *Hæc tamen ſcito, non modò me, qui conſiliis non interſum, ſed ne ipſum quidem Principem ſcire, quid futurum ſit.* Ita opt. vett libb. Mſſ. Mediceus. & Pall. Et ad Lentul. lib. 1. Epiſt. penult. *Ego &c. non modò præmiis, quæ apud me minimum valent, ſed ne periculis quidem compulſus ullis.* Et lib. 10. Attic. Epiſt. *Regnum non modò Romano homini, ſed ne Perſæ quidem cuiquam tolerabile.* Et eod. lib. Epiſt. 2. *Mihi non modò iraſci graviſſimâ iniuriâ acceptâ, ſed ne dolere quidem impune licet.* Et pro Cęlio c. *Huic oberit tuum maledictum, qui iſtius facti non modò ſuſpicione, ſed ne infamiâ quidem eſt aſperſus.* Sic v. c. Et lib. 1. de Orat. cap. *Neq; ſolùm in ſcientiam meam, ſed ne rerum magnitudinem perſpicit.* Et lib. 3. Offic. cap. *Qualis habendus eſt is, qui non modò repellit ſed etiam adjuvat iniuriam* Et 2. Catil. c. 10. *Sed ita, ut non modò civitas, ſed ne vicini quidem proximi ſentiant.* Plinius lib. 2. 5. *Poſtremò ita aſſuetudine mali efferaverant animos, ut non modò lachrymis, juſtoq; complaratu proſequerentur mortuos, ſed ne efferrent quidem, aut ſepelirent.* Varro lib. 1. de r. r. *Nam non modò illud ſublatum eſt, quod Ludis Circenſibus* &c. *Sed ne illud quidem vidimus* &c. Cicero lib. 1. de Nat. Deor. cap. *Quid eſt enim cur Deos ab hominibus colendos dicas, cùm alij non modò homines ſed omninò nihil curent, nihil agant?* Agell. 2. 28. *Non modò his communibus hominũ ſenſibus opinionib' usq; corruptum eſt, ſed ne inter Phyſicas quidem Philoſophias ſatis conſtat.* Sic is locus ex Mſſ. libb.

lib. à viris doctis emendatus fuit.

Non temere. Idem ferè quod, *Non facile.* Cicero lib. 4. de fin. cap. *Tum ego non mehercule ſoleo temere contra Stoicos* &c. Lucret. lib. 3. ℣. 253.

> *Non temere huc dolor uſque poteſt penetrare.*

Et lib. 5. ℣. 1177.

> *Non temere ullâ ei convinci poſſe putabant.*

Livius lib. 30. cap. 30. *Non temere incerta caſuum reputat, quem fortuna numquam decepit.* Suetonius ſæpe eo utitur. Vt in Auguſt. cap. *Non temere urbe egreſſus.* Et, *Veſte non temere aliâ quàm domeſticâ uſus eſt.* Et, *Neque tamen temere interdum bibit.* Idem in Domitiano cap. *Pedibus non temere ambulavit.* Iuriſconſulti quoque ita ſæpe, ut Alfenus l. 28. D. de aur. & arg. *Et eius generis argentum haberes, quo ipſe non temere uteretur.* Vlpianus l. 27. de her. pet. *Quia non temere ancillæ eius rei cauſa comparantur, ut pariant.* Iulianus l. 84. de di. regim. *Ex quæ verò accidunt, non temere in agendis negotiis computantur.*

Non putabā. Græci, οὐκ ἂν ᾠόμην. Formulam hanc διαῤῥήδην explicarunt duo ſummi viri Petrus Victorius Var. lect. lib. 5. cap. 19. & Bernhardus Martinus lib. 2. Var. lect. cap. 12. Scilicet nullum ferè genus excuſationis eſt, quod magis in promptu ſit iis, qui ingenuè culpam agnoſcentes, imprudentiâ, & inconſulti animi errore lapſos ſe fatentur, quàm ut dicant, ſe, dum id, quo de arguuntur, agerent, *non putaſſe.* Quòmodo quidam in Enchiridio Menandri, re malè geſtâ, in Fortunam, & dubios eventus, peccatum ſuum deonerans, aiebat:

> οὐ πώθεν ἂν ᾠόμην, ἡ τύχη καὶ
> πάντα δὲ
> τὰ μηδὲ προσδοκώμενα, εἰς στάσιν
> φέρει.

Vtque adoleſcentulos, quos & ingenij levitas, & ætatis imbecillitas facile tuentur, eiuſmodi προκάλυμμα non omninò dedecet, nonnumquam prodeſt. Ita in eam vocem liberius, atque frequentius erumpunt. Ideoq; Pherecrates Comic. in ſuis fabulis quempiam ſenem ſic loquentem inducebat:

> ἐγὼ γὰρ ἄνδρες ἡνίκ' ἦν νεώτερος
> ἐδόκουν μὲν, ἐφρόνουν δὲ οὐδέν.

Contra verò maximè ignominioſū & turpe fore viro Illuſtri, quiq; authoritate & rerū experiētiâ cæteris præcellere debeat, ſi qd aliquando agat, cui indecens illud, & in honeſtum excuſationis velum prætendendum ſit, præclare docet Cicero lib. 1. Offic. cap. 23. *Fortis verò animi & cōſtantis eſt, nō perturbari in rebus aſperis, nec tumultuantē de gradu deijci, ut dicitur, ſed præſentis animi uti conſilio, nec à ratione diſcedere: quamquam hoc animi, illud etiam ingenij magni*

magni eſt, præcipere cogitatione futura, & aliquantò ante conſtituere, quid accidere poſſit in utramq; partem & quid agendum ſit, cùm quid evenerit: nec committere, ut aliquando dicendū ſit. NON PUTARAM. Sic Polybius de M. Macello lib. 10. pag. 603. D. Edit. Caſaub. τὸ μὲν γὰρ λέγειν, ὡς Οὐκ ἂν ᾠόμην. τίς γὰρ ἂν ἤλπισε τοῦ τογενέσθαι; μέγιστον εἶναι μοι δοκεῖ σημεῖον ἀπειρίας στρατηγικῆς καὶ βραδυτῆτος. Et Cicero pro Ligario cap. 10. *Certè numquam hoc modo: Ignoſcite, Iudices: erravit, lapſus eſt: non putavit.* Sic Iphicrates apud Plutarch. Apophtheg. pag. 187. interrogatus, cur vallo muniendo tā anixè intentus eſſet: quid metueret? reſpondit, χειρίστην στρατηγοῦ φωνὴν εἶναι, Οὐκ ἂν προσεδόκησα. Inde Pindarus imprudentem illam πρόφασιν in Pythiis Oda 5. p. 82. vocat. Ἐπιμαθέως ὀψινόου θυγατέρα. Sic quoque Livius lib. 27. cap. 29. erratum Marcelli Ducis graviter increpat, his verbis: *Mors Marcelli cùm alioqui miſerabilis fuit, tum, quòd nec pro ætate, neq; pro veteris prudentia Ducis tam improvidè ſe collegamque & propè totam Rempub. in præceps dederat.* Videndus etiā Donatus ad illud Ter. Andr. 1.1.ỳ.86. *Hæc ego putabam eſſe omnia humani ingenij.* Ubi Donatus: *Putare eſt eius, qui ſimplicitate pectoris aberravit.* Demoſthenes Philipp. 3. pag. 94. D. καὶ μὴν ἐκεῖνό γε αἰσχρὸν, ὕστερόν ποτ' εἰπεῖν. συμβάντος τινος: Τίς γὰρ ἂν ᾠήθη ταῦτα γενέσθαι. Et Plutarchus in li. de Tranq. pag. 474. E. αἱ γὰρ τοιαῦται παρασκευαὶ, καὶ διαθέσεις. ἐάν τι συμβῇ τῶν ἀβουλήτων μὲν. οὐκ ἀπροσδοκήτων δὲ μὴ δεχόμεναι. Οὐκ ἂν ᾤμην, καὶ, πολλὰ ἤλπιζον, καὶ τό, ταῦτα οὐ προσεδόκων. Vide etiam infra, *Putare*.

Non, ſed etiam: pro, *Non modò, ſed etiam*. Vide infr. Mantiſſ. de Partic.

Non poſſeſſor, Non corpus, Non dominus. Cicero lib. 1. Acad. cap. 11. *Nec verò aut quod efficeret aliquid, aut quod efficeretur poſſe eſſe non corpus.* Vlpianus l. 14. in fin. D. de Alim. Leg. *Quaſi ſervitute prædij non poſſeſſori vicinæ poſſeſſionis relicta.* Paulus l. 8. Culcinius. D. de vi & vi arm. *Culcinius dicebat, vi poſſideri, quæſitum, ne non Dominus, cùm tamen poſſideret vi dejectus eſt.* Sic in Inſtitut. Si quis à non Domino. Et ier. divif. *Si quis à non domino, quem dominum eſſe crediderit, bonâ fide fundum emerit.*

Non potuit melius: Ter. Adelph. 4.2.ỳ.25. Vbi Demea laudat filium Cteſiphontem: *Laudo Cteſipho, patriſſas, & fortiter: & non potuit melius.*

Non fuit quando. h. e. numquam fuit. Moſt. 3.2.ỳ.1.

Non faceres: pro, non facere deberes. Trin. 1.2.ỳ.96. *Non redderes: neq; emeres, neq; venderes* h. e. non deberes, &c.

Non licet æqua lege. Ciſt. 2.1.ỳ.55.

Non placet: Formula reiiciendi. Amph. 1.1. ℣. 135. 153. Aſin. 2. 2. ℣. 20. Pſeud. 2. 2. ℣. 58. & 3. 2. ℣. 99. Truc. 4. 3. ℣. 55. Sic contra approbandi formula eſt: *Nunc places*: Capt. 4. 2. ℣. 90. Stich. 1. 2. ℣. 89. Et abſolute: *Placet*. Amph. 1. 3. ℣. 16. *Conſilium placet*. Pſeud. 2. 2. ℣. 67. Vide infr. litt. P. *Placet*.

Non poſſum, quin. Trinum. 3. 2. ℣. 79.

Non poteſt, quin. elegans formula. pro, *non poteſt ſe continere, quin*. Bacch. 3. 6. ℣. 30.

Non quo: pro, *non quod*. Amph. 1. 2. ℣. 32. *Non edepol quò te eſſe impudicam crederem*. Ita ibi omnes Mſſ. Cicero lib. 3. de Orat. cap. 24. *Oratores ego cenſor edicto meo ſuſtuleram, non quò acui ingenia adoleſcentiũ nollem, ſed contra ingenia obtundi nolui, corroborari impudentiam*. Et Lucull. cap. 42. *Introducebat etiam Carneades, non quo probaret, ſed ut opponeret Stoicis*. Sic ibi legendum ex Mſſ. libb. docuit Giſanius. Terent. Adelph. 5. 3. ℣. 39. *Duo cùm faciunt idem, non eſt idem: non quò diſſimilis res ſit, ſed quò is, qui facit*. Symmachus lib. 9 Epiſt. 45. *Quod reſtat, Aurelium tibi denuò in manum tradimus: non quò inefficax fuerit prior commenmendatio, ſed ut meritam eius noſtramq; curam teſtetur iteratio*. Sic ibi MS. Giſanij.

Non ſat ideſt; ni etiam. Trin. 2. 1. ℣. 20.

Non ſecus, quam ſi. Amphit. 5. 1. ℣. 26.

Non tibi ſupplico. Vide litt. S.

Noſq; noſmet: noſmetipſos. Truc. 1. 1. ℣. 38.

Noſcere & Cognoſcere; apud Hebræos, Græcos, & Latinos, in re Venerea uſurpata. Moſt. 4. 2. ℣. 13. Perſ. 1. 3. ℣. 51. 52. Cæſ. lib. 6. belli Gallici de Germanis cap. 21. *Intra annum verò viceſimum fœminæ notitiam habuiſſe in turpiſſimis habent*. Ovid. *Turpiter illa virum cognovit adultera virgo*.

Noſcere: agnoſcere, videre. Merc. 4. 8. ℣. 25. Vide Notas Paſſerat ad Propert. pag. 167.

Noſcere: pro, cognoſcere. Capt. 2. 2. ℣. 40. Ciſtell. 4. 2. ℣. 49. Pſeud. 4. 2 ℣. 29. Stich. 1. 1. ℣. 4. & 1. 2. ℣. 67. Trin. 2. 4. ℣. 44. Truc. 2. 1. ℣. 18. Bacch. 4. 6. ℣. 19. Mil. 3. 1. ℣. 41. Amph. 2. 1. ℣. 80. Pœn. 4. 2. ℣. 71.

Noſcere: intelligere. Aſin. 1. 1. ℣. 19. Aulul. 3. 2. ℣. 27. & 4. 10. ℣. 51.

Noſce teipſum. Dictum Thaletis. Pſeud. 4. 2. ℣. 17.

Noſcito: noſco, recognoſco. Men. 5. 9. ℣. 5. Epid. 4. 1. ℣. 10. Ciſt. 4. 2. ℣. 14. Mil. 2. 6. ℣. 41. Trin. 4. 2 ℣. 21.

Noſcere æquo animo. Pœn. Prol. ℣. 126.

Noſſe: ambiguo, & petulanti ſenſu. Perſ. 1. 3 ℣. 52. Moſtell. 4. 2. ℣. 13.

Noſter: pro domeſtico. Mil. 2. 3. ℣. 79. & 2. 5. ℣. 21. 23.

Noſter eſto: adblandientis formula, vel laudantis ob rectè dictum

dictum vel factum. Bacch.3.3. ℣.39. Mil.3 3 ℣.25. Truc.5.1. ℣.61. Terent. Eun.1.2.℣.74. *Eu! noſter, laudo, vires.* Virg.2. Æneid.

Noſter eris. Vide plura in Not. Paſſeratij ad Propert. pag. 142.b.C.

Noſter cibus. Pœn.3.6.℣.15. *Noſtro ſervire nos cibo.* h.e. noſtro ſumtu. Terent. contrà, Eun.2.2.℣.34. *Viden' otium & cibus quid faciat alienus.*

Noſtra ætas: pro, *nos.* Bacch.2.3. ℣.121. Vide *Ætas.*

Noſtri: dixerunt vett. de iis, qui in eadem ſecum familia erãt: ſicut cæteros *Alienos.* Amph. 1.1.℣.241. Forte etiam Aſin. 2.3.℣.7. Stich.1.2.℣.26. Sic, *Mei.* Mil.3.1.℣.204.

Noſtrorum: noſtrûm. Pœn.4.2. ℣.59. *Qui ſunt noſtri.*

Nota. *De meliore notâ:* & *prima nota:* pro eo, quod, Optimum eximium eſt. Genus dicendi ſumtum videtur vel de cadis vini, qui notis ſolẽt diſtingui, & ex notis illis cognoſcebatur bonitas vini: vel à pecoribus, quæ itidem notis diſtingui ſolent: vel à notis ſacris, quibus utebantur Sacerdotes. Catullus ad Manlium: *Quare quod ſcribis Veronæ turpe Catullo eſſe, quod quiſquã de meliore notâ Frigida deſerto tepe fecit membra cubili.* Curius dixit, *Commendare aliquem de meliori notâ.* Sic enim ait ad Cic.lib.7.Epiſt.27. *Quare, Cicero mi, perſevera conſtanter nos conſervare, & Sulpitij ſucceſſori nos de meliore notâ commendare.* Columel.lib.9.c.14. *Apes mella conficiunt: idq; optima nota. Eniteſcit Autumni æquinoctio.* Et c.15. in fin. *Atq; id ſecunda nota mel defluit, & ab diligentioribus ſeorſim reponitur, ne, quod eſt optimi ſaporis hoc adhibito fiat deterius.* Hinc Proverb. verſiculus: Ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται. *Extrema nota:* de peſſimo ſervo dixit Vlpianus, Nam ſervi notari, & ſtigmata illis iniuri ſolebant. l.15. Item apud Labeonem. D. dominus. *Etenim multum intereſt, qualis ſervus ſit bonæ frugi, ordinarius, diſpenſator: ac vero vulgaris, vel mediaſtinus, vel qualis, & quid ſi compeditus, vel male notus, vel nota extrema.*

Nota res: pro rebus vulgaribus. Cic.lib.2.de Orat.c. *In Philoſophos noſtros, ſi quando incidi deceptus indicibus librorum, quod ſunt ferè inſcripti de rebus notis & illuſtribus, de virtute & iuſtitia* &c. Et eod.lib.cap. *Quare ne in re notâ & peruulgatâ ſtultus & inſolens ſim.*

Notio: pro cognitione Iudicis apud Iuriſconſultos. Cic. autẽ *Iudicium cenſorium* de moribus *Notionem* ſolet appellare. Quod à quibuſdam non rectè mutatum in, *Notationem,* & interdum in, *Nationem.* Cicer. in Piſon.c. *Centum propè annos legem Aeliam & Fuſiam tenueramus: quadringentos judicium notionemq; eluſoriam.* Ita in omn. libb. etiam MſT. Et

tamen

tamen Lambinus invitis libb. mſſ. *notationem.* Et de Provinc. Conſ. c. *Cenſorium judicium, ac notionem & illud morum ſeverisſimum magiſteriũ non eſſe neceſſariis legibus de civitate ſublatum.* Et lib. 3. Offic. c. *Iudicant nationes animadverſioneſq; Cenſorum.* Et hîc quoq; quidam mutarunt in, *notationes.* Et pro Sextio c. *Vt cenſoria notio, & graviſſimum judicium ſanctiſſimi Magiſtratûs de Republ. tolleretur.* Uſus eſt & Agell. 17. 18 *In cujus (Salluſtij) Hiſtoriâ notiones cenſorias fieri, atq; exerceri videmus.* vulgò ineptè *nationes.*

Notio: cognitio. Truc. 2. 7. ℣. 62. *Quid tibi hanc eſt notio?*

Notum malum. Trin 1. 2. ℣. 25.

Notus qui novit. Pſeudol. 4. 2. ℣. 19. Ita Donatus explicat illud Eunuchi Terent. 5. 2. ℣. 4. *Notus quidam mihi obviam venit.* Nævius Lycurgo: *Ignoti iteris ſumus.* h. e. inſcii.

Notus: pro vulgari: cui reſpondet ex adverſo, *ſplendidum.* Interdũ ponitur pro *perſpicuo.* Cic. in Piſon. c. *Nullum jam modo illuſtre, ſed & notum quid factum ait militiæ aut domi.* Idẽ in Epiſt. ad Q. Fr. *Calliſthenis quidem vulgare & notum negotium.* Et lib. 4. de fin. c. *Qui cùm viderũt nos ita eſſe natos, ut & communiter ad eas virtutes apti eſſemus, quæ nota illuſtreſq; ſacra. Iuſtitiam dico.*

Novendialis coquus. Vide ſupr. litt. C, *Coquus.*

Noviſſimus: Noviſſimi. Varro lib. 5. LL. *Extremum dicebatur noviſſimum quoque dici captum vulgò, quin meá memoriá, ut Aelius, ſic ſenes alij, quòd nimium novum verbum eſſet, vitabant.* Ita in vet. cod. Agel. 10. 11. qui ſcribit, & Ciceron. eo verbo tanquam non Latino videri abſtinuiſſe. Idem iam ante ſcripſit Tiro Ciceronit libertus, teſte Chariſio lib. 2. non eſſe dico noviſſimè, ſuâque id ætate cæptum: quem tamen eo nomine Caper reprehenderit. Is enim in libro de Latinitate: *Miror,* inquit, *id dixiſſe Tironem, cùm Valerius Antias lib. 2. Mater cùm noviſſimè agrotaſſet, inquit, noviſſe fertur.* Et 22. *Quod noviſſimè nobiſcum fœdus feciſſent.* Sic & nuper Agellium & Eraſmum eo nomine recentiores quidam reprehenderunt. Nam & Cicero pro Quint. & S. Roſcio c. eo eſt uſus: *Itaq; perbrevi, inquit, tempore, qui ne in noviſſimis quidem erat Hiſtrionibus primos prævenit Comœdos.* Sed ea Oratio, ut & illa pro Quintio, & pro S. Roſcio ſunt Ciceronis etiamnum adoleſcentis. Quare cum eo tantùm in loco ſit eo uſus Cicero numquam poſtea, vel hoc ipſum argumenti ſatis eſt, Cic. ab eo verbo abhorruiſſe: quamvis alii ea ætate eo uterentur: ut Galba in Epiſt. ad Cic. lib. 10. Epiſt. 30. *Cùm omnes ſe recepiſſent noſtri ordines, recipere me noviſſimus cæpi*

adca-

quior, tuetur, eâ tantùm ratione, quòd & *Noxæ dedere*, pro, ob noxam, & delictum, quæ ad priorem: ſed illud *Noxam dedere* reperitur in §. 1 de Offic. Iud. & in l. 1. De his, qui eff. fud. Sed de eo mox. Hinc *Noxam nocere*, ut *pugnam pugnare*, & alia eiuſdem modi, qua & Livius utitur. Interdum *Noxam admittere*, ut, *Delictū committere*, &, *Noxæ dedere*, pro, ob noxam & delictum: quod ad priorem. Sed illud *Noxæ eſſe alicui*, pro fraudi eſſe, ad alteram notionem pertinet. Vide ſupra, *Fraudi eſſe*. Paulus tamen *Ad noxam dedere* ait, quæ eſt altera notio. l. 19. in fin. de nox. act. Alij errant. Nam Feſtus: *Noxia*, inquit, *damnum*. Vt Servius Sulpitius apud Poetas & Oratores pro *culpa*. Sed Noxa peccatum, aut pro peccato pœnam notat. Ita Iuſtinian. initio tit. Inſtitut. de nox. act. *Noxa eſt corpus quod nocuit, id eſt, ſervus. Noxia, eſt culpa.* Sed hæ differentiæ uſu vett. ſcriptorum confirmari facile non poterunt. Noſtra ſententia partim uſu vett. partim verbo *Noxialis* confirmatur. *Noxialis* enim eſt Poetæ, eiuſque non optimi, quoad orationem. *Noxius* vett. à *noxa*, ut *Igneus*, ab igne. Sic & *Noxioſus* apud Senecam. quo tamen uti haud temere velim. Sic, *Noxam nocere*. quod dicendi genus ex XII. Tabb. videtur l. 2. & 24. de nox. act. Livius lib. 9. cap. *Atque ob eam rem noxam nocuerunt*. quod poſtea, *Noxam committere*. d. l. 2. *Noxa* de prima notione, pro culpa, & delicto. Cicero pro Roſcio Amer. cap. *Quod in minimis noxis, & in his levioribus peccatis.* Et *Noxam dedere* reperitur in 9. de Offic. iud. & in l. ed. d. his quæ. Sed de eo mox. Et *Admittere noxam*. Quintil. Sic *Elevare noxam multitudinis*. Tacitus: *Avertere noxam*. Livius. Et ita Caius l. 228. plebs ult. *Noxæ appellatione omne delictum cōtinetur.* Et ita clauſula illa inſtitut. *noxa*, vel, *noxis ſolutum* accipienda. l. 174. aliud eſt. l. 200. hæc ſtipulatio a. t. Et ex hac notione *Noxales actiones*. Nempe à *noxa* huic maleficio, teſte Caio l. 1. D. de nox. actt. Ex hinc *Noxæ dedere*: ſubintell. *causâ* vel *gratiâ*. quod ſæpe omitti ſolet, elegantiæ cauſa. Vide infr. Mantiſſ. de his, quæ ἐκ παρέλκ. Reperitur quidem Noxam dedere in acerbis Edictis de his, qui deject. l. 1. Sed id mendosè, non eſſe, vel ex proximo huic Edicto, in quo ita. *aut noxæ dedi jubebo*. l. 5. 6. Prætor. d. l. intelligitur: licet Tribun. eod. *dedere* utatur in §. 1. de Offic. Iud. qui putavit, *Noxam* eſſe ipſum *Noxiā*. Reperitur quoque *Ad noxam dedere* l. 19. §. ſi ſervus de nox. act. Quod ſi rectum ſit, in illo *noxæ dedere*, τὸ *noxæ* erit dativi caſus: pro, *ad* vel, *in noxam*, in pœnam.

Sed Livius rectius: *ob noxam ſibi dedi poſtulant.* Quare & in Paulo l. ſi ſervus: pro, *ad noxam* rectius fortaſſe *ob noxam* legend. vel deleto *ad* leg. *noxa dedere*: ut & l. 1. §. 5. cum arietes. D. quadr. paup. ubi aut, *in noxam dedere*. & fortaſſe verius, aut, *noxa dedere*. Ferè & Livius lib. 8. *noxa donatus*. Huc & illud vulgare pertinet: *Noxa caput ſequitur*. l. 1 §. 14. Si apud D. lepos. De alterâ notione in Iure vix reperias: ſed apud alios Scriptores ſæpè, ut, *ſine noxa*. Ovidius lib. 5. Metam. ṽ. 334.

Nocte nocent pota, ſine noxâ luce bibuntur.

Plautus Mil. 4. 8. ṽ. 21. Poſtquam abs te abiit, animo male ſine noxâ. Suet. Iul. cap. 81. *Spurinamque irridens*, & ut falſum arguens, quod ſine ullâ noxâ Idus Martiæ adeſſent. Sic *eſſe noxa* Livius lib. 31. cap. *Nihil his aut ſociis eorum noxa futurum*. Et alibi ſæpe eo utitur, & Tacitus aliquoties. Ita &, *ſine fraude*, & *fraudi eſſe*, notum. Livius nominavit interdum illa. Ut illa lib. 3. cap. *Nihil his ſocius eorum noxa futurum fraudive.*

Noxia merita. Trinummus. 1. 1. ṽ. 1. 4.

Noxia carere. Bacchides. 4. 9. ṽ. 81.

Noxiam amittere. Pœnol. 1. 2. ṽ. 191. Ter. Eun. 5. 3. ṽ. 14.

Noxiam remittere. Moſt. 5. 2. ṽ. 47. 55. 56.

Noxius vacuus. Merc. 5. 4 ṽ. 23.

Noxius. Merc. 4. 3 ṽ. 26.

Nubere aliò. Stibh. 1. 2. ṽ. 13.

Nubere cum aliquo: pro, nubere alicui. Amph. Prol. ṽ 99.

Nubere: pro, *meretriciam exercere*, adeoque pro ipſo συνουσιασμῷ. Caſin. 2. 8. ṽ. 47. Ciſt. 1. 1. ṽ. 45. *Pſeud*. 1. 3. ṽ. 79. Vide P. Victor. lib. 21. c. 3. Var. lect. Martial. lib. 1. Epig. 25. de impudico:

Nolito fronti credere, nupſit heri. Iuſtin. lib. 31. de Antiocho: *Rex ipſe per hiemem in luxuriam lapſus, novis quotidie nuptiis deditus erat.* Cæterum tales nuptias *caninas* vocat Hieronym. ad Oceanum de vnius vxoris viro. Eodem modo conditionis vocabulum honeſtum male audire cœpit. Cicero pro Cælio: *Ex hortis licet cottidie conditiones legas.*

Nubere: de viris. Caſin. 5. 1. ṽ. 5. Exempla huius ſignificationis contra I. Scaligerum pro Roberto Titio plurima adduxit *Albericus Gentilis* de Nuptiis lib. 2. cap. 3. pag. 126. Vide etiam Caſp. Barth lib. 6. cap. 14. Adverſar.

Nubes. Tralatè pro caligine, & vultu triſti. Talis συννεφὴς dicitur Græcè ab Euripide Phæniſſ. Ἀλλὰ γὰρ Κρέοντα λεύσσω, τόνδε συννεφῆ πρὸς δόμους στείχοντα. Horat. lib. 1 Epiſt. 18. ṽ. 94. *Deme ſupercilio nubem plerumq; modeſtus Occupat obſcuri ſpeciem taciturnus acerbi. Sublime caput mæſtiſſima nubes Aſperat & dira riget incle-*

inclementia forma. Sic Eurip. Hippol. de Phædrâ animo perturbatâ: συγνὸν δ' ὀφρύων νέφος αὔξεται. Ita fere & Homer. Iliad. π vocat θανάτου μέλαν νέφος: eumque imitatur Statius *mortis opaca Nube gravem multum.* Et Virgil. lib. 9. Aen. ℣. 33. *nubem* pro caligine ex pulvere.

Hic ſubitam nigro glomerari nubem
Proſpiciunt Teucri.

Sic *Nubes belli*, pro mole. ut Homerus νέφος πολέμου Iliad. ρ. ℣. πολέμοιο νέφος περὶ πάντα καλύπτει. Virgil. lib. 10 Aen. ℣. 808. *Sic obrutus undique telis*
Aeneas, nubem belli dum detinet omnes
Suſtinet.

Ita *Nubes*, & *Nimbus* pro multitudine, & turba: ut & Græcè νέφος: ſed Poeticum & hiſtoricum eſt. Homer. Iliad. δ. ℣.
τὼ δὲ κορυσσέσθην ἅμα δὲ νέφος εἵπετο πεζῶν.

Virgilius de apium examine lib. 4. Georg. ℣. 58.
Hinc ubi nam emiſſum caveis ad ſidera cæli
Nare per æſtatem liquidam ſuſpexeris agmen,
Obſcuramque trahi vento mirabere nubem.

Et lib 7. Aen. ℣. 793 *Nimbus peditum.* Et Paulus Apoſtolus Hebr. cap. 12. ℣. 1. τοσοῦτον ἔχοντες περικείμενον ἡμῖν νέφος μαρτύρων. Livius lib. 35. cap. Rex contra peditum equitumque nubes jactat, & conſternit in ara ſuis claſſibus.

Nubes ater: maſculeo genere. Merc. 5. 2. ℣. 18. Vbi Rittersh. leg. *Nubs ater.* Vide Animadverſiones.

Nubi cum aliquo. Aſinar. 5. 2. ℣. 20.

Nubilus animus. Ciſtellaria 2. 1. ℣. 5.

Nubunt liberi. Trinum. Arg. ℣. 9.

Nuces. Stich. 5. 4 ℣. 8.

Nuces fricta: hoc eſt, coctæ & toſtæ. Pœnol. 1. 2. ℣. 113. Meminit & Horatius in Arte. ℣. 249.

Nucifrangibula: dentes, quibus nuces franguntur. Bacch. 4. 2. ℣. 16. Καρυοκατάκτης. Inſtrumentum, quo nuces franguntur. Ἀκρόδρυα ſunt nuces.

Nuculeus & *nucleus*, dicebant veteres, *ut tempulum*, & *templum*, *periculum*, *periclum*. Capt. 3. 4. ℣. 122 Curcul. 1. 1. ℣. 55.

Nudius tertius. Truc. 1. 1. ℣. 73.

Nudius tertius, quartus, quintus, ſextus. Moſt. 4. 2. ℣. 40. Truc. 1. 1. ℣. 73. & 2. 6. ℣. 28. & 3. 2. ℣. 101.

Nudum abire: ſpoliatum ſuis bonis. Truc. 2. 2. ℣. 46.

Nudus: pro vacuo. Vt, *Ager nudus arborum*, idem quod, orbus, & ſpoliatus. Sall. Iug. c. *Nam ibi per loca æqualia, & nuda gignentium ventus coortus harenam humo excitavit.*

Nudus: pro, *veſtimentis ſpoliatus.* Amphit. 1. 1. ℣. 148. Aſin. 1. 1. ℣. 78.

Nugæ. Hebraicum & Syriacum vocabulum; & ſonat mœrorem, motionem, à נוע quod eſt moveri: ſicut *Nenia* eâdē linguâ planctum notat. Aſin. 4.1.ỿ 63. Vide etiam *Mortalia*. Veteres *Nugarum* nomine ſæpè utuntur, tam de rebus tenuioribus, quàm de ipſis hominibus contemtis & nihili, quomodo & Græci ver bo φλυαρίας. Vt Demoſth. πρὸς τὴν τοῦ λακρίτου παραγραφήν. Cicero lib.1. de Orat. c. *Quærebat, cur de proœmiis & epilogis, & de huiuſmodi nugis (ſic enim appellabat) referti eſſent eorum libri.* Idem lib. 6. Attic. Epiſt. 3. *Quid eſt igitur, quod laborem? amicos habet, meras nugas, M. Scaptium unum hominem Megariſtum Antonium.* Et lib. 1. Epiſt. 2. ad Q. Frat. *Ego Apamenſem Epheſium, ego leviſſimum hominem Megariſtum Alibandrinum, ego Niciam Smyrnæum, ego nugas maximas, omni meâ comitate ſum complexus.* Horatius ſolet carmina & verſus ſuos vocare *nugas*. Et Cicero pro Milone, ubi de Clodio cap. *Semper illa antea cum uxore ſum ſine eâ, cum qua niſi in rhedâ ſum in æquo, comites Græculi, quorumque ibat etiam caſtra Hethruſca properabat, num nugarum in comitatu nihil.* Idem pro Sextio cap. *Statuebam ſic, boni nihil ab illis nugis exſpectandum, mali quidem certi nihil pertimeſcendum.* Vide ſuprà, *Ludus jocus*.

Nugæ! abſolutè. Curc. 1.3.ỿ Capt. 5.2.ỿ.16. Bacch. 4.3 34. Pſeud. 1.3.ỿ.9.

Nugæ non nugæ. Aſin. 4. 1. ỿ.

Nugæ magnæ. Caſ. 2.5.ỿ.25.

Nugæ meræ. Men. 1.1.ỿ.10. Pœ 1.2.ỿ.135. Curc. 1.3.ỿ.43.

Nugæ ſunt. Truc. 2. 1. ỿ. 21. & 2.ỿ.55.

Nugæ theatri. Convitium Com cum, vt Donatus explicat Eunuch. Terent. Pſeud. 4. ỿ.19.

Nugas ἐκπεπληκώς. ſc. *agis*. Cap 3.4.ỿ.80. Caſ. 5.3. ỿ. 12. Pe 4.7 ỿ.8. Moſt. 5.1.ỿ.39. N *gas! numquam dabit.*

Nugas agere. Aul. 4. 4. ỿ. 11. 2 Capt. 3 4.ỿ. 95. Caſ. 3.6. ỿ. 2 Ciſt. 2. 3. ỿ. 39. Men. *Prol.* ỿ 54. 55. & 4. 2. ỿ. 57. 58. 59. 6 Pœn. *Prol.* ỿ 81. 82. & 3.5.ỿ 31. Trinum. 2.3.ỿ 5. Merc. 1. ỿ.10.

Nugas blattire. Curcul. 3. ỿ. 8 Amph. 2.1.ỿ.79.

Nugas garrire. Curc. 5.2.ỿ.6.

Nugas aufer. Truc. 4.4.ỿ.7.

Nugas poſtulare. Trinum. 2 4 ỿ.40.

Nugas maximas præ ut. Merc. 2 4 ỿ.1.

Nugas prædicare. Curc. 5.3.ỿ.1.

Nugas probare, garrire. Aul. 5. 1. ỿ.19.21.

Nugas: Sycophanta nugatorius: *nugator*. Trin. 3.3.ỿ.90. Probum vocabulum: σαπρὸς ἀσελγής.

Nugari alicui. Epid. 3.4 ỿ.46.

Nugator. Trin. 5.2.ỿ.14.

Nu-

Nugator graphicus. Trin. 4. 2. ℣. 91.

Nugator nimius. Capteivei 2. 2. ℣. 25.

Nugator lepidus. Curc. 4. 1. ℣. 1.

Nugatoriæ artes. Trin. 4. 2. ℣. 2.

Nugatorium nomen. Trin. 4. 2. ℣. 95.

Nugatorius: pro, nullius pretij, & vili homine. Brutus & Caſſius ad Antonium li. 11. Epiſt. 2. *Nam illud valdè leve eſt, & nugatorium, eâ de re denunciatum eſſe veteranis, quod de commodis eorum menſe Iunio laturus eſſes.* Feſt. in, *Buttubata.* Nævius pro *nugatoriis* poſuit, hoc eſt, *nullius dignationis.* Varro lib. 7. LL. *Schœnicula,* ab ſchœno nugatorio unguento. Feſtus in, *Scrapta: Scrapta,* inquit, *dicebantur nugatoriæ ac deſpiciendæ mulieres:* ut ait Verrius.

Nugidoloquides: cõpoſitio ficta Perſ. 4. 6. ℣. 21.

Nugigeruli. qui nugas circumferunt, & hinc inde gerunt. Aul. 3. 5. ℣. 31.

Nugis meditari. Pſeudol. 4. 7. ℣. 107. Vide litt. M.

Nullus ſum. Comica formula: idem quod *perij.* Aſin. 5. 2. ℣. 72. Merc. 1. 2. ℣. 52. 104. & 2. 3. ℣. 130. & 5. 4. ℣. 17.

Nulla: pro, *non.* Amphit. 2. 2. ℣. 160.

Nulli rei eſſe: inutilem eſſe. Stich. 5. 4. ℣. 38. Ter. Adelph. 3. 3. ℣. 4. *Qui alicui rei eſt.*

Nulla rei: &c. *Nulli rei homo,* aut, *res.* Agell. 13. 29. *Proprius igitur acceſſi: & roſti: inquam, magiſter, verbum illud ſcilicet egregiè vetus, Muſicam, quæ ſit abſcondita, eam eſſe nullæ rei?* Sic v. l. Idem 9. 2. *Interibi aliquot ex iis, qui cum Herode erant, erraticum eſſe hominem dicere, & nullæ rei, incolamque eſſe ſordentium ganearum.* Ita v. cod. Plautus Stich. 5. 4. ℣. 38. *Nullæ rei erimus poſtea.* h. e. planè inutiles.

Nullus alter. Bacch. 2. 3. ℣. 22.

Nullus æque. Merc. 2. 3. ℣. 1.

Nullus: pro, *miſero homine.* Caſ. 2. 4. ℣. 26.

Nullus; de infortunio magno. Caſ. 3. 5. ℣. 1.

Nullus: pro, *non.* Donat. in Ter. Aſin. 2. 4. ℣. 2. Epid. 3. 1. ℣. 9. Caſ. 4. 2. ℣. 16. *nullus eſurit.* Ciſt. 4. 2. ℣. 18. Bacch. 1. 2. ℣. 57. Rud. 1. 2. ℣. 55. & 4. 4. ℣. 91. Trin. 3. 1. ℣. 5. Terent. Eun. 2. 1. ℣. 10. *Nullus mones.* Hecyr. 1. 2. ℣. 4. *Nullus dixeris.* Vſurpat etiam Cicero lib. 11. Epiſt. 24. ad Attic. *Philotimus nullus venit.* Et lib. 15. ep. 13. *Sextus ab armis nullus diſcedit.* li. 14. ep. *Nullus adhuc venerat.* Et alibi ſæpius.

Nullo modo prorſus. Trinum. 3. 3. ℣. 1.

Nullus ſum. Deſperationis Comicæ formula: pro; *Mortuus ſum.* Moſt. 2. 1. ℣. 41.

Nullus eſt: mortuus eſt. Comico genere loquendi. Bacch. 2. 2. ℣. 16. Sic. Virg. in Catal. *Sed tu nullus eris.*——

Nullam rem ſapere; nihil. Moſt. 5. 1. ℣. 45.

Nulla pro, *nulli*. Mil.3.1.℣.207.

Numellæ: machinæ genus ligneum, ad diſcruciandos noxios paratum: quò & collum & pedes immittunt. Feſtus & Non. Aſin.3.2.℣.5.

Numerare: exſolvere. Pſeudol.1.2.℣.88.

Numerò: citò, celeriter, ocius, vehementer. Amph.1.1.℣.25. Caſ.3.5.℣.21. Epid.2.2.℣.121. Men.2.2.℣.13. Mil.5.1.℣.7. Merc.4.3.℣.37. *Numerò purgitas*, h.e. vehementer. Pœn.5.4.℣.100. De hoc vide Feſtũ Pompeium: & ibi Notas Ioſephi Scaligeri. Quibus addi poſſunt iſta ex Macrob. lib.2. de ſomnio Scipionis: *His Geometricis rationibus applicatur natura numerorum. Et μονὰς Punctum putat; quia ſicut punctum corpus non eſt, ſed ex ſe facit corpora; ita μονὰς numerus eſſe non dicitur, ſed origo numerorum.* Atque hinc *Puncto* aliquid, & *Numero fieri* dixerunt veteres. Et forte hinc quoque natum verbum illud vetus: *Ingenium habere in numerato.*

In numerum moveri: vel, *ſemovere* pro, apte & compoſitè, numeroſè. Cui contrarium, *Extra numerum*: quod valet, Inepte, temerè. Tralatione ſumta a ſaltatoribus. Lucret. lib.4.℣ 790.

Quid porrò in numerum procedere cùm ſimulacra
Cernimus in ſomnis & mollia membra movere.

Idem: — *Non mirum eſt ſimulachra moveri,*
Brachiaq; in numerum jactare & cetera membra.

Virgil.lib.4.Georg.℣.174.

Illi inter ſeſe magnâ vi brachia tollunt.
In numerum verſantq; tenaci forcipe ferrum.

Et in Sileno Eclog.6.℣.27.

Tum verò in numerũ Faunoſq; feraſq; videres
Ludere.

Cicero Paradox.3. *Hiſtrio ſi paulùm ſe movit extra numerum, & exſibilatur, & exploditur.* Lucret.lib.5.℣.1400.

Atq; extra numerum procedere membra moventes
Duriter.

Horatius lib.1. Epiſt.2.℣.59.

Quamvis nil extrà numerum feciſſe modumq;
Curas.

Numeri. Eſt interdum numerus, pro exercitus ſive cohortibus Sed hæc notio recentior, cœpta ni fallor tempore Veſpaſian. vel eo ferè ſæculo. Vtuntur eo Iuriſconſulti: etiam Sueton. Veſpaſian. cap.6. *Et tunc quidem compreſſa res, revocatus ad officium numeris parumper.* Claudianus: *Regnorum tractat numeros, cuneoſq; recenſet.*

Numeri. Ita Cicero, eumque ſecutus Seneca vocant, quod Stoici Græci ἀριθμοὺς, id eſt, tempora, & attributiones, vulgo *Circumſtantias*. Vt, cui quantum, quando, cur. Ita dicitur: *Numeros omnes virtutum*

tutum explere. Cicero lib. 3. Offic. cap. 3. *Illud autem officium, quod rectum idem appellant, perfectum atque abſolutum eſt, iidem dicunt, Omnes numeros habet.* Et lib. 3. de fin. cap. *Quæ autem nos aut recta, aut recte facta dicamus? Si placet, & omnes numeros virtutis continent.* Et li. 4. cap. Peccata autem partim eſſe tolerabilia, partim nullo modo, propterea quòd alia peccata plures, alia pauciores quaſi numeros officij præterirent. Diogenes Laërtius in Zenone: καλὸν δὲ λέγουσι τὸ τέλειον ἀγαθὸν, παρὰ τὸ πάντας ἀπέχειν τοὺς ἐπιζητουμένους ὑπὸ φύσεως, ἢ τὸ τελείως σύμμετρον. Videtur & Iſocrates uſus in Buſir. Ἅπαντας δὲ τοὺς ἀριθμοὺς περιλαβὼν, ἐξ ὧν ἄριστ' ἄν τις τὰ κοινὰ διοικήσεις.

N*umerus*. Interdum idem, quod *Multitudo*, Grex, Cœtus, aut Ordo, aut Turba. Vulgò ferè hodie, Collegium, Societas, vel Sodalitium. Ut, Numerus Oratorum, Philoſophorum, militum, Deorum, Iudicum, & latronum, deſertorum hoſtium. Tandem militaris multitudinis proprium eſſe cæpit. D. Brutus ad Ciceronem lib. 11. Epiſt. 10. in fine: *Septenum* numerum legionum alo. Cicero ult. Verr. cap. *Ad Cn. Pompeium clariſſimum virum & fortiſſimum permulti occiſo ex illo Sertoriano numero confugerunt.* Idem pro Flacco cap. *Eſt præterea numerus civium Romanorum atque hominum honeſtiſſimorum.* Lambinus mutat perperam, *maximus numerus.* Et pro Sylla cap. *In hunc igitur gregem hos nunc P. Syllam, Iudices, ex his, qui cum hoc vivunt, atque vixerunt, honeſtiſſimorum hominum gregibus reijcietis? Ex hoc hominum numero, ex hac familiari dignitate, in impiorum partem, atque in parricidarum cœtum ac numerum transferetis?* Et pro Archia cap. *Quique eſt ex eo numero* (intellige Poetas) *qui ſemper, apud omnes ſancti ſunt habiti, atque dicti.* Ubi Lambinus malit, *aut hominum numero.* Et lib. 1. Epiſt. ad Q. Fratr. *Hunc verò ad tuum numerum libenter adſcribito.*

Numeri nomen à poſterioribus de militibus dici ſolet, & idem fere valet, quod *Legio*, aut *Cohors.* Quæ notio ex altera præcedente manavit. Nam & Cicero *Sertorianum numerum* de militibus dixit Verrina ult. cap. *Permulti ex illo Sertoriano numero confugerunt.* Sic & Xenophon lib. 3. *Inſtit. Cyri*, vocat ἀριθμοὺς τακτικοὺς. Et Ammian. vocat *numeros militares.* Plin. lib. 10. Epiſt. *Vt iam Sacramentum dixerant, ita nondũ diſtributi in numeros*

erant. Lampridius Macrino: *Quod ſi unius* Numeri *conſenſus accederet.* Ita IC. eo verbo utuntur l. 8 § veterani D. de procurat. l. 4. §. qui poteſt. D. de re milit. *Numero parentis, fratris, praeceptoris.* Nam plerumq; dicimus, *parentis loco.* Cicero de Divin. cap. *Sic enim à maioribus noſtris accepimus Praetorem Quaeſtori ſuo parentis loco eſſe oportere, & quam ob rem ſi iure eum poſſes accuſare tamen cùm is tibi parentis numero fuiſſet, id piè facere non poſſet.*

Numerus frumenti. Cicero pro Plancio cap. *Frumenti maximum numerum miſeram.* Et 3. in Verr. cap. *Ex quo intellexiſtis, innumerabilem frumenti numerum per triennium averſum à Republ. eſſe.* Et 2. Accuſ. Deor. c. *Magnum numerum frumēti, vim mellis maximam Syracuſis exportaſſe.*

Ex omni numero: Ex omni nobilitate. Cicero in Bruto cap. *Sed his commemorandis etiam illud aſſequor, ut intelligatis, primū ex omni numero, quàm non multi cenſi ſint, dicere: deinde ex iis, quàm pauci laude digni.* Cicero Epiſt. ad Caeſarem. *P. craſſum ex omni nobilitate adoleſcenti dilexi plurimùm.*

Numerati praeſentarij numi. Trin 4. 3. ℣. 74.

Numerus ſing. pro plurali. Vide *Enallage*, in Mantiſſa.

Numi; aurei ſcil. quorum unus valebat duos coronatos, vt vult Lamb. Attamen ego crediderim aequaſſe *Vngaricum ducatum* commodum noſtratem; quòd talem aureum Romanum omninò huius & ponderis & valoris vidi olim apud parentem meū, τὸν μακαρίτην ipſo ſaeculo priſco Auguſtéo cuſum & fuſum. Men. 1. 4. ℣. 1. Pſeud. 3. 2. ℣. 20. 58. Aul. 3. 2. ℣. 34. Sed de his legi debet Ioſ. Scaligeri Sahediaſma de *Re Nummaria.*

Nummi aurei. Pœn. 1. 2. ℣. 132.

Nummi aurei Philippéi Pœn. 3. 4. ℣. 4. 22.

Nummi praeſidij. Pœn. 3. 3. ℣. 56. Vide *Talenta decis.*

Numi Philippéi. Vide *Philippéi.*

Nummi Philippi. Pœn. 3. 3 ℣. 56.

Nummi plumbei: nequam & inutiles. Moſt. 4. 2. ℣. 11. Trin. 4. 2. ℣. 120.

Nummatum marſupium. Amph. Sc. *Quis tam.* ℣. 40.

Nummi novi, nequam. Caſ. Prol. ℣. 10.

Nummi tres; pro tribus aſſibus, qui militi in ſtipendium dabantur. Moſt. 2. 1. ℣. 10.

Nummi probi, & numerati. Perſ. 3. 3. ℣. 33. & 4. 3. ℣. 57.

Nummos numeratos habere. Pœn. 3. 2. ℣. 16.

Nummos ſolvere. Epid. à trapezita.

Nummû duûm pondo. Men. 3. 3. ℣. 18.

Nummus plumbeus. Trin. 4. 2. ℣. 120. Caſin. 2. 3. ℣. 40. De his plumbeis nummis vide aſſerſertionem Laur. Pignor. Tractatu de Servis pag. 128.

Digitized by Google

Nummus; didrachmum notat. Men.2.2.℣.16.37. Truc.2.7. ℣.11. Vide Turneb. lib.24. 17. Ciacc. ad col. Roſtratam. Itemque Marq. Freheri & Caſp. Waſeri de Re Monetaria.

Nummus, pro *denario*. Epid.1.1. ℣.52.

Nummus probus. Bacchid. 4. 8. ℣.41.

Nummo ſeſtertio æſtimare. videre, addicere, quaſi, *teruntio* dicas. id eſt, quod nos Germanicè dicimus, vmb ein Pfenning. Vide Lexic. Iuris. Cicero pro Rabir. Poſth. cap. *Et quis eſt ex tanto populo, qui bona. C. Rabirij Poſthumi nummo ſeſtertio ſibi addici velit?* Et mox: *Tua, Poſtume, nummo ſeſtertio à me addicuntur. O meum miſerum acerbumq; præconium!* Seneca Epiſt. 9. *ſeſtertio nummo æſtimanda ſunt.*

Numnam. Ciſt.4.1.℣.6. Truc.2. 4.℣.1. & 2.7.℣.41.

Numne. Truc.2.6.℣.65.

Numquà: an alicubi? Men.1.2. ℣.34.

Numquam fiet, quin. Stich.5.5. ℣.13.16.

Numquam niſi. Aul.3.1.℣.3.

Numquam. pro, non. Aſinar.3.3. ℣.40.

Numquam quin. Aſin.3.3.℣.85.

Num quidnam. Aſinar.5.1.℣.3. Bacch.5.1.℣.23.

Num qui tandem. Trucul. 2. 1. ℣.27.

Num qui minus, quàm. Rud.1.3. ℣.37.

Num quid aliud. Conciſa ratio loquendi in interrogationibus, & valedictionibus. Moſt. 2.1.℣.57. Bacch. 4.4.℣.105. Mil.4.2.℣.94. & 4.4.℣.58. Horat. lib.1. Sat.9.℣.6.

Num quid vis? Num quid me vis? & præced. form. *Num quid aliud?* Vtebantur hoc dicendi genere diſceſſuri, aut abire volentes, honeſtatis cauſa: ut nos Germ. dicimus: Begert ihr etwas weiter? Plaut. ſæpè. Aul. 2.1. ℣. 53. & 2.2 ℣. 22.85. Capt. 1. 2. ℣.82. Curc. 4.2.℣.39. Ciſt.1.1. ℣.119.121. Epid.3.4. ℣.75 Bacch.4.3 ℣. 22. Men. 3.3 ℣.23. Merc.2,2. ℣.53. Mil.4.2. ℣.94. Pſeud.2. 2.℣.70. Pœn.4.2.℣ 89. Trin. 1.2.℣.155. Truc.4.4 ℣.30. Terentius Adelph.2.2.℣39. Eun. 2.3.℣.51. & 72. *Num quid me aliud? quò nunc tu?* Ita ex vett. libb. Faernus. Fabr. & Bemb. necnon Mſſ. noſtri Pall. Cicero lib.5. Attic. Epiſt. *Poſt etiam juſſi valere, cùm me expellens è ſuâ villâ, numquid vellem rogaſſet.* Et lib.6. Epiſt. 3. de Ga. quodam ingrato in Hor. *Is me nec proficiſcentem Apameam proſecutus eſt, nec mecum poſtea in caſtra cenaſſet: atq; inde diſcederet, numquid vellem rogavit.*

Num qua: ut, *Si qua*, de quo infra, pro, *Num quo*. Cicero pro Milone cap. *Num quæ rogatio tua, num quæ nova, quæ moderata eſt?* Ita rectè ibi ex Mſſ. libb. leg.

Num quiſnam. Rarius nomen,

&, *Numquidnam*. Cicero Philipp.6.cap.5. *Numquiſnam eſt veſtrûm, qui tribum non habeas?* Ita ex antiq.libb. Muretus, ubi vulgò: *Num quiſpiam eſt*. Terent. Andr.1. 4.℣.8. *Opperior, ut ſciam nunc, quidnam hac turba triſtitia adferat.* Vbi Donatus: *Num quid nam, ex num, & nam.pro,quid.* Cicero etiam utitur libb.11.Epiſt.27. *Num quidnam inquam novi?*

Nunc iam. Aul.2.5 ℣.1.&.3.3.℣.3.& 4.10.℣.59. Amph. 2.2.℣.146.Aſin.3.3 ℣.89.121.Capt.2.1.℣.24.& 2.2.℣.104. Caſ.3.5.℣.65.Epid.1.1.℣.69.& 2.2.℣.10.& 5.2.℣.30.Moſt.2.1.℣.52.& 1.1.℣.71.& 2.1.℣.78.& 2.2.℣.6.& 3.1.℣.128.Mil.3.1.℣.141.& 4.8.℣.66.Merc.5.4.℣.4.Pſeud.1.5.℣.82.& 1.5.℣.133.144. Pœn.1.2.℣.46.161.Rud.3.2.℣.44.& 4.4.℣.7.85.109.Stich.1,2.℣58.Trin. Prol.℣.3.& 1.2.℣.158.Truc.2.2.℣.56. Vide *Pleonaſmus* in Mantiſſ.

Nunc, non ſemper eſt temporis: ſed ponitur interdum pro *Atqui*, vel, *contra*. Livius lib.34. cap. *Si privati tantum modò proceſſiſſent, ego tacitus ſuffragia veſtra exſpectaſſem. Nunc jam vir graviſſimus.* Cicero lib.1.de Divin.cap. *Quæ quidem multò plura evenirent, ſi ad quietem integri iremus, nũc onuſti cibo & vino, confuſa & perturbata cernimus.* Propert. lib.1 Eleg.9. *Nunc tu inſanus multo flumine quæris aquam.*

Nunc pro, *nuper*. Moſtellar.2.2.℣.46.

Nunc: adverſativa particula. Bacchid.3.3 ℣.9.

Nunc ipſum: pro, in hoc ipſo momento & puncto temporis. Hæc coniunctè ſolet interdum proferre Cicero ad Attic.lib.7.Epiſt.9. *Nunc ipſum non dubitabo rem tantam abjicere.* Et lib.8. Epiſt.9. *Quid nunc ipſum, unde ſe recipienti, quid agenti, quid acturo?* Et lib.12.Epiſt.16. *Nunc tamen ipſum ſine te eſſe non poſſum.* Et Epiſt.39. *Nunc ipſum ea lego, ea ſcribo, ut ij, qui mecum ſunt, difficilius otium ferant, quàm ego laborem, vel quo modo, ut nunc quidem eſt.* Et libr.10. cùm exponit ſermonem à ſe habitum cum Curione: *Quin nunc ipſum minimè offendiſſes, ſi eius cauſâ in Italiá non fuiſſet.* Et lib.3. de Nat. Deor. cap. *Quomodo nunc quidem eſt, non video, quo pacto ille in domum pervenerit.*

Nunquid. Pœn.3.6.℣.6.

Nunc-homines: *οἱ νῦν ὄντες*. Perſ.3.1.℣.57. Vide Ὑφὲν in Mantiſſa.

Nunc places: nunc te laudo. Elegans adprobandi formula. Epid.1.2.℣.47. Rudent.4.3.℣.103.

Nunc poſt: quomodo, *paulo poſt, multò poſt*. Moſtell.1.2.℣.76. Men.5.9 ℣.72.

Nunciare ad aliquem. eleganter dictum Plauto. Moſtell.1.3.℣.76.

Nun-

Nuntiare nuncium exoptabilem. Stich.2.3.℣.66.

Nuncius: fere maſculino tantum efferunt boni Latini, pro re nunciatâ, & ipſo nuncio. Cap. 4.1.℣.10. & 4.2.℣.89. Epid. 1.1.℣.19. Rud.2.3.℣.22. Stich. 2.3.℣.66.

Nuncium, τὸ. Videtur neutro genere expreſſum, ſiquidem vera eſt lectio Mſſ. Pall. Merc. 5.2.℣.65. *Opta ergò ob iſtuc nuncium quiduis tibi.* Cæterùm adiectiuè potiſſimùm uſurpari docuit Dionyſ. Lamb. ad Odam 10. lib. 1. Horatij, quem vide ſis. Reperi quoque locum in T. Livio, ubi τὸ *nuncium* videtur uſurpatum, ſi vera ſit lectio. Sic enim loquitur lib. 4. cap. 41 ſub fin. *Suppliciter orans, ne ſe brevi reliquo vitæ ſpatio tam triſte nuncium ferre ad Cincinnatum paterentur.* Magis verò approbo ſententiam illorum qui cum veteribus, & inprimis Cicerone *Nuncium* in maſculino accipiunt de re nunciatâ. Vt, *Adſertur, Venit nuncius: Accipere nuncium optatiſſimum, triſtem.* De perſonâ, quæ litteras adfert, rarò dici ſolet. Ea enim eſt *Tabellarius*: & dicitur de his, qui voce, aut verbis aliquid nunciant, vel adferunt. Qui *Nuncium* de re capiunt, authoritatibus falsò addductis, decepti ſunt. Vt Catulli de Berecynthiâ, & Attic. *Geminas eorum ad aures nova nuncia adferens.* Qui verſus aut νόθος eſt, ut Muretus ait, aut ita emendandus, ut Scaliger putat, *nova nuncia ferens*, ut Lucretius lib 4.℣.705.

Nec calida ad ſenſum decurrit nuncia rerum.

Sed & hic verſus, teſte Giſanio, planè ſpurius eſt. Tibull. lib.3. Eleg 4.

Dira vera monent ventura nuncia ſortis.

Sed ibi *nuncia*, eſt quaſi adiectiuum. Veteres enim Poetæ hoc verbo ſæpè ita utuntur. Ovidius: *Labes animi nuncia verba mei.* Et Lucretius lib. 6. ℣.75.

—— ſimulacra feruntur
In mentes hominum divina nuncia formæ.

Nam ſolent Poetæ ex ſubſtãtivis interdum facere adiectiva. Vt, *Medicas adhibere manus.* Adferunt etiam Plauti verſum Stich.2.2.℣.2. *Numquam æquè patri nuncium lepidum attulit.* Sed nihil ex eo efficitur. Illud enim *nuncium* dicitur de perſonâ. Vt Cicero libr. 1. de Orat. cap. *Hiſtoria nuncia veritatis.* Et Plinius: *Laurus lætitiæ nuncia.*

Nuncium remittere: divortium facere, repudiare. Truculent. 4.3.℣.74. Vide Lexicon Iuris.

Nuncius attigit, tetigit. Bacch.2. 2.℣.19. & 3.5.℣.5.

Nuncius: pro re nunciata. Rud. 2.3.℣.22.

Nuncius

Nuncius benevolens. Merc, 5. 2. ỽ.46.
Nuncius voluptabilis. Epid. 1. 1. ỽ.19.
Nuncius lepidus. Stichus. 2. 2. ỽ.2.27.
Nunciare. Moſt.2.2 ỽ.12.
Nunciare gaudia ad. Trucul.4.1. ỽ.4.
Nundinalis cocus: dicitur feralis, nouemdialiſque, & qui mortuis tantum paret in cœnam. h. e. inſubidus plane atq; imperitus. Ger. Ein Sudelkoch/ ein Sewkoch. Aul. 2. 4. ỽ.45. Pſeud.3.2.ỽ.7.
Nundinum: Vt, *trinum nundinum*. h.e. *Trinundinũ*. Quintil. *Sive non trino forte nundino promulgata*. Liv. lib.3.cap. *Poſtquam Comitia decem viris creandis in trinum nundinum inducta ſunt, tanta exarſit ambitio*.
Nundinas dare: pro, *Epulas praſtare*. Inter negotiatores interpretatur Tribun. D. pro hoc. Vlpian.l.69. *Cùm ademendum coiretur, & conveniret, ut unus reliquas nundinas*, id eſt, epulas (*qua mihi videtur Tribuni*) *praſtaret*.
Nuperus homo. Capt. 3. 5. ỽ.60.
Nupta: pro, ſponſa, vel deſponſata. Bacch.4.8. ỽ.11. Caſ.1.1.ỽ. 30. & 4.2.ỽ.5. *novam nuptam volo proſequi*.
Nupta tecum. Trin.1.2.ỽ.20.
Nuptia: de ipſo συνουσιασμῷ. Caſ.2.8.ỽ.47. Ciſt.1.1. ỽ.45. Petron. *Continuoq; producta eſt puella ſatis bella, qua non plus quam ſeptem annos habere videbatur, & ea ipſa, qua primum cum Quartilla in cellam venerat noſtram. Plaudentibus ergo univerſis & poſtulantibus nuptias fecerunt. Obſtupui ego, & nec Gitona verecundiſſimum puerum ſufficere huic petulantia affirmavi, nec puellam eius ætatis eſſe, ut muliebris patientia legem poſſit accipere*. Item: *Iacuerunt ergo unà non tantum illa nocte qua nuptias fecerunt, ſed poſtero etiam ac tertio die*. Sic in carmine virginis Veſtalis τὸ *nubere*. *Felices nupta! moriar niſi nubere dulce eſt*. Hinc *Verba nupta* impudica ac velut devirginata. Vide etiam Albericũ Gentilem l.2. de Nuptiis, c.3.
Nuptia clandeſtina. Caſ.4.10.ỽ.6.
Nuptia ſerviles. Caſ. Prol. ỽ.68. h.e. illegitimæ.
Nuptia repudioſa. Perſ.3.1. ỽ.56.
Nuptias adornare. Caſ.2.6.ỽ 67.
Nuptias facere, de concubitu. Trin.2.4.ỽ.196. & 3.2. ỽ.76. Aul.2.2.ỽ.84. Petronius Satirico: *Latuerunt ergò unà, non tantùm illâ nocte, ſed & poſtero die. Plaudentibus ergo univerſis & poſtulantibus, nuptias fecerunt*.
Nuptias ornare. Caſ.3.2.ỽ.16.
Nuptum dare, collocare. Hodie ferè, *Nuptias facere*. Caſ. 2. 3. ỽ.36. Ciſt.1.1.ỽ.44. Nepos in Pauſania: *Quare ſi tibi videtur, des eis filiam tuam nuptũ*. Idem in Dione: *Aretea Dionis uxorem alij nuptum dedit*. Ita ut & Liv.lib.1. *Ei Manilio filiam nuptum dat*. Plaut. Aul.2. 3.ỽ.

3.℣.4. *Filiam deſpondi ego: hodie huic nuptum Megadoro dabo.* Cic. Philipp. *Curatorem ad uito ſuo filiam ſuam nuptum collocare poſſe, falsò tibi perſuaſum.* Val. Max. lib. 4. cap. 4. *Filiam nuptum dedit.* Ita rectè Pigh. ex v. lib. Et lib. 7. *Vtque tres filias nuptum daret.* Vulg. *Nuptui dare.*

Nuptui collocare. Sic Imperator Gordianus C. de pact. contr. *Quamvis pater tuus cùm te nuptui collocaret.* Vbi contra Pand. Flor. & alios codd. vulg. male, *nuptum.*

Nuptum dare viro. Stich. 1. 2. ℣. 79 85. *ad virum.*

Nuptum dare aliquò. Stich. 1. 2. ℣. 13. 83. *Nuptum dare ad virum.* ℣. 85.

Nuptum eſſe alicui. Stichus. 4. 1. ℣. 34.

Nuptum locare. Curc. Arg. ℣. 8.

Nuptum collocare. Trin. 3. 3. ℣. 7.

Nuptus novus: maritus. Caſ. 5. 1. ℣. 5.

Nuſquam pro *nunquam*. Amph. 2. 2. ℣. 68. Vide infr. *Vſquam.*

Nuſquam niſi ubi. Men. Prolog. ℣. 10.

Nuſquam gentium. Amph 2. 1. ℣. 73. & 2. 2. ℣. 54. & ſc. DI voſtr. ℣. 46. Men. 2. 1. ℣. 37. Merc. 3. 4. ℣. 21. *Nuſquam gentium eſt.* h. e. interiit, pluſquam mortuus eſt. Propert. lib. 3. Eleg. 12. *Dilapſus nuſquam eſt. Ampliarant equis.* Ad quem locũ plura exempla collegit Paſſerat. in *Præl.* pag. 491. & 500.

Nutare. Aſin. 4. 1. ℣. 39. Men. 4. 2. ℣. 48. 49. 53. Merc. 2. 3. ℣ 72. Vide *Verborum differentia*, in Mantiſſa.

Nutare capite: Interdum eſt *Abnuere.* Mil. 2. 2. ℣. 52. Sueton. Veſpaſ. cap. 8. *nutu aſpernatus.* De *Annuere* & *Abnuere* vide Noctes Agellij lib. 10. c. 4.

Nutricare. Mil. 3. 1. ℣. 120. Merc. 3. 1. ℣. 11.

Nutricatus Venereus Mil. 3. 1. ℣ 54.

Nutricum pallium. Vide *Proverbia* in Mantiſſa.

Nutrire: pro, fovere, iuvare, tueri. Livius lib. 36. cap. *Ego tamen ſorte quadam nutriendæ Græciæ datus, ne ingratus quidem benefacere abſiſtam.*

Nutrix. Truc. 5. 1. ℣. 11.

Nutrix: de agro, cuius proventu tamquam nutrice aluntur villici. Trin. 2. 4. ℣. 111. Ita Artemidorus l. 1. c. 81. ait: *Bonum eſſe opifici ſomniare de coitu cũ matre;* καὶ γὰρ τὴν τέχνην μητέρα καλεῖν ἔθος ἐστι Valerius Maximus lib. 7. cap. 6. *Siciliamque & Sardiniam benigniſſimas vrbis noſtræ nutrices gradus & ſtabilimenta bellorum.* Ita India vocatur *nutrix & genitrix gemmarum.*

Nux caſſa. Pſeud. 1. 3. ℣. 136. *Ventoſa ſine medulla* Petronio.

Nux vitioſa, caſſa. Mil. 2. 3. ℣. 54. Petronius vocat *inanem, & ſine medulla ventoſam* Contrà dicitur; *Nux gravis, & pleno integra fructu.*

O.

O! Truc. 1. 2. ℣. 21. & 2. 4. ℣. 55. *O cives cives!* Vox quiritantium. Quod ſi enim iniuria quis affectus fuiſſet in urbe,

vrbe, inclamabat cives Romanos hac formula, aut alia ſimili; *Porro Quirites!* Curc. 5.2.℣.27. Vide formulas Briſonij.

O *DI tibi dent multa bona!* Pœn. 1.1.℣.80.

ἀξιῶ! Admirandi. Pſeudol. 1.5. ℣.28.

Ob: propter. Truc. 1.1. ℣.11.

Ob; pro, *ad*. Pſeud. 2.1.℣.13. *Obducere*, pro, *adducere*.

Ob, pro, *ante*. Mil. 2.4.℣.51. *Nūc demum experior ob oculos caliginem mihi obtigiſſe.* & 5.1.℣. 37. *Ille qui lanam ob oculum habebat, nauta non erat.* Merc. 5.2.℣.82. *Irata eſt quia ſcortum ob oculos adduxerat.*

Ob, pro *ſuper*. Aul. 2.4.℣.23. *Follem obſtringit ſub gulam.*

Ob: præter. Truc. 2.2.℣.41. Sic *Obducere alicui aliquem*: præter eum alium aliquem adducere.

Ob: valet, *pro*. Aſin. Arg. ℣.3. & 2.2.℣.80. *Ob aſinos ferre argentum.* Epid. 3. 4. ℣. 28. & 5. 2.℣.37. *Dedin' tibi minas 30. ob filiam?* Rud. 3. 6. ℣.23. *Arrhabonem accepiſti ob mulierē.* Agell. lib. 11. cap. 10. *Tragœdus gloria ſibi ducebat, talentum magnum ob vnam fabulam datum eſſe.*

Ob eam rem: ideo. Bacch. 4.4.℣. 33.39.

Ob ſtultitiam ſuam ſe tueri. Trin. 3.2.℣.82.

Ob induſtriam: de induſtria. Caſ. 4.3.℣.7. & 2.3.℣.58.60. Men. 1.2 ℣.14.

Obambulare: eſt aduerſum alios ambulare: & ſe quaſi opponere aliis ambulantibus. Pœnol. Prol.℣.19. Caſ. 4.1.℣.10.

Obambulatum ire noctu inſtar graſſatorum. Trinum. 2. 2.℣. 34.

Obcades; vt, *concades*. Stich. 5.4. ℣.52.

Obcantare: *Occentare*. Paulus IC. verbo *Obcantandi* utitur pro eo, quod vulgò *Incantare*, ſi mendo caret liber. Sic enim ait lib. 5. Sentent. l. 23. *Quia ſacra impia nocturna, ut quem obcantarent, interficerent, obligarunt, fecerūt.* In XII. Tabb. *Occentare*, eſt *convitium facere*. Feſtus: *Occentaſſint antiqui dicebant, quod nunc, Convitium fecerint, dicimus quod non niſi clarè, & cum quodam canore fit, ut procul exaudiri poſſit.* Legis verba apud Ciceronem lib. de Republ. erant hæc: SI. QUIS. OCCENTASSIT. CARMEN VE. CONDIDISSET. QUOD. INFAMIAM. FACERET. FLAGITIUMQUE. ALTERI.

Obdere forem. Caſ. 5. 2.℣.15.

Obdormiſco. Amphit. 1.1.℣.115. *ſomno corripi*. Amph. 2.1.℣.73. Rud. 2.6.℣.33.

Obducere eſt aliquem contraducere, opponere & obijcere, qui alteri adverſetur. Mercat. Arg. 1.℣.7. Pſeudol. 2.1.℣.13. *Obducere exercitum* Cic. lib. 1. Attic. Epiſt. 1. *Vt mihi videatur non eſſe ἀδύνατον. Curium obducere.* Attius Aeneid. *Vim Gallicam obduci contra in acie exercitum.* Vide etiam, *Adducere.*

cere. & P. Victor. Var. lib. 15. 7. & Turneb. 24. 34.

Obducere: pro, ebibere. Nam *Ducere*, pro, bibere, uſitatiſſimum eſt, & maxime *Poetis*. Sic etiam, *Obſorbere*, *Obmanere*, diu manere. Cicer. lib. 1. Tuſc. c. 40. *Qui cùm conjectus in carcerem xxx. juſſu Tyrannorum venenum ut ſitiens obduxiſſet.* Sic enim ibi leg. ex Mſſ. Pal. & Vatic. non, *obbibiſſet*, ut vulgò. hoc eſt, celeriter abſorpſiſſet, quaſi uno hauſtu Et lib. 16. Attic. Epiſt. 6. *VIII. Kall. igitur ad Sicam. ibi tamquam domi mea ſcil. itaq; obduxi poſtremum diem*, h. e. lõgius & diutius duxi & protraxi, & quaſi poſterũ diẽ addidi. Seneca in Troad. *Non ſtetit fuſus cruor. Humore ſummam fluxam obduxi ſtatim. Sævus quod totum ſanguinem tumultus bibit.* ſic & *Ducere*, & *Educere*, & Græcè σπᾶν. Et nos Germani: Herauß ziehen. Vide ſupr. *Ducere*, & *Educere*.

Obducere, *Obnubere*, *Obductio*, *Obnuptio*. Cic. pro Rabir. c. 5. *Carnifex verò & obductio capitis, & nomen ipſum Crucis, abſit non modò à corpore civium Romanorum.* Ita hic locus exſtat in omnibus libb. etiam Mſſ. Pall. Muretus tamen mavult lib. 8. Var. lect. cap. 9. *Obnuptio* capitis: eò quòd paulò ante hæc verba in ead. Orat. ſicut & iſta: *caput obnubito, arbori infelici ſuſpendito.* Probabilis ſanè conjectura: quia tamen in omnibus libb. eſt *obductio*: (quod ſtrenuè tuetur quoque Ianus Gulielmius in ſua editione) nihil profectò mutandum eſt: quicquid etiam occentet Lambinus. Cicero item lib. 2. de Nat. Deor. cap. *Obducunturque libro. aut cortice trunci, quò ſint à frigoribus & caloribus tutiores.* Et eod. lib. cap. *Quarum alia coriis tecta ſunt, alia villis veſtita, alia ſpinis hirſuta: pluvià alias, alias ſquamâ videmus obductas.* Et pro Sextio cap. *Etenim animus eius vultu, flagitij partibus petebantur. Sed hæc obſtructio nec diuturna eſt, nec obducta, ita ut carioſis oculis non poſſit.* Ammianus quoque lib. 14. *Obductio capitis*, ita uſus eſt, Ciceronem, ut puto (ſolet enim is veterum dicta & verba libenter uſurpare) ſequutus. Sic igitur ait Ammianus lib. *Et cauſarum legitimâ ſilente defenſione, carnifex rapinarum ſequeſter, & obductio capitum, & bonorum ubique mutatio verſabatur per Orientales provincias.* Horat. Epog. 13. —— *obductâ ſolvatur fronte ſenectus.* Virgil. lib. 10. Aen. ỿ. 64. —— *Quid me alta ſilentia cogis*

Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem?

Vbi Servius: *Obduci dicuntur, quæ cicatrice clauduntur.* Seneca Conſolat. ad Marciam cap. *Hæc magnitudo ani-*

animi tui texuit me ad ſexum reſpicere vetuit ad multum, quem tot annorum triſtitia, ut ſemel obduxit tenet. Proſper Epiſc. lib. 2. de vitæ contemtu cap. 13. *Heu quàm ſubtiliter nos ille decipiendi artifex fallit? quantâ cæcitate oculos noſtræ mentis obducit?*

Obductare ſcorta. Mercat. 4. 4. ꝟ. 46.

Obdurare. Aſin. 2. 2. ꝟ. 56.

Obdurui cubando & expectando. Truc. 5. 1. ꝟ. 24.

Obediens facto. Mil. 3. 1. ꝟ. 210.

Obedire. Obedientia. Hoc verbũ ſervilem quandam ὑπακοὴν, veteribus, & maximè Ciceroni videtur ſignificare. Servi igitur rectè *Obedire* dicuntur, & qui Regibus ſubiecti ſunt, aut Magiſtratibus: etſi non tam Commodò. Sic cupiditates & πάθη rationi obedire debent. Idem ferè quod, Pavere, & Obtemperare. Sed hæc leviora. Cicero pro Lege Manil. cap. *Non modò cives aſſenſerint, ſocij obtemperarint, hoſtes obedierint, ſed etiam vento tempeſtates obſecundarint.*

Obedire tempori, aliorum, multorum, alterius: hoc eſt, ſervire eorum periculo, honori. Vide & *Parere.* Cicero in Bruto cap. *Is omnibus exemplo debet eſſe, quantum in hac urbe polleat, multorum obedire tempori, multorũq́; vel honori vel periculo ſervire.*

Obex. Perſ. 2. 2. ꝟ. 21. Vbi tamen aliter leg.

Obfirmatus animus. Amph. 2. [...] ꝟ. 15.

Obiectare. Moſt. 1. 1. ꝟ. 15. & 3. [...] ꝟ. 126. Merc. 2. 3. ꝟ. 76. Trin. 3. 2. ꝟ. 28. & 69.

Obiectum eſt: pro, accidit. Amph. 2. 1. ꝟ. 58.

Obiexim: obiecerim moram Pœn. 1. 3. ꝟ. 37.

Obiicere ante Ciſt. 4, 1. ꝟ. 17.

Obijcere eſt ultro in manus dar[e] Aſin. 4. 2. ꝟ. 5. Perſ. 4. 3. ꝟ. 1.

Obijcere aliquem machæræ. Curcul. 4. 4 ꝟ. 37.

Obijcere linguam. Vide litt. B *B[...] lingui prehendere.*

Obijcere ob os: pro, *ad.* Moſt. 3. [...] ꝟ. 86. Et Mil. 2. 1. ꝟ. 70. *Obijcere ob oculos.*

Obijcere ærumnam. Epidic. 2. [...] ꝟ. 10.

Obijcere: pro, offerre. Epid. 1. [...] ꝟ. 57 *Res ſubita obiecta eſt.*

Obijcere lucrum. Curcul. 4. 2. ꝟ. 45.

Obijcere obviam oculis. Pſeud. [...] 1. ꝟ. 18.

Obijcere: pro, *adijcere.* Caſ. 2. [...] ꝟ. 52.

Obijcere. Quod Cicero *Occurrere, Contradicere.* In diſputationibus: quod Græci ἐνίστα[σθαι] id vulgò hodie dicunt *Obijcere.* Veteribus in hac notion[e] non eſt uſitatum. Cicero lib. 3. Tuſc. c. *Ex quo intelligitur non in naturâ, ſed in opini[one] eſſe ægritudinem. Contradi[cuntur] hæc: Quis tam demens ut ſua voluntate mærcat?*

Obire diem: pro, Occurrere a[d] diem conſtitutum. Vulg. no[...] tum. Sed, *Obire locũ* & tẽpus

qu[...]

quæ in eadem notione, non item. Cicero pro Milone cap. *Atque ita profectus eſt, ut concionem turbulentam, in quâ ejus furor deſideratus eſt, quæ illo ipſo die habita eſt, relinqueret; quam niſi obire facinoris locum tempusq; voluiſſet, nunquam reliquiſſet.*

Obire diem ſuum: h. e. mori. Ciſt. 2.3. ℣. 69. Pœn. 4.2. ℣. 82. & 5. 2. ℣. 110. Men. Prol. ℣. 62.

Obire mortem: *Obire diem ſupremum*, dicunt Veteres, quod hodie abſolutè *Obire*. Plautus Aul. Prol. ℣. 15. *Vbi is obijt mortem*. Cicero in Bruto cap. *Q. Marcio, Cn. Servilio COS. mortem obijt Ennius*. Et lib. 1. Tuſcul. cap. *Qui ſi mortem obiſſet, in amotiſſimis fortunis occidiſſet*. Lucret. lib. 4. ℣ *Multi mortem obeunt*. Et *Morte obitâ*, eſt, poſt mortem, mortuis illis. Cicero pro Sextio cap. *Nec utro illorum quisquam, quos à maioribus noſtris morte obitâ, poſitos in illo loco, attamen noſtris e. llocatis videtur.* Lucret. lib. 4. ℣. 735.

Quorum morte obitâ tellus
amplectitur oſſa.

Virgilius lib. 10. Aen. ℣. 641.

Morte obitâ quales fama eſt
volitare figuras.

Agell. 15. 20. *Quod egregius Poeta morte obitâ ſepultus in eorum terrâ foret.*

Obiter. Hæc particula non eſt optimis antiquiſſimis Scriptoribus (ut Lucret. Cæſari, Ciceroni) nota; ſed poſtea recepta, ut Quintil. Valet autem idem, quod, *Leviter*, παρέργως. Interdum videtur idem valere, quod, *per-conſequentiam*. Vt Pomponius IC. de reſolvend. dign. *Sed dicendum eſt patre paciſcente, & liberato adverſario, filium quoque obiter liberari.* Vide Chariſ. Soſip. lib. 2. pag. 187.

Obiurgare. Trin. 3.2. ℣. 54. Amphitr. 2.2. ℣. 74.

Obiurgare verbis & *verberibus* poſſumus. Curcul. 1.3. ℣. 15. Bacch. 4.9. ℣. 97. Cic. ad Attic. *Caſtigatione & obiurgatione dignus.* Perſ. Satyr. 5. ℣. 169. *ſoleâ puer objurgabere rubrâ.* Colum. *Obiurgare flagello.* Suet. Otth. cap. 2. *Flagris objurgari.* Petron. pag. 23. Edit Douſ. *Obiurgari colaphis* Virgilius dixit: *Telo admonuit biiugos.* Et Calliſtratus leg. 7. de pœnis: *Fuſtium admonitio.* Seneca lib. 3. c. 12. *Tu Speuſippe ſeruulum iſtum verberibus obiurga. nam ego* (Plato) *iraſcor.*

Obiurgitare. Trin. 1.2. ℣. 30. 32.

Oblatratrix uxor. Mil. 3.1. ℣. 86.

Oblectare. Truc. 1.2. ℣. 11.

Oblectare: parce ac duriter ſuſtentare. Perſ. 1.3. ℣. 46.

Oblectare: eſt θέλγειν, blãdis verbis lactare, & retinere. Aſin 2. 2. ℣. 103. *Sordido vitam oblectabas pane.* Sic Capt. 1.2. ℣. 75. *Nam iſtoc me adſiduò victu delecto domi.*

Oblectare gaudio falſo. Pœnul. 5. 4. ℣. 86.

Obligare: chirurgicum verbum. Menæch. 5.3. ℣. 9. Cicero

 Tuſcul.

Tuſcul. Quæſt.2. *At vero ille exercitatus, & vetus, ob eamquem rem fortior, medicum modo requirens, à quo obligetur: ô Patrocle, inquit.* Ibidē: *Abducet Patroclus, credo, vt collocet in cubili, vt vulnus obliget.* Dicunt etiam *Deligare.* Celſus libro 7.cap.19. *Deligatur autem vulnus omne, quod ex his cauſis factum eſt.* Idem lib.8.cap.10. *Deligatum vero membrum in diem tertium cōtinendum eſt.* Ibidem: *Deligari autem brachium debet paulum pollice ad pectus inclinato.*

obligare tabellas & obſignare. Bacch. 4.4.℣.96.

obligare ædes. Truc.2.1.℣.4.

obligata crumena. Trucul. 5. 1. ℣.64.

obligare: Magicum interdum verbum. Vtitur eo Paullus IC. in loco ſupr. *obcantare.*

obligurire: pro, *Abligurire.* Vt, *obſorbere,* & *obducere.* Ennius lib. 6. Satir. *Exſpectans mox dum alterius obligurias bona.* Sic apud Donat. in Ter. Phorm. 4.2.℣. 25. Et Iulius Firmicus lib.cap.5. Gloſſæ: Obligurio, καταλιχνεύω.

oblitesco. Rarius verbum, factū, ut, *Deliteſco.* Cicero de Vniverſo, ubi de aſtris: *Quibusq; temporibus à noſtro aſpectu oblitescant, tutiusque emerſi terrorem mentiantur rationis expertibus.*

oblino, oblevi. Agell lib.20.cap. 6. ex Apollinari Grammatico: *Nam cùm ita in Catilina* (Salluſtij) *ſcriptum eſſet: ſæpe maiores veſtrum miſeriti plebis Romanæ veſtrum oble*[...] *runt, & veſtri ſuperſcrip*[...] *runt.*

obliviſcor: cum accuſandi ca[...] *Non ſum oblitus officium m*[...]*um.* Caſ.1.1.℣.16. Truc.2.1.[...] 22. Aſin.1.3.℣.73.

obliviſci memoriā. Trin.4.3.v.[...]

oblocutor alteri. Mil.3.1.℣.48.[...]

obloqui. Curc.1.1.℣.41. Ciſt.4[...] ℣.85.90. Men.1.2.℣ 46.

obludere. Truc.1.2.℣.10.

obmoliri. Livius lib. 37.cap.[...] *rempto prælio notum quidem* [...] *quietem verſi* (ſcil. oppida[...] *ſed undiq; omnes ad munien*[...] *& obmolienda, quæ ruinis ſtr*[...] *ta erant, concurrerunt.*

obmuteſcere etiam ipſa *lingua* [...]citur. Cic. pro domo c. *Qua*[...] *quis eſt, qui exiſtimare poſ*[...] *huic novo Pontifici prima* [...] *hanc poſt ſacerdotium inita* [...] *religionem inſtituenti, vocem* [...] *mittenti non & linguam o*[...] *mutuiſſe, & manū obtorpuiſſe*[...]

obniſus. Vide, *Niſus.*

obnoxioſæ leges. Trin.4.3.℣.3[...] Vide ibi Animadverſiones.

obnoxius, & *obnoxiè:* quid eſſe[...] jam olim diſputavit Agelli[...] cum Grammatico quopiam Romano, inſolentiarum [...] imperitiarum pleniſſimo, lib. 7.c.17. quod ut legatur, omn[...]no operæ pretium eſt. Addam ego omniū ἐπιχειρεῖν Valent[...] Acidalij, linguæ Latinæ ſci[...]tiſſimi, pag. 481. Diuinat. *ob*[...]*noxius,* inquit ille, proprie di[...]citur is, qui ob noxiam aliqu[...] ſuam alteri concedit, ſuo iure non vtens, animi conſcienti[...] fractus. Ad quam originem

Plaut[...]

Plautus alluſit. Bacch. 5. 2. ♈. 79. Pœn. 5. 4. ♈. 18. & 3. 1. ♈. 15. Mil. 3. 1. ♈. 150. Truc. 4. 3. v. 60. Amph. 1. 1. ♈. 216. Hinc ad alia transfertur, & *obnoxij* dicuntur, à ſimilitudine quadã affectus & conditionis etiam, qui alicui aliquid debent tãquam devincti. Aſin. 2. 2. ♈. 18. Trin. 2. 1. ♈. 33. Et Virg. l. 2. Georg. v. 28. *iuvat arva videre,*

Non raſtris hominum, non ulli obnoxia curæ.

Qui tamen tales, lenius ſcil. ac lentius agunt plerumque cum iis, quibus obnoxii, nec pro ſuo iure, cedentes & parcẽtes, & plane velut ſecundas agẽtes. Idem ſenſus Cæciliani loci e Chryſio apud Agell. cui ſoli exiſtimavit Grammatici ſui definitionem convenire. putidiſſimè profectò. Quid enim abſurdius, quam obnoxium ſibi eſſe habentem culpæ ſuæ conſcium? Apud Cæciliũ coquus aliquis aut mercenari' cõductus ex more, cum aſperius exciperetur verbis, & cõvitiis in id genus hominum vulgatis exagitaretur, eâdem ſe uſurum libertate dicit in reſpondendo, neque propterea parſurum alteri, & ſecundas acturum, quod mercedẽ ab eo accipiat, & hoc nomine devinctus ei videatur: id quod eſt tribus verbis, nolle ſe mercedis cauſa obnoxium eſſe. Verba Cæcilii hæc ſunt:

--- quanquam ego mercede huc conductus tuâ

Advenio ne tibi me ob eam rem obnoxium

Reare. audibis male, ſi male dixis mihi.

Sic *obnoxiè* loco Stich. 3. 2. ♈. 41. *Nõ ego hercle periũ plane, nõ obnoxiè.* eſt quaſi *clementer.* Vt & *obnoxioſè* Epid. 5. 2. ♈. 29. 59. *obnoxioſi* vocantur, qui alios ſibi volunt habere obnoxios: qui multum aliis ſunt obnoxii: vt patet ex verbis Ennii apud Agell. Itemq; illis *Plaut.* Trin. 4. 3. ♈. 31. 56. 57.

obnoxius: affinis, compos noxæ. Stich. 1. 1. ♈. 27. Trin. 4. 3. ♈. 56. 57. Truc. 4. 3. ♈. 61. Feſtus: *obnoxius, pœna obligatus ob delictum.*

obnoxium: pro turpi, ignominioſo, malo, ſeu potius pro ſervili, aut ſervo. Id enim propriè *obnoxium.* Livius l. 9. c. ubi de pace Claudinâ: *Poſtumius in ore erat, cum laudibus ad cælum ferebant devotionis Decij Coſ. aliis claris facinorib' æquabant, emerſiſſe civitatem ex obnoxiâ pace illius conſilio & operâ.* Mox enim ait: *Non probat populus Rom. ignominioſâ pace legiones ſervatas.* Idem l. 23. c. *Nunc interroganti Senatori pœniteatne adhuc ſuſcepti adverſus Romanos belli, ſi reticẽ aut ſuperbus, aut obnoxius videar: quorum alterum eſt hominis alienæ libertatis oblati, alterum ſuæ.*

obnubere caput. Vide & ſupr. *obducere.* Macrob. lib. 1. Saturn. c. 21. *ſimulacrum hujus Deæ refingitur capite obnubto: ſpecie fuiſti* &c. Val. Argonaut. l. 5. v.

obnubenſq; caput veri dat vina vocato.

Obolere allium: male-olere ex allio comeſto. Moſt.1.1.℣.38. Similes locutiones vide apud Sueton. Veſp.c. 8. & Calig. c.23.

Obolere. Caſ.4.3.℣.16.

Obolere alicui. Men. 2.3.℣.33. *Marſupium oboluit huic.*

Oboli. Amphitruo Sc. *Quis tam*. ℣.43.

Obolus æratus: erat *Chalcus*, octava pars oboli. Habebat enim Obolus octo chalcus. Pœn.1.2.℣. 62. Vide Snell. de re numm.pag.57. Ea aliter legitur in loco *Plauti*. Vide Animadv.noſtras.

Oboriuntur tenebræ. Curcul 2.3. ℣.30.

Obrepere. Trin.4.2.℣.131. Pſeud. 2.3.℣.10.

Obrepere alicui. Trin. 1.2.℣.23. fallere.

Obrepere: ἐπεργητικῶς. *Obrepet te fames*. Pœn.Prol.℣.14.

Obreptare. Perſ.1.2.℣.25.

Obrodo. Amph.2.2.℣.92.

Obruſſa. Id, quo quid probamus: ut Aurum. Verbum hoc Eraſmus in lucem primus protulit: quod tamen & Politianus novit, *Obryzum* eſt ipſum aurum, unde & *Obryzati aurei*, ab Inſulâ, ex quâ olim optimum aurum, teſte Hieronymo in Ierem. *Iudor. quaſi obradiet*. Plinius lib. 33. cap. 3. Imp.l. SC. Theodoſ. de ſuſcept. Seneca Epiſt. 13. *Sic verus ille animus, & in alienum non venturus arbitrium probatur: hæc ejus obruſſa eſt*. Ita eum locum Eraſmus emendavit. Cicero in Br *Quò magis expurga ſermo, & adhibenda t obruſſa ratio, quam m poteſt*. Ita Alciatus. rerg. cap.9. Cælius Nizolium verbo, Sueton. Neron. cap. *gitque ingenti faſtidio bitate nummum aſpe gentum, poſtulatum a obruſſam* Ita eſt in ve & ad Beroald. Poli piſt. 6. *Exigere ſcrip ruſſam.*

Obruere. Cicero philipp *Quod ſi ea, quæ dec obruere, num etiam m rerum delere poſſumu*

Obſcenus pro in fauſto, d ſtus in verbo, Segeſta. *poſita eſt ei S. littera. n nomine appellaretur, n eſt in Malevento, qu ventum dictum eſt*. Vi 3.Aen.℣.366.

Prodigium canit, (
denunciat iras.
Obſcenamque fam

Ibidem *Obſcenas volu* cat Hrapyias:

Obſcenas pelagi ferr
volúcres.

Catullus ad Mallium

Sed Troia obſcena. T
felice ſepulchrum
Detinet, à noſtro ter
na ſolo.

Agellius 13.13. *Iccircò qui pomœrium protu montem iſtum exclu quaſi avibus obſcenis jum*. Livius lib.13. cap
a

animalium obſceni fœtus pluribus locis nunciabantur.

Obſcævare : eſt malam ſcævam objicere, à ſcæva : quod vide Iter. S. Aſin. 2. 1. ℣. 18. Et forte Pſeud. 1. 2. ℣. 47. Contrarium eſt *Benedicere*. Aſinaria 3. 3. ℣. 156.

Obſcurat amor pectus. Trin. 3. 2. ℣. 41.

Obſcurus. De homine taciturno, qui & Latinè dicitur *Tectus*: eoque qui conſilia tegit ; cui *Apertus* & *Candidus* repugnat. Vide etiam infr. *Otioſus* Græcè κλεψίνους Cic. Proœm. in Verr. de ipſo Verre cap. 2. *Quod ſi quàm audax eſt ad conandum ; tam eſſet obſcurus in agendo, fortaſſe in re aliquâ nos aliquando fefelliſſet.* Et mox: *Nam ut apertus in corripiendis pecuniis fuit, ſic in ſpe corrumpendi judicij perſpicua ſua conſilia conatusque omnibus fecit.* Idem lib. 3. Offic. cap. *Certè non aperti, non ſimplicis, non ingenui non iuſti, non viri boni, verſuti potius, obſcuri, aſtuti fallacis, malitioſi, callidi, veteratoris.* Horat. lib. 1. Epiſt. 13 ℣. 94.

—plerumque modeſtus
Occupat obſcuri ſpeciem, taciturnus acerbi.

P. Victorius lib. 30. Varr. lect. c. 13. hæc iſta nobis indicavit.

Obſecrare. Trin. 1. 2. ℣. 139. Truc. 2. 7. ℣. 33. (℣. 102.

Obſecrare ab aliquo. Bacch. 4. 9.

Obſecratio. Solemnis quædam, & ſacra precatio videtur fuiſſe. Cic. de Haruſp. reſp. *In quo conſtituendæ nobis quidem ſunt procurationes, & obſecrationes, quemadmodum movemus.*

Obſecro fidem. Eſt ſermo ejus, qui alterum auſcultare & attendere cupit, ut ejus fidem imploret. Moſt. 2. 2. ℣. 96.

Obſecro te ! formula eorum eſt, qui vapulantes deprecantur. Aſin. 2. 4. ℣. 5. Ter. Eunuch. 4. 4. ℣. 2. *Fugitive prodi, male conciliate.*

Do. *Obſecro.*

Obſecro per genua. Truc. 4. 3. ℣. 53.

Obſecro hanc per dexteram. Pœn. 1. 3. ℣. 8.

Obſecro veſtram fidem! Pœn. 5. 2. ℣. 7. Truc. 4. 3. ℣. 30. (180

Obſecro ecaſtor. Amph. 2. 2. ℣.

Obſecro: blandientis, ut, *amabo*. Bacch. 5. 2. ℣. 12.

Obſecro hercle. Aſin. 1. 1. ℣. 14. 26. Capt. 3. 5. ℣. 22. Curc. 2. 3 ℣. 28. 35. Bacch. 3. 6. ℣. 24. Moſt. 2. 2. ℣. 74. 80. & 3. 1. ℣. 30. 81. 96. Men. 1. 2. ℣. 66. & 1. 3. ℣. 14. & 5. 5. ℣. 43. & 5. 7 ℣. 27. & 5. 9. ℣. 34. Pſeud. 1. 1. ℣. 27. 127. & 4. 6. ℣. 11. & 4. 7. ℣. 94. Truc. 2. 3. ℣. 8. Mil. 5. 1. ℣. 15.

Obſequens, obediensque. Bacch. 3. 3. ℣. 55.

Obſequens : favens, benevolus. Rud. 1. 5. ℣. 2.

Obſequens magiſtro. Curc. 2. 2. ℣. 8.

Obſequentiam facere : eſt, indulgere. Aſin. 1. 1. ℣. 51. Sed rectius ibi ex Membr. Mſſ. *obſequeliam*. Vide Animadverſiones. Sic *Indolia* dixit Sidonius Carm. 13. uti ibi Muretus ex Mss. expreſſit, pro *Indolentia*.

 Alias

Aliàs Cicero etiam dixit, *Conſiderantia* Epiſt. 9. ad Q. Fratr. uti eſt in Mss. Pall.

obſequi corde atq; animo ſuo: genialiter vivere. Pſeud. 5. 1. ℣. 27. Bacch. 3. 3. ℣. 12. Pœn. 1. 1. ℣. 48. Mil. 3. 1. ℣. 83. (6.

obſequi in aliqua re. Trin. 2. 1. ℣.

obſequioſus. Capt. 2. 3. ℣. 58.

obſequium ſumere animo. h. e. voluptariè vivere. Bacch. 4. 10. ℣. 7.

obſequium, & *obſequi*. Interdum in rebus turpibus, & obſcœnis dici ſolet ab antiquiſſimis. Ovidius: *Arſerat obſequio Semele Iovis.*

obſerere. Trin. 2. 4. ℣. 129. 130. 131. *obſerere mores malos.*

obſerere: obſcœno ſenſu. Epid. 4. 1. ℣. 30.

obſerere pugnos. Men. 5. 7. ℣. 23. Vide Lexicon Lucret. Sic Attius Tragœdus in Andromedâ: *Quod beneficiū haut in ſterili ſegete te obſeſſe* (obſeviſſe) *intelligis*. Vide etiam, *Serere*.

obſervantia. *Homo ſummâ obſervantiâ*. h. e. qui aliorum ſit obſervantiſſimus. Quæ mihi phraſis rarior videtur. Sic: *Eſt in eo* obſervantia ſumma Cic. lib. 13. Epiſt. 23. ad Servium Sulpitium: *Hominem enim ſummâ prudentiâ, humanitate, obſervantiâq; cognoſces.* Et Epiſt. 28. ad eundem. *Eſt enim in eo cùm virtus & probitas, & ſummum officium, ſummaque obſervantia.*

obſervare: pro, ſervare, conſervare. Lepidus Ciceroni lib. 10. Epiſt. 35. *Nam exercitus cūctus conſuetudinem ſuam in civibus obſervandis, communi pace ſeditione factâ, retinu*[...]
Ita vett. libb. vulg. *cōſervā*[...]

obſervare: pro, *Cavere*. Vide [...] *Servare*. Græcè, παραφυλά[...] τειν καὶ τηρεῖν Cicero pro S. Ro[...] cio c. *Nihil enim mali eſt, can*[...] *ibi quàm quàm plurimos e*[...] *ubi permulti obſervandi, m*[...] *taque ſervanda ſunt.*

obſervare: propriè eſt ſervoru[...] quibus ædium cuſtodia d[...] mandata eſt. Aſin. 2. 2. v. 7. [...] *diligenter obſervare ianua*[...] Nota connubium Adverb[...] Mil. 2. 4. v. 46. & 2. 6. v. 5. T[...] Andr. *obſervas filiū quid ag*[...] Sic eſt apud Florum lib. 3 c[...] *obditis navibus quaſi porta* *obſervavit*. Vide etiam in [...] litt. S. *Servare*.

obſervare: inſidioſe captare. [...] 1. 2. ℣. 13. Virgil. lib. 3. Georg[...]
—*quos durus arator* (x[...]
obſeruās nido implumes detr[...]
Terent. Andr. 1. 1. ℣. 142.
Perterrefacias Dauum, obſ[...]
ves filium quid agat.
Ibidem. Andr. 2. 5. ℣. 2.
Herus me relictis rebus iuſ[...]
Pamphilum obſervare.

obſeruare. cuſtodire. Mil. 2. 3. [...] 57.

obſervare, ſpeculari. Truc. 4. [...] v. 11.

obſervare, eſt, id, quod Germa[...] dicunt Außlauren. Men. 5. [...] ℣. 38.

obſervationi operam dare: cuſto dire. Mil 2. 6. v. 5.

obſidere: ſedere. Pœn. Prol. ℣. 2[...]

obſeſſor fori. Pſeud. 3. 2. ℣. 18. [...] coqu[...], pro, *inſeſſor*.

obſidere oſtium. Truc. 4. 4. ℣. 1[...]

obſ[...]

obſecutum: paſſive, pro, *obſecundatum*. Aſin. ..1. ℣.63.

obſidium facere urbi. Bacch. 4.9. ℣.24.

obſidium perduelles. Mira ſyntaxis nominis, ut verbi. Mil. 2.2. ℣.67. *Curre in obſidium perduelles*.

obſidium tergo. Mil. 2.2. ℣.64.

obſignare: epiſtolam, libellum. Pſeud. 2.4 ℣.16. & 4.2. ℣.43. *cellam*: Caſ. 2.1. ℣.1.

obſignata epiſtola imagine. Pſeu. 4.2. ℣.43. & 4.7. ℣.105.

obſignata, *conſignata tabella*. Bacch. 4.9 ℣.11. (℣.30.

obſignatum ſymbolum. Pſeu. 4.6.

obſipare: eſt, *adſpergere*. Feſtus: *Sipat*, eſt iacit. Inde diſſipat, diſiicit, obſipat, obiicit. Ciſt. 2.3. ℣.37. *obſipare aquam*.

obſiſtere: opponere ſeſe ruentibus, & occurrere: vel obſtare exire volentibus. Mil. 2.3 ℣. 62. 82. Vide Lexic. Lucret. Dan. Parei. Cōmoda quidem eſt huius verbi ſignificatio, cùm τὸ *ob* ferè adverſitatem notet. Et placuit quoque noſtra expoſitio Clariſſ. Freinshemio ad Q. Curtium lib. 3. c. 2. n. 14. Alij tamen inter quos Paſſeratius, & Reineſius noſter, exiſtimant, τὸ *obſiſtam*, pro *ſtabo* accipiendum, compoſitum pro ſimplici. Et ſic Epid. 4.1. ℣. 33. *retines* pro *tenes*. Et Apul. initio Apologiæ: *Pro vera obtinebam*, pro, *tenebam*. h.e. putabam. Sic Virgil. lib. 5. Aen. ℣. 311. *circumamplectitur*, pro ſimplici. & laudat Scalig. lib. 4. poet. cap. 46.

obſiſtere: impedire. Merc. 5.2. ℣. 18. (3.v.5.

obſiſtere in via: obſtare. Curc. 2.

obſiſtere alicui obviam. Capt. 4. 2. ℣.11.

obſiſtere pietate: religione & pietate rem aliquam impedire, Pſeud. 1.3. ℣.33.

obſiſtere: conſiſtere, præſtolari, & ſeſe obuianti opponere. Mil. 2.3 ℣. 62. 81. Vide Paſſerat. Tibull. *Panegyr*. Meſſal. pag. 129.

obſiſtere pro, adverſari, repugnare. Veteribus, & inprimis Cic. uſitatum. Hoc vix notum

obſonare bene. Men. 2.2. ℣. . Mil. 3.1. ℣.12.

obſonare ſermone: eſt, obloqui, obſtrepere. Pſeud. 1.2. ℣.74.

obſonare: abſolutè obſonium emere. Aul. 2.4. ℣.1. Capt. 3.1. ℣.14. Caſ. 2.8. ℣ 58. Moſt. 1.1. ℣.23 *obſonare pollucibiliter*.

obſonare obſonium. Stich. 3.1. ℣.36.

obſonare ſtrennè. Stich. 3 2. ℣.8.

obſonari. Caſ. 2 8. ℣.5.

obſonari ad minam. Truc. 2.4. ℣.90.91.

obſonari paſſive. Bacch. 1.1. ℣.63. & 1.2. ℣.35.

obſonari: deponentaliter. Aul. 2. 4. ℣.16.

obſonari de foro. Men. 1.3. ℣.26.

obſonator: is qui cibis emendis ac parandis præfectus eſt. Germ. ein Kůchenmeiſter / Speiſzmeiſter. *obſonare* enim & *obſonari*, eſt emere & Curare obſonia, cibaria. Plaut. Mil. 3. 1. ℣.73. *Vel primariū paraſitum, obſonatorem optimum*. Seneca

 Epiſt.

Epiſt. 47. *Adijce obſonatores, quibus dominici palati notitia ſubtilis eſt.* Marcianus IC. l. 65. legatis D. de leg. 3. *Cubicularios autem vel obſonatores, vel eos, qui piſcantibus præpoſiti ſunt, non videri negotiationis appellatione contineri.* Martialis. Athenæus lib. 4. pag. 71. ἐκάλουν δὲ καὶ ἀγοραστὴν τὸν τὰ ὄψα ὠνούμενον. νῦν δ' ὀψωνάτορα.

Obſonator optimus. Mil. 3. 1. ℣. 73.

Obſoleſieri. Rarius verbum. Cic. 2. Philipp. cap. 41. *In homine turpiſſimo obſoleſiebant dignitatis inſignia.* Ita ibi Mss. Pall. vulg. *obſolebant.* malè. Valerius quoque & Seneca *Obſolefactam togam, & authoritatem,* dicunt.

Obſonatum mittere Caſ. 2. 8. ℣. 5.

Obſonatū pergere. Mil. 3. 1. ℣. 154.

Obſonatus. Truc. 4. 2. ℣. 27.

Obſonia. piſces. Caſ. 2. 8. ℣. 57.

Obſonia opipara Mil. 2. 1. ℣. 30.

Obſonium, & ὀψάριον: de piſcibus effertur paſſim, ſicut & *obſonari.* Aul. 2. 6. ℣. 3. Quo tamen loco γενικῶς vſurpat Plautus. Men. 1. 4. ℣. 2. & 4. 2. ℣. 34 Aul. 3. 6. ℣. 24.

Obſoniū apponere. Merc. 4. 4. v. 39.

Obſonium curare. Merc. 3. 3. v. 21.

Obſonium opulentum. Bacch. 1. 1. ℣. 63.

Obſorbere: eſt, totum ſorbere. Mil. 3. 2. ℣. 21. Truc. 2. 3. ℣. 30. Terent. Eun. 2. 2. ℣. 4. *Patria abligurierat bona.*

Obſorbere: pro, *Abſorbere,* ut ſupr. *Obligurire. Obducere.* Sed obſoletum. Feſtus, Silatum. Plautus Truc. 2. 3. ℣. 30. *Qua obſorbent, quicquid venit in-tra peſſulos.*

Obſtare. obſiſtere: coniuncta ſun[t] Curc. 2. 3. ℣. 12.

Obſtetrix. Capt. 3. 4. ℣. 96.

Obſtinare: eſt, *obſirmato & perſ[e]verant i animo expetere.* Aul. 2. ℣. 89. Terent. Andr. 1. 5. ℣. *Itane obſtinatè operam dat?*

Obſtinatè aliquem aggredi; aud[a]-dacter, importune, pertin[a]-citer. Aſin. 1. 1. ℣. 10.

Obſtit, pro, *obſtat.* antique. Aſ[in.] 2. 4. ℣. 45. Sic Caſin. 3. 6. ℣. 1[.] *Niſi reſtis.*

Obſtringere: eſt, *vinculo arctè c[ir]cumvincire.* Sic, *collo obſtric[...]* Amph. 3. 2. ℣. 72. & Sc. [...] *tam.* ℣. 24. Aul. 2. 4. v. 23. Cu[r]-cul. 5. 3. ℣. 15. Curc. 5. 3. ℣. 29.

Obſtrudere; paraſiticum verbu[m] avidam notans vorationen[t] ipſamque adeò tuburcina[ti]-onem. Alibi *corvitare* di[cit] Plaut. pro, *avidè veſci.* Stic[h.] 4. 2. ℣. 13. Curc. 2. 3. ℣. 87. v[...] Mſſ. aliqui *obſtrundamus*: a[...] n in *obſtrūdo* eſt ἐπένθεσις an[ti]-qua, quæ crebra eſt in Mſſ. Pandectis Florentinis. Vi[de] Feſtū. Prudent. Hymn. II. [...] ἐισεφάνε.

His intonātem Martyrē Iud[...] profanus non tulit. Conclam[...] os obſtrudite, ne plura iactet i[m]probus.

Obſtruere viam. Priap. Carm. 7[...] *Obſtructa eſt via.* h. e. inte[r]cluſa.

Obſtupidus. Mil. 4. 6. ℣. 39.

Obtegere errata. Trin. 3. 2. ℣. 2[...]

Obtegere caput pallio. Caſ. 2. 3. ℣. 20.

Obter[...]

Obtendere. Obtentus. ûs. Obtentui eſſe: Vulgò dicimus, *Prætendere. Prætenſio.* Sic Sallaſtius in Oratione M. Æmylij Lepidi Coſ. *Res ſecundæ mirè ſunt vitiis obtentui.* Quam ſententiā ex Thucydide lib. 3. eſſe deſumtam oſtendit Andreas Schottus Obſervat. lib. 3. c. 1. Vide etiam infra *Oſtendere. Oſtentus.*

Obterere: pro, *vincere. ſuperare.* Curc. 4. 4. ℣. 17. Propert. l. 3. Eleg. 11.

Hæc etiam clauſas expugnant arma pudicas,
Conque terunt faſtus Icarioti tuos.

Obteſtari; eſt, ob aliquam cauſam Deos teſtes adhibere cum iureiurando. Rud. 3. 2. ℣. 13. 21. (℣. 60.

Obtexere. pro *obtegere.* Moſt. 1. 2.

Obticere. Pœn. 1. 2. ℣. 49.

Obticere: pro, *tacere.* Bacch. 1. 1. ℣. 28.

Obtigere: pro, *tegere.* Moſt. 1. 3. v. 8.

Siquid *Obtigerit.* Vide ſupr. *Acciderit.* Cicero initio 4. Catil. cap. 4. *Nam primùm debeo ſperare omnes Deos, qui huic Vrbi præſident, pro eo mihi, ac mereor, relaturos gratiam eſſe, ſi quid obtigerit, æquo animo paratoq; moriar.* (℣. 88.

Obtigit; pro, *contigit.* Capt. 3. 5.

Obtigit hæreditas. Stich. 2. 3. ℣. 59. Truc. 2. 3. ℣. 23.

Obtinere: tenere. Caſ. 3. 5. ℣. 16.

Obtinere colorem. Mil. 2. 2. ℣. 30.

Obtinere iniuriam. Mire dixit Livius lib. 29. cap. *Omnium primùm ratus tueri publicam fidem, partim edicto, partim Iudiciis, etiam in pertinaces ad obtinendam injuriam redditis, ſuas res Syracuſanas reſtituit.*

Obtinere ius ſuum Caſ. 2. 2. ℣. 22.

Obtinendi verbum vett. & Ciceroni maxime uſitatum, & frequens: pro quo nos ferè dicimus, *Tenere, Habere.* Vt: *Obtinere lenitatem*, principatum, humanitatem, domum ſuam, provinciam, locum. Cicero: *Verres totam Inſulam obtinebat. Cyclops Ætnam tenuiſſe dicitur.* Pro Syllâ c. *Quorum alter apud me parentis gravitatem, alter filij ſuavitatem obtinebat.* Et lib. 4. Tuſc. cap. *Vt jam proverbij locū obtineat.*

Obtinere: pro, detinere, conſervare. Cicero pro Muræna cap. *Ob ejusdem hominis Conſulatum cum ſalute obtinendum.* Et pro Roſcio cap. *Feret tamē æquo animo, Iudices, ſi per nos vitam & famam poteſt obtinere.* Et Epiſt. ad Lentulum 7. *Non dubito, quin adeptus intelligas, te facilimè poſſe obtinere ſummum atq; altiſſimam gradum civitatis.* Ita lib. 1. Epiſt. ad Q. Fratr. *Obtinere & conſervare neceſſitudinem.*

Interdum *Obtinere:* pro, conſequi, vel Adipiſci, vincere, ſuperiorem eſſe. Ita, *Ius obtinere, nomen, ſapientiæ, litem, ſalutem, cauſam. Si quid obtineri poterit.* (6. ℣. 14.

Obtingere: contingere. Bacch. 3.

Obtingit: evenit, accidit. Bacch. 3. 5. ℣. 20. Bacch. 4. 9. ℣. 27. Mil. 4. 2 ℣. 20.

Obtorto collo rapere: eſt, veſte ad collum prehenſa gulam & fauces premere & angere: iiſque adſtrictis vrgere & trahere. Pœn. 3. 5. ℣. 45. Rud. 3. 6. ℣. 15. 21. 30. 31. 32. 38. 43. Turn. lib. 26. 2.

Obtrectare aliquem, & *alicui*, dicebant veteres. Livius lib. 45. cap. *Obtrectare laudes*. Corn. Nepos in Ariſtide: *Obtrectarent inter ſe Ariſtides & Themiſtocles*. De hoc verbo notandũ quoq; rectè quondam Ioſepho Scaligero Burdoni, terdecumano illi Criticorũ Deo qui nihil videri voluit ignoraſſe, palàm obtrectaſſe perilluſtrem & clarũ virũ Caſparem Scioppium, Comitem à Claravalle, eo nomine, quòd κατὰ σολοικισμὸν paſſim in ſcriptis ſuis deponentaliter uſus illo fuerit: *Obtrector, atus ſum*. Vide Scalig. Hypobolim. pag. 233.

Obtritæ iacent pugnæ: cõtemtæ. Curc. 4. 4. ℣. 17. Vide Lex. Lucret. *Obterit*.

Obtrudere fores. Men. 3. 3. ℣. 26.

Obtrudere palpum: adulari. Pſeud 4. 1. ℣. 35.

Obtruncare. Amph. 1. 1. ℣. 259. & 4. 3. ℣ 17. Bacch. 4. 8. ℣. 77. Ciſt. 2. 1. ℣. 47. Mil. 2. 5. ℣. 51.

Obtueri, pro, *intueri aliquem*. Moſt. 1. 1 ℣. 66. Mil. 4. 6. ℣. 56.

Obtueri aduorsũ. Moſt. 3. 2. v. 154

Obtueri terram: pro, *triſtem eſſe*. Bacch. 4. 4. ℣. 17. Verecundiæ ſignum. Virg. l. 6 Aen. v. 862. *ſed frons læta parum, & dejecta lumina vultu*: Et l. 1. Aen. ℣. *Tum breviter vultum Dido* *promiſſa pr fatur*. Et l. 11. ℣. de Lavinia: *oculos dejecta decoros*. Vide Pallerat. Not. ad lib. 1. Propert. pag. 136. (3. 2. v. 19.

Obtuerier: cõtra intueri. Amph.

Obtundere aures. Ciſt. 1. 1 v. 120.

Obtudi pugnis peſſimè. Amph. 2. 1. ℣. 78.

Obtunſus. Tundo, tutudi, tuſum & tunſum. Caſ. 5. 1. ℣. 8 Non ſemper *Obtuſus* dicebãt vett. Sed loci plerumq; ſunt depravati. Lampridius. *Obtunſi oris* (ſed forte leg. *oris*) *pinguem hominem medio ventre diſſecuit*. Author Panegyr. ad Conſtantem: *Deditosq; hoſtes gladii ſui colliſi obtunſiq; tutantur*. vulg. *obtuſiq;*. Virg. l. 1. Georg. ℣. 262. *-durũ procudit arator Vomeris obtunſi dentem*. Ita Priſcan. lib. 10.

Et lib. 4. Georg. ℣. 290. *Contunſosq; animos & res miſerabere fractas*. Sic. v. eod. Agellius 13. 23. Ceterùm *Quis tam obtunſo ingenio eſt. qui non Intelligat ?* Sic emendarunt viri docti ex Mss. libb.

Obturbare os. Stich. 1. 2. v. 58.

Obturbare. Pœn. 1. 2. ℣, 49.

Obvagire: propriè ouium, & agnorum. Comperit tamen etiã ploratui infantum Pœn. Prol. ℣. 31. Vide P. Victor. l. 17. 1.

Obvenire: pro forte occurrere, obviam alicui eſſe, Vide & *Subvenire*, Plautus Truc. 2. 6. ℣, 40. *Eja; tibi obvenit iſtic labos*. Cic. l. 2. Attic Epiſt. 12. *Litteras ſcripſi horâ decimâ Cerealibus ſtatim, ut tuas legeram, ſed eas eram daturus, ut putaram, poſtridie ei, qui mihi primus*

mus obvenisset. Sic corrigendum ex Mss. lib. vulg. *primus obviã venisset.* [2.2.v.15.
Obuenit occaſio: oblata eſt. Aſin.
Obuertere. Caſ. 5.2.ỳ.37.
Obuertere cornua: aduerſari Pſeud. 4.5.v.5.
Obuiam; aduerbial. pro, *in promptu.* Pœn. 5.3.ỳ.39.
Obuiam eſſe. Stich. 4.1.v.19. *Sitibi nulla ægritudo eſt animo obuiã.*
Obuiam eſſe in comitio: præſtò eſſe. Pœn. 3.6.v.12. *Adeſſe cauſæ.*
Obuiam deferre. Pſeud. 4.8.ỳ.5.
Obuiam ire & eſſe. Mil. 3.5.v.22. 24. Sic ibi Mss Pall. *obv.es* nõ *is.* Moſt. 1.4.ỳ.23. & 3.1. ỳ.9. Pſeud. 5.2.ỳ.5.
Obuiam ire per tẽpus. Pœ. 1.1.v.7.
Obuiam occedere. Stich. 5.2 ỳ.24. Trin. 5.2. ỳ.14. Vbi vide Animad. noſtras. Aſin. 2.3. ỳ.24.
Obuiam occurrere. Epid 2.2.ỳ. 30. Seneca lib. 6. cap. 32. Nat. quæſt. Sub fin. *Obviam exire.*
Obuiam præcurrere. Men. 5.8.v.8.
Obuiam obſiſtere. Amph. 3.4.v.2.
Obviam obſtare. Stich. 2.2.ỳ.14.
Obuiam venire. Merc. 1.2.v.106 Pſeud. 4.5.ỳ.10. Rud. 2.2.ỳ.3.
Obuigilare. Bacch. 3.2.ỳ.14.
Obuoluere caput. Moſt. 2.1.ỳ.76.
Occæcatus ſol. Men. 1.2.ỳ.67.
Occallere: eſt, callum cõtrahere. Aſin. 2.4.ỳ.13. Cicero de dolore vſurpat. 1.2. ep. ad Att. *iam prorſus occallui.*
Occare: Merc. Prol. ỳ.72.
Occare, ridicule de ſceleribꝰ dicitur. Capt. 3.5.ỳ.4. Proprie eſt glebas cõminuere. Ger. Egen.
Occaſio & tempus. Pſeud. 4.2.ỳ. 3. Men. 3.3.ỳ.29.
Occaſio lepida. Mil. 4.1.ỳ.30.
Occaſio proba: cõmoda. Caſ. 5.4. ỳ.2.
Occaſio eſt. Pœn. Prol. v.42. & 5. 4.ỳ.40. Capt. 2.3 ỳ.63. *nunc adeſt occaſio.* Bacch. 4.4. ỳ.22. *Occaſio ad eam rem fuit.* Truin. 4.2.ỳ.157. *Occaſio venit.* Bacch. 4.4.ỳ.23. *Occaſio parta.*
Occaſionem capere Pſeud. 4.3.v.6.
Occaſionem opprimere. Aſin. 2.2. ỳ.15. Vide *Opprimere.*
Occaſionẽ reperire. Trin. 3.3.v.28.
Occaſiuncula. Trin. 4.2 ỳ.132.
Occaſus: paſſiue. *Sol occaſus,* qui jam occidit. Epid. 1 2. ỳ.41. Men. 5.7.v.33. Vide litt. S. Sic, *Diſceſſus. interitus, obitus, potus, ſenectus. anteceſſus.* De quibus Priſcianus l. 11. Vide Lexic. Lucret. Dan. Parei.
Occedere: obuiam procedere, teſte Feſto. Nam *ob* pro *ad* poſitum eſt. Aſin. 2.3. ỳ.24. ỳ.6. Moſt. 5.2.v.4. Pſeud. 1.3.ỳ.9. Stich. 5.2.v.24. Trin. 5.2.v.50. Sic Lucret. *obcurrere* pro, *adcurrere* dixit, & Catull. *Obtulerat,* pro, *attulerat* Et in Iure *obligatio* pro *alligatione* dicitur. Vide Lexicon Lucret. in *Obcurrere.*
Ocelli. Rud. 2.4.ỳ.8.
Ocellus: in blanditiis amantum. Moſt. 1.3.ỳ.11. & 1.4.ỳ.12. Aſin. 3.3.ỳ.74.101. Pœn. 1.2.ỳ. 153.172. Trin. 2.1.ỳ.18. Truc. 2.7.ỳ.25. Vnde natæ formulæ apud Poëtas: *Quem ego plus oculis meis amabo.* Catull. Et, *oculitus aliquem* amare. Vide etiam *oculiſſimus.* Vide Petri Victorii Var. lect. lib. 9. c. 9.

Occen-

Occentare: eſt, convitium facere. Perſ. 4. 4. ℣. 20. Merc. 2. 3. ℣. 73. & 3. 1. ℣. 66. Rud. 3. 4. ℣. 70. Stich 4. 1. ℣. 66. Curc. 1. 2. ℣. 57. Vide etiam, *Pipulo differre*: & ſupr. *Flagitium*.

Occeptare. Men. 5. 5. ℣. 18.

Occidere: pro, *Cadere*, corruere. Livius lib. 23. cap. *Sylvæ dextrâ lævâque circa viam: Galli arbores ita inciderant, ut immotæ ſtarent, momento levi impulſæ occiderent.*

Occidere. Tralatè: ut &, *Concidere*. Cicero pro Flacco cap. *Omnia alia perfuſa bonorum, & conſilia, auxilia, jura occiderunt.* (℣. 79.

Occidere: pro, *perdere*. Bacch. 2. 3.

Occidere aliquem nugis: proverbialiter dicitur. Men. 5. 5. ℣. 23. Pſeud. 4. 1. ℣. 22.

Occidi, perii. Comicæ deſperationis formula. Aul. 4. 9. ℣. 1. & 2. 8. ℣. 23. Caſ. 3. 5. ℣ 1. 33. & 5. 3. ℣. 3. 14. & 5 4 ℣. 8. Moſt. 2. 1. ℣. 27. & 3. 2. ℣. 45. 52. & 4. 2. ℣. 46. Bacch. 4. 4. ℣. 20. 28. Men. 5. 7. ℣. 7. Mil. 4. 7. ℣. 6. Merc. 5. 1. ℣. 4. Pſeud. 1. 1. ℣. 37. Stich. 2. 2. ℣. 35. Trin. 4. 3. ℣. 75. Truc. 2. 7. ℣. 64. & alibi ſæpius. Vide etiam *Perij*. *Interij*.

Occidi planiſſumè. Stich. 2. 3. ℣. 75.

Occidi pulcrè Curc. 1. 3. ℣. 58.

Occidione occiſus exercitus, dixit Seneca. Verrius Flaccus apud Agell. 5. 17. *Tum exercitum populi Romani occidione occiſum.*

Occidit: periit. Truc. 1. 2. ℣. 71.

Occidit dolus: evaneſcit. Truc. 2 5. ℣. 7. (℣ 2

Occidit ſpes: interiit. Moſt. 2. 1

Occillo. Amph. 1. 1. ℣. 28. Deſcendit ab *Occo*: *as. at.* quod e Græc. βωλοκοπεῖν. Gloſſ. βω λοκοπῶ: *occo, occillo, paſtinor* Hinc *occillator*, βωλοκόπος qui ſcindit glebas. Sic eadem qua Plautus metaphora utitu Pomponius: *Nam quis hic re ſtat, qui nondum labens lirari mihi.*

Occipio. Amph. 1. 1. ℣. 120. & 3. 1. ℣. 13. Caſ. 2. 5. ℣. 20. Ciſt. 1. 1 ℣. 70. & 2. 1. ℣. 52. Epid. 1. 1. ℣. 12. & 2. 2. ℣. 52. & 3. 4. ℣. 23. Bacch. 2. 3. ℣. 53. & 3. 6. ℣. 36. & 2. 3. ℣. 58. Moſt. 1. 1. ℣. 61. Mil. 2. 1. ℣. 28. & 2. 3. ℣. 15. Merc. 1. 2. ℣. 8. 87. & 3. 4. ℣. 33. 65. Pſeud. 2. 2. ℣. 8. & 4. 2. ℣. 50. & 5. 1. ℣. 31. Pœn. 1. 2. ℣. 4. Perſ. 1. 3. ℣. 34. Rud. 2. 3. ℣. 46. & 4. 4. ℣. 45. 75. Stich. 2. 3. ℣. 55. & 5. 5. ℣. 19. Trin. 1. 2. ℣. 125. & 4. 2. ℣. 43. 52. & 4. 3. ℣. 35. Truc. 2. 5. ℣. 15. 16. Curc. 1. 1. ℣. 43. *Ita ut occœpi*. Sic ſolebant de integro ordiri narrationem interruptam. Stich. 4. 2. ℣. 1. Rud. 4. 4. ℣. 21. 75. Trin. 4. 2. ℣. 52. Pœn. 2. 1. ℣. 24. Perſ. 4. 3. ℣. 49.

Occipere verba. Pſeud. 4. 6. ℣. 15.

Occiſa res: de maximo damno. Vide *Proverbia*, in Mantiſſa.

Occiſa eſt res. pro, *Actum eſt*. Pſeud. 1. 5. ℣ 8. Capt. 3. 4. ℣. 7. Men. 3. 2. ℣. 46. Sic apud Athen. lib. 8. pag. 343. Iuba Rex Mauritaniæ Leontem Tragicum ἀρειφατον ἦχον, occiſum ſonum

ſonum rem malam & corruptam vocat. Ariſtoph. Plut. τὸ τρύβλιον τεθνηκέναι, pro κεκλάσθαι, *catinus mortuus eſt*. h. e. fractus eſt.

Occiſiſſimus omnium: ficte. Caſ. 3. 5. ℣. 52.

Occœpſo: occœpero. Amph. 2. 2. ℣. 41. Caſ. 5. 4. ℣. 22.

Occiſum eſſe: deſperationis Comicæ. Bacch. 4. 4. ℣. 30.

Occiſus homo: qui plane periit. Bacch. 1. 2. ℣. 53. (℣. 49.

Occœpſit. occœperit. Aſin. 4. 1.

Occœptum eſt. Pſeud. 4. 1. ℣. 13.

Occucurri. Merc. 1. 2. ℣. 88.

Occulere: occultare. Moſt. 1. 3. ℣. 117.

Occultaſſis. Trin. 3. 2. ℣. 1.

Occultatus: pro, *Contritus*, *Obtritus*. Livius lib. 27. cap. *Et primò turbarunt ſigna ordinesq; & partim occultatis, partim diſſipatis terrore, qui circa erãt nudaverant unâ parte aciem.* Varro lib. 1. de r. r. cap. 13. *Cohors exterior operta ſtramentis ac paleâ occultata pedibus pecudum.*

Occulteripidæ. Ficte: qui occulte eripiunt. Trin. 4. 3. v. 14. (86.

in *Occulto iacere*. Trin. 3. 2. ℣. 38.

Occultus. Idem qui *Obſcurus*: de quo ſuprà. Cic. lib. 3. Epiſt. 10. ad Appium. *Nihil in me modò perfidioſum & inſidioſum & fallax in amicitiâ, ſed ne humile quidem, aut jejunum debes ignoſcere: ſin autem me aſtutum & occultum lubet fingere* Et lib. 2. de fin. cap. *Is enim qui occultus & tectus dicitur, tamen abeſt, ut ſe indicet.*

Occumbere mortem: pro, mori. Poëticum & hiſtoricum. *Obire mortem*, alijs uſitatius. Livius lib. 26. cap. *Hic ſiti ſunt Acarnanes, qui adverſus vim atque injuriam Ætolorum pro patriâ pugnantes mortem occubuerunt.* Vbi Sigonius ex v. c. ut inquit, repoſuit, *oppetierũt*. Etiam legi poteſt: *morte occubuerunt*. Et lib. 31. cap. *Tanta enim rabies invaſit, ut repente proditos, qui pugnantes mortem occubuiſſent.* Ita olim edd. Sed Sigonius repoſuit, *morte*, Sueton. Aug. cap. 13. *Cum patre, qui ſe obtulerat, occiſo filius quoque voluntariam occubuiſſet mortem.* Ita v. c. nam vulg. *voluntaria*.

Occupare: φθάνειν, antevertere aliquem, ſiue anticipare, vel antevenire. Stich. 1. 2. ℣. 32. & 5. 5. ℣. 19. Men. 5. 2. ℣. 94. & 5. 9. ℣. 21. Moſt. 3. 1. ℣. 35. Rud. 1. 3. ℣. 28. Pœn. 1. 2. ℣. 107. Pſeud. 4. 1. ℣. 15. Phædrus lib. 2. Fabb.

Quoniam occuparat alter ne primus forem:
Ne ſolus eſſet, ſtudui quod ſuperfuit.

Cui reſpondet Elogium illud neſcio cuius: *Demoſthenes Ciceroni præripuit, ne eſſet primus orator: Cicero illi ne ſol*⁹. Cicero Cat. M. *occupatum interemit.* Et lib. 3. de Rep. *Quid ſi vita ejus in periculum veniet, ut eum aliquando neceſſe ſit aut occupare, aut mori?* Apul. & Symmachus dicunt *occupare ſermonem*, hoc eſt, prius lo-

qui. Varro Ephebo: *Crede mihi plures dominos ſerui comedère quam canes. Quod ſi Actæon occupaſſet, & ipſe prius canes ſuos comediſſet, & non negaſſet ſaltatoribus in theatro, fieret.* Horat. l. 2. Od. 12. v. 28. Titinnius Veliterna: *Ergo occupa foras exire, ut præſit linteum.*

occupare : inuenire, poſſidere. Trin. 5. 1. ℣. 11.

occupare aram ; ſedere in ara. Moſt. 5. 1. ℣. 45.

occupare pecuniam ; eſt, fenori locare, & quaſi exercere, ne otio & inertia langueſcat. Epid. 2. 2. ℣. 114. Contrarium eſt; *otioſa pecunia*)(*occupata pecunia*. Vide & *Collocare*, & *otioſa*, & *Vacua*. Item Lexic. Iuris. Plin. lib. 10. Epiſt. *Pecuniæ publicæ & exactæ ſunt & exiguntur; quæ vereor ne otioſæ iaceant.* Cicero pro Flacco c. *Pecuniam adoleſcentulo grandi fœnore, fiduciâ tamen acceptâ occupaviſti.* Ita ibi recte Faernus. Et 3. Verr. c. *Præterea pecunias occuparat apud populos, & ſyngraphas fecerat.* Pomponius apud Nonium : *Quæ tuleram mecum millia decem Victoriatûm, Græcâ mercede illicò curavi, ut occuparem.* Ita recte Hadr. Iun. eum locum emendavit. Columella lib. 2. cap. 8. Et lib. 2. cap. 1. *Neve negotietur ſibi, pecuniamque domini aut animalibus aut rebus alijs promercalibus occupare.*

occupare ſe ad aliquod negotium. Pſeud. 1. 5. ℣. 135.

occupari ampliter. Ciſt. 2. 3. ℣. 54.

occupaſſis. Moſt. 5. 1. ℣. 48.

occupatum eſſe aliquam rem; more Græcorum. Moſt. 4. 3. v. 17.

occurrere. Germ. Verkommen. Pſeud. 4. 7. ℣. 101.

occurſare. Truc. 2. 2. ℣. 27.

occlamitare; eſt verbis repugnare. Curc. 1. 3. ℣. 27.

occludere. Amph. 4. 1. ℣. 11. Ciſt. 3. ℣. 18.

occludere fores. Moſt. 2. 1. ℣. 58.

occludere oſtium. Moſt. 2. 1. ℣. 77. & 2. 2. ℣. 14.

occludere linguam. Trin. 1. 2. ℣. 151.

occluſior. Trin. 1. 2. ℣. 185.

occluſiſſimum oſtium. Vide, *oſtiũ*.

occlûſti; occluſiſti. Trin. 1. 2. ℣. 151. *occluſti linguam*.

ocellus. Eleganti tralatione dicitur locus aut res, quæ eius generis rebus cæteris antecellit, ut *oculus* reliquis animalis membris. Sic Eurip. in Phoeniſſis, *Cytheronem* montem vocat *oculum Dianæ*. Et idem alibi *Andromachæ filium*, quẽ è Pyrrho illa ſuſceperat, vocat *oculum vitæ ſuæ*. Et Pindarus in 2. Oda Olymp. dixit Siciliæ ὀφθαλμός. Iuſtinus Epitom. lib. 5. *Cùm multi delendum Athenienſium nomen urbemque incendio conſumendam cenſerent, negaverunt ſe Spartam ex duabus Græciæ oculis* (Sic Athenas & Spartam notabant) *alterum eruturos.* Cicero ad Attic. *Cur ego tecum non ſum? Cur ocellos Italiæ villulas meas non video?* Catull. ad Sirmionem peninſulam : *Peninſularum Syrmio, inſularumque ocelle.*

oculis. Cicero lib. 3. de Nat. Deor. cap. cap. *Critolaus inquam euerit Corinthum: Carthaginem Haſdrubal. Hi duo illos oculos ora maritima effoderunt.* Vide P. Victor. lib. 9. cap. 9. Var. lect.

oculata die emere; eſt præſenti die emere. Pſeudolus 1. 3. ℣. 66.

oculatus teſtis, auritus teſtis. Truc. 2. 6. ℣. 8.

oculiſſimus; cariſſimus. Vide, *Oſtium oc.* Curc. 1. 2. ℣. 28.

oculi acuti. Pſeudolus 4. 7. ℣. 118.

oculi; de re cariſſima. Pſeud. 3. 2. ℣. 68.

oculi duri: ex atra bile ſcil. Men. 5. 5. ℣. 24.

oculi dolere proverbialiter dicuntur de eo, qui moleſte & indignanter rem aliquam fert. Vide P. Victor. lib. 2. cap. 5. Var. lect. Aſinaria 5. 1. ℣. 4. Moſtellaria 4. 2. ℣. 9. Terent. Phorm. 5. 9. ℣. 64. Græci tamen autores illis *dolere oculos* dixerunt, qui rem pulchram atque iucundam cernerent, qua tamen frui non poſſent. Sic Alexander ille magnus deuictis Perſis, cum captiuas ſpectaret ſpecie corporis, magnitudineque præſtantes, iocans inquit: ὡς εἰσὶν ἀλγηδόνες ὀμμάτων αἱ περσίδες. Herodotus quoque in Terpſichora legatos perſarum, molles eneruatoſque viros, ita induxit loquentes. *Accepti namque illi magnifice ab Amynta Macedonum Rege, cum quererentur, quod adductas in conuiuium mulieres contraque ſe ſedentes, non liceret attrectare, dixerunt; Præſtitiſſe ipſas primo non veniſſe, quam profectas eo, è regioneque ſedentes, oculorum dolores ipſis gignere.* Propert. lib. 2. Eleg. 25. *Quantum cruciat lumina veſtra dolor.* Sic quoque in Euangelio Matth. 20. 15. ἢ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρός ἐστιν ὅτι ἐγὼ ἀγαθός εἰμι. Cicero libro 8. Epiſt. 14. *Nunquam oculi tui doluiſſent, ſi in repulſa vultum Domitij vidiſſes.* Proprie tamen videtur accipiendum. Menæchmi 5. 3. verſ. 6. *Lumbi ſedendo, oculique exſpectando dolent.* Nimia ſcilicet prolixitas fabulæ tædium parit.

oculi lachrymantes. Aſinaria 3. 3. ℣. 29.

oculi faciles: mobiles, volubiles. Citat Servius ad libro 8. Aen. ℣. 310. ex Plauto: *Faciles oculos habet.* h. e. mobiles vino.

oculiferia, ſunt oblectamenta, quæ oculos feriunt. Seneca Epiſt. 88. in medio: *His imperitorum feriuntur oculi.* Et Epiſt. 92. *Splendore imperitorum verberant oculos.* Et Epiſt. 33. *Non habemus iſta oculiferia, nec emptorem decipimus.* Sic ibi Lipſius correxit.

oculi

Oculi limi. Mil. 4. 6. ℣. 2.

Oculi herbei: ſunt oculi luridi, & virides. Curc. 2. 1. ℣. 16.

Oculi nocturni: glauci, nigri, deformes, noctu potius, quam die viſendi. Curc. 1. 3. ℣. 35. Sic *nocturna ora* dixit. Pœn. 1. 2. ℣. 107. (77.

Oculi ſcintillantes. Men. 5. 2. ℣.

Oculi emiſſitii: ſunt, qui huc atq; illuc excurrunt, omnia curioſe obſervantes. Aul. 1. 1. ℣. 2. Tertull. de Pallio: *Circumſpectu emiſſitij ocelli, ima luminis puncta vertiginant*. Apull. lib. 11. Mileſ. *Cuncta curioſis oculis arbitrabar*. Petronius: *Quantilla per rimā applicueras oculum curioſum*. Inſcriptio Pag. DCCCCXXVII. n. 6. ABITE. HINC. PESSIMI. FVRES. VOS QVOD. VOLTIS. VOSTRIS. CVM. OCVLIS. EMISSITIIS. Ariſtoteles lib. 4. Hiſtor. Anim. pag. 425. vocat. *μικροὺς καὶ βραχεῖς* puſilles, & breves: cùm intentius intuemur.

Oculi dicuntur præcipui Regis. Pœn. 3. 3. ℣. 80. Vide Briſſonium de Regno Perſico.

Oculi dicuntur *ardere*, & *virere* hominibus melancholicis, & iracundis. Capt. 3. 4. ℣. 63. Men. 5. 2. ℣. 77. *Oculi ſcintillant*. Cicero in Verr. 2. cap. *Nam cum ſpumas ageret in ore arderent oculi*. Virgil. *Ardentes oculos ſuffecti ſanguine & igni*. Ovid. lib. 3. Metam. ℣. *Igne micant oculi*. Et lib. 8. ℣. de apro: *Sanguine igne micant* Statius: *Igne tument oculi*. Homerus Iliad. *ὀφθαλμὼ δ' ἄρα οἱ πυρὶ λάμπετον*. Heſiod. Aſpide: *πελλαπομένοισι δεδορκώς*.

Oculi pernigri. Pœn. 5. 2. ℣. 153.

Oculi exſtillare dicuntur, quando lacrimas effundunt. Pſeud. 3. 2. ℣. 29.

Oculi hiantes. Merc. 1. 2. ℣. 71.

Oculi punicei. aridi. Pſ. 1. 1. ℣. 73

Oculi truculenti, Aſin. 2. 3. ℣. 21.

Oculis concipere aliquid. Pœn. 1. 2. ℣. 65.

Oculis epulas dare. Pœn. 5. 4. ℣. 2 *τροφὴ ὀφθαλμῶν θεωρία*. Chryſoſt. Vide Caſaub. ad Sat. 1. Perſii. Sic Aul. 3. 6. ℣. 1. *Edere ſermonem*, Nam οἱ λόγοι ſunt eſcæ aurium.

Oculis uti: rectè videre, non falli in cernendo. Epid. 1. 1. ℣. 4.

Oculis aſtute inveſtigare. Ciſt. 4. 2. ℣. 26.

Oculis indomitis eſſe. h. e. pronis ad libidinem: Bacchides 4. 9. v. 92.

Oculis ſignum dare. Mil. 2. 1. v. 45

Oculis plane video: Trin. 4. 3. v. 64. (v. 2.

Oculis contra adſpicere. Caſ. 5. 3.

Oculis malis eſſe: malignis. Truc. 2. 7. ℣. 36.

Oculis obtinere aliquid. hoc eſt, rectà in ſui vſum perſpicere. Epid. 5. 1. ℣. 28.

Oculis judicare: Vulgò, *Ad oculum videre*. Cicero In Divinat. cap. *Nunc verò, cùm id ita perſpicuum ſit, ut oculis judicare poſſitis*. Vbi Pedianus: *Hoc*, inquit, *quidam leniter à Cicerone dictum*, *& neotericè putant: ſed aptū eſſe aſſeverationi*.

Oculos tollere. Lucret. lib. 11. v. 66.

Primum

Primùm Graius homo mortales tollere contra
Eſt oculos auſus.

Cicero lib. 16. Epiſt. 10. ad Tironem: *Litteræ meæ ſive noſtræ tui deſiderio oblanguerunt: hac tamen epiſtolâ, quam Acaſtus attulit, oculos paulùm juſtulerunt.* (ỽ. 32.

oculos corrumpere. Amphitr. 1. 3.
oculos effodere. Aul. 2. 2. ỽ. 12. Vide etiam, *Effundere.*
oculis delectare. Pœn. 1. 1. ỽ. 64.
oculos effodere diei. Capt. 3. 1. ỽ 4.
oculum excludere: effundere. Pſeud. 1. 5. ỽ. 95. Vide litt. E.
oculus: in blanditiis. Moſt. 1. 3. ỽ. v. 152 Ciſt. 1. 1. v. 55. Stich. 5. 5. v. 23. Mil. 4. 8. ỽ. 10. Truc. 4. 4. ỽ. 28. Curc. 1. 3. ỽ. 47. Perſ. 5. 1. ỽ. 13.
oculus lippus. Bacch. 4. 8. ỽ. 72.
ocius: elegãter abũdat in ſermone, aut potius ornamenti aut vehementiæ cauſa adiicitur: quæ ſentiri, quam explicari facilius poſſit. Aſin. 2. 2. ỽ. 9. Merc. 5. 2. ỽ. 89. (1. ỽ. 19.
odioſicus, fictum ab odio. Capt. 1.
odium: tædium. moleſtia. Truc. 2. 5. ỽ. 14. Curc. 1. 3. ỽ. 34.
odium: pro odioſis dictis & factis μετωνυμικῶς. Aſin. 5. 2. ỽ. 71.
odium: pro odioſa importunitate. Aſin. 2. 4. ỽ. 40. Terent. Hecyr. 1. 2. ỽ. 48. *Tundendo atque odio effecit ſenex.*
odium populi; odioſus populo. Mil. 3. 3. ỽ. 49.
odium terræ: de eo, qui eſt telluris inutile pondus, ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης. Bacch. 4. 7. ỽ. 2D.
odium; activè, qui odit alterum. Pœn. 1. 2. ỽ. 139. 180. *Ecce odium meum.*
odiũ cor ſauciat. Bacch. 2. 2. ỽ. 35.
odium, odioſus homo. Truc. 2. 1. ỽ. 1. & 2. 2. ỽ. 65. Curc. 1. 3. ỽ. 35. Rud. 2. 2 ỽ. 13.
odio habere Perſ. 2. 2. ỽ. 24.
odio malo, & moleſtiæ eſſe. Curc. 4. 2. ỽ. 15.
odio eſſe habere. Capt. Grex. ỽ. 7. Epid. 1. 1. ỽ. 2. Merc. Prol. ỽ. 81. Men. 1. 2. ỽ. 2. Pſeud. 5. 1. v. 20. Pœn. Prol. ỽ. 51. & 4. 2. ỽ. 100. Perſ. 2. 2. ỽ. 24. Trin. 3. 2. ỽ. 6. Truc. 1. 2. ỽ. 22. & 4. 2. ỽ. 7.
odioſus: moleſtus. Curc. 1. 1. ỽ. 7. Bacch. 1. 3. ỽ. 28. Mil. 2. 5. ỽ. 17. & 3. 1. ỽ. 60. Pſeud. 1. 1. v. 28. Perſ. 2. 2. ỽ. 54. & 3. 1. v. 21. Aul. 2. 1. ỽ. 4. Curc. 1. 1. ỽ. 45. Moſt. 3. 2. ỽ. 16. Mil. 3. 1. ỽ. 146. 152. Men. 2. 2. ỽ. 14.
odioſus es. Truc. 5. 1. ỽ. 20. Bacch. 1. 3. ỽ. 28.
odioſa res. Mil. 4. 2. ỽ. 65.
odioſa amatio. Caſ. 2. 5. ỽ. 20.
odioſa oratio. Merc. 3. 4. ỽ. 23.
odioſa, ingrataq; dona. Truc. 4. 1. ỽ. 7.
odioſè eſſe alicubi. Truc. 2. 7. v. 57.
odioſè facere. moleſtum eſſe. Bacch. 4. 9. ỽ. 139.
odioſum eſſe. Men. 3. 2. ỽ. 37. Bacch. 5. 2. ỽ. 33. Trin. 1. 1. ỽ. 15.
odiſſe ſe. h. e. dãnare mores ſuos. Bacch. 3. 3. ỽ. 13.
odiſſe malè: peius. h. e. valdè, magis. Cicero lib. 14. Epiſt. *Atqui ſi quisquam eſt facilis, hic eſt; tamen non dubito, quin me malè oderit.* Plaut. Men. 1. 3. ỽ. 7. *Vt ego uxorẽ, mea voluptas,*

ubi te adſpicio odi male! Horat. *Odi cane peius & angue*: Cicero lib. 2. Attic. Epiſt. *Sed ego odi illum male Conſularem.* Idem lib. 7 Epiſt. 2. ad Marium. *Poſtremò quod vix veriſimile fortaſſe videatur, oderam multo peius hunc, quàm illum ipſum Clodium.* Terent. Adelph. 4. 1. ✠. 7. *Et illud rus nullâ aliâ causâ odi tam malè.*

Odor Arabius, murrhinusque. Pœn. 5. 4. ✠. 6. Mil. 2. 5. ✠. 2. De odore Arabico vide Paſſerat. ad lib. 2. Eleg. 29. Propert. & de murrhata potione Gutherium lib. 1. cap. 26. de Iure Manium.

Odorari: de rebus occultis. Vide ſupr. Inaudire. Cicero lib. 2. de Orat. cap. *Odorari, quid ſentiant Iudices.* Et lib. 6. Attic. Epiſt. *Ego μυστικώτερον ad te ſcribam. tu ſagacius odorabere.* Et lib. 13. *Odorare Antonij διάθεσιν.*

Odor illucidus. Men. 1. 2. ✠. 57.

Odores incendere. Men 2. 3. ✠ 3.

Odor inſubidus. Vide ſupr. *Inſubidus.*

Odores: pro rebus ipſis odoriferis. Vulgò, *Aromata* vocant. Cicero 5. Verr. cap. *Proferebant alij purpuram Tyriam, thus alij atque odores, veſtemque linteam.* Horatius, ut ſolet, Ciceronem imitatus.

Deferar in vicum vendentem thus & odores.

Odos. Curc. 1. 2. ✠. 5. Capt. 4. 2. ✠. 35. Pſeud. 3. 2. ✠. 52. (3. ✠. 34.

Oedipo coniectare opus eſt. Pœn. 1.

Oetier: pro, *uti*, frui. Vt *Mœnire*, pro, *Munire*. In Lege Siliâ ita ſcriptum fuiſſe ait apud Feſt. Publienus Iunius: *Ex ponderibus publicis, quibus hac tempeſtate populus, oetier qui ſolet.*

Offa. Pœn. 5. 4. ✠. 63.

Offa paraſitorum. Mil. 1. 1. ✠. 49.

Offa penita. Mil. 3. 1. ✠. 164.

Offatim conficere. Truc. 2. 7. ✠. 51. 60. Germ. Einen in einer Morgenſuppen freſſen. Vide etiam: *Oſſatim.*

Offendere, idem quod, *Incurrere.* Curc. 2. 3. ✠. 3. Pœn. 2. 1. ✠. 37.

Offendere; reperire, inuenire. Græcè ἐντυγχάνειν. Pſeud. 1. 2. ✠. 30. Moſt. 2. 1. ✠. 31. Terent. Heaut. 2. 3. ✠. 44. Hecyr. 3. 1. ✠. 45. Eodem modo vſurpat Agellius lib. 18. c. 9. & lib. 5. c. 25. & lib. 7. cap. 2. bis. & lib. 9. c. 4. Et lib. 15. c. 7. Cicero lib. 5. in Verr. cap. 12. *Et magnitudo ſevitij perſpicitur, & labor operis maxime offendit.* Sic eſt in libro Cuiacij. Vulgò, *oſtenditur*, vel, *offenditur*. Gulielm. *affunditur*. Obſcurum eſt, utra lectio præſtet.

Offendere apud aliquem: pro, *Odioſum eſſe alicui.* Cicero lib. 2. ad Quint. Fratr. Epiſt. *Nam apud perditiſſimam illam & infimam facem populi propter Milonem ſuboffendit: & boni multa ab eo deſiderant.* Et lib. 10. Attic. Epiſt. *Quod intelligeret, ſe apud ipſam plebem offendiſſe de ærario.*

Offendere: pro, comprehendere. Plautus Pœn. 2. 1. ✠. 37. *Vt quemquem viſco offenderant, tam crebri ad terram accidebant, quã pira.* vide paulò ante. Hinc *Offendices*, retinacula

apicum Feſtus.

Offenſio: Clades. ἧττα: cui contrar. Νίκη, *victoria* Interdum Græcè ἀπότευγμα: cui contrar. κατόρθωμα, & ἐπίτευγμα. Ita Cicero ſæpè loquitur, ſed minus quiddam eſt, & lenius *offenſionis* verbum, quàm *Cladis* Cicero lib. 13. Attic. Epiſt. 27.

Offenſus Ciceroni non is, qui offenditur, aut læditur, eòque nomine alteri eſt iratus, aut inimicus: quomodo ferè iam eo nomine utuntur; ſed is dicitur, qui offendit alium, vel alios, eoque nomine illis eſt ingratus, valetque idem ferè, quod, *Odioſus, invidioſus*. Cic. lib. 2. Attic. Epiſt. 19 *Scito nihil umquam fuiſſe tam infame, tam turpe, quàm hunc ſtatum, qui nunc eſt*. Et lib. 15. Epiſt. 8. *Poſt hunc tuum diſceſſum binas à Balbo, nihil novi: itemque in Hirtio qui ſe ſcribit vehementer offenſum veteranis*. Idem Catil. 1. cap. *Etſi me meis civibus iniuriâ ſuſpectum tam graviter atque offenſum viderem* &c. Et in Verr. Accuſ. 2. cap. *O miſerum, atque invidioſum offenſumq; paucorum culpâ & indignitate ordinem ſenatorium*. Et in Verrē: *ſi me animus atq; amor in Remp. exiſtimatioq; offenſa noſtri ordinis ac iudiciorum, non hoc facere coegiſſet*. Et pro Sextio c. *Populus, cui nos offenſi inviſiq; fuerimus*. Sic *Alienam, offenſamq; voluntatem* dicit Cicer. lib. 5. Tuſc. c. *Id ſi propter alienam offenſamque populi voluntatem malum eſt*.

Offerre: pro, *Afferre*. *Ob*, pro, *Ad*. de quo Feſtus. Sic *Offerre alicui mortem*. Cicero in Vatin. cap. *Mortem Cn Pompeio ſummo & clariſſimo civi ſuis manibus offerre voluiſſe*. Sic v. l. vulg. *afferre*.

offerre vilitati caput ſuum. Capt. 2. 1. ✠. 34. vilem me, ac quaſi venalem habere.

Offerumenta: ſunt, plagæ ſeu vibices oblatæ tergo, itidem vt parietibus ſacris Deorum donaria offerebantur. Rud. 3. 4. ✠. 47.

Offerre moram. Pœn. 4. 2. ✠. 30.

officere, eſt, nocere. Aſin. 1. 1. v. 85.

Officy vocabulum vulgare, & notum. Sed poſt Ciceronem potiſſimùm, incertis quibuſdam generibus celebratum, ut, deductionis in nuptijs, in forum, proſecutionis in funere &c. Videtur tamen & apud Ciceronem ita interdum reperiri. Cicero pro Murænâ c. *Vbi plebis ac tenuiorum quædam officia commemorat, aſſectationem, deductionem* &c. de quibus ibidem ita ait: *Noli eripere hunc inferiori generi hominũ fructum officij gratiâ*. Et mox: *Nulla eſt enim pœna, quæ poſſit obſervantiã tenuiorẽ ab hoc vetere inſtituto officiorum excludere*. Et poſtea: *Omnia ſunt officia neceſſariorũ, cōmoda ſummorũ, omnia candidatorũ, & diſtinguit rationẽ officiorum ac Imperiorum*. Suet. Aug. c. *Officia cum multis mutuò exercuit, nec prius dies cuiusque ſolemnes frequentare deſiit*. &c. vbi vide

Torrent. & Caſaub. in Caligula cap. *Liviam Oreſtillam C. Piſoni nubentem, cùm ad officium & ipſe veniſſet, ad ſe deduci imperavit.* Et Claudio cap. *Cuius officium nuptiarum & ipſe cum Agrippina celebravit.* Iuvenal. Satir. 2. v.

——officium cras
Primo Sole mihi peragendum in vallo Quirini Quæ cauſa officij? quid quæris? nubit amicus
Nec multos adhibet.

Apuleius Apolog. *Nuptiæne illæ fuerint, an aliud celebratum officium, an tempeſtivum conviviũ.* Tertull. lib. de Idolatr. *Circa officia privatur: & communium ſolemnitatũ, ut togæ puræ, ut ſponſalium, ut nominalium nullum putem periculum.*

Officium. καταχρηστικῶς, de lenonibus meretricibus. Caſ. 3. 3. ℣. 22. Ita Cornificius ad Herennium; *Calumniatoris officium eſt.*

Officium facere. τὰ δέοντα. Stich. 1. 1. ℣. 7. 14. *Officio fungi viri probi.* ℣. 30. 34. *colere officium.* ℣. 38. *Meminiſſe officium.* Pſeud. 4. 7. ℣. 3. Truc. 2. 4. ℣. 82. Amph. 2. 2. ℣. 89. Trin. 1. 2. ℣. 7. 137. & 3. 2. ℣. 71. & 3. 3. ℣. 89. Pœn. 1. 3. ℣. 18. Perſ. 4. 4. v. 65. 67.

Officium curare. Bacch. 4. 4. ℣. 108. *Curate voſtrum officium; ego efficiam meum.*

Officium ſerui fugitiui. Pſeud. 4. 1. ℣. 9. Moſt. 1. 1. ℣. 26.

Officium ſervile; eſt, fugitiuum eſſe. Aſin. 2. 2. ℣. 113. Capt. 2. 1. ℣. 13. *Puerile;* eſt, ludere crepundiis. Inde dicit Perſ. 4. 4. v. 42. *pueriliter ſtultus.* Sed *puerile officium* Ciſt. 4. 1. ℣. 5. ſenſu obſcœno accipitur de pathicâ παιδεραστίᾳ catamitorum.

Officium lenoninum. Pſeud. 1. 3. ℣. 142. (℣. 1.

Officium lepidè efficere. Truc. 4. 2.

Offigere cruci. Moſt. 2. 1. ℣. 13. Et Carbonar. in Fragm.

Offirmare; certò ſtatuere. Perſ. 2. 2. ℣. 40.

Offirmare animum; vincere quaſi animum ſuum. Stich. 1. 2. ℣. 11. Merc. Prol. ℣. 82.

Offirmatum eſt; certũ eſt. Bacch. 5. 2. ℣. 81. Catul. *Quin tu animum offirmas?*

Offringere pedes; de crurifragio. Moſt. 2. 1. ℣. 13.

Offrenatus dolis; qui veluti capiſtro ori iniecto dolis deuincti quolibet ductantur. Capt. 3. 5. ℣. 97. Sic Apul. l. 6. de Cerbero: *Hunc offrenatum unius offulæ prædâ facile præteribis.*

Offlectere; in contrariam partẽ flectere. Rud. 4. 3. ℣. 74.

Offucia; fucus. Moſt. 1. 3. ℣. 106. Capt. 3. 4. ℣. 123.

Offundere; eſt, effundendo ſpargere. Aſin. 1. 3. ℣. 64.

Offundere aquam. Trin. 4. 3. v. 85.

Oggannire: eſt, obſtrepere. proprie vulpium eſt. Aſin. 2. 4. ℣. 16. Amph. *Sc. Dl. voſtr.* ℣. 24.

Oggerere: offerre. Pſeud. 3. 2. ℣. 23. Ciſt. 1. 1. ℣. 72.

Oggerere oſculum. Truc. 1. 2. ℣. 8.

Oh; Interiectio lætantis & eiulantis

lantis

ſantis. Capt. 2.1.℣.6. & 4.2. ℣.55. Moſt.1.1.℣.3.& 2.1.℣.9. Moſt.1.3.℣.86. & 1.4. ℣.12. Perſ.5.1.℣.12.

Ob Ob; Pœn.1.3.℣.21.

Obe. Interiectio eſt, ſatis aliquid eſſe dictum, aut factum monentis aut deſinere facientis, vel iubentis. Aſin.2.3.℣.4. Pœn.1.2.℣.51. Stich.5.4.v.52. Terent. Phorm.2.3.℣ 30.

Οἰνοπωλεῖον. Aſin.1.3.℣.48.

Οἴχεται argentum. Vide lit. A. *Argentum.*

Olant: pro, *oleant.* Pœn.1.2.v.56.

Olere ſtabulum. Sic *Manim,* pro *maneam.* Rud.2.4.℣.5.

Olea. Stich.5.4.℣.9.

Olearij: qui oleum vendebant in Velabro. Capt.3.1.℣.29.

Olfactare. Men.1.2.℣.56.58.

Olent: fœtent. Pœn.1.2.℣ 35.

Oleo tranquillior. Pœn.5.4.℣ 63.

Olera. Truc.2.7.℣.47.

Olere: ambiguo ſenſu. Mil. 4. 6.℣.43.

Olere rectè)(male. Moſt. 1.3. ℣.116.121.

Olere furtum, ſcortum, prandium. Men.1.2.℣.59.

Olere pro *olfacere.* Men.1.2.v.55.

Olere: penultimâ breui. Moſt.1. 3.℣.41.

Olere: de muliere delibuta vnguento. Truc.2.4.℣.3.

Olere argentum dicuntur manus: quando aliquid ex argento contrectant. Moſt.1 3.℣.110.

Olet aurum huic. Aul.2.2.℣.39.

Olet Smyrnam. Aſin.5.2.℣. 79.

Olet homo. Amph. 1.1. ℣.165.

Oluum. Truc.5.1.℣.14.

Oleum & operam perdere. Pœn.1. 2.2.℣.119.

Olim. Eſt aduerbium omnium horarum ac temporum: notans tempus præteritum, & futurum. Aſin.3.3.℣.128. Mil. 1.1.℣.2. Pœn.1.21.℣.143. Cic. lib.15. Epiſt. Fam. *Tu mi Treboni, quando ad amorem meum aliquantulum olim diſcedens addidiſti.*

Olim: tempus præteritum notat. Capt.4.2.℣.91. Truc.1.2. verſ.65.

Olim: notat quandoque tempus futurum. Trin.2.4.v.112. Aſin.3 3.℣.128. Truc.1.1. verſ.46.

Olitores. Trin.2.4.℣.7. Mil.2.2. ℣.58. in re Venereâ. Vide *Hortus.*

Oliuæ: In conuiuiis adhibitæ. Curc.1.1.℣.70.

Oliuum. Pſeud.1.1.℣.76. & 1.3. ℣.66.

Olla quadrilibris. Aul.5.1. ℣.2.

Olus: pro braſſica: ut *piſcem,* pro lupo. Varro lib.1. r.r.cap. *Vt vitis aſſita ad olus facere ſolet.* Virgil. Moreto.℣. *Hic olus, & lata candentes brachia betæ.* Plinius lib.26.cap.de Anagyro, *flore oleris.* Et lib. 29. cap. de jure gallinacei: *cum olere marino.*

Olus atrum: aliàs, *Atriplex,* quod vterum nigrum & pallorem gignat. Alii *Hippoſelum, Agnoſelum* volunt. Pſeud.3. 2.℣. 25. Plin. lib.19. cap.3. & lib. 10.cap.11.

Olympia: vbi ludi Ioui Olympio fiebant. Caſ.4.1.℣.1.

Olympia certamina. Men.2.3. ℣.59.

Olympiæ ludi. Stich.2.2.℣.34.

Olympica drathuma. Trin. 2.4. ℣. 23.

Omen: eſt prædiuinatio rei futuræ, quæ ex ore hominis proficiſcitur. Ab *ore* & *mente*. Moſt. 2.2. ℣. 33.

Omen & nomen. Perſ. 4.4. ℣. 74.

Omen *vituperare* eſt *obſcæuare*. Caſ. 2.6. ℣. 58.

Omentum: ἐπίπλοον. Vide de hoc Theſaurũ Ling. Gr. H. Steph. tom. 3. col. 372. Men. 1.3. ℣. 26. Inde *Iſicia omentata*.

Ominator. Amph. 2.2. ℣. 90.

Omitto: ceſſo. Perſ. 3.3. ℣. 26. & 4.4. ℣. 91. Mercator. 3.4. ℣. 39.

omittere: amittere, deſerere, relinquere. Mil. 4.3. ℣. 2. Stich 2. 3. ℣. 10. Contrarium, *Retinere*.

Omne, abſolutè dictum. Amph. 2.1. ℣. 52. Terent. Eun. 5.4. ℣. 48. *Ego abeo intrò: tu iſti narra omne ordine ut factum ſiet*.

Omnes vniuerſi. καθ᾽ πλειονασμόν. Vide litt. V, *Vniverſi omnes*.

Omnia eadem, quæ, &c. Aſin. 3.3. ℣. 23.

Omnia quæ vis. Formula aſſentiendi, gratificandi. Caſ. 2.3. v. 26. Ciſtell. 2.1. ℣. 20. Perſ. 5.1. ℣. 14.

Omnium primum. In narrationibus frequentantur hę particulæ. Moſt. 5.2. ℣. 32. Trin. 4.2. ℣. 80. Truc. 4.3. v. 13. Amphitr. 2.3. ℣. 62. & 5.1. ℣. 36. & 5.2. ℣. 5. Caſ. 1.1. ℣. 30. Stich. 5. 4. ℣. 46.

Omnis pro *toto*. Aſin. Prol. ℣. 4. Epid. 2.2. ℣. 29. Moſt. 1.3. v. 15. & 5.1. ℣. 6. Merc. 4.5. ℣. 9. Vide H. Cioſan. ad lib. 4. Ovid. Met. pag. 32.

Omnes. Interdum idem quod, *Singuli*. Ita ſæpe Icti loquuntur. Vlpian. l. 3. § ult. D. de op. no. nat. *omnes cives opus novum nunciare poſſunt*. Et l. 22. D. de uſu & leg. *patrimonij mei reditum omnibus annis uxori meæ dari volo*. Et l. 16. De Mand. *Et in hortis, in quos omnibus annis ſecedere ſolebat*. Marcell. l. pen. D. Si fa. furt. Omnium nomine cum eo, qui ſcit furti agi poterit. Paul. l. 9. Si rationis D. de nox. act. 15. Qui ſcit, omnium nomine tenebitur. Cic. l. de leg. c. Fortunæque ſic huiuſce diei. nam valet in omnes dies.

Omnia prorſum omnia. Luc. l. 6. ℣. 526.

> *Cetera quæ ſursùm creſcũt. ſurſumq; creantur,*
> *Et quæ concreſcunt in nubibus, prorſum omnia.*

Omnia alia. Cui contrar. *Omnia eadem*. Phraſes ſunt elegantes. *Vniverſa omnia*, dixit Sueton. in Neron. c. *Sed diverſa omnia arandoque evaſiſſe eam cõperit*. ita v. c. vulg. *adverſa*. Salluſt. Catil. c. *Vulturcius interrogatus de itinere de litteris, poſtremò quid, aut quâ de cauſâ conſilij habuiſſet, primò fingere alia omnia, diſſimulare de coniuratione*. In Veteribus formulis Scti per diſceſſionẽ apud Feſtum: qui hoc cenſetis. *Qui hoc cenſetis, illuc tranſite. Quod alia omnia non, hanc*

partem. Cic. pro Cælio c. *Sunt autem duo crimina auri & veneni &c. omnia ſunt alia, non crimina, ſed maledicta, jurgij petulantis magis, quam publicæ quæſtionis.* Dixit & Cicero, *Totum eſt aliud.* Vt lib. 13. Attic. Epiſt. 1. *Credebam eſſe facile, totum eſt aliud, poſteaquàm à te ſum disjunctior.*

Omnia eadem : omnibus ijsdem. Sic & Græci ταὐτὰ πάντα. Demetrius Phaler. περὶ ὕψους. Plin. lib. 7. Epiſt. 17. *Supervacuum tamen eſt, recitare, quæ dixeris. Etiamſi eadem omnia, ijsdem omnibus, ſi ſtatim recites.* Ter. Hecyr. 2. 1. ꝟ. 2. *Vtin' omnes mulieres eadem æquè ſtudeant, nolintq; omnia?* Plaut. Aſin. 3. 3. ꝟ. 23. *Mihi certum eſt efficere in me omnia eadem, quæ tu in te faxis.* Et mox ꝟ. 51. *Non omnia eadem æquè omnibus here ſuavia eſſe ſcito.* Seneca lib. 4. Ben. cap. 35. *Omnia eſſe debent eadem, quæ fuerunt, cùm promitterem, ut promittentis fidem teneas. &c. Tunc fidem fallam, tunc inconſtantiæ crimen audiam, ſi cùm omnia eadem ſint, quæ erant promittente me, non præſtitero promiſſum.* Cæſar libro 6. bell. Gall. capite. *In hos eadem omnia ſunt iura, quæ dominis in ſervos.* Lucret. lib. 2. ꝟ. 692.

> *At nulla inter ſe duo ſint ex omnibus ijsdem.*

Et lib. 3. ꝟ. 958.

> *Nam tibi præterea quod machiner inveniamque*
> *Quod placeat, nihil eſt, eadem ſunt omnia ſemper.*

Et lib. 4. ꝟ. 1167.

> *Nempe eadem facit, & ſcimus facere omnia turpi.*

Lucilius lib. 9. apud Nonium, Paſſim. *Rugoſi paſſique ſenes paſſim, eadem omnia quærunt.* Cicero Lucull. capite. *Quæ (terra) cùm circum axem ſe ſummâ celeritate convertat ac torqueat, eadem effici omnia, quæ ſi ſtante terrâ cælum moveretur.* Et libro 1. Rhetor. Her. capite. *Nam eum eadem omnia incommoda ſequentur.* Et libro 5. de fin. capite. *Dicis eadem omnia, & bona, & mala, quæ quidem dicunt, qui &c.* Et libro 4. Epiſt. 1. ad Serv. Sulpic. *Cui quidem ego, cùm me rogaret, ut adeſſem in Senatu, eadem omnia, quæ à te de pace & de Hiſpanis dicta ſunt, oſtendi me eſſe dicturum.* Et pro Flacco capite. *Fecit eadem omnia, quæ noſtri debitores ſolent.* Et libro 6. Attic. Epiſt. 9. *Eadem omnia, quaſi collocuti eſſemus, vidimus.* Vlpian. l. 7. ſed etſi § 4. D. de public. in rem. *In Publicianâ actione omnia eadem erunt, quæ & in vindicatione rei diximus.* Livius libro 1. capite de primâ Claſſe: *Arma his imperata, galea, clipeus, ocreæ, lorica.* Et mox: *A ſecundâ Claſſe arma imperata, ſcutum pro clipeo, & præter loricam omnia eadem.*

Et lib. 29. cap. *Si quidquam ſceleris, quod homo in homines edere poteſt, in nos prætermiſit, non recuſamus, qui & non nos omnia eadem iterùm ſi pati poſſumus patiamur.* Quintil. lib. 7. cap. 1 *Et ſi quam in corporibus noſtris aliorum animalium partem permutes, & transferas, licet habeat eadem omnia, prodigium ſit tamẽ.* Iavolenus IC. l. 54. ſub conditione. D. de uſufr. *Ita ut in ejus perſonâ omnia eadem ſerventur.* Sueton. Tiber. cap. *Ipſe canis pridiana ſæpe ac ſemeſa obſonia apposuit, dimidiatumque aprum, affirmans, omnia eadem habere, quæ totum.*

omnes, omnia, Græcè, πάντες, πάντα. Terent. Adelph. 3. 2. ✠. 1. *Nunc illud eſt quod ſi omnes omnia ſua conſilia conferant, auxilii nihil adferant.* Hecyr. extremo. *Placet non fieri hoc itidẽ, ut in Comœdiis omnia ubi omnes reſciſcunt.* Cicero 3. Accuſ. cap. *Licet Hercules, inquit, omnes omnia dicant.*

omni adſeveratione confirmare, an, adfirmare. Cicero lib. Attic. Epiſt. *omni tibi aſſeveratione affirmo, quod mihi credas velim, mihi maiori offenſione eſſe, quàm delectationi poſſeſſiunculas meas.*

omnis. Interdum Veteres ibi utuntur, ubi vulgò, *Totus.* Cicero de Provin. Conſul. cap. *Exercitus omnis interiit.* Cæſar initio lib. 1. bell. Gall. *Gallia eſt omnis diviſa in partes tres.* Et lib. 1. bell. civil. cap. *Atque omnem Italiam metu liberare poſſent.* Salluſt. Iug. cap. *Quo metu Italia omnis contremuerat.*

omnia eſt alicui. πάντα ἐστὶ τὸ πᾶν, καὶ τὰ ὅλον ἐστί. Germ. er iſt das Factotum. Livius lib. 10. cap. *Demetrius iis omnia eſt, eum jam Regem vivo patre appellant.* Varro ſeſqui Vlyxe: *Hic enim erat omnia. Idem ſacerdos, Prætor, Parochus, denique idem Senatus, Idem Populi caput.* Propert. lib. 1. Eleg. 11. ✠. 24. *omnia tu noſtræ tempora lætitiæ.* Demoſt. περὶ στεφάνου. Ο μὲν κατεπέπτωσαι Θετταλοὶ καὶ ἀναίσθητοι Θηβαῖοι φίλον, εὐεργέτην, σωτῆρα τὸν Φίλιππον ἡγοῦντο· πάντ' ἐκεῖνος ἦν αὐτοῖς. Euripid. Rheſo ✠. 605. Τοῦτον κατακτὰς πάντ' ἔχεις. Demoſth. in Oratione contra Ariſtocratem: καὶ πάντα ἦν Ἀλέξανδρος. Polybius lib. 5. τὸ δ' ὅλον αὐτοῖς ἦν, καὶ τὸ πᾶν Ἀπελλῆς. Herodian. lib. 3. extremo: πάντα δὴ ἦν ἐν τοῖς Βαβυλωνίοισι Ζώπυρος.

omnia experiri. Terent. Eun 4. 7. ✠. 19. *omnia prius experiri, quàm armis.* Ita Rivius ex l. v. emendavit, quamvis Libanius Græcè ita: Πρῶτον μὲν γὰρ τὰ δίκαια τῷ λόγῳ πειρᾶσθαι λαμβάνειν, ἀλλὰ μὴ τοῖς ὅπλοις ἐπιτηδεῦσαι ἀνθρωπινώτερον δήπουθεν. C. Cæſar lib. 2. bell. civil. cap. *Atque omnia prius experienda arbitror.* Et lib. 7. bell. Gall. cap. *omnia experti Galli, quod res nulla ſucceſſerat, poſtero die conſilium ceperunt oppido ſugere.* Lentulus apud Ciceronem lib.

l. 12. Epiſt. *Hujus rei timore P. Clodio percitus iniurias pertuli, & cum contumeliâ etiam noſtrâ, omnia prius experiri malui.* Catul. ad Aurel. *omnia experiris fruſtra.*

omnia ſcire. Cicero pro Plancio cap. *Tum quidam quaſi qui omnia ſciret, quid tu neſcis, hunc Syracuſis Quæſtorem fuiſſe.*

omnia facere: &, *Omnia ſumma facere.* Genus loquendi de irrito conatu. Ita & Græci, πάντα ποιεῖν. Virgil. in Culice ℣. 180.—*quo cuncta parante.* Ibid. ℣. 245.

Gutturis arenti revolutus in omnia ſenſu.

Martialis:

omnia cùm fecit Thaida Thaïs olet.

Petronius Satir. *Quæ ergò dementia eſt, omnia facere, ne quid è nobis relinquat ſepulturæ?*

Cicero Lucull. cap. *Deinde cùm dicant, poſſe accidere ſapienti, ut cùm omnia fecerit, diligentiſſiméq; circumſpexerit, exiſtat aliquid.* Catullus ad Lesbiam Carm. 76.

Vt jam nec bene velle queam tibi, ſi optima fias,
Nec deſiſtere amare, omnia ſi facias.

Cicero lib. 2. de fin. cap. *Dic in quovis conventu, te omnia facere, ne doleat.* Et lib. 3. cap. *Huic verus ſimilitudine omnia ſint faciẽda, ut collineet.* Et lib. 5. c. *At verò facere omnia, ut adipiſcamũr, quæ ſecũdum naturam ſunt.* Et paulò ante: *Malim voluptatis cauſâ facere omnia.* Et lib. 1. Epiſt. ad Lentul. *Quod te Q. Fratris negotio ſcribis, te priore æſtate, quod morbo impeditus in Ciliciam non tranſieris, conficere non potuiſſe, nunc autem omnia facturum, ut cõficias, id ſcito ejuſmodi eſſe.* Euripides Phœniſſis:

* μόλις δὲ πάντα δρῶντες, οὐχ ἅπερ πόνων
Ἐπεψάμεθα Ἀργείοις ἐς φυγὴν δ·ρυ.

Eubulus Comicus:

ἐγὼ κεχόρτασμαι μὲν, ἄνδρες, οὐ κακῶς.
Ἀλλ' εἰμὶ πλήρης, ὥστε καὶ μόλις πάνυ
ὑπεδυσάμην, ἅπαντα δρᾶν, τὰς ἐμβάδας.

Plato in Eutyphr. Ἀδικοῦντες γὰρ παμπολλὰ, πάντα ποιοῦσι, καὶ λέγουσι, φαίνοντες τὴν δίκην. Et in Apolog. εἰ ὤμην δεῖν πάντα ποιεῖν καὶ λέγειν. Et mox: ὅπως ἀποφεύξηται πᾶν ποιῶν θάνατον. Et mox: ἐάν τις τολμᾷ πᾶν ποιεῖν καὶ λέγειν. Demoſth. ἀποκρύπτεσθαι καὶ διαδύεσθαι, καὶ πάντα ποιεῖν εἰώς μὴ λειτουργήσεις μελέθηκας. Cicero lib. 2. de Orat. cap. *Sic videbunt, cùm omnia fecerit, tum ad mediocres oratores eſſe venturas.* Si modò deleatur τὸ *ſumma*, quod quibuſdam placere video, & fortaſſe non temere. Licet & *omnia ſumma* Latinè dicatur, de quo mox. (Aen. ℣. 315.

omnia extrema. Virgil. lib. 3.

Vivo equidem, vitamq; extrema per omnia duco.

Salluſt. Catil. cap. *Conſtituit bellum facere, & omnia extrema experiri.*

Omnia *ſumma in illo.* Vt in Cicerone, in Cæſare, Pompeio &c. *Omnia ſumma ſperare*, facere adeptus. Cicer. pro lege Manil. c. de Pompeio: *Idem iſti vera eſſe concedunt, & neceſſarium bellum eſſe, & magnum, & in uno Cn. Pompeio ſumma eſſe omnia*: Et pro Milon. c. *Atq; res. ſi vir. ſi tempus ullum dignum fuit, hac in illâ causâ ſumma omnia fuerunt.*

Omnia fore prius. hoc eſt, Cælum prius ruiturum. Cic. ad Pompeium lib. 8. Epiſt. 15. *Nam ſuſpicione aſſequi non potui: quòd omnia prius arbitratus ſum fore, quàm ut hac Publ. causâ in Italiâ non poſſet ducere, conſiſtere.*

Omnia *juſta. Omnia certa.* Ovid. lib. 6. Faſtor.

Et dederat miſeris omnia juſta rogis. Vbi Canterus malit, *omina.*

Tibull. lib. 1. *Me ſacras pueri ſortes ter ſuſtulit illi: Rettulit è triviis omnia certa puer.* Et hic nonnulli legunt, *omnia certa.*

Omnia *in omnibus.* vel, *omnia de omnibus.* Iteratio huius verbi *omnis* uſitata vett. maximè Græcis. Cic. lib. 5. Tuſc. c. *omnia in omnibus, quantum in ipſis ſit, nullâ vi impediente, perfecta ſint.*

Omnia *magna.* Horat. l. 1. Satir. 3. ℣. 12.

..*modò Reges atq; Tetrarchas Omnia magna loquens.*

O*mnia mala ingerere.* Plaut. Menæch. 5. 1. ℣. 17.

Hecuba omnia mala ingerebat, quemquem adſpexerat.

Omnia minima maxima. Græcè πάνζα περὶ πάντων. Cicero ad Q. Fratr. lib. 3. Epiſt. 1. *De publicis negotiis, quæ vis ad te Tironem ſcribere, negligentius ad te ſcribebam, quòd omnia minima maxima ad Cæſarem mitti ſciebam.*

Per *Omnia.* Recentiores dicunt, quod Cicero, *Omnibus rebus*, aut partibus, omni in re, ſemper. Vide & infr. Quintil. lib. 5. Inſtit. cap. 2. *Vix autem ulla eſt per omnia alteri ſimilis.* Columella lib. 4. cap. 2. *Quare per omnia prætulerim duobus potius ſeminibus depoſitis, quã unico periclitari.* Vtuntur & ſæpe Iuriſconſulti: ut Papinianus l. 3. § 4. D. de his qui not. inf. *Sed creditor non bene legatariis per omnia comparatur.* Vlpian. l. 52. § 1. partis de leg. 3. *Quomodo ergò ſcribit Sabinus libros bibliothecam non ſequi. non per omnia verum eſt.* Idem l. 5. §. ult. uſufr. *Quemadmodum cauſa licet per omnia uſumfr. non imitentur.* Idem de arbitrio: *Quia non per omnia ſententia eſt.* l. 13. §. 4. de his qui not. inf. Sic & Imperator Iuſtinian. l. ſcimus § in computatione. C. de jur. de libro. *Sed ſimilem cum aliis creditoribus per omnia habeant fortunam.* Et in §. cum autem is Inſtit. *Quibus modis jus poteſt, per omnia priſt-*

priſtinum ſtatum recipiunt. Et in l. 1. De leg. 1. *Per omnia exæquata ſunt legata fidei commiſſis*. Et l. ult. de contrah. ſtip. *Sed ſit lex noſtra per omnia ſibi conſentanea.*

Per omnia, & in omnibus. Vlpian. l. 1. § furioſus. De iure cod. *Cùm per omnia, & in omnibus abſentis loco non habetur*. Sed videtur illud *in omnibus* νόθον.

Omnibus omnia, *Omnes omnia dicere*. *Omnes cauſas omnibus præcidere*. *Omnes omnia conferre*. *Omnibus omnia minari*. Vt & Græci: πάντα πάντες, & πάντες πρὸς πάντας. Sic Plato lib. 8 de Republ. αἱ δὲ καὶ τὰ ναντίον πάντας πάντες εἰ μὴ ἀναγκαίης φαίνωνται. In ſympol. ὑπὲρ δόξης εὐκλεοῦς πάντες πάντα ποιοῦσιν. Et in Philebo: συμμεμιγμένην πᾶσαν πάντων κεκτημένους. Ariſtoteles lib. 1. Ethic. πάντη πάντως. Et lib. 3. Ethic. c. 1. τούτου γὰρ χάριν πάντα πάντες πράττουσι. Quaſi proverbialiter dictum. Cicero 3. Verr. cap. *Licet, hercule, inquit, omnes omnia dicant*. Et pro S. Roſcio. c. *Non in omnes arbitror omnia convenire*. Et pro Milon. cap. *Et adſpexit me illis quidem oculis, quibus tum ſolebat, cùm omnibus omnia minabatur*. Et lib. 5. de fin. cap. *Nos vero, inquit, omnes omnia ad hujus adoleſcentiam conferamus*. Et 1. Accuſ. in Verr. de Præt. Vrb. cap. *Quid eſt aliud omnibus omnia peccata & maleficia concedere, niſi hoc?* Lucret. libro. 4. verſ. 708.

> —*ſed item ſpecies rerum, atq; colores*
> *Non ita conveniunt ad ſenſus omnibus omnes.*

Et lib. 2 ỷ. 1110.

> *Nam ſua cuique locis ex omnibus omnia plagis*
> *Corpora diſtribuuntur.*

Terent. Hecyr. 4. 2. ỷ. 22. *Sic optimè ut ego opinor, omnes cauſas præcidam omnibus*. Catullus Epithal. Manlii & Iuliæ Carm. 72. ỷ. 62.

> *Vſque dum tremulum movens*
> *Cana tempus aniiitas*
> *Omnia omnibus annuit.*

Omnia perdere. Catullus in Cæſarem Carm. 30. ỷ. 25.

> *Eone nomine Imperator unice*
> *Socer generque perdidiſtis omnia?*

Lucret. lib. 2. ỷ. 337.

> *Sed quia non vulgò paria omnibus omnia conſtant.*

Et mox ỷ. 340.

> *Debent nimirum non omnibus omnia prorſum*
> *Eſſe pari filo.*

Omnibus omnia parere. Lucret. l. 5. v. 234.

> --*quãdo omnibus omnia largè*
> *Tellus parit Naturaq; dædala rerum.*

Omnib⁹ cõſiliis aliquid agere, aut *conari*. Cæſar l. 7. bell. Gall. c. *Quâ re nunciatâ, Cæſar omnibus conſiliis antevertendum exiſtimavit, ut Narbonem proficiſceretur.*

Omnibus rebus. Idem ſignificat, quod vulgò, *Per ſomnia, Omninò.* Cicero Lucull. cap. *Stoicum quidem, nec admodùm credibile, nullum eſſe pilum omnibus rebus talem, qualis ſit pilus alius, nullum granum.* Et mox *Omnibus partibus nihil differre.* Cæſar lib. 1. de bell. civill. cap. *Atq; hæc ita Cæſar adminiſtrabat, ut conditiones pacis dimittendas nō exiſtimaret: ac tametſi magnoperè admirabatur, Magium, quem ad Pompeium cum mandatis miſerat, ad ſe non remitti. atq; ea res ſæpe tentata, etſi impetus eius conſiliaq; tardabant, tamen omnibus rebus in eo perſeverandum putabat.*

Omni ratione confirmare. Cicero lib. 2. de leg. Agrar. cap. *Omni hoc vobis ratione confirmare poſſum, Quintilis, hoc animo me ad legendam legem cognoſcendamq; veniſſe.* Ita o. l. etiam Mss. Sed Lamb. contendit, legendum, *vobis adſeveratione.*

omnibus precibus. Virgil lib. 5. Aen. ℣. 781. *Cogunt me, Neptune, preces deſcendere in omnes.* Cæſar lib. 5. bell. Gall. cap. *Ille omnibus precibus petere cōtendit, ut in Galliâ relinqueretur.* Et lib. cap. *alentesque profectæ ad pedes ſuorum omnibus precibus peterentur.*

Cum omnibus Muſis. Omnibus judiciis, Omnibus veſtigiis. Cicero lib. 2. Attic. Epiſt. 5. *Nunc verò quoniam quæ putavi eſſe præclara expertus ſum quàm eſſent inania: cum omn[...] bus Muſis rationem habere c[...] gito.* Et Orat. de Haruſp. reſ[...] cap. *De meâ domo dicere a[...] des!? committe vel Conſulib[...] vel Senatui, vel Collegio Pon[...] tificum tuam ac meam quide[...] his tribus omnibus judiciis, [...] dixi antea, liberata eſt.* Lucre[...] lib. 3. de mente ℣. 618. *ſed[...] bus & certis regionibus hære[...]* [...]icero lib. 2. Attic. Epiſt. 7. E[...] *que velim omnibus veſtigi[...] indagata ad me adferas, cu[...] venies.*

Omnia mihi, tibi, illi, ſint cu[...] eo: hoc eſt, ſumus familiari[...] ſimi, Vide ſupr. *Cum aliq[...] eſſe.* Cicero lib. 13. Epiſt. 1. C[...] *Epicuréo mihi omnia ſunt.*

Omnia bona dicere. Græc[...] εὐφημεῖν, πάντα καλὰ λέγει[...] Plato in Euthyd. τὸ γὰρ λεγ[...] μένον, καλὰ δὴ πάντα λέγεις. T[...] rent. And. 11. verſ. 96. *Cùm [...] mihi placebat, tum uno o[...] omnia bona dicere, & lau[...] dare fortunas meas.* Iulianu[s] Epiſt. ad Livium: καὶ ὁ Ζεὺς ἀ[...] σια πάντα ἐσήμαινεν.

Omnia ſimilia. Terent. Phorm. 2. 1. ℣. 34. *Ecce autem ſimil[ia] omnia, omnes congruunt. Unu[m] noris, omnes noris.*

Omnia ſunt in hoc. τοῦτο ἐστὶ [...] κύριον.

Omnia mihi ſunt in eo. Vide [...] infr. *Totum eſt in eo.* Cicer[o] lib. 2. de Leg. cap. *Caſtè ju[...] bet lex adire ad Deos, anim[o] videlicet, in quo ſunt omni[a]* Et lib. 15. Epiſt. 14. ad C. Ca[...] ſium

ſium: *Sic velim enitare, quaſi in eo ſint mihi omnia.* Et paulò antea: *In eo fortunas meas poſitas putem.* Et lib. 2. Epiſt. 8. ad M. Coelium. *Tibi cùm mea omnia commendatiſſima eſſe cupio, tum nihil magis, quàm ne tempus nobis provincia prorogetur. In eo mihi ſunt omnia.* Lucillius lib. 26. apud Nonium, Bellum. *Vt populus Rom. victus vi, & ſuperatus prælijs ſæpè eſt multis, bello verò numquam, in quo ſunt omnia.* Et lib. 17. Satir. *Cætera contemnit, & in uſurâ omnia ponit Non magna, proprium verò vel neminem habere.* Et lib. 20. Satir. apud Lactant. lib. 1. Inſtit. cap. 22. *Terricolas Lamias, Fauni quas Pompilijque Inſtituere Numæ, tremit has, hic omnia ponit.* Et lib. 23. Satir. *Populus Romanus victus vi, & ſuperatus prælijs ſæpe eſt multis, bello verò numquam: in quo ſunt omnia.* In quam ſententiam apud Priſcianum dixit. *Nulla nationi tot, tantas, tam continuas victorias tam breviſſpectatio datas arbitror quàm vobis* Cicero pro Quint. cap. *Non enim omnia ſunt in Eloquentiâ. Eſt quædam tamen ita perſpicua veritas, ut eam infirmare nulla reſpoſſit.* Et lib. 6. de Repupl. in ſomn. Scip. *Quocirca ſi reditum in hunc locum ſperaveris, in quo omnia magnis & præſtantibus viris &c.* Et in Orator. cap. *Non ut in eo ſint omnia, ſed ſic, ut adjuvet.* Et lib. 1. Attic. Epiſt. 13. *In quâ nihil aliud à rogatione Conſulari differebat, niſi Iudicum genus: in eo autem erant omnia &c.* Et lib. 2. de fin. cap. extremo ferè: *Nos verò ſi quidem in voluptate ſunt omnia, longè multumque ſuperamur à beſtijs.*

Omnia in hoc, vel, *uno ponere.* Cui contrar. *Nihil ponere.* Cicero lib. 2. de fin. cap. *Is hæc loquitur, qui in voluptate nihil ponens negat eum bene cænare, qui omnia ponat in voluptate.*

Omni tria ſunt genera. Cicero vett. Rhetor. Herenn. cap. *Relinquitur ergò, ut omnia tria ſint genera cauſarum.* Sed Lambinus ibi invitis omnib' libb. legit, *omnino.*

Omni vitâ, Omnis Gallia. Cicero lib. 3. Tuſcul. cap. *Quem ſemel ait in omni vita riſiſſe Lucillius.* Et mox: *Nihil enim eſt, quod, tam obtundat elevetque ægritudinem, quàm perpetua, in omni vitâ cogitatio.*

Omnibus votis. Cicero pro Plancio cap. ubi de Minturnenſibus, de Mario benemeritis *An Minturnenſes &c. quod eum linquentem terram eam, quam ſervaverat lachrymis volisq. omnibus perſecuti ſunt,* Vbi

Vbi Lāb. *votis ominibusq;*, ut Horat. l. 4. Od. 5. *Votis omnib⁹ que & precibus vocat.* Et Livius in Præfat. extremâ: *Cum bonis potius ominibus Deorum, Dearumq;, votisq; ac precationibus, ſi ut Poetis nobis quoq; mos eſſet, libentius inciperemus.*

Omninò: in principio ſententiæ Cicero Læl. cap. *Omninò omnium horum vitiorum atq; incommodorum una cautio eſt, atq; una proviſio, ut ne nimis cito diligere incipiamus.* H. e. vna omninò cautio eſt. Vulg. *in totum.* German. ʒumal.

Omninò, Græcè, ὅλως. Vett. valet id, quod vulgò hodie *generaliter.* Cicero ſæpe eo ita utitur, ut rectè Perionius admonuit. Vt lib. 5. de fin. cap. *De hominum genere, aut omninò de animalium loquor.*

Omninò interdum idem, quod nos Jnallem, dicimus de numero vulgò: *Non ſunt, non erant plures, quàm viginti. decem* &c. Vide infra Mantiſſ. *Particulas.* Livius lib. 30. cap. 2. *Viginti omninò legionibus & CLX. navibus longis, res Romana eo anno geſta.*

Ὀναγος, ὄνηγ☉: aſinorum ductor. Aſin. Prol. ✠. 10.

Onerare: implere. Capt. 4. 2. ✠. 47. *Onerare lætitiâ.* Propert. 3. 18. *Candida laxatis onerabo colla corymbis.* Poteſt & ſignificare Ornare. Propert. lib. 3. Eleg. 9. *Onerare domum per arma.*

Onerare celocem: eſt inebriare ſeſe. Pſeud. 5. 2. ✠. 12. Vide pluribus Cl. Salmaſium ad Vopiſcum pag. 387.

Onerare hilaritudine. Mil. 3. 2. verſ. 83.

Onerare pugnis. Amph. 1. 1. v. 171.

Onerare malignitate. Capt. 3. 1. verſ. 5.

Onerare præceptis. Mil. 3. 3. ✠. 29. Pſeud. 2. 4. ✠. 74.

Onerare dictis: calumniari. Merc. 5. 4. ✠. 17.

Onerare maledictis. Pſeud. 1. 3. ✠. 112. Cic. 3. Epiſt. *Te quibus mēdaciis homines leuiſſimi onerarunt?*

Onerare navem mercibus. Men. Prol. ✠ 25. Tibull. lib. 1. Eleg. 3. ✠. 39. dixit, *premere ratem merce:*

Onerare voluptatibus. Stich. 4. 1. ✠. 17.

Onerare lætitijs. Aul. 5. 1. v1. Capt. 4. 2 ✠. 47. Ter. Phorm. 5. 6. ✠. 1. *Commoditatibus onerare diem.* Sic dicitur Iob. 16. 7. *Iampridem ærumnis oneravit me Deus.* Ita quidē vertit Leo Iudæ. & Vatablus. Sed Pagninus: *Fatigavit me Deus.* Sic Cic. Phil. 2. c. *qui me nō ſolum meis laudibus oneraret, ſed etiā honoraret alienis.* Livius lib. 4. cap. *Laudibus haud immeritis onerarent.* Sic Salluſtius. *onerare promiſſis.* Terentius, *commoditatibus onerare.*

Onerare gulam potione vinceâ: laqueo: ridiculè. Stich. 4. 2. verſ. 56.

Onerare Zamiam, eſt imponere, & inferre jacturē. Aul. 2. 2. ✠. 20. Trālatio ſumta eſt à mercibus

cibus, quæ in navem imponuntur. Græcè ἐπιφορτίζειν & ἐμβάλλειν. *Onus navium*, ἐμβολή. Vide Salmaſium ad Vopiſcum pag. 387.

Oneraria navis. Men. prol. v. 25.

Oneratus: pro, moleſtia affectus. Mil. 3. 3. ℣. 61. Vide *Sarcina*.

Oneris magni eſſe: magno oneri ferendo eſſe. Moſt. 3. 2. ℣. 96.

Onus uber. Pſeud. 1. 2 ℣. 64.

Onus etiam de gaudio & aliis rebus effertur Capt. 4 1. ℣. 7.

Onus apponere deponere. Pœn. 4. 2. ℣. 35.

Onus habere & *ferre cum labore*. Amph. 1. 1. ℣. 21. h. e. ſuſtinere. Cicero III. Verr. *Atque hoc ego plus oneris habeo, quàm qui cæteros accuſarũt*. (& 5. 1. v. 2.

Onuſta auricula. Aul. 4. 2. ℣. 10.

Onuſtus: ſatur, probe ſaburratus. Merc. 4. 4. ℣. 6. Ciſt. 1. 2. ℣. 4.

Onuſtus oleo: abundans. Pſeud. 1. 2. ℣. 82.

Onuſtus præda. Bacch. 4. 9. v. 146.

Onuſtum lætitiâ pectus. Stich. 2. 2. ℣. 3.

Ope, & Opibus: pro operâ & labore. Livius lib. 28. cap. *Quod eorum ope incolimus*. ita v. c. vulg. *operâ*. Cicero lib. 2. Offic. cap. *Quamquam fortuita ſunt, tamen ſine hominum opibus & ſtudijs neutram in partem effici poſſunt*. Sic v. l. vulg. *operibus*. Lamb. *operis*. Idem Bruto lib. 2. Epiſt. 17. *Nihil te mihi gratius facere poſſe, quàm ſi omnibus tuis opibus, omni ſtudio Lamiam in petitione iuveris*. Horat. lib. 2. Epiſt. 2. ℣. 136.

Hic ubi cognatorum opibus,
curuq; refectus.

Sed ibi pro divitiis fortaſſe melius accipiatur. Pacuvius dixit, *ſummis opibus quid perſequi*, apud Feſtum. Cicero lib. 14. Attic. Epiſt. 15. *Ad quas adero, & omni ſpe atque operâ enitar*. Idem lib. 2. Divinat. cap. *Atque erudimus juventutem? his præſertim moribus & temporibus, quibus ita prolapſa eſt, ut omnium opibus refrananda atque coercenda ſit*.

Ope veſtrâ. divitiis veſtris. Capt. Prol. ℣. 15.

Opem auxiliumque arripere ad aliquid. Mil. 2. 2. ℣. 65.

Opera; re ipſa. Bacchides 3. 2. ℣. 3. & 3. 6. verſ. 13. Capteivei 2. 3. verſ. 65. Pſeudolus 1. 2. verſ. 9. & 1. 3. verſ. 142. Alij *otium* interpretantur: non inſcitè. Vide Agell. lib. 7. cap. 17.

Opera. γυνικός. Rudens 2. 4. ℣. 22.

opera: pro *labore*, quem in aliqua re ponimus. Epid. 1. 2. ℣. 29. Rud. 2. 6. ℣. 31. 33. Ciſtell. 1. 1. ℣. 53.

opera. Sæpe in re turpicula vſurpatur. Aſin. 3. 3. ℣. 8 *Opera nocturna*. Ampitr. 1. 3. ℣. 25. *Operam hanc ſurripui tibi*. Pſeudolus 1. 2. ℣. 50 *Veſtra opera eſt hodie*.

Opera: fere in malam partem quandoque capitur, pro, culpa. *Meâ operâ atque aſtutiâ*. Capt. 3. 5. ℣. 11. Catullus.

O fa-

O factum malè! ô male tenebræ! Tuâ nunc operâ m. p. Flendo turgiduli rubent ocelli. Accius Euryſaæ: *Numquam erit tum immanis, cùm mea exſtinctum ſciat, quin frangeſcat.* Porcius poëta de Terentio Comico: *Nam tamen eorum ille operâ, ne donum quidem habuit conductitiam.* Apud Agellium. Vide etiam ſupr. *Beneficium.*

Opera adiutabilis. Perſ.4.5.ỷ.1.

opera aliena. Ciſt. 5.1.ỷ.6.

opera feſtiua. Mil.2.6 ỷ.108.

opera eſt, aut otium. Merc.2.2. ỷ.15.

operâ eâdem: Moſt.4.3.ỷ.45. *Sic unâ operâ.* Moſt.1.3 ỷ.101.

opera amaſiæ: pro concubitu. Aſin.3.3.ỷ.132.

operâ bonâ, an malâ: idem ferè, quod dicimus. *Quo iure, qua iniuria.* Pſeud 1.1.ỷ.102.

opera ſerva. Perſ.2.4.ỷ.9.

operâ deditâ. Ciſt.4.1.ỷ.18.

opera frequens: aſſidua. Ciſt.1.1 ỷ.7.

operâ meâ. Trin.3.2.ỷ.77.

operâ quâ: vnâ operâ. Pſeud.1.3. ỷ.84.

operâ: cauſâ. Truc.2.5 ỷ.18.

opera & pecunia. Curc.4.2.ỷ.37.

opera gratuita. Ciſt.4.2.ỷ.74.

operâ experiri. Pſeud. 4.2.ỷ.50. Trin. 4.1.ỷ.7.

opera conſilioque iuuare. Mil.2.1. ỷ.59. Trin. 1.2.ỷ.152.

opera dabitur. Trin.2.2.ỷ.109.

operâ uti. Stich.4.2.ỷ.36.

opera eſt. Mil.4.2.ỷ.94. Aul.2.1. ỷ.22.

opera eſt auribus: commodum eſt audire. Merc.Prol.ỷ.14.

opera perit. Trin.3.2.ỷ.34.

operâ tuâ: operâ alicuius. h.e. tuâ cauſâ, propter illum, tuo facto, culpâ. Nepos in Lyſandro: *Hâc victoriâ Lyſander elatus, cùm antea ſemper factioſus audaxque fuiſſet, ſic ſibi indulſit, ut ejus operâ in maximum odium Græciæ Lacedæmonij pervenerint.* Terent. Hecyr.2.1.ỷ.31. *Non meâ operâ, neque pol culpâ evenit.* Catullus:

> *Tuâ nunc operâ meæ puellæ*
> *Flendo turgiduli rubent ocelli.*

Attius apud Nonium: *Numquam erit tam immanis, quàm meâ operâ exſtinctum ſciat, quin frangeſcat.*

opera & virtutes. Rud.2.2.ỷ.15.

opera eſt; eſt otium. Caſ.5.2.ỷ.5. Truc. 4.4.ỷ.30. Agell.1.17. *Nunc,* inquit, *mihi opera non eſt: cùm otium erit, reviſes ad me, atque diſces.* Perſius:

> *Lunai portum & opera cognoſcere cives.*

Valer.Max.1.7. *Non eſt opera inter patrem & filium ullius rei comparationem fieri.* Ita Pigh.

opera non eſt. Merc.5.2.ỷ.77. Nõ eſt vtile. Mil.2.2.ỷ.97.& 3.2. ỷ.6.

opera pretium. Amph.Prol.v.151. Rud.4.3.ỷ.10. Moſt.3.2.v.117. 159. Mil.1.1.ỷ.31. Pœn.5.4.ỷ.1. *Fuit opera pretium ejus, qui amabilitati animum adiceret.* Quid ſignificet, explicat Plautus Pſ.3.2.ỷ.60 *pro pretio facio, ut opera appareat mea.*

opera:

Opera: pro ſervis. Amph 1. 1. ℣. 16. *Ipſe dominus dives operis.* Horatius. lib. 1. Sat. 7. ℣. 119. ——*accedes opera agro nona Sabina.* Cicero ad Attic. lib. 2. Epiſt. 8. *Boni viri precibus Claudij à cauſa removentur, opera comparantur.* Et Philip. 1. *Mercenariæ operæ conducuntur.* Idem Cicero *Operas* pro labore uſurpat. li. 1. Offic. cap. *Mercenariorum operas non artes emimus.*

Opera ſua neparcere. Moſtell. 1. 2. ℣. 22.

Opera eſt: pro, *Opera pretium eſt.* Vide infr. *Pretium eſt.* Livio familiare valdè. Vt lib. 5. cap. *Si opera illi eſſet conſulere illi velli.* Et lib. 4. cap. *Neq; Conſulibus cùm tot populorum bella imminerent, opera erat id negotium agere.* Valer. Max. lib. 2. cap. 1. *Opera eſt enim cognoſci huiuſce vitæ &c. quænam fuerint elementa.* Ita in vet. cod. leg. Livius lib. 45. cap. *Non opera ſit ſtanti nunc in acie docere, quibus de cauſis hodie qui eſſe melius ſit.* Et lib. 29. cap. *Non opera eſt perſequi, ut quæq; acta in his locis ſint.*

Opera aliquorum *pretium facere*: pro, æſtimare & facere magni & parvi. Vide infr. *Pretium facere.* Satis nova locutio, & hiſtorica fortaſſe. Livius lib. 27. cap. *Sed id Scipionem rogare, ut tranſitio ſibi nec fraudi apud eum non honori ſit: quales eâ die experiundo cognoverit, perinde opera eorum pretium faciat.*

Operam addere. Perſ. 4. 4. ℣. 78.

Operam commodare alicui. Rud. 2. 2. ℣. 22.

Operam dare amico. Merc. 2. 2. ℣. 17. Trin. 3. 2. ℣. 25.

Operam dare ſermoni. Epid. 2. 2. ℣. 54.

Operam dare ludo & deliciæ. h.e. ad ludum. Rud. 2. 4. ℣. 13.

Operam dare concioni. Men. 3. 1. ℣. 12.

Operam dare: laborare. Ciſt. 1. 3. ℣. 37.

Operam dare: pro, inquirere. Ciſt 4. 2. ℣. 46.

Operam fideliter dare. Capt. 2. 3. ℣. 2.

Operam malam dare. Capt. 3. 5. ℣. 43.

Operam datare. Curc. 2. 3. ℣. 49.

Operam dare ſomno. Pſeud. 2. 2. ℣. 69. Stich. 2. 1. ℣. 40. Vide *Proverbia* in Mantiſſa.

Operam emere. Epid. 1. 2. ℣. 17.

Operam grauari. Rud 2. 4. ℣. 22.

Operam dare: de conviviis. Ciſt. 1. 1. ℣. 7. & *Vocare operã.* Stich. 3. 2. ℣. 18.

Opera evenit ſuper. Milit. 4. 5. ℣. 13.

Operam perdere. Bacchid. 1. 2. ℣. 24. 57. Moſtell. 1. 2. ℣. 56. Ciſtell. 2. 1. ℣. 56. Pœnol. 4. 2. ℣. 58. Perſ. 2. 2. ℣. 51. Rud. Prol. ℣. 24. *Operam & ſumtum perdere.*

Operam ludere. Caſin. 2. 7. ℣. 1. Pſeud. 1. 3. ℣. 134.

Operam malè locare. Perſ. 2. 2. ℣. 46.

Operam præbere. Perſ. 4. 3. ℣. 41. Curc. 4. 2. ℣. 38.

Operam dicare alicui. Pſeud. 1. 5. ℣. 147.

℣. 147. Terentius imitatur, Phorm. 1. 2. ℣. 11.

Operam ponere bene. Moſt. 1. 3. ℣. 144.

Operam ſumere: facere aliquid. Curc. 4. 1. ℣. 7. Men. 2. 1. ℣. 19.
Operam numquam ſummam quærere. Merc. 5 2. ℣. 94. Contrarium eſt, *Conterere operam.* Moſt. 3. 1. ℣. 50. Ter. Phorm. 1. 4. ℣. 32.
Operam reddere. Pœn. 4 2. ℣. 31. 32.
Operam dedere alicui. Bacch. 1. 1. ℣. 11. 60.
Operam & ludos facit. Rud. 4. 1. ℣. 9. 10.
Operam adiutabilem dare. Mil. 4. 4. ℣. 8.
Operam alicuius polliceri foras. Caſ. 3. 2. ℣. 21.

Operam uti. Pœn. 5. 2. ℣. 128.

Operam aurium dicare. Bacch. 4. 9. ℣. 72.

Operam dare γενικῶς. Aul. 2. 2. ℣. 22. & 4. 7. ℣. 18. Rud. 1. 2. ℣. 31. & 1. 2. ℣. 93. & 3. 2. ℣. 20. 33. & 3. 6. ℣. 11. & 5. 2. ℣. 47 Pœn. 1. 2. ℣. 13. & 3. 2. ℣. 12. & 3. 5. ℣. 40. Caſ. Prol. ℣. 58. 63. Pſeud. Prol. ℣. 9. & 2. 1. ℣. 10. Bacch. 1. 1. ℣. 65. 70. & 2. 3. ℣. 63. Ciſt. 1. 1. ℣. 7. Men. 5. 9. ℣. 34. 40. 51. Merc. 3. 4. ℣. 35. Trin. 1. 2. ℣. 82. Mil. 2. 1. ℣. 20. Capt. Prol. ℣. 6. 54. & 3. 4. ℣. 85. Truc. 1. 2. ℣. 98. & 4. 2. ℣. 10. 21.

Operam dare alicui. Aul. 3. 1. ℣. ℣. 22. Aſin. 5. 2. ℣. 21. Mil. 1. 1. ℣. 77. & 4. 1. ℣. 7. & 4. 2. ℣. 39. Pſeud. 1. 3. ℣. 148. Men. 2. 1. ℣. ℣. 9. & 4. 2. ℣. 99. 100 & 5. 7. ℣. ℣. 29. Moſt. 4. 3. ℣. 17. Caſ. 5. 2. ℣. 5. Bacch. 1. 1. ℣. 26. 41. Perſ. 4. 4. ℣. 61. 63. Merc. 3. 1. ℣. 1. & 2. 3 ℣. 110. Pſeudol. 4. 7. ℣. 13. Perſ. 3. 1. ℣. 44. Rud. 4. 4. ℣. 138. Caſ. 4. 1. ℣. 15. Trinum. 4. 2. ℣. 23. 52.

Operam dare: pro, auſcultare. Ciſtell. 1. 3. ℣. 6. Pſeud. 4. 7. ℣. 70. Curc. 2. 2. ℣. 7. Trin. Prol. ℣. 5.

Operam dare: pro, iuuare, adiuvare. Caſin. 2. 3. ℣. 24. Pœn. 5 2 ℣. 55.

Operã dare negotio alicuius. Mil. 1. 1. ℣. 71.

Operam dare: pro, obſequi. Aul. 2. 4. ℣. 5.

Operam dare ad. Caſ. Prol. ℣. 22.

Operam dare: facere. De vento. Caſ. 2. 3 ℣. 60. Mil. 4. 4. ℣. 51. & 4. 8. ℣. 7.

Operam bonam dare. Pœnol. 3. 3. ℣. 69. & 3. 6. ℣. 11. 20. Perſ. 4. 7. ℣. 11.

Operam dare rei quærendæ. Merc. 3. 2. ℣. 8.

Operam dare Iudex datus dicitur, qui officio ſuo fungitur, præcipua quadam phraſi. Id interdum dicitur, *Operam præbere.* Vlpian. l. 21. quid tamen §. 10. Sed ſi in aliquem D. de recept. *Qui arbit. an committatur pœna cõpromiſſi. an quaſi opera non præbita.* Et Caſſius eod. tit. l. 39. *Non ex omnibus cauſis pœna ex compromiſſo committitur, ſed ex his duntaxat, quæ ad ſolutionem pecuniæ aut operam præbendam pertinent.* Cicero in Verr. de Iure dic. 5. c. *Rutilium juſſit operam dare.* Vlp. l. 18. ſi longius D. de judic.

judic. *Si longius ſpatium interceſſurum erit, quominus Iudex datus operam poſſit dare, multari eum jubet Prætor.* Et in l. penult. D. de muner. Terent. Heaut. 3. 1. ℣. 94 *Ibo ac dicam ut dixeram, me operam daturũ, hodie non poſſe eis dare.* Cicero 2. Verr. Accuſ. cap. *M. Petilium Equitem Rom. quem habes in conſilio, jubet operam dare, quod rei privatæ judex eſſet.* Et lib 13. Attic. Epiſt 47. *Is ad me venit, dixitq; Iudicem operam dare cõſtituiſſe.* Et in Brut. cap. *Qui quidem in Triumviratu judicaverit contra P. Affricani Avunculi ſui teſtimonium, vacationem augeres, quominus judiciis operam darent, non habere.*

Operari. Latinè eſt ſacrificare, à quo *Operatio*, eadẽ notione, ut Nonius admonet. Nam *Operari* pro *ἱερουργεῖν*, & *Operatio* pro *ἱερουργία* recentioribus quidem, ut Plinio, eiuſque æqualibus, notum: Veteribus autem, ut Terent. Cic. Cæſ. Plau. Lucret. non item. Poetę hoc verbo ſæpe utũtur. Plaut. in Fragm. *Vt iſthæc operatio crimen expiet.* Pompon. apud Nonium: *Ad Veneris profectus eſt mane vetulus, votũ ut ſolveret ibi operatus eſt.* Afran. ib. *Vt operatum illum Dianæ degerem ſanctum diem.* Hor. lib. 3. Oda 14. ℣. 16. *juſtis operata Divis.* Virgil. lib. 1. Georg. ℣. 339. *lætis operatus in herbis.* Tibull. lib. 2. Eleg. 5.

Tunc operata Deo pubes incumbit in herbâ.

Drep. in Orat. ad Imp. Theodoſ. *Nam ut divinis rebus operantes in eam cœli plagam ora convertimus.* *Operationis feria*, apud Feſtum, quæ ſint, in verbo, *Feria*, mihi non liquet.

Operari. Interdum utuntur tralatè, pro eo, quod, *Occupari.* Sed poſt Cic. ni fallor. Sic &, *Operari Reipubl.* pro, deſervire, operam dare. Horat. lib. 1. Ep. 2. ℣. 29.

In cute curandâ plus æquo operata juventus.

Virgil. lib. 3. Aen. ℣. 136.

Connubiis arviſq; novis operata juventus.

Seneca. Vlpian. l. 15. ſi marit. D. Ad l. Iul. de adult. *Neq; enim æquum viſum eſt, abſentẽ Reip. causâ inter reos referri, dum Reip. operatur.*

Operaria pretioſa. Iocosè. Bacch. 1. 1. ℣. 41.

Operarum eſſe aliquarum: alicui rei operam dare. Merc. 4. 5. ℣. 13.

Opere: magnopere. Adverbialiter, pro, valdè. Trucul. 2. 7. ℣. 27. *opere orare.* Et fortè Epid. 1. 2. ℣. 10. Cic. lib. 4. Att. Epiſt. 11. *Nec metuo tamen, ne mihi ſermo deſit abs te, quo opere delector.*

Opere maximo. Caſin. 5. 4. ℣. 15. Pſeud. 3. 2. ℣. 107. Moſt. 2. 1. ℣. 73. & 3. 2. ℣. 66. Stich. 2. 1. ℣. 93. *Rogare te juſſit multum opere maximo.* Milit. 1. 1. ℣. 75. *Rex Seleucus nec opere oravit maximo.* Terent. Heaut. 4. 1. ℣. 13.

Opere quantillo. facile. Truc. 2. 8. ℣. 7.

Operibus urbem claudere, oppugnare, & expugnare. Cui contrar. Vi expugnare. Cicero lib.5.Attic.Epiſt.20. *Nos Pindeniſſum cinximus vallo, & foſſâ, aggere maximo vineis, turre altiſſimâ* &c. Et lib. 10. Epiſt. ad Cælium: *Oppugnabam oppidum Pindeniſſum, tantis operibus, tanto negotio.* Vbi forte rectius, *opibus*. Liv. lib.5.cap. *Poſtremo iam fato quoq; urgente, operibus tamen non vi expugnata eſt.* Et lib. 36.cap. *Et Romani quidem operibus magis quàm armis urbem oppugnabant.* Corn. Nepos in Miltiad. *Copias è navibus eduxit, urbē operibus clauſit, omniq; commeatu privavit.* Velleius lib.2.cap. *Circumdatam operibus Numantiam exciſam & æquavit ſolo.*

Operibor, Pſeud.2 3.ꝟ.88.Truc. 1.2.ꝟ.105.

Operire caput dicebantur in re turpi deprehenſi, ſummo ſcilicet pudore affecti, in rebus deſperatis, vitam proijcere parantes. Plautus Capt. 3.1.ꝟ. 15.Moſt.2.2.ꝟ.77. Pœn.3.4. ꝟ.34. Trin.3.3 ꝟ.76. Horat. lib.2.Satir.3. *cùm vellem mittere operto Me capite in flumen.* Livius lib.1. Ann. *I lictor, colliga manus, caput obnubito, arbori infelici ſuſpendito.* Plato in Phædro, de amore verba facturus, caput operit. Vide D. Chryſoſt. Homil. xi. ad Theſſal. Græco Lat. p. 1478. Et Iacobi Schegkij Præmeſſ. cap. 10. Gulielm. Ranchin. Var. lect. lib. 1. cap. 3. Barth. ad Claud. n. 1208. I. Duzam notis ad Horat. Petron. Satir. p. 53. *Tardè, immò iam ſerò intellexi, me in fornicem eſſe deductū. Execratus itaq; aniculæ inſidias, operui caput, & per medium lupanar fugere cæpi in aliam partem.* Vbi vide Goldaſt. pag.547. Idem Petron. pag.65. *Operuerat Aſcyltos pallio caput, admonitus ſcilicet, periculoſum eſſe alienis intervenire ſecretis.* Vide etiam Fab. lib.5.cap.1. Ita neque illum probaverim, qui &c.

Operiri: exſpectare. Aul. 4.7.ꝟ. 17. Ciſt.2.3.ꝟ.48. Mil.2.3.ꝟ. 32.Moſt.3.7.ꝟ.149.Trin.3.3. ꝟ.16. Epid.2.2.ꝟ.121. Pſeud. 1.2.ꝟ.38.Truc.3.2.ꝟ.24.& 4. 2.ꝟ.33.40.Trinum.4.1.ꝟ.12. Bacch.1.1.ꝟ.14.& 3.3.ꝟ.82.

Operiri, durare. Truc.2.3.ꝟ.5.

Operiri; claudi. Moſt.2.3.ꝟ.1.

Operitus. Moſt.3.5.ꝟ.102. *Id ſum opperitus.*

Opes. Veteribus, ut Plauto, Terentio, Lucr. Cic. non pro divitiis, ſed pro potentiâ, imperio. Cicero *Opes* ſemper ſeparat à divitiis. Virgil. lib.2. Aen.ꝟ. 4.

Troianas ut opes & lamentabile regnum
Eruerint Danai.

Et eod. libr. ꝟ.602.

—*verùm inclementia* Di-*vûm*
Has evertit opes.

Et lib. 3. ꝟ. 53. —*Illæ ut opes fractæ Teucrûm. &c.* Interdum tamen pro divitijs: ſed rarius

Opes

Opes quidam uſurpant: maxime Poetæ & Hiſtorici. Sall. Catil.cap. *Sed omninò cuncta plebs novarum rerum ſtudio Catilinæ incepta probabat. Id adeò videbatur more ſuo facere. Nam ſemper in civitate, quibus opes nullæ ſunt, bonis invident, malos extollunt.* Virgil.lib.2. Georg.℣.507.

Condit opes alius, defeſſoque incubat auro.

Et lib.1.Aen.℣.6.—*naveſq; forte paratas*

Corripiunt, onerantq; auro: portantur avari
Pygmalionis opes pelago.

Horat. libr.1. Epiſt.18.℣.29. *Stultitiam patiuntur opes.* Ovidius: *Effodiuntur opes irritamenta malorum.*

Opes.pro,auxilio.Rud.2.3 ℣.19.

Opes:pro felicitate quauis.Capt. 4.1.℣.1.

Opes facultates, divitiæ. Stich.5. 4 ℣.8.13.*Pro opibus noſtris cœnabimus.*

Opes:pro labore,induſtriâ. Aſin. 1.3 ℣.92.

Opes argentaria.Epid.5.2.℣.7.

Opes æquabiles cum aliquo.Capt. 2.2.℣.52.

Opes vitæ. Amph.5.1.℣.1.

Ophthalmia. Capt.4.2.℣.70. Τὰ ὀφθάλμια ſunt delicatiores carnes circa oculos porcinos. Turn. 4.19. Alij de piſce interpretantur,& femininũ ſingulare faciunt. Vide Rob. Conſtant. Supplem.LL.

Opibus ſummis & induſtriis aliquid facere. Eleganter dicitur: pro omni ſtudio & conatu. Moſt.2.1.℣.1. Merc.1.2.℣.1. Stich.1.1.℣.38.44.Symm.lib. 7. Epiſt.128. *Amor in te meus ex ſummis opibus in dies ſingulos bonorum tibi cultus accedat.*

Opidani. A Veteribus dicuntur, qui vulgò, *Obſeſſi* in aliquâ urbe,aut arce,aut caſtris. Gallicè. *Les aſſiegés*. Græcè, οἱ πολιορκούμενοι. Ger. Die Belägerte. Nepos in Miltiade de Paro obſeſsâ: *Cuius flamma ut ab opidanis, & oppugnatoribus eſt viſa, utrinq; venit in opinionẽ, ſignum à Claſſiariis Regis datum.* Livius lib.10.cap. *Ab hoc ſpectaculo legati miſſi deterruerunt ſuos ab auxilio circumſeſſæ urbi ferendo. Opidani cùm ignes turribus nequicquam, quod ſignum convenerat, ſuſtuliſſent.*

Opidana oratio: Sermo, aut genus dicendi opidanum: pro non urbano, nec eleganti: quod ſcil. in opidis & vicis, non in urbibus frequentetur. Cicero in *Bruto* cap. *Ignoti homines & repentini, quæſtores celeriter facti ſunt, opidano quodam, & incondito genere dicendi.*

Opificina. Mil.3 3.℣.7.

Opima præda: *Opima ſpolia*. Livius lib.45. cap. *Quid deinde tam opima præda, tam opulentæ victoriæ ſpoliis fiet?*

Opimitas:pro rebus ſecundis.ab *opimo*, teſte Nonio. Aſin.2.2. ℣.16.Capt.4.1.℣ 2.

Opimitates. Capt.3.1.℣.2.

Opimum premiũ. Amp.2.2.℣ 17.

Opimus. Capt.2.2 ℣.31.

Opinio. Latinis ſcriptoribus, ut & Græcis quibuſdam, δόξα, interdum idem, quod, *fama, rumor,* ſermo, *gloria,* & δοξάζειν, ac Latinè, *Opinari,* pro, famâ afficere, tam bona, quã mala. Id & Nonius admonuit, qui hunc locum ex Ciceron. lib. 1. ad Cæſarem Iuniorem adfert: *Erat opinio bona de Planco.* (vulg. *Plancio*) *bona de Lepido.* Sic pro Milon. cap. *Non modò inimicorum Milonis ſermones & opiniones.* Lentulus ad Ciceron. lib. 14. Epiſt. 14. in fine: *Sed medius fidius eâ eſſe cum opinione, & tuâ, ex ipſius, & inprimis meá causâ gaudeo.* Et lib. 7. Attic. Epiſt.13. *Deinde ad opiniones ne reprehendamur, quòd eas Romæ eſſe velimus in communi bonorum fugâ.* Sueton. Aug. cap. *Quadam verò cognitione cùm Aemilio Aeliano &c. obiiceretur, quod malè opinari de Cæſare ſoleret: converſus* (ſcil. Auguſtus) *ad accuſationẽ &c. Velim, inquit, hoc mihi probes: faciam ſciat Aelianus, & me linguam habere. plura e nim de eo loquar.* Et eodem: *Servum graviſſimè de ſe opinantem non ultra quàm compedibus exercuit.* Et Catilin. *Nec omnes gravibus ex cauſis, verùm malè de ſuo munere opinatos. Ita videtur Tiberius conſtanti opinione pœnè omnium quaſi neq; rediturus unquam.* Ita & illud in extremo Neron: *Exiit opinio poſt ſcenicas coronas proximo luſtro deſcenſurum eum in Olympia inter Athletas.* Tacitus in vita Agric. cap. *Comitante opinione Britanniam & provinciam dari.* Et ita fere Cæſar lib.3. de bell. civil. cap. *Quæ opinio erat edita in vulgus.* Fortaſſe & bell. Gall. lib.6. cap. *Quæ gens ad hoc tempus iis ſedibus ſe continet, ſummamque habet juſtitiæ & bellicæ laudis opinionem.* Et lib. 4. cap. *In tantum eſſe nomen atque opinionem exercitûs Romani.* Et ad Q. Fratr. lib.1. Epiſt. 2. *Ratio ſaluſque omnium, qui ad Remp. accedunt, non veritate ſolùm, ſed etiam famâ & opinione nititur.* Et lib.11. Attic. Epiſt.16. *Neq; enim valdè adventûs eius opinio eſt.* Et Epiſt.18. *De illius ab Alexandriâ diſceſſu nihil adhuc rumoris: contraque opinio, valdè eſſe impeditum.* Pro Cæliæ cap. *Quod profecto numquam hominum ſermo atq; opinio comprobaſſet.* Ita etiam Iuſtin. eo utitur lib.2.3. *Principis adventûs opinione eius concuſſi, Legatos ad eum &c. miſerunt.* Vbi tamen *opinionis* legitur in vett. libb. Et lib. 41. cap. de Arſace: *Hic ſolitus latrociniis & rapto vivere, accepta opinione, Seleucum à Gallis in Aſiâ victum &c.* Et lib. 31. *Romam nondum opinio victoriæ venerat.* Et lib. 8. *Qui opinionem ſererent, Regem Philippum &c.* Livius lib. 28. cap. *Atqui ego certum habeo, diſſentienti mihi ab iſtâ feſtinatione*

tione in Africam traijciendi duarum rerum ſubeundarum opinionem: unius inſita ingenio meo cunctationis &c. alterius obtrectationis atque invidiæ. Vtuntur eo & Iuriſconſulti interdum. Vt Vlpian. l. 8. cum h. §. 11. ſed & perſonarum D. de Tranſact. *in perſona eius, à quo alimenta relicta ſunt, hæc erunt ſpectanda: in quibus ſit facultatibus, cuius propoſiti, cuius opinionis.* Ex eo & *Sugillare opinionem.* Vlpian. l. 4. §. adverſus. D. de dol. *Adverſus parentes patronoſque, neque doli exceptio, neque alia quidem, quæ patroni parentiſve opinionem apud bonos mores ſugillet, competere poteſt.*

Opinione melius. Caſin. 2. 5. ℣. 30.

Opinor: Vt Opinor. Lucretius eo ſæpe utitur. ut hiſtoris, qui inſpiciantur. lib. 1. ℣ 853. lib. 2. ℣. 1033. 1152. & antea ℣ 551. lib. 3 ℣. 527. 677. 1022. lib. 5. ℣. 6. Cicero lib. 7. Epiſt. 24. *Capius, opinor, olim non omnibus dormio.* Et lib. 1. Attic. Epiſt. *Primus ut opinor, introitus.* Et lib. 9. Epiſt. *Sed opinor quieſcamus ne noſtram culpam augeamus.* Et lib. 2. de fin. cap. *A primo, ut opinor, animantium ortu petitur origo ſummi boni.*

Opinor. Comicè aſſeverantis eſt. Merc. 2. 5. ℣. 38.

Opiparares. Pœn. 1. 1. ℣. 4.

Opipare & opimè. Bacchid. 3. 1. ℣. 6. Terent. Heaut. 3. 1. ℣. 41.

Opiparus: fortunatus. *Perſ.* 4. 4. ℣. 1.

Opiparum: magnarum opum apparatus. Capt. 4. 1. ℣. 2.

Opis quid? Quid auxilij? *Pſeud.* 1. 3. ℣. 6. Ciſt. 4. 2. ℣. 1.

Opitulaturus ire alicui. Mil. 3. 1. ℣. 26.

Oportet: eleganti uſu: *oportet te eſſe ſervum & nequam & malum.* Germ. Du magſt mir wol ein Geſell ſeyn. Pœn. 5. 2. ℣. 70.

Oportet: pro, *neceſſe eſt.* Ciſt. 4. 2. ℣. 51. Moſt. 2. 4. ℣. 14. Lucre. ſæpe ſic uſurpat, quemadmodum etiam τὸ *Debet.* Petron. *Hic debet aliquid boni in eſſe.* pro: *veriſimile eſt.*

Oportet. Quod oportet. Latinè valet idem, quod. *Debet, decet.* quod honeſtum eſt. Græci τὸ δέον vocant, & τὸ προσῆκον. Cicero Hortenſio. *Velle enim quod deceat, id ipſum miſerrimum eſt: nec tamen miſerum eſt nō adipiſci quod velis, quàm adipiſci velle, quod non oporteat.* Et pro Rabirio cap. *Quid deceat nos, non quantum liceat nobis, ſpectare debetis.* Et. *Vbi eſt igitur Sapientia Iudicis? in hoc, ut non ſolum quid poſſit, ſed etiam quid debeat ponderet.* Et pro Balb. cap. *Eſt enim aliquid, quod non oporteat, etiamſi licet.* Sen. Octa. *Id facere laus eſt, quod decet, non quod licet.*

Oppangere. Feſt. Repagula. *Repagula ſunt ut Verrius ait quæ pat. faciũdi gratiâ ita ſingũtur ut ex contrario oppangantur.*

Oppectere: de cibis, & piſcibus. Germ. Abſleublen. Perſ.1.3. ℣ 31.

Oppeſſulatæ fores. Amph. Sc. DI *voſtram*.℣.22. *Obductæ*.Ibid. ℣.54.

Oppetere mortem. Men. Arg.℣.2.

Oppetere peſtē. Aſin.1.1.℣.7.Cap. 3.3.℣.6.

Oppetere mortem. De his propriè dicitur, qui ſtrenuè & fortiter pro patriâ, aut parentibus mortem occumbunt. Cicero lib.1. Tuſcul.cap. *Sed profectò mors tum æquiſſimo animo oppetitur, cùm ſuis & laudibus vita occidens conſolari poteſt.*

Oppidò: idem quod, *accuratè, annixè*, &c. alias pro, *valde*, admodùm uſurpatur. Moſt.3.2. ℣.125. Amph.1.1.℣ 143. Aul.3. 1.℣ 5.& 4.9.℣.18. Rud.1.3.℣. 25.& 2.6.℣.66. Merc. 2.1.℣. 15.21.& 4.3.℣.10. Perſ.4.9 ℣. 4 Bacch. 4.8.℣.11.28. Aſin.2. 2.℣.21.& 5.2.℣.34. Moſt.1.2. ℣.55.& 1.3.℣.9.& 3.2.℣.45. 117. Pſeu.1.5.℣.10. Mil.3.1.℣. 32.39.

Oppidò: abſolutè, pro, *bene*. Bacc. 4.4.30.

Oppidò: certè. Mil.3.1.℣.39.

Oppidum fortunatum: eſt, quod opulentum, & plenum bonarum rerum. Ciſtell. 1.1.℣.82. Perſ.4.4.℣.1.

Oppidum expugnare: de ſene lenone. Pſeud.2.4.℣ 76.

Oppidum vetus: de ſene. Pſeud. 2.1.℣.13.

Oppidum hoſtile. Truc.1.2.℣.67.

Oppidum magnum. Rudent.4.2. ℣.29.

Oppilare; probum verbum. Implere: & occludere. Rud.4.1. v.14. *Iam mihi oppilabit ſuâ vaniloquentiâ aures*. Vſus eſt Cicero Philipp.11. *Niſi ſe ille ſub ſcalas tabernæ librariæ conjeciſſet, hiſq́; oppilatis impetum tuum compreſſiſſet*. Lucretius quoque lib.6.℣.725. Ibi vide Lexicon Lucretian. Danielis Parei.

Oppingere ſuavium. Curc.1.1.℣. ℣.60.

Opplere præda. Pſeud.2.1.℣.14.

Opplere granaria tritici. Truc. 2. 6.℣.42.

Opplere ſpoliis ædes. Trucul. 2.6. ℣.41.

Opponere; in contractu præcipuè pignoris uſurpatur, Pſeud. 1. 1.℣.85. Sic Propert. *Oſculaque oppoſito dicit ſibi debita vento*. Et Catullus ait Furii filiam eſſe *oppoſitam ad millia quindecim & ducentos* German. Verſetzen.

Opponere. in luſibus, aleâ. Curc. 2.3.℣.77. Germ. Vffſetzen.

Opponere. Apud Veteres pro, Obijcere, Obdere, delere. Vt, *Opponere montes mari, moles fluctibus*. Vulgò tamen hodie eo verbo utūtur, pro eo, quod Philoſophi Græci dicunt Ἀντίθεσις. Cicero, cùm adoleſcens ſcripſit: ubi *Oppoſitionem negationis* dixit. Quod tamen & aliter accipi [illegible]llit. Sic enim ait lib.1. Rhet. Her. cap. *Diſparatum autem eſt id, quod ab ab aliquâ re per oppoſitionem negationis ſeparatur, hoc modo ſapere, non ſapere*. Cicero verò

hic

hic ſolet dicere non, *Opponere*, ſed contrarium *ponere*. Vt lib. 3. de fin. cap. *Virtutibus igitur rectiſſimè mihi videris, & ad conſuetudinem noſtræ orationis vitia poſuiſſe contraria.* Mox tamen ibidem *Opponere* in eâ notione eſt uſus, ſed cum adjunctione. Sic enim: *Sin κακίαν malitiam dixiſſes, ad aliud nos unum certum vitium conſuetudo Latina traduceret. Hoc omni virtuti contrario nomine opponitur.* Opponere igitur contrario nomine aliquid alicui rectè diceretur, non ſimpliciter, aliquid alicui. Satis namque indicat Cicero *Opponendi* verbum ad nominum & contrarietatem propriè non pertinere. Quod autem vulgo dicitur, *Cui opponitur*, vel, *Cui oppoſitum eſt*. Cicero, *Cui repugnat, cui contrarium eſt.* in lib. 1. Herenn. tamen *Opponere* notione quoquo uſurpatur, qua vulgò utuntur.

Opponere, & *Oppoſitio*, in diſputando & argumentando verba minus Latina. Veteribus, *Contradicere* &, *Contradictionem* (de quibus ſupra) dicunt. *Opponere alicui aliquid*, eſt aliquid adferre, quo ſe tueatur, & quaſi prætexere. Cicero 2. Philipp. cap. *Quid habes, quod mihi opponas, homo diſerte, ut Muſtela &c. videris &c. Sed quid opponas tandē, ſi negē me teſte convinces? an chirographo?* Et 4. Varr. c. *Opponebant illi interdum nomen Affricani: donum P. R. illud eſſe dicebant.*

Opponere pignori: pro, Dare pignori. Catullus ad Furium Carm. 26.

> *Furi, villula noſtra non ad Auſtri*
> *Flatus oppoſita eſt, nec ad Favoni,*
> *Verùm ad millia quindecim & ducenta.*

Cæcilius in Carine apud Feſtum: *Vt aurum & veſtem, quod matris fuit, reluat, quod vivâ ipſâ oppoſuit pignori.*

Oportunè. Pſeud. 2. 3. ℣. 4.

Opportunus, & *Opportunitas*. Nomen Vett. & optimis uſitatum Latinis ſcriptoribus: & idem ſæpe valet, quod, idoneus, utilis, commodus, & utilitas. Hodie vix notum, niſi de tempore. Plautus Epid. 3. 3. ℣. 14. *Nihil homini amico eſt opportuno amicius.* Lucret. lib. 3. ℣. 208.

> *—— rebus*
> *Vtilis invenietur, & opportuna cluebit.*

Et lib. 5. ℣. 605.

> *Opportunus ita eſt ſi forte, & idoneus aer.*

Et lib. 6. ℣. 317.

> *Opportuna fuit ſi forte, & idonea flammis.*

Opportunitas. Menæch. 1. 2. ℣. 28. Pſeud. 2. 3. ℣. 3.

Opportunitas. Dea fingitur. Curcul. 2. 3. ℣. 16.

Opportunitas optima. Epid. 2. 2. ℣. 19. Merc. 5. 4. ℣. 3.

Oppoſita. Vide ANTITHETA in Mantiſſa.

Oppoſuit. Curc.2.3.℣.77. Vide, *Poſivit*.

Opprimere: eſt occupare, & ita ſubito arripere, ut elabi non poſſit: adeoque aliquem in ipſo facto deprehendere. Aſin. 2.2.℣.15. Caſ. 5.4.℣.17. Rud. 2.4.℣.35.

Opprimere veſtigia. Vt, *Premere* Et, *Preſſis veſtigiis*. Cicero pro Cluent. cap. *Qui quod Roſtra tamdiu vacua, locumq; illum poſt adventum L. Syllæ tribunitiâ voce deſertum oppreſſerat multitudinemq; revocaverat*.

Opprimere ignem flammam, oculos. Eleganti & germanâ verbi *Opprimere* notione. Cicero lib. 2. de Orat. cap. *Dicere enim aiunt Ennium flammam à ſapiente facilius ore in ardente opprimi, cùm bona dicta teneat*. Valer. Max. lib. 2. c. 1. *Cùm jam viſceribus, cùm & cordi immineret, eſſet locuta, filiarum manus ad ſupremum opprimendorum oculorum officium advocavit*. Plancus ad Cicer. lib. 10. Epiſt. 24. *Aut oppreſſum jam bellum eſſet &c*. Et lib. 1. Offic. cap. *Sonus erat dulcis, littera neq; expreſſa, neq; oppreſſa, ne aut obſcurum eſſet, aut putidum*.

Opprimere: de petitionibus. Pervincere, ut id fiat, quod volumus. Mil. 4.5.℣.10.

Opprimere mammam: pro, *premere*. Pſeud. 5.2.℣.26.

Opprimere & enicare. Bacch. 4.8.℣.26.

Opprobramentum. Mercat. 2.3.℣.87.

Opprobrare: tanquam probrum alicui obiicere. Truc. 2.2.℣.25. Moſt. 3.1.℣.142. Rud. 3.4.℣.28. Perſ. 2.2.℣.11. Trin. 2.2.℣.80. Lexicographi Calep. & Rob. Steph. in loco Rud. habent, *improperas*. quod nihili verbum eſt, nec Latinum.

Oppugnare conſilia alicuius; pro, *impedire*. Moſt. 2.1.℣.151.

Oppugnare aliquem, defraudare, decipere. Epid. 1.2.℣.59.

Oppugnare pectus. Pſeud. 4.4.℣.8.

Oppugnatum ire. Bacch. 5.2.℣.52.

Ops: Cybele, magna Deûm mater, Rhea, terra, Mi. 4.2.℣.90. Bacch. 4.2.℣.52. Perſ. 2.3.℣.1.

Ops opulenta. Ciſt. 2.1.℣.38. *Auia Saturni*: per errorem, cum ſit Saturni uxor.

Optare: pro, *velle*, *capere*. Aulul. Prol.℣.11. Aſin. 3.3.℣.18.

Optare hoc eſt, non docere, non diſputare. Cic. de Fato cap. *Optare hoc quidem eſt, non diſputare*. Et lib. 2. Tuſc. cap. *Sed te ſuccumbere non oportebat verbis gloriantem, nihil bonum eſſe, niſi quod honeſtum, nihil malum, niſi quod turpe. Optare hoc quidem eſt, non docere. Illud verius*. Vbi quidam legunt *Captare hoc*, non rectè, ut puto. Et in Lucul. c. *Somnia cenſet hæc eſſe Democriti, non docentis, ſed optantis*. Ita Plato lib. 6. de Republ. οὕτω ἂν ἡμεῖς δικαίως καταγελῴμεθα ὡς ἄλλως εὐχαῖς ὅμοια λέγοντες. Demoſth. in Timocr. ἐπειδὴ εἶναι δυνατὰς τὰς πράξεις ἃς δεῖ γίγνεσθαι διὰ τοῦ νόμου· εἰ γὰρ ἂν πολλὰς μὲν ἔχοι μὴ δυνατὰς διαφεύξει,

φθέγξοιτ' ὀυχῆς, οὐ νόμου διαπράξ- ονται ἄνεργον.

Optare malo, eſt adoptare, accerſere, & eligere malum Statius li. 3. Theb. ℣. 148. *Dumq; malo optatos nōdum premis injuſtus axes* Eodem ſenſu dixit Plautus Amph. 1. 1. ℣. 171. *Illic homo à me ſibi malam rem arceſſit jumento ſuo.* Græci. *αὐθαίρετον ἐπάγεσθαι ἑαυτῷ κακόν*. Eurip Hippolyt. ℣. 625. *Νῦν δὲ εἰς δόμους μὲν πρῶτον ἄξεσθαι κακόν.* Scholiaſtæ dicuntur *αὐθαίρετον τὸ κακὸν ἐπισπώμενοι.* Sophocles Antig. ℣. 224. *πτέινδ' ἂν εἴποι ἄλλα πλὴν αὑτῷ πόνους φῦναι πολλοὺς δὲ τοῖσιν ἐχθροῖσι γέλων.* Idem Stat. lib. 2. Theb. ℣. 1. *Quos optat gemitus! quantas cupit impia clades!*

Optaſſis Mil. 3. 1. ℣. 74.

Optata: vota, cupita. Capt. 2. 2. ℣. 105. Aſin. 3. 3. ℣. 34. Vtitur ſic quoq; Symmach. in Epiſt.

Optati cives: vocati, & implorati. Aul. 3. 1. ℣. 1. Gloſſæ: *Optat*; *εὐκταῖος*, votiuus. Vide infr. *Porrò Quirites!*

Optato: vocalitatis cauſa, pro *optatè*, ait Donatus. Amph. 2. 2. ℣. 26. *Optatò expectatus.*

Optimè eſt. Formula vel annuentis, vel comminantis. Caſ. 5. 2. ℣. 44. Bacch. 3. 4. ℣. 3. & 4. 6. ℣. 13.

Optimè ſed pro, *quidem*. Men. 4. 1. ℣. 9. *Optimè reuortitur, ſed pallam non refert.*

Optimis rebus. Vide infr. *Rebus.*

Optimum eſt: aliàs; *bene eſt*. Capt. Prol. ℣. 10. Aſin. 4. 1. ℣. 41. & 5. 2. ℣. 59. Curc. 2. 1. ℣. 29. Epid. 1. 1. ℣. 57. *Taceam, optumum eſt.* Caſ. 3. 5. ℣. 53. & 4. 10. ℣. 7.

Optimum factum eſt. Formula nata ex illâ: *Bonum factum.* Pſeud. 1. 1. ℣. 52.

Optimus maximus. Men. 4. 8. ℣. 3.

Optimus Conſul. Videtur ſolemne fuiſſe elogium boni Conſulis. Cic. pro Sextio c. *An ſi cubi aderit Gellius homo & frater indignus, viro clariſſimo & optimo Cōſule* Et Rabir. Poſth. c. *Nam cum optimo & præſtantiſſimo Conſule Cn. Pompeio.* Et pro Sulla c. *Patris tui fortiſſimi viri atq; optimi Conſulis, cus me conſiliis non interfuiſſe.* Et lib. 12. Att. Epiſt. *Hic autem* (Brutus) *ſe etiam tribuere multum mihi putat, quod ſcripſerat optimum Conſulem. Quis enim jejunus dixit inimicus?* Et 7. Phil. cap. *Accipiet in optimam partem C. Panſa fortiſſimus Conſul atq; optimus.* Et in Piſon. cap. *P. Lentuli præſtantiſſimi viri atq; optimi Conſulis.* Salluſt. Catil. c. L. *Beſtia Trib. pl. concione habita quereretur de actionibus Ciceronis, belliq; graviſſimi invidiam optimo Conſuli imponeret.*

Optio: quis ſit dictus, explicat Feſtus: *Optio qui nūc dicitur, antea appellabatur* Accenſus. Is *adiutor dabatur Centurioni à Tribuno militū.* Itemq; Veg. lib. 2. c. 7. oſtēdit etiam eum, qui publica tractaret, Optionē dictū. *Optiones*, inquit, *ab optando appellati, quod antecedētibus ægritudine præpeditis, hi tanquā adoptati eorū atq; vicarii ſolēt univerſa curare.* Sic Varr. de LL. *Quos Decuriones primo*

primo adminiſtros ſibi adoptabant, optiones vocari cœpti; quos nunc propter ambitiones Tribuni faciunt. Non aliter uſurpat Plaut. quamvis μεταφορικῶς. Aſinar. 1.1.℣.88. Caſin. 2.2. ℣.16. Cæterum de *adiutoribus* ſeu *Optionibus* integro capite agit Langlæus I.C. l. Otij ſemeſtris. pag. 112.

Optio: electio. Caſ. 2.4. ℣.13. Mil. 3.1. ℣.74. Trin. 4.3. ℣.46.

Opulens: potens. Curc. 2.3. ℣.5.

Opulens: pro *Opulento*. Salluſt. Iug. cap. *Civitas magna atque opulens pœna cuncta aut præda fuit*. Nepos in Chabria: *Neq; animo æquo pauperes alienam opulentium intuuntur fortunam*. Vulg. *opulentum intuentur*. contra lib. v.

Opulentia: divitiæ. Rud. Prolog. ℣.12.

Opulentia: divitiæ. Bacch. 3.4. ℣. 23. Trin. 2.4. ℣.89.

Opulentitas. Mil. 4.4. ℣.35.

Opulentus auro: Epid. 2.2. ℣.116.

Opulentus homo. Amphitru. 1.1. ℣.12.

Opulentus: ut opes, *potentiam*, non divitias valet. Plautus Curc. 2.3. ℣.5. *Nec quiſquam ſit tam opulentus, qui mihi obſiſtat in viâ?* Livius lib. 33. cap. *Collectis reliquiis naufragij, cum res in eo non eſſet, ut Cyprum tentaret minus opulento agmine, quam profectus erat, Seleuciam redit*. Et lib. 34. cap. *Segeſticam tantam grauem atque opulentam civitatem vineis ac plateis cepit*. Et lib. 35. cap. *Nam & C. Flaminius . pidum Litabrum inimicum opulentumq; vineis pugnavit*. Sall. Catil. cap. *Cognoueram paruis copiis bella geſta cum opulentis Regibus*. Cicero lib. 2. Offic. c. *Id videtur non ſolum Lacedamoniis ſed etiam omnibus opulentis populis prædixiſſe*. Ita *opulentiſſimam civitatem* videtur dicere lib. 3. de Nat. Deor. cap. niſi pro ea accipias, quæ ab omnibus rebus inſtructiſſima ſit. Nam & ita *Opulentus* & *Inſtructo* videtur interdum uſurpari. Liv. lib. 1. c. *Ludos opulentius inſtructiuſq; quam priores Reges fecit*. Ita Catullus in Cæſarem vocat *Romam, urbem opulentiſſimam*.

Opus: ἔργον, h.e. proprium negotium. Pſeud. 1.2. ℣.7.

Opus: negotiũ & moleſtia. Truc. 4.4. ℣.32.

Opus: pro *officio*. Moſt. 2.1. ℣.64. *Id viri docti eſt opus*.

Opus: idem quod *res*. Moſt. 1.2. ℣.32. *Miſerum eſt opus*.

Opus: pr: *Venereo labore*. Aſin. 5. 2. ℣.22.

Opus immundum, ruſticum. Merc. Prol. 4.67.

Opus auri. Mil. 4.2. ℣.69.

Opus, conſtruitur promiſcuè cũ cauſa auferendi, & accuſandi. In iſtis ablativo. Capt. 1.2. ℣. 29. Ciſt. 2.1. ℣.54. Moſt. 4.2. ℣.22. Et Merc. 3.3. ℣.4. Pœn. 1. 2. ℣.106. *Opus eſt facto*. Et Bacch. 2.2. ℣.41. *Opus eſt inuento*. Ciſt. 1.2. ℣.11. *quod tacito uſus eſt*. Truc. 5.1. ℣.12. *opus eſt faſciis, pulvinis*. In ſeqq. iungitur accuſativo. Sic Curc. 2.2.

2.2.℣.2. *Quæ opus ſunt.* Pſeud. 4.7.℣.89. *Opus eſt helleborum.* Mil 4.2.℣.69. *Opus eſt talentum auri.* Ciſt. 4.2.℣ 40. *bonum mihi opus eſt.* Truc. 5.1.℣. 20. *puero opus eſt cibum.* Ibid. 13. *Oleum eſt opus.*

Opus efficere. Pſeud.4.1.℣.36.

Opus perpetrare: abſolvere. Pſeud 5.1.℣.24.

Opus: pro opera, & labore, ſeu artificio, munere. Varro lib. 5. LL. *Prata dicta ab eo, quòd ſine opere parata: quòd in agris quot quot annis rurſùm facienda eadem, ut rurſum capias fructus.* Ita ex antiquiſſimo codice eum locum adducit P. Victorius lib. 9. Var. lect. cap. 23. nam in vulgg. eſt. *quotannis.* Sueton. Aug. cap. *Foſſas omnes, in quas Nilus exæſtuet oblimatas longâ vetuſtate militari opere deterſit.* Cato apud Feſtum. *Pavimenta dicere poſſum, quibus villæ atq; oppoſita maximo opere, citro atq; ebore atq; pavimentis Pœnicis ſtetit.* Livius lib. 36. cap. *Nec quiſquam eorum* (militum) *aut arma induit, aut ſtationem aut vigilias ſervavit, aut quicquã quod militaris operis aut muneris eſſet, fecit.* Eod. lib. c. *tamen maximè operis eſſe credens.* Sueton. Cæſar cap. 41. *Nudatos opere Cenſorio aut ſententiâ Iudicum de ambitu condemnatos reſtituit.* Salluſt. Iugurt. cap. de monte edito & prærupto: *Nam omnis natura velut opere atq; conſulto præceps erat.* Sic v. l. vulg. *opera,* ut recte Rivius admonuit.

Si quid opus eſſet. Elegans formula declarantis, ſe paratum alicui operam dare. Cic. lib. 13. Attic. Epiſt. *Erat enim, ſi meminiſti in Conſulatûs petitione per te mihi pollicitus, ſi quid opus eſſet.* Plautus Aul. 2. 2. ℣. 16. *Dabitur: adiuvabere à me, ſi quid opus eſt, impera.*

Opus habeo illa vel hac re, aut homine. *Opus habere eâ re* &c. à multis quidem hodie uſurpatur, ſed non dicitur Latinè. Dicendum: *Opus eſt:* Indigeo, egoe.

Opus eſt: pro, utile eſt, commodum eſt. Livius lib. 27. *Neque enim dilatori caſtra opus eſſe, ne hoſtis adventum alterius Conſulis ſentiret.*

Or in fine ſæpe producitur. Pœn. 1.2.℣.151. *I, ſoror, abſcede tu à me.---* Rud.4.7.℣.22. *—— nihil moror vllum lucrũ.* Stich. 1.2.℣.83: *Hoſtis eſt vxor, invita quæ ad virum nuptum datur.* Rud. 4.3.℣.75. *Si tu proreta iſti navi es, ego gubernator ero.*

Ora: dicitur cuiuſque rei, & regionum etiam extremitas. *Ora vltima.* Moſt. 4.3.℣.3.

Ora nocturna habere dicuntur deformes. Pœn.1.2.℣.107.

Ora: pro fune, & retinaculo. Livius lib. 22. *Vix dum omnes conſcenderant, cùm alij reſolvunt oras, aut anchoram vellunt, alij ne quid teneat anchoralia incidunt.* Et lib. 28. cap. *In ipſis quoq; navibus eſt trepidatum, dum ne hoſtes ſimul cũ ſuis irrumperent, trahunt, ſcalas oraſque & anchoras, ne in molien-

moliendo mora eſſet, præcidunt. Hinc à multis agitatus ille Quintiliani locus in Epiſt. ad Tryphonem lib. 1. Inſtit. quomodo legi debeat perſpicitur. *Permittamus vela ventis, & oram ſolventibus bene precemur.* Sic vett. libb. Hinc O*rarias naves* videtur dixiſſe Plinius: *quæ oris funibusq; trahantur.* Plinius Epiſt. ad Traianum lib. 10. Epiſt. *Nunc deſtino partim navib. orariis partim vehiculis provinciẽ petere.*

O*ra Italica*, Men. 2. 1. ℣. 12.

O*ramentis mutari.* Truc. 2. 2. ℣. 63. *meretricia oramenta*, & blanditiæ: exorabula.

O*rare aliquid.* Pſeud. 2. 2. ℣. 61.

O*rare*: rogare, interrogare. Caſ. 5. 4. ℣. 21.

O*rare*: dicere. Caſin. 2. 8. ℣. 66. Moſt. 3. 1. ℣. 148.

O*rare mecum, tecum*: pro, me, te, &c. Archaiſmus Comicus. Ter. Hecyr. 4. 4. ℣. 64. Plaut. Perſ. 1. 3. ℣. 37. Curc. 3. 1. ℣. 62. Aſin. 3. 3. ℣. 72. 96.

O*ratus.* Vt *Rogatus*: tuo rogatu. Sic, *Invitatus* Vide & *Adſcitus*; & *Inductus*, & *Indicatus*, *Vocatus* Cic. pro Flac. cap. *Ille tibi, ſe ſcripſiſſe narravit? At ẽt ſcripſit oratu tuo?* Vulg. *rogatu* 1. contra libb. *Admonitus* apud Cic. lib. 3. de leg. c. *Reddes igitur nobis, ut in religionis lege feciſti admonitu & rogatu meo.* Plautus Caſ. 4. 1, ℣. 17. *Illorum oratu faciunt.*

O*rari ad aliquem.* Mil. 5. 1. ℣. 12.

O*raſſis.* Epid. 5. 2. ℣. 62.

O*rat, obſecratq.* Capt. 3. 2. ℣. 12.

O*ratio*: pro *verbis, dictis.* Epid. 1. 2. ℣. 14.

O*ratio* pro generali voce, ratio. Terent. *Quæ ſeſe voluit in ignem coniicere, prohibui, honeſtra oratio eſt.* Et lib. Offic. cap. *Vulgò loquuntur, ſeſe in beneficiis collocandis mores hominũ, non fortunam ſequi, honeſta oratio eſt* Et 7. Accuſ. Verr. cap. *An bello fugitivorum Siciliam virtute tuâ liberatam? magna laus, & honeſta oratio.* Et Phil. 8. c. *Atqui es, qui ſemper pacem optaris, ſemper omnes cives ſalvos volueris, honeſta oratio,* &c.

O*ratio*: pro ſermone quovis. Aſin. 1. 3 ℣. 52.

O*ratio*; pro *proteſtatione*, vt vulgo loquimur. Mil. 3. 1. ℣. 155.

O*ratio creta*: quæ omnes ſordes ab animo eluit. Pœn. 5. 2. ℣. 8.

O*ratio intorta.* Ciſt. 4. 2. ℣. 64.

O*ratio Veneris.* Stich. 5. 5. ℣. 7.

O*rationem prabere modeſte.* Pœn. 5. 4. ℣. 50.

O*rationis aciem cõferre*: ἀντιλογεῖν (?), pro, colloqui. Epid. 4. 1. ℣. 20.

O*rationes*: ſermo. Truc. 1. 2. ℣. 75.

O*rator catus.* Moſt. 5. 2. ℣. 21.

O*rator optimus*; qui ad lacrumas cogit homines. Bacchid. 4. 9. ℣. 57.

O*rator*; peccator. Pœnol. 1. 2. ℣. 145. 151. Stich. 2. 2. ℣. 19.

O*rator impetrabilis.* active. Moſt. 5. 2. ℣. 40.

O*ratores.* Stich. 4. 2. ℣. 35.

O*ratores populi.* Stich. 3. 2. ℣. 34. 38. 39.

O*ratrix.* Aul. 4. 2. ℣. 79.

O*ratum ire.* Pœn. 5. 3. ℣. 15.

O*rbæ oves.* Capt. 4. 2. ℣. 18.

O*rbatio.* Latine dici poteſt, quæ

in Phyſicis ab Ariſtot. Græcè dicitur στέρησις. Vulgò hodie *Privatio* quo & Agell. utitur. Seneca Epiſt. 13. *Paupertas nō per poſitionem, ſed per detractionem dicitur, vel, ut antiqui dicebant, per orbationem.* Græci dicunt, κατὰ στέρησιν. Sic dicunt, διὰ θέσεως, καὶ δι' ἀφαιρέσεως.

Orbis notiones multæ ſunt.

1. Pro circulo Mathematico, & quolibet rotundo. κύκλος Græcè. Ex eo *Orbis terrarum, Solis, Lunæ.* Et *in orbem ire, voluere, ducere orbem.* Et Cicero in Piſon. cap. *Orbis ſaltatorius.*
2. Pro genere pugnæ. Cæſ. lib. 4. bell. Gall. cap. *cùm illi Orbe facto.*
3. Pro periodo Oratoriâ. Cic. Orat. perf. c. *Vt tamquā in Orbe incluſa currat oratio. Vt in Thucydide orbem modò orationis deſidero.* Et eod. lib. *Aut ut forma ipſa concinnitaſq; verborū conficiat orbem ſuum.* Et l. 3. de Orat. cap. *Cum circumitum, & quaſi orbem verborum conficere non poſſent.*
4. Pro anno.
5. Pro regione.
6. Pro rotâ.
7. Pro menſâ. Mart. l. 2. Epig.

Tu Lybicos Indis ſuſpendis dentibus orbes:
Fulcitur teſtà fagina menſa mihi.

Putat Muretus & in illo Iuvenalis Satir. 11. ab omnibus agitato verſiculo,

Qui Lacedæmonium pityſmate lubricat orbem.

Ita hoc vocabulum accipiendum: ſed ſolū potius marmoreum, ſive pavimentum rotūdatum ibi videtur intellig. & legend. *pityliſmate*, uti Politianus olim coniecit: pro genere quodam Poematis, ut in illo Horatii Art. Poet. ℣. 132.

Nec circa vilem patulumq; moraberis orbem.

Græci id quoque genus vocant κύκλον.

Orbem conficere Lucret. proprie utitur lib. 5 ℣. 666.

Inde ... globum quaſi in unum conficere orbem.

Cic. Orat. perf. c. *Aut ut forma ipſa concinnitaſq; conficiat orbem ſuum.* Et lib. 3. de Orat. *Cum circumitum & quaſi orbem conficere non poſſent.* Et lib. 6. de Repub. in ſomn. Scipion. *Quæ globoſæ & rotundæ divinis animatæ mentibus circos ſuos orbeſq; conficiunt celeritate mirabili.*

Orbis Reipubl. Orbis in Republ. Cic. lib. 2. Epiſt. 21. *Equidem ſperabam, ut ſæpe etiam loqui tecum ſolebam, ſic orbem Reip. eſſe converſum ut vix ſonitum audire, vix impreſſam orbitam videre poſſemus.* Et pro Planc. cap. *Tanquam in orbe aliquo Reipubl. &c.*

Orbis Romanus. Aſſirius. Germanicus. Hoc eſt, Imperium Romanum &c. Ita loquebantur olim, ſed diu poſt Ciceronis ætatem. Sextus Aurel. Victor in vitâ Diocler. *Diocletianus*, inquit, *Dalmata, Amil. Senat. libertinus, matre pariter atque oppido nomine Dioc*

quorum

quorum vocabulis donec imperium ſumeret, Diocles appellatus, ubi Orbis Romanus provinciam cepit, Graium nomen in Romanum nomen conuertit. Idem in Aureliano: *Nam Romanum Orbem, triennio ab invaſoribus receptavit.* Sic ibi v. c. vulg. *Romanam urbem.* Et in Conſtant. *Ita ad tres Orbis Romani donatio redacta.* Et in Iuliano: *Igitur Iulianus redactá ad unum ſe Orbis Romani curatione.* Vlpian. IC. *In Orbe*, inquit, *Romano, qui ſunt ex conſtitutione Imperatoris Antonini, cives Romani effecti ſunt.* Mamertius Paneg. Max. Imp. *Qui germani genimine fratres indiviſo patrimonio tã æqualiter utuntur, quàm Romano?* Iuvenal. lib. 1. Satir.

Quod nec in Aſſyrio pharetrata Semiramis orbe.

Orbis: in re militari. Hottman. in Notis ad Cæſ. lib. 4. in fin. pag. 54. Salluſt. Iug. cap. *Denique Romani veteres noviq; & ob ea ſcientes belli ſi quos locus, aut caſus coniunxerat orbem facere. atq; ita ab omnibus partibus ſimul tecti & inſtructi hoſtium vim ſuſtentabant.* Veg. lib. 2. c. 21. *Nam quaſi in Orbem quendam per diverſas cohortes, & diverſas ſcholas milites promoventur.* Ibid. *Poſtquam in orbem omnes cohortes per diverſas adminiſtraverat ſcholas.*

Orbitas liberorũ. Capt. 3. 5. ℣ 105.

Orbus auxilij opumque. Rud. 2. 3. ℣. 19.

Orci ianua; de ædibus meretricum. Bacch. 3. 1. ℣. 1.

Orco ſacrificare hoſtiis; eſt, gaudere aliquem ſibi mortuum. Epid. 1. 1. ℣. 7.

Orcus; pro Dite ſeu Summano patre, ſiue Inferno & Plutone. Pſeud. 3. 2. ℣. 6. Aſin. 3. 3. ℣. 16. Capt. 2. 2. ℣. 33. Epid. 3. 2. ℣. 27. Pœn. 1. 2. ℣. 131. Moſt. 2. 2. ℣. 67.

Ordine; bene. Quaſi in formula erat apud Romanos. Germ. Fein nach einander. Pſeud. 5. 2. ℣. 15. Rud. 4. 4. ℣. 111. Amp. 2. 1. ℣. 52. Caſ. 5. 2. ℣. 17. Capt. 2. 3. ℣. 17. Perſ. 1. 3. ℣. 11. Ter. Eun. 5. 4 ℣. 48.

Ordine demonſtrare. Mil. 3. 3. ℣. 2.

Ordine ire Mil. 4. 4. ℣. 29.

Ordine rem aliquò perferre. Cap. 2. 3 ℣. 17.

Ordine rem tenere. Pœnol. 3. 2. ℣. 13. Truc. 2. 4. ℣. 57.

Ordine & recte. Pſeud. 2. 3. ℣. 10.

Ordine factum eſt. Men. 4. 3. ℣. 5.

In *Ordinem cogere, redigere.* Phraſis, vel à militia, vel à magiſtratibus ducta. Inter milites ſunt extra, vel ſupra ordines, Legati, Tribuni, & tales. Illi *cogi in ordinem* videntur, cùm ius iis demitur, pareſque habentur gregariis. Simile in magiſtratu. Qui eminet, nec eſt in vulgi claſſe, vel ordine: quò compellitur, ſi authoritas eius ſpernitur, aut violatur. Seneca lib. 1. Ben. cap. 4. *Tu modò nos tuére, ſi quis mihi obijciet, quod Chryſippum in ordinem coëgerim.* Et Conſol. ad Helv. cap. 13. *In ordinem redigere:*

h. c.

h.e. imperata ſpernere, & pro magiſtratu, qui ſupra vulgum, & extra ordinẽ eſt, nõ habere.

Ordinem rerum ſuarum noſſe. Trin. 2. 4. ℣. 50.

Ordines. Cicer. quæ vulgò *Collegia*. ut, piſcatorum, mercatorũm, libertinorum. Cic. lib. 3. Offic. c. ubi de Canio: *Cùm ille promiſiſſet, tum Pythius qui eſſet, ut argentarius, apud omnes ordines gratioſus, piſcatores convenit.*

Ordinaria res, opponitur *ſucceſſiva* à Seneca Epiſt. 54. Et, *Ordinarium*, *ſummario*, ab eod. Epiſt. 39.

Ordiri; proprium verbum artis Minervæ. Pſeud. 1. 4. ℣. 6.

Ordo; de meretricibus. Ciſt. 1. 1. ℣. 25. 35. Terent. Eun. 2. 2. ℣. 3. *Convenis hodie quendam mei loci atq; ordinis.*

Ordo; pro ſtatu & conditione æquali. Aul. 2. 2. ℣. 15. *Ordo pauperum*: Der Bettler Orden.

Oreſtes matrem occidit. Capt. 3. 4. ℣. 30.

Oriundus. Pœn. 5. 2. ℣. 95.

Ornamenta, pro fallaciis. Pœn. 1. 3. ℣. 17.

Ornamenta, veſtes muliebres. Pſeud. 1. 3. ℣. 108.

Ornamenta muliebria. Moſt. 1. 3. ℣. 90. 135. Mil. 2. 1. ℣. 29.

Ornamenta mulierum, virginũ. Men. 5. 2. ℣. 53. (℣. 18.

Ornamenta ſervorum. Stich. 2. 1.

Ornamenta ſcenica. Amph. Prol. ℣. 85. Perſ. 1. 3. ℣. 79. Ciſtell. Grex. ℣. 3. Trin. 4. 2. ℣. 16. 17.

Ornatum dimittere; de plagis. Rud. 3. 4. 25. Aliàs *pectere pugnis.*

Ornatum venire. Pœn. 5. 4. ℣. 2.

Ornare: pro, Inſtruere, armare. Vide, *Augere*, Nepos in Dion. *Navem triremem armatis ornat, Philoſtratoque fratri ſuo tradit.* Livius lib. 42. c. *Ante hunc Conſulem nemo unquam ſociis in ullâ re oneri aut ſumtui fuit: ideò magiſtratus invitis tabernaculiſq; & omni inſtrumento militari ornabantur, ne quid tale imperarent ſociis.* Nepos in Hannibal. *Alpicos conantes prohibere tranſitu cõcidit, effecit, ut ea Elephantus ornatus ire poſſet, quâ antea unus homo inermis vix poterat repere.* Sic v. cod. vulg. *oneratus*. Oppius Comment. bell. African. *Elephantoſq; ſexaginta quatuor ornatos armatoſq; cum turribus ornamentiſq; capit, captos ante opidum inſtructus conſtituit.*

Ornare: pro adornare, ſtruere, apparare. Sic Aul. 2. 2. ℣. 20. *Ornare Zamiam.* Ter. Eun. 4. 4. ℣. 6. *Ornare fugam.*

Ornare ſe, pro, *properare*. Epid. 2. 2. ℣. 10.

Ornare rem. Caſ. 3. 3. ℣. 15.

Ornari; eleganti uſu, pro *inſtrui*. Capt. 2. 3. ℣. 87.

Ornari: de ornatu Comico. Pœn. Prol. ℣. 126.

Ornari; in ſequiore ſenſu, de infortunio. *Peſſimè ornatus.* Aul. 4. 9. ℣. 10. Sic Germani dicũt; Ich bin vbel gebutzt.

Ornatus ſpecioſq;. Trin. 4. 1. ℣. 21.

Ornatus; pro apparatu & comitatu. Bacch. 1. 2. ℣. 2. 17.

Ornatus ex virtutibus ſuis. Capt. 5. 3. ℣. 20.

Ornatus nauclericus Mil. 4. 4. ℣. 41. Mil. 4. 6. ℣. 67.

Oro & quæſo. Rud 3. 2. ℣. 15. Curcul. 3 ℣. 62.

Ortus eſt à ſe. Cic. pro Plancio c. *Hoc facilior fortaſſe quod ego à me ortus, & ex me nixus aſcendi.* Et Phil 6. cap. 6. *Quid enim non debeo vobis quirites, quem vos à ſe ortum hominibus nobiliſſimis omnibus honoribus prætuliſtis.*

Ortus nomine utitur ſæpe Cicero, etiam ubi vulgò fere ſemper *Originis* vulgo Exemplo videantur in Theſauro Nizol.

Os pro, impudentia. Mil. 2. 2. ℣. 33. *Ter.* Eun. 4. 7. ℣. 51. Cicero Epiſt. 8. lib. 9. *Noſti os eius adoleſcentioris Academiæ.* In Verr. lib. 4. c. *Noſti os hominis inſignem, impudẽtiam cognoſcite.* Epiſt. lib. 5. 10. *Si Appij os haberem* Et lib 6 Epiſt. 6. *In his inventa ſunt quinque aguncula matronarum, in quibus una ſororum amici tui. Os hominis, qui hoc utatur!* In Piſonem; *Ferreum os.* Vide Muret. lib. 15. Var. lect. c. 8. Ter. Eun. 2. 2. ℣. 34. *Viden' os ſuum & cibus quid faciat alienus.* Sed repugnantibus antiquiſſimis MSſ. etiam Bembino, Carol. Lang. ſic legit. Cui etiam repugnãt noſtri MSſ. *Pall.* quatuor

Os calet tibi, nunc id frigidefactas. Proverbium. Rud. 5. 2. ℣. 39. Pœn. 3, 5. ℣. 15.

Os columnatum. Vide litt. C.

Os rubicundum. Pſeudol. 4. 7. ℣. 118.

Os oblinere: deludere. Curc. 4. 4. ℣. 33. Vide paulò poſt, *Os ſublinere.*

Os oblitum fuligine. Pœnol. 5. 4. ℣. 23.

Os ſublinere alicui: eſt, arte quadam illudere, & decipere demulcendo. Capt. 3. 4. ℣. 123. & 4. 2. ℣. 3. Epid. Arg. ℣. 6. & 3. 3. ℣. 47. & 3. 4. ℣. 59. Merc. 2. 4. ℣. 71. & 3. 4. ℣. 19. 46. Mil. 2. 1. ℣. 32. & 2. 5. ℣. 57. *Pſeud.* 2. 4 ℣. 29. Trin. 2. 4. ℣. 157. Græci dicũt ἐπιστομίζειν, & ὑπαλείφειν στόμα. Germ. Das Maul ſtopſſen/ꝛc. Natum inde proverb. quod olim faciem mulieres ſublinerent, vt occultarent maculas & nævos. *De eo* propriè dicebant, qui ſimulans ſe os alicui linere ad decorem, vti mos; contra & ſecus quam erat conſuetudo, os illi ridiculis picturis deturpabat, ut qui olim gryllum pingebant. nam *ſublinere* eſt περιχρίειν potius quam ὑποχρίειν. Idem Græcis erat ἀπομύξαι τινα τοῦτ' ἐστι, ἐξαπατῆσαι ὡς σύνηθες ἐκ τοῦ καταρρεῖσθαι χορυζῶντα λέγεται, uti explicat *P*impontius ad Eclogam ſextam Virgilij: *Sanguineis frontem & tempora pingit.* De hoc itiotiſmo vide etiam Martinum de Roa lib. 1. Singul. cap. 5. Et Caſaub. Notis ad Spartianum pag. 10.

In Ore eſſe. Ciceroni uſitatiſſimè is dicitur, de quo multus ſermo, de quo loquuntur omnes ſive in bonam, ſive in malam partem. Cicero philipp. 10. c. de Bruto: *Erat enim in deſiderio civitatis, in ore, in ſermone omnium.*

Digitized by Google

omnium. Livius lib. 9. cap. 10. *Poſtumius in ore erat: eum laudibus ad cælum ferebant.* Cic. Verr. c. 3. *Iſtius nequitiam tum in ore vulgi, & in omnibus proverbiis verſatam eſſe.* Et lib. Tuſc. c. *Harmodius in ore & Ariſtogiten.* Et 2. Accuſ. Verr. cap. *Reſpercrebuit, in ore atq; ſermone omnium cœpit eſſe.* Et lib. 6. Attic. Epiſt. *Tibi valdè ſolet in ore eſſe.* Et lib. 3. de fin. c. *Quem tu in ore ſemper habes.*

In Ore. Interdum valet, *In conſpectu.* κατ' ὀφθαλμοὺς. Cicero 2. Accuſ. Verr. cap. *In ore atque oculis omnium hæc geſta ſunt.* Ita illud ferè pro Deiot. cap. *In tuis oculis, in tuo ore vultuque acquieſco.* Et pro S. Roſcio cap. *Frequens erat ille Romæ atque in foro, & in ore omnium cottidie verſabatur.* Salluſtius Orat. Cottæ: *A primâ adoleſcentiâ in ore veſtro privatus & in Magiſtratibus egi.* Et alibi: *In ore gentibus egi populo, civitati.* Tacitus lib. 3. Hiſtor. cap. *Non parare arma, non alloquio, exercitioq; firmare militem, non in ore unici agere.* Ita rectè Lipſius ibi.

Os ædium. Pſeud. 4. 1. ỽ. 41. Sic Virg. lib. 2. Aen. ỽ. 482. dixit, *Os feneſtrarum.* Et Cicero Verr. 10. cap. 12. *os portûs:*

Os durum: pro Impudente. *Os nullum,* ſeu *Pugilis.* h. e. durum. Vide & *Perfricare os.* Cicero pro Quintio cap. *Cùm cupidius inſtaret, homini pro amicitia familiarius dixi, mihi videri ore duriſſimo eſſe, qui præſente eo geſtum agere cogeretur.* Aſin. Gallus in Grammaticum Pomponium Marcellum apud Sueton. de Illuſt. Grammat.

Qui caput ad lævam didicit gloſſemata vobis
Præcipit: os nullum, vel potius pugilis.

Os præbere: &, *Os tradere,* pro eo, quod eſt, Offerre ſe contumeliæ, convitiis, verberibus afficiendum. Terent. Adelph. 2. 2. ỽ. 7. *Quî potui melius, qui hodie uſque os præbui?* Cicero lib. 3. Verr. cap. *Qui teſtes interrogare priore actione volueris, & iis tacitum os tuum præbere malueris.* Et lib. 3. Att. Epiſt. 6. *Os ad malè audiendum quotidie præbeat.* Et pro S. Roſcio: *Si veſtitum, quo ipſe tectus erat, annulumque det, os ſuum tibi tradidit.* Tacitus: *Præbebant ora contumeliis & poſitâ omni ferociâ cuncta viali patiebantur.*

In Os laudare. hoc eſt, coram, & præſentem laudere. Ita Græci, κατὰ τὸ στόμα τοῦ διαίκοντες. Plato lib. 9. de Leg. & ἐπαινεῖν ἐς κεφαλὴν. Idem in Euthydemo: & Xenoph. κατ' ὀφθαλμοὺς κατηγορεῖν. Terent. Adelph. 2. 4. ỽ. 5. *O mi Aeſchyne, ô mi germane! ah! vereor coram in os te laudare amplius.* Id Priſcianus lib. 12. accipit pro, *in ore.*

Os verberare argento. Moſt. 3. 1. ỽ. 91.

Oſa ſum: odi. Amph. 3. 2. ỽ. 19.

Oſcitari.Men.5.2 ℣.79.

Oſculari atq; amplexari.Mil.2.3. ℣.49.

Oſculari & amplexari inter ſe. Mil.5.1.℣.40.

Oſculari cum aliquo : inſolens ſyntaxis. Mil.2.3.℣.17.67. & 2.4.℣.37.& 2.5.℣.51.

Oſcultare: ἀρχαϊκῶς. pro, *auſcultare*. Aſin.1.3.℣.70.Sic diſertè habet MS. Pal. tert. Et 3. 3. ℣. 59.quomodo ſcriptum eſt in MS.Pal ſec. Et Merc.4.4.℣.5. vbiMembr.V.C.*auſcultare*.

Oſculum ferre.Epid.4.2,℣.4.

Oſculum oggerere. Truc.1.2.℣.8.

Oſſa exornata : ſcil. variis veſtimentis. Truc.2.2. ℣.15. Vide etiam Scalig. ad lib.1.Tibull. Eleg.9.

Oſſetim dedolare. Menæc.5.2.℣. 106. Ita quidem hanc lectionem Plauto primus adſerui in Animadverſionibus ad hunc locum. Ibi vide. Cæcilius in Fallacia apud Non. *Oſſiculatim Parmenonem de viâ liceat legant*.h.e. minutatim,

Oſtendere ſeſe : eſt aperire animũ ſuum. Aſin. 5.2. ℣.12.Moſt.5. 1.℣.22.

Oſtendere. Interdum valet ferè id,quod, *Promittere*, vel, Polliceri, aut ſignificare, ſe aliquid facturum, vel daturum. Cicero in Divin. cap. *Me ſæpe eſſe pollicitum, ſæpe oſtendiſſe dicebant*.Et li.9.Epiſt.8. *Munus flagitare, quamvis quis oſtenderit, ne populus quidem ſolet, niſi concitatus*.Et lib.13.Epiſt. 41.*Peto,ut ea, quæ initio oſtendiſti, deindeque feciſti etiam ad exitum augeri & cumulari per te velis.*

Oſtendere.Interdum pro,O*btendere*,Obijcere, Prætexere. Et Oſtent*us*,*ûs*,pro prætextu,ſpecie,ſimulatione.Cato lib.1.c. 1. *Ager oleto conſerundo, qui in ventum Favonium ſpectabit, & Soli oſtentus erit,alius bonus nullus erit*. Et mox : *Qui locus vino optimus dicetur eſſe, & oſtentus Soli, ibi ammineum minuſculum, & geminum eugeneum, helveolum minuſculum,conſerito*. Agell. 10. 1.*Sed eam capitis pœnam ſanciendæ, ſicut dixi,fidei gratiâ, horrificam atrocitatis oſtentat,noviſque terroribus metuẽdam reddiderunt*.Cic.in Verr.*Sed mihi quædam magnifica & præclara eius defenſio oſtenditur*.Sall. in Orat.Lepidi : *Quia ſecundæ res mirè ſunt vitiis obtentui*.Et in Iugurth. cap. *Sed quoniam eò natus ſum, ut Iugurthæ ſceleri oſtentui eſſem*. Vulg.*oſtentatui*.malè. Catullus Epithal. 63.℣.7.

Nimirum æthereos oſtendit
noctifer ignes.

Ita v. cod. Pal. vulg. *obtendit*. Vide ſupr. *Obtendere*, *Obtentus ûs*.

Oſtẽdere aciem,copias,legiones. *Oſtendere ſe* diciuntur illi, qui terrendi hoſtis causâ procul aciem & milites ſuos oſtendunt, quod prudentes Impp. interdum factitant.Græci dicũt δύναμιν δεῖξαι: ut Demoſt. pro Cteſiph. de Philip. Quod P. Victorius iam pridem obſerva-

ſerva-

ſervavit lib.5.c.1. Var.lect. Livius lib.29.c.7. *Sarcinis in acervum cōiectis cum haud procul muris ad terrorem hoſtium, aciem oſtendiſſet, cum Equitib. Numidacircum equitabat urbem.* Et lib.34.c. *Is cum ſupercilio haud procul diſtantis tumuli ab urbe inſtructam aciem oſtendiſſet.* Cæſ. lib.1.bell.civ. c.63. *Equites ab eo miſſi flumē tranſeunt, & cum de tertiâ vigiliâ Petreius atque Afranius caſtra moviſſent, repente ſeſe ad noviſſimum agmen oſtendunt.* Et lib.7 bell.Gall.cap. *Poſtero die in tres partes diſtributo equitatu, duæ ſe acies à duobus lateribus oſtendunt.* Et eod. li. *Et reliqua copia ſeſe pro caſtris oſtendere cæperunt* Serg. Galb. lib.10 Epiſt.30.ad Cic. *Antonius ad forum Gallorum ſuas copias continebat: neq; ſciri volebat. ſe legiones habere: tantū equitatum & levem armaturam oſtendebat.* Hirt. de bell. Afric.c. *Cuius vim multitudinis cum Equites pauci ſuſtinere non poſſent, Cæſar inſtructas legiones hoſtium copiis oſtendit.* Salluſt. Iug. *Modò ſe Metello, modò Mario oſtendere.* Livius apud Frontin. lib. 2. Stratag. cap.;.ubi de prælio inter Sertorium & Pomponium: *Ad cuius præſidium Pompeio totū educenti exercitum Sertorius quoq; è collibus ſuos inſtructos oſtendit, effecitque, ne Pompeio expediret.*

Oſtentare. Ciſt.2.1.ỷ.10.

Oſtentatores. Curc. 4.1. ỷ.15.

Oſtentatum venire. Truc.2.2.ỷ. 15. quamquā Mſſ. Pall. & Vatic. hic legant, *ſiſtentatum.* quod & probat Lipſius lib.4. Antiq. lect.c.6. & Comment. Tacit. Ann.xv. Vide ſup. *Extentare.*

Oſtium Acherūtis & Orci. Trin. 2.4.ỷ.124. Vide quæſo Turnebum lib.5.c.7. & lib.19.c. 24. ponitur pro ſumma calamitate agrorum apud Plaut. dicto loco. Alludit Columel. lib.1.de Re Ruſt.c.3. *Nam ubi ſit cum Orco ratio ponenda, ibi nō modo perceptionem fructuū, ſed & vitam colonorum eſſe dubiam, vel potius mortem quæſtu certiorem.* Varr. de re Ruſt. l.1.c.4. *Vbi ratio cum Orco habetur, ibi non modo fructus eſt incertus, ſed etiam colentium vita,* &c.

Martial.lib.1. Epigr.86.

——*ſervus ubi perdidit omnes,*
Et pecus, & fructus, non amat inde locum.

Cicero: *Sunt partes agrorum aliæ peſtilentes, aliæ ſalubres.* Idem: *Ager cœlo ac loco calamitoſus.*

Oſtium oculiſſimum; eſt, *cariſſimum*, interprete Pompon. & Turn. quod oculorum uſu nihil carius, iucūdiuſq; nihil ſit. Curc.1.1.ỷ.17. ſi aliqui hîc legunt, ſuadente inprimis iucunda paronomaſia, & porrò Mſſ. primo Schobingeriano, qui altero verſu *occluſiſſimum* habet, hoc vero *oculiſſimum.* Vide Animadv. noſtras.

Oſtium murium. Truc.4.4.ỷ.17.

Oſtium obſidere.

Oſtium rectum: & *poſticum*; opponuntur. Mil. 2. 3. ℣. 58.

Oſtium occluſiſſimum. Curc. 1. 1. ℣. 15. Ita enim nonnulli legẽdum cenſent. Sic Men. 4. 3. ℣. 24. *Excluſiſſimus ſum.*

Oſtrea. ὄστρεια. Rud. 2. 1. ℣. 8.

Oſtium belliſſimum, taciturniſſimum. Curc. 1. 1. ℣. 20.

Otio capi. Trin. 3. 2. ℣. 32.

Otio ſedare. Trin. 4. 1. ℣. 19.

Otioſè ire. pro, lentè, & tardè. Epid. 5. 1. ℣. 21.

Otium ubi erit, de. Trucul. 4. 4. ℣. 18.

Otium eſt. Pœn. 4. 2. ℣. 36.

Otioſa & placida res. Trucul. 1. 1. ℣. 56.

Otioſa pecunia: quæ & *Vacua*, de quâ infr. eſt, quæ in arcâ depoſita nullum fructum domino fert. Cui contrar. *Occupata pecunia*: de quâ ſupr. Vide etium Lexic. Iuris. Demoſth. vocat, ἀργὰ χρήματα. Plinius lib. 10. Epiſt. *Pecunia publica & exactæ ſunt, & exiguntur, quæ vereor, ne otioſa jaceant.* Ita & Iuriſconſulti l. 13. qui ſe militis. §. ult. D. de uſur. §. Inſt.

Otioſè ambulare. Pſeud. 4. 1. ℣ 14.

Otioſè: pro, animi cauſa. Germ. Vor die lange weil. Moſt. 3. 2. ℣. 131. Valet, ſecurè, negligẽter. Contrà *ſtrenuè*. Cicero lib. 3. ad Heren. cap. 14. *At aliud otioſè retardabimus.*

Otioſè: cũ otio. Trin. 4. 3. ℣. 70.

Otioſè: h. e. ſeorſum, ſeparatim: aliis arbitris remotis, Gall. *à part*. Aul. 4. 10. ℣. 41.

Otioſi dicuntur illi, qui relictâ Reipub. adminiſtratione privati vivunt, vel ſtudio litterarum, vel rei familiari intenti. Eoſdem & *Quietos* interdum vocat Cicero. Cic. lib. 1. Offic. c. 21. *Sed & facilior & tutior vita eſt otioſorum: fructuoſior autem hominum generi eorum, qui ſe ad Remp. accommodauerunt*. Et mox: *Quocirca non ſine causâ maiores motus animorum concitantur, majoraq; efficienda* (Sic leg.) *Rempubl. gerentibus, quàm quietis*. Et paulò ante c. 20. *Multi autem & ſunt & fuerunt, qui eam, quam dico tranquillitatem expetentes à negotiis publicis ſe removerint, ad otiumq; perfugerint*. Et mox: *Quare cum hoc commune ſit cum his, quos dixi, otioſis*. Idem pro Sextio c. *Graculum ſe atque otioſum putari voluit, ſtudio litterarum ſe ſubitò dedidit*. Et pro Rab. poſt. c. *Nos iſta numquam contemſimus (ita enim diſputabant) ſed hanc vitam quietam & otioſam ſecuti ſumus.*

Otioſi ſumus. Cic. initio lib. 2. de Nat. Deor. c. *Minimè verò inquit Cotta. nam & otioſi ſumus. & iis de rebus agimus.*

Otioſus. Interdũ pro eo, qui bello ſe non miſceat. Cic. pro Marcello c. *Quidam enim non modò armatis, ſed interdum etiam otioſis minabantur*. Et lib. 9. Epiſt. 5. ad Varr. *Crudeliter enim otioſis minabantur: atq; iis & tua inviſa voluntas, & mea oratio.*

Otium: pro pace domeſticâ, aut civili, & tranquillitate. Opponitur

nitur *ſeditioni*. Solet autem Cic. hæc duo *Otium* & *Pacem* coniungere. Cic. lib. 1. Attic. Epiſt. 17. *Metellus tuus eſt egregius Conſul. Vnum reprehendo, quòd otium è Galliâ nunciari non magnopere gaudet.* Et lib. 2. Attic. Epiſt. 1. *In Galliâ ſperamus eſſe otium.* Et li. 2. Fam. Epiſt. 17. *Si antea auditum erit, otium eſſe in Syriâ.* Cæſ. lib. 7. *Ad reliqui Imperatoris pacē atq; otium.* Cic. Agrar. I. cap. *Summamque tranquillitatem pacis & otij.* Et lib. 3. ad. Q. Fr. Epiſt. 5. *Et in omni ſummâ, ut mones, valdè me ad otium pacemq; converto.*

Ot*ioſus* opponitur *Negotioſo*. Plaut. Truc. 1. 2. ℣. 39. 49.

Ot*ioſus*. Interdum, qui Græcè *ἀπαθὴς*, ſedatumq; animum habens, inquit P. Victor. lib. 30. c. 13. Var. lect. quam eius verbi, uti inuſitatam notionē ille ſibi paravit. Vide etiā ſup. *Obſcurus*. Cic. Brut. c. 24. *Vt ipſe Galba, quem fortaſſe vis nō ingenij ſolùm, ſed etiam animi, & naturalis quidam dolor dicentem incendebat, efficiebatq;, ut & incitata, & gravis & vehemens eſſet oratio: dein cùm otioſus ſtylum prehenderat, motusq; omnis animi, tamquam ventus, hominē defecerat, flaceſcebat oratio.*

O*vans*: pro, *lætans*. Bacch. 4. 9. ℣. 146. Feſtus. *Ovantes*, lætātes. ab eo clamore, quē faciūt redeuntes ex pugna victores milites geminata O littera.

O*ves orbæ*. Capt. 4. 2. ℣. 38.

O*ves ſcabræ, glabræ*. Trin. 2. 4.

O*ves vetulæ*. Bacch. 5. 2. ℣. 10.

O*ves Tarentinæ* Truc. 3. 2. ℣. 5.

O*vis*: de homine ſimplici & fatuo. Bacch. 5. 2. ℣. 3. Propert. l. 2. Eleg. 13. *Et ſtolidum pleno vellere carpe* (*pecus*. Germani noſtri: Du biſt ein einfältig Schaaff. Græci, Ariſtoph. in Nubibus act. 4. ſcen. 3. λίθοι ἀριθμὸς πρόβατα *vos eſtis lapides, numerus, oves.*

O*vis*: *ouium*, caſu quarto. Merc. 3. 1. ℣. 26. (℣. 11.

O*vis bona*: pinguis. Bacchid. 5. 2.

O*vis haud mala*; ſimplex. Bacch. 5. 2. ℣. 20.

O*vis ſordida*: eſt ſcabioſa. Bacch. 5. 2. ℣. 20.

P.

P*Abulari*: eſt verbum caſtrenſe, quod noſter tranſtulit ad quæſtum piſcatoriū. Rud. 2. 1. ℣. 6. *Pabulatum prodire.*

Pabulum, & *ſtabulum*: de meretrice. Mil. 2. 3. ℣. 33. *quàm uxor ad ſtabulum iuvenis recipiat ſe à pabulo*. h. e. cùm ab amatore tamquam à pabulo domum redierit.

Pabulū Acheruntis. Caſ. 2. 1. ℣. 12.

Pabulū piſcium. Rud. 2. 6. ℣. 29.

Pacificari. Stich. 4. 1. ℣. 13. *Satin' ego tecum pacificatus ſum?*

Paciſci aliquid & aliquo. Bacch. 4. 8. ℣. 24. 29.

Paciſci argentum. Pſeu. Arg. ℣. 9.

Pactū rem habeto. Pœn. 5. 3. ℣. 34.

Pactio: de pactis dotalibus. Aul. 2. 2. ℣. 25.

Pactitius: hoc eſt, pacto firmatus. *pactus*. Sic *Ereptitius*. pro, *ereptus*. Verbū hoc rarū, à ne-

mine, quod ſciam, in vulgaria Lexica relatum, *perpetiendi* vim habet, ut alia generis eiuſdem *factitius*. Et apud Senecam in Epiſt. *Perpeſſitius ſenex*. Agell. 1. 25. Græci autem ſignificantius cõſignantiusq; ceſſationem iſtam pugnæ pactitiam ἐκεχειρίαν dixerunt.

Pactor, oris. Rarius vocabulum. Vide & *Conditor, perditor, proditor*, interventor, præditor. Eſt is, qui pactus eſt, ſive pactionem & conventionem fecit. Cic. 5. Verr. c. *En fœderum interpretes, ſocietatis pactores, religionis authores*.

Pactum: pro *ratione & modo*. Aul. 2. 2. ℣. 81. Bacch. 3. 6. ℣. 27. *Aliquo pacto*. Bacch. 5. 2. ℣. 50. 59. Cic. lib. 2. de legg. *Movemur neſcio quo pacto amore patriæ*. pro Mur. *Neſcio quo pacto ſemper hoc fit*. Pactum, non-pactum. Aul. 2. 2. ℣. 82.

Pædagogia. A recentioribus ſcriptoribus dicti ſunt pueri elegantes & formoſuli Procerũ, aut principis, elegãter comti. Hos deſcribit Martialis.

Et pædagogo non jubente laſcivi
Parére gaudent villico capillati.

Seneca Epiſt. 95. initio: *Tranſeo puerorum infelices greges*. idem initio lib. de Tranquill. *Cùm bene iſta placuerunt, perſtringit animum apparatus alicuius pædagogij*. Idem Epiſt. 123. *Cùm pædagogia oblitâ faeie vehuntur, ne Sol, ne frigus teneram cutem lædat*. Ita ibi leg. nam antea, *pædagia*. quod non eſt Latinum. Idem de vitâ beatâ c. 17. *Quare pædagogium præcingitur*. Sueton. Nerone cap. 28. *Super ingenuorũ pædagogia & matronarum concubinatus*. Vlpian. l. 33. D. de inſtr. leg. tit. 7. lib. 12. §. 32. *Si inſtructum fundum legaſſet, & pædagogia, quæ ibi habebat, legato continentur*. Tert. Apol. *Sed cùm Laurentium publicũ ſcortum, cùm de pædagogiis aut aulicis neſcio quem cinædum Deum facitis*.

Pædagogium. Interdum de loco, in quo multi pueri educãtur, ſive commorantur. Plin. lib. 7. Epiſt. 27.

Pædagogus. Merc. prolog. ℣. 91. Bacch. 1. 2. ℣. 30. 34.

Pædagogus: & dux ad nequitiam; interdum convitij loco uſurpatur. Pſeud. 1. 5. ℣. 32. Suet. Galba cap. 14. Sen. Epiſt. 90.

Pædagogus differt à *Magiſtro*. Vide infr. Mantiſſ. *de Similitud.* vel, *Differentia Verb.* Varr. lib. 1. de liber. educand. *Educit enim obſtetrix, educat nutrix, inſtituit pædagogus, docet Magiſter*. Sic ibi rectè apud Noniũ Hadr. Iunius emendavit. nam vulgo, *hoc & magiſter*. Seneca lib. 2. Natur. c. 21. *Pertinebit ad rem, præceptores pædagogoſq; pueris placidos dari*. Plin. lib. 5. Epiſt. ad Marcel. *Vt nutrices, ut pædagogos, ut præceptores, pro ſuo quemq; officio diligebas?*

Paniſſimè à *pane*. Aul. 3. 4. ℣. 7. & 4. 6. ℣. 2. Priſc. lib. 3. pag. 608. & l. 15. pag. 1008. Vſurpavit etiam

etiam Apuleius lib. 8. Mileſ. & lib.3. Florid. Itemque Apolog. bis.

Pænitet hoc Stich. 1.1.℣. 43.

Pænitere: *Pænitet me.* hoc eſt, dolet mihi, doleo, moleſtum eſt mihi, nolim, pęnitet eum, dolet. Cic. pro Cæl. c. *Id numquã tam acerbè feret M. Cælius, vix eum pæniteat, non deformem eſſe natum.* Et Divin. Verr. cap. *Cuius conſuetudinis atq; inſtituti patres maioreſq; noſtros nõ pænitebat.* Idem lib. 1. Attic. Epiſt. *A Senatu quanti fiam, minimè me pænitet.* Terent. Phorm. 1.3. ℣. 20. *Noſtri noſmet pænitet.* Heaut. 1.1. ℣ 20. *At enim dices: quantum hic fiat pænitet.* Horatius:

Nil me pæniteat ſanum pa-
tris huius.

Plaut. Pſeud. 1.3. ℣. 70. *Eho! an pænitet, quanto hic fuerit uſui?* Ita Mſſ. Pall, ubi vulg. *quãdo.* Cic. lib. 1. Offic. cap. *Tamdiu autem velle debebis, quoad te, quantum proficias, non pænitebit.* Pro Plancio cap. *Et mihi lacrimulam Ciſpiam judicij objectas. Sic enim dixiſti: Vidi ego tuam lacrimulam. Vide, quàm me verbi tui pæniteat. non modò lacrimulam, ſed multas lachrimas & fletum cum ſingultu videre potuiſti.* Pro Rabir. Poſt. cap. *Neq; me verò pænitet mortales inimicitias ſẽpiternas amicitias habere.* Et li. 6. Epiſt. 1. ad Torq. *Etſi autẽ perturbatio ſit omnium rerum, ut ſua quemq; forma maximè pæniteat.*

Pænula: ſervilis, & viatoria veſtis Moſt. 2.4. ℣. 74.

Pætus: qui eſt oculis leviter declinatis. Interdum pæti oculi in laude ſunt apud *Poetas.* Mil. 3.1. ℣. 127.

Pala. Latine, quod Græcè δακτυλιοφύλαξ, σφενδόνη δακτυλίου. Cic. lib. 3. Offic. c. 9. de Gyge. *Ibi cùm palam eius annuli ad palmam converterat, à nullo videbatur, cùm in lucem annulum, inverterat.* Sed malim, *in locum* quod eſt in Mſſ. Pall. & Erfurdenſibus. Apul. Flor. lib. 2. *Ipſe eius annuli & orbiculum circulaverat. & palam clauſerat, & gemmam inſculpſerat.* Gloſſæ vett. *Pala* (ſic leg. non, *Palata*) σφενδόνη δακτυλίου.

Pala: inſtrumentum ruſticum. Ger. Schauffel. Pœn. 5. 2. ℣ 58.

Palàm atque apertè. Bacch. 2. 7. ℣. 68.

Palàm eſt res. Trucul. 4. 3. ℣. 45. Mil. 2. 2. ℣. 17.

Palàm facere. Pœn. Prol. ℣. 125. Vtuntur eo vett. ferè de morte, ſive de mortuo, cùm al quẽ ſcil. mortuum eſſe innotuit: ut rectè adnotavit Ianus Gul. Cic. poſt red. ad Quir. c. *Nondum palàm factum erat, conci-diſſe Rempub. cùm tibi arbitria funeris ſolvebantur.* Liv. lib. ult. c. *Per aliquot dies, cùm jam exſpiraſſet Tarquinius, celatâ morte, &c. tum demùm palàm factum ex comploratione &c. regiâ orta.* Seneca de Tranq. in fin. *Cato ille virtutum viva imago incumbens gladio ſimul*

de ſe & de Rep. palàm facere cogitur. Sueton. Calig. c: *Et ut demùm fato functū palàm factum eſt.* Et in Tito c. *Exceſſit in eâdem quâ pater villâ. quod ut palàm factum eſt.*

Palam provenit. Capt. 2. 1. ✠. 27.

Palare: ovium errantium eſt. Bacch. 5. 2. ✠. 18.

Palitare, errare: propriè ouium eſt. Bacch. 5. 2. ✠. 5.

Palæmon: alias, *Portumnus*, quod portibus præſit. Rud. 1. 2. ✠. 71. *Sancte Neptuni comes.*

Paleſtra: erat locus gymnaſticus vbi curſu, luctando, haſta, diſco, pugilatu, pila, ſaliendo ſeſe exercebant. ἀπὸ τοῦ παλαίειν. Amph. 4. 1. ✠. 4. Bacch. 3. 3 ✠. 22. 27. Vide etiam, *Gymnaſiū.*

Palaſtra; de ganeo & luſtro. Bacchid. 1. 1. ✠. 33.

Palaſtricus exercitus: h. e. exercitium pal. Rud. 2. 1. ✠. 7.

Palaſtricus: palæſtræ magiſter. Quintil. lib 2. c. 9. *Si diſcerneret, hæc diſcendi magiſter, palaſtricus ille curſorem faciat, aut pugilem aut ceſtatorem, aliudque quod ex iis, quæ ſunt ſacrorum certaminum.*

Πάλιν, rurſum. Trin. 3. 2. ✠. 79.

Palla: eſt honeſtæ matronæ veſtimentum. Aſinar. 5. 2. ✠. 36. Moſt. 1. 3. ✠. 124. Men. 1. 2. ✠. 21. 55. & 2. 3. ✠. 41. 67. Truc. 5. 1. ✠. 54.

Palladium arcis Troianæ: per alluſionem pſeudol. 4. 6. ✠. 2. Bacch. 4. 9. ✠. 2. ✠. 30.

Pallidula. Ciſt. 1. 1. ✠. 8.

Pallio circumductus. pœnol. 5. 2. ✠. 16.

Pallio reprehendere. Vide litt. R. *Reprehendere.*

Palliolatim amictus. pſeud. 5. 1. ✠. 29.

palliolum ferrugineum. Mil. 4. 4. ✠. 43. Erat ex ornatu naucler.

pallium conijcere in collum: pro, colligere pallium. Capt. 4. 1. ✠. 9. & 4. 2. ✠. 9.

pallium malacum: eſt veſtis cœnatoria, ſive ſyntheſis, mollior: quam Perſius *lænam hyacinthinā* appellat Sat. 1. ✠. 32. vbi vide Caſaubonum. Bacch. 1. 1. ✠. 8.

pallium miſellū. Rud. 2. 6. ✠. 66.

pallium nutricis. Vide *proverbia* in Mantiſſa.

pallula: veſtis muliebris; pallula conſciſſa eſt. Truc. 1. 1. ✠. 32. & 2. 2. ✠. 16. & 2. 6. ✠. 55.

palma porrecta, compreſſa. Caſ. 2. 6 ✠. 53.

palmam habere. Trin. 3. 2. ✠. 80.

palmā poſſidere, in aliqua re: Cæteros ſuperare. Moſt. 1. 1. ✠. 31.

palo pectus tundi: in prov. Rud. 5. 2. ✠. 3.

palpari, & *palpo percutere*: proprie, eſt molli & blando manus plauſu tangere & contrectare, ac veluti poppiſmo demulcere. Græcis ψηλαφᾶν. *Hinc* ſumitur pro, *blandiri*, aſſentari, & adulari: & tam cum accuſandi, quam dandi caſu conſtructum reperitur: atque adeo ἐνεργητικῶς & παθητικῶς. Amph. 1. 3. ✠. 9. 28. Merc. 1. 2. ✠. 55. Exempla alia paſſim obvia. Vide etiam, *Subpalpari.*

palpationes. Men. 4. 2. ✠. 43.

palpator periurus. Rud. 1. 2. ✠. 17.

palpa-

Digitized by Google

palpatores: aſſentatores. Men.2. 1.℣.35.

palpo percutere. Merc.1.2.℣.42. Vide paulò ante.

palpum obtrudere: adulari. pſeud. 4.1.℣.35.

palumbes: de amatore. Bacch.1. 1.℣.17.

palumbis, & palumbus : inter obſcæna. pœn.5.3.℣.63.

pampini folium. Ciſt.4.2.℣.63.

pana; vrbs Samnitium. Inde *panicei* Capt.1.2.℣.53.

pancraticè valere: ἀθληγερικῶς belle valere, vt ii, qui omnibus corporis viribus advocatis certant. Bacch.2.3.℣.14.

pandecta. Vulgò non rectè feminini, cùm ſint maſculini generis. Sed in numero multitudinis videtur eſſe feminini, & ſecundæ declinat. Latinè quoq; ſi *pãdecta* in ſing. num. extaret, non dubito, quin & tum eſſet feminini, ut *Charta*, licet Græcè ὁ χάρτης: de quibus hîc ſub finem ex Priſc. Caſſiodorus in libello de divin. lect. *In pandecte Latini corporis grandioris*. Iuſtinianus Imper. in §. ſunt & aliæ Inſtit. de nupt. *quas in libris Digeſtorum ſeu pandectarum ex veteri Iure collectarum enumerari permiſimus*. Vbi tamen Græc. Interpres Theophilus, ἐν τοῖς Διγέστοις ἤγουν τῶν Πανδέκτων. ſed leg. πανδέκτη. Non rectè igitur Henricus Stephanus, vir doctiſſimus, in libello de Abuſu linguæ Græcæ, contẽdit. pandectarum nomen perpetuò eſſe maſcul. gen. Eodem ſenſu fuit quoque inſignis IC. Anton. Aug. Vide etiam Iſaaci Caſaub. Notas ad Strabonem pag. 86. b. Atqui novum non eſt, ut unum idemque nomen in ſing. num. alio genere dicatur, quam in plurali: ut. *cælũ, cæli*, &c. Agell. 13.9. πανδέκτους libros (leg. πανδέκτας) dicit. Et Syneſius in Epiſt. τοῖς πανδέκταις, maſcul. gen. Sed Syneſ. per πανδέκτας intelligit illos, qui litteras intercipiũt. Quare etſi Cuiacius ſecutus Agell. fuit, tamen ipſe quoque ſcripſit poſtea feminino genere Ita neque *paragraphus* videtur Latine maſculinum, licet Græce femininum ſit, παράγραφος γραμικὴ. Multa enim Romani à Græcis ſumta mutant varie priſcianus lib. 5. ait: Excipitur hæc *charta*, & hæc *cataracta, margarita, catapulta*. Quæ cùm ſint maſculina apud Græcos, apud nos, etiam genus cum terminatione mutarunt. Sed multò manifeſtius libr. 7. col. 750. his verbis: *Varro de linguâ Latina ait, talia ex Græco ſumta ex maſculino in femininũ trãſire, & a litterâ finiri*. ὁ κοχλίας *cochlea*, ὁ χάρτης, *hæc charta*, ὁ γαυσάπης, *hæc gauſaba*.

pandere & aperire. Bacch.3 1.℣.1.

pandere ſaltum : de re Venerea. Curc.1.1.℣.35.

pandiculari dicũtur, qui toto corpore oſcitantes diſtenduntur, eò quod pandi fiunt. *Feſtus*. Men.5.2.℣.79. Græcè συγκόπτειν. Ariſt. hiſt. anim. lib. 6 § 214. de equabus, συγκόπτουσι πρὸς ἀλλήλας.

pane

Digitized by Google

Pane; τὸ, ἀρχαϊκῶς. Curcul. 2. 3. ℣. 88.

Pangere fines, terminos. Idē quod, *defigere*, inſtituere. Ita Veteres loquuntur: ſed loca ferè ſunt depravata. Cic. lib. 1. de Leg. cap. 21. *Requiri placere terminos, quos Socrates pegerit, iiſque parere.* Sic leg. ex vet. lib. Turneb. Vulg. *pepigerit*. Idē Cic. in Piſon. c. Obtinuiſti provinciam Conſularem, finibus iis, quos lex cupiditatis tuæ, non quos lex generi tui pegerat. Sic quoque Mſſ. & Priſcianus probavit. Victor. & Lamb. *pepigerat*. Pacuvius Medo apud Feſtum, Tonſillum: Acceſſi eum, & tonſillum *pegi* in litore, navis religãdæ cauſa. Plautus Curc. 1. 1. ℣. 56. *Qui vult cubare, pangit ſaltum ſaviis.* Sic quidem volui edere in noviſſimâ meâ, adſtipulantibus libb. cuſis & ſcriptis: confirmatque Plautus mox ℣. 60. ubi ſavium oppegit, fugit. Quomodo etiam loquitur Caſ. 5. 2. ℣. 38. Savium impingere. Palmerius maluit, *pandit*. quod in nonnullis quoq; Mſſ. noſtris reperi.

Panis purpureus, puniceus, luteus. Men. 5. 5 ℣. 19.

Panis rubidus: panis iterum coctus cum rubro colore, teſte Pompeio. Caſ. 2. 5. ℣ 2. Græci ἄρτον ξηρὸν vocat. Iulian. Epiſt. XXVI. τὸ ςρατόπεδον εἰς αὐτὸ συναγαγεῖν ναῦς πληροῦντες πολυτελεῖς τυροῦ, μᾶλλον δὲ ἄρτων ξηρῶν, καὶ ὄξους. Panis tricocti meminit Tigres Car. in Batrachis, ſiue is Homer. eſt:

—— οὐδέ με λήθει
ἄρτος τρισκοπάνιστος ἀπ᾽ ἰσχυκλου καλοῖο.

Galli appellant *Biſcuict*. Apud Iuvenalem Sat. 11. *Baſcuda*. *Adde Baſcudas & mille eſcaria.*

Panis ſordidus dicebatur is, quē iuſculo ſuperfuſo canibus præbebant. Vnde & *panis caninus* dictus. Terent. Eun. 5. 4. ℣. 17. *atrum panem* vocat. Vide Scholiaſten Iuvenal. Satir. 5. Aſin. 1. 2. ℣. 16.

Panis tres pedes latus. Bacch. 4. 1. ℣. 8.

Pannicula: eſt coma lanoſa, qualis eſt arundinum, quibus integi villaticæ domus ſolent, de quibus Plinius lib. 16. 36. Turneb. lib. 2. Adv. c. 28. Mil. 1. 1. ℣. 18. *Pannicula tectoria.*

Pannicularia ratio: *Pannicularia cauſa.* Iu. Pannicularia, ſunt ea, quæ in cuſtodiam receptus ſecum attulit ſpolia: quibus indutus eſt, cùm quis ad ſupplicium ducitur. Vt & ipſa appellatio oſtendit, inquit Vlp. in l. pen. D. lib. 48. tit. 20. de bon. dam. *Divus Hadrianus Aquilio* Bradua *ita reſcripſit: Pannicularia cauſa, quemadmodum intelligi deboat, ex ipſo nomine apparet. Non enim bona damnatorum Pannicularia ſignificari quis probè dixerit: nec ſi Zonam circa ſe habuerit protinus aliquis ſibi vindicare debebit: ſed veſtem, quá is fuerit indutus, aut nummulos in ventralem, &c.* (Sic enim habent libri Florentini. vulg. *in ventrali.*) *quos victûs ſui cauſà in promptu habuerit, aut leves annulos.*

annulos. hoc eſt, *qui non rem excedunt aureorum quinque. Alioquin ſi quis damnatus digito habuerit aut ſardonycha, aut aliam gemmam magni pretiȳ, vel ſi chirographum, quod magna pecunia. in ſinu habuerit, nullo jure illud in pannicularia ratione retinebitur*. d. l. pen. 6.

Panſus. Merc. 3. 4. ℣. 55.

Pantherinum genus: qui variè valent; quod Pantherarum genus varii coloris. Epi. 1. 1. ℣ 16.

Pantices. Inteſtina pelliculata, & multiplicia volumina, ceu pagellas habentia. Ger. Der Wanſcht. Pſeud. 1. 2. ℣. 51.

Pape! Men. 5. 5. ℣. 20. Merc. 3. 4. ℣. 41. Stich. 3. 1. ℣. 24. Rud. 5. 2. ℣. 33. Stich. 5. 5. ℣. 30. Truc. 2. 6. ℣. 26. Caſ. 5. 2. ℣. 14. Epid. 1. 1. ℣. 52.

Papare. propriè, eſt *ſugere*. *Papa* enim, & ὑποκοριστικῶς *Papilla*, antiquis dicebantur capitula mammarũ, teſte Feſto. Plaut. uſurpavit pro, *edere*. Epid. 5. 2. ℣. 61. *Novo liberto opus eſt, quod papet. Dabitur. prabebo cibum.* Dicebatur etiam de nutricibus. quę vbi cibum duriuſculum dente molliverint, indunt in os infantis, quẽ glutiat: inde *paparium*, quod ad papandum, h. e. edẽdum præbeatur, non ad ſugendum. Seneca lib. 1. Controv. 1. *Accerſitum à domino ſervum, ut dominica libidini paparium faceret*. De papario plura vide apud Ludovicum Dorleans ad Tacitum lib. 3. c. 66. pag. 241. & Meurſium Notis Criticis ad locum Epidici: quæ omnia huc referenda ſunt.

Papaver: papaverem, Pœn. 1. 1. ℣. 113. Aliàs neutrum eſt. Inter bellaria fuit: ſicut &, *ſeſamum*. Trin. 2. 4. ℣. 8.

Paphlagones. Curc. 3. ℣. 72.

Papilla bellula. Caſ. 4. 4. ℣. 22.

Papilla turgentes, ſororiantes. Rud. 2. 4. ℣. 10.

Papilla horridula. Pſeud. 1. 1. ℣. 66. Vide litt. H.

Papillas pertractare. Aſin. 1. 3. ℣. 74. Caſ. 4. 4. ℣. 24.

Par: pro, *compar*. Perſ. 5. 1. ℣. 15. Virgil. Catal. Diris:

Tuq; eris iſti par & prima
noviſſima nobis.

Par eſt: æquum. Amph. 1. 2. ℣. 32. Bacch. 4. 4. ℣. 8. Stich. 4. 1. ℣. 8. pœn. 3. 1. ℣. 19. perſ. 5. 2. ℣. 2. 1. Rud. 3. 3. ℣. 12. Trin. 2. 1. ℣. 6. Curc. 1. 2. ℣. 16. *par fuit*.

Par alicuius: ſimilis, eiuſdem valoris. Rud. prol. ℣. 49.

par alicui. Bacch. 4. 9. ℣. 32. Trin. 2. 4. ℣. 68.

Par me. te. perſ. 5. 2. ℣. 53.

Par factis. Trin. 2. 2. ℣. 3.

Par pari reſpondet. Truc. 5. 1. ℣. 49.

Par videtur: pro, docet. Bacch. 1. 2. ℣. 31.

Par- *Impar ludere*. Horat. lib. 2. Satir. 3. ℣. 248. *Ludere par impar, equitare in arũdine longa*.

par *pro pari referre*. Vulgò ferè, *par pari*. Terentius Eun. 3. 1. 55. *Deniq; par pro pari referto*.

parada: eſt genus navigij, vndiq; recti, toris & culcitris inſtrati. Rud. 4. 2. ℣. 27. Vide Caſaub.

ad

ad Suet. Cæſ. cap. 51. Athenæum lib. 5. & Scal. Auſon. Lect. l. 2. c. 14.

Parare: de belli initio. Tibull. lib. 4. ad Meſſall. *parant concurrere.* h. e. accingunt ſe ad prælium. Virgil. lib. 8. Æn. ℣. *nunc ſi bellere paras.* Et lib. 2. Aen. ℣. *Extremâ jam in morte parant defendere telis.* Et lib. 4. Aen. *arma parent.* Et lib. 9. Aen. *pugnam ſperate parati.* Ovidius: *Bella mihi video nunc bella parantur.*

Parare: comparare, acquirere, emere. Pſeud. 1. ℣. 48. Moſt. 1. 1. ℣. 64. Ità uſurpatur ab-abſolutè, & mirâ ſatis ratione. Livius lib. 26. cap. *Qui eorũ trans Tiberim emoti eſſent, ne ipſe poſteriore eorum uſpiam pararẽt, haberẽtue, niſi in Vejento aut Sutrino, Nepoſinove agro.*

Parare: pro, æquiparare. Curc. 4. 2. ℣ 20. *Eodem hercle vos pono & paro.*

Parare: verbum convivii. Men. 2. 3. ℣. 13.

Parare: pro, velle, inſtituere, incœptare. Aſin. 1. 3. ℣. 16.

Parare: facere, efficere. Mil. 3. 1. ℣. 132. 138. Men. 2. 3. ℣. 2.

Parare: in promtu habere. Truc. 1. 1. ℣. 31.

Pararius: interventor, proxeneta. Gloſſæ μισίτης. A parando, quia parant utrinque animos & conjungunt. Seneca l. 1. Bẽ. c. 23. *Quidam volunt nomina ſecũ fieri, nec paratores advocari.* Et l. 3. Ben. c. 15. *Ille per tabulas pluriũ nomina, interpoſitis pararius facit.* Dicebatur enim *Interceſſor* Epiſt. 120. *Nolo per interceſſorem mutueris.* Vide etiã Rœvard. l. 3. c. 1. Var.

Paraſitatio. Amph. 1. 3. ℣. 23.

Paraſitica ars. Capt. 3. 1. ℣. 9.

Paraſiti reges ſuos *Genios*, & *vitã* nominabant. Stich. 2. 3. ℣. 47. Vide *Genius*, & *Vita*.

Paraſiti dicuntur *ſcorta.* Capt. 1. 1. ℣ 1.

Paraſitum ducere, quaſi ſcortum. Truc. 3. 2. ℣. 12.

Paraſitus primari⁹. Mil. 3. 1. ℣. 7.

Parata res: comparata eſt. Men. 1. 3. ℣. 31. Stich. 4. 1. ℣. 16. Perſ. 2. 4. ℣. 17.

Paratè: accuratè, dedita opera. Rud. 1. 3 ℣. 9.

Paratragœdiare: tragicè loqui, & magnificè. Pſeud. 2. 4. ℣ 17.

Paratum eſt: promptum eſt. Bacch. 2. 2. ℣. 41.

Paratus nummus: in promptu. Pſeud. 1. 1. ℣. 95.

Parcè parcas. Aul. 2. 4. ℣. 35.

Parce. Olim interdũ idem quod, *Serva.* Sic enim Servius ad illud. Virg. l. 10. Æn. ℣. 531.

Argenti atq; auri memoras q̃ multa talenta,
Gnatis parce tuis: belli commercia Turnus
Suſtulit iſta prior.

Parcè, inquit, *eſt ſecundum antiquos, Serva: ut apud Lucilium & Ennium invenitur.*

Parcere: de ſumtibus dicitur. Aul. 2. 8. ℣. 11. Cui opponitur ibidem, *Prodigere.*

Parcere: junctum aliis verbis negationẽ inducit. *parcere proloqui.* Epid. 3. 4. ℣. 32. Perſ. 2. 5. ℣. 12 *Preſſare parce.* Vide Lex.

Lu-

Lucret. Dan. Parei, in *Reparcere* ubi τὸ *Re* in compoſitione verborum negat.

Parcipromi. Trucul. 1. 2. ℣. 81. Pſeud. 5. 1. ℣. 22. (℣. 23.

Parco, peperci, & parſi. Perſ. 4. 4.

Parcere: cum accuſandi caſu. Curc. 3. ℣. 10.
Virgil. Æneid. 10. ℣. 531.
—— *talenta*
Gnatis parce tuis. ——
Symm. lib. 1. Epiſt. 33. *Iſtius muneris operam non reparcam.*

Parcere opera. Mil. 4. 9. ℣. 3.

Parcimonia. Aul. 3. 5. ℣. 32.

Parcipromus. Pſeud. 5. 1. ℣. 22.

Parciſſimus ſenex. Aul. 3. 5. ℣. 9.

Parcus opera. Rud. 4. 2. ℣. 14.

Parens. A *pareo*, pro, *obediẽs.* Sall. *Parentes* dixit, quos Græci ὑπηκόους, ſeu, ἀρχομένους. Vulgò *Subditos* vocant. Cicer. lib. 1. Offic. c. Quin etiam ob has ipſas cauſas & parentiores habuerũt exercitus & fortiores. Salluſt. Catil. cap. *Libertatem, patriam, parenteſq; armis tegere.* Et Jugurth. cap. *Deinde quod parentes abundè habem⁹, amicorum neq; nobis, neq; cuiquam hominum ſatis fuit.*

Parentes: quaſi parientes. Capt. 5. 4. ℣. 11.

Parentes ἀναλογικῶς dicuntur fabri. Moſt. 1. 2. ℣. 39. & ſeqq.

Parere bona; parare, acquirere. Merc. Prol. ℣. 78.

Parere ex ſe aliquid: venuſtè. Moſt. 2. 1. ℣. 70.

Parere decus. Truc. 2. 6. ℣. 36.

Parere. Partus. De viris. Sic Græci τίκτειν. Hom. Iliad. β. ℣. 741.
—— τὸν ἀθάνατος τέκετο Ζεύς.
Cic. de lib. 2. Tuſc. c. 8. Vbi aliquot verſus è Sophocle vertit. *Vecors Oenei partu edita.* Quintil. id obſervavit quoq; apud Tragicos: *Et*, inquit, *apud Tragicos etiam leo parit, & pater eſt.*

Parére. Idem interdum quod, *Apparere.* Sæpè hoc verbũ depravatum, & mutatum vel in, *apparet*, vel in, *patet*, vel aliter. Vide infra, *Patet*, Vlpian. l. 24. generaliter §. 13. quid ergò. D. de fide libert. *Et fortaſſis qui rectè dixerit, ordinem ſcripturæ ſequendũ: quod ſi ordo nõ pareat aut ſortiri eos oportet.* Sic Codex Florent. nam vulg. nõ *appareat.* Virgil. lib. 10. Æn. ℣. 176.
Cui pecudum fibræ, cæli cui ſidera parent,
Et linguæ volucrum, & præſagi fulminis ignes.
Sueton. Octav. c. *Et immolãti omniũ victimarũ jecinora replicata intrinſecus ab imâ fibrâ paruerunt.* Sic ibi vett. libb. vulg. *patuerunt.* Et Calig. cap. *Abũdè arbitror parére non potuiſſe ibi naſci Gaium, quo propè bimulus dentum perductus ab urbe ſit.* Sic Turneb. l. 22. c. 30. Adv. vulg. *patere.* Cic. pro Milon. c. *Quid porrò quærendũ eſt, factumne ſit? at conſtat, à quo, & paret.* Et l. 1. Tuſcul. c. *Cùm pareat igitur, æternũ id eſſe, quod ſe ipſum moneat.* Ita habẽt vett. libb. quod & Frãc. Fabricius admonuit ex l. 6. de Republ. in ſomn. Scip. *Cùm pareat igitur: æternum id eſſe, quod*

Digitized by Google

quod à ſe ipſo moveatur. Ita ibi rectè Lamb. ſed de eo loco infra *patere*. Sic in vett. formulis Actionum: *Si paret fundum*. Vide Lexicon Iuris.

parére. Cic. familiare, & lenius, quàm quod iam vulgò, *ſervire, ſatisfacere*. Græci quoque πείθειν, & δουλεύειν ita utuntur l. 10. & 11. de differentiis. Tralatio utriuſq; verbi τοῦ *parere*, & *Servire*. Sic *parere tempori, parere libidini, cupiditati, dolori*. Cic. in Vatin. cap. *Si in tanto hominis de me optimè meriti periculo, & temporibus & voluntati parere voluiſſem*. Eſt & alius uſus huius verbi apud Iuriſconſultos Veteres. *parere æri alieno* l. 5. §. item requirat D. de rebus eorum quæ ſub titulo 1. quære §. inter D. Locari. ubi *parere penſionibus*. Sic, *parere ſolutioni*. l. ſolvere. l. 8. Si pro mutuo. C. Si cert. per l. 18. c. de admirat. *parere reſtitutioni fructuum*. l. reſtituere. l. 5. C. de extr. Sic & Tertullianus lib. de reſurr. carnis, *parere debito*. hoc eſt, ſolvere. *Et illa beatiſſima & glorioſiſſima quæ poteſt apud Chriſtum Dominum parere debito tanto*. Hoc indicavit Cuiacius lib. 25. c. 15. Obſerv. Sic & *parere conditioni*, pro, implere. l. 24. de cond. Cicero de provin. Conſ. c. *Sed ego in hac ſententiâ dicendâ non parebo dolori meo, nec iracundiæ ſerviam*. pro Cæl. c. *poſtremò cùm paruerit voluptatibus, dederit aliquid temporis ad ludũ ætati, &c.* Et lib. 3. fin. c. *Quæque ſunt vetera præcepta ſapientiũ, qui iubent tempori parere, & ſequi Deũ, & ſe noſcere, & nihil minus re*. p. Victor. leg. putat, *parcere*: quia Græca verba φείδου χρόνου expreſſerit. Fortaſſe rectè Victor. eo loco Alioqui *parere tempori* eſt, quod vulgò, *ſe accommodare*. Nam & Græci ita loquuntur: καιρῷ πείθεσθαι. ſeu, πειθαρχεῖν.

paret res familiaris huic, vel illi. Vulgò dicunt, *patet nunc*. Sed *parent* quoq; dicebant olim, quamvis reclamante Stephano in Lexic. Vide infr. *patet*. Loci ſæpe ſunt depravati. Cælius apud Agell. 2. 23. *Cui fortuna & res eſt, ut continuò pareat*. Ita leg. ex v. lib. Cic. lib. Epiſt. ad Lucium plancum: *C. Altero Capitone utor familiariſſimè. nota tibi ſunt varietates meorum temporum. In omni genere & honorum & laborum meorum, & animus & opera, & authoritas & gratia, etiam res familiaris C. Capitonis præſtò fuit, & paruit, & temporibus & fortunæ meæ*. Ita rectè Cod. Med. vulgò, ut & Lamb. *patuerunt*. Cuiac. lib. 25. c. 15. ait, τὸ *paruit* non planè reiiciendum. Sueton. Octav. cap. *Omnium victimarum iocinora replicata intrinſecus ab imâ fibra paruerunt*. Ita v. l. vulg. *patuerunt*. Cic. lib. 2. de fin. c. *Satiſne ergò pudori conſulat, ſi quis ſine teſte libidini pareat*. Et philipp. 13. c. *Non igitur ſentis huic cauſæ Orbẽ terræ parere te*

extra

extra munitiones tuas, veſtigiũ ubi imprimas, non habere: Sic MS. Vatic. teſtibus Mureto & Faerno. Sed Lambinus malit, *patere*, & fortaſſe hîc rectius. Idem lib. 1. Offic. cap. ubi ita de re familiari: *Nec libidini potius luxuriaq; quàm liberalitati & beneficentiæ pareat.* Vbi vulg. *pateat.* contra vett. libb. Ita & lib. 3. Accuſ. Verr. cap. *Tunc quod videris, quod audieris, quod concupieris, quod cogitaris, niſi id ad nutum tuũ preſſò fuerit: niſi libidini tuæ, cupiditatiq; paruerit.* Lambin. malit *patuerit.*

Paria facere. Genus dicendi poſt Ciceronis ætatem, ni fallor, ortum, ad rationes pertinens. Valet enim idem quod, *Conſolidare rationes*, cum ſcilicet par accepti & expenſi eſt ratio. Nazar. Panegyr. ad Imp. Conſtantium: *Ita ambo benigna ratiocinatoris officiorum paria feciſtis: tu verò, quo ſolo valebas: ille amore* &c. Plinius Paneg. *Ille tibi imperium dedit tu illi reddidiſti. Solus ergò adhuc, qui pro numero facto paria accipiendo feciſti; immò ultrà dantem obligaſti.* Senec. lib. 2. Ben. c. 30. *Cùm quolibet paria feciſti.* Et ſæpè alibi. Vide Budæum ad l. ſemper §. conductores. ff. de iur. immunitatis.

Parientia: pro Obedientia. Et *Imparientia*, pro Inobediẽtia. Plerumq; ea mendosè commutata in *Patientiæ* & *Impatientiæ* vocabula. Hotmanus malit *Parentiam*, ut ſit à *Pareo.* fortaſſe non malè. Sed in vett. libb. *Parientia* ſcriptum reperitur. Quod tamen vocabulũ non tamen uſurpandum, niſi fortè in hiſtoriâ. Agell. 1.13. *Ne ſi ſpes feſelliſſet, culpa imparientiæ, & pœna indeprecabilis ſubeunda eſſet.* Vbi vulgò, *impatientia*. contr. vett. codd. Videtur & Tacitus eo uſus, ſumto fortaſſis an, ut ſolet, ex Sall. in Agricolâ cap. 16. Quod niſi Paulinus, eo cognito provinciæ motu, properè ſubveniſſet, amiſſa Britannia foret, q̃ unius prælii fortuna parientię reſtituit. Sic viſum viro docto. nam vulgò *patientiæ.* Impp. Theodoſ. & Valent. l. 1. C. qui pro ſua iuriſdict. iud. poſſ. *Nec præcepto cognitorem datum parientiæ accommodare cenſem⁹.* Caſſiodorus l. 3. Var. form. *Atque ideò parientiã veſtrã ſæpius approbatam, nunc quoq; eodem præſente monſtrare.* Sic Cuiac. JC. ex vett. libb. reſtituit illa duo loca. Nã olim *patientiã.* Idem Caſſiod. l. 7. *Cui ſaluberrimam parientiam cõmodate.*

Pro *Pariete*. h. e. loco & vice parietis. Vide ſupr. Pro *Ariete.* Varr. l. 3. r. r. c. *Inter columnas exteriores pro pariete reticuli e nervis ſunt, ut perſpici in ſilvâ poſſit.*

Pariesero: h. e. ſtabo medius inter vos. Truc. 4. 3. ṽ. 14. 48.

Parietum perfoſſor. Aſin. 3. 2. v. 17. Pſeud. 4. 2. ṽ. 23. Graue erat convicium. Juriſconſulti eodẽ vocant *Effractores, Vecticulares.* Cic. in Vatin. *Licet impu-*

ne per me parietes in adoleſcentia perfoderis, vicinos compilaru, matrem verberaris. Vide plura apud I. Langlæum lib. 8 cap.3. Otii ſemeſtr.

Pariſſimus. Curc.4 2.℣.20. A. gell. lib. 10.cap.1.

Paritare: à paro. Pſeud.1.5.℣.7. Merc.3.4.℣.64.

Pariter: æqualiter, ex æquo. Aul. 2.2.℣.53. Capr.2.2.℣.79.

Pariter: *pariter*. Aſin.2. 2.℣.4.

Pariter hoc, atque illud. Amph.4. 1.℣.11. Men.5.1.℣.52.

Pariter qualis. Rud.3.6.v.37. *pariter ſuades, qualis es.*

Pariter ſimul. Curc.1.1.℣.48. & 1. 3.℣.31.

Pariter ut. Aul. Prol.℣.22.

Parmenones: ſervi. Bacch.4.4.℣7

Paro, pro, comparo. Curc.4.2.℣. 20. Sic quoq; uſurpat τὸ *traho*, Trin.1.2.℣.166.

Parochus. Latine fortaſſe *Prabitor.* Nonius à Græco ὄχημα, h. e. vehiculo: quia officii ſit parochorum præbere vehiculo Magiſtratibus. Suidas quoque à Græco παρέχεσθαι quaſi unà vehi, deducit. Sed Hor. l.1.Satir.5.℣.45. παρέχειν h. e. præbendo: qui Parochos ait eſſe publicos Muliones. Varr. ſeſqui Ulyſſe: *Hic omnia enim erat, item Sacerdos, Prætor, Parochus.* Horatius d.l.

Proxima Campano ponti quæ villula, tectum
Præbuit: & Parochi quæ debēt ligna ſalemq;.

Cic.l.13. *Attic.* Ep. 2. *Omni*
cũ Sextius noſter Paroch
licus occupavit.
ſcriptura eſt c

Parra: eſt avis corniculato apice in capite, ut *Phaſianus.* Inauſpicata habebatur: quæ Sirio oriente ipſo die non apparet donec occidat. Dicta eſt ab antiquo verbo *Parreo*, pro *pareo*, h, e. appareo. Nam ſuo cãtu ſæpius prætereuntes ad ſe cogit adſpicere: atq; inde ſæpius apparere dicitur. Alii appellant *Capram.* Videndus de hac ave Geſnerus in Ornithographia. & Steph. Conſtant. in Supplemento Ling. Latinæ. Aſin.2.1.℣.12.

Parricida. Parricidium De quolibet gravi ſcelere interdum videtur dici. Cic.l.2. de leg. c. *Sacrum cõmendatũ qui clepſerit, rapſeritq; parricida eſto.* Et l.4. de fin.c. *Qui arbitrabantur homines ſceleribus & parricidiis inquinatos nihilo miſeriores eſſe.* Et ult. Verr.c. *Facinus eſt vincire civẽ Romanã, ſcelus verberare, prope parricidium necare. qd dicã, in crucẽ tollere?*

Parricidales, & non, *Parricidiales* dicendũ Juſtin. Epic. Trogi l. 37.c. *Quinq; parricidales veneno necat.* Ita in antiqq. libb. ſcriptũ. Et l.39.c. *Inter has regni Syriæ parricidales diſcordias moritur Rex Aegypti.* Ita ibi libb. Mſſ.

Parricidatus, ûs. Vide & Indice
& *Oratus.* Cæl
probis

Pars: de portione prādii accipitur quandoq;. Men.3 2.ỽ. 14.

Pars:pro, *ſors* μοῖρα. Rud.1.3 ỽ.6. *pars pracipua*.

Pars eſt tibi; participas, &c. Trin. 4.3.ỽ.59.

Pars maxima homines. Notanda ſyntaxis. Capt.2.1.ỽ.36.

Pars; iunctum plurali. Moſt.1.2. ỽ.34. *Magna pars moram ſibi induxerunt*. & Trin.1.1.ỽ.13.

Pars mea; quod me attinet; eleganti formâ. *Ego meam partē tacere poſſum*. Mil.3.1 ỽ.50. Aſin.3.1.ỽ.14.

Pars faciunt. Trin 1.1.ỽ.13.

Pars habent. Curc 4.3.ỽ.16.

Pars ſcitis. Truc.1.2.ỽ.13.

Parſeris; peperceris. Pœn.5.2.v.13

Parſi ſedulò. Trin.2.2 ỽ.25.

Parſimonia. pro bonis ipſis cōparſis, & parſimonia quæſitis. Truc. Arg.ỽ.6. & 2.2. ỽ.55. Sic Apuleius *frugalitatē* uſurpat ꝓ frugibus & habētia totâ: *omni frugalitate conſumta*.

Parſimonia duritiaq;. Truc.ỽ. 55.

Parſimoniam adhibere. Moſt.1.3. ỽ.79.

Parſis; peperceris. Bacch.4.8. ỽ.69.

Parſit. Capt Prol.ỽ.32. Curc.3. ỽ.10. Bacch.4.9.ỽ.73.

Parſo; peperce[illegible] Mil.4.9.ỽ.3.

Partem mea[illegible] [illegible]nem meā, [illegible] [illegible].1.ỽ.14.

[continued from previous column] gunt: hoc eſt, *magnâ ex parte*. Hæc phraſis Politicis tantum nota, inducta fere in libris editis, contra vett. libb. fidē. Cicero in Orat. poſt red. ad Quir. cap. *Nam conjugis miſeræ ſqualor & luctus, atque optimæ filiæ mœror aſſiduus, filiiq; parvi deſiderium mei, lachrymaque pueriles, aut itineribus neceſſariis, aut magnā partem tectis, & tenebris continebātur*. Sic ibi rectè v. cod. Idem lib.4. Tuſcul. cap. *Quia Chryſippus & Stoici, cùm de animi perturbationibus diſputant, magnam partem in his partiendis & definiendis occupati ſunt*. Agellius 12.1. *Magnam ferè partem non naturalis ille eſt amor, ſcilicet civilis & opinabilis*. Et te Oratore: *Magnam enim partem ex jambis noſtra conſtat oratio*. Et in Lucullo cap. *Majorem autem partem mihi quidem omnes iſti videntur nimis etiam quadam affirmare*.

Parte magnâ, parvâ, aliquâ, tertiâ & quarta, dicitur: pro, *ex magnâ parte*, &c. Cicero in Læl. cap. *Eſt igitur prudentis ſuſtinere ut curſum, ſic impetum benevolentiæ, quo utamur, quaſi equis tentatis, ſic amicitiis, aliquâ parte periclitatis moribus amicorum* I[illegible]n lib. de Offic. cap. *Ma*[illegible] *autem parte clementi ca*[illegible]*tione licet uti*. Et lib.2. [illegible]cap. *Ergo ii, qui ſeri*[illegible]*n defendit his locis ple*[illegible]*que omnibus, maiore autē*

ne per me parietes in adoleſcentia perfoderis, vicinos compilaris, matrem verberaris. Vide plura apud I. Langlæum lib. 8 cap. 3. Otii ſemeſtr.

Pariſſimus. Curc. 4. 2. ℣. 10. A. gell. lib. 10. cap. 1.

Paritare: à paro. Pſeud. 1. 5. ℣. 7. Merc. 3. 4. ℣. 64.

Pariter: æqualiter, ex æquo. Aul. 2. 2. ℣. 53. Capt. 2. 2. ℣. 79.

Pariter: *pariter.* Aſin. 2. 2. ℣. 4.

Pariter hoc, atque illud. Amph. 4. 1. ℣. 11. Men. 5. 1. ℣. 52.

Pariter qualis. Rud. 3. 6. v. 37. *pariter ſuades, qualis es.*

Pariter ſimul. Curc. 1. 1. ℣. 48. & 1. 3. ℣. 31.

Pariter ut. Aul. Prol. ℣. 12.

Parmenones: ſervi. Bacch. 4. 4. ℣ 7

Paro, pro, comparo. Curc. 4. 2. ℣. 20. Sic quoq; uſurpat *retraho*, Trin. 1. 2. ℣. 166.

Parochus. Latine fortaſſe *Prabitor.* Nonius à Græco ὄχημα, h. e. vehiculo: quia officii ſit parochorum præbere vehiculo Magiſtratibus. Suidas quoque à Græco παρέχεσθαι quaſi unà vehi, deducit. Sed Hor. l. 1. Satir. 5. ℣. 45. παρέχειν, h. e. præbendo: qui *Parochos* ait eſſe publicos Muliones. Varr. ſeſqui Ulyſſe: *Hic omnia enim erat, item Sacerdos, Prætor, Parochus.* Horatius d. l.

Proxima Campano ponti quæ villula, tectum
Præbuit: & Parochi quæ debēt ligna ſalemq;.

Cic. l. 13. Attic. Ep. 2. *Omninò cū Sextius noſter Parochus publicus occupavit.* Sed eius loci ſcriptura eſt controverſa.

Parra: eſt avis corniculato apice in capite, ut *Phaſianus.* Inauſpicata habebatur: quæ Sirio oriente ipſo die non apparet donec occidat. Dicta eſt ab antiquo verbo *Parreo*, pro *pareo*, h. e. appareo. Nam ſuo cātu ſæpius prætereuntes ad ſe cogit adſpicere: atq; inde ſæpius apparere dicitur. Alii appellant *Capram.* Videndus de hac ave Geſnerus in Ornithographia. & Steph Conſtant. in Supplemento Ling. Latinæ. Aſin. 2. 1. ℣. 12.

Parricida. *Parricidium.* De quolibet gravi ſcelere interdum videtur dici. Cic. l. 2. de leg. c. *Sacrum cōmendatū qui clepſerit, rapſeritq; parricida eſto.* Et l. 4. de fin. c. *Qui arbitrabantur homines ſceleribus & parricidiis inquinatos nihilo miſeriores eſſe.* Et ult. Verr. c. *Facinus eſt vincire civē Romanā, ſcelus verberare, prope parricidium necare. qd dicā, in crucē tollere?*

Parricidalis, & non, *Parricidialis*, dicendū Juſtin. Epic. Trogi l. 37. c. *Quinq; parricidales veneno necat.* Ita in antiqq. libb. ſcriptū. Et l. 39. c. *Inter has regni Syriæ parricidales diſcordias moritur Rex Aegypti.* Ita ibi libb. Mſſ.

Parricidatus, *ûs.* Vide & *Indicat*⁹ & *Oratus.* Cælius eo uſus, qui probis inuſitatis videtur delectatus. Ut videre eſt toto l. 8. Ep. Cic. Quintil. l. 1. c. 11. *Neq; enim tuburcinabundum jam in nobis quiſpiā ferat, nec parricidatum, quod in Cælio vix tolerabile tibi videtur.*

Pars

Pars: de portione prãdii accipitur quandoq;. Men.3 2.℣. 14.

Pars: pro, *ſors μοῖρα*. Rud.1.3 ℣.6. *pars præcipua*.

Pars eſt tibi; participas, &c. Trin. 4.3.℣.59.

Pars maxima, homines. Notanda ſyntaxis. Capt.2.1.℣.36.

Pars; iunctum plurali. Moſt.1.2. ℣.34. *Magna pars moram ſibi induxerunt*. & Trin.1.1.℣.13.

Pars mea; quod me attinet; eleganti formâ. *Ego meam partẽ tacere poſſum*. Mil.3.1 ℣.50. Aſin.3.1.℣.14.

Pars faciunt. Trin 1.1.℣.13.

Pars habent. Curc 4.3.℣.16.

Pars ſcitis. Truc.1.2.℣.13.

Parſeris; peperceris. Pœn.5.2.v.13

Parſi ſedulò. Trin.2.2 ℣.25.

Parſimonia. pro bonis ipſis cõparſis, & parſimonia quæſitis. Truc. *Arg*.℣.6. & 2.2.℣.55. Sic Apuleius *frugalitatẽ* uſurpat, ꝑ frugibus & habẽtia totâ: *omni frugalitate conſumta*.

Parſimonia duritiaq;. Truc.℣. 55.

Parſimoniam adhibere. Moſt.1.3. ℣.79.

Parſis; peperceris. Bacch.4.8. ℣.69.

Parſit. Capt Prol.℣.32. Curc.3. ℣.10. Bacch.4.9.℣.73.

Parſo; pepercero. *Mil*.4.9.℣.3.

Partem meam; portionem meã, vices meas. *Aſinar*.3.1.℣.14. Mil.3.1.℣ 50.

Partem aliquam; aliquâ ex parte. Pſeud.5.2.℣.23.

Magnam partem; *Majorem partem*, *Maximam partem*: ita ſunt affecti: ita vivunt, ita agunt: hoc eſt, *magnâ ex parte*. Hæc phraſis Politicis tantum nota, inducta ferè in libris editis, contra vett. libb. fidẽ. Cicero in Orat. poſtr. ed. ad Quir. cap. *Nam conjugis miſeræ ſquallor & luctus, atque optimæ filiæ mœror aſſiduus, filiiq; parvi deſiderium mei, lachrymaque pueriles, aut itineribus neceſſariis, aut magnã partem tectis, & tenebris continebãtur*. Sic ibi rectè v. cod. Idem lib.4. Tuſcul. cap. *Quia Chryſippus & Stoici, cùm de animi perturbationibus diſputant, magnam partem in his partiendis & definiendis occupati ſunt*. Agellius 12.1. *Magnam ferè partem non naturalis ille eſt amor, ſcilicet civilis & opinabilis*. Et te Oratore: *Magnam enim partem ex jambis noſtra conſtat oratio*. Et in Lucullo cap. *Majorem autem partem mihi quidem omnes iſti videntur nimis etiam quædam affirmare*.

Parte magnâ, parvâ, aliquâ, tertiâ & quarta, dicitur: pro, *ex magnâ parte*, &c. Cicero in Læl. cap. *Eſt igitur prudentis ſuſtinere ut curſum, ſic impetum benevolentiæ, quo utamur, quaſi equis tentatis, ſic amicitiis, aliquâ parte periclitatis moribus amicorum*. Idem lib. de Offic. cap. *Magnâ autem parte clementi caſtigatione licet uti*. Et lib.2. Her. cap. *Ergo is, qui ſcriptum defendit his locis plerumque omnibus, maiore autẽ*

parte ſemper poterit uti. Vbi Lāb. invitis libb. repoſuit. *maiorem autem partem* Vlp. l. 2. l. 20. de Teſtam. §. ult. *Servus publicus priore parte dimidiâ Teſtamenti faciendi jus habet.* Lucret. de Anaxag. l. 1. ✝. 842

Nec tamen eſſe ullâ parte idem in rebus inane
Concedit, neq; corporibus finem eſſe ſecandis.

Pro ſuâ parte: Ex ſuâ parte. Plato ſæpe τὸ σὸ ἑαυτοῦ μέρος multis in locis. Varro apud Nonium, de L. Mæniâ. *Si qui patriam majorem parentem exſtinguit, in eo eſt culpa: quod facit pro ſuâ parte is, qui, ſi eunuchat, aut aliquà liberos non obducit.* Catullus ad Coloniam ✝. 18. *Nec ſe ſublevat ex ſuâ parte.*

In partem: In bonam partem: In aliam partem, in neutram partem? In utramq; partem? In optimam partem. Plautus Most. 1. 1. ✝. 29. *Quo nemo adaequè ex omni Atticâ antehac eſt parcus habitus, nec magis continens is nunc in aliam partem palmam poſſidet.* Cicero lib. 2. Offic. cap. *Quamquam fortuitò ſunt, tamen ſine hominum opibus & ſtudiis neutram in partem effici poſſunt.* Et ibid. *Quæ quidem in utramq; parte excelſo animo magnoq; deſpiciunt.* Ibid. *Facilimè autem & in optimam partem cognoſcuntur adoleſcentes.*

In omnes partes; In aliquas partes, in alias p. Cæſar lib. 4. bell. Gall. *Interim Barbari nuncios in omnes partes dimiſerit.* Lucret. lib. 6. ✝. 298.

Hac fit idem in partes aliasque cumq; tulit vir.

Eodem lib. ✝. 1015.

Hoc fit idem cunctas in partes.

In omnes partes. Vulg. *Per omnia. Ad nullam partem.* Cicero pro M. Marcello lib. 4. Epi. 10. *Suſpicarer autem nullum intereſſe rei familiaris tuæ, te quam primùm venire, idque in omnes partes valere.* Sic lib. 13. Attic. Epiſt. 10. *Hoc nullam ad partem valet, ſcilicet.* Et lib. 11. Attic. Epiſt. 6. *Brūduſii jacere in omnes partes moleſtum.* Et in Epiſt. Vatinii ad Cicer. l. 5. Epiſt. *Me tibi in omnes partes defendendum putes.*

Partibus multis: melior, maior, doctior, levior, inferior, mobilior, &c. Infinitis partibus, multò, longè melior, duabus partibus amplis. *hoc eſt*, quod vulgò dicimus: *duplo plus*: nulla parte, nullo modo, nihil. Omnibus partibus maior. Cicero 1. Verr. cap. *Quid ſi duabus partibus doceo, te amplius frumenti abſtuliſſe, quàm populo Romano miſiſſe?* Livius lib. 1. cap. *Ibi viribus nullâ parte adjutus tantùm veterani robore exercitus Rex Romanus vicit.* Vbi tamen P. Nannius legēd. putat, *nulla arte.* Hub. Giſanius malit: *nullâ ab arte.* Cicero lib. 3. Offic. cap. *Nam ſi quod ab homine nullam partem utili utilitatis tuæ causâ detraxeris: inhumanè feceris.*

Item

Item lib.3. de fin.cap. *Non multis partibus malit ad ſeſe,* &c. Et idem lib.1. Epiſt.2. ad Lentulum: *Perſpiciebant enim in Hortenſii ſententiam multis partibus plures ituros.* Et lib. 2. de fin. cap. *Sed cùm maximas animo voluptates percipiat omnibusq; partibus majores, quàm corpore, qui decurrat non videtis. Animi enim quoq; dolores percipiet omnibus partibus majores, quā corporis.* Et l. 2. de Nat.Deor. cap. *Præſertim cùm multis partibus fuit illa perfecta, quā hæc ſimulata,* &c. Et lib.5. fin. cap.31. *Vt dicant omnium ſapientum omnibusq; virtutibus ornatorū vitam omnibus partibus plus habere ſemper boni quàm mali.* Et 3.Verr.c. *Sociū ne admittito, neue partem dato.* Vbi Pedianus: *Aliud enim,* inquit, *ſocius eſt aliud particeps. Particeps dicitur, quod certam habet partem, & non indiviſè agit, ut ſocius.* Cicer. pro Rabirio cap. *Mittere in negotium, dare partes, re augere, fide ſuſtentare.* Idem in Vatinium cap. *En pueris ne partes illo tēpore cariſſimas partim à Cæſare, partim à publicanis.* Et pro Rabir.cap. *Poſt magnas partes habuit publicanorum* (Cuiac.legit, *publicorum*) *credidit multis.* Cæſar l. 3.de bell.civili cap. *Numero multis partibus inferior.* Cælius ad Ciceronem: *Turpe tibi erit Pathiſium Curioni decem pantheras miſiſſe te non multis partibus plures.* Lucret. I.735. *Partibus egregiè multis multòque minores* Et IV. 342. *Nam multis partibus hic eſt mobilior.*

Partes. Interdum de quolibet munere. Cic.lib.2.de Orat.c. *Sed hoc tamen cecidit mihi peropportunè, quod tranſactis jam meis partibus ad Antoniū audiendum veniſtis.*

Pars. Ἀντὶ τοῦ μέρους. Pomponius Poeta vetus apud Nonium: *Partem inſipavi, concluſi, condepſui.*

Partim. Semel poſitum. Agell.3. 16. *Id cùm ego ad complures Grammaticos attuliſſem, partim eorum diſputabant, Homeri quoq; ætate, ſicuti Romuli, annum feciſſe non* XII. *menſiū ſed* X. Cicero 2.Verr.cap. *De quo homine auditum eſt numquam, quod tibi accidit, ut eius in provinciā ſtatuæ in locis publicis poſitæ partim etiam in ædibus ſacris per vim, per univerſam multitudinem dejicerentur?* Idem lib.2.Offic.cap. *Eorum autem ipſorum* (ſc. beneficiorum) *partim ejuſmodi ſunt ut ad univerſos cives pertineant partim ſingulos ut attingat.*

Partem maiorem: ex maiori parte. Pœn.1.3 ℣.4.

Partes ferre alicuius Merc.2.2.v 5

Parthaon; pater Oenei Ætoliæ Regis, Dianiræ patris. Men.5. 1 ℣.25.

Parti; ἀρχαϊκῶς. pro, *parte*; ut *colli*, pro, *colle*. Men.3.2.℣.14. Perſ. 1.2.℣ 20. Sic vett. cōmutabāt e & i, in *Mane, herè peregre.*

Parti magna; plæriſq; Ciſt. 1. 2. v. 1

Participare Truc. 4. 2. ℣. 35.

Participare ſermone. Mil. 2. 2. ℣. 108. Sic Lucret. lib. 3. *Vti dentes quoq; ſenſu participentur.*

Participare aliquem. Stich. 1. 1. ℣. 29.

Participare aliquem conſilij. Ciſt. 1. 3. ℣. 17.

Participem fieri de. Truc. 4. 2. ℣. 34.

Participes. σύμμαχοι. Pſeud. 2. 1. ℣. 14. Perſ. 1. 1. ℣. 56.

Partio; activè. Aſi. 2. 2. ℣. 5. Trucul. 1. 2. ℣. 92. Amph. 4. 5. ℣. 1. Vide Nonium.

Partitudo pro *partu.* Aul. 1. 1. ℣. 17. & 2. 3. ℣. 9.

Partum; parta bona. Truc. 2. 3. ℣. 21.

Parvi facere. Mil. 4. 8. ℣. 41. Rud. 3. 3. ℣. 55.

Parvipendere. Bacch. 3. 6. ℣. 29. Rud. 3. 2. ℣. 36. Trin. 1. 2. ℣. 65

Parviſſimus. A quibuſdam dicitur. Veger. lib. 1 cap. 40. *Ex parviſſimis finibus imperium ſuum in ſolis regionibus, & mundi ipſius fine diſtendit.* Ita in Mſſ. ſuis repperit Stevvechius: ubi vulgò, *parvos.* Varro apud Nonium in *Rictum* & Feſt. in, *Spara.* Lucret. I. 608. 614. & III. 200. Sunt qui Ciceroni in Epiſt. Attic. obtrudant *Multiſſimus.* contra vett. libb. Ennius dixit *Celeriſſimus.*

Parum eſt: nihil prodeſt, non ſuffi[…]e. Perſ. 4. 4. ℣. 11. Truc. 5. 1. ℣. 6. 8.

Parum eſſe. Truc. 4. 1. ℣. 9. Vide ibi Animadverſiones. Ea forma poteſt dici, qua, *nihili eſſe.* Capt. 4. 4. ℣. 13. Caſ. 1. 1. ℣. 31. Bacch. 5. 2. ℣. 38. Moſt. 1. 2. ℣. 76. Pœn. 1. 2. ℣. 69.

Parum multi. Vide &, *Aliquam multi.* Cicero pro Plancio c. *Sed ſi parum multi ſunt, qui nobilitatem ament, num iſta eſt noſtra culpa?* Et pro Poſth. cap. *Mihi ad defendendum Plancium parum multæ parum juſtæ neceſſitudines erant.*

Parumne eſt? Eleganter. Videturne tibi non ſatis eſſe? Terēt. Phorm. 3. 3 ℣. 13. *Haut puto, Sed parúmne eſt?*

Parum. Opponitur *Nimio.* Aliud enim eſt *Parum*, aliud *Paulū.* Varro r. r. lib. 2. cap. 4. *Furfur adjiciatur modico, ne parū aut nimium ſaturentur.* Livius l. 29. c. *Pro certo ſe habere, neq; juſſu, neq; voluntate P. Scipionis tot jam nefanda commiſſa: ſed aut Pleminio nimium, aut ſibi parum creditu.*

Parum fidem. Latinum eſt, & optimis authoribus probatum tametſi Grammaticorum, regulis videatur repugnare. Bacch. 3. 6. ℣. 41. Pſeud. 1. 3. ℣. 62. Talia ſunt; *Nihil captio.* Epid. 2. 2. ℣. 113. *Plurimū malafacta.* Epid. 1. 3. ℣. 9. & 2. 5. ℣. 4. *argentum tantum.* *Tantum benignitas.* Men. Prol. ℣. 16 Trin. 5. 2. ℣. 62. *parū miſeriā.* Ter. Eun. 1. 2. ℣. 116. Phorm. 1. 3. ℣. 27. Cicero pro M. Marcello: *Parum ne gloriam magnam relinquemus.* Seneca contr. 4. *Parum fiducia.* Apul. lib. 3. Flor. *Parū pretium.*

Ita

Ita enim ubiq; MſS. Cicer. ad Att. *Si ſatis conſilium quidam in re haberē.* Symmachius l. 1. Epiſt. 69. *Nihil negotium* dixit. Ita enim ibi vetuſtiſſimi codd. MſS. Giſan. Fuldanus, & Bertinianus; vulgò: *nihil negotii.* Auctor ad Herenn. *Vix ſatis otium ſtudio ſuppeditare poſſumus.* Ter. Eun. 1. 5. *Mihi parum habeat fidem.* Idē Phor. 5. 3. *Itane parum mihi fidem eſſe apud te.* Ovid. 5. Metam. *Fortunamq; dies habuit ſatis.* Salluſt. Orat. Marci trib. pleb. *Quia neq; gloriâ movemini neq; flagitio, cunctaq; præſenti ignaviâ mutaſtis, abundè libertatē rati quia tergis abſtinetur.* Idem Bell. Jugurt. *Dein quod parentes abundè habemus: amicorum neq; nobis neq; cuiquam ſatis fuit.*

Seneca Hercule Oetæo.——

Herculis cineres tene, Complectere eſſe, reliquiæ auxilium dabunt.

Erunt ſatis præſidia. ——

Propert.

Cum ſatis una tuis inſomnia portet ocellis.

Vna ſit & cuivis fœmina multa mala.

Caius l. 19. ff: opert. libert. *Satis tempus ad quæſtum faciendum, unde ali poſſit, habeas.* Vide, *Plus*: & *Syntaxis Inſolens,* in Mantiſſa. Et infra in littera S, *Satis teſtimonium.*

Parum rebus. Elegans dictio. hoc eſt, aliquid temporis permittite, aut date rebus tam gravibus. Cicero in Somnio Scip. cap. *Hic cum exclamaviſſet Lælius, ingemuiſſent cæteri vehementius, leniter arridens Scipio, & quæſo, inquit, vel me à ſomno excitetis, & parum rebus audite cætera.* Ita Carolus Langius ex vett. libb.

Parum praut Amph. 1. 1. ℣. 117.

Parum ſatis habeo. Trin. 4. 1. ℣. 19

Parumper. Ciſt. 4. 2. ℣. 46.

Parva dictu h. e. parva, valdè exigua. Ubi τὸ *dictu* elegantiæ cauſa videtur additum. Quintilianus: *Avidas longè fugare volucres, & arcere parva dictu animalia.* Plinius lib. 2. *Auſpicium prædictu, atq; etiā parva dictu in auguriis ſternutamenta & offenſiones pedum.*

Parvo plures. Nove dictum. Liv. lib. 20. c. *Vt parvo admodùm plures caperentur.*

Parvula. Pœn. 5. 2. ℣. 141. 145.

Parvulus alicui rei; ineptum eſſe ad aliquam rem. Germ. Zu klein dazu. Pſeud. 3. 1. ℣. 17.

Parvus; puer. Stich. 2. 1. ℣. 20.

Paſceolus: ſacculus ex aluta. φάσκωλον & φασκώλιον τοῦτ' ἐστι μαρσύπιον. Scortea. Rud 5. 2. ℣. 27. Eſt ὑποκοριστικὸν à paſceolo; ut docuit Meurſius Exer. Crit. part. 1. cap. 1. p. 228.

Paſcere; ἀρχαϊκῶς, pro *edere.* Rud. 4. 7. ℣. 12. Martial. lib. 9. Epig. 82. Inde *Paſcua,* pro cibo, aut prandio. Apul. lib. 11. Metamorph.

Paſſer marinus: eſt *Struthiocamelus,* qui ita volare ſolet, ut à terra ſe non tollat, ſed alarum paſſis velis unà currens remiget. Perſ. 2. 2. ℣. 17.

ad Suet. Cæſ. cap. 52. Athenæum lib. 5. & Scal. Auſon. Lect. l. 2. c. 14.

Parare: de belli initio. Tibull. lib. 4. ad Meſſall. *parant concurrere.* h.e. accingunt ſe ad prælium. Virgil. lib. 8. Æn. ℣. *nunc ſi bellere paras.* Et lib. 2. Aen. ℣. *Extremâ jam in morte parant defendere telis.* Et lib. 4. Aen. *arma parent.* Et lib. 9. Aen. *pugnam ſperate parati.* Ovidius: *Bella mihi video nunc bella parantur.*

Parare: comparare, acquirere, emere. Pſeud. 1. ℣. 48. Moſt. 1.1. ℣. 64. Itâ uſurpatur ababſolutè, & mirâ ſatis ratione. Livius lib. 26. cap. *Qui eorũ trans Tiberim emoti eſſent, ne ipſe poſteriore eorum uſpiam pararēt, haberētue, niſi in Vejento aut Sutrino, Nepoſinove agro.*

Parare: pro, æquiparare. Curc. 4.2. ℣ 20. *Eodem hercle vos pono & paro.*

Parare: verbum convivii. Men. 2.3. ℣. 13.

Parare: pro, velle, inſtituere, incœptare. Aſin. 1.3. ℣. 16.

Parare: facere, efficere. Mil. 3.1. ℣. 132. 138. Men. 2.3. ℣. 2.

Parare: in promtu habere. Truc. 1.1. ℣. 31.

Pararius: interventor, proxeneta. Gloſſæ μεσίτης. A parando, quia parant utrinque animos & coniunguut. Seneca l. 1. Bē. c. 23. *Quidam volunt nomina ſecū fieri, nec paratores advocari.* Et l. 3. Ben. c. 15. *Ille per tabulas pluriū nomina, interpoſitis pararius facit.* Dicebatur enim *Interceſſor* Epiſt. 120. *Nolo per interceſſorem mutueris.* Vide etiā Rœvard. l. 3. c. 1. Var.

Paraſitatio. Amph. 1.3. ℣. 23.

Paraſitica ars. Capt. 3.1. ℣. 9.

Paraſiti reges ſuos *Genios*, & *vitā* nominabant. Stich. 2.3. ℣. 47. Vide *Genius*, & *Vita.*

Paraſiti dicuntur *ſcorta.* Capt. 1. 1. ℣ 1.

Paraſitum ducere, quaſi ſcortum. Truc. 3.2. ℣. 12.

*Paraſitus primari*⁹. Mil. 3.1. ℣. 7.

Parata res: comparata eſt. Men. 1.3. ℣. 31. Stich. 4 1. ℣. 16. Perſ. 2.4. ℣. 17.

Paratè: accuratè, dedita opera. Rud. 1.3 ℣. 9.

Paratragœdiare: tragicè loqui, & magnificè. Pſeud. 2.4. ℣ 17.

Paratum eſt: promptum eſt. Bacch. 2.2. ℣. 41.

Paratus nummus: in promptu. Pſeud. 1.1. ℣. 95.

Parcè parcas. Aul. 2.4. ℣. 35.

Parce. Olim interdū idem quod, *Serva.* Sic enim Servius ad illud. Virg. l. 10. Æn. ℣. 531.

Argenti atq; auri memoras q̄ multa talenta,
Gnatis parce tuis: belli commercia Turnus
Suſtulit iſta prior.

Parcè, inquit, *eſt ſecundum antiquos, Serva: ut apud* Lucilium *& Ennium invenitur.*

Parcere: de ſumtibus dicitur. Aul. 2.8. ℣. 11. Cui opponitur ibidem, *Prodigere.*

Parcere: iunctum aliis verbis negationē inducit. *parcere proloqui.* Epid. 3.4. ℣. 32. Perſ. 2.5. ℣. 12 *Preſſare parce.* Vide Lex.

Lu-

Lucret. Dan. Parei, in *Reparcere* ubi τὸ *Re* in compoſitione verborum negat.

Parcipromi. Trucul. 1. 2. ℣. 81. Pſeud. 5. 1. ℣. 22. (℣. 23.

Parco, peperci, & parſi. Perſ. 4. 4.

Parcere: cum accuſandi caſu. Curc. 3. ℣. 10.

Virgil. Æneid. 10. ℣. 531.

— *talenta*
Gnatis parce tuis. —

Symm. lib. 1. Epiſt. 33. *Iſtius muneris operam non reparcam*.

Parcere opera. Mil. 4. 9. ℣. 3.

Parcimonia. Aul. 3. 5. ℣. 32.

Parcipromus. Pſeud. 5. 1. ℣. 22.

Parciſſimus ſenex. Aul. 3. 5. ℣. 9.

Parcus opera. Rud. 4. 2. ℣. 14.

Parens. A *pareo*, pro, *obediēs*. Sall. *Parentes* dixit, quos Græci ὑπηκόους, ſeu, ἀρχομένους. Vulgò *Subditos* vocant. Cicer. lib. 1. Offic. c. Quin etiam ob has ipſas cauſas & parentiores habuerũt exercitus & fortiores. Salluſt. Catil. cap. *Libertatem, patriam, parenteſq; armis tegere*. Et Jugurth. cap. *Deinde quod parentes abundè habem⁹, amicorum neq; nobis, neq; cuiquam hominum ſatis fuit*.

Parentes: quaſi parientes. Capt. 5. 4. ℣. 11.

Parentes ἀπηγγελκῶς dicuntur fabri. Moſt. 1. 2. ℣. 39. & ſeqq.

Parere bona; parare, acquirere. Merc. Prol. ℣. 78.

Parere ex ſe aliquid: venuſtè. Moſt. 2. 1. ℣. 70.

Parere decus. Truc. 2. 6. ℣. 36.

Parere. *Partus*. De viris. Sic Græci τίκτειν. Hom. Iliad. β. ℣. 741.

— τὸν Ἀθάνατος τέκετο Ζεύς.

Cic. de lib. 2. Tuſc. c. 8. Vbi aliquot verſus è Sophocle vertit. *Vecors Oenei partu edita*. Quintil. id obſervavit quoq; apud Tragicos: *Et*, inquit, *apud Tragicos etiam leo parit, & pater eſt*.

Parére. Idem interdum quod, *Apparere*. Sæpè hoc verbũ depravatum, & mutatum vel in, *apparet*, vel in, *patet*. vel aliter. Vide infra, *Patet*, Vlpian. l. 24. generaliter §. 13. quid ergò. D. de fide libert. *Et fortaſſis q; rectè dixerit, ordinem ſcripturæ ſequendũ: quòd ſi ordo nõ pareat aut ſortiri eos oportet*. Sic Codex Florent. nam vulg. *nõ appareat*. Virgil. lib. 10. Æn. ℣. 176.

Cui pecudum fibræ, cæli cui ſidera parent,
Et lingua volucrum, & præſagi fulminis ignes.

Sueton. Octav. c. *Et immolãti omniũ victimarũ jocinora replicata intrinſecus ab imâ fibrâ paruerunt*. Sic ibi vett. libb. vulg. *patuerunt*. Et Calig. cap. *Abũdè arbitror parére, non potuiſſe ibi naſci Caium, quo propè bimulus dentum perductus ab urbe ſit*. Sic Turneb. l. 22. c. 30. Adv. vulg. *patere*. Cic. pro Milon. c. *Quid porrò quærendũ eſt, factumne ſit? at conſtat, à quo, & paret*. Et l. 1. Tuſcul. c. *Cùm pareat igitur, æternũ id eſſe, quod ſe ipſum moneat*. Ita habẽt vett. libb. quod & Frãc. Fabricius admonuit ex l. 6. de Republ. in ſomn. Scip. *Cùm pareat igitur: æternum id eſſe, quod*

quod à ſe ipſo moveatur. Ita ibi rectè Lamb. ſed de eo loco infra *patere*. Sic in vett. formulis Actionum: *Si paret fundum*. Vide Lexicon Iuris.

parére. Cic. familiare, & lenius, quàm quod iam vulgò, *ſervire, ſatisfacere*. Græci quoque πείθειν, & δουλεύειν ita utuntur l. 10. & 11. de differentiis. Tralatio utriuſq; verbi τοῦ *parere*, & *Servire*. Sic *parere tempori, parere libidini, cupiditati, dolori*. Cic. in Vatin. cap. *Si in tanto hominis de me optimè meriti periculo, & temporibus & voluntati parere voluiſſem*. Eſt & alius uſus huius verbi apud Iuriſconſultos Veteres *parere æri alieno* l. 5. §. item requirat D. de rebus eorum quæ ſub titulo 1. quære §. inter D. Locari. ubi *parere penſionibus*. Sic, *parere ſolationi*. l. ſolvere. l. 8. Si pro mutuo. C. Si cert. per l. 18. c. de admirat. *parere reſtitutioni fructuum*. l. reſtituere. l. 5. C. de extr. Sic & Tertullianus lib. de reſurr. carnis, *parere debito*. hoc eſt, ſolvere. *Et illa beatiſſima & glorioſiſſima quæ poteſt apud Chriſtum Dominum parere debito tanto*. Hoc indicavit Cuiacius lib. 25. c. 15. Obſerv. Sic & *parere conditioni*, pro, implere. l. 24. de cond. Cicero de provin. Conſ. c. *Sed ego in hac ſententiâ dicendâ non parebo dolori meo, nec iracundiæ ſerviam*. pro Cæl. c. *poſtremò cùm paruerit voluptatibus, dederit aliquid temporis ad ludū ætati, &c.* Et lib. 3. fin. c. *Quæque ſunt vetera præcepta ſapientiū, qui iubent tempori parere, & ſequi Deū, & ſe noſcere, & nihil nimis, nihil minus re*. p. Victor. leg. putat, *parcere*: quia Græca verba φείδου χρόνῳ expreſſerit. Fortaſſe rectè Victor. eo loco Alioqui *parere tempori* eſt, quod vulgò, *ſe accommodare*. Nam & Græci ita loquuntur: καιρῷ πείθεσθαι. ſeu, πειθαρχεῖν.

paret res familiaris huic, vel illi. Vulgò dicunt, *patet nunc*. Sed *parent* quoq; dicebant olim, quamvis reclamante Stephano in Lexic. Vide infr. *patet*. Loci ſæpe ſunt depravati. Cælius apud Agell. 2. 23. *Cui fortuna & res eſt, ut continuò pareat*. Ita leg. ex v. lib. Cic. lib. Epiſt. ad Lucium plancum: C. *Altero Capitone utor familiariſſimè. nota tibi ſunt varietates meorum temporum. In omni genere & honorum & laborum meorum, & animus & opera, & authoritas & gratia, etiam res familiaris C. Capitonis præſtò fuit, & paruit, & temporibus & fortunæ meæ*. Ita rectè Cod. Med. vulgò, ut & Lamb. *patuerunt*. Cuiac. lib. 25. c. 15. ait, τὸ *paruit* non planè reiiciendum. Sueton. Octav. cap. *Omnium victimarum iocinora replicata intrinſecus ab imâ fibra paruerunt*. Ita v. l. vulg. *patuerunt*. Cic. lib. 2. de fin. c. *Satiſne ergò pudori conſulat, ſi quis ſine teſte libidini pareat*. Et philipp. 13. c. *Non igitur ſenis huic cauſæ Orbē terræ parere te*

extra

extra munitiones tuas. veſtigiũ ubi imprimas, non habere: Sic MS. Vatic. teſtibus Mureto & Faerno. Sed Lambinus malit, *patere*, & fortaſſe hîc rectius. Idem lib. 1. Offic. cap. ubi ita de re familiari: *Nec libidini potius luxuriæq; quàm liberalitati & beneficentiæ pareat*. Vbi vulg. *pateat*. contra vett. libb. Ita & lib. 3. Accuſ. Verr. cap. *Tunc quod videris, quod audieris, quod cõcupieris. quod cogitaris, niſi id ad nutum tuũ praſtò fuerit: niſi libidini tuæ, cupiditatiq; paruerit*. Lambin. malit *patuerit*.

Paria facere. Genus dicendi poſt Ciceronis ætatem, ni fallor, ortum, ad rationes pertinens. Valet enim idem quod, *Conſolidare rationes*, cum ſcilicet par accepti & expenſi eſt ratio. Nazar. Panegyr. ad Imp. Conſtantium: *Ita ambo benigna ratiocinatoris officiorum paria feciſtis: tu verò, quo ſolo valebas: ille amore* &c. Plinius Paneg. *Ille tibi imperium dedit tu illi reddidiſti. Solus ergò adhuc, qui pro numero facto paria accipiendo feciſti; immò ultrà dantem obligaſti*. Senec. lib. 2. Ben. c. 30. *Cùm quolibet paria feciſti*. Et ſæpe alibi. Vide Budæum ad l. ſemper §. conductores. ff. de iur. immunitatis.

Parientia pro Obedientia. Et *Imparientia* pro Inobediẽtia. Plerumq; ea mendosè commutata in *Patientiæ* & *Impatientiæ* vocabula. Hotmanus malit *Parentiam*, ut ſit à *Pareo*. fortaſſe non malè. Sed in vett. libb. *Parientia* ſcriptum reperitur. Quod tamen vocabulũ non tamen uſurpandum, niſi fortè in hiſtoriâ. Agell. 1. 13. *Ne ſi ſpes feſelliſſet, culpa imparientiæ, & pœna indeprecabilis ſubeunda eſſet*. Vbi vulgò, *impatientia*. contr. vett. codd. Videtur & Tacitus eo uſus, ſumto fortaſſis an, ut ſolet, ex Sall. in Agricolâ cap. 16. Quod niſi Paulinus, eo cognito provinciæ motu, properè ſubveniſſet, amiſſa Britannia foret, q̃ unius prælii fortuna parientiç reſtituit. Sic viſum viro docto. nam vulgò *patientiæ*. Impp. Theodoſ. & Valent. l. 1. C. qui pro ſua iuriſdict. iud. poſſ. *Nec præcepto cognitorem datum parientia accommodare cenſem⁹*. Caſſiodorus l. 3. Var. forn. *Atque ideò parientiã veſtrã ſæpius approbatam, nunc quoq; eodem præſente monſtrare*. Sic Cuiac. JC. ex vett. libb. reſtituit illa duo loca. Nã olim *patientiã*. Idem Caſſiod. l. 7. *Cui ſaluberrimam parientiam cõmodate*.

Pro Pariete. h. e. loco & vice parietis. Vide ſupr. *Pro Ariete*. Varr. l. 3. r. r. c. *Inter columnas exteriores pro pariete reticuli e-nerves ſunt, ut perſpici in ſilvâ poſſit*.

Parieſero: h. e. ſtabo medius inter vos. Truc. 4. 3. ỹ. 14. 48.

Parietum perfoſſor. Aſin. 3. 2. v. 17. Pſeud. 4. 2. ỹ. 23. Graue erat convitium. Juriſconſulti eoſdẽ vocant *Effractores, Vecticulares*. Cic. in Vatin. *Licet impu-*

ne per me parietes in adoleſcentia perfoderis, vicinos compilaris, matrem verberaris. Vide plura apud I. Langlæum lib. 8 cap. 3. Otii ſemeſtr.

Pariſſimus. Curc. 4. 2. ✠. 10. Agell. lib. 10. cap. 1.

Paritare: à paro. Pſeud. 1. 5. ✠. 7. Merc. 3. 4. ✠. 64.

Pariter: æqualiter, ex æquo. Aul. 2. 2. ✠. 53. Capt. 2. 2. ✠. 79.

Pariter: *pariter*. Aſin. 2. 2. ✠. 4.

Patiter hoc, atque illud. Amph. 4. 1. ✠. 11. Men. 5. 1. ✠. 52.

Pariter qualis. Rud. 3. 6. v. 37. *pariter ſuades, qualis es.*

Pariter ſimul. Curc. 1. 1. ✠. 48. & 1. 3. ✠. 31.

Pariter ut. Aul. Prol. ✠. 22.

Parmenones: ſervi. Bacch. 4. 4. ✠ 7

Paro, pro, comparo. Curc. 4. 2. ✠. 20. Sic quoq; uſurpat τὸ *traho*. Trin. 1. 2. ✠. 166.

Parochus. Latine fortaſſe *Præbitor*. Nonius à Græco ὄχημα, h. e. vehiculo: quia officii ſit parochorum præbere vehiculo Magiſtratibus. Suidas quoque à Græco παρέχεσθαι quaſi unà vehi, deducit. Sed Hor. l. 1. Satir. 5. ✠. 45. παρέχειν, h. e. præbendo: qui *Parochos* ait eſſe publicos Muliones. Varr. ſeſqui Ulyſſe: *Hic omnia enim erat, item Sacerdos, Prætor, Parochus.* Horatius d. l.

Proxima Campano ponti quæ villula, tectum
Præbuit: & Parochi quæ debēt ligna ſalemq;.

Cic. l. 13. Attic. Ep. 2. *Omninò cū Sextius noſter Parochus publicus occupavit.* Sed eius loci ſcriptura eſt controverſa.

Parra: eſt avis corniculato apice in capite, ut *Phaſianus*. Inauſpicata habebatur: quæ Sirio oriente ipſo die non apparet donec occidat. Dicta eſt ab antiquo verbo *Parreo*, pro *pareo*, h, e. appareo. Nam ſuo cātu ſæpius prætereuntes ad ſe cogit adſpicere: atq; inde ſæpius apparere dicitur. Alii appellant *Capram*. Videndus de hac ave Geſnerus in Ornithographia. & Steph. Conſtant. in Supplemento Ling. Latinæ. Aſin. 2. 1. ✠. 12.

Parricida, Parricidium. De quolibet gravi ſcelere interdum videtur dici. Cic. l. 2. de leg. c. *Sacrum cōmendatū qui clepſerit, rapſeritq; parricida eſto.* Et l. 4. de fin. c. *Qui arbitrabantur homines ſceleribus & parricidiis inquinatos nihilo miſeriores eſſe.* Et ult. Verr. c. *Facinus eſt vincire civē Romanā, ſcelus verberare, prope parricidium necare. qd dicā, in crucē tollere?*

Parricidalis. & non, *Parricidialis*, dicendū Juſtin. Epic. Trogi l. 37. c. *Quinq; parricidales veneno necat.* Ita in antiqq. libb. ſcriptū. Et l. 39. c. *Inter has regni Syria parricidales diſcordias moritur Rex Aegypti.* Ita ibi libb. Mſſ.

Parricidatus, ûs. Vide & *Indicat⁹* & *Oratus*. Cælius eo uſus, qui probis inuſitatis videtur delectatus. Ut videre eſt toto l. 8. Ep. Cic. Quintil. l. 1. c. 11. *Neq; enim tuburcinabundum jam in nobis quiſpiā ferat, nec parricidatum, quod in Cælio vix tolerabile tibi videtur.*

Pars: de portione prædii accipitur quandoq;. Men.3 2.℣. 14.
Pars: pro, *ſors* μοῖρα. Rud.1.3 ℣.6. *pars præcipua*.
Pars eſt tibi; participas, &c. Trin. 4.3.℣.59.
Pars maxima homines. Notanda ſyntaxis. Capt.2.1.℣.36.
Pars; iunctum plurali. Moſt.1.2. ℣.34. *Magna pars moram ſibi induxerunt*. & Trin.1.1.℣.13.
Pars mea; quod me attinet; eleganti formâ. *Ego meam partē tacere poſſum*. Mil.3.1.℣.50. Aſin.3.1.℣.14.
Pars faciunt. Trin 1.1.℣.13.
Pars habent. Curc 4.3.℣.16.
Pars ſcitis. Truc.1.2.℣.13.
Parſeris; peperceris. Pœn.5.2.v.13
Parſi ſedulò. Trin.2.2 ℣.25.
Parſimonia. pro bonis ipſis cōparſis, & parſimonia quæſitis. Truc. *Arg*.℣.6. & 2.2.℣.55. Sic Apuleius *frugalitatē* uſurpat p̄ frugibus & habētia totâ: *omni frugalitate conſumta*.
Parſimonia duritiaq;. Truc.℣.55.
Parſimoniam adhibere. Moſt.1.3. ℣.79.
Parſis; peperceris. Bacch.4.8. ℣.69.
Parſit. Capt Prol.℣.32. Curc.3. ℣.10. Bacch.4.9.℣.73.
Parſo; pepercero. Mil.4.9.℣.3.
Partem meam; portionem meā, vices meas. *Aſinar*.3.1.℣.14. Mil.3.1.℣ 50.
Partem aliquam; aliquâ ex parte. Pſeud.5.2.℣. 23.
Magnam partem; *Majorem partem*, *Maximam partem*: ita ſunt affecti: ita vivunt, ita agunt: hoc eſt, *magnâ ex parte*. Hæc phraſis Politicis tantum nota, inducta ferè in libris editis. contra vett. libb. fidē. Cicero in Orat. poſt red. ad Quir. cap. *Nam conjugis miſerâ ſqualor & luctus, atque optima filiæ mœror aſſiduus, filiiq; parvi deſiderium mei, lachrymaque pueriles, aut itineribus neceſſariis, aut magnā partem tectis, & tenebris continebātur*. Sic ibi rectè v. cod. Idem lib.4. Tuſcul. cap. *Quia Chryſippus & Stoici, cùm de animi perturbationibus diſputant, magnam partem in his partiendis & definiendis occupati ſunt*. Agellius 12.1. *Magnam ferè partem non naturalis ille eſt amor, ſcilicet civilis & opinabilis*. Et te Oratore: *Magnam enim partem ex jambis noſtra conſtat oratio*. Et in Lucullo cap. *Majorem autem partem mihi quidem omnes iſti videntur nimis etiam quædam affirmare*.
Parte magnâ, parvâ, aliquâ, tertiâ & quarta, dicitur: pro *ex magnâ parte*, &c. Cicero in Læl. cap. *Eſt igitur prudentis ſuſtinere ut curſum, ſic impetum benevolentiæ, quo utamur, quaſi equis tentatis, ſic amicitiis, aliquâ parte periclitatis moribus amicorum*. Idem lib. de Offic. cap. *Magnâ autem parte clementi caſtigatione licet uti*. Et lib.2. Her.cap. *Ergo is, qui ſcriptum defendit his locis plerumque omnibus, maiore autē*

 parte

Digitized by Google

parte ſemper poterit uti. Vbi Lāb. invitis libb. repoſuit. *maiorem autem partem* Vlp. l. 2. l. 20. de Teſtam. §. ult. *Servus publicus priore parte dimidiâ Teſtamenti faciendi jus habet.* Lucret de Anaxag. l. 1. ✠. 842

Nec tamen eſſe ullâ parte idem in rebus inane
Concedit, neq; corporibus finem eſſe ſecandis.

Pro ſuâ parte: Ex ſuâ parte. Plato ſæpe τὸ σὺ ἑαυτῷ μέρ☉ multis in locis. Varro apud Nonium; de L. Mæniâ. *Si qui patriam majorem parentem exſtinguit, in eo eſt culpa: quod facit pro ſuâ parte is, qui, ſi eunuchat, aut aliquà liberos non obducit.* Catullus ad Coloniam ✠. 18.

Nec ſe ſublevat ex ſuâ parte.

In partem: In bonam partem: In aliam partem, in neutram partem? In utramq; partem? In optimam partem. Plautus Moſt. 1. 1. ✠. 29. *Quo nemo adaequè ex omni Atticâ antehac eſt partus habitus, nec magis continens is nunc in aliam partem palmam poſſidet.* Cicero lib. 2. Offic. cap. *Quamquam fortuitò ſunt, tamen ſine hominum opibus & ſtudiis, neutram in partem effici poſſunt.* Et ibid. *Quæ quidem in utraq; parte excelſo animo magnoq; deſpiciunt.* Ibid. *Facillimè autem & in optimam partem cognoſcuntur adoleſcentes.*

In omnes partes; In aliquas partes, in alias p. Cæſar lib. 4. bell. Gall. *Interim Barbari nuncios in omnes partes dimiſerit.* Lucret. lib. 6. ✠. 198.

Hac fit idem in partes aliasq; quocumq; tulit vir.

Eodem lib. ✠. 1015.

Hoc fit idem cunctas in partes.

In omnes partes. Vulg. *Per omnia.* *Ad nullam partem.* Cicero pro M. Marcello lib. 4. Epi. 10. *Suſpicarer autem nullum intereſſe rei familiaris tuæ, te quam primùm venire, idque in omnes partes valere.* Sic lib. 13. Attic. Epiſt. 10. *Hoc nullam ad partem valet, ſcilicet.* Et lib. 11. Attic. Epiſt. 6. *Brūduſii jacere in omnes partes moleſtum.* Et in Epiſt. Vatinii ad Cicer. l. 5. Epiſt. *Me tibi in omnes partes defendendum putes.*

Partibus multis: melior, maior, doctior, levior, inferior, mobilior, &c. Infinitis partibus, multò, longè melior, duabus partibus amplis. *hoc eſt*, quod vulgò dicimus: *duplo plus*: nulla parte, nullo modo, nihil. Omnibus partibus maior. Cicero 1. Verr. cap. *Quid ſi duabus partibus doceo, te amplius frumenti abſtuliſſe, quàm populo Romano miſiſſe?* Livius lib. 1. cap. *Ibi viribus nullâ parte adjutus tantùm veterani robore exercitus Rex Romanus vicit.* Vbi tamen P. Nannius legēd. putat, *nulla arte.* Hub. Giſanius malit: *nullâ ab arte.* Cicero lib. 3. Offic. cap. *Nam ſi quod ab homine nullam partem utili utilitatis tuæ causâ detraxeris: inhumanè feceris.* Item

Item lib. 3. de fin. cap. *Non multis partibus malit ad ſeſe*, &c. Et idem lib. 1. Epiſt. 2. ad Lentulum: *Perſpiciebant enim in Hortenſii ſententiam multis partibus plures ituros.* Et lib. 2. de fin. cap. *Sed cùm maximas animo voluptates percipiat omnibꝰ q́; partibus majores, quàm corpore, qui decurrat non videtis. Animi enim quoq; dolores percipiet omnibus partibus majores, quã corporis.* Et l. 2. de Nat. Deor. cap. *Præſertim cùm multis partibus fuit illa perfecta, quã hæc ſimulata*, &c. Et lib. 5. fin. cap. 31. *Ut dicant omnium ſapientum omnibusq; virtutibus ornatorũ vitam omnibus partibus plus habere ſemper boni quàm mali.* Et 3. Verr. c. *Sociũ ne admittito, neue partem dato.* Ubi Pedianus: *Aliud enim*, inquit, *ſocius eſt, aliud particeps. Particeps dicitur, quod certam habet partem, & non indiviſè agit, ut ſocius.* Cicer. pro Rabirio cap. *Mittere in negotium, dare partes, re augere, fide ſuſtentare.* Idem in Vatinium cap. *En pueris ne partes illo tẽpore cariſſimas partim à Cæſare, partim à publicanis.* Et pro Rabir. cap. *Poſt magnas partes habuit publicanorum* (Cuiac. legit, *publicorum*) *credidit multis.* Cæſar l. 3. de bell. civili cap. *Numero multis partibus inferior.* Cælius ad Ciceronem: *Turpe tibi erit Pathiſium Curioni decem pantheras miſiſſe te non multis partibus plures.* Lucret. I. 735. *Partibus egregiè multis multòque minores* Et IV. 342. *Nam multis partibus hic eſt mobilior.*

Partes. Interdum de quolibet munere. Cic. lib. 2. de Orat. c. *Sed hoc tamen cecidit mihi peropportunè, quod tranſactis jam meis partibus ad Antoniũ audiendum veniſtis.*

Pars. Ἀντὶ τῆ αἰδοῖα. Pomponius Poeta vetus apud Nonium: *Partem inſipavi, concluſi, condepſui.*

Partim. Semel poſitum. Agell. 3. 16. *Id cùm ego ad complures Grammaticos attuliſſem, partim eorum diſputabant, Homeri quoq; ætate, ſicuti Romuli, annum feciſſe non* XII. *menſiũ ſed* X. Cicero 2. Verr. cap. *De quo homine auditum eſt numquam quod tib accidit, ut eius in provinciá ſtatuæ in locis publicis poſitæ partim etiam in ædibus ſacris per vim, per univerſam multitudinem dejicerentur?* Idem lib. 2. Offic. cap. *Eorum autem ipſorum* (ſc. beneficiorum) *partim ejuſmodi ſunt ut ad univerſos cives pertineant partim ſingulos ut attingat.*

Partem maiorem: ex maiori parte. Pœn. 1. 3 ℣. 4.

Partes ferre alicuius Merc. 2. 2. ℣ 5

Parthaon; pater Oenei Ætoliæ Regis, Dianiræ patris. Men. 5. 1 ℣. 45.

Parti; ἀρχαϊκῶς, pro, *parte*; ut *colli*, pro, *colle* Men. 3. 2. ℣. 14. Perſ. 1. 2. ℣ 20. Sic vett. cõmutabãt e & i, in *Mane herè peregre.*

Parti magna; plæriſq; Ciſt. 1. 2. v. 1
Participare Truc. 4. 2. ℣. 35.
Participare ſermone. Mil. 2. 2. ℣. 108. Sic Lucret. lib. 3. *Vti dentes quoq; ſenſu participentur.*
Participare aliquem. Stich. 1. 1. ℣. 29.
Participare aliquem conſilij. Ciſt. 1. 3. ℣. 17.
Participem fieri de. Truc. 4. 2. ℣. 34.
Participes. σύμμαχοι. Pſeud. 2. 1. ℣. 14. Perſ. 1. 1. ℣. 56.
Partio; activè. Aſi. 2. 2. ℣. 5. Trucul. 1. 2. ℣. 92. *Amph.* 4. 5. ℣. 1. Vide Nonium.
Partitudo pro *partu.* *Aul.* 1. 1. ℣. 17. & 2. 3. ℣. 9.
Partum; parta bona. Truc. 2. 3. ℣. 21.
Parvi facere. Mil. 4. 8. ℣. 41. Rud. 3. 3. ℣. 55.
Parvipendere. Bacch. 3. 6. ℣. 29. Rud. 3. 2. ℣. 36. Trin. 1. 2. ℣. 65
Parviſſimus. A quibuſdam dicitur. Veger. lib. 1. cap. 40. *Ex parviſſimis finibus imperium ſuum in ſolis regionibus, & mundi ipſius fine diſtendit.* Ita in Mſſ. ſuis repperit Stevvechius: ubi vulgò *parvos.* Varro apud Nonium in *Rictum* & Feſt. in, *Spara.* Lucret. I. 608. 614. & III. 200. Sunt qui Ciceroni in Epiſt. Attic. obtrudant *Multiſſimus.* contra vett. libb. Ennius dixit *Celeriſſimus.*
Parum eſt: nihil prodeſt, non ſufficit. Perſ. 4. 4. ℣. 11. Truc. 5. 1. ℣. 6. 18.
Parum eſſe. Truc. 4. 1. ℣. 9. Vide ibi Animadverſiones. Ea forma poteſt dici, qua, *nihili eſſe.* Capt. 4. 4. ℣. 13. Caſ. 1. 1. ℣. 31. Bacch. 5. 2. ℣. 38. Moſt. 1. 2. ℣. 76. Pœn. 1. 2. ℣. 69.
Parum multi. Vide &, *Aliquam multi.* Cicero pro Plancio c. *Sed ſi parum multi ſunt, qui nobilitatem ament, num iſta eſt noſtra culpa?* Et pro Poſth. cap. *Mihi ad defendendum Plancium parum multa parum juſta neceſſitudines erant.*
Parumne eſt? Eleganter. Videturne tibi non ſatis eſſe? Terēt. Phorm. 3. 3. ℣. 13. *Haut puto, Sed parúmne eſt?*
Parum. Opponitur *Nimio.* *Aliud* enim eſt *Parum*, aliud *Paulū*, Varro r. r. lib. 2. cap. 4. *Furfur adjiciatur modico, ne parū aut nimium ſaturentur.* Livius l. 29. c. *Pro certo ſe habere, neq; juſſu, neq; voluntate P. Scipionis tot jam nefanda commiſſa: ſed aut Plemimio nimium, aut ſibi parum creditu.*
Parum fidem. Latinum eſt, & optimis authoribus probatum tametſi Grammaticorum regulis videatur repugnare. Bacch. 3. 6. ℣. 41. Pſeud. 1. 3. ℣. 62. Talia ſunt; *Nihil captio.* Epid. 2. 2. ℣. 13. *Plurimū malafacta.* Epid. 3. 3. ℣. 9. & 2. 5. ℣. 4. *argentum tantum.* *Tantum benignitas.* Men. Prol. ℣. 16 Trin. 5. 2. ℣. 62. *parū miſeriā.* Ter. Eun. 1. 2. ℣. 116. Phorm. 1. 3. ℣. 27. Cicero pro M. Marcello: *Parum ne gloriam magnam relinquemus.* Seneca contr. 4. *Parum fiducia.* Apul. lib. 3. Flor. *Parū pretium.*

Ita enim ubiq; MSſ. Cicer. ad Att. *Si ſatis conſilium quadam in re haberē.* Symmachius l. 1. Epiſt. 69. *Nihil negotium* dixit. Ita enim ibi vetuſtiſſimi codd. MSſ. Giſan. Fuldanus, & Bertinianus: vulgò: *nihil negotii.* Auctor ad Herenn. *Vix ſatis otium ſtudio ſuppeditare poſſumus.* Ter. Eun. 1. 5. *Mihi parum habeat fidem.* Idē Phor. 5. 3. *Itane parum mihi fidem eſſe apud te.* Ovid. 3. Metam. *Fortunamq; dies habuit ſatis.* Salluſt. Orat. Marci Trib. pleb. *Quia neq; gloriâ movemini neq; flagitio, cunctaq; praſenti ignaviâ mutaſtis, abundè libertati rati quia tergis abſtinetur.* Idem Bell. Jugurt. *Dein quod parentes abundè habemus: amicorum neq; nobis neq; cuiquam ſatis fuit.*

Seneca Hercule Oetæo.——

Herculis cineres tene, Complectere eſſe, reliquia auxilium dabunt.

Erunt ſatis praſidia. ——

Propert.

Cum ſatis una tuis inſomnia portet ocellis.

Vna ſit & cuivis femina multa mala.

Caius l. 19. ff: opert. libert. *Satis tempus ad quaſtum faciendum, unde ali poſſit, habeas.* Vide, *Plus*: & *Syntaxis* In*ſolens*, in Mantiſſa. Et infra in littera S. *Satis teſtimonium.*

Parum rebus. Elegans dictio. hoc eſt, aliquid temporis permittite, aut date rebus tam gravibus. Cicero in Somnio Scip. cap. *Hic cum exclamaviſſet Lalius, ingemuiſſent cateri vehementius, leniter arridens Scipio, & quaſo, inquit, vel me à ſomno excitetis, & parum rebus audite catera.* Ita Carolus Langius ex vett. libb.

Parum praut Amph. 1. 1. ℣. 117.

Parum ſatis habeo. Trin. 4. 1. ℣. 19

Parumper. Ciſt. 4. 2. ℣. 46.

Parva dictu h. e. parva, valdè exigua. Ubi τὸ *dictu* elegantiæ cauſa videtur additum. Quintilianus: *Avidas longè fugare volucres, & arcere parva dictu animalia.* Plinius lib. 2. *Auſpicium pradictu, atq; etiā parva dictu: in auguriis ſternutamenta & offenſiones pedum.*

Parvo plures Nove dictum. Liv. lib. 10. c. *Vt parvo admodùm plures caperentur.*

Parvula. Pœn. 5. 2. ℣. 141. 145.

Parvulus alicui rei; ineptum eſſe ad aliquam rem. Germ. Zu klein dazu. Pſeud. 3. 1. ℣. 17.

Parvus; puer. Stich. 2. 1. ℣. 20.

Paſceolus: ſacculus ex aluta. φάσκωλον & φασκώλιον τοῦτ' ἐστὶ μαρσύπιον. Scortea. Rud 5. 2. ℣. 27. Eſt ὑποκοριστικόν. à *Paſceolo*, ut docuit Meurſius Exer. Crit. part. 1. cap. 1. p. 228.

Paſcere; ἀρχαϊκῶς, pro *edere*. Rud. 4. 7. ℣. 11. Martial. lib. 9. Epig. 82. Inde *Paſcua*, pro cibo, aut prandio. Apul. lib. 11. Metamorph.

Paſſer marinus: eſt *Struthiocamelus*, qui ita volare ſolet, ut à terra ſe non tollat, ſed alarum paſſis velis unà currens remiget. Perſ. 1. 2. ℣. 17.

 Vide

nec hi patrem habere intelligantur: cùm & his pater incertus ſit, unde ſolent Spurij appellari.

Paterfamiliâs aliquis: pro ſimplice aliquo, vulgari, & plebeio homine. Vt & nos dicimus: Ein einfeltiger vnnd gemeiner Bürger. Videtur & opponi vel diſtingui à Milite: ut poſtea, *Paganus*. Cicero lib. 1. de Oratore cap. 29. *Id enim eſt maximè vitandum, & de hoc uno minimè eſt facilè præcipere. non mihi modò. qui ſicut unus paterfamiliâs, his de rebus loquor. ſed etiam ipſi illi Roſcio.* Et paulò poſt cap. 34. *Effudi vobis omnia, quæ ſentiebam: quæ fortaſſe quemcumq; patrem familiâs arripuiſſetis ex aliquo circulo, eadem vobis percunctantibus reſpondiſſet.* Cæſar lib. 2. de bell. civil. in fine. *Quibus rebus accidit, ut pauci milites, patreſque familiâs, qui aut gratiâ aut miſericordiâ valerent, aut naves ad mare poſſunt, recepti in Siciliam incolumes pervenerunt*

Paterfamilia, Materfamilia. Sic interdum Veteres loquuntur. Vulgò hodie ſemper, *Paterfamiliâs*. Cicero lib. 3. Philipp. cap. 12. *Diripiuntur villæ: matresfamiliæ* (ita vet. lib.) *virgines, pueri ingenui abripiuntur.*

Pater. In blanditiis de ſene. Ger. Altvatter. Perſ. 3.1. ℣.8 16.17. 21.26.69. & 4.9. ℣.2. Rud. 1. 2. ℣.15. & 4.8. ℣.2. Trin. 4.2. ℣.36. Moſt. 4.2. ℣.36.

Patera aurea. Amph. 1.1. ℣ 103. 263. & 2.2. ℣.128.

Patére: pro perſpicuum, planum fieri, apparere, Sed *Parere* & *Paret*, videtur magis uſitatum de quo ſupr. Meſſala apud A. gell. 13 14. *Prætor etſi Collega Conſulis eſt, neq; Prætorem neq; Conſulem jure rogare poteſt: ut quidem nos à ſuperioribus accepimus, aut ante hac tempora ſervatum eſt, & ut in Commentario tertio decimo C. Tuditani patet: quia imperium minus Prætor, maius habet Conſul.* Cicero lib. 2. de Conſulatu ſuo. Vt & lib. 1. de Divin. c. 11.

At clades patriæ flammâ ferroq; parata,
Vocibus Allobrogum patribus populoq; patebat.

Et pro Sulla cap. *Quare iſta coniuratio, ſi patefacta per me eſt tam patet Hortenſio. quàm mihi.* Et lib. 6. de Republ. in Somn. Scip. in fine: *Cùm pateat igitur æternum id eſſe, quod à ſe ipſo moneatur.* Sed ibi Lamb. ſubſtituit *pareat*. rectè quidem, ſi ex vet. lib. alioquin nihil mutandum temere.

Pateſcere. Poeticum verbum. Sed tamen habet, ait Cicero, in Oratione Poeticum aliquod verbum dignitatem. Philipp. 14. cap. *Quàres patres conſcripti.* Vulg. *patefecit*. Sed altero uſus quoque Livius.

Patet domus illi, & *clauſa eſt*. Sèd & paret. Vide ſupra *Paret*. Cicero pro Quintio c. 30. *Non habere domum clauſam pudori & ſanctimoniæ patentem, atq;*

adeò expoſitam cupiditati & voluptatibus. Cic. lib. 2. Offic. cap. *Eſt enim, ut mihi quidem videtur, valdè decorum patere domos hominum illuſtrum hoſpitibus illuſtribus*. Et 14. Phil. cap. *Meam domum, meaſq; aures, dies & noctes omnium præceptis monitiſq; patuiſſe*.

Patere. Verbum uſitatum in rationibus, & ſupputationibus, in tabulis accepti & expenſi. Cicero pro Roſcio Comœdo cap. *Non habere ſe hoc nomen in codice accepti & expenſi relatum confitetur, ſed in adverſariis patere contendit*. Catullus ad Verannium & Fabull. *Et quidam in tabulis patet lucelli expenſum?* Cicero Philipp. 2. cap. *Ubi eſt ſepties millies ſeſtertiûm, quod patet in tabulis, quæ ſunt ad Opis?*

Pati; obſcœno ſenſu, de maſculis. Capt. 4. 2. ℣. 87.

pati: παθητικῶς. Moſt. 1. 1. ℣. 46.

Pati malum. Moſt. 2. 1. ℣. 67. *Ne quid patiatur*. Aſin. 2. 2. ℣. 58. *Fortiter malum qui patitur, idem poſt patitur bonum* Terent. Phorm. 3. 1. ℣. 5. *ne quid pateretur mali*.

Patibulatus: eſt, qui patibulum ſeu furcam fert. Moſt. 1. 1. ℣. 53.

Patibulum: pro cruce. Plautus Mil. 2. 4. ℣. 7. *tibi eſt eundum actutùm extra portam, diſpeſſis manibus patibulum cùm habebas*. Seneca de Conſol. ad Marciam cap. *Alij capite converſos in terram ſuſpendere, alij per obſcena ſtipitem egerunt, alij brachia patibulo explicuerunt*. Spartianus in vitâ Celſi Tyranni: *Et novo iniuriæ genere imago in crucem ſublata, perſultante vulgò quaſi patibulo ipſe Celſus videretur affixus*. Macrobius lib. 1. Saturn. c. 11. *Iſq; (dies) Inſtauratitius dictus eſt, non à patibulo, ut quidam putant, Græco nomine ἀπὸ τοῦ σταυροῦ, ſed à redintegratione*.

Patientia. Idem ferè quod, *Duritia*, Græco καρτερίας verbo reſpondet. Cic. 2. Verr. cap. *Iam verbo hominum ipſorum* (Siculorum) *Iudices, ea patientiâ, virtus, frugalitaſq; eſt, ut proximè ad noſtrã diſciplinam illam veterem &c. videatur accedere*. Corn. Nepos in Alcibiad. *Fuiſſe eum apud Lacedæmonios, quorum moribus ſumma virtus in patientiâ ponebatur, ſic duritiæ ſe dediſſe, ut parſimonia, victus, atq; cultus, omnes Lacedæmonios vinceret*.

Patina. Pſeud. 3. 2. ℣. 44. culina. Moſt. 1. 1. ℣. 2.

Patinarius piſcis: eſt, qui non aſſatur, nec elixatur, ſed in patina cum iure apponitur. Aſin. 1. 3 ℣. 28.

Patinariæ ſtruices. Men. 1. 1. ℣. 26. Vide *Struices*.

patinas eluere. Capt. 4. 2. ℣. 66.

patiunda: paſſiuè. Amph. 3. 2. ℣. 64. Moſt. 1. 1. ℣. 46.

patiundum eſt. Trin. 2. 2. ℣. 97. Caſ. 2. 6. ℣. 57.

patrare: eſt, conſummare. *patratio* rei Venereæ conſummatio. *patres*, quod patratione peracta filios procreaſſent: teſte

teſte Iſidoro, & Cornuto ad illud Perſij: *patranti fractus ocello.* Gloſſæ. Patrat, μεσᾶται. Aſin.1.1.℣.101. Pœn.5.2.℣.14. *Incipere multò eſt quàm patrare facilius.* Ibi nonnulli libri legunt, *impetrare*: quod eſt Caſin.2.3.℣.51. Vide Animadverſ. noſtras.

patres conventitij: qui ſint, vide litt. C. Ciſt.1.1.℣.41.

Patria carcer: per appoſitionem. Pſeud.4.7 ℣.76.

Patria res: *patria bona*. Vulgò ferè *paterna*. Plautus Bacch.4.9.℣.23. *qui erit exitium rei patriæ ſuæ.* Cic.1. Accuſ. Verr.c. *Malleolus à me productus, & mater eius atq; avia, quæ miſere flentes curſum à te puerū patriis bonis eſſe dixerunt.* Sic ibi leg. vulgò, *parcis*. Et 2. Accuſ. Verr.c. *Nulla res tam patria cuiusquam atq; avita fuit, quæ non ab eo imperio eius abdicaretur.* Et eod. lib. ſæpe Ut: *bona patria fortunaſq; eius Biduris tradidit*. &c. *qui ab iſto homine crudeliſſimo & patre innocentiſſimo pecuniaq; patria privatus eſt.* Idem de Senect. cap. & de Provinc. Conſ. cap. *Annon Gracchus patrem dico, cuius utinam filij ne degeneraſſent à gravitate patriâ.*

patria terra herilis. Stich 5 2.℣ 2.

Patriam rem fœdare. Trinum. 3. 2.℣ 30.

Patricè: patritiorum in morem ſplendide, *patritiè*. Caſ.3.6.℣.4. Vide Animadverſ.

Patriſſare. Moſt.3.1.℣.108.

Patricida. Pſeud.1.3.℣.127.

Patrita ancilla. quę à patre data eſt. Mil.3.1.℣.100. Vide ibi Animadverſ. noſtras.

Patritè avitèq;. Caſin.3.6.℣.4. Vide animadverſ. noſtras.

patrona Venus. Rud.1.5.℣.14.

patronus: generaliter uſurpatur pro fautore quovis. Curc.4.2.℣.38. Aſin.3.3.℣.31. & 4.1.℣.12. Rud.4.8.℣ 2.16.

patronus de eo, qui alium manumittit, & ſuo præſidio defendit. Moſtell.1.3.℣.11. & 3.2.℣.59.

Patronus. Ita ſervi heros appellabant, à quibus forte ſervati. Men.5.7.℣.42.

patronus & precator. Pſeud.2.2.℣.12.

patruelis. Pœn.5.2.℣.109.

patruiſſime patrue. Pœnol.5.4.℣.24.

patulus bos. Vide ſupr. litt. B.

pauciloquium. Merc. Prolog.℣.31.34.

Paucu: conciſè dixit Plaut. pro. *propter pauca.* Bacch.4.2.℣.7. Terent. *Paucis te volo,*

paucu plura proloqui. Men.2.1.℣.27.

paucis rem attigit. Trucul.4.4.℣.10.

pauculis diebus. Truc.2.8.℣.13.

pavere: timere. Curcul.2.1.℣.10. Ciſtell.2.1.℣.58. & 4.2.℣.20. Pſeud.1.1.℣.101.

paulianus Dicunt veteres, à *Paulo*: non, *paulinus*: ut vulgò nūc loquuntur. Valer. Max. lib. 8. cap. 11. ubi de Pauli Aemylij victoriâ: *Itaq; illi incluta pauliana victoria liberales artes Galli aditū dederunt.* Sic Iuris con-

conſulteis dicta eſt *Actio pauliana*, à paulo Prætore, ut, *Serviana*, à *Servio*. Sic Imp. in Præfat, Pandect. omnem §. 5. *Sed quia ſolitum eſt: multò majoris & amplioris prudentiæ ex eis theſaurum conſecutura, quàm quem ex Paulianis habebant reſponſis*.

Pauliſper: aliquo tẽpore. Pſeud. 1.1.℣.36. Bacch.3.3.℣.12.

pauliſper, dum. Amph.2.2.℣.65.

paulula pecunia paciſci Bacch. 4. 8.℣.24. A *paulus*, quod eſt *parvus*. Titinius Setina: *Cocus magnum ahenum, quando fervet, paulâ confutat truâ*. Martialis lib.5. Epigr.34. *Paulula ne nigras horreſcat Erotion umbras*. Sic illum locum correxit doctiſſimus Scriverius. Idem Martial. Apophoret. 195. *Mula paula*.

paululum. Pœn.3.6.℣.7. *præda paululum feci*.

paululus. Verbum rarius: pro exiguo. Terent. Adelph.5.2.℣. 4. *Eſt alius quidam paraſitaſter paululus*. Sic in antiquiſ. libb. ubi vulg. *parvulus*. Livius lib.35.cap. *Nihil primo adſpectu contemptius, equi, hominesq; paululi & graciles, diſcincti & inermis eques, præterquam quod jacula ſecum portat*.

paulum, *paululũ*. Curc.1.2 ℣.31.

Pavire. Eſt tundere, & pulſare terram, ut eo æquetur, & cõdenſetur. Ex eo, *pavimentũ*, & *pavicula*, Inſtrumentum. Cic. de Divin. c. *Sed quia cùm paſcuntur, neceſſe eſt aliquid ex ore cadere, & terram pavire. terripavium primò, poſt terripudium dictum eſt*. Varro r.r. lib.3.c.51. de Area: *Hanc eſſe modicam & ſolita terrâ pavitam*. Vtitur & Cato c.18. *De teſtâ aridâ pavimentum ſtruito ubi ſtructum eſt, pavito, fricatoq; oleo perungito, uti pavimentum bonũ ſiet*. Et Colum. lib.1.c.6. Cato c.129. *Vbi bene comminuta terra fuerit, & amurcam combiberit, cylindro aut paviculâ coæquato*. Vtitur *pavicula* verbo ſæpè Colum. ut lib.1.cap.6. lib.2.c.20. *tum area æquata paviculis*.

pavimentum. Quod Græcè ἔδαφος eſt, notæ ſignificationis. Iuvenal. Sat. 14. *Verre pavimentum*. Vnde *pavimentata porticus* apud Cicer: pro domo c. Interdum de eo tãtum quod *Teſſellatum* λιθόστρωτον, de quo infr. *Teſſella*. Interdum de qualiber terrâ paviculâ cõverſatâ & coagmentata. Ita eo videtur uſus Author Comment. de bello Alexandrino: *Nam incendio fere tuta eſt Alexandria, quod ſine contignatione ac materiâ ſunt ædificia, & ſtructuris atque fornicibus continentur, tectaque ſunt rudere aut pavimentis*. Et Cæſar lib.3. bell.civil.cap. *Item Trallibus in templo Victoriæ, ubi Cæſari ſtatuam conſecraverant, palma per eos dies intecto, inter coagmenta lapidũ, ex pavimẽto exſtitiſſe oſtẽdebatur*.

Pauper: pauperior. *Iſthoc pauper*. Truc.2.4.℣.22.

pau-

pauper mulier, res, Vide Fragm. Vidul. & inter amiſſa.

paupera. Plaut. Fragm. apud Serv. 12 Aen. pag. 690. Fortaſſis ſic leg. Aul. 2.1. ỷ.52. & Terent. Andr. 4.5. ỷ.3. Nam ſic ibi multi libb. MſT. Uſus quoque eſt Irenæus lib. 4. cap. *Vidua illa & paupera.*

pauperculi. Pœn. 3.1. ỷ.33.

paupercula res. Vide lit. *R.*

pauperare aliquem: damnum inferre. Mil. 3.1. ỷ.133. Pſeud. 4.7. ỷ.27.

pauperes res Rud. 1.5. ỷ.24. Virgil. *pauperis & tuguri.* Idem; *pauperq; domus.*

pauperies. Truc. 2.7. ỷ.20. *In pauperiem impulit.*

paupertatem tolerare. Rud. 4.2. ỷ.14.

paupertinus. Vocabulum hoc ſæpè in *pauperrimus* mutuũ. Vtuntur eo poſteriores ſeri. Cic. enim, aliique politiores & antiquiores eo nõ ſunt uſi, ni fallor. Trypon. IC. in l. 19. de hær. §. 1. in fin. D. de caſtr. pecul. *perinde ac ſi paupertinus facto teſtamẽto deceſſiſſet, ignorans ſe locupletatum per ſe nos alio loco agentes.* Vulg *pauperrimus.* Agell. 20.1. *Quod in jus vocato paupertino homini vel inopi.* Sic leg. vulg. *pauperrimo.* Paul. Diac. de geſtis Longob. cap. 5. *Mandans ut paupertina pannoniæ rura deſicerẽt.* vulg. *pauperrima.*

pauſa: finis, quies, παῦλα, παῦσις. Perſ. 5.2. ỷ.37. Rud. 4.6. ỷ.1. Trin. 1.2. ỷ.150. *pauſare.*

pauſam facere. Pœn. 2.1. ỷ.13.

pauſillum. Rud. 3.4. ỷ.24.

paxillares. in obſcœnis. Pœn. 3.1. ỷ.62.

pauxillatim. Epi. 2.2. ỷ.63. Rud. 4.2. ỷ.24.

pauxillula fames. Stich. 2.1. ỷ.9.

pauxilluli piſces. Rud. 4.3. ỷ.58.

pauxillulum. Bacchid. 4.7. ỷ.35. Pœn. 3.1. ỷ.35. Truc. 5.1. ỷ.50.

pauxillulum differt. Trucul. 3.2. ỷ.18.

pauxillulum poculum. Stich. 2.1. ỷ.115.

pauxillum. Moſt. 4.1 ỷ.8. Ambigue. Vide locum.

pauxillulus. Merc. 1.2. ỷ.81.

pauxillus amor. Truc. 5.1. ỷ.21.

pauxillulus libellus: parva epiſtola. Pſeud 2.4. ỷ.16.

pauxillus puer. Stich. 2.1. ỷ 22.

pax! Interjectio non Romana, ſed Græca πάξ. Ea utebantur, cùm ſibi ſilentiũ imponebant oppoſito ad os digito. Sic cõſtat ex Diphili verbis. δειπνεῖτε καλῶς; πῶς δοκεῖς; λακωνικῶς· ὄξους δὲ κοτύλην. πάξ. τί πάξ; Notabat etiam ſilentium: nũquam verò admirationem. Cùm enim ſibi ſilentium imponebant, tamquam ulterius ſermonem procudere vererentur: aut cùm quæ dicta erant, indicta vellent: aut cùm ex ſermone præſentes dimitterent, tum *pax!* dicebant. Heſych. πάξ, ἐπὶ τοῦ τὸ τέλος ἔχειν. Plautus Pſeud. 5.1. ỷ.33. Mil. 3.1. ỷ.212. Stich. 5.5. ỷ.30. Terent. Heaut. 4.3. ỷ.39. *pax! nihil amplius.* Auſon. Idyll. 12. *Totum opus hoc ſparſum: crinis velut Antiphile. pax!* Vide lectiones

ctiones Auſonianas Scaligeri lib.1.cap.19.

pax pro *venia*. Amph. 5.1.℣.77. Curc.2.2.℣.20. Merc. 4.1.℣.12. Pœn 1.2.℣.43. Cicero pro Fonteio cap.9. *Illæ nationes in bellis gerendis ab Diis immortalibus pacem ac veniam petunt.* Livius lib.6. *pacis Deûm expoſcendæ cauſa lectiſternium fuit.* Virgil. Æneid.3.

Sed votis precibusq; iubet expoſcere pacem. Lucas c.5.℣20.

Pacem petere, eſt veniam petere. Ibi D. Heinſ. pag. 290. Iuſtin.lib.18. *Quippe homines ut victimas immolabant, pacē Deorum ſanguine eorum expoſcentes.*

pax *commerciumque*. Stich. 4.1.℣.15.

Pax Deorum, *Deûm*: pro amicitia, aut favore. Plautus Pœn. 1.2.℣.43 Livius lib. 11. in fin. *Nunc nos tamquam jam nihil pace Deorum opus ſit, omnes cæremonias polluimus.* Et lib. 24. cap. *perpetratis quæ ad pacem Deorum pertinebant, de Rep. bello gerendo & quantum copiarum, & ubi quæque eſſent, Conſules ad Senatum retulerunt.* Et lib. 7. *Et hoc & in ſequenti anno T. Sulpitio Pætico C. Licinio Stolone COSS. peſtilentia fuit, & nihil dignū memoriâ actum: niſi quod pacis Deûm expoſcendæ causâ poſt conditam urbem lectiſternium fuit.* Et lib. 27. *per dies aliquot hoſtiæ maiores ſine litatione cæſæ diciq; nō impetrata pax Deûm.* Et lib.3. cap. *Niſi cum conjugibus ac liberis ſupplicantum ire, pacemq; expoſcere Deû.* Et lib.3.cap. *Sicut ab Diis immortalibus pars utraque hoſtiis mactandis pacem petiiſſet.*

Pax propitia. Trin.4.3.℣.18.

pacem componere. Mercat.5.2.℣.112.

Paces: in plurali numero. *pacibus perfectis*. Perſ.5.1.℣.1. Rud.1.5.℣.1. uti tamen pro *paces* legi debet *preces*. Noniū vide.

peccare: errare. Caſ.3.5.℣ 39.

peccare largiter. Epid. 3. 4. ℣.53. Moſt.2.2.℣.8.

Peccare erga aliquem. Aul. 4.10.℣.62.

peccare. Activè, cum accuſativo. Ciſt.2.1.℣.40. Horat. *Ut ſcriptor ſi peccat idem.* Cic. li.1. de Natura Deorū: *Xenophon eadem ferè peccat.* Plaut. Bacch. 3.3.℣.30. *Si unam peccaviſſet ſyllabam, fieret corium tam maculoſum.* Terent. Adelph. 1.2.℣.44. *Te plura in hac re peccare oſtendam.* Cic. pro Muren. cap. *Non multa peccas, inquit ille. At ego te veriſſimè dixerim peccare nihil.* Et lib.4. Epiſt. 13. *Ut ipſum quod mancam in vitâ, peccare me exiſtimem.* Tacit. lib.11.c.36. *Sponte an coactus tam magna peccaviſſet, nihil referre.* Ovidius lib.3. Pont. Eleg.7.

Talia peccandi jam mihi finis erat.

Pectere pugnis: multare. Men.5.7.℣.28. Pœn.1.2.℣.145. Rud 3.2.℣.46. & Capt.4.2.℣.116 *Pectis fuſte*. Ter. Heaut.5.1.℣.78.

— *adeò*

—— adeò exornatum dabo, Adeò depexum. Germani noſtri, Einen ſtrigeln. Vide etiam, *Depoliri.*

Pectoris latebra. Ciſtell. 1. 1. ℣. 65. Etiam Cicero ſic locutus eſt Oratione pro Marcello. Et Plautus Baccharia apud Macr. lib. 3. c. 12. Saturn.

Pectus: pro *animo.* Pſeudol. 1. 2. ℣. 11.

Pectus multipatens, variis doctis inſtructum. Bacch. 4. 4. ℣. 9.

Pectus ardens aſpergere guttula. Epid. 4. 1. ℣. 28.

Pectus & cor diſtinguuntur. Aul. 4. 3. ℣. 4.

Pectus cui ſapit. Bacch. 4. 4. ℣. 12. Trin. 1. 2. ℣. 53.

Pectus firmum. Aſin. 5. 2. ℣. 94.

Pectus penitiſſimum. Ciſtell. 1. 1. ℣. 65.

pectus oppugnare. Pſeud. 4. 4. ℣. 8.

pectus valet perfidia. Bacch. 2. 2. ℣. 48.

Pecua: Pecora. Sed uti temere nolim, ut Obſoleto, vel poëtico, aut hiſtorico verbo. Livius lib. 35. *In agris paſſim inundatis pecua ablata: villarum strages facta eſt.* Priſcian. lib. 6. *Vetuſtiſſimi etiam hoc pecu, hæc pecua plurale dicebant.* Lucillius lib. 1. Ann.

Sæpe greges pecuum ex hibernis paſtibus pulſi.

Solinus in memorab. de Britanniâ dicit: *Ita pabulola ut pecua, niſi interdum à paſtibus arceantur ad periculum agat ſatietas.*

pecua in crumena obligata: numi, quibus pecua emuntur. Truc. 5. 1. ℣. 64. Merc. 3. 1. ℣. 11. Rud. 4. 3. ℣. 5. *Sic Aſini,* pro numis ex divenditis aſinis. Aſin. 3. 2. ℣. 44.

pecuaria res. Truc. 1. 2. ℣. 44.

pecudes Neptuni. Vide litt. N.

pecudes terreſtres. Pſeudol. 3. 2. ℣. 46.

peculatus. Perſ. 4. 4. ℣. 7. Ciſt. 1. 1. ℣. 74. *peculatum facere.*

peculiare. Interdum opponitur, ſiue reſpondet *publico,* aut communi. Cic. in Frumentariâ cap. *Exoritur peculiare Edictum repentinum* Et poſtea: *peculiarem habes aliquam Siciliam, quæ tibi ex alio genere frumentum ſuppeditare poſſit?* Suet. Galb. c. *Cano autē Choraulæ, mirè placenti, denarios quinq; donaſſe, prolatos manu ſuâ ex peculiaribus loculis ſuis.* Et Cæl. c. *Præterea moneta publiciſq; vectigalibus peculiares ſervos præpoſuit.*

peculiaris ancilla. Mercat. 3. 1. ℣. 27. Vide *peculiaris ſervus.* Capt. Prol. ℣. 20. Ex Iuriſconſultis optimè notionem hanc explicat Iohann. Calvinus in Lexico: ubi operæpretium eſt te legere.

peculiaris gallus. Aul. 3. 4. ℣. 6.

peculiaris ovis: quæ in peculio ſervatur. Aſin. 3. 1. ℣. 37.

peculiaris puella. Perſ. 2. 2. ℣. 19.

peculiaris puer; dicebatur, qui ſectabatur filium herilem, quiq; circum illum erat. Capt. 5. 4. ℣. 16. & 5. 3. ℣. 5.

peculiaris ſervus. Capt. Pr. ℣. 20.

peculioſus ſervus; dicitur, qui peculio bono inſtructus eſt.

Rud.

Rud. 1. 2. ℣. 24. Auguſtinus Pſal. 38. *peculioſus ſervus, & cuiuſdam magni patrufamiliâs.*

peculium de tergo ſeruorum. Moſt. 4. 1. ℣. 20. *pecnlij prodigi ſervi.*

peculium vapulat: imminuitur, diſſipatur. Stich. 5. 5. ℣. 10.

peculium à malo facere: h.e. theſaurum mali colligere. Moſt. 4. 1. ℣. 6. Vide A.

peculium ſervorum. Trinum. 2. 4. ℣. 33.

peculium: dicitur omne id, quod quis poſſidet, & proprium habet induſtria ſua acquiſitum. Aſin. 2. 2. ℣. 11. Capt. 5. 4. ℣. 31. de plagis ſervorum uſurpatur. De propria poſſeſſione ſervorum Aſin. 2. 4. ℣. 91. Caſ. 2. 2. ℣. 26. & 2. 3. ℣. 40. Merc. Prol. ℣. 96. Bacch. 3. 3. ℣. 61.

peculium: ambiguo & obſcœno ſenſu. *τὸ αἰδοῖον* viri. Moſtell. 1. 3. ℣. 96. *Pſeud.* 4. 7. ℣. 92. Perſ. 2. 2. ℣. 10. *atque ob iſtanc rem ego aliquî te peculiabo.* Martialis in Phallicis: *pulchrè penſilibus peculiati.* Petronius: *prolatoque peculio ſtuprum rogare cœpit.* Vide etiam, *Vaſa.*

pecunia: pro bonis, omnique patrimonio. Vide Lexic. Iuris. Livius lib. 29. cap. Familiæ aliquot cum mapalibus pecoribuſq; ſuis (ea pecunia illis eſt) perſequuti ſunt Regem. Et in fine eius libri: Ut quantum numero militum, quantum pecuniâ valeant, in publicis tabulis monumenta exſtarent.

pecunia grandis. Capt. 2. 2. ℣. 8.

pecunia inulta. Truc. 1. 1. ℣. 61. Sed aliam ibi tuemur lectionem. Vide Animadv.

pecunia quadruplex. Vide litt. Q.

pecunia præſenti emere. Men. 5. 9. ℣. 97.

pecuniam occupare. Vide litt. O.

pecus, us: maximè oves notat. Bacch. 5. 2. ℣. 5. 20.

pedarius. Sic dicebant *pedarij Senatores*: non, *pedanei.* Vide Lexic. Iuris. Agell. 3. 18. *Hoc vocabulum à pleriſq; barbarè diu animadvertimus Nam pro pedariis pedaneos appellant. pedanei* Iudices à recentioribus captum.

pedatu primo, ſecundo, *tertio*: pro *impetu, ingreſſu, incurſu.* Nonius *repetitu, acceſſu, vice; quaſi per pedē.* Gloſ. *τρίτῃ πείρᾳ ὁδῷ. ἐν τρίτῳ.* Ciſt. 2. 1. ℣. 49. Sic enim leg. non, *perdatu.* Aliter dicit Amph. 2. 2. ℣. 2. *Eos auſpicio meo atque ductu, primo cœtu vicimus.* Quintilianus lib. 1. cap. 3. *Cum alij ſolo impetu, & quod dicitur prima coitione id omne conficiant.* Cato: *Igitur tertio pedatu bellum fecêre.* Apud Chariſ. lib. 2. ubi hæc adducit: *ut Maximus notat. hodieq; noſtri per Campaniam ſic loquuntur.* Scipio Africanus: *Vt atq; ingratiis coactus: adductum primo cœtu damnavi.* Turn. 24. 38. & 281. Paulus Leop. Miſcell. 6. 16.

pedem latum. Moſt. 2. 2. ℣. 3. Vide *prov.* in Mantiſſa.

℣. 19.

pedem efferre ædibus. Bacch. 3. 3.

pedem

pedem conferre. Mil. 2. 2. ℣. 14.

Pedem intrò ferre in ædes. Moſt. 2. 2. ℣. 39.

pedes miles. Pœn. 4. 2. ℣. 10. Mil. 2. 5. ℣. 54.

pedes pulmonei: ſunt molles; quia pulmonis natura mollis eſt, & ſpongioſa: eoque inepti ſunt ad ambulandum. Epid. 5. 1. ℣. 21. Vnde proverbium in lentos ac ceſſatores: *Pulmo prius veniſſet*. Huc fere referendum prouerbium illud quod exſtat apud Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 8. *Deos laneos pedes habere*. Quamquam Scaliger intelligat panticibus vlceroſos, vel *tumidos*: ſicut Plinius lib. 15. cap. 14. *pulmonea* quædam *poma* vocata ait, id eſt, ſtolide tumentia. Exiſtimat idem proverbialiter dictum de ſtupido homine, qui cerebro ſit tumido admodum: quippe Græcis dici ſolet πλεύμων. Vide etiam Dalecamp. ad Plin. 11. 37. pag. 540.

pedes: pediculi. Curc. 4. 2. ℣. 14.

pedes: de verſibus. Men. prolog. ℣. 49.

pedes mobilis. Mil. 3. 1. ℣. 35. *ſum pedes mobilis*. πόδας ὠκύς: ut, *nuda genu*.

pedes conturbare: in obſcenis. Caſ. 2. 8. ℣. 25.

pedes ebriis non ſtant. Pſeud. 5. 1. ℣. 1. Virgil. lib. 2. Georg.

Tentatura pedes olim, vincturaque linguam.

Seneca. Epiſt. 84. *Tentantur pedes, lingua non conſtat.*

pedes: *Ad pedes*. Elegans militaris & hiſtorica phraſis. *Ad pedes deſcendere*, *Ad pedes deſilire*. quod vulgò, de equo. Livius lib. 29. cap. *Itaque amiſsâ pugnâ equeſtri ad pedes Hiſpani deſcenderunt*. Sic vett. codd. vulg. *ad pedeſtrem*. perperam. Sic mox ibidem: *Non ſuſtinuiſſent tam infeſtum impetum Barbari, ni Regillus ipſe nobis cum equitibus ad pedes digreſſis ante prima ſigna peditum ſe objeciſſent*. Et lib. 38. cap. *Equitatum quia equorum nullus inter inæquales uſus erat, ad pedes deductum ſex millia hominum ab dextro locaverunt cornu.*

Ante pedes poſitum: pro promto, & omnibus obvio. Sic & Græci τὰ ἐν ποσί. Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 4. φρονήσει τι διαφέρειν οἰόμενος τῶν ἄλλων οὐδὲ τὰ ἐν ποσὶ κοινότητι ὁρᾶν ἔφασκεν καὶ φαυλοτάτοις εἶναι πρόδηλα. Cicero lib. 3. de Orat. cap. *Id accidere credo, vel quod ingenij ſpecimen eſt quoddam tranſilire ante pedes poſita.*

Pedem ponere. Vulgò ferè, *Conſiſtere*. Cicero pro Cæcinna cap. *Vt intelligeres, ſi in fundo pedem poſuiſſes, ſtatim ibi eſſe pereundum*. Et 3. Philipp. cap. *Hodierno die P. C. longo intervallo in poſſeſſionem libertatis pedem ponimus* &c. Et 2. Philipp. cap. *Quid erat in terris, ubi in tuo pedem poneres?* Sic &, *ponere veſtigium*. Et 3. Philipp. cap. *Ille autem &c. quas fecit ſtrages, ubicumque poſuit veſtigium.*

Digitized by Google

Pedem portâ non efferre. Cicero lib. 6. Attic. Epiſt. 8. *Ego, niſi Bibulus, quidam unus hoſtes* (forte, hoſtis, ut & Lipſius recte admonuit) *in Syriâ fuit, pedem portâ non plus extulit, quàm domo ſuâ, adniteretur de triumpho æquo animo eſſem.* Et lib. 7. Attic. Epiſt. 2. *Nunc illum, qui pedem portâ, quoad hoſtis cis Euphratem fuit, non extulit, honore augeri.* Sueton. Tiber. cap. 38. *Biennio continuo poſt adeptum imperium, pedem portâ non extulit.*

Pedetentim aliquid *tractare.* Mil 4. 2. ℣. 32.

Pedibus hæc, vel illa trahantur, eleganter ab eo dicitur, qui aliqua contemnit, non curat, quaſi dicat: Non laboro, et iamſi hæc vel illa peſſimè habeantur. Cicero lib. 4. Attic. Epiſt. 15. *Fratrem meum, & te ſi habebo, per me iſta pedibus trahantur.* Et Volumnio lib. 7. Epiſt. 32. *Nam de judiciis quod quæreris, multò laboro minus: trahantur per me pedibus omnes rei.* Eraſmus quaſi proverbium facit, ductum vel à Vulc. Hom. quẽ Iupiter pedibus tractum de cœlo deturbavit: vel ab Hectore, tracto ab Achille. Sed *P.* Victorius lib. 21. cap. ult. Var. lect. putat tralationem eſſe ab iis, qui verè pedibus trahuntur & conculcantur. Ut Homer. Odyſſ. π. ℣. 276 *ἤν περ καὶ διὰ δῶμα ποδῶν ἕλκωσι θύραζε, ἢ βέλεσι βάλλωσι.* Sic & *Proculcandi* & *Obterendi* verbis utitur Lucretius libr. 5. ℣. 1232.

Uſq; adeò res humanas vis abdita quædam
Obterit, & pulchros faſces, ſævaſq; ſecures
Proculcare ac ludibrio ſibi habere videtur.

Pedem tollere: aut pedes ad turpes voluptates pertinet: quod & Græcè *αἴρειν τὰ σκέλη.* P. Victor. lib. 12. cap. Var. lect. Cicero lib. Attic. Epiſt. 1. *Sed ſoror* (inquit Clodius) *quæ tãtum habuit Conſularis loci, unum mihi ſolum dat. Noli, inquam, de uno pede ſororis queri: licet etiam alterum tollas, non Conſulare, inquies, dictum: fateor.* Publ. Mimus apud Petronium: *An ut matrona ornata Phaleris pelagiis, tollat pedes indomita in ſtrato extraneo?* Eodem, ni fallor, alluſit ad illud Plautus Pœnol. 5. 3. ℣. ℣. 49. *Thræcæ ſunt: calum vorſus ſuſtolli ſolent.* Sic eum locum ex Mſſ. Pall. reſtitui. Vide Animadverſiones noſtras. Ariſtoph. Eccleſiaſt. *Ἐκεῖνο δὲ σὺ πεφρόντικας ὅτῳ τρόπῳ τὰς χεῖρας αἴρειν μνημονεύσετε τότε. εἰθισμέναι δ᾽ ἐσμὲν αἴρειν τὼ σκέλη.*

pedibus aliquem *provocare*: pro, pedeſtri certamine: ſicut *equo* aliquem provocamus. Epid. 5. 1. ℣. 58.

pedibus ire. Stich. 2. 2. ℣. 19.

Pedibus demiſſis volare. Pſeud. 3. 2. ℣. 52. Vide *proverbia* in Mantiſſa.

pedica:

Digitized by Google

pedica: ſunt vincula pedum. Aſin. 3.2.℣.5. Pœn.3.1.℣.10.

Pediſequa. Aſin.1.3.℣.31. Aul.4.10.℣.77. Merc. Arg. ſec.℣.5. ubivis in MSſ. Membranis unico Sibilo ſcribitur hæc dictio: ut & in antiquiſſ. MS. priſciano. Itemq; in pandect. Flor. lib.31. *Eadem ſunt lecticariis aut pediſequis legatis.* Et Romæ in Marmore: Q. ARTORIUS. ANTIOCHUS. PRISCUS. PEDISEQ. VIXIT. ANN. XX.

Pediſequi. Pœn. Prol.℣.41.

Pediſequus. Aul.3.5.℣.27. Mil. 4.2.℣.18.

peditatus: pedites. Mil.1.1.℣.54.

Pegi, pegerat. A *Pago*. Vide & pango. Pacuvius Medo apud Feſtum in, Tonſillam: *Acceſſi eam, & tonſillam pegi in littore, navis religandæ cauſâ.*

peius; pro, *magis*. ſed in malam partem. Moſt.1.3.℣.132. Mil. 2.1.℣.50. Sic *male* pro *valde*. Terent. *Et illud rus nulla alia cauſſa odit tam male.* Cicero lib. 7. Epiſt. Fam.2. *Oderam multò peius hunc, quã ipſum Clodium.* Sic; *Cane peius & angue aliquem odiſſe.*

Peierare. Bacch.4.9.℣.107. ubi tamen MSſ. *Pall* & *Vatic.* *periurem*. & ſic paulò poſt ℣.119. item Truc.1.1.℣.9.

pelaguſia. Rud.2.1.℣.9. *pelag. ſtriata*. Vide Plin. lib.9.c.37.

pelias. Pſeud.3.2.℣.80.

Pelides. Achilles. Bacchid. 4.9. ℣.5.

pellaris; à *pella* vrbe Macedoniæ, patria Alexandri M. Aſin.2.2.℣.67.

pellecebra. Aſin.1.2.℣.7. Sunt delinimenta meretricia blãdidicis dictis, & ſuaviludiis imperitos iuvenum animos irretientia. Vnde ipſæ meretrices *pellices* dictæ. Rud.4.4.℣.3. (Bacch.4.9.℣.61.

pellegere: perlegere libellas.

pellegere. pellectio. Cic. lib.1. Att. Epiſt.12. Quotus enim quiſque eſt, qui epiſtolam paulò graviorem ferre poſſit, niſi eam pellectionem relevarit. Virgil. lib.6 Aen.℣.33. *quin protinus omnia pellegerent oculis.* Ita ibi leg. ait Terent. Scaurus lib. de Orthogr.

pellepidè. Caſ.5.2.℣.39.

pellere vel *perpellere pudicitiam*. Vide *pudicitiam pellere*.

pellere. Ferèidem apud Liv. quod *perpellere*. Livius lib.30.c. *Et eò fœdiora hac videbantur Scipioni, quòd ipſum in Hiſpaniâ juvenem nullius forma pepulerat captiui.* Forte *perpulerat*.

pellex: meretrix cõcubina, παλλάκη, pallaca. Ciſt.1.1.℣.39. Merc.4.1.℣.24. Vide *pellecebra*: & Lexic. Iuridicum.

pellicere: meretricum eſt. Men. 2.2.℣.68.

pellices. Rud.4.4.℣.3.

pellio, Comœdus minorũ partiũ. Bac.2.2.℣.37. Men.2.3.℣.53.

pellionis pali. Men.2.3.℣.63.

pelta. Scuti genus, *Cetra* nõ diſſimilis. Differt tamen. Vide infr. Mantiſſ. *Differ. verb.* Livius lib.28. cap. *Menippum itẽ quendam ex Regis ducibus cũ*

mille peltatis Chalcidem mittit. Et lib. 31. cap. *Nocte cetratos, quos peltaſtas vocant, loco opportuno inter bina caſtra in inſidijs abdiderat.*

Penates Dij. Merc. 5. 1. ℣. 5.

Pendentes. Truc. 4. 3. ℣. 3. *verberantes & pendentes.*

Pendens; ſuſpenſus cura, & incertus. Trin. 2. 1 ℣. 19.

Pendens ſervus in cruce. Men. 5. 5. ℣. 48.

Pendere animi. Mercat. 1. 2. ℣. 18. 54. Ter. Heaut. 4. 4. ℣. 5. *cùm in ſuſpendebit* animi. Sic MS. Bemb.

pendere; *quanti*, magni, parvi. Truc. 2. 4. ℣. 44. Curcul. 2. 2. ℣. 12.

pendere nihili. Moſtell. 1. 3. ℣. 88. Men. 5. 7. ℣. 4. Trin. 3. 1. ℣. 6.

Pendere plurimi. Bacchid. 2. 2. ℣. 29.

pendere minoris. Moſt. 1. 3. ℣. 57. & 4. 1. ℣. 27.

pene, & *panè*; ambiguo & obſceno ſenſu ponuntur. Truc. 2. 6. ℣. 37. Quaſi eſſet *pene* à *penis*, cauda.

penelopa. Stich. 1. 1. ℣. 1. Sic *Dircea*. Pſeud. 1. 2. ℣. 65. *Glycera*. Mil. 3. 1. ℣. 213.

penes. Truc. 1. 1. ℣. 4. & 4. 4. ℣. 11.

penes me eſt. Trin. 5. 1. ℣. 22.

penes quem. Pœn. 5. 4. ℣. 15.

penes ſe habere. Trinum. 3. 3. ℣. 5. Truc. 5. 1. ℣. 9.

penetrare: ἐνεργητικῶς pro, conferre ſe aliquò. Amph. 1. 1. ℣. 93. Bacch. 1. 1. ℣. 33. Men. 5. 2. ℣. 64. Trin. 2. 2. ℣. 33. Truc. 1. 1. ℣. 23. Vide *Verba neutra* in Mantiſſa. Lucret. V. 1261. *Hoc me penetrabat*. h. e. ſuccurrebat. Sic dicitur: *Subijt cogitatio, ſubit animo cogitatio.*

penetrare ſe ex adibus: *ad plures*. Trin. 2. 2. ℣. 1. 14. 33.

peni procurator. Pſeud. 2. 2. ℣. 14.

peni raptor. Trin. 2. 1. ℣. 23.

Penicillus. Rud. 4. 3. ℣. 69.

Peniculus; ambiguè. Nomen paraſiti & ſpongiæ oblongæ, caudæ ſimili, qua præter cætera etiam baxeæ & menſæ extergebantur. Men. 1. 1. ℣. 1. & 2. 3. ℣. 37.

Peniſſumè: Valde. à *panè*. Priſcianus lib. 3. & 15. Moſtell. 3. 1. ℣. 122.

penita offa; eſt offa porcina cum cauda; cuius uſus delicatiſſimus in cœnis puris, quibus cum in caſto eſſent veſcebantur. Mil. 3. 1. ℣. 164. Vide Feſtum. Multa autem offarum genera erant: præcipuè *porcina, bubula, penita*. *Bubulæ* meminit Prudentius, his verſiculis:

Deaſciato ſupplicare ſtipiti
Terris cruore ſcripta ſaxa ſpargere
Aras ofellis obſecrare bubulis.

Porcina fiebat ex inteſtinis, quam qui parabat, æque ac qui bubulam, *bubularius* dicebatur. In ludicro Teſtamento Grunnij Porcellij Corocottæ, vbi memorat legata, quæ quibus det, leget: *Bubulariis* inteſtina; Eſiciariis femora. Et infra, vbi ſigna teſtium:

LARDIO SIGN.
OFFELLICUS SIGN.

Tertia

Digitized by Google

Tertia erat *penita*: de qua Plautus. Eiuſdem meminit Arnobius lib. 6. contra Gentes duobus locis. Et Iuvenal. Sat. 5.

Adſpice quam longo diſtendat pectore lancem,
Quæ fertur domino ſquilla, & quibus undiq; ſepta
Aſparagis, quâ deſpiciat convivia caudâ,
Cùm venit excelſis manibus ſublata miniſtri.

Penitus, ta, tum: pro, imo & intimo poſuit Plautus Aſin. 1. 1. ℣. 28. Sic Catullus in Nupt. Iuliæ *flammam penitam* dixit: Et in Perſa 4. 3. ℣. 53. 71. *penitiſſima regio*: longè diſſita. *Arabiam penitiſſimam.* Inde *penum & penates* veteres: & *penitum pectus.* Ciſt. 1. 1. ℣. 65.

Pennas alicui incidere. Tralatè pro eo, quod, Alicuius authoritatem deminuere, detrahere bona. Cicero lib. 4. Attic. Epiſt. *Verùm idem T. Pomponi. idem illi, quos ne tu quidẽ ignoras, qui mihi pēnas inciderunt, nolunt eaſdem renaſci.*

penſi eſſe, ducere, habere. *Nihil penſi habere.* pro, æſtimare, putare, curare. de Cenſoriâ notâ. Id iam pridem à Budæo. aliiſque obſervatum fuit. Cicero nõ eſt uſus, ni fallor. Videtur vel à Plaut. vel à Sall. alioque, qui iſtis delectetur, ortum. Valer. Max. lib. 2. c. 4. *Nec penſi duxerat iiſdem imaginibus adſcribi meretricis oculos, humano ſanguine delectatos & Regis Philippi ſupplices manus.* Ita ex vet. cod. leg. vulg. *vir indignum penſi.* Sueton. | Domit. cap. *Nihil penſi habuit, quin prædaretur omnimoda bona.* Quintil. lib. 11. cap. 1. *Tam in ſuſcipiendis quàm in agendis cauſis nihil penſi habere.* Agell. 13. 12. *Ratum tamen penſumque nihil haberet.* Salluſt. Iug. cap. *Neq; id quibus modis aſſequi dum ſibi regnum pararet, numquam penſi habebat. Et nihil penſi neque ſancti habere quoad ſemel præcipitavit.* Idem Catil. *Rapere, conſumere, ſua parvipendere, aliena cupere, nihil penſi, neque moderati habere.* Seneca lib. 1. Ben. cap. 9. *Iam rapta ſpargere, ſparſa rapaci avaritiâ colligere certant, nihil penſi habere, paupertatem alienam contemnere.* Tacitus lib. 13. cap. 15. *Nam ut proximus quiſque Britannico, neq; fas, neque fidem penſi haberet, otium proviſum fuit.* Livius lib. 34. cap. *Sed illis nec quod dicerent, nec quod facerent, quicquam penſi fuiſſe.* Symmachus lib. 9. Epiſt. 34. *Nam Lampadium C. M. non utique ad ſe penſi habui.* Ita quidem edidit Gaſper Scioppius. Sed Hub. Giſanius ait, in ſuo Codice MS. legi. *uſque ad ſe* hoc eſt, quoad ipſum, ſive, ſolum.

Penſilem ſe facere: ſuſpendere. Pſeud. 1. 1. ℣. 87.

Penſilis uva: de ſervo ſuſpendẽdò per iocum. Pœn. 1. 2. ℣. 9.

Penſior; melior maioris ponderis. Stich. 1. 2. ℣. 61. Bacch. 3. 2. ℣. 10. *Ingrato homine nihil eſt impenſius.*

penſius; ſumtuoſus, prodigus. Gloſſæ; *penſius*, δαπανηρὸς perſ.5.2.℣.75. Vide Animadv. noſtras.

penſum; propriè mulierum lanificarum. Dictum à pendendo, ait Iſidorus. Nempe lanam appendebant ancillis heræ, quam eodem pondere redderent in filo, deductis burrhis & quiſquiliis. Titinnius; *Date penſam lanam. Qui non reddet tempori putatam rectè, facile ut multetur malo.* Propert. li. 3. Eleg. 6. *triſtes ſua penſa miniſtra carpebant.* μεταφορικῶς ad alia transfertur. De mandato, & negotiis. perſ. 1. 4. ℣. 1.

penſum dare alicui; colum & lanam. Men. 5. 2. ℣. 45.

penſum ſuum accurare; munus ſuum adminiſtrare lepidè. Bacch. 5. 2. ℣. 33.

penſum facere; de ancillis. Merc. 2. 3. ℣. 63. 81.

penſus: pro deliberato, maturo. Ut, *penſo conſilio aliquid facere*. Sed qui optimè locuti ſunt eo non ſunt uſi. perpenſus eſt uſitatius, ſed recentioribus quoq; de quo mox. Vlp. l. 1. §. quamvis. de adminiſtris. *Quãvis autẽ ei potiſſimùm ſe tutelã conditurum prætor dicat, cui teſtator delegavit: attamen nõnumquam ab hoc recedet, ut putat ſi pater minus penſo conſilio hoc fecit.* Agell. 12. 5. *Vt nihil eſſet charius penſiuſq; nobis, quàm noſmet ipſi.*

pendere: pro, æſtimare. De homine interdum. Tralate. Cic. pro Sextio cap. Et lib. 5 Epiſt. 17. *Et nos cæterique, quo te non ex fortuna, ſed ex virtute tuâ pendimus, ſemperque pendemus.*

penthei Regis Thebarum diſcerpti à Bacchis fabula. Merc. 2. 4. ℣. 1.

penum præbibere; præbere. Men. 5. 2. ℣. 50.

penuriare. Fictum verbum à *penuria*. Truc. 4. 1. ℣. 9. Vide ibi Animadverſiones.

penus, hic, hæc, hoc. teſte Priſciano. Capt. 4. 4. ℣. 12.

penus: eſt omne id, quo veſcuntur homines, & quod intus reconditur, ut definit Cicero libro 1. de Natura Deorum: & Iuriſconſulti paſſim in ff. Capt. 3. 1. ℣. 12. Men. 1. 2. ℣. 11.

penus annuus. Pſeud. 1. 2. ℣. 45. Terent. Eun. 2. 3. ℣. 19.

penus annua. Pſeud. 1. 2. ℣. 91.

peplum. Merc. Prol. ℣. 68. Fuit palla fœminea, quæ Athenis Mineruæ conſecrabatur in ludis Panathenaicis, cui intexta erat Gigantomachia, & victoria Palladis de Encelado. Eidemque intexi ſolita fortium heroum præclara geſta. Vnde Ariſtophanes Equitibus:

—τῆς δὲ γῆς ἄξιοι, καὶ τοῦ πέπλου.

Atque ideo Ariſtoteles librũ de tumulis Heroum Πέπλον inſcripſit: quem imitatus videtur Auſonius tumulis Heroum, qui Troiano bello interfuerunt. Et M. Varro lib. ediderat Titulo πεπλογραφίας de familiis Troianis, qui iam non exſtat. Vide Platonem

nemEuthyp. Tom.1.pag.6.& Marcelli Donati Diluc p.999.

per: intendit ſignificatum. *perſolus*, mediâ correptâ. *Camer.* Men.1.2.℣.46. Quamquam, ſi Turneb. ſequamur, verſus ratio ſic conſtabit: —— *perſolũ effodito oculũ.* Aul.4.10.℣.39. Bacch.2.3.℣.43 *pernoſſe.*

per: ſervit obteſtationibus. Vide infra, *per ego te.* Trin.2.2.℣.4.52. *per pietatem.* Bacch.4.8.℣.64. Men.5.7.℣ 1. Rud.3.2 ℣.13. *per ego te hac genua obteſtor.*

per; pro. *quod attinet.* Epid.3.1.℣.3 & 3.2.℣.2. Curc.4.3.℣.22 Vide Budæi L.G.pag.1251.

per: propter. Stich.4.1.℣.31.

per iocum dicere. Pœn.5.3.℣.46. & 5.5.℣.41.

perlongum. Trin.3.3.℣.17.

perlonginquum. Bacch.5.2.℣.76.

perquam; αὐξητικῶς. Rud.3.3.℣.9. *perquam indignis modis.* Bacch.3.6.℣.16 *perquàm meditatè.*

perſe, pro *per.* Feſtus *perſeparcus.* Aul.2.4.℣.40.

per gratiam: cum gratia. Mil.4.1.℣.32.& 4.3 ℣.32.

per tempus; eſt, tempori, tempeſtivè, & opportunè. Caſ.2.1 ℣.16. Truc.1.2.℣.84. Men.1.2.℣ 30. Bacch.4.8.℣.3. Ter. Andr.4.4.℣.44. Pœn.1.1.℣.7. *per tempus obuiam iui.* Truc.1.2.℣.84. *per tempus ſubveniſti.*

per vias: per plateas. Moſt.1.1.℣.53. Ciſt.2.2.℣.1.& 5.2.℣.1.

peraceſcit: moleſtum eſt. Bacch.5.1.℣ 13.

peraceſco; de graviſſima & peracida ira. Aul.3.4.℣.9. Bacch.5.1.℣.13.

peracris. Bacch.3.3.℣.1.

peragrare per animos: inſinuare ſe, & verſari in iis. Cic.lib.1.de Orat.cap. *Sed ita peragrat* (Orator) *per animos hominum, ita ſenſus menteſq; pertractat, ut non deſideret* philoſophorum *deſcriptiones.*

perambulare. Moſt.3.2.℣.125.

peratim ductitare; dicebantur ſervi, qui heros ſuos argento, quod in pera fuit, circumduxerunt. Epid.3.2 ℣.15. Contra ait ibidem: *Follitim ductitare.*

peraudire auribus. Mil.1.1.℣.34.

perbibere: ut, *Imbibere.* Sed illud Poëticum videtur. Horat.lib.1.Epiſt.2.℣.67.

—— nunc perbibe puro.
Pectore verba puer: nunc te melioribus offer.

Imitatus & Senecà Epiſt. 36. *perſevera modò colere virtutẽ, perbibere liberalia ſtudia, non illa, quibus perfundi ſatis eſt, ſed hæc, quibus tingendus eſt animus.*

perbibeſia: fictè de provincia, ubi ſtrenuè potetur. Curc.3 ℣.74.

perbibit medullam laſſitudo. Sticho.2.3.℣.15.

perbitare: perire. Capt.3.5.℣.32.

perbitere. Capt.3.5.℣.32 pſeud.3.1.℣.11. Feſtus pro *perire* poſitum ait: itemque *Nonius.* Sic Ennius; *Numquam ſcripſiſtis, qui parentem aut hoſpitem necaſſet, quo quis cruciatu perbiteret.* Vide etiam, *Bitere.*

perbene. Aul.2.2.℣.9. Men.5.9.℣ 81. Rud.1.2 ℣.76.

perbonus. Moſt.3.1 ℣.139. & 3.2.℣.3 78. Merc.3.1.℣.27.

Percellere ſe; eſt, procumbere in mēſa, ut ſit propior cibo. Mil. 3.1.℣.166.

Percellere; pervertere. Perſ. 5.2. ℣.29.

percellere; pro, perturbare, euertere, plauſtrum, hominē. Vide infr. *Perpellere*. Epid. 4. 1. ℣.15. *Plane hic eſt qui mihi in Epidauro primus pudicitiam perpulit*. Sic ex Mſſ. Pall. repoſui. Vulg. *perpulit*. Trin. 2.2. ℣.27. *Si animus hominem perpulit*. Cicero pro Cælio. *Quid tumultuaris, ſoror? vicinum adoleſcentem adſpexiſti, candor huius te & proceritas vultus oculique perpulerunt*. Vlpianus lib. 1. §. Sed vtrum. ff. de ſervo corrupto. *Sed utrum ita demum tenetur*, &c. *perpulit ad delinquendum*. Sic eſt in Pandectis Piſanis, non; *pepulit*. Cato apud Agell. lib. 2. cap. 22. *Ventus certius cùm loquare, bonam impleri: armatum hominem, plauſtrum oneratum percellit*.

percepta. Vide infr. *præcepta*.

Percidere. Obſcenæ rei verbum. Gloſſar. pariſ. *perciſus, padicatus*. πυγωγαθωθος. Et mox: *percidit*. πυγίζει, ὡς ἐπὶ χρῶ.

Percidere; pertundere. Perſ. 2.4. ℣.12.

perciére; eſt, clara voce proclamare. Aſin. 2.4. ℣.69. Bacch. 3.3. ℣.11. Sic Tacit. lib. 3. Hiſt. *principes auctoreſq; belli ciebat*. Vide etiam, *Ciére*.

percipere; intelligere. Curcul. 1.3. ℣.2.

Percipere; pro, penitus capere, & totum pervadere, occupare. Amph. 5.1. ℣.66. Men. 5.5. ℣. 22. Stich. 2.3. ℣.16. Lucr. III: 28. Vide Lexic. Lucret. Dan. Parei. Terent. Eunuch. 5.5. ℣. 2. *Neq; agri, neq; urbis odium umquam percipit*.

percipere; pro, *occupare*. 5.1. ℣.66. Lucret. l. 3. *divina voluptas percipit*.

Percitum animus. Menæch. 2. 1. ℣.44.

percitus inſania. Men. 5.5. ℣.21.

percitus ira. Caſ. 3.5. ℣.6.

Perclamare. Truc. 1.1. ℣.8.

percognoſcere. Truc. 1.2. ℣.49.

percolere. Trin. 2.2. ℣.4.

percontari, eſt interrogare, inquirere diligenter, quaſi conto indagare. Caſin. 3.3. ℣.8. Bacchid. 2.2. ℣.12. & 4.1 ℣.3. Moſt. 3 1. ℣.148. *Percontare ac roga*. & 4.2. ℣. 47. Mil. 2.3. ℣.21. Men. 5.5. ℣.23. Pſeud. 1. 5. ℣.47. Pœn. 5.1. ℣.25. Rud. 2.2. ℣.4. Trin. 4.2. ℣.39. Trucul. 2. 4. ℣.49. *percontari & quærere*. Amph. 2.2. ℣.88. Aul. 2.2. ℣.33. Aſinar. 2. 4. ℣.95. Epid. 1.1. ℣.38. Pſeud. 4.4. ℣. 10. Trinumm. 4.2. ℣.39. *perc. placidè*. & 4.3. ℣.70. *perc. otioſè*.

percontator. Men. 5.5. ℣.31.

Percoquere. Rud. 4.1. ℣.11. Merc. 3.3. ℣.18. *percoquere prādium*. Soli hoc verbum tribuunt. Cicero in Oeconom. *Nullo modo facilius arbitror poſſe neque herbas areſcere & interfici, neq; terram ab Sole percoqui*. Xen. ἤδη γῆ ὀπτῷτο ὑπὸ τοῦ ἡλίου. Lucret. VI. 722. 858. 1107.

per-

Percrucior. Bacch. 5.1.℣.14.

Perculſus,a,um. Pœn. 1.2.℣.23.

Percupio. Aſin. 1.1.℣.62.

Percuſſor à Cicerone ita ponitur, ut *Sicarius*. homicida. Vulgò *Aſſaſini* dicuntur, maximè à Lombardis. Sed *percuſſoris* verbum lenius; *Sicarii* gravius & atrocius. Cicero. 4. Phil. cap. de M. Antonio: *Eſt igitur, Quirites, P.R. Victori omnium gentium omne certamen cum percuſſore, cum latrone, cum Spartaco.* Pro S. Roſcio c. *Sin eos, quos qui leniore nomine appellant, Percuſſores vocant.* Et ibid. *Sicarios ferè appellant. Erat tum multitudo ſicariorū.* Et pro domo c. *Quid eſt Sergius? Armiger Catilinæ ſtipator tui corporis, damnatus, percuſſor, lapidator fori, depopulator, obſeſſor Curiæ.* Livius l. 40 cap. *Vltrò mihi non inſidiatoris modò, ſed latronis mani, feſti, & percuſſoris ſpeciē induit.*

Percutere, & increpare. de Jove Amph. 5.1.℣.21. Eſt verbū lethalis vulneris. Unde *Percuſſores* dicti. Effertur etiam de fulmine. Alluſit Propert. l. 2. Eleg. 13. *aper niveum quondā pcuſſit Adonim.* Dicitur enim aper habere fulmen in dentibus: unde *fulminei paſſim* Poëtis. Ad animum quoque refertur hoc verbum, pro, incitare. commovere: ut Græcè πλήττειν. Hinc *percuſſus*. quod ferè mutari ſolet in *Perculſus* Mucr. l. 13. 9 21. II. 799.

Percutere: pro, *dolis circumvenire*. Pſeud. 2.2.℣.9. Vide *Ferire, Tangere, Verberare.*

Percutere: *Vela ventis percuſſa.* Vide ſupr. *Moliri* apud Liviū lib. 28.

Percuti vino: ebrium eſſe. Caſ. 3. 5.℣.16. Alibi dixi, *deponere vino.* Aul. 3.6.℣.38. Juſt. l. 1. & 24. *Mero ſauciari* dixit. Græci ἐξοίνους καὶ παραπλῆγας ἢ οἰνοπλῆγας vocant: Tibullus l. 1. Eleg. 2. *Neu quiſquā multa percuſſum tempora Baccho Excitet.* Eodem modo loquitur Livius lib. 25. *Inde ubi id temporis viſum, quo de die epulatis, jam vinoq; ſauciatis, principiū ſomni eſſet.* Apul. l. 7. *Saucius illis & crapula, vinolentiaque madidis.* Huc quoq; ſpectat, quod Martial. ait lib. 1. Epigr. 66. *Saucia vota mero.* & lib. 3. Epigr. 68. *ſaucia Terpſichore.*

Perde & peri. Truc. 5.1.℣.59.

Perdepſere, vide ſupr. *Depſere.*

Perdere: corrumpere, interimere. Pomponius JC. *Nempe tecum mihi agere licat, aut rem perdere.* l, 26, Sed ſi. D. de ſer. præd. urb.

Perdere; abſolutè. pro, *dilapidare*. Bacch. 4.4.℣.86.

Perdere; Comicè, *damnū inferre*. Amph. 1.3.℣.41. Aſin. 4.4.℣. 18. Epid. 1.1.℣.55. Perſ. 4.9.℣. 1. *Niſi ego illū hominem perdo, perii.* Aſin. 2.4.℣.10.14. Caſ. 3. 4.℣.15. Curc. 2.3.℣.49. Perſ. 5. 1.℣.7. Pſeud. 1.3.℣.87. Merc. 2.2.℣.52. Pœn. 3.6.℣. 21. & 4. 1.℣.2. Rud. 4.4.℣.120.122 Moſt. 4.2.℣.63.

Perdere aliquem capitis; vita privare. Aſinar. 1.2.v.6. Bacchid. 3.3.℣.86. Mil. 2.4. verſ. 18.

Perdere; pro, *dare* in iure uſurpatur. Aul.4.6.℣.6. Stich.4.1.℣.70. Sic Ulp. ait: *Filiofamilias, cui libera peculii adminiſtratio conceſſa eſt, non licere donare alteri: quia non in hoc conceſſa ſit, ut perdat.*

Perdere anteparta. Trin.3.2.℣.17

Perdere; nocere. Pſeud. 4.7.℣. 129.

Perdere In execrationibus. Perſ. 2.4.℣.21.27. & 4.4.℣. 71. Rud.2.7.℣.11.

Perdere fidem cum aliquo. Pſeud. 1.3.℣.139.

Perdere manum. Curc.1.3.℣.41

Perdere funditus. Bacch.3.6.℣.31. Moſt.3.1.℣.150.

Perdere operam. Ciſt.2.1.℣.56. Epid.1.2.℣.29. Bacch.1.2.℣.24.

Perdere rem; proverbialiter dicitur. Germ. Die ſach verderbẽ. Moſt.2.1.℣ 38. Truc.2.1.℣.35

Perdere rem fidemq;. Curc.4.2.℣. 18.

Perdere ſe. & operam. Bacch.4.3. ℣.11.

Perdere: terrefacere: occidere. Pſeud. 4.7 ℣.119.127.

Perdere & peſſundare. Bacch.3.3. ℣.3. Pſeud.4.7.℣.112.

Perdere omne quod fuit. Truc.4. 2.℣.51.

perdi; perire. Perſ.4.4.℣.99.

Perditior. Rarum. ꝓ, magis perditus. Horat.l.1. Satir. 2.℣.15. *Quãtò perditior quiſq; eſt, tantò acrius urget.*

Perditor. Nomen rarius: cui contrarium, *Servator.* Sic *Cõditor*, quæ condire aliquid ſolet. Sic *Paſtor. Conſtitutor.* Cicero pro Plancio c. *Cõmitterẽ, ut idem perditor Reip. nominarem, qui Servator fuiſſem?* Et in Philipp. & in Piſon. *Ita perpetuos defenſores Macedoniæ, vexatores ac proditores effeciſti.*

Perditum ire ſe. Truc.2.7.℣.7.

Perditus: pro afflicto, deſperato. Epid.5.1.℣.37. Ciſt.2.1.℣. 13. Curc.1.2.℣.44.

Perditus amore. Ciſt.1.2.℣.13.

Perditus & eradicatus ſum. Bacchid.5.1.℣.6.

Perditus animus. Men.2.1.℣.44.

Perdiſcere. Pſeud.5.1 ℣.29. Truc. 1.1.v.1.2. Aſi.1.3.℣.35. *Perdidici.*

Perdocere. Pſeud.3.2.℣. 85. Pœn. 1.1.℣.67. Stich.2.1.℣.24. Sall. Orat. *Quem Minerva omnes artes perdocuit.*

Perdocere: perſuadere. Capt.3.5. ℣.61.

Perdoctè. Moſt.1.3.℣.121.

Perdoctum dare; docere. Mil.2.2. ℣.103.

Perdormiſcere. Men.5.5.℣.29.

Perduam. Amph.Sc.; *Tun' me.* ℣. 35.

Perducere: pro, permovere blanditer. Ciſt.2.3.℣.24.

Perducere, & perductor. Moſt.3. 2.℣. 155. Inter Venerea habentur; de voluptate turpi. *Perduci* enim propriè dicũtur, qui ad libidinem abducũtur. Etiam Cicero *Perductores* pro lenonib⁹ uſurpat, amores cõciliantibus. Vide & *Deducere.* Gloſſæ: *μαστρωπεύω, lenocinor, perduco. μαστρωπὸς, leno, perductor.* Vide Torrent. ad Sueton. Veſpaſ. cap. *Expugnatus autẽ à quadam quaſi amore ſui deperiret, cùm perductũ pro concubitu*

bitu ſeſtertia quadraginta donaſſet. Ita ex v. cod. leg. Cic. 1. Verr. c. huc alluſit: *Renovabitur prima illa militia, cùm iſte è foro abduci, non ut ipſe prædicat, produci ſolebat.*

Perduci; adduci, pſuaderi. Moſt. 1.3.℣.41.

Perductare: lenonium verbum. Moſt. 3.1.℣.155. Vide *Ductare.*

Perdudum Stich. 4.1.℣.60.

Perduellionem judicare alicui. Perduellioni dicere diem. Vide ſupr. *Iudicare perduellionem.* Valerius Antius lib. 45. Annal. apud Agell. 7.10. *Remq́; Licinius Tribunus plebis perduellionem ei diem dixit, & Comitiis à M Marcio Prætore popoſcit.*

perduellis; pro *hoſte.* Amph. Sc. *Quis tam.* ℣.51. & 1.1. ℣ 93. Ciſtell. 1.3. ℣.53. Pſeud. 2.1. ℣ 8. 15. Caius lib. 2. ad legem XII. tab. *Quos nos hoſtes appellamus eos veteres perduelles appellabant.* Vide etiam Lexicon Iuridicum Joh. Calvini.

Perduis; pro *perdas* Amph. 2.2.v. 213. Capt. 3.5.℣.10.

Perduit; perdat. Epid. 1.1.℣.64. Pœn. 3.4.℣.30.

perduint perdiderint. In execrationibus. Amph. Sc. *Tun' me.* Aſin. 2.4.℣.60. *Aul.* 4.10.℣.55 Curc. 5.3.℣.41. Caſ. 3.5. ℣.17. Moſt. 3.1 ℣.134. Men. 2.2. ℣. 34. & 3.1.℣.6. & 5.5.℣.31. Mer. 4.3.℣.11. & 4.4.℣.53. Pœn. 3.2. ℣.33. & 4.2.℣.41. Stich. 4.2. ℣.15. Truc. 2.3.℣.10.

Pereas. Execrandi verbum. Perſ. 2.4.℣.10. Vide *Proverbia* in Mantiſſa.

Peredia; ficte de provincia, ubi ſtrenuè edatur. Curc. 3. ℣. 74. Vide *Perbibeſia.*

per ego te! Sic olim iuriſiurandi initium concipiebant. Vide paulò ante, *Per*, in obteſtationibus. Livius lib. 23. cap, *Per ego te, inquit, fili, quæcunq́; iura liberos jungunt parentibus, precor, quaſoque.* Apuleius lib. 4. Met. *per ego te, inquit, materna charitatis fœdera deprecor.* Virgil. lib. 12. *Aeneid.* ℣.56.

Turne, per has ego te lacrimas.

Terent. Andr. 5.1.℣.15. *per ego te Deos oro*, ut. et 3.3.1. ℣.6. *per te Deos oro, & noſtram amicitiam.*

Peregre advenire. Bacch. 3.6 ℣ 7. Moſt. 2.1 ℣.6. & 3 2. ℣.121. & 4.3. ℣.12. & 5.2.℣.8. Truc. 1. 2.℣.82.

Peregre abire. Moſt. 4.2.℣ 41.

peregre venire. Moſt. 3.2.℣.55. Trin. 2.4 ℣.21.

Peregri. ſcribitur in omnib⁹ Mſſ. Plaut. Amph. Prol. ℣.5. Moſt. 1.1.℣.24. Et ſignificat *in loco.* Dictum eſt, ut *Humi*, *Belli*, *Duelli.* Poëta vetus: —— *pars occidit illa duelli. Peregrè* autem ad locum notat, teſte Chariſio ex Plauti Perſa. Vide Colv. ad *Apul.* pag. 35.

peregrinus & advena. Pœn. 5.2. ℣.71.

Peregrinus atq́; ignobilis. Pſeud. 4. 2.℣.9.

Perendinum. Trin. 5.2.℣.65. *in perendinum.*

peren-

Perenne lucrum. Amph. prol. ✠. 14.

Perenni-ſervus, qui ꝑpetuò ſervit uni domino. Perſ. 3. 3. v. 16.

Perennitatis cibus, eſt cibus perennis. Perſ. 3. 1. ✠. 1.

Perenticida: fictè; qui perã ſeu marſupium ſuum cædit, ſeq; auro emungi patitur. Epid. 3. 2. ✠. 13. Fortaſſe tamen rectius legas: *peracidam*, q. d. peræcæſorem. Er propius id accedit ad *paricidam*. Vide Animadverſiones noſtras.

Perfabricare; fabricis & dolis planiſſume perdere. Perſ. 5. 2. ✠. 4

Perfacile. Moſt. 3. 1. ✠. 88. & 5. 4. ✠. 51. Pœn. 1. 3. ✠. 14.

Perferentaria cella in balneo, dicebatur à perferendo, deſignans laborioſum vitę ſpatiũ. De illâ prolixè agit Julius Cæſar Scaliger LXIX. ad Joh. Coraſium JC. Toloſanum. Ibi lege omnia ex altercatione Epicteti cum Hadriano.

Perferre; ꝑ. ferre. Moſt. 5. 2. ✠. 48

Perficere negotium; perfectum dare. Ciſt. 2. 3. ✠. 51.

Perficere; idem quod, facere, efficere. Aſin. 1. 1. ✠. 90. 109.

Perficere, *Perfectus*, *Confectus*. Ciceroni aliiſq; eius notæ ſcriptoribus verbum hoc eſt idem, quod, *Efficere*, aut *Conficere*. Cicero 4. Accuſ. Verr. cap. *Verreſne habebit domi ſua candelabrum Iovis è gemmis, auroq; perfectum?* Et mox: *Fuit apud Segeſtanos ex ære Dianæ ſimulacrum, ſingulari operâ artificioq; perfectum.* Et *Perfectus* non eſt idem, quod τέλειος Græcè, ſed idẽ, quod *Effectum*. Et ſemper ferè participium eis eſt, non verò nomen: iccircò & adiici ſolet nomen aliquod huic verbo, aut participio. Ut, *Arte & opere perfectam*. Apparet quoque Ciceronem vix habuiſſe Latina vocabula, quæ his Græcis τέλειον & ἀτελὴς reſpondeant. Vulgò quidem hodie multi dicunt, *Perfectũ*, & *Imperfectum*: ſed hoc in Cicerone nunquã reperitur. Illud in eâ notione aut nunquam, aut rarò occurrit. Videtur autem paulatim ac tandem Cicero τῷ *perficere* uſus quoq; pro τελειῶν, ut & τῷ *Perfectus*, pro eo, quod Græcè τέλειον, ſed perrarò, ut dixi. *Imperfectus* autem, quod Ciceronis ſæculo, & aliud quàm ἀτελὴς, de quo ſupra. *Imperfectus*. Cicero, aliique veteres illud ἀτελὴς, Latinè ferè *Inchoatum, impolitum, acerbum, affectum*, dicebant, quæ ſuo quidq; loco in Lexico: hoc noſtro reperies. Cicero lib. 1. de Orat. cap. *Hanc ego abſolutionem perfectionemq; in Oratore deſiderant, à quâ ipſe lõgè abſum:* Habet autem Cicero alia verba, idem quod τὸ τελειῶν valentia, ut *Complere, ad exitum perducere, perpolire, conficere*. Ut lib. 2. Rhet. Her. cap. *Difficile autem fieri, quod quanquam laboris &c. indiget. Et tamen his ſuſceptis difficultatibus compleri, atq; ad exitũ perduci poteſt*. Et l. 3. de Orat. c. *Quare illam partem ſuperiore quoniã ſemel ita vobis placuit,*

non

Digitized by Google

nō recuſabo, quominus perpoliã atq; conficiam. Et l.2.de fin.c. *Neq; appellatur vita beata, niſi confecta atq; abſoluta.*

Perfidia. Pſeud.2.1.℣.6.7.

Perfidioſe. Curc.5.3.℣.40.

Perfidioſus. Ciſt.1.1.℣.74.qui per fidem decipit eos, quibus cum contraxit. Cic.l.2.ad Heren.c. 3. *corruptorem & perfidioſum.* Et Divinat. *perfidioſum & prævaricatorem.*

Perfluere. Verbū nō valdè uſitatū; & ferè in libb. vulgò depravatū. Feſt. *Petronia amnis eſt in Tiberim perfluens.* Sic ibi v.c. Vulg. *profluens.*

Perfodere; abſolute, p. perfodere, parietes. τοιχωρυχεῖν. Aſin.3.2. ℣.17. *Inde perfoſſor.* Pſeud.4.2 ℣.23. Vide ſupr. *parietū perf.*

Perforare. Mil. Arg.1.℣.5.

Perfricare, os, frontem, pudorem deponere. Cic.l 3. Tuſcul.c.

Perfrigefacere cor; metu & horrore quodam perfundere. Pſeud.4.7.℣.117.

Perfugium. Caſ.3.5.℣.3.

Perfugium gerere; pro, quærere. Truc.4.4.℣.17.

Perfugium pedibus parere; fugere. Ciſt.1.3.℣.13.

Perfringere brachiū. Mil.1.1.℣.26

Pergamum; Troia, patria Priami. Bacch.4.9 ℣.2.

Pergere; pro, *ire.* Mil.3.1.℣.153.

Pergere pergere, Pſeud.5.1. verſ.4. Pœn.1.3.℣.24. (1.℣.15.

Pergraphicus ſycophanta. Trin. 5.

Pergræcari. Bacch.1.7.℣.15. Moſt. 1.1.℣.61. & 4.2.℣.44. Pœn.3. 2.℣.26. Truc.1.1.℣.68.

Pergula; eſt, caſula, ſeu tuguriolū arundinibus tectum στέγος ἢ γυν οἴκημα περίγυμνον. In has leno venales voluit proſtituere victimas illas publicarum libidinum ἱσταμένας ἐπὶ στέγης. Pſeud.1.2.℣.79.

Perbibere. Trin.3.2.℣.66. Perſ.3.3 ℣.24.

Perhibere verba; eſt loqui. Aſin. 1.3.℣.36.

Perhiberi; dici. Epid. 5.1.℣.22. Bacch.3.3.℣.11. Men.2.3.v.57 Pœn.1.2.℣.31. Rud.4.2.℣.26. Stich.1.1.℣.12.23.& 2.2. ℣.1. Truc.2 5.℣.4.

Periclitari; eſt, periculum facere. *Amph.*2.2.℣.56.

Periculum. Ciſt.2.1.℣. 27.

Periculum; pro experimento. Aſin.2.3.℣.27.

Periculum. Eſt ludicrus ἀγών, ut ſunt naumachiæ, de quibus Auſonius Idyll.10. *Aut Pompeiani Mylaſena pericula belli.* Sic quoq; vocātur Scholaſticæ exercitationes, & ſimilia. Cic. l.1.de leg.c. *Faciunt imperitè, qui qui in iſto periculo, non ut à Poetā, ſed ut à teſte veritatem exigant.* Intelligit n. Cicero poema ſuum de Mario, quod edidit periclitādi ingenii gratiā. Vide etiam Jac. Cuiacii l. 5. Obſerv.c.25. & Jac. Rævard. Protribun. cap. 21.

Periculo & fiducia aliquid facere. Bacch.4.4.℣.100.

Periculo meo, tuo, ſuo, &c. Germ. Auff eines Gefahr vnd Unkoſten etwas handeln. Aſin.2. 4.℣.51. Bacch.4.2.℣.17. Pœn. 4.2.℣.56. *Crede audacter meo periculo.* Rud.2. 4.℣.19. Perſ. 4.3.

4.3. v.55. & 4.4. ỿ. 114. & 4.7. ỿ.5. Trin.4.2. ỿ.16. Capt.2.2. ỿ.99. Bacch.4.4. ỿ.100. Cic. 1. Accuſ.c. *Nihil eſt jam, quod in hac cauſa Iudices quiſquam niſi veſtro periculo poſſit.* Et Accuſ.ult. *Verſari periculo ſuo in aliquâ re.* l.6. Attic. Ep. *Atq; hoc tempore ipſo iniungit mihi epiſtolam Sceptius Bruti, rem illã ſuo periculo eſſe.* Et ꝓ Flacco c. *Facis injuſtè Lali ſi putas periculo noſtro vivere tuos contubernales.*

Periculum capitale. Rud.2.3. ỿ. 19. Trin.2,3. ỿ.81.

Periculum facere. Caſ.4.3. ỿ.5. Bacch.1.1. ỿ.29.

Periculum eſt, Elegans locutio, pro, metuẽdum eſt, cavendũ eſt, Pſeud.1.3. ỿ.54. & 4.6. ỿ. 14. Cicero, *Cave putes.*

Periculum: pro. iudicio, cuius eventus plerumque anceps, & periculi plenus. Cicero pro Archiâ c. *In eiuſmodi perſonâ, quæ propter otium ac ſtudium minimè in judiciis periculisq; tractata eſt.* Quintil. l. 12. c. 7. *Paciſcendi ille practicus mos, et imponentium periculis pretia.* Cicero pro Milon. c. *Atq; hunc ille vir ſummus ſcelere ſolutum periculo liberavit.*

Periculum: pro experientiâ, exploratione, periclitatione. Salluſt. initio Catilin. *Tum demùm periculo atq; negotiis cõpertum eſt, in bello plurimũ ingenium poſſe.* Agell. l.13. cap.8. *Et proinde ſapere atq; conſulere ex his, quæ pericula ipſa rerum docuerant, non quæ libri tantùm aut magiſtri.*

Periculum. Ludicrus ἀγὼν. Auſon. Moſell. ỿ. *Aut Pompeianus Mylaſena pericula belli.* Cic. de Scholaſticis exercitationibus l.1. de Leg. cap. *Faciunt imperitè qui in iſto periculo, non ut à Poeta, ſed ut à teſte veritatem exigant.* Intelligit Cic. Poëma ſuum de Murio quod periclitandi ingenii gratia edidit.

Periculum pro libello, aut Commentario, ſchidâ. Sic viderur hoc verbũ in ipſo titulo C. *De ſentẽtiis ex periculo recitandis*, accipiendum. Idq; contendit acriter Jac. Cujacius à Cicerone quoq; & aliis uſurpatũ. Fr. Hotmanus id reprehendit l.3. Obſerv. c.20. Cic.3. Verr. cap. deſcribit: *Ordo eſt honeſtus, qui negat? aut quid ea res ad hanc rem pertinet? Eſt verò honeſtus, quod eorũ fidei tabulæ publicæ, periculaq; magiſtratuum committuntur.*

Perjerare, pro; *Pejerare* (quod uſitatius) dicebant interdum. In proſâ vix uti velim. Vide & *Ejerare.* Plautus Aſin. 2.2. ỿ. 56. Merc.3.1. ỿ.42. Pœn.2.1. ỿ 34. Ciſt.2.1. ỿ.23. Truc.1.1. ỿ. 9, Horat. l. 2. Sat.3. ỿ.127.

—*Perjuras, ſurripis, aufers Vndiq;.*

peri! ippi. Execrantis eſt. Men.2. 3 ỿ.51. Mil.2.4. ỿ.10. *peri peri properè.*

Catullus:

peri ruſtice, ſemilauta crura.
Subtile & leve peditum Libonis.

peribo.

peribo. [illegible]. Capt.3.5.℣.25.

Perii. Deſperationis Comicæ. Aſin.5.2.℣.73. Caſ.2.6.℣.55. & 3.5.℣.12. & 4.4.℣.8. Epid. 2 2.℣.61. & 3.4.℣.77. & 4. 2.℣. 31. Bacch.1.1.℣.17. & 2.3.℣. 47. & 4.4.℣.29. & 4.8.℣.21. & 5.1.℣.4 & 5.2.℣.74. Moſt. 1.1.℣.9. & 1.3.℣.55. & 3.1.℣. 126. & 4.3.℣.1. & 5.1.℣.59. Mil.2.1.℣.41. & 2.6.℣.11. & 3.2.℣.45. & 4.2.℣.89. Merc.1. 2.℣.14.15.25. & 2.1.℣.42. & 3. 1.℣.12. & 4.4.℣.8. & 4.4.℣.52 & 5.4.℣.26. *Men*.1.2.℣.27. & & 2.3.℣.86. & 5.2.℣. 90. & 5. 7.℣.10. Pſeud.1.1.℣.43. & 1.3. ℣.68. & 4.2.℣.27. & 4.3.℣.15. Pœn.3.5. ℣.42. & 5.6.℣.23. Perſ.5.2.℣.3.29.73. Rud.1.2. ℣.50. & 2.6.℣.26. & 3.6.℣.6. 39. & 4.4.℣.4. 87.99. 110. & 4.8.℣.15. & 5. 5.℣.3. & 5.2.℣. 2. Stich.2.3.℣.15. Trin.4.3.℣. 74. Truc.2.6.℣.57.67. & 2.7. ℣.56.58. & 3.2 ℣.21.

Perii, diſperii. Merc.4.1.℣.15. & 4.3.℣.6.10.

Perii, interii, diſperii. Moſt.4.3. ℣.63.

Perii, interij, occidi. Synonyma Comica. Aul.4.9.℣.1.

Periiperiſti. Pœn.1,2.℣.142.

Periiſti. Pœn.3.5.℣.34.

Perii oppido. Rud.2.6.℣.66.

Perii planè. Stich. 3.2.℣.41.

periimus planè. Trin.2.4.℣. 114. Merc.3.4.℣.25.

perierint: pereant. Stich.1.3.℣. 60.

perinde. idē, quod *proinde*. Stich. 4.1.℣.14.

Perinde quaſi. Stich.1,2.℣. 43.

Perinde ut. Pſeud 2.1.℣.4.

perinde uti, haud aliter. *M*oſt.1. 2.℣.12.

Perire: perdi. Comicæ deſperationis. Germ. Verlohren werden. Caſ.4.3.℣.10. & 5.4.℣.3. Curc.1.3.℣.59. Ciſt.2.3.℣.34. 39. Epid.1.1.℣.69. Moſt.2.1.℣. 2.6.17.40.71. & 2.2.℣.77. Mil.2.2.℣.22. 24. & 2.3.℣. 24.26.27. & 2.5.℣.66. Men. 2.2.℣.21. & 2.3.℣.63. Pœn.5. 2.℣, 29. Perſ.4.9.℣. *R*ud. 4. 2.2.℣.6. & 3.5.℣.31. & 3.6.℣. 6. Trin.4.2.℣.150. Truc. 1.1. ℣.2.6.24.26.27.28.29. & 1.2. ℣.86. & 2.7.℣.9. & 4.1.℣.9. & 4 2.℣.8.18.

Perire ab re, & animo. Truc.1.1. ℣.26.28.29.31.36.

Perire amore. Pſeud.1.3 ℣.65. Pœn. 1.1.v.14.

Perire aliqua re. Merc.3.2.℣.105. *Lamentando pereo*.

Perire: pro, *amare*. Curc. *Arg*.℣. 7. Truc. Arg.℣.1. Propert. lib. 1. *Indigna merce puella perit*. h.e. deperit.

Perire efflictim. Pœnolo 5.2.℣. 135.

Perire miſerè. Truc. 2.7.℣.14.

Perire modis malis. Bacch.3. 3.℣. 86.

Perire pejus, quam. Trin. 2. 1.℣. 31.

Perire perpetuum in modum: prorſus. Moſt.3. 1.℣.5.

Perire potando. Rudent. 2. 3.℣. 31.

Perire pulchre. Mil.2.4.v.30.

periratus. Truc.3.1.℣.11.

Periſtromata: παραπετάσματα. velaria. Germ. Vmbhänge. Pſeud 1.2.

1.2.℣.13. Periſtromata Campanica varii coloris. Vide etiam Stich.2.3.℣.53. *Babylonica periſtromata.*

Peritare; perire Capt.3.5.℣.32. Pœn.Prol.℣.30. Sic Lucret. l. 5.℣.711.—*peritat partita per artus.* Ennius: *Conferre autẽ ratem qui peritet.* Ita Pacuvius *initare* dixit apud Diomed. l. 1. *Loca arida initas.*

Perjurare quid ſit explicat Cic. l.3.Offic. *Non enim falſum jurare, perjurare eſt; ſed quod ex animi tui ſententia eſt, ſicut verbis concipitur more noſtro, id non facere perjurium eſt.* Aſin.2.2.℣.56. & 3.2. ℣. 16. Curc.2.2.℣.18. Ciſt.2.1.℣.23. Merc.3.1.℣.41. Pſeud.1.3.℣. 119.& 4.5.℣.6. Bacch. 4.9.℣. 107. De variis vocabulis Jurandi vide Petri Pythœi Adverſar.lib.2.cap.8.Tomo II. Lampadis Critic.pag.785. Sumitur etiam μετωνυμικῶς pro *Mentiri.* Pœn.2.1.℣.34.& 5.4. ℣.70. Merc.3.1.℣.42. Mil.4.2 ℣.74. *Heu ecaſtor hominem periurum*; h. e. mendacem. Sic *Inceſtare* de ſtupro. Pœn. 5.2.℣.136. *Neque eam inceſtavit umquam.*

Periurare in aliquam rem. Pœn. 5.4.℣.70.

Periuratiuncula paraſitica. Stich. 2.1.℣.76.

Perjurii caput. Pſeud.1.1.℣. 129. Rud.4.4.℣.55.

Periurii fons. Truc.2.7.℣.50.

Periurior. Comparativus à *periurus.* Mil.1.1.℣.21. Pœn.4.5.v.3

Perjurioſus. Truc.1.2.℣.51.

Perjuriſſimus. Pſeud.1.3.℣.116. Rud.3.4.℣.17.& 5.3.℣.51. *perjuriſſime.*

Periurius. Trin.1.2.℣.164.

Perlabi: advenire, advolare, accurrere; ut *permanere.* Cicer. lib.2. de Nat.Deor. *Per quas lapſus cibus ex hoc ipſo loco in eam venam, quæ cava appellatur, confunditur. perq; eam ad cor confectus jam, coctusq; perlabitur.* Virgil.lib.7. Æn. ℣. 646. *Ad nos vix tenuis fama perlabitur aura.* Lucret. IV. 357. *ad noſtras acies perlabitur ictus.*

Perlecebra: de meretricibus. Bacch.5.2.℣.47.

Perlonginquum. Bacch.5.2.℣.76

Perlubens Trin.3.3.℣.50.& 4.3.℣. 34.

Perlubet. Capt.4.2.℣.53. Rud.2. 3 ℣.23.

Permadefacere. Moſt.1.2.℣.62.

Permanare; propriè de imbre. Moſt.1.2.℣.62.

Permanare: de rumoribus, fallaciis, fraudibus. Capt. 2.1.℣.25.

Permanaſcere; pervenire. Trin, 1.2.℣.118,

Permediatè: accuratiſſimè. Bacc, 3.6.℣.16.

Permeditatus. Epid.3.2.℣.39.

Permirum. Mil.4.6.℣. 9.

Permittere. Idem interdũ, quod, *Remittere,* de quo inf. Sed plerumque eſt depravatum. Cicero pro Sextio cap. *Qui cùm inimicitias ſibi mecum ex Reipub. diſſenſione ſuſceptas eſſe dixiſſet, eas ſe Conſcriptis Patribus dixit & temporibus & Reip. permiſſurum putat.* vulg. leg.

leg. *remiſſurum*. Ulp. l. 3. D. de publ. ind. *Publica accuſatio reo vel rea ante defunctis permittitur*. Papirius Juſtus l. 37. Imperat. D. deſſipact. *Imperatores reſcripſerunt, debitori Reip. à Curatore permitti pecunias non poſſe*. Liv. l. 2. cap. *Sed cura fuit Conſulibus ac Senatoribus Patrum, ut imperio ſuo vehemens manſueto permitteretur ingenio*. Ubi Rhenanus repoſuit *remitteretur*: quamvis rectius forte, *ut imperium* (h. e. dictatura) *permitteretur*. h. e. *committeretur*. Et Paulus l. 6. adigere. §. ult. D. de iure patr. *Lege Iulia de inarctandis ordinibus permittitur jusjurandū quod liberto in hoc impoſitum eſt, ne uxorem duxerit*. Imper. Conſtantinus l. 2. C. de precibus Imp. offi. *Quotiens reſcri pto noſtro moratoria præſcriptio permittitur, aditus ſupplicandi panditur, barathrumq; Marcelli*. Æſchyn. in Demoſth. οὐκ ἀπεκινψαςθε τὸν ἄνθρωπον εἰς κοινὴν τῶν Ἑλλήνων συμφοράν. Agell. l. 1. c. 3. *Tempeſtivius laxato paullum permiſſoq; ſubtili juſtitiæ examine*. Sic ibi leg. nō *remiſſo*. ut vulg. Vide Cuiac. l. 21. Obſervat. c. 29. ubi idem probat: & contra *Remittere* pro Permittere: de quo infr.

Permittere tela, equos, canes, idē quod, Immittere, longè mittere, incitare. Poetis & Hiſtoricis familiare. Vide & ſupra, *Admittere*. Siſenna l. 3. *Et inde equum concitatum Princeps ad hoſtium permittit aciem*. Et l. 4. *Multi præmiſſis armis ex ſūmo ſe permitterent*. Lucr. l. 4. ℣. 681

> —— *tum fiſſa ferarum*
> *Vngula, quò tulerit greſſum, permiſſa canum vis*
> *Ducit.*

Et mox: *Hic ut poſſit permitti longius alter*. Liv. l. 30. c. *Primò Barbari ſegnius permittere equos de veſtra* &c. Et l. 29. c. *S. Cornelius Tribuno militum imperat per patentes in hoſtium aciē vias, permittere equos jubeat*. Sic v. c. vulg. *immittere*. Idem l. 4. c. *Duplicate turmas, inquit, duarum legionem equites, et permittite equos in cuneū hoſtium*. Cæſ. l. 8. bell. Gall. c. *Quorum alter ex pontibus, quo tutior altitudine eſſet, hoc audacius longiusq; tela permitteret*. Ita v. l.

Permittere. p. Cōmittere, Concedere. Ter. Heaut. 2. 3. v. 109. *Imò, Syre, & me, & meū amorem & famam permitto tibi*.

Permittere: longè mittere, incipere. Siſenna l. 3. *Et inde equū concitatum princeps ad hoſtium permittit aciem*. Et l. 4. *Multi præmiſſis armis ex ſūmo ſe permitterent*. Lucr. IV. 689. *Eſt, alio ut poſſit pmitti lōgius alter*.

Permitti viam damni. Truc. 2. 2. ℣. 49.

Permovere: loco ſuo movere, ac ſollicitare. Cic. l. 1. de Divin. *Mente permotum*, dixit, pro inſano. Et l. 6. de Rep. *Quamobrem ſe comparet hic civis ita neceſſe eſt. ut ſit contra hæc, quæ civitatis ſtatum permovent, ſēper armatus*. Lucr. II. 899. IV. 1017.

Permultum. Bacch. 2. 3. ℣. 36.

Perna; pars petaſonis. Germ ***Ein Schüncken***. *Vn Iambon*. Capt. 4.2.℣.70. Caſ.2.3.℣.44 Men. 1.3.℣.27. pſeud.1.2.℣.33. Stich 2.3.℣.35.

pernegare; valde negare. Aſin.2.2 ℣.56. Moſt.3.1.℣ 22. Men.2.3. ℣.62. Truc.2.2.℣.76.

pernicies; damnum aut periculũ aliquod gravius notat. *Aſin.* 1.2.℣.7. Ciſt.2.1.v.13. Bacch. 4.7.℣.29. *Eſſe in periculo*, & pernicie.

Pernicies, pro pernitioſo homine. Pſeu.d1.3.℣.129. Sic *Calamitas*, & *Peſtis* de magno damno. Bacch.4.7.℣.29. *quãtâ in pernicie*. Cic. ꝑ Milon. c. de Clodio: *Ea vis eſt igitur, q̃ illam perniciem exſtinxit*. Hor. l.1. Epiſt.15. ℣. de quodam ſcurrâ Mænio:

Pernicies & tempeſtas bara
thrumq; macelli

Demoſth. οὐκ ἀποτίμψασθαι τὸν ἄνθρωπον ὡς κοινὴν τῶν Ἑλλήνων συμφοράν.

Pernicies herilis: de ſervo. Moſt. 1.1.℣.3.

Pernicitas pedum. Men.5.2.℣.4 114.

Pernigri oculi. Pœn.5.2.℣.153.

Perniciter. Amph.5.1.℣.64.

Pernix manibus. Mil.3.1.℣.35. *A* pernitendo.

Pernix; de curſu. Pſeud.4.7.v.79

Pernoctandum eſt ſoli. Truc.2.1. ℣.31.

Pernoctare in ſtramentis. Truc.2. 2.℣.23.

Pernoſſe. Rud.4.4.℣.137. Aul.3.5 ℣.29. *pernoſſe probè*. Trin.3.2. ℣ 39.

Pernumerare argentum Epid.5.1 ℣.26.

Perorare, Peroratio. Hoc verbum videtur Cicero primus effinxiſſe. Eo certè timidè & adhibitâ ſuâ particulâ *quaſi* ἀνα-πολήξεως ἕνεκα utitur ꝓ Cõcluſione ſive extremâ orationis parte. Cic.l. 2. de Orat. c. *Tum autem alii concluſionem orationis, & quaſi perorationẽ collocant: alii jubent, antequã peroretur, ornandi aut agendi causâ digredi, deinde concludere ac perorare.*

perparuus. Truc.prol.℣.7. *perparva pars loci*.

Perpavefacere. Stich.1.2.℣.28.

Perpauxillum: nimis pauxillum. Capt.1.2.℣.74. Cic.l.2. de Orat.c.58. *perpaulul um*.

Perpellere; impellere. Epid.1.1.℣. 80. Bacch.4.4.℣.4.

perpellere, ut *Perſuadere*: pro, Inducere, impellere, corrumpere. Liv.l 29. cap. *Dũ accenſum, recenti amore Numidam habet, perpellit blanditiis quoq; puellæ adhibitis, ut Legatos in Siciliã ad Scipionem mittat*. Et l. 30.c. *Et eò fœdiora hæc videbantur Scipioni, quod ipſum in Hiſpaniâ nullius forma perpulerat captivæ*. Vulg. *pepulerat*. Et l. 31.c. *Inde Gomphos adortos & per aliquot dies ſumma in Vrbẽ tuentes, cùm ſcalas ad mœnia erexiſſet eodem metu perpulit ad deditionem*, Sall. Catil.c. de Cicerone: *Ad hoc Collegam ſuum Antonium pactione perpulerat, ne contra Rempub. diſſentiret*. Ulp.l.1.§. Sed utrum D. de

D. de ſerv. corr. *Sed utrum ita demùm tenetur, ſi bona frugi ſervum perpulit ad delinquendum.* Ita rectè in Pand. Flor. vulg. *pepulit.*

Perpellere; pro, proſternere. evertere, eripere. Cicero pro M. Cælio c. *Quid tumultuaris Soror? Vicinum adoleſcentem adſpexiſti: candor huius te & proceritas vultus, oculiq; perpulerunt.* Vbi Lamb. invitis libb. *perculerunt.* Idem ad Q. Fratr. Epiſt. *Quẽ tu adoleſcentulus ꝑpuliſti, ignarũ legũ, haſitantem in maiorum inſtitutis.* Plautus Trin. 2. 2. ℣. 28. *Sin ipſe animũ perpulit, dum vivit, victor victorum cluet.* Et Epid. 4. 1. ℣. 15. *planè hic eſt, qui mihi in Epidauro primus pudicitiã perpulit.* Ita ibi edidi, non, *pepulit.* Vide Animadverſ. noſtras.

Perperam. Duæ ferè huius articuli notiones ſunt.

1. *Notio*: quâ, perperam quid fieri, vel factum, opponitur ei, quod rectè fit, vel factum eſt. Ut, *Perperam petere*, iudicare, pronunciare, exhæredare, agere, *&c.* id eſt, malè, non rectè. Ita Juriſconſ. ſæpè eo utitur l. 22. §. rem autem. Rat. rẽ hab. l. 62. de re judic. l. 42. lib. cauſ. 12 § ſi quis de bon. lib. l. 2. §. qui ita, de eo quod cert. loc. l. 24. de reb. dub. l. ult. C. de pen. iud. Plaut. Amph. 1. 1. ℣. 91. Capt. 2. 2. ℣. 78. Caſ. 2. 6. ℣. 15. Men. 5. 5. ℣ 59. Poſſunt etiam ad ſecundam notionem referri.

2. *Notio*: quâ *Perperam* valet, *per errorem*, & imprudentiam. Et hæc notio vetus eſt ac verior. Hirtius de bello Afric. c. *Eodem tempore capti tabellarij, qui à Cordula ad Pompeium miſſi erant perperãq; ad caſtra noſtra peruenerũt, præciſis manibus miſſi ſunt facti.* Cicer. 2. Accuſ. c. *Sæpe ſit, ut per imprudentiam perperam iudicetur.* Varr. l. 3. r. r. c. ult. *Ille fiens narrat ab neſcio quo percuſſum cultello concidiſſe: quem qui eſſet, animadvertere præco non Conſulem ad populum, ſed Imperatore pronunciaſſet.* Ita & Juriſconſ. eo ſæpe quoq; ſunt uſi. Ut, Perperam *conſentire*, ſolvere, agere, pronunciare, *&c.* l. 1. C. ſi maior fact. l. 9. de pec. conſt. l. 2, C. ſi maior fact. l. 12. §. Si quis de bon. lit.

Perperus, a, um: ἄχρηστος, inutilis. Truc. 3. 1. ℣. 9. *Ego perperas minas oves in hac crumina in urbem detuli.*

Perpes: perpetuus, iugis. Amphitruo 1. 1. ℣. 123. & 2. 2. ℣. 105.

Perpeti: eſt pati, durare. Aſinaria 3. 1. verſ. 19. Amph. 3. 2. ℣. 7. Trin. 3. 2. ℣. 35. Men. 5. 1. ℣. 42.

perpetim. Truc. 2. 2. ℣. 23.

Perpetrare opus: abſolvere. Pſeud. 5. 1. ℣. 24. Truc. 2. 5. v. 12

Perpetuare: activè. Pſeud. 1. 3. ℣. 71. *Perpetuare data.* Cicer. de Oratore; *Perpetuare verba.*

Perpetui anni. Stich. 2. 1. ℣. 14.

Perpetuò: ſemper. Epid. 1. 1. ℣. 15. Moſt. 1. 2. ℣. 65.

Perpetuò, valet, *propriè*. *Amph.* Prol. ℣. 60. Ter. Eun. 5. 8. ℣. 13 & 5. 9. ℣. 21. Heaut. 4. 8. ℣. 21. & 4. 5. ℣. 33.

Perpetuum: idē eſt, quod totum, ſolidum, non interruptum, conciſum in partes, ſed continuatū. Moſt. 1. 2. ℣. 68. *Tota perpetua ades.* Ter. Hecyr. 1. 2. ℣. 12. *Biennium perpetuū.* Cic. *Perpetua diſputatio.* Et Plaut⁹ noſter Amph. Prol. ℣. 6. *Lucrū bonū, ampliū & perpetuum, ac perenne.* ℣. 14. Rud. 2. 3. ℣. 40. *perpetuam noctem.* Merc. 2. 3. ℣ 44. *ſolida & perpetua eſt fides.*

Perpetuū in malum: h. e ꝑpetuò Moſt. 3. 1. ℣. 5. & 4. 3. ℣. 41.

Perpetuus dies; totus dies. Moſt. 3. 2. ℣. 79.

Perpetuus; in lōgum directè extenſus, non interruptus æquabili undecumq; ductu eoque continenti. Liv. l. 7. c. *Quippe ſi lux exſpectetur, qua ſpes non vallo perpetuo foſſaq; nos ſepturum hoſtem.* Cæſar lib. 7. *Itaq; truncis arborum, aut ad modū firmis ramis abciſis, atq; horū delibratis cacuminibus, perpetua foſſa, qui nos pedes alta ducebātur.* Ita Giſan. reſtituit. Virg. Aen. 7. ℣. 176.

Perpetuis ſoliti patres conſidere menſis.

Hinc elegāter Lucr. l. 4. v. 427

Porticus æquali quamvis eſt deniq; ductu,

Stansq; in perpetuum paribus ſuffulta columnis.

Perpetuitas vitæ, Cic. lib. 1. Offic. c. *Cum in tota vitâ conſtituendâ, multò eſt cura major adhibenda, nec in ullo officio claudicaret.*

Perpexabile verbum. Non minus ſic rectè dicitur, quam *perplexabile*. Aſi. 4. 1. ℣. 47. Sic enim MS. Palat. Non. & V. C. Mēbr. Palat. qui *perpexibile*. Utrumque inquam rectè dicitur. Illud à *Perpecto, perpexo, perpexabilis*: alterū à *Perplecto, perplexo, perplexabile*. Vide paulò poſt; *Perplexibile*.

Perplacere: valdè placere. Moſt. 3. 3. v. 4. Merc. 2. 3. v. 14. *perplacet*.

Perplexabiliter. Stich. 1. 2. ℣. 28.

Perplexari: eſt perplexè & captiosè agere. *Aul*. 2, 2. ℣. 81.

Perplexibile verbum; eſt, figuratum, quod aliud audiatur, aliud ſentiatur. *Non.* Aſin. 4. 1. ℣. 47. Sic apud Terent. *perplexè loqui*. Gloſſæ: *Perplexus*, πεπλεγμένος. Vide Lexic. Lucr. in *Plexis*.

Perplexim. Stich. 1. 1. v. 18. *Perplexim oratione laceſſere*; eſt, uti tortiloquio, ἐμφάσει συνεστραμμένη, ut vocant Gloſſæ. Noſter alibi, *contortuplicatam orationem*. Perſ. 4. 6. ℣. 26. Phædrus *verboſas ſtrophas*, vocat.

Perpluere; activè. Moſt. 1. 3. ℣. 8.

Perpluit. Trin. 2. 2. ℣. 41. ἀλληγορικῶς

Perpol. Caſ. 2. 6. ℣. 18. Ter. *Perpol quam paucos reperias.*

Perpolire, & *Perficere*. Vide ſupra *Perficere*; ab eo & *Depolitum*, de quo ita in Epil. Feſti; *Depolitum, perfectum: quia omnes perfectiones antiqui politiones appellabant.*

Perpotare. Moſt. 4. 2. ℣. 60. *Perpotare aſſiduò*. Pſeud. 5. 1. ℣. 13.

Perpruriſcere. Stich. 5. 5. ℣. 20.

Per-

Perpurgata aures; doctæ, intelligentes, ſubtili iudicio prædita. Mil. 3. 1. ℣. 177. Sic Horat. l. 1 Epiſt. 1. ℣. 7. *Eſt mihi purgatam crebrò qui perſonet aurem*. Propert. l. 2. Eleg. 13. *Auribus & puris ſcripta probaſſe meo*. Perſ. Sat. V.—*purgatis inſeris aures Fruge Cleanthêa*. Idem; *Stoicus hic aurem mordaci lotus aceto*.

Perputare; perfectè exponere; μεταφορικῶς, à vineis, quæ putari ſolent. Ciſt. 1. 3. ℣. 7.

Perquirere Stich. 2. 1. ℣. 48.

Perreptare. Amph. 4. 1. ℣. 3.

Perrogare ſententias: hoc eſt, omnes rogare Perrogari leges & Perferri dicebãtur, cùm accipiebantur à populo. Liv. l. 24. c. *Perrogari eo die ſententiæ accenſis ſtudiys oro Scipione & adversùs Scipionem non potuere*. Et l. 32. c. *Ceteri populi Achæorũ cũ ſentẽtia perrogarẽtur, ſocietatẽ cum Attalo ac Rhodiis præſenti decreto cõfirmarunt*. Val. Max. l. 1. c. 2. *Traditas ſibi leges perrogabat*. Et l. 8. c. 6. *Tribun⁹ plebis legem adverſis interceſſionem Collegarum perrogavit*. Tacit. l. 20. c. *Cùm perrogarẽt ſententias Conſules*. Suet. Aug. cap. *Sententias de maiore negotio non more neq; ordine, ſed prout libuiſſet, perrogabat*. Ita rectè vet. lib. Juſtin. lib. 21. de Antiocho: *Cùm frequenter de bello conſilium habuiſſet; remoto Hannibale &c. Sed ne per omnia eum ſpreviſſe videretur, omnibusq; perrogatis poſtremũ perrogaſſe*. Utuntur & eo verbo Plinius in Panegyr. & Lampridius in Commodo.

Perſa. Homo ex Perſide. Græcè Πέρσης, vel Περσεύς. Sic Paraſitus Saturio apud Plautum vocatur *Perſa*, in Comœdia *Perſa*: quæ inde nomen ſuum habet, non à Virgine Perſa. Neq; enim femininũ eſt, ſed maſculinum: ut prolixè docet Scaliger ad Euſebiũ p. 130. ſb. Ibi vide. Eſt etiã nomẽ Canis apud Val. Max. lib. 1. c. 5. §. 3.

Perſa. Curc. 3. ℣. 72.

Perſarum montes aurei. Stich. 1. 1. 6. 23.

Perſarum mores. Perſ. 4. 6. ℣. 25.

Perſcribere, Perſcriptiones. De rationibus & fœnore de pecuniis creditis *&c.* ſæpè hoc verbum eſt depravatum, aut mutatũ in *Præſcribere*. Videtur & ad *contractum nominum*, qui è ſcripturâ fieri dicebatur, pertinere. Livius lib. 34. cap. *Cùm hæc inclinatio animorum plebis ad ſuſtinendam inopiam ærarii fieret, pecunia quoq; pupillares primò, deinde viduarũ cœpta conferri, nuſquã eas tutius ſanctiusq; deponere credentibus quod deferebant, quam in publicâ fide, inde ſi quid emptũ paratumq; pupillis ac viduis foret à Quæſtore perſcribebatur*. Cic. l. 4. Attic. Epiſt. ult. *Hæc veſtro non verbis, ſed nominib⁹ & perſcriptionibus multorum tabulis cũ eſſe facta diceretur*. Et l. 9. Ep. 14. *Nos vivimus, & ſtat Vrbs iſta? Prætores jus dicũt? Ædiles Ludos parant? Viri boni uſuras perſcribunt*. Pro Flacco c. *Et omnes illã pecuniã nominatim Flacco datã referũt maiorem aliam cùm huic eidẽ*

darent, in Aedem ſacrã reficiendam, ſe perſcripſiſſe dicunt. Et 5. Philipp. c. *Illa verò diſſipatio perſecutio pecuniæ publicæ ferẽda nullo modo eſt, per quam ſeptiés millies perſcriptionibus donationibusq;* avertit. Idem 3. Accuſ. Verr. c. *Scribam tuum dicit Verres huius perſcriptprẽ fœnerationis fuiſſe*. Et l. de Orat. c. *At verò ſi de reipsâ, ſi de finibus, cùm in rem præſentem non venimus, ſi te tabulis & pſcriptionibus* (ſic ibi leg.) *controverſia eſt*.

perſecare. Livius quaſi de malo aliquo planè execrando tralatè autẽ, eo uſus eſt l. 40. c. 19. *Duranio Prætori cui Provincia Apulia evenerat, adjecta de Bacchanalibus quæſtio eſt: cuius reſidua quadã velut ſemina ex prioribus malis &c. Sed magis inchoata apud L. Puppium &c. id perſecare novum Prætorem Patres juſſerunt*.

perſectari, pſequi. Mil. 2. 5. ℣. 20.

Perſentiſco. Amph. 1. 3. ℣. 29. Aul. 1. 1 ℣. 24. Merc 4. 1. ℣. 21. *quã vis inſipiens poterat perſentiſcere*; h. e. intelligere, videre.

perſequens flagitij Caſ. 2. 1. ℣. 12.

Perſequi; acquirere. Mer. 5. 1. v. 7

perſequi; efficere, in effectũ dare, vulgò. Amph. 2. 1. ℣. 39. Capt. 2. 3. ℣. 65. Curc. 1. 3. ℣. 55. Merc. Prol. ℣. 85. *perſequi promiſſa*.

perſequi; abſolvere. Vulg. *Proſeq*. Cic. Phil. 13. c. *Reliqua populus R. in eâ familiâ perſequetur*. Sic v. l. vulg. *proſequetur*. Et de Prov. Conſ. *Si idem extrema perſequitur qui inchoavit*.

perſequi factu. Merc. 3. 2. ℣. 11.

perſequi; p. imitari. Aſin. 1. 1. ℣. 59

Perſeq imperiũ Stich. 1. 2. v. 84. 85

Perſequi jus. Capt. 3. 1. ℣. 32.

perſequi pergere. Rud. 3. 3. ℣. 4.

perſequi; perſeverare in propoſito. Ciſt. 2. 1. ℣. 54.

perſequi: ſequi. Ciſt. 1. 3. ℣. 35. & 3. ℣. 20. & 4. 2. ℣ 30.

Perſequi; verbum etiam venatorum eſt; tralatè verò pro, *exaudire, auſcultare*. Epid. 1. 1. ℣. 93: Men. 4. 1. ℣. 8. *perſequi veſtigiis*.

Perſequi tenebras. Pſeud. 1. 1. ℣. 88. Vide litt. T.

perſeverandi verbo Cicero ſæpè utitur pro, conſtanter permanere. Hodiè vix eſt uſitatum.

perſeverare, pro, ad exitum producere, & perficere. Cicero p Quintio c. *Vt neceſſariò confiteare, neq; eorũ tam temerarium quemquam fuiſſe, neq; teipſum, id quod turpiſſimè ſuſcepiſes; perſeverare, & tranſigere potuiſſe*. Silenna: *Idemq; perſeverarunt, uti lex perveniret ad quæſitorem*.

perſimilis. Perſ. 4. 6. ℣. 16.

perſolla; ὑποκοριστικῶς ut, à, *corona, corolla*. Curc. 1. 3. ℣. 36.

perſolvere; dicere, ἀπαγγέλλειν. Ciſt. 1. 3. ℣. 40.

perſpectare ædes. Moſt. 3. 2. ℣. 131.

perſpectè & doctè Mil 3. 1. ℣. 161.

perſpicere: introſpicere. Epid. 3. 3. ℣. 4.

perſpicere. Id propriè de iis, quæ diligenter inſpicimus, bona, ſint ne, nec ne. Ut ſi equum empturus, eum perſpiciat, ſi quid factum, an rectè ſit factũ, perſpiciat. Cic. l. . Epiſt. Sext. *Domum tuam, atq; ædificationem*

nem perſpexi, & vehementer probavi. Et l. 2. Attic. Epiſt. 4. *Terentiæ ſaltum perſpeximus. Quid quæris? præter quercum Dodonæam nihil deſideramus, quominus Epirum ipſam poſſidere videamur.* Pro Milon. c. de Clodio: *Divertit in villã P. pompeiũ ut videret? Sciebat in Alſienſi eſſe. villam ut perſpiceret: millies in eã fuit.*

perſpicuus. Non eſt id, quod dilucidus: ſed idẽ, quod, manifeſtus, apertus. omnibus notus evidens, certus. Barbari *notorium* vocãt. Græce ἐναργής. Sic & *perſpicuitas*, quæ & *Evidentia*. Cic. pro domo c. *Audieram*, & legeram clariſſimos noſtræ civitatis viros ſe in medios hoſtes ad perſpicuam mortem pro ſalute exercitûs abieciſſe.

perſpicientia, & *proſpicientia. patientia, Deſpicientia*. Cic. l. 1. Offic. c. *Aut enim in perſpicientiã veri, ſollertiãq; verſatur*.

perſuaſum eſt; certum eſt. Bacch. 4.9 ỽ. 93.

perſuaſus, ûs, ui. Epid. Arg. 1. ỽ. 2. Pro perſuaſione. Rarum verbum: quo tamen Cicero eſt uſus. Ut &. *Inductus*, aliiſque eiuſdem modi. Cicero pro Vareno: *Optio nobis datur, utrum velitis. caſu illo itinere Varennum eſſe uſum, an huius perſuaſu & inductu?*

perſuaſtrices: de meretricibus. Bacch. 5.2. ỽ. 47.

pertæſum eſt convivii ſermoniſq;. Moſt. 1.4. v. 5.

pertegere. Rud. 1. 2. ỽ. 35.

pertegere benefacta benefactis. Trin. 2. 2. ỽ. 41.

pertendere: eo quò cogitat, vel, cœpit contendere. Varro l. 4. de L L. *Itaq; à quâ re ſit pertinacia cum quæritur, oſtẽditur, eſſe à pertendendo, in quã re ſic impoſitum dicitur, cùm demũſtratur, in quo non debet pertẽdi. & pertendit, pertinaciam eſſe: quòd in quo oporteat manere, ſi in eo perſtet, perſeverantia ſit.* Propert. lib. 2. Eleg. 15. v. 16.

Quod ſi pertendes animo veſtita cubarus?
Sciſſã veſte meas experière manus.

Terent. Heaut 5. 5. v. 9. *Video non licere ut cœperam, hoc pertendere*. Cic. quoq; pro Balbo cap. 5. *Nos pompei decretum, &c. cum fœderibus omnia acerbiſſimã diligentiã pertendemus?* Ubi male edi ſolet, *perpendemus*.

perterere. Men. 1. 1. ỽ. 9.

perterrere. *perterruit, perterritus*. Interdũ de loco, pro, Repellere; quomodo & *perturbandi* verbo utuntur veteres. Cicero pro Cæcinna cap. *A. Cæcinnam cum amicis metu perterritum profugiſſe*. Et poſt. *Tu ſolus prohibitus, & à tuis ædibus vi atq; armis perterrita.* Ubi invitis libris Lamb. ſuppoſuit, *proterritus*. quod verbum non uſitatum. Et poſt: *Verbo rejicere, at p verto e dicit* Sic antea: *Is, qui armis perterritus fugatus pulſus eſt.*

Et pro Quintio c.31. *Ab omni magiſtratu agitatas atq; perterritas*. Plaut. Moſtell. 5.2.ỷ.15. *Adveniēs perterruiſti me*. Trin. 3.2.ỷ.77. Cæſ.l.1. de bell. gall. c. *Quæ copiæ noſtras perterrerēt, & munitione prohiberent*. Et Hirtius de bell. Hiſpan. c. *ſuo loco perterritus eſt, quod Equites ex Italiâ cum Aſpremate ad Cæſarem veniſſent*.

Pertica. Aſin. 3.2.ỷ.43.

Pertimeſcere. Pſeud. 5.2.ỷ.3.

Pertimui; deſperationis Comicæ: Bacch. 4.8. ỷ.21. Truc. 4. 2. verſ. 60. Terent. Phorm. 4.2.ỷ.11. Cic. 2. Accuſ. c. *Subitò ſolus deſtitutus pertimuit, & conturbatus eſt*. Et 5. Accuſ. cap. *tamen quia pertimuerat adoleſcens*.

Pertinacia. Merc. 5.2.ỷ.7.

Pertinax; pro, valdè tenaci, firmo, diuturno. Antiquitatem ſapit ferè obſoletâ: licet Poetæ eo uti poſſint. Dicitur à *pertinendo*. Plaut. Capt. 2.2.ỷ.39. *tenaxne pater eſt ejus?* PH. *Immò edepol pertenax*. Plin. l.18. c.9. *Sed & trans Alpes in Allobrogū tantum Arvernorumq; agro pertinax in ceteris ibi partibus biennio in triticū tranſit*. Loquitur de ſiligine. Varr. r. r. l.1. c.59. *Neque tamen ſine forticulis, ne cum humor ē amiſerint, pertinaci vento vieta fiāt*. Agell. l.2. c. *Stare ſolitus Socrates dicitur pertinaci ſtatu p dies atq; per noctes* &c. Horat. alibi.

Pertinere. Valet idem quod firmiter continere. Vide & *Attinere* ſupr. Cic. l.2. Offic. cap. *Qui cum prohiberet injuriâ tenuiores, æquitate conſtituendâ ſummos cum infirmis pari jure pertinebat*. Sic eſt in v. libb.

Pertinet ad. Truc. 4.3.ỷ.25.

Pertractare. Aſin. 1.3.ỷ.74. Cic. l. 3. Tuſc. c.14. *Pertractatas humanas res habere*. Caſ. 4.4.ỷ. 24.

Pertractatè. Capt. Prol. ỷ.55.

Pertundere crumenam. Pſeud. 1. 2.ỷ.37.

Perturbare: pertniſcere, confundere. Moſt. 3.1.ỷ.122.

Perturbare. Idem interdū valet, quod, *Pervertere*, *Evertere*, *prævertere*, *deturbare*. Nam & aliàs hæc particula *per* verbis iuncta eā vim habet: ut videre eſt in. *Percellere*, *pervertere*, *Perpellere permovere*, &c. Cic. in Sextianæ: *Eos autem, qui omnia divina & humana violarint, vexarint, perturbarint, everterint, non ſolùm alacres lætoſq; volitare*. Valer. l.1. c.ult. *Cuius ex oraculo reddita vox eſt, inventurum equum, ſed ut eo perturbatus periret*. Cæſar l. 7. bell. Gall. c. *Fundis, ſagittis, lapidibus noſtros de vallo perturbare*. Rhet. Herenn, l.4.c. *Veſter enim vos animus amantiſſimus Reip. facile edocet, ut cùm qui fortunas omnium voluerit prodere, præcipitem perturbetis ex ea civitate*. Ubi Lābinus repugnantib. omnibus libb. repoſuit, *deturbetis*. Tacit. l.11. c. *Ille ut erat in magnis auſis promtus, biduo tria millia ſtudiorum invadit* (h.e. vadit) *ignarumq; & exterritū*

Gatarzē perturbat. Ubi Rhenanus *proturbat.* Ovid.lib.3. Metam.℣.79.

Impete nunc veſto ceu concitus imbribus annis
Fertur, & obſtantes perturbat pectore ſilvas. (134.

pertuſum dolium. Pſeud. 1.3.℣.

pervadere. Verbum vulgò vix notum. Cic.pro lege Manii.c. *Nulla ora tam deſerta.quo non illius diei fama pervaſerat.* Et pro domo ſuâ c. *Opinio quæ & animos gentium barbararum pervaſerat.* Pro Sylla c. *Quas oras quaſi morbus quidã illius furoris pervaſerat.* Et lib.2. de Nat.Deor. c. *Ne quidin aures quod noceat.poſſit pervadere.* Ita in Verr. *pars belli in Italiam pervaſerat:* Et, *quantum incẽdium per agros pervaſerit.*

pervehi, & *provehi,* longè differunt. *pervehi,* eſt ad ipſum uſque locũ vehi: *provehi,* eſt jã in medio itinere. Hinc *Romã versùs pervectus* dicitur, non, *provectus.* & melius rursùs, *Romam uſq; pervectus.* Sed *pervectus* ſæpe mutatur in *provectus.* Cic.l.9.Epiſt.18. ad Pætum: *Potes mulo iſto, quẽ tibi reliquum dicis eſſe, cum cantherium comediſti, eâq; in Africã pervectus, victricia Sylla arma effugit.* Sic leg.ex v.l. Cic.l.2. Offic.cap. *Nam & cum proſpero flatu ejus utimur, ad exitus pervehimur optatos.* Sic & ibi vett.libb. Juſtin.l.3.cap.27. *Tandem ad ſocerum ſuum Artamenem Regem Cappadociæ pervehitur.* Ita ibi libb. Mſſ.

pervehi: de navigatione. Stich. 2.3.℣.44.

pervelim. Caſ.5.1.℣.9.

pervelle. Ep.4.1.℣.9. Caſ.5.1.v.9.

pervellere nates. Perſ.5.2.℣.66. Vide litt.N.

pervellere: pro, reprehendere.& ut vulgò dicunt, *vellicare.* Verbum rarius. Cicero l.1. de Orat.in fine: *Neq; enim Scævola tam mihi moleſtus fuit, quod jus noſtrum civile pervellit, quàm jucundus quod ſe id nis ſcire confeſſus eſt,*

Pervenari urbem. Merc.4.5.℣.3.

peruenire: venire. Pſeud 4.7.v.78

pervenire ad partem alicuius; eſſe à partibus alicuius. Trin.1. 2.℣.56.

Perversè videre. facere. Men.2.

Perverſe malè. Perſ.3.1.℣40. 2.℣.20.& 3.3.℣.12.

perverſitas; pro more aut facto planè abſurdo, inuſitato, aut inſolente, quodq; abhorreat planè à cõſuetudine, inſtitutiſq; civilibus. Cic. lib. 1. Offic.c. *Sed ea, quæ multum ab humanitate diſcrepant, ut ſi qui in foro cantet. aut ſi qua eſt magna perverſitas facile apparet.*

pervertere; pro, Evertere, Deiicere. Non ſatis notum. Cic. de Haruſp. reſp. c. *Tum viſã beluam inanem, quacumq; incederet, arbuſta, vingulta teſtã pervertere.* Et: *Qui ſacra occulta inexpugnabili ſcelere pervertit.* Plautus Caſ.4.1.℣.16. *Aulas pervertunt.* h.e. ollas deiiciunt.

pervertere. Dicitur etiam de ho-

Google

mine, ſive perſonâ. Cic. pro Syllâ cap. *Nemo unquam me ne tenuiſſimâ quidem ſuſpicione perſtrinxit, quem non perverterim*. Et in Bruto cap. *Cõditque cùm eos imitari cæpit, quos ipſe perverterat*. Pro Cluent. cap. *Quintius Iunium pervertit*.

pervertere turrim baliſtâ. Bacch. 4. 4. ℣. 59.

perverti: percelli. Pœnol. 4. 2. ℣. 51.

perveſtigàre. Plautus Merc. 5. 2. ℣. 94. Rud. 1. 4. ℣. 5.

perviam facere: eſt, apèrire, recludere. ut, *Obuiam*, ἐπιῤῥηματικῶς. Aul. 3. 2. ℣. 24. Pſeud. 2. 4 ℣. 70. Truc. 2. 5. ℣. 54. Ita quidem ibi Mſſ. p all. ſed revera legi debet, *perulam*. Augustus Imper. ſic reprehendit Tib. Claudium: *Scribis enim perviàm*: h. e. obiter; uti explicat. Chariſ. lib. 2 pag. 187.

pervicus: pro, *pervicaci*. Aul. 5. 1. ℣. 3.

pervidere. Acerrimè & acutiſſimè videre, ac perſpicere. Cicero lib. 5 de fin. cap. *Intrandum eſt igitur in rerum naturam, & penitus quid poſtulet pervidendum*. Lucretius ſæpius eo verbo utitur. ut, lib. 2. ℣. 88.

Ex quo iactari magis omnia materiai
Corpora pervideas.

Horat. lib. 1. Satir. 3. ℣. 25.

Cùm tua pervideas oculis mala lippus inunctis
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutùm,
Quàm aut aliqua, aut ſerpens Epidaurius? at tibi contra.

Ubi doctiſſimus interpres Lævinus Torrentius ait Horatiũ hoc loco verbo *pervidendi* more Græcorum uſum, ut παραβλέπειν, pro, oculis tranſire, negligenter videre, & quaſi connivere. Idem placuit P. Victor. lib. 20. cap. 15. Var. lect. Cicero lib. 3. Offic. cap. *Nam eadem utilitatis, quæ honeſtatis eſt regula: qui hoc non pervid.rit, ab hoc nulla fraus aberit, nullum facinus*. Eodem verbo ſæpe utitur Lactantius. Salluſtius in Catil. cap. *Omnes homines P. C. qui de rebus dubiis conſultant, ab odio, amicitiâ, irâ, atq; miſericordiâ vacuos eſſe decet. Haud facile animus verum pervidet, ubi illa officiunt.* Cæterùm quæ ſit vis particulæ per incompoſitione, fusè explicant Iuriſcõſulti ad leg. 166. de Verb. ſignif. Ibi videatur & Lexicon Iuris.

pervigilium, *pervigilatio*, *pervigilia*. Iuſtinus lib. 13. Hiſtor. in extremo: *Et qui ſe ſecurum aggreſſuros ſe putabant ſecuris in itinere, & pervigilio noſtris fatigatis, occurſum eſt*. Ita locus ille ex Mſſ. libb. emendatus eſt. Idem tamen lib. 24. extremo: *Aſſidui imbres & gelu, nix concreta, & fames, & laſſitudo, & ſupra hæc maximũ pervigilii malum miſeras infelicis belli reliquias obterebant.*

pervigilare. Amph. 1. 1. ℣. 158.

per-

Pervigilare noctes. Aul.1.1 ℣.34.

Pervigilare Veneri. Curcul. 1. 3. ℣.25.

pervincere. Curc.1.3.℣.57. *Facito, ut pretio pervincas tuo*: ſcil. ne alio emtore opus ſit Cicero Verr. IV. *Fit, ut pretio nonnos vincat.* Et lib. 2. Epiſt. Attic. *Reſtitit ac pervicit.* Cato. Liv. lib. 42. *Perviceras Rhodios* Propert. lib.1. Eleg.17. *dominae pervincere mores.* Inde *Pervictores* dicti.

pervivo. Capt.3.5.℣ 85.

perula. Peregrinantium theca. Truc.2.5.℣.54.

Pervolgatum eſt: uſitatum eſt. Bacch. 4. 9. ℣.150. Pſeud 1.1. ℣.122.

pervolvere. Ut, *Animus pervolvatur in his bonis.* Id hodie vulgò, *Volutare.* Horat. *Verſare* Cicero lib. 2. de Orat.c. *Deinde ut in his locis quos proponam, paulò poſt pervolvatur animus.*

pervolvi. Vulg. *Volutari*: de animo. Cicero lib. de Orat. cap. *Deinde ut in his locis &c.* paulò ante.

pervorsè, malè. Trin.1.2.℣.146.

pervorsè aliquid interpretari. Truc.2.2.℣.40.50.

pes. Vide ſupr. *pedes.*

pes: de fine rei, & fundamento quaſi. Aſin.3.3.℣.139. Vide litt. C. Caput.

Peſſimè. valde. Curc.5.3.℣.6.

peſſuli. Ciſt. 3.1. ℣.18. Curc.1.2. ℣.57.62.

peſſuli morigeri Curc.1.2.℣.66.

Intra peſſulos. Truc.2.3.℣.30.

peſſum ire, deijcere, dare, perire. Veteres hoc non ut uno juncto verbo, ſed ut duobus disjunctis utebantur, deſcribebant. *Peſſum* adverbium valet in locum imum, & quaſi ſub pedes deorſum. Aulul.4.1.℣. 12. Rud. 2.3.℣. 64. Truc.1.1. ℣.11.

Sic *peſſum ire.* dicitur tralatè à re maritimâ. Ciſtel. 2.1.℣.11. Moſt.3.2.℣.46.48.

peſſum premere, perdere. Ciſt.1. 1.℣.12. Moſt.5.2.℣.49.

Peſſum abire. Aul.4.1.℣.12. Rud. 2.3.℣.64. Truc.1.1.℣.61.

Peſſundare: perdere. Bacch.3.3. ℣.3 Perſ.4.9.℣.3. Rud.2.6.℣. 23. & 3.2.℣.3.

peſtis de homine damnoſo. Id vulgò ut & *Calamitas*: *Pernicies*, *Vaſtitas*. Ita & λοιμὸς τῶ δήμου Pollux lib.4. Et νόσος τῆς πόλεως, apud Plat. Plaut. Pſeud. 1.2.℣.10. Cicero pro Muræna cap. *Illa peſtis immanis, importuna, Catilina prorumpet, quà poterit.* Ita rectè vert. libb. Et 3. Accuſ. Verr. cap. *Iamne intelligitis, Iudices, quæ peſtis, quæ immanitas in veſtrâ provinciâ verſata ſit.*

peſtis de damno. Capt.4.2.℣.3. *pernarum peſtis.*

Peſtis perniciesq;. Hæc duo ſæpè coniungi ſolent. Vide infr. Mantiſſa *de coniunctione verborum perpetua.* Et, *Calamitas, Vaſtitas*, &c. Ter. Adelph. 2.1 ℣.34. *Leno ſum, fateor, pernicieſq; cōmunis adoleſcentum, periurus, peſtis.* Cic. Sulp. li.4. Epiſt.3. *Me quidē etſi nemini cōcedo, qui maiorē ex pernicie & peſte Reip. moleſtiam traxerit.* Idem

Idem l.2. Offic.c. *Nam quid eſt tam inhumanum quàm Eloquentiam à naturâ ad ſalutem hominum &*] *conſūmationem datam ad bonorum peſtem perniemq; convertere?* Et l.1. Div. c. *Quâ nocte templum Epheſiæ Dianæ deflagravit, eâdem conſtat, ex Olympiade natum eſſe Alexandrum. atq; ubi lucerna cœpiſſet, clemitaſſe Magos peſtē ac perniciem Aſiæ proximâ nocte natam.*

peſtis & peſtilentia. Veteres plerumq; cùm de morbo loquebãtur *peſtilentia*, & non *peſtis* verbo utebantur. Interdum tamen *peſtis* nomine in eodē ſignificat ut videntur uſi: quãquam exempla non tam ſunt obvia & apta, ut temerè Barthius in Adverſariis arbitratur. Lucretius *peſtilitatem* vocat. Vide accuratiſſimum Freder. Grunovium Obſervat. lib. 3. c.13. p.233. Livius l.28.c. *Acceſſit & peſtilentia commune malum* &c. Et mox: *Multò tamen maior vis peſtis Pœnorum caſtra quàm Romana affecerat.* Ubi tamen & pro pernicie & exitio accipi poteſt, id quod verius videtur. Et lib.2.c.34. *Incommodo bello in tam arctis commeatibus vexati forent, nî Volſcos jam moventes arma peſtilentia ingens iam invaſiſſet.* Et l.40.c.19. *peſtilentia tanta vis erat,* &c. Atq; ita dici *peſtē* pro peſtilentiæ morbo nuſpiam puto reperiri apud eos, qui Latinè ſunt locuti. Vide Hub. Giſan. Coll. in Lucr. ubi inquit, qui hac voce ꝓ morbo utuntur, barbariſſant.

peſtilens ager. & *peſtilentia.* Inſalubritas agri. Dicitur & *peſtilis.* ſed à recētioribus. Cic. de lege Agrar. ad pop. c. *Alterum genus agrorum propter ſterilitatem incultum, propter peſtilētiam vaſtū atq; deſertū emetur.* Imp. Dioclet. de ædil. Edict. *Idem obſervatum etſi peſtilis fundus, id eſt, peſtilibus vel herbam lethiferam habēs ignorante emptore diſtractus ſit.* Ubi illud *peſtilis* ſuſpectum eſſe poteſt, pro *Serpentibus.* fort. l. id eſt, *herbam.*

peſtis te tenet. Amph. 2.1.℣.33 Vide Lexic. Lucr. *peſtis.*

peſtem oppetere: h. e. mortem. Capt. 3.3.℣.11. Aſin. 1.1.℣.6.

petaſus. Amph. prol. ℣. 143. 287. à πετάννυμι, extendo, dilato: pileus eſt viatorius, Solem defendens. Apuleius *pilei umbraculum* vocat. Idem eſt cū *Cauſia.* Vide ſuo loco. Pſeud. 2. 4. ℣. 45. & 4. 7. ℣. 90.

petere precariò. Vide, *Verborum differentiæ* in Mantiſſa.

petere; pro *accipere, auferre,* fere ſemper apud noſtrū. Ep. 1. 1. ℣. 53. *Argentū petere.* & 1. 2. ℣. 40.

petere aggerem, aquam, ollam, vallum. Germ. Holen. Tacitus l.1. c. *Neq; is miſeriarum finis ſtruendū vallū, petendus agger.* Plaut. Trinc. 4. 3, ℣. 84. *Adimit animã mihi ægritudo, Staſſime, tene me. Vin' aquam tibi petã?* Sall. Jug. c. *Animadverti inter ſaxa repentes cochleas, quarum cùm unam atq; alteram, deinde plures peteret, ſtudio legendi paulatim prope ad ſummū mōtis egreſſus eſt.* Plaut. Aul. 2. 8. ℣. 20.

8.℣.20. *Aulam maiorem ſi potes è viciniâ pete.* Et mox 2. 9.℣.4. *Ego hinc artoptam ex proximo utendam peto.*

Petere terram: inclinare ſe, & vergere in terram. Virgil.lib. 3.Aen.℣ 93.*ſummiſſi* petimus terram.Ennius lib. 7. de nautis ſe inclinantibus: *Pone petunt, exin referunt ad pectora tunſas.* Lucret.l.92.*..terram genibus ſummiſſa petebat.*

Petere. petitio. Verbum eſt gladiatorum, & prælij, aut pugnæ, teſte Servio ad illud Virgil.lib.9.Aen.℣.12. *Volſcentem petit. in ſolo Volſcente moratur.* Cicero lib.3.de Orat. cap. *Orationis autem ipſius tanquam armorum eſt vel ad uſum comminatio & quaſi petitio, vel ad venuſtatem ipſa tractatio.* Et in Catilin. *Quot ego tuas petitiones ita coniectas ut vitari nullo modo poſſint, paruâ quadam declinatione, & ut aiunt, corpore exceſſi?*

*petrones:*ruſtici, à petrarum aſperitate,qui &, *rupices*, itē, *varrones*, à varris, qui ſtipites ſunt non dolati,prę duri ac enodes Plautus arietes *petrones* vocat. Capt.4.2.℣.40.

*petulantia:*ſecuritas. Ciſt.4.2.℣. 3.Men.5.1.℣.42.

pfui! Interiectio putorem reſpuentis. *Pſeud.*5.2.℣.5.

*phaon Lesbius.*Mil.4.6.℣.32.De hoc vide Ovid.Metam.& Scalig.Auſon.l.2.c.18.

phœnicium corium: purpureum. ob vibices plagarum. *Pſeud.* 1.2.℣.92.Rud.4.3.℣.59.

phœnix: præceptor Achillis, diſcipulo interempto domum rediit, & Peleo Achillis patri mortem filij annuntiavit. Bacch.1.2.℣.48.

pharetra. Trin.3.2.℣.99.

pharmacopola. Non is,qui hodie *Apothecarius:*ſed Medic⁹ Circulator eſt, qui Germ. **Ein Zahnbrecher/** vel, **Tyriacks-Krämer**.Gall. un Charletan, Triacleur, Lombard. Charlitan.Is nimirum,qui per oppida,&per fora diſcurſat,plebeque coactâ medicamenta vēditat. Nam hui *Apothecarius* vulgò *pigmentarius* Latinè, ut puto, commodè dici poterit. De quo verbo infr. Ita & Græci, à quibus id ſumſerunt Romani, eo utuntur. Theophraſtus περὶ τῶν φυσικῶν lib. 7. ἔτι δὲ ὡς φαρμακοπῶλαι καὶ οἱ δεξόχαμοι τὰ μὲν ἴσως ἐκείνως ταῦτα τραγῳδοῦσι ἢ λέγουσι. Et Ariſtoph. τῶν περιαζομένων τὰ ῥηματοποικῶν κενὰ παντίων καὶ φαρμακοπόλων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων τρόπων. Cato contra Cælium: *Ita eſt cupidus orationis, ut conducat, qui auſcultet. Itaque auditis, non auſcultatis, tamquam* pharmacopolam. *Nam eius verba audiuntur, verum ei nemo ſe committit ſi æger eſt*, Apud Agell. lib.1.c.15. Hor.li.1. Sat.2.℣.1.

Ambubaiarum Collegia pharmacopolæ,

Mendici Mimi, balathrones, hoc genus omne

Moeſtum ac Solicitum eſt Cātoris morte Tigelli.

Ci-

Cic. pro Cluent. c. 14. *Quid? aviam tuam, Oppianice, Dineam. cui tu es hæres, pater tu' non manifeſtò necavit? ad quã eum adduxiſſet Medicum illũ ſuum, iam cognitum, & ſæpe victorem (per quem interfecerat plurimos) mulier exclamat, ſe ab eo nullo modo velle curari. Tum repente Anconitanũ quẽdam L. Clodium* pharmacopolam *circumforaneum, qui caſu tum Larinum veniſſet, aggreditur, & cum eo HS. quadringentis, id quod ipſius tabulis tũ eſt demonſtratum, tranſigit.* L. Clodius, *qui properaret, cui foris multa reſtarent, ſimul atque introductus eſt, rem confecit: primâ potione mulierem ſuſtulit: neq; poſtea* Larini *punctum eſt temporis commoratus.*

phaſma Græci vocant, quo tamẽ Latini etiam utuntur, idemq; valet, quod, *ſpectrum*. Interdũ depravatum eſt in, *phantaſma* Plinius lib. Epiſt. 27. *Igitur perquàm velim ſcire, eſſe (aliquid) phaſmata. & habere propriam figurã Numenq; aliquod putes.* Ita ibi leg. rectè admonuit Caſaub. ubi vulgò, *phantaſmata.* Et ita Phaſma Menãdri, Phaſma Catulli, de quo Iuvenalis Satir. 8. ℣.

— clamoſum ageres ut phaſma Catulli.

Phaton, & phaëton. Videtur hoc vocabulum eſſe diſſyllabum: non, ut vulgò putant, triſyllabum. Veteres enim libri ita conſtanter habent. Lucan. li. lib. 5. ℣.

Aureâ cùm Phatonta reperti fulminis ictu.

Virgil. Ecloga 6. ℣. 62.

Tum phatontiadas muſco circumdat amara
Corticis, atq; ſolo proceras erigit alnos.

Etſi vitium id ait eſſe Pierius in Caſt. in Virg. motus authoritate Quintil. cuius hæc ſunt verba lib. 1. c. 9. *Plus exigunt ſubtilitatis, quia accidunt in dicendo vitia, quia exempla eorum tradi ſcripto non poſſunt, niſi cùm in verſus inciderunt, ut* διαίρεσις *Europai, & ei contrarium vitium, quod* συναίρεσιν καὶ συναλοιφὴν *vocant, nos complexionem dicimus. Qualis eſt apud Varronem: cùm de flagrandi deiectum flumine phaeton Nam ſi eſſet proſa oratio, eaſdem litteras enunciare veris ſyllabis dicebat.*

philemo: Poëta Græcus Comicus. Trin. Prol. ℣. 19.

philippei numi: aurei olim fuerunt, inſignes imagine Phil. Regis Macedonum. Alias *philippi* dicti. Amph. Sc. *Quis tam.* ℣. 43. Aſin. 1. 3. ℣ 1. Pœn. 1. 1. ℣. 38. & 3. 1. ℣. 55. & 3. 5. ℣. 26. 36.

philippéum aurum. Curc. 3 ℣. 70. Bacch. 2. 2. ℣. 42. Pœn. 3. 2. ℣. 22. 23.

philippi: pro, *philippei aurei*. Bacchid. 4. 8. ℣. 27. 38. 41. 78.

philippicum argentum. Truc. 5. 1. ℣. 60.

philippus Rex: Alexand. M. pater. Aul. 4. 8. ℣. 4. Perſ. 3. 1. ℣ 11.

philologus. A philoſopho & *Grammatico* diſtinguitur. Sen. Epiſt. 109.

109. *Itaq; quæ philoſophia fuit, facta Philologia eſt.* Et mox. Cũ *Cic. lib. de Rep. prætendit huic philologus aliquis, hinc Gram. hinc philoſ. deditus: alius aliò curã mittit. philoſ. admiratur contra juſtitiã dici tam multa potuiſſe. Cùm ad hanc eandem lectionẽ philologus acceſſit, hoc ſubnotat. duos Rom. Reges eſſe. &c. Eoſdẽ lib. cùm Gramm. explicuit primum verbo expreſſo, reapſe.* Et mox: *ſed ne & ipſe dũ aliud ego in philolog. aut Grã. dilabar, illud admoneo.*

philomela. Rud. 3. 1. ✠. 10.

philoſophari. Cap. 2. 2. ✠. 34. Mer. 1. 2. ✠. 36. Pſeud. 2. 3. ✠. 21. & 4. 2. ✠. 18. Cic. phil. 13. cap. 28. de Anton. qui in Epiſt. *ſententioſè & modeſtè ſcribere cœperat: Sed iam ſe colligit, & ad extremum incipit philoſophari.*

philoſophe εἰρωνικῶς de eo, qui ſeria verba facit. Rud. 4. 3. ✠. 47.

Φλυαρεῖν, nugari. Truc. 5. 1. ✠. 36.

Φρυσινών. Campaniæ oppidum. Capt. 4. 2. ✠. 103.

phuy! exſecrantis. Pſeud. 5. 1. ✠. 5.

phrygio: à *phrygia veſte picta* Ger. Ein Sticker. Servius ad illud Virg. l. 3. Æn. *Et phrygiã Aſcanio,* &c. notat; *aut acu pictã. Huius enim artis peritos phrygiones dicimus ſecundũ Plaut.* Aul. 3. 5. ✠. 34. Men. 2. 3. ✠. 72. & 3. 2. ✠. 4. & 4. 1. ✠. 5. & 4. 2. ✠. 54. & 4. 3. ✠. 7. Idem Virgil.

Fert picturatas, auri ſubtegmine veſtes.

Et hinc *phrygianæ veſtes.* à Phrygionibus confectæ, & auro intextæ. Sen. l. 1. Ben. c. *Inueniam alium poetam, apud quẽ præcingantur Gratiæ, & ſpiſſis phrygianis prodeãt.* Ita ex vet. lib. Mur. Var. lect. lib. 12. c. 1.

phryxi aries. Bacch. 2. 3. ✠. 7.

phylaca: carcer, Latinâ formatione, ex Græcâ, φυλακή. Capt. 3. 5. ✠. 93.

phylaciſta: cuſtos carceris, qui ſervos in cuſtodia & ergaſtulo ſervabat. Apud Plaut. tamen Aul. 3. 5. ✠. 44. κατὰ μιτυφορὰν ſic dicitur artifex, qui manupretium vel mercis mercedẽ flagitat, qui quod in atriis diutius expectat, cuſtos & phylaciſta appoſit⁹ videtur. Turn. l. 14. c. 5. & lib. 24. c. 13.

phylarchus olim principes ac Reguli, Arabum & Saracenorũ. poſtea propriè *phylarchi* dicebãtur, ꝙ iam quidẽ docuit Joh. Cuſp. in Schol. ad Sextũ Ruffũ. ubi de Arver. Ut enim partes Aegypti *Nomæ*, ita in Arabia *phylæ* dicebantur, ut ex vet. Hiſt. Suidas indicavit S. Rufus, ubi de *Philarc.* Sarac. in Oſroene ceſſere ſuperati. Jornandes de Lucull. *perquẽ & in Orſoine Sarac. phylarchi devicti.* Ammian. l. 24. *Malochus redaſ. nomine Phylarchus Sarac.* Cic. l. 15. Epiſt. *Eodẽ die ab Iamlicho philarcho Arabũ* &c. litt. de iiſdẽ reb. mihi redditæ ſunt. B. Hieron. in Interp. nom. Hebr. *Leommini phylarchi multarum tribuum vel principes multorum populorũ.* Huc jam pridem Cuſpian. Sed quidam ſimile nomen in illo Cicer. loco ſuppoſuit, neſcio quã rectè. Strab. l. 2. καὶ ὅσοι οἱ σκηνῖται καὶ οἱ φύλαρχοι καὶ τί χώρα

piacularem fieri: eſt, quaſi piaculo admiſſo puniri. Epid. 1.2. ỽ.36. A victimis piacularibus quæ aliena mala excipiebant & in pœnam ſuccedebant. Plinius libro tertio Epiſt. 9. *Ne potentiſſimi, viliſſimo quoque quaſi piaculari dato, elaberentur.*

piaculum eſt. Truc. 2.1. ỽ.13.

piaculum pro pœna. Livius lib. 29. cap. *Sed nunc & ſæpè aliàs Dea ſuam ſedem, ſuumque templum aut furata eſt, aut à violatoribus gravia piacula exegit.*

piaculum: pro expiatione. Livius lib. 1. cap. *Quæque piacula iræ Deûm eſſent, ipſos Deos conſulendos eſſe.* *Ne pictum quidem viderunt philoſophum.* Cicero lib. 5. de fin. cap. *Dicis eaſdem omnia bona & mala, qui quidem dicunt, quicunque philoſophum pictum, ut dicitur, viderunt.*

piare: eſt, colere, placere, propitium reddere. *Nonius*. Aſin. 3.1. ỽ.3. Men. 2.2. ỽ.17. & 3.2. ỽ.51. Rud. 4.7. ỽ.8. *cùm nimis ſanctè pias*. Virgil. Aen. 2. *Culpas miſerorum morte piabunt.* Propert. lib. 3. Eleg. 4. *clades Craſſoſque piate.* Et lib. 4. Eleg. 1. *Aventino rura pianda Remo.* Nævius apud Nonium: *Nemo eſt, magis ſuos piet liberos.* Hinc *piens*, pro, *pius*. Onomaſticum Argentor. *piens*: εὐσεβής.

pice ſignata amphora. pœn. 4.2. ỽ.15.

picem calidam bibere. Merc. 1.1. ỽ.29. Sic imperabantur olim.

pici: ſunt Gryphi, qui in montibus hyperboreis aurum effodere creduntur: Aul. 4.8. ỽ.1. Pomponius mela libro 2. cap. 1. de Scythia & Europea: *Deinde eſt regio ditis admodum ſoli, inhabitabilis tamen, quia Gryphi, ſævum & pertinax ferarum genus, aurum terrâ penitus egeſtum mirè amant, mireque cuſtodiunt, & ſunt infeſti attingentibus.* Nonius: *picos veteres eſſe volunt, quos Græci γρῦπας appellant.*

pictura inutilis. Aſin. 4.1. ỽ.18. Erat cerata tabula, quæ contineret aliquid dignum cubiculo, nempe vel imaginem aliquam obſcœnam, aut religioſam; qualis eſt illa apud Ter. in Eunuch. 3.5. ỽ.36.

Suſpectans tabulam quandam pictam, ubi inerat pictura hæc; Iovem
Quo pacto Danaæ miſiſſe aiunt quondam imbrem aureum.

Et Propert. lib. 2. Eleg. 6.

Quæ manus obſcœnas depinxit prima tabellas,
Et poſuit caſta turpia viſa do- (mo.
Ille puellarum ingenuos corrupit ocellos,
Nequitiæq; ſuæ noluit eſſe rudes

pictũ ꝑ, *pictura*. Moſt. 3.2. ỽ.150.

pictum & *pictura*. de fallaciis. Aſin. 1.3. ỽ.22. Capt. 5.4. ỽ.1. Mil. 4.4. ỽ.52.

piè pudicèq;. Capt. 5.3. ỽ.14.

pietas: ſingulari ſignificatu. Rud. 4.4. ỽ.132. *Iſtuc ex pietate veſtra vobis contigit.*

Pietas: in religione. Trin. 22.℣. 4. *Per pietatem.*

Pietas tua: pœn.5.3. ℣. 18.

Pietas maritalis. Stich. 1.1.℣.8.

Pietas inuicta. Pœn.5.4.℣.17.

Pietatis cauſa : per pietatem. Pſeud.1.1.℣.120.

Pietas mea ſerva me: Formula obteſtandi. Curc.5.2.℣.41.

Pietas erga parētes. Mil.4.8.v.9. pſeud.1.3.℣.55.

Pietate obſiſtere. Pſeud.13.℣.33.

Pietatem approbant & decorant Dij. pœn.5.4.℣.83.

Pietas: blandientis. Germ. Mein lieber frommer Alter. Bacch. 5.2.℣.17. Sic interpretor hunc locum: niſi fortè Bacchidem dicamus Deos implorare, vt pietatis ſuæ reſpectu hoc ſibi dare velint, vt quod cupit, à Nicobulo exoret. Sic Propert.

Atq; vtinam ſi fortè pios eduximus annos,

Ille vir in medio fiat amore lapis. Catullus:

O DI reddite mî hoc pro pietate mea.

Sic Plaut. pœn.5.4.℣.105.

Tua pietas nobis plane auxilio fuit Ibidem:

Redde filiabus meis libertatē, inuictæ præmium vt eſſe ſciam pietati.

Pigmentarij. Videntur olim ita dicti, qui hodie, *Apothecarij.* Id colligi poteſt ex loco Pandect. Iuris, ubi Marcianus IC. l.3.§.3.D.ad l. Corn. de ſicar. l.84. tit. 8 *Alio* inquit, *Senatûs conſulto effectum eſt, ut pigmētarij, ſi cui temere cicutam, ſalamandram, aconitum, pituocampas, aut bubroſtim, mandragoram, & id luſtramenti cauſâ dederint cantharidas, panâ teneantur huius legis.*

Pigmentum: pro ipſa pictura, vel pingendi ratione. Epid.5.1.℣. 20. Vbi tamen virgas intelligit, quibus tamquam penicillo pingitur corium ſeruorum Moſt.1.3.℣.105. (℣.61.

Pignori aliquid dare. Moſt. 4.2.

Pignori opponere. Pſuud.1.1.℣.85.

Pignus cum aliquo dare. Cap.prolog.℣.75.

Pignus dare in rem aliquam. Epid 5.2.℣.35.

Pignus dare cum aliquo. Bacch. 4.9.℣.133.

Pignus dare ni. pœn. 5.4.℣.70.

Pignus pro aliquo pro, *pignoris loco.* Capt.5.1.℣.18.

Pila. Moſt.1.2.℣.72. Stich. 4.1. ℣.62.

Pila mea eſt: de amaſia. Truc.4. 1.℣.8. Meretrices enim, quæ ſe publicant, quaſi pilæ ſunt. Næuius Tarentilla:—*quaſi in foro pila Ludens datatim dat ſe, & communem facit.* Aut ſi non ipſæ pilæ, quaſi ludunt pila. Afran. *Datatim vxorem vt ludat.* Pompon. *Quod ille dicit, cum datatim in lecto tecum luſi.*

Pila : exercitum iuuentutis. Bacch. 3.3.℣.24.

Pilas quaſi Dij habent homines. Capt.Prol.℣.22.

Pileus. Captiv. in Fragm.

Pilum inijcere alicui: eſt, perterrefacere. μεταφορικῶς, à re militari. Moſt.3.1.℣.39. Vide Proverbia in Mantiſſa.

Pilum catapultarium. Curc.3.1. ✠.28.& 5.3.✠.11.

Pingere humum floribus: variare ac diſtinguere.Stich.2.3.v.28. In Append. Virgil.

Ver pingit vario gemmantia prata colore. Lucret, *Flore ſolũ varie depingit odoriferum ver.* Vide Indicem Lucret. Inde Ver, *pictor mundi*, dicitur.

Pingi. Pœn.1.2.✠.11.

Pinguis, ſeu, *Pingue*, craſſum, obtuſum. Cicero in Lucullo cap. *Quod ipſi Antiocho pingue videbatur, & ſibi ipſi contrarium.* Et pro Archiâ cap. *Vt etiam Cordubæ natis poetis pingue quiddam ſonantibus atq; peregrinum, tam aures ſuas dederet* Virgilius in Proluſionibus pag.92. *Si patrio Græcos carmine adire ſoles poſſumus: optatis plus iã procedimus ipſis Hac ſatis eſt: pingui nil mihi cum populo.*

Pinna. Acutum: à quo & *Bipennis* Quintil.lib.1.cap.4. *Nec miretur, cur ex ſcamno fiat ſcabellum: aut à pinna (quod eſt acutũ) ſecuris utrinq; habẽs aciem, Bipennis: ne illorũ ſequatur errorem qui quia à pennis duabus hoc eſſe nomen exiſtimant, pinnas avium dici volunt.* Plautus Pœn.2.1.✠.40. *Eum necabam illicò per cerebrum pinnâ ſuâ ſibi.*

Pinnas alicui incidere, hoc eſt, premere aliquem, & quid alteri detrahere. Sic: *pennas maiores inde extendere* Sic: *Nervo incidere.* Cicero lib.4. Attic. Epiſt.2. *Illi qui mihi pinnas inciderunt, nolunt eaſdem renaſci* Horat. *Pennas decidere.* Epiſt.2.✠.50.lib.1.Satir.6.✠.6. *—ut me libertino patre natum.* Et l.1. Epiſt.20.ad librum ſuũ ✠.20. *Me libertino natu patre, & in tenui re Maiores pennas nido extendiſſe loqueris.*

Pinnula: ſunt parvæ pennæ. Amph.Prol.✠.143.

Piuſi flagris, Merc.2.3.✠.81.

Pipulum. Aul.3.2.✠.32. pro *convitio*: à pipatu pullorum. *Pipare* enim Oſci dicebant pro eo, quod eſt eiulabundè conqueri. Inde *pipulo differre*, eſt convitiari, diffamare. In Legg. XII. Tabb.idẽ eſt *obvagulari*

Piræum: oppidum, & portus nobilis Athenienſium, vbi rerũ venalium magnus erat provẽtus Bacch.2.3.✠.1. Moſt 1.1. ✠.63.Trin.4.4.✠.11. Cicero lib.7.ad Attic.Epiſt.7.p.200. b,lin.14.Edit. Gulielm. *Venio ad Piræa, in quo magis reprehẽdas ſim, quòd homo Romanus* Piræea *ſcripſerim, non* Piræum, (ſic enim omnes noſtri loquuti ſunt) *quàm quòd ad addiderim.* Græcè πειραιεύς. τὸ ει eſt *i* longum, αι eſt diphth. *a*, vltima ſyllaba εὐ accuſandi caſu facit πειραιᾶ. Inde Latine *Piræeus*.

Piratica vis. Amph. Scen. *Quis tam.* ✠.57.

Pirene: fons Corinthienſis. Aul. 3.6.✠.23. Etiam Strabo hunc fontem Muſis conſecratum ponit in Acro Corintho. Probus in Helicone collocat.

Piſa ementium arrha. Videlicet. A.

Piſca-

Piſcarium forum. Curc. 4. 1. ℣. 13.

Piſcator. Trin. 2. 4. ℣. 6.

Piſcatus. Stich. 2. 3. ℣. 34.

Piſcatus: pro piſcibus. Moſt. 1. 1. ℣. 6.

Piſcatus: de re amatoria. Bacch. 1. 1. ℣. 69.

Piſcatus hamatilis. Rud. 2. 1. v. 10. & *Saxatilis*.

Piſcatus electilis: h. e. piſces ſelectiſſimi. Moſt. 3. 2. ℣. 42.

Piſces pennati: iocularıter. Men. 5. 5. ℣. 20 *Aues ſquamoſæ, piſces pennati*.

Piſces fœtidi. Capt. 4. 2. ℣. 33.

Piſcis nequam. Aſin. 1. 3. ℣. 26.

Piſcina. Pœn. 1. 2. ℣. 80. Truc. 1. 1. ℣. 14.

Piſculenta loca. Rud. 4. 2. ℣. 2.

Piſtillum. Aul. 1. 2. ℣. 17.

Piſtor. Trin. 2. 4. ℣. 6.

Piſtores ſcrophipaſci. Capt. 4. 2. ℣. 27.

Piſtorum amica: meretrices. Pœn 1. 2. ℣. 55.

Piſtori dare: piſtrino tradere, ſeu, vt loquitur Catullus; *aſino tradere*. Epid. 1. 2. ℣. 18.

Piſtorium: oppidum Italiæ. Inde *Piſtorenſes*. Capt. 1. 2. ℣. 51.

Piſtrinorum ciuitas. Conuitium in ſeruos. Perſ. 3. 3. ℣. 15.

Piſtrinum: proprie locus eſt, vbi farinam in pila, *hoc eſt*, vaſe concauo pinſerent & contunderent. Inde locus plenus defatigationis, & negotii operoſi, vireſque conficientis, *piſtrinum* dicebatur. Epid. 1, 2. ℣. 42. Bacch. 4. 6, verſ. 11. Moſt. 1. 1. ℣. 16. Pſeud. 1. 5. ℣. 79. 84. & 4. 5. verſ. 9. Pœn. 4. 2. ℣. 5.

Piſtus, vel, *Puſtus*, nomen ſervi villici. A fidelitate. Merc. 2. 2. ℣. 7.

Pithecium. ὑποκοριστικὸν à πίθηκος. Dicitur in reprehenſionem formæ puellaris. Mil. 4. 1. ℣. 42. Truc. 2. 5. ℣. 24. Vide & *Spinturnicium*.

Pithaulus: à πίθος καὶ αὐλὸς. Nam in vaſculis & cadis olim fingebantur calami ſeu fiſtulæ, quæ inflatu reſonabant, ut hodie in Organis. Ad huiusmodi cados alludit deſcribens nimirum *Pithaulum* Propertius lib. 4. Elegia. 6. *Spargite me lymphis, carmenq; recentibus aris, Tibia Mygdoniis libet eburna cadis*. Varro Ὄνος λύρας. *Inflet priusquam tibias in Orcheſtrâ. Domi ſua Pithaula ramicos rumpit*.

Pius. Interdum idem, quod, clemens, humanus. Hinc & Antonius Imperator dictus eſt *Diuus Pius*, propter ſingularem clementiam. Ammianus initio lib. 16. de Iuliano Imp. *Vt prudentia Veſpaſiani filius, Titus alter æſtimaretur: bellorum glorioſis curſibus Troiani ſimillimus: clemens ut Antoninus, recta perfectaque rationis indagine congruens Marco*.

Pius. Interdum de rebus. Vt, *Pium bellum, fœdus* &c. Iuſtum bellum, *pia manus*. h. e. religioſæ. *Pia cauſa*, hoc eſt legitima, *Pius Poëta*. Virgil. lib. 4. Aen. verſ. 517.

Ipſâ molâ manibusq; piis altaria iuxta.

Pro iuſto ac vero. Cicero Philipp.13. cap. *Conſervandus civis cum tam pio juſtoque fœdere.* Lucret lib. 5. ℣.381.

Denique tantopere inter ſe cum maxima mundi
Pugnent, membra, pro nequaquam concita bello.

Varro apud Nonium, Feriales: *Itaque bella & tardè, & nullâ licentiâ ſuſcipiebant.* Quod bellum nullum, niſi pium, putabant geri oportere. Catullus:

Caſtum eſſe decet, & pium Poëtam.

Et ad Calvũ de malis poëtis:

Qui tantum tibi miſit impiorum.

Pix atra. Capt.3.4.℣.65.

Pix calida. Merc.1.2.℣.29.

Placare hoſtijs. Pſeud.1.3.℣.94.

Placenda dos eſt: debet placere. Trin.5.2.℣.35. Sic Epid.1.1.v.70. *Puppis pereunda eſt.*

Placet: h.e. bene factum eſt. Amphitr.1.3.℣.16. Vide ſupr. litt. N. *Non placet.* Soliti autem ſunt vett. cùm aliquam rem ſpectaſſent, quæ ipſos valdè oblectaſſet, laudareque illam voluiſſent, dicere, ſibi illam placuiſſe. Terent. Andr. prol. ℣.3. & Hecyr. Prol. ℣.13. Idem patet ex Inſcriptionibus, quas vide apud P. Victor. lib. 37. cap 8. Var. lect. Vſurpabant etiam hanc formulam loquẽdi, cùm in manifeſto peccato aliquem prehenderant ita ut ne ipſe quidem factum ſuũ defẽdere poſſe videbatur. Sic Thais Terentiana Eun.5.2.v.12. deprehenſum Chæream leviter obiurgat. *Satin' hoc tibi placet?* Priap. Carm.83. *Placet, Priape: qui ſub* &c. h. e. Itane, Priape, tandem ſic me cum agier oportuit? Et Priap. Car. 50. *Quædam ſi placet hoc tibi, Priape, Ficoſiſſima me puella ludit.* (56.

Placida & otioſa res. Truc.1.1.℣.

Placidè: paulatim. Merc. 1. 2. ℣. 26.46.57.

Placidè: tacitè. Ep id. 1.1.℣.93. Trin.4.2.℣.39. *placidè percunctabere.*

Placidè: leniter. Bacch. 4.7.℣. 35. *Placidè oſtium aperire.*

Placidè, bellè. Rud.2.4.℣.12.

Placidè: lente. Mil.2.2.℣.65.

Placide otioſeque. Pœn.3.1.℣.42.

Placide currere. Rud.4.8.℣ 10.

Placide ire. Pſeud. 1.3.℣.13. & 4.1. ℣.15.

Placide pultare. Men.1.2.℣.65.

Placidum reddere ſc. verberibus mitiorem. Curc.5.3.℣.49.

Placidus & clemẽs. Trin.4.1.v.7.

Placitare: placere. Bacch.4.10. ℣.10.

Placitum eſt. Amph 2.2.℣.5.

Plaga amoris: retia. Trin.2.1.℣. 11. *In plagas conijcere.*

Plaga aurita: aures. Mil.3.1.℣.13.

Plagæ pregnantes; ſunt eminentes, protuberantes, vt prægnantium vteri ſolent. *Varro.* Aſin.2.2.℣.10.

Plagas ſufferre. Aſin.3.2.℣.10.

Plagigera genera hominum: ſerui dicuntur plagigeruli. Pſeud.1.2.℣.20. (℣.20.

Plagigeruli ſerui: fictè. Moſt.4.1.

Plagipatidæ: fictè dicitur Plauto ad ſor-

ad formam patronymicorũ, à patiendis plagis. Capt.3.1.℣.21.Moſt.2.1.℣.9. Exiſtimat tamen Gilb. Longolius Lacones ſic appellatos πλαγιπατίδας; quod πλαγίδας, hoc eſt, οὐλὰς, ἕλκη ὀνείδη κηλῖδας, hoc eſt, cicatrices, vlcera cõvicia, verberaq; paterẽtur. Et accipi ſolet πλαγὶς pro Lacone.

Plagis irrigare: tralatè. Epid.1.2.℣.18.

Planè. Mirus vſus particulæ hujus, quando aliquid præceſſit, vt magis confirmet. Bacch.3.4.℣.7. *Niſi ego illam exemplis plurimis planeq; amo.* Sic Symmachus vnus & vnicus Plauti imitator lib.1.Ep.3. *Ibi ſummo cultu civium, planeq; ſusceptus tanto honore celebrabar, vt iam gravarer officiis.*

Planè: certò. Mil.2.6.℣.54.

Planè & probè: elegans coñubiũ. Aſin.4.1.℣.15. Epid.3.4.℣.59.

Planè & diſertè. Amph.2.1.℣.30.

Planè: diſertim. Bacch.4.4.℣.89.

Plane iſtuc eſt. Truc.2.7.℣.57.

Planguncula: Puppæ puellarum. Cic.lib.6.Attic. Epiſt.1. *In his inventa quinq; planguncula matronarum.* ta ibi Simeo Boſius, eumq; ſequutus Lambinus. Nam vett.libb. hic valdè variant. In vulg. erat, *laguncula*. Et *Puppa* à Græcis dicuntur πλάγγωνες, ut ex Suida, & Interprete Theocriti patet. Gloſſæ Germ *Puppa*, πλάγγωνες, αἱ τῶν παίδων νύμφαι. Fortaſſis loco Ciceronis rectius convenit *Aguncula*, de quo ſupra, vel, *Imaguncula*: tum quia iſta propius abſunt à vet. ſcripturâ: tũ quia in Mss. libb. reperitur *Anuncula*: tum etiam, quia hîc non de puppis, ſed de imaguncilis agitur matronarum: tum denique quia πλάγγωνες eſt generis maſculini. Niſi hæc vera ſint, latet aliquid ὕπουλον, quod alius eruat. Vide Caſaub. Not. ad Perſ. pag. 221.

Planiloqua. Truc.4.4.℣.10.

Planiſſimè. Capt.1.1.℣.6. Epid.3.4.℣.77. Merc.1.2.℣.5. Pſeud.4.7.℣.73. Stich.2.3.℣.75. Truc.2.6.℣.67.

Planius: certius. Truc.3.2.℣.63. & 2.8.℣.5.

Planius dicere quid. Ciſt.1.3.℣.5.

Plantam inſiſtere. Caſ.4.4.℣.20.

Planum eſt. Capt.3.4.℣.32. Epid.3.3.℣.28.

Planus. Eſt iactus aleæ, ut *Canis*. Iſidorus l.9.c.ult. *Iactus quoq; apud luſores veteres à numero vocabatur ut, Vnio, Trio, Quatrio, Senio: poſtea appellatio ſingulorum mutata eſt, & Vnionẽ, Canem, Trionem, ſuppum, Quatrionem, Planũ vocabant.*

Planum facere. Ciceroni idem, quod vulgò, *Probare*. Cicero pro Quintio c. *Id teſtibus me pollicitus ſum planum facturus.* Et 3. Accuſ. Verr. c. *Cùm planum faceret, de cuius contra inſtituta venditus.* Et 1. Accuſ. cap. *Hæc duo, niſi nobis id hominum honeſtiſſimorum tabulis planum facere.*

De plano. Cicero dicit, *Ex æquo loco*. Vide ſupr. *Æquo ex l.* & Lexic. Iuris.

Planta. E vel ex plantâ, non eſt, quod Græcis φυτὸν, ſed eſt ſurculus, & ramulus, vel germen, quod vel in terram defigi, ut arbor ex eâ creſcat, vel in aliam arborem inſeri poſſit. Germ. ein Setzling. dicitur. Græcè ἀναφυὰς, qui propriè *Surculus*, & παραφυὰς qui *ſtolo* uterque dicitur *Planta*. Ex eo & *plantarium*, Hortulus, ſeu locus, in quo multæ plantæ defixæ ſunt.

Platagidorus miles: fictè dicitur. Curc. 3. ỹ. 38.

Platea. Trinummus 4. 1. verſ. 21.

Plaudere alicui. Rud. 4. 7. ỹ. 24.

Plaudite: propriè, *plauſum date*. *plaudere* textricum eſt verbum: Græcis σπαδᾶν vel κροτεῖν, cùm nimirum inſtrumento ad eam facto licium denſius inculcant; & cum plauſu collidunt. Poſtea migrauit in Theatrum, quo ſc. peractis Fabulis ſpectatores dimittebantur. Plærumque addebatur illi: *Valete & plaudite.* Et vel à Grege, vel ab ea perſona, quæ vltimo loco in ſcenam produuebatur, pronuntiari ſolebat. Exempla omnibus Fabulis obuia. vide tamen Briſſon. in Formulis libro 8. pag. 748. Epidicus 5. 2. ỹ. 67. Trucul. 5. 1. ỹ. 76. Trinummus 5. 2. ỹ. 65. Pœnolus 5. 6. ỹ. 34. *Plauſum poſtulat Comœdia.* Ciſt. Grex. ỹ. 6. Moſt. 5. 2. ỹ. 59. Pſeud. 5. 1. ỹ. 30. Men. 5. 9. ỹ. 100.

Plauſum clarum dare. Rud. 5. 3. v. 67.

Plauſtrum perculi. Proverbium, hoc eſt, rem, aut me ipſum vel omnia perdidi. Eraſmus legit, *auſtrum.* Sed in vett. libb. Mſſ. Plauti, ut & Feſti & Donati eſt, *plauſtrum*. Vide S. *percello.* Plautus eo eſt uſus E pid. 4. 2. ỹ. 22. *perij! pede plauſtrum perculi.* De eo & Feſtus poſt. vett. plancæ. Sed locus planè mendoſus, ex quo tamen *plauſtrum*, & *perculi*, pro *everti*, dici poteſt. Donatus quoque ad illud Ter. Eunuch. 2. 3. ỹ. 88. *Quò trudis? perculeru iam tu me.* Vnde Proverbium, Benè vel pravè (ſed leg. *perij plauſtrum perculit.*

Plautus: pro, Comœdia Plautina. Men. Prol. ỹ. 3.

Plebei & pauperes. Pœn. 3. 1. ỹ. 12. Lucretius *plebeiam veſtem* vocat vilem, Propertius *plebeiū amictum.* Cicero lib. 1. Tuſc. *veſtem famularem.* ut & Valer. Max. lib. 7. cap. 7. de Sulpitia: *Nihilominus famulari: veſte ſumtâ.* vbi vulgò malè, *familiari.*

Plebeius. De plebe, & è vel ex plebe aliquis. Dicitur is, qui ex plebeiâ, hoc eſt, non patritiâ familiâ eſt de plebe, vel, qui non eſt de Senatorio ordini, vel Equeſtri. Cic. erat *plebeius*, ſed non erat *de plebe*. Livius lib. 39. cap. *Caput autem coniurationis conſtat eſſe M. de legitimis de plebe Romanâ.*

Plebiſcitum. Pſeud. 2. 4. ỹ. 58.

Plenus: pro ſtupido. Curc. 2. 3. ỹ. 39. Vide litt. D. *Dentes pleni.*

Plenus ætatis. Merc. 3. 3. ỹ. 13.

plenus

Plenus negotij. Pſeud. 1.3.✠.145.

plenus rerum: opulentus. Perſ. 4.3.✠.38.

plena menſa: cui nihil addi poteſt. Men. 1.1.✠.13. Propert. lib. 2. Eleg. 16. *Nunc ſine me plena fiunt convivia menſa.* & lib. 2. Eleg. 25. *Vidiſti pleno teneram candore puellam.* h. e. totam lacteam & niveam.

plena mulier, h. e. gravida. Amph. 2.2.✠.49. Sic Menander ἐγκύος δ' ἐπιπλήρη vocat.

plenus gloriarum. Mil. 1.1.✠.21.

plenus dedecoris. Mil. 2.6.✠.32.

plenus periurij atq; adulterij. Mil. 2.1.✠.12.

plenus vitij & probri Rud. 2.2.v. 13. Mil. 2.5.✠.13.

plenus conſilij. Epid. 1.2.✠.49.

plenus ſanguinis, robuſtus. Bacchid. 1.2.✠.45.

plenus. Elegans eſt vocabulum, hodie vix uſitatum. Veteribus, & inprimis Ciceroni familiariſſimum, idque varijs rationibus. Sic dicimus

plenus inimicorum: id eſt, qui multos inimicos habet. *plenus ingenij* pro ingenioſo, *plenus negotij*. &c. Cicer. de Provinc. Conſul. *Quis plenior inimicorum fuit C. Mario? L. Craſſus, M. Scaurus, alijque inimici: omnes Metelli* &c. pro Flacco c. *Adoleſcens ingenij plenus locu ples metu, tenuis præmio ſtultos errore permovit.*

plenus cum ſexto caſu. Cic. in C. Verrem: *Verres ornamentis fanorum atq; oppidorum habeat plenam domum.* Et lib. 3. Attic. Epiſt. *Ex tuis litteris plenus ſum exſpectatione de pompeio quodnam de nobis velit, au oſtendat.*

plenus Orator. h. e. copioſus. Cōtrar. *Ieiunus*. Cic. l. 3. de Orat. c. *Quod ſi quis erit qui ductus opinione vulgi aut Antonium jejuniorem, aut Craſſum fuiſſe pleniorem putet: quam quo modo à nobis inductus eſt uterque?* Eod. libr. *Ita de horridis rebus intincta de jejunis plena etiam orationis & quaſi colorem aliquem requiritis, eſt plena quadam, & tamen brevis & tenuis, & non ſine nervis ac viribus.* Sic in Proœmio lib. 1. de Officijs.

plenius Ciceroni, quod vulgò, Latius. Cui contrar. *Brevius*. Cicero de Oratione uſurpat. Philipp. 2. initio: *An decertare mecum voluit contentione dicendi? hoc quidem beneficium eſt. Quid enim plenius quid uberius, quàm mihi, & pro me, & contra Antonium diceret*

plena urbs: hoc eſt, referta omnibus rebus & copiis. *plena pecunia*. Etiam de homine, *plenus*, qui plurima poſſidet. Contrar. *Inanis*. Cicero in Piſon. capite 37. *Arſinoem, Stratum, Naupactum, ut modò tutò judicaſti, nobiles urbes, atque plenas, fateris ab hoſtibus eſſe captas.* Ita & *plenam pecuniam* vocat pro S. Roſcio c. *Vt quoniam in alienam pecuniam tam plenam, quàm præclaram multo iure invaſerit.*

Idem 2. Accuſ. cap. *Vt facile appareret, non tam illis Siciliam, quàm inanem reliquerant, quàm Verrem ipſum, qui plenus decesſerat, provinciam fuiſſe.*

Plenus pro eo, quod, *perfectus* vulgò, de quo infra Mantiſſ. de Particulis. Cic. de Orator. *Plenus & perfect⁹ eſt, qui de omnib⁹ rebus poſſit variè & copiosè dicere.* Sic 5. Tuſcul. cap. *Authoritatem beatam perpetuis puriſq; gaudijs exſiſtere.* Et lib. 1. de fin. cap. *Voluptatem* vocat *pleniorem perfectam plenamque ſententiam.* Et lib. 2. Herenn. cap. *Perfecta & plena argumentatio quicquid partibus conſtat.* Sic Lucull. cap. *Plenam & perfectam formam diſciplinæ.*

Plena, hoc eſt, gravida. Sic & Græcè πλήρης interdum. Feſtus: *Plenâ ſue Telluri ſacrificare* ſolitum ſcribit. *Verba plena ſue.* Cicero de Divin. cap. *Atque etiam ſcriptum à multis eſt, cùm terræ motus factus eſſet, ut ſue plenâ procuratio fieret.* Plautus Amph. 2. 2. ℣. 47. *Et cùm te gravidam, cùm te pulchrè plenam aſpicio, gaudeo.*

Plenum pro integro, cui nihil deeſt. Contrar. *Imminutum.* Cicero pro Milon. cap. *Plenum atq; integrum annum* vocat. Et lib. 3. Epiſt. *Plenas cohortes.* Et in Orator. cap. *Quaſi verò neſciamus in hoc genere & plenum verbum rectè dici, & imminutum.*

Plenum pro longo, & prolixo. Cicero ad Brutum Epiſt. *pleniorem epiſtolam* vocat. Et lib. 3. Attic. Epiſt. *pleniſſimè ad me ſcribas.* Verba Cic. ad Brutum lib. 11. Epiſt. 12. *Vno die duas accepi à te epiſtolas: unam brevem, quam Flacco Volumnio dederas, duas pleniores.*

Plenus pro divite. Cicero 2. Accuſ. cap. *Verrem plenum diſceſſiſſe* ait, &, *Plenus bonis corporis & externis.*

Plenus pro fatuo & ſtulto ſumitur. Statius lib. 2. Theb. ℣. 685.

—Ni tu Tritonia virgo
Flagrantem, multâq; operis caligine plenum
Conſilio dignata virum.

Sumitur etiam pro *ebrio*. Varro Eumen. Ego autem qui eſſem plenus vini & Veneris. Horat. lib. 1. Od. 37.

Contaminato cum grege turpium
Morbo virorum, quidlibet impotens
Sperare, fortunâq; dulci
Ebria.

Sic *Implere* pro, infatuare, & mentis impotem eſſe. Statius Theb. lib. 3. ℣. 518.
(rentem.
Letum fremit, aſſenſuq; furentem
Implet Achææ manus.

Plautus Curc. 3. 2. ℣. 39. *Plenos dentes* vocat ſtupidos, & in uſu lõgiore officii ſui impotentiores. Nam *pleni* fiunt *dentes* cũ fame velut obſtupuerunt. De quo loco Plauti vide Animadv. noſtras. Ita Lucilius *plenũ ruſticum*

ruſticum dixit, hominem ſtolidum & inconditum. Metaphorâ ſumtâ à rebus refarctis ac ſaburrâ gementibus atque diſtentis, quæ ubique incommodæ & nullibi aptari locorum poſſunt. Cicero lib. 2. de Nat. Deor. cap. *Quibusdam regionibus cõtingere videmus, hebetiora ut ſint hominum ingenio propter celi pleniorem naturam.* Vbi *plenior cæli natura* eſt, ubi craſſior eſt aer. Propert. lib. 1. Eleg. 16.

Me mediæ noctes, me ſidera plena iacentem,
Frigidaque Eoo me dolet aura gelu.

Plena ſidera ſunt, plenis choris agminibus lucentia, cùm ſcilicet cælum plenum eſt ſideribus. Sidera namque videntur abeſſe, cùm non ſunt ſpectabilia. At cùm exoriuntur, paulatim implentur numeri, procedente nocte. Sic Ovidius *plenum cælum* dixit lib. 2. Am. Eleg. 10.

Quid folia arboribus, quid pleno ſidera cælo,
In freta collectas alta quid addis aquis?

Pleraque. Adverbialiter: pro, In pleriq; rebus, more Græcorũ, ſed Poëtica & hiſtorica poti⁹ vox eſt. Agellius 17. 19. *Itaq;*, inquit, *ſi quis hæc duo verba cordi habeat, eaq; ſibi imperando atq; obſervando curet, is erit pleraq; impetrabilis, vitamque vivet tranquilliſſimam* Verba duo dicebat Epictetus ἀνέχου καὶ ἀπέχου. Sic vett. libb. Vulgo *plerumque.*

Plerique omnes fere omnes Epid. 2. 1. ℣. 1. Eugraphius ad And. Terent. 1. 1. *Apud antiquos*, inquit, *iſta dictio ponebatur, ut omnes ſupervacuum fieret, & ſuperior tantum ſermo propriã ſignificationem contineret.* Iul. Cæl. Scaliger lib. 7. Poet. c. 3. *Plerique omnes figura per emẽdationem augens, pleriq;, immò omnes. Eadem puritas ſermonis & modus eſt, cum dixerit Terent. Illum liquet mihi deierare, menſibus ſex ſeptem prorſus non vidiſſe proximus.*

Plerumq; Europa, noctis. Et hoc Poeticum vel hiſtoricũ magis. Livius lib. 45. cap. *Hic finis belli, cùm quadriennium continuum bellatum eſſet inter Romanos & Perſas, idemq; finis incliti per Europa plerumq; atq; Aſia omnem Regem.* Plerumq; *Europa*, eſt, maior pars Europæ. Salluſt. Iug. cap. *Crebris ignibus factis plerumq; noctis Barbari more ſuo, exultare, ſtrepere vocibus* &c.

Plorabundus. Aul. 2. 4. ℣. 38. Vbi tamen ex Nonio & MS. Pall. quart. leg. *deplorabundus.*

Plorantem facere. Pœn. 1. 2. ℣. 164.

Plorare: triſtem eſſe. Merc. 3. 1. ℣. 3. Pſeud. 4. 4. ℣. 1.

Plorare: ægrè ferre, ita vt quis ploret. οἰμώζειν. Aulularia 2. 4. ℣. 29. Vide etiam *Vapulare.* & *Proverbia* in Mantiſſa Lex.

Πλωθεῖς, *Plotheenſes* ſunt tribus Ægeidis apud Athenienſes. Epid.3.4.ꝟ.2. Truc.prol.ꝟ.3.

Pluma leuior gratia. Pœn.3.6.ꝟ.17. Men.3.2.ꝟ.23. Cicero Attic. Epiſt. 23. *plumâ aut folio facilius mouentur.*

Pluma non intereſt. h. e. nihil intereſt. Moſt.2.1.ꝟ.60.

Plumatilis veſtis: dicta eſt à plumarum colore. Epid.2.2.ꝟ.49. Prudentius:

—auium quoq; verſicolorum
Indumenta novis tenentem
plumea telis.

Cato de educandis liberis: *Etenim nulla quæ docet pingere. poteſt bene judicare, quid ſit bene pictũ plumario, aut textum in puluinaribus plagis.* Male apud Nonium: *qua dicit*, & *textore*, pro *textom*. Nam *puluinaribus* adiectiuum eſt. Nævius à piſis *piſatilem* vocat. Vide etiam, *Cumatilis*, & Turn. lib. 11.c.25.

Plumbei nummi: nullius pretii. Moſt.4.2.ꝟ.11. Trin. 4.2.ꝟ.120. Caſ.2.3.ꝟ.40.

Pluris quanti. Rud.4.3.ꝟ.27.

Pluris pretij. Bacch.4.3.ꝟ.17.

Plures: mortui. οἱ πλείονες. Trin. 2.2.v.14. Heſych. οἱ τεθνηκότες dicuntur etiam κρείστονες, vt Dij. Ariſtophanes Ἐκκλησιαζούσαις: ἡ γραῦς ἀνεστηκυῖα παρὰ τῶν πλειόνων. Et Tarentinis dictum oraculum, οἰκεῖν μετὰ τῶν πλειόνων. Pluribus hiſce Lucilius in xiv. apud Nonium opponit *paucos*: quia plures ſunt mortuorum, quàm qui vitam vivunt. Nam Paucis malo, ſi ſapientibus, eſſe probatum,

ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν. Vide etiam ſup
cus communis.

plus: melius. Trin.1.2.ꝟ.1
plus: pro, potius, amplius,
Epid.3.2.ꝟ.11. & 3.1.ꝟ.1
adiumento ades. Aul.3.2
Bacch.2.2.ꝟ.13. Ciſt.
41.

plus: pro, *diutius* Epid.3.4
plus quinquennium. Ca
dixiſſet: *plus quinquenn*
dem; *plus vno maneat p*
ſæclo. Terent. Hecyr.2.1
Vt cum matre plus vnà

Res bona, pro opulentitate & divitiis. Perſ. 4. 3. ℣. 38. Trinumm. 2. 4. ℣. 45. ſic *res malæ*, pro egeſtate & inopia ponuntur.

Res capitalis. Stich. 2. 3. ℣. 46.

Res capitis. Trin. 4. 2. ℣. 120.

Res cibaria. Capt. 4. 3. ℣. 1.

Res civitatis. Ciſt. 1. 1. ℣. 83.

Res communis. res familiaris. Amph. 3. 1. ℣. 1.

Res divina. Curcul. 4. 2. ℣. 46. & 4. 4. ℣. 2. Capteivei 4. 2. ℣. 81. Pœnol. 1. 2. ℣. 193. 196 & 2. 1. ℣. 51. & 3. 3. ℣. 4. & 3. 5. ℣. 3. Rud. 1. 2. ℣. 7. 42. Trinumm. 2. 4. ℣. 78.

Res dubia, egena, inopioſa conſilij. Capt. 2. 3. ℣. 46. Pœn. 1. 1. ℣. 2. Moſt. 5. 1. ℣. 1.

Res, pro commodo, utilitate. Amphitruo 2. 1. ℣. 20. Rud. 1. 4. ℣. 1. & 4. 4. ℣. 82. *Pro re ſua loqui.* Germ. Auff ſeinen Nu[tzen] reden. Ciſt. 1. 1. ℣. 99. & 3 ℣. 4. & 4. 2. ℣. 50. Pſeud. 1. 3. ℣. 8. 21. 101. & 2. 3. ℣. 18. Mercato[r] Prol. ℣. 36. *quæ in rem ſint ſuam.* German. Was jhm in [ſein] Kram dienet. & Merc. Prol. ℣. 43. 48. Men. 4. 2. ℣. 6. 14. 98. & 5. 6. ℣. 18. 27. Perſ. 4. 3. ℣. 44. & 4. 4. ℣. 58.

Res eſt cum. Truc. 1. 2. ℣. 50. Trin. 1. 2. ℣. 182.

Res eſt. neceſſarium eſt. Bacch. 4. 4. ℣. 70.

Res eſt: de qualitate rei. German. Wie es beſchaffen ſeye. Pſeud. 4. 4. ℣. 1. *Neſcis, ut res ſit.*

Res fracta. Perſ. 4. 4. ℣. 104.

Res gnata eſt. nata. Trucul. 5. 1. ℣. 72.

Res ita nata eſt. hæc eſt natura rei. Caſ. 2. 5. ℣. 34. vide litt. N.

Res herilis. Men. 5. 6. ℣. 1. 3.

Res labat. Stich. 4. 1. ℣. 16.

Res labitur foras : patrimonium conſumitur. Trin. 2. 1. ℣. 17. vide *Labi.*

Res magna. Ciſt. 4. 2. ℣. 77.

Res. pro fortunis, bonis, divitiis. Amph. 2. 2. ℣. 17. *Libertas, ſalus, vita, res, & parentes tutantur, ſervantur.* Bacch. 5. 1. ℣. 26. Trin. 2. 2. ℣. 49. 51. 53. 55. & 3. 3. ℣. 5. Truc. 1. 1. ℣. 24. 26. 29. 38. & 1. 2. ℣. 36. Moſt. 3. 1. ℣. 63. 128. Merc. 5. 1. ℣. 6. Ciſtell. 5. 2. ℣. 2. Aul. 2. 4. ℣. 21. Pſeud. 1. 2. ℣. 34. Stich. 4. 1. ℣. 17. Caſ. 2. 3. ℣. 32. Græci χρήματα. patrimonium. Germ. Gelt und Gutt. *Rem habere:* eſſe divitem. *Qui rem habent*, οἱ τὰς οὐσίας ἔχοντες. Ariſtot. libro

libro 5. Polit. Horat. l. 2. Sat. 5. ℣. 45. *Si cui præterea validus male ſilius in re præclarâ ſublatus aletur.* Et de Art. Poet. ℣. 248.

Offenduntur enim quibus eſt equus, & pater, & res.

Et lib. 1. Sat. 6. ℣. 6.

Si neque maiorem feci ratione malâ rem &c.

Cicero de Rep. apud Lactant. lib. 5. cap. 16. *Si celaverit, erit quidem ſapiens, qui rei conſulet, ſed idem malus, quia fallet.* Et lib. 2. Offic. cap. *Tum illud malè, non eſſe in civitate duo millia hominum, qui rem haberent.* Et pro C. Rabir. cap. *Credidit populis in pluribus provincijs eius verſata res eſt.* Et vetus Poeta apud Cicer. lib. 2. de Orat. cap. *Homo fatuus poſtquam rem habere cœpit, eſt mortuus.* Plautus Stich. 4. 1. ℣. 16. *Cuique homini res parata eſt, firmi amici ſunt, ſi res caſſa labant, itidem amici callabaſcunt: res amicos invenit.* Trucul. 1. 2. ℣. 36. *Rem perdidi apud vos, cùm vos meum negotium abſtuliſtis, ſi rem ſervaſſem.* Cicero libro 2. de Rep. *Quod tunc erat res in pecore, & locorum poſſeſſionibus, ex quo pecunioſi & locupletes vocabantur.*

Rem augere. Cicero pro Rabirio capite. *Ita ut in augendâ re non avaritiæ prædam, ſed inſtrumentum bonitate quærere videretur.* Seneca apud Lactant. lib. 3. cap. 15. *Augendarei causâ.*

Res: pro infortuito. Bacch. 5. 2. ℣. 23.

Res mala: pro ſupplicio. Aulularia 3. 5. verſ. 9. Mercator 3. 4. verſ. 30. *I in malam rem.* Moſtellaria 3. 2. ℣. 11. Men. 3. 2. ℣. 31.

Res mala magna. Pſeud. 3. 1. ℣. 4. Trin. 4. 3. ℣. 38.

Res mala maxima. Epid. 1. 1. ℣. 72.

Res mihi ita eſt. German. Es gehet mir alſo. Menæch. 5. 1. ℣. 37.

Res omnis: omnes facultates. Truc. 4. 4. ℣. 11.

Res ornata eſt. Caſin. 3. 3. verſ. 15.

Res perdere. Trucul. 2. 2. ℣. 45. 46.

Res præſens. Amphitr. 1. 1. verſ. 91. Natum à Iuriſconſultis, vel à conſuetudine Romanorum, qui de agro aliquo ambigentes, vel glebâ aliquâ eius agri in ius allata, in eâ, tanquam in toto agro, & in re præſenti vindiciam faciebãt, vel in agrum ipſum, h. e. in rem præſentem ibant. Agell. libro 20. capite 9. Cicero Offic. 1. *Vt ſi conſtitueris te cuipiam advocatum in rem præſentem eſſe venturum.* Idem pro A. Cæcinna: *placuit Cæcinnæ de amicorum ſententia diem conſtituere, quo die in rem præſentem veniretur.* Libro 1. de Orat. ad Quintum Fratrem. *An verò ſi de re ipſa, ſi de finibus, cum in rem præſentem non venimus, &c.*

Res *redire* dicuntur, quando

res & fori negotia rurſus agi incipiunt, contra, *proferri*, aut *prolata*, dum lites in foro ceſſant. Capteivei 1.1.℣.18. Vide paulò poſt plura, *Res redire*.

Reſpublica: *Res amoris*. Truc. 1. 2.℣.38. περιφραστικῶς. Perſ. 1.2. ℣.23. Vide PERIPHRASIS in Mantiſſa.

Res ſecunda. Pſeud. 4.3.℣.5.

Res ſumma cibaria. Capt. 4.3.℣. 1. Sic Cicero dixit, *Rem ſummam publicam*.

Res turbulenta. Epidicus 1. 1. ℣.68.

Res ventris. de luxu. Perſ. 3.1. ℣.14.

Res: pro negotijs publicis, judicijs, &c. Capt. 1.1.℣.18.

Res: pro meretricijs artibus. Ciſtell. 1.1. ℣.83.

Res; ambiguo ſignificatu. Caſ. 2. 2.℣.30.34.

Res: in obſcœno ſenſu per iocum. Amphitr. 2.2. ℣.197. Sic in Epigramm. *Res non uxoris, res agit illa tuas*.

Res voluptatum. vide in Mantiſſa, PERIPHRASIS.

Res parata, imparata. Caſin. 4. 4.℣.8.

Res paterna. Trinumm. arg.℣.3. prol.℣.13.

Res patria. Bacchid. 4. 9. ℣. 23. Trinumm. 3. 2. verſ. 30.

Res paupercula: res minus ſecundæ, vt loquitur Terent. Adelph. 4.3.℣.14. Perſ. 3.1. ℣.17.

Res potior. Aul. 4. 7. v.12.

Res placida, bene geſ
℣. 2.

Res ratioque me tur
3.℣.7.

Res rationeſque. A
log. verſ. 4. Pſeu
31. Vide, *Verb.*
tiſſa.

Res vortit bene. C
62. & 5.3.℣.50.

Res tuas tibi habe
la in divortijs
3.2.v.47. Trin.2
Briſſonij formu
Suas.

Re i tua agitur. R
104.

Re ipſa. Trinumm
45.

Re ſalva. Trinum
95.

Rei ſervire. Truc. 2

Res parcere. Truc. 2.
nam rei parſiſſem

Nulla rei: *bona, non*
gell. 14.2. *Illum*
petebatur, *hon*
bona rei, vitâque
didâ.

In re præſenti, hoc e
In rem præſentem
Iuris. Livius lib.
thaginenſes quer
agrum, *de quo*
Româ qui in re p
ſcerent, miſſi eſſe
LXX. *oppida caſtell*
thaginenſes bien
Maſſaniſſam vi
ſediſſe. Et lib. 3
Legatis utriuſqu
thag. & Numid
miſſuros ſe in Afr

ter populum Karthaginenſem & Regem in re præſenti diſceptarent. Et lib. 40. cap. *Eodem anno inter populum Karthaginenſem & Regem Maſſaniſſam in re præſenti diſceptatores Romani de agro fuerunt.*

Rem habere. Vide paulò ante.

Res gerere: aut *Rem gerere*: pro eo, quod eſt, actioni, non contemplationi ſtudere: vitam practicam, ut vocant, ſequi, aliquid agere ſemper. Horatius: *Rem gerere benè*, aut malè, pro bona ſua adminiſtrare. Vide & paulò ante, *Rem gerere*. Cicero libro 1. Offic. cap. *Cujus ſtudio à rebus gerendis abduci, contra officium eſt.* Et eod. libr. *Ad rem gerendam autem qui accedit, caveat, id modò conſideret, quàm illa res honeſta ſit.* Ennius apud Agellium: *Hacce locutus vocat qui cum, bene ſæpe libenter, menſam ſermonesq; ſuos, rerumque ſuarum, comiter impertit magnam cùm laſſus diei partem fuiſſet de ſummis rebus gerundis conſilio ando foro lato, ſanctoque Senatu.* Sic hoc verſus emendavit olim Giſanius in Epiſtolâ ad Muretum. Idem Ennius apud Feſt. *de muris rem gerit Oſcus.*

Res judicare. Vide & ſupr. *Iudicare.* Hinc, *Res judicata.* Cicero Philipp. 1. & 2. Accuſ. Verr. capite *Itaque viri fortiſſimi &c. res & judicant, & judicaverunt ut ſit, qui nobiſcum res judicet.* Et poſt. *At quorum judicio condemnatum? Nempe eorum, quos hi, qui ſeveriora judicia deſiderant, res arbitrantur, judicare oportere.* Ita ex v. cod. P. Nannius jam pridem emendaverat, quod Lambinus, ut alia, tandem ſibi vſurpavit. Vulg. antea, *reos judicare.* Et lib. 5. cap. *Cùm Pop. Rom. aliud genus humanum, atque alium ordinem ad res judicandas requirit.* Et lib. 2. de Orat. cap. *Ego iſta ſtudia non improbo, moderata modò ſint, opinionem iſtorum ſtudiorum, & ſuſpicionem artificij apud eos, qui res judicent, Oratori adverſariam eſſe judico.* Et pro Muræna cap. *Poſſe conſilio atque ratione, & Senatûs & Populi, & eorum, qui res judicant, mentes permovere.* Cælius ad Cicer. libro 8. Epiſt. 14. *In hac diſcordiâ video Cn. Pompeium, Senatum, quique res judicant, ſecum habiturum.* Et Philipp. 1. capite *Hic enim eſt legis iudex, ut hi tres in tertiâ decuriâ judicent.* Ita v. cod.

Rebus vilioribus: His rebus: Re recenti: Incertis rebus: bonis rebus, novis florentiſſimis. Eleganter & præciſe ita Veteres loquuntur. Pro, hoc rerum ſtatu, cùm res ſint etiam incertæ: cùm in bono ſtatu ſunt res. Vide & ſuprà, *His rebus.* Sic, *hac Republicâ.* h. e. hoc ſtatu Reip. Cicero pro Flacco capite *Lenem ſpero his*

rebus fore magno uſui & amicis & Reip. Varro dixit, *his moribus.* Vide litt. H. Idem Cicero *Illud verò crimen de nummis caluit re recenti: nunc in cauſâ refrixit.* Et lib. 4. Epiſt. 9. *Ennij magis communem cenſemus in victoriâ fuiſſe, quàm in incertis rebus fuiſſet.* Vbi Lamb. invitis libb. *in ceteris reb.* vel, *in incertis rebus.* Fortaſſis illa omnia, *quàm incertis rebus fuiſſet* παρεμβέβληται. Cicero lib. 7. Epiſt. 18. ad Trebat. *Nihil te ad me poſtea ſcripſiſſe demiror, præſertim tam novis rebus.* Et pro Milon. cap. Idem Caſſio lib. 12. Epiſt. 2. *Habes authores conſilij publici. Qui numerus etiam bonis rebus exiguus eſſet. Quid cenſes? perditis.* Horat. lib. 2. Satir. 6. ℣. 110.

Ille cubans gaudet mutatâ ſorte bonisque
Rebus agit lætum convivam.

Plautus Trin. 2. 4. ℣. 45. *Bonis tuis rebus meas res irrides malas.* Terent. Phorm. 5. 3. ℣. 6. *At rebus vilioribus multò, tamen talenta bina.* Cæſar lib. 1. bell. Gall. cap. *Propterea quod eo conſilio florentiſſimis rebus domos ſuas reliquiſſent: cùm tu ſalutaribus, ut ſpero, rebus tuis, ſed fortaſſe motu aliquo communium temporum immutatis.*

Res: pro Reſpublica. *Res Romana, Res Syracuſana.* Ita & *Res Aſiæ.* Sed poëticum & Hiſtoricum potius videtur, quàm Oratorium. In Carminibus

Marcij Vatis: *Ha*
tis gaudebitis ſemp
veſtra melior. It
Livium lib. 25. c
apud Macrobium
blica melior. V
emendatiores
ſunt in codice
Macrobij. Livi
lib. 6. cap. *Sed p*
contemnenda: m
maximam hanc r
Et lib. 3. cap. *Fu*
ximè bello pugna ſ
nihil apud Latinos
Romanâ re, præter
Ita ibi vet. cod. t
vulg. *Republ.* Et
Cupera ſe illi rep
operam navare,
unus externus ma
verit rem Romana
26. *Daſius* Hannib
Blattius quantum
tırat, rem Romana
lò antè: *In reliquu*
natui fore rem Sy
Et lib. 6. cap. *Int*
eius, crede rem Ro
uturniorem maner
fuiſſe. Et lib. 32. c
gem claſſe ſuâ copij
bus terrâ marique
rem juvare. Et li
Secutus eſt inde Ro
ac fideli operâ mult
Romanam adiuvit.
1. Epiſt. 12. *tam*
quo ſit Romana loco
us apud Nonium:
Romanam &c. talit
cere multis. Vlpianu
ius eſt, quod ad ſtatu

Digitized by Google

mana ſpectat. l. 1. de Iuſt. quod non rectè in *Reip. Rom.* mutandum putat Iacobus Ræ vardus lib. 4. Var. lect. cap. 12.

De *rebus abire*, mori ſcil. de rebus humanis. Tertull. lib. 1. ad Vxorem: *Vt cuius maritus de rebus abijt exinde quietam ſex viſco nubendi abſtinentia injungat.*

Res: de rebus arduis. Cicero lib. 13. Attic. Epiſt. *Hui! quàm diu de nugis? De re enim nihil habeo quod loquar.* Et lib. 1. Offic. cap. *Quæ omnes artes in veri inveſtigatione verſantur, cuius ſtudio à rebus gerundis abduci, contra officium eſt.* Et Somn. Scip. *Quæſo, inquit, ne me à ſomno excitetis, & parum rebus.* ſcil. *concedite.* h. e. date aliquid temporis, & otij rebus tam arduis cognoſcendis. Martialis lib. 8. Epigr.

Poſſe Devm *rebus pariter Muſisq; vacare ſcimus.*

Sic, *Dictator rei gerundæ.*

Res: pro ratione. Vnde & ſæpè coniungi ſolent, *Res & ratio. Quibus rebus.* h. e. quibus rationibus, quibus modis. Cicero pro lege Manil. cap. *Sed in hac causâ tametſi cognoſcitis authoritates contrarias fortiſſimorum & clariſſimorum virorum, tamen omiſſis authoritatibus ipsâ re & ratione Exquirere poſſumus veritatem.* Et leg. Agrar. 1. cap. *Videtis jam P. C. omnibus rebus & nodis conſtructam & concervatam pecuniam decemviralem.* Sic o. l. quibus invitis ut ait, repoſuit *rationibus & modis*, Lambinus, qui & ita id mutavit. Parad. 4. *ego meò te non ſtultum, ut ſæpe, non improbum, ut ſemper, ſed dementem & inſanum rebus vincam neceſſarijs.* Lamb. *rationibus advincam* malit. Horatius ut alios multos, ita & hunc Ciceronis locum imitatus verbo *vincit* utitur: de quo Plautus Epidic. 2. 3. ℣. 7. *Sed me una turbat res ratioque Apoecidi, quam oſtendam fidicinam aliquà conductiam.* Cicero pro Quintio cap. *Non quid habeam, ſed quibus rebus invenerim, quærant.* Et Luc. l. 2. ℣. 245. *Ne fingere motus obliquos videamur & id res vera refutet.* Apuleius Met. lib. 10. *quibus autem verbis accuſator egerit, quibus rebus diluerit rem.*

Tuas Res tibi habe: ſive, *habeto. Suas Res eam juſſit habere*: Divortii formula, quâ in qualibet disiunctione ubi licet. Vide Lexic. Iuris. Plautus Trin. 2. 1. ℣. 32. vide locum.

Res *redire* dicũtur, ſcũ ferijs aut ludis finitis rurſ⁹ judicia & Senat⁹ habetur. *Rerum prolatio, rebus prolatis*, eſt illi contrarium: cùm res forenſes & judicia differuntur, aut intermittuntur indictis feriis & Ludis. Cicero pro Sextio cap. *Atq; ut idem ad res redeuntes ut venirent, rogarentur.* Ita o. l.

etiam Mss. quibus tamen invitis Lamb. in Notis ad Orat. poſt red. in ſen. *Ita dico* inquit, *leg atq; ut idem ad illam diem, cùm res rediſſent, ut venirent,* &c. antea aliter ex ſententiâ Manutii, qui ita: *Quid ut idem ad res cùm rediiſſent, rogarentur, ut ſtudio convenirent.* (inquit Cic.) *Senatus ut his, qui ex toâ Italiâ & Rom ſalutis meæ cauſâ convenerant, agerentur gratiæ: decrevit quoq; ut iidem rogarentur, ut ad res redeuntes,* h. e. ut tum, cùm res redirẽt, *venirent Romam.* Lambinus quidem vidit poſtea ſententiam, ſed verba mutavit. Idem Cicero de eadem re, & eisdẽ ferè verbis, in Orat. poſt. red. in Senat. *Quid tut ad illum diem rediſſent, rogarentur, ut pari ſtudio convenirent.* Plautus Capt. 1. 1. ✠. 17. *Prolatis rebus paraſiti venatici ſumus, ſi quando res redierint moloſſici odioſicique, & multum incommodeſtici.* Cicero pro Muræna cap. *Sapiens exiſtimari nemo in eâ prudentiâ quæ neq; extra Romam uſquam, neque Romæ rebus prolatis quidquam valet.* Idem lib. 7. Attic. Epiſt. 12. *Nec eum rerum prolatio, nec ſenatus magiſtratuum* &c. *diſceſſus, nec ærarium clauſum tardabit* Et lib. 14. Epiſt. 5. *Meam ſtultam verecundiam, qui legari noluerim ante res prolatas.*

Res uxoria: Matrimonium. *Res militaris, Res ruſtica. Res florida:* de quo Catonis Oratio

apud Feſtum &
Terent. Andr. §.
liſti me, ut homini
lo in alio occupato
rendi ab re uxoriâ
ſic Lucretius dixi
II. 173. 437. V. 84
l. quod ait lex 23.
dult. coerc. Et O
rem. am. *Ille quod*
bus ſurgente puell
mundo ſigna pude

Re & Opere, Rebus &
traria ſunt. Re val
facto, opere. Ger
that. *Ita* apud
καὶ λόγῳ. Ita uſur
lus Paulus Roman
18. τολμήσω λαλεῖν
ἔργῳ. Et 1. Ioh. 3. ✠
ὦμεν λόγῳ, ἀλλ' ἐ
θείᾳ. Sic & in Iure:
qui *re*, ab his, qu
nudo conſenſu,
Plaut. Aul. 2. 2. v.
neq; re neq; verbis
ceres, quod facis. C
cap. *Vbi ſua ſtu*
tes & bonos cives
& verbis ſæpe ſign
& ſententiis declar
Cluentio cap. *Ve*
erat, re quidem ver
lo, & totâ accuſa
anicus. Terent. He
23. *Non ſimulare m*
bis re ipsâ ſpem vit
dr. 5. 1. ✠. 5. *ut bene*
bis initum dudùm
probes. Livius lib.
Rebus quam verbis
lui, ut qui aliorum

Digitized by Google

hi comparatus erat . *ſuâ mox confeſſione me ſibi præſieres* Eod.lib.cap. *Non quo verba umquam potius quàm res exercuerim* Dionyſ.l.6 ἔστι περισβόλαιοι μὲν λόγῳ κηδεσκοποὶ δὲ ἔργῳ. Teren. Adelph.2.3.v.10. *Neq; verbis ſolves umquam, quod mihi maleſeceris.* Cicero 2.Verr.cap. *Iſte M.Marcelli & P. Africani monumenta, quæ nomine illorum re verâ Pop.R. erant.* Et lib.3. de leg. cap. *Quamobrem aut exigendi Reges non fuerunt, aut plebi re, non verbo danda libertas.* Et 3.Verr.cap. *Cùm verò verbo judicium ſit in Edicto, re quidem verâ tuorum comitum hominum nequiſſimorum colluſio cum decumanis &c.* Et 2. Philipp.cap. *qui Conſulatu verbo meus P. C. re veſter fuit.* Et in Læl.cap. *Qui hac opinione nõ modò verbis, ſed etiã opere levandi ſunt.* Et Tuſc.l.1. cap. de Planetis: *Tum illa non re, ſed vocabulo errantia.* Thucyd ubi de Pericle: ἐγίγνετο τε λόγῳ μὲν δημοκρατία, ἔργῳ ὑπὸ τοῦ πρώτου ἀνδρὸς ἀρχή. Dio lib. 41. ὀνόματι μὲν ἰσονομίας, ἔργῳ δὲ δυναστείας. Iſocrates in Nicocle. & alii interdum dicunt τῇ δ' ἀληθείᾳ pro, ἔργῳ. Iul.l. de quibus, de legibus: *Nam quid intereſt, ſuffragio populus voluntatem ſuam declaret, an rebus ipſis & factis.*

In rem: &, *In perſonam* , ſive hominem. Contrar. *In re* , *In homine.* Vide Lexic.Iur. Cicero pro Milon.c. *Senatus notat rẽ, non hominem.* Et l.2.de Orat. cap. *Credo ut putaremus, in hominibus, non in re, conſultationis aut dubitationis cauſam aliquam.*

Reſcindere actum aliquem, pro. *Infirmare* , & labefactare ea, quæ geſta ſunt. Notum Iuris verbum. Cicero Philipp. *Quibus cùm provocatio datur, nonne acta Cæſaris reſcinduntur.* Et pro domo cap. *Quæ furore improborum in Rep. geſta ſunt, reſcindere* &c. Ter. Phorm.2.4.v.16. *Mihi non videtur, quod ſit factum legibus, reſcindi poſſe.* Lucret. V.59. *Nec validas avi valeant reſcindere leges.*

Reſcire de aliqua re. Aulul. 4.10. ṽ. 40.

Reſciſco. Amph. 1.2.ṽ 29. Ciſt. 1.1.ṽ.104. Bacch. 4.7.ṽ.28. Agell.lib.2.cap.19. *Qui factum aliquod occultius aut inopinatum , inſperatumque cognoſcit, id dicitur propriè reſcire.* Donatus in Hecyra: *Scimus, quæ ad nos deferantur. Reſcimus celata.*

Reſecrare ; eſt, abſolvere religione iuriſiurandi.)(*Obſecro.* Aulular. 4.7.ṽ.4. Perſ.1.1. v.49. Vide *Paulum* Feſti compilatorem, & in primis Petri Pithœi. Adverſ. libro 1.cap.10. pag.755. Lamp. Crit. Tom.II.

Reſcribere Recentiores interdum pro , *Reprehendere*, vel, Contra-ſcribere. Sed hoc nolim imitari. Suet. de Illuſtr. Gramm in Scribonio: *Cuius* (P. Verrij) *etiam libros de Orthographiâ reſcripſit ; non ſine ſtatione ſtudiorum morumque*

eius

eius.Et in octavo.cap. *Multâ varii generis proſâ oratione compoſuit, ex quibus nulla in cœtu familiarium, velut in Auditorio recitavit ſicuti Reſcripta Bruto de Catone.*

Reſidere; ſedere. Aſin.Prol.℣.5. Pœn.Prol.℣.15.

Reſidere & ſedere interdum eſt *quieſcere*, & à rebus agendis ſuperſedere: quod olim ferijs & feſtis diebus licebat. Sic etiam vſurpatur apud Suetonium τὸ *Deſidere*, pro *remiſſio eſſe in animo*. Capt.3.1.℣.8. Epid.3.4.℣.37.

Reſidere, montes, bellum, contentio. Sed dubium de præterito, utrum *Reſidit*, *Reſiderat*, *Reſidiſſent*. &c. an *Reſedit*, *reſederat* &c. dicendum, & ſcribendum. Cicero in Piſon.de Cæſare cap. *Perfecit ille, ut ſi montes reſediſſent, omnes ex aruiſſent, non natura præſidio, ſed victoriâ ſuâ rebusque geſtis Italiam munitam haberemus.* Et in Bruto cap.91. *Nam & contentio nimia vocis reſiderat, & quaſi referverat oratio* Sic ibi leg. videtur. vulg. *reciderat*. Lamb. *reſederat*. Horat. lib.3.Od.3. *Noſtrisque ductum ſeditionibus, bellum reſedit.*

Reſidia: à *reſes*: ſicut à *deſes*, *deſidia*. Merc.Prol.℣.29. (v.65.

Reſignare litteras. Trinumm.3.3.

Reſina Ægyptia. Merc.1.2.℣.8. De hac vide Mercurial. Variarum lib.1.cap.20. & Plinium lib.24. capite 6.alioſque Medicos. Vtramque autem in *Reſina* produci oſtendunt exempla poetarum.

Reſipere. Interdum valet, *Ad ſe redire*, ut qui ſemimortuus, aut pro mortuo habitus ſe erigit, & quaſi recipit vitam, ac ſenſum. Vide Notas Ant. Auguſtini ad Feſt. in fine Edit. Scalig. Cicero pro Sextio cap. agens de eo à Clodianis ferè occiſo, & pro mortuo relicto in foro: *An quod cùm eſſet ablatus, primùmque reſipiſſet, non ſe referri juſſit?* Sic ibi habet v. c. Lambinus invitis libb. repoſuit, *reſpiraſſet*. contra veritatem.

Reſipiſcere: de eo, qui ex deliquio quodam animi ad ſe redit. Mil. 4.8.℣.24.35.

Reſipiſci. ἀρχαϊκῶς. Mil.4.3.℣.35.

Reſiſtere alicuius. Trinumm. 4. 4.℣.18.

Reſiſtere: reſtare, manere, ſubſiſtere. Caſ.3.6.v.10. Terentius Andr.2.2.℣.7. Cic.l.2. Attic.Epiſt.24. *Cum Curione reſtitiſſe*.

Reſolvere, eſt id, quod creditum eſt, reddere, ſolvere debitum, pecuniam. Aſinar. 2. 4.℣. 27. Curcul.5.2.℣.20. & 5.3.℣.44. Epid.1.2.℣.40. Men.5.5.℣.30. Cicero Phil.14.cap. *Ei quæ ſit antea pollicitus, Dea ſummo ſtudio Rep. recuperatâ reſoluturũ*. Vulg. *perſoluturũ*.

Reſolvere unâ plagâ. Amphitr.2.2.℣.73. Proverbialiter dictum. Vt apud Lucianum in Fugitivis pag. 1015. *ὁ μὲν γὰρ κεραυνὸς ἀπάγει μιᾷ πληγῇ καὶ ὁ θάνατος ταχύς. Fulmen eos jaculatione unicâ, morsque auferet citò.*

Reſona

Reſona, pro, *Reſonantia*, ἠχώ. Vide ſupra, *Imago*. Sic olim uſurpatam hanc dictionem, liquet ex Gloſſis antiq. Reſona, ἠχώ. Ita dicebant, *Orna*, pro, *Ornatio*. Et, *Vigila*, pro, *Vigilia*. Et, *ſtrigila*, & *Ambla*, pro, *Ambulatio*, *ſuda*, pro *ſudatura*, vel, *ſudato*, à *ſudando*.

Reſpectare. Caſ. 5. 2. ✠. 11. Men. 1. 2. ✠. 5. Cicero pro Plancio cap. 18. *in ſua petitione reſpectent*. Catull. *Nec meum reſpectat, ut ante, amorem*.

Reſpectus. Verbum Ciceroni, & veteribus inuſitatum in ea notione, quā vulgò eo hodie utuntur: quo tamen Livius, & alij poſteriores ſunt uſi. Cicero ita uſurpat: *Reſpectum habere*, pro, reſpicere aliquos, &, Animum reflectere illuc. Græcè, ἀποβλέπειν πρός τινα, referre oculos in aliquem, ſive, in quopiam omnem ſpem reponere rerum ſuarum. Sic uſurparunt Xenophon, & Lucianus. Ita, *Circumſpectus*. Philipp. 10. cap. *Quare qui ab illo abducit exercitum, & reſpectum pulcherrimum, & præſidium firmiſſimum adimit Reip.* Et Philipp. 5. cap. *Itaque cùm reſpectum ad ſenatum & bonos non haberet*. Et Philipp. 11. cap. *Non ut eò ex acie reſpectum haberemus*. Et de Amic. cap. *Nec enim melior vir fuit Africano quiſquam, nec clarior, ſed exiſtimare debes omnium oculos in te eſſe conjectos*. Vigil. lib. 12. Aen. ✠. 656. *in te ora Latini: in te oculos referūt*. Vide plura apud H. Ferrar. in Phil. 11. pag. 244. Livius lib. 15. cap. *Romanorum maximè reſpectus civitates movit, & virtutem nuper in bello & in victoriâ juſtitiam benignitatemq; expertus*. Et lib. 39. cap. *ſin aliquis reſpectus eſt mei, ut ſocij atq; amici Regis, deprecor ne me tantâ iniuriâ dignum judicetis*. Et lib. 2. cap. *Sed factione reſpectuq; rerum privatarum, quæ ſemper officere, officientq; conſilijs publicis*. Sic dicimus: *Reſpicere ad oppidū, ad me, ad illum*. Vide amplius Andr. Schotti Nod. Cicer. lib. 1. cap. 16.

Reſpexis, reſpexeris Aul. 1. 1. v. 19. Moſt. 2. 2. ✠. 89.

Reſpicere aliquò, Truc. 1. 2. ✠. 20.

Reſpicere ſe. Pſeud. 2. 2. ✠. 18.

Reſpicere; pro, propitium, beuenolum eſſe. Bacch. 4. 3. ✠. 34. Pœn. 1. 2. ✠. 197. Rud. 5. 2. v. 29. *Dij homines reſpiciunt*. Inde *Fortuna Reſpiciens*, in antiquis inſcriptionibus, & Ζεὺς ἐπόψιος, Iupiter Inſpector. Symmachus lib. 7. Epiſt. 73. *ſi me ſanitas optata reſpexerit*. Virgilius Eclog. 1. *Libertas, quæ ſera tamen reſpexit inertē*.

Reſpicere aliquem, me, nos: hoc eſt, quod vulgò, *Proſpicere illi*, juvare illum, ei adeſſe, curare. Si &, *ſe reſpicere*, hoc eſt ſibi cavere. Terent. Andr. 4. 1. ✠. 18. *Et me, et te imprudens, niſi quid DI reſpiciunt, perdidi*. Hecyr. 5. 2. ✠. 6. *Nec poliſtæ metuunt Deos, opinor*. *Neque has reſpicere Deos opinor*. Cice-

ro ad Brutum, *Quod ipſum ſi Remp. cui ſuſceptus es, reſpicis, ubi iam iamq; faciendum eſt.* Et lib. 2. ad Lælium: *Vt reſpiciam generum meum, adoleſcẽtem optimum, mihiq; chariſſimum.* Terent. Heaut. 1. 1. ℣. 18. *Nullum re mittis tempus, neq; te reſpicis.* Plancus ad Cicer. lib. 10. Epiſt. 24. *Quod ſi aut Cæſar ſe reſpexerit aut Africanæ legiones celeriter venerint.* &c. Et lib. 2. de fin. cap. *Quod ſi non modò utilitatem tibi nullã adferet, ſed iacturæ rei familiaris erunt faciendæ, labores ſuſcipiendi, adeundum vitæ periculum: ne tum quidem te reſpicies, & cogitabis ſibi quemq; natum eſſe.*

Reſpicere ad aliquem. Caſ. 3. 5. ℣. 10. Pſeud. 1. 3. ℣. 15. Pœn. 4. 2. ℣. 35. Trin. 4. 3. ℣. 61. Truc. 1. 2. ℣. 2.

Reſpicio; pro *video.* Curc. 1. 2. ℣. 68.

Reſpondeo; ambiguo ſenſu. Capt. 4. 2. ℣. 119. vel pro reſpondere, vel pro reſtipulari; vt ſit verbum Iuris. Et ſic apud Propert. lib. 4. Eleg. 9.

Reſpõdi, & toto ſumſimus arma toro: vbi *arma* obſceno ſenſu, de armis quibus pugnatur in nocturno certamine.

Reſpondere; pro, annuere. Pœn. 3. 3. v. 39. *ſalutat: reſpondemus.*

Reſpondere commodè. Pœn. 1. 2. ℣. 189.

Reſpondere, ad delictum, ad nomen. Vide, *Delictum.*

Reſpondere dicuntur debitores,

qui ſolvunt. Cice
Epiſt. 2. *Quamqua*
qua ſatis apta ſun
dum, tamen ſit ſæpe
debent, non reſpond
pus.

Reſpondere propriè di
riſconſulti, cum co
dant conſilium. C
ambignè ad IC. V
ait lib. 1 Epiſt. ult.
qui iſtic non veniun
ſuperbum eſſe dicun
hil reſpondeas. Et a
IC. lib. 7. Epiſt. 16.
veniunt ſuperbiam
cuſant, quod neger
ctantibus reſpond

Reſponſare, reſpondere
℣. 30. Moſt. 2. 1. ℣.
1. ℣. 57. Truc. 2. 7.

Reſtare; remanere. re
trar. *Pergere, Fuger*
2. ℣. 160. & 5. 2. ℣.
Dum fugiunt Troe
ſtat barbarus Hecto
lib. de Inuent. cap
audacibus. Terent.
5. 3. ℣. 6. *Confide*
Eun. 2. 3. ℣. 11. *Vt ill*
aque ſenem perdant
die remoratus eſt :
qui reſtiterim, racu
apud Non. Petere.
git: etiam ſi me non

Reſtare: pro, Repugn
tat Ian. Guliel. Qu
lib. 1. cap. 5. cui tam
ſentior. Nam alite
gendus eſt verſus r
ille id exſtruit An
Vide Animaduer
ſtras. Interim apud

Digitized by Google

nem', id valet l. de finib. cap. *Nullam quærentes voluptatem Stoici reſtãt*. h. e. ἀντιλέγοντες. διερίζουσι. Pacuvius Medo: *Si reſto, pergit; at jam ſi ire conor, prohibet betere*. Sic enim locũ illum correxit Gulielm.

Reſtas; ſuperas. Trin. 3. 2. ℣. 92.

Reſtim capere. Pœn. 1. 2. ℣. 184. *Reſtim capias, & ſuſpende te*. Sic imprecabantur inimicis. Perſ. 5, 2. ℣. 34.

Reſtinguere ignem. Caſ. 4. 1. ℣. 16.

Reſtio; fune & reſti dignus. Ger. Ein Henckermeſſiger. Moſt. 4. 2. ℣. 2.

Reſtis craſſa. perſ. 5. 2 v. 34. *Reſtim tibi cape craſſam, ac ſuſpende te*.

Reſtis nauis. Rud. 2. 3. ℣. 37.

Reſtitare; eſt, *reſiſtere aſſiduè*. Capt. 3. 2. ℣. 3.

Reſtitrix. Truc. 4. 2. ℣. 5.

Reſtituere; ad frugem corrigere. Trin. 1. 2. ℣. 81.

Reſtringere; eſt, aperire, id quod conſtrictum eſt ſoluere. Hæc enim vis eſt τῦ *Re*, quod interdum eſt ἐπιτατικὸν μόριον, interdum στερητικόν. Capt 3. v. 26. *Reſtringere dentes*: de canibus irritatis. Sic eleganter quoque Lucretius. Linguæ Latinæ ſcientiſſimus, lib. 2. ℣ 406, dixit. *Vias reſtringere noſtris ſenſibus*. Vbi tamen quidam leg. *reſcindere*, eodem ſenſu. Apuleius; *Iumentum reſtrinxit, abireque ſtabulo, liberum ſinit*.

Ouid. lib. 12. Metam.
—*quod me meminiſſe malorum Cogis, & obductos annis reſtringere luctus*.

Sic *Reparcere* apud Lucretium, pro, *non parcere, reſerere, reluere, reſuere, relenare, retegere, repignerare, returare, reglare*, aliaque infinita in lectione bonorum authorum huc referenda

Reſtringere genus. Trin. . 2. verſ. 50.

Reſurgere. Tralatè. Cicero Philipp. 13. cap. *Si eſſet jugulata numquam reſurgeret*. Sic Mss. vulg. *exurgeret*. Sic dicit Poëta, *Reſurgere Troia regna*, *Reſurgere amorem*. Ovidius dixit, *reſurgere ſcintillam*.

Rete ò. Priſcianus. Rud. 4. 3. verſ. 45.

Retejaculum; eſt retis genus, ductum à jaciendo, quod & funda appellatur à fundendo, vel à fundo Græcis βόλος, & ἀμφίβληστρον German. Ein Wurffgarn. Sic dicitur, ad differentiam *verriculi*, quod non *jacitur*, ſed trahitur, & verritur. Aſin. 1. 1. verſ. 86. Truc. 1. 1. verſ. 14. Vſus eſt hoc vocabulo doctiſſimus Bibliorum interpres Eſaiæ 19. verſ. 20. Quod his verbis defendit & explicat. Eſt autem *reteiaculum* accipiendum non pro illis permagnis plagis, quibus vtuntur piſcatores multi; neque pro funda aut euerriculo; ſed pro minoribus illis plagis, quas piſcator in ſuperficiem aquarum proiiciens reuoluit & retrahit ad ſe, peridromo aut reſte piſcibus inuolutis.

Retentare; retinere. Aſin. 3. 3. v. 1.

Retexere ſalſum. Cicero lib. 11. Epiſt. 8. *An quod adoleſcens praſtiti cum etiam errare cum excuſatione poſſem, id nunc ætate præcipitatâ, commutem, ac me ipſe retexam? non faciam.*

Reti n. Rud. 4.1. verſ. 9. Priſcian. lib. 7.

Retia meretricum; quibus amatores ſuos irretire ſolent. Epid. 2.2.℣.32.

Retineo: pro, *Memini.* Sed hoc eſt eorum, qui poſt Ciceronem vixerunt: licet poëta Lucretius lib. 3. ℣. 676. *Retinentiam* pro *Memoria* dixerit.

Omnium ut actarum exciderit retinentia rerum.

Idem lib. 3.℣.864.

Interrupta ſemel cùm ſit retinentia noſtri.

Sic & *Repeto,* dicebant: de quo ſupra. Vlpianus. *Et retineo, me dixiſſe: deficio eos à petitione fidei commiſſi.*

Retinere; detinere. German. Auffhalten. Capteivei 3.2.℣.4. Ciſtell. 2.1.℣.9. Epid. 1.1.℣.61.

Retinere; perſeverare. Rud. Prol. ℣.30.

Retinere aliquem; eſt, avocare aliquem ab negotio. Men. 4.2.℣.22.

Retineri nequeo quin. Trin. 3.2.℣.15. *Retrudere,* trudere retrò. Ep. 2.2.℣.64.

Retractare. Interdum valet, *Tergiverſari,* morari, dubitare, hærere. Cicero lib. 1. Tuſc. cap. *Veniet tempus, & quidem celeriter, & ſive retractabis, ſive properabis. Volunt enim a-*

tas. Ita ibi leg. no
tardabis. Sic dici
tractatione: h.e.
one, ſine metu
promptè. Cicero
Quod paulò ante
veteremque Acad
tari videbare, ut
tione liberè dicere
pientes eſſe ſemper
Et Philipp. 14. extr
que ſine ullâ retra
patriâ vitam proſ
ex opt. cod. Vatic
Cæterùm turpem
tum huius verbi
vide ſupra in, Rec

Retrahere. Verbum
qui propriè dicunt
Varro de re ruſt. l
118. *Erat is, qui m*
vos è fugâ retrahebi
Heaut. 4.2.℣.11.
hercle opinor ad me
lud fugitivum arg
men. Salluſt. Catil.
rat Fulvius Sena
quem retractum ex
rens mercari juſſit.

Retrò. Idem inter
contra, vel, *è contra*
rius: eò Cicero
quaſi. Partit. Prat.
altera argumentati
trò & contra prius
vult, &c.

Retunſum eſt cor oppu
ctore. Pſeud. 4.4.℣.
iam *Tundo.*

Retunſus; Pſeudol. 1
plagis retunſus. Vide

Retur; arbitratur. Mil
Truc. 1.1.℣.71.

Revehere. Bacch.1.1.℣.9.

Revenire; pro,redire. Capteivei 2.3.℣.87. Bacchid.3.3.℣.27. & 4.2.℣.24. & 4.9.verſ.125. 143. Moſtell. Arg.℣.3.& 1.1. ℣.54.Mercator 4.1.℣.3. Men. 5.3.℣.4.Mil.3.2.℣.49.Stich.3. 1.℣.8. Trinumm. 1.2.verſ. 119.

Revenire domum. Amphitr. 2.2. ℣.11. Cicero etiam ſic locutus eſt lib.1.de Orat.cap. *Res delata eſt ad Centumviros, cùm miles domum reveniſſet, egiſſetque lege.*

Revereri. verecundari. Epid.2.1. ℣. 6.

Reverrere. Stich. 2.3.℣.63.Vide, *Converrere.*

Reverſionem facere. reverti. Bacchid.2.3.℣.61. Trucul. 2.4. ℣.42.

Reverti à foro. Pſeudol. 1.2.℣. 30.

Revidere ad. Trucul. 2.2.℣.65. *Nunc ad heram revidebo.* Sic etiam, *Reviſere ad aliquem,* Et, *Adire ad aliquem.*

Revocare intro. Rud. 5.2.verſ. 12.

Revocare. pro eo,quod, Contravocare, ad cenam. quod Græci vocant Ἀντικαλεῖν. Vide etiam *Vocare.* Varro apud Nonium in, Revocare. *Qui nobis miniſtrarunt pueri diebus feſtis cicer viride, qui nos pro vocare ac vocare cùm audeant, nos illos revocare timemus.* Cicero pro S.Roſcio cap.18. *Domum ſuam iſtum non fere quisquam vocabant. Nec mirum: qui neque in Vrbe viveret, neque revocaturus eſſet.* Ita ibi leg. ut rectè ex libb. vett. admonuit Ianus Gulielmius Quæſt.Plaut.in Amph.cap.8. Cui adſtipulantur quoq; Mſſ. Pall.Lactant.lib. 6. cap. *Idem Deus præcepit, ut ſi quando cenam paravimus, eos in conventum adhibeamus, qui revocare non poſſint, & vicè reddere.*] Ita & Phædrus lib.1.fab.26. *Vulpes ad Cenam dicitur ciconiam invitaſſe* &c. *quæ vulpem cùm revocaſſet* &c. Quod ibi doctiſſ. Rittershuſius obſervavit.

Revocari dicitur vel præco, cùm unuſquisque non audire, ſed videre libertatis ſuæ nuncium avet, & iterùm pronunciaret eadem. Cicero lib. 4. Tuſcul.cap. *Primos tres Verſus revocaſſe dicitur Socrates.*

Revocãdi verbum Ciceroni pro Reducere, reſtituere, perfamiliare eſt, hodie vix notum.

Reus es confeſſis omnibus. Truc. 2.7.℣.57.

Reus ſolutus. Truc.4.3.℣.63.

Reus facti, autor facti. Ciſtell.1.3. ℣.16.

Reus voti. Vide litt. V.

Rex; pro, Rege Perſarum. Mil.4. 6.verſ.10. more Græcorum. Βασιλεύς, μέγας βασιλεύς. Sic Terent. Heaut.1.1.℣.65. *In Aſiam ad Regem militatum abiit. Ad Regem legatus Rhodum, Echatanam, ac Babylonem ibo.* Phorm.1.2.verſ.20. *Oh! Regem me eſſe oportuit.* Lucilius:

R*ex regum regalior.* παμβασιλεύς. Capt. 4. 2. ✠. 45.

R*ex*: de alumno ſeu nutricio. Ita Paraſiti ſuos dominos appellabant. Aſin. 5. 2. ✠. 69. Capt. 1. 1. ✠. 24. Stich. 3. 2. ✠. 2. Trin. 3. 2. ✠. 96. Horat. lib. 1. Epiſt. 17. ✠. 20. 43. Sic etiam dicti potentiores amici. Et lib. 2. Od. 18. de Mœcen.

nec potentem amicum Largiora flagito:

Martialis:

Qui Rex *eſt, Regem, Maxime, non habeat.*

R*ex ſum*: h. e. feliciſſimus. Pœn. 3. 3. ✠. 57. Rud. 4. 2. ✠. 26. Horat.

At pueri ludentes: Rex *eris, aiunt.*

Auſon.

Qui faciat recte, non qui dominatur, erit Rex.

Sic dicimus: D*eus ſum. In cœlo ſum.* apud Ciceronem Horat. *DIs miſcent ſuperis.* Contrà Cicero: *Pompeius ex aſtris decidit.* Virgilius eodem modo dicit. *victor ero.* Vide in Mantiſſ. *proverbia.*

R*hadamanthes.* Trin. 4. 2. ✠. 83.

R*henones.* Sagula villoſa, vel potiùs palliola ex pellibus. Olim enim pellibus gentes ferè utebantur. Cæſar lib. 6. bell. Gall. cap. ubi de Germanis: *Cujus rei nulla eſt occultatio, quòd promiſcuè in flumine perluuntur, & pellibus, aut parvis rhenonum tegumentis utuntur magnâ corporis parte nudâ.* Sallutius: *Germani interdum rhenonibus corpus tegunt.* Quæ verba Salluſtij ad-

ducit Iſidorus li
ſic enim ait: Rh
lamina humero
usque ad umbil
tortis villis adeò
bres reſpuant,
ptos vocant. D
ſtius: Germani
nonibus corpus
autem Rhenone
mania flumine
ter utuntur. Ita
ante Iſidorum
gil. lib. 3. Georg

Et pecudum f
corpora ſe

Rhenonibus, i
Salluſtius in H
de pellibus rhen
Sidonius Apoll
mitium, ubi
Gotthorum: V
limbis margin
penduli ex hu
vel gladij balt
rentibus ſtrin
bullatis latera r
rhenonibus vid
Cluverius in G
69. & 135.

R*hetoricè aliquid*
viter, ſplendid
vehementer, co
in Bruto c. *Han*
Rhetoricè & T
potuerunt. Et l
Tum ille, finem
rogandi, ſi vide
dem ego à princi
dixeram, hoc ip
Dialecticas capt
cè igitur, inqu
quàm Dialecti

Digitized by Google

Quaſi verò, inquit, perpetua oratio, Rhetorum ſolùm, non etjam Philoſophorum ſit. Zenonis eſt, inquam, hoc Stoici, omnem vim loquendi, ut jam ante Ariſtoteles, induas tributam eſſe partes: Rhetoricam palma, Dialecticam pugno ſimilia eſſe dicebat, quòd latius loquerentur Rhetores, Dialectici autem compreſſius. Obſequar igitur voluntati tua: tua dicamque ſi potero, Rhetoricè. Sed hac Rhetoricâ Philoſophorum, non noſtrâ illâ forenſi, quam neceſſe eſt, cùm populariter loquatur, eſſe interdum paulò hebetiorē. Sed hoc loco *Rhetoricè* videtur pro perpetuâ oratione & fuse dictum. Et l.3. de fin. c. de honeſto: *Poteſt id quidem fusè & copiosè & omnibus electiſſimis verbis graviſſimisq; ſententijs Rhetoricè & augeri & ornari. Sed conſectaria me Stoicorum brevia & acuta delectant.*

Rhodia. Curc. 3. ℣. 74.

Rica. Epid. 2. 2. ℣. 48. veſtimentum quadratum, fimbriatum, quo Flaminicæ pro palliolo vtebantur. Alii dicunt Ricam ex lana ſuccida alba fieri ſolitam à virginibus ingenuis, & cœruleo colore infici. *Varro,* Rica, inquit, à ritu, quod Romano ritu ſacrificium fœminæ cum faciunt, capita velant. *Nonius:* Rica eſt, quod nos *ſudarium* dicimus.

Ridere aliquem: pro, *arridere*. Captei. 5. 1. ℣. 21.
Catull. carm. 57.
Dulce rideat ad patrem.
Virg. 4. Eclog. ℣. 62.
—qui non ridere parentes.
Sic *latrare*: pro, *allatrare*: Statius Theb. 1. (*strant.*
umbraſq; petunt, & nubila la-

Ridere reſtrictis dentibus. Aſinaria 5. 1. verſ. 13. *Eſt* σεσηρέναι, τοῖς χείλεσι γελᾶν. Capteivei 3. 1. ℣. 26.

Ridere: pro *contemnere*. Martial. (l. 10. Epig. 80.
Pars major lachrymas ridet,
& intus habet. (*ce moto*
Et lib. 4. Epigr. 3.—*nec ver-*
Concretas pigro frigore ridet
aquas. (mide:
Et lib. 4. Epigr. 19. de Endro-
Ridebis ventos hoc munere
tectus & imbres.
Et lib. 10. Epigr. (*menſa.*
Ridet procellas rete de ſuo

Ridibundus: pro effuſè ridens. Epid. 3. 3. ℣. 32. Vide Agell. lib. 11. c. 15.

Ridiculi cauſa. Amph. 3. 2. ℣. 36.

Ridicula: τὰ γελοῖα. Stich. 3. 2. ℣. 2. Sic etiã vocantur puſilla, & ridicula. Sen. l. 1. Nat. quæſt. c. 3. de fullone: *Cùm os aquâ implevit & veſtimenta ridiculis diducta leviter aſperſit.* Ita ex Mſſ. libb. Muretus. vulg. *tendiculis.*

Ridicularia: nugæ. Aſin. 2. 2. ℣. 64. Trin. 1. 2. ℣. 28. *aufer ridicularia.* Truc. 3. 2. ℣. 17.

Ridiculum: pro, dedecus, opprobrium. Caſ. 5. 2. ℣. 3. *In ridiculum eſſe.*

Ridiculus: pro *ſalſo* & faceto Captei. 3. 1. ℣. 22. Men. 2. 2. ℣. 43. Stich. 4. 2. ℣. 54.

Ridiculus: qui riſum captat; *εὐτράπελος.* Capt. 3. 1. ℣. 10. Stich. 2. 1. ℣. 14. de Paraſito.

Digitized by Google

Ridiculus Interdum idem, quod, *dicax*, quique dicteria jacere norit, quæ & eâdem origine *Ridicula* Latine dicuntur. Loca ex Plauto vide paulò ante. Cicero in Bruto cap. *Et Cn. Sicinius homo impurus, ſed admodùm ridiculus.*

Rigor. h. e, frigus. Valet etiam, *rectitudo*, ὀρθότης, Vnde Rigidus, frigidus, durus, firmus, & *directus*. Hæc enim duo iſto verbo notantur. De primo ſatis notum. Putat Servius hoc verbo *duritiem* notari. Vt cùm Virgilius ait libro 1. Georg. ℣.

Tam ferri rigor, atque acutæ lamina ſerræ.

Lucret. lib. 1. ℣. 493.

Cùm labefactatus rigor auri ſolvitur æſtu.

Et Prudent. Peri Steph. in Romanum:

Qua cauſis illud perpeti ſpectaculum,
Quis ferre poſſit ceris aut ferri rigor.

Sed videtur *rigor* idem hic valere, quod *frigus*. Nam ut Lucret. 1. verſ. 493. *rigor auri* dixerat, ita ſtatim proximo verſu dicit *glacies æris*.

Tum glacies æris flammâ devicta liqueſcit.

Rigor autem cùm *rectum* quid ſignificat, eſt menſorum terræ proprium vocabulum. Sic enim ait Boet. libro 1. Geom. *Rigor eſt, quidquid inter duo ſigna veluti in modum lineæ directum proſpicitur: flexuoſum verò eſt, quic*

quid ſecundùm n
rum curvatur.
in agro à menſor
ad finem directum
appellatur: quidq
imitationem in
tur, Linea appella
IC. l. ult. §. Luc
urb. præd. *Quat*
rigor, & tigno
competebat. Paul
naturalem rigor
tenens. Plinius li
4. *Eſt fertilis Thr*
rigore, æſtibus,
gyptus.

Rima: de natura mu
2. ℣. 25.

Rima: pro, *effugio.*
℣. 3. 8.

Rimam reperire legi
℣. 24.

Riſiones. Stich. 5. 2 ℣.

Riſus. Pſeudol. ri
20.

Rite, recte, bene.
4. verſ. 53. Pœn
18.

Ritu cantharino: m
rij. Menæchm
44.

Ritus pro more,
vix uſitatum: v
tatiſſimum. Cic.
Qui pecudum rit
tem omnia referu
lipp. 11. capite N
lectaî claudere ve
ritu. Ibid. *Erat*
latronum ritu.
Tum ſuſpenſa nov
vibus altis. Lucr
1153.

Digitized by Google

Rivalis alicui. Bacchid. *Grex.* ℣. 4.

Rivales duo. Stich, 5. 4. verſ. 47.

Rivinus; pro rivali. Aſinaria Arg. verſ. 6. Sic enim ibi Mſſ. Ab eo videtur dictum, quòd ex uno capite, unâ nimirum muliere, amor duorum oriatur. *Rivi* enim ſunt ductus plures ab uno capite. Vide Barth. Adverſ. libro 5. capite 8.

Rivus, pro canali, aut fiſtula, è quâ rivus provenit in duas, piſcinas &c. Celſus l. qui fundum D. quem adſervit. amitt. *Quare fortiꝰ etſi aqua rivũ ſuâ ſpõte profluxit, jus aquæ ducẽdæ retinetur.* Neratius l. uſufructuarius D. de uſufr. *Vſufructuarius novum rivum parietibus non poteſt imponere.* Labeo l. ult. D. locati. *Si rivum quem faciendum conduxeras & feceras.* &c. A Veteribus interdum videtur uſurpatum. Varro lib. 3. de re ruſt. capite 5. *Et ab epiſtylio ad ſtylobaten hæc ſunt avibus omne genus oppleta, quibus cibus, miniſtratur per retem, & aqua rivulo tenui affluit.* Mox autem ſimili de re ait: *Intra retem aves ſunt omne genus maximè cantrices, ut luſciniolæ, ac merulæ, quibus aqua miniſtratur per canaliculum, cibus objicitur ſub retem.* Ibid. *Ex ſuggeſto falleris, ubi ſolent eſſe* περιστερεῶνες, *prodeunt anates Cis ſtagnum, ac nant.*

Rixa: proprie eſt, vbi tu pulſas, ego vapulo tantum, vt inquit Iuvenal. Amph. Sc. *Quis tam* ℣. 26. (Rubigo.

Robigo. Rud. 5. 2. ℣. 13. Vide infra

Robur. Locus in carcere Romæ. Paulus ex Feſto *Robum. Robus quoq; in carcere dicitur is locus, quò præcipitatur maleficiorum genus, quod ante arcis robuſteis includebantur.* Lucret. lib. 3. ℣. 1031.

Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, tedæ.

Livius lib. 38. c. de Scipione: *Vt in carcere inter fures nocturnos & latrones vir Clariſſimus includatur, & in robore, & tenebris exſpiret.* Cicero pro Milone cap. *Subitò arrepti in quæſtionem, tamen ſeparantur à ceteris, & in arcas conjiciuntur.* De quo loco ita Gloſſæ: *Loca ſunt Area in foro, ubi torquendi ſervi collocabantur, ne quis cum his loqui poſſet.* Oroſius lib. 5. Hiſtor. cap. 12. in fine: *Flaccus adoleſcens in robore necatus eſt.*

Robuſtus & *Robuſteus*, id, quod ex robore arbore eſt. Cato l. 1. de re ruſt. c. 38. *In eo ſi in medio robuſta aliqua materia ſit depacta. ex Feſto in. ſolea.* Sed etiam pro materiâ robuſtâ, ſuper quam paries craticius exſtruitur. Livius lib. 38. cap. *In aries tollenonibꝰ libramẽta plumbi aut ſaxorum, ſtipitesve incutiebant.* Cicero lib. 1. de Divin. c. *Quæ eſt igitur iſta calliditas res vel vetuſtate robuſtas calumniando velle pervertere.*

Robuſtus codex; ſtipes ligneus, quem alligati ſervi trahebāt. Pœn.5.3.ꝟ.53. Curc.5.3.ꝟ.14. *robuſtus carcer*. Alibi Pœn.5.6.v.8. dicitur *lignea cuſtodia*.

Rogare: pro, petere. Capt.3.2.ꝟ.6. Mil.1.3.v.38. Pſeu.1.1.v.112.114.& 4.6.v.8. Rud.2.2.v.73.

Rogare leges. Curc. 4.2.ꝟ.24.

Rogare mutuum. Pſeud.1.3.v.59

Rogare aliquem aliquid. Pſeud 4.6.ꝟ.8.

Rogare: interrogare. Curc.5.1.ꝟ.6. Capt.1.2.ꝟ.70. Moſt.3.1.ꝟ.126. Merc.1.2.ꝟ.101.& 2.3.ꝟ.119. Men.4.2.ꝟ.76.& 5.1.ꝟ.13.& 5.9.ꝟ.70. Mil.2.3.ꝟ.46. Pſeud.1.5.ꝟ.65.& 2.4.ꝟ.50.& & 4.2.ꝟ.12.& 4.7.ꝟ.83.94.& 5.1.ꝟ.22. Perſ.1.1.ꝟ.40.

Rogare: *Rerogare*. Amph.2.2.ꝟ.76, Sic dicitur *obſecro, reſecro*.

Rogare magiſtratum, Conſules, legem procreare. Salluſt. Jug. c. *Calpurnius Romā ad magiſtratus rogandos proficiſcitur*.

Rogator olim dicebatur, qui in mitij, cùm magiſtratus crearentur, voce altâ pronunciabat, & recitabat nomen electi, & creati magiſtratûs, Conſulis &c. Cic.l.2.de Div.c. *Quos cùm T. Gracchus propter mortē repentinam ejus, qui in Senatū introduxiſſet, non juſtum rogatorem Comitiorum fuiſſe dixerunt. Primùm, Vide, ne in eum dixerint, qui rogator Centuriæ fuiſſet. Is enim erat mortuus*.

Rogitare: pro rogare. Amph.4.2.ꝟ.9. Aul.1.2.ꝟ.39.& 2.5.ꝟ.13.& 2.7.ꝟ.3. Epid.2.2.ꝟ.16.& 5.2.ꝟ.26.30. Mē.1.2.ꝟ.6. Curc.1.1.ꝟ.13.19.& 1.3.ꝟ.57.& 5.2 ꝟ.3. Stich.2.3.ꝟ.8. Pſeud.1.3 ꝟ.6.& 4.1.ꝟ.22.& 4.7.ꝟ.67 Pœn. Prol.ꝟ.108. Mil.1.1.ꝟ 61.& 3.1.ꝟ.114.& 3.2. ꝟ.14 Caſ.3.3.ꝟ.8.& 5.4.v.18. Merc 1.2.ꝟ.87.108.& 3.4.ꝟ.49.& 4.3.ꝟ.21.& 5.2.ꝟ.100. Trin 4.2.ꝟ.58.60.92. Rud 1.4.ꝟ.7 & 5.3.ꝟ.6. Truc. 4.3.ꝟ.3.29 Moſt.2.1.ꝟ.21.

Rogitationes: pro *legibus tribunitiis* ſeu *plebis ſcitis*. Curc. 4.2.ꝟ.23.

Rogo te. Pſeudol.4.2.ꝟ.15. Vide litt. T.

Rogum incendere: opipare vivere. Men.1.2.ꝟ.44.

Romano more. ſeu, *More Romano*. Interdum, pro, vere, & ex animo. Cic.l.7. Epiſt.5. *De quo tibi homine hoc ſpondeo, non illo vetere verbo meo, quod, cùm ad te de Milone ſcripſiſſem, jure luſiſti, ſed more Romano, quomodo homines non inepti loquuntur, probiorem hominem, meliorem virum, prudentiorem eſſe neminem*. Et Epiſt.18. *Ego te Balbo, cùm ad nos proficiſceretur, more Romano commendabo*.

Roſa: in blanditiis amatorū eſt, Aſin.3.3.ꝟ.74. Curc.1.2.ꝟ.6. Menæch.1.3. ꝟ.9. Bacch.1.1. ꝟ.50.

Roſtrum: pro ore hominis, μεταφορικῶς. Men.1.1.ꝟ.13.

Rota; ſupplicii aut tormenti genus. *Rota amoris*. Ciſt.2.1.v.4. Cic.l.5. Tuſc. *In rotam beatam vitam non adſcendere*.

Rota figularis. Epid.3.2.v.35. Capteivei 2.3.ꝟ.9.

Rota

Rota Fortunæ. Truc. 2.1.℣.11.

Rotundus: pro perfecto. Quia ea figura perfectiſſima eſt. Sed hæc notio Poëtica magis videtur. Varro tamẽ ita eo fuit *uſus*, de quo Sen. in Apocolocynth. *Stoicus Deus quomodo poteſt rotũdus eſſe, ut ait Varro ſine capite, ſine præputio?* Vide etiam infr. *Rutundus*.

Ruber. Capt. 5.2.℣.9.

Rubicundus. Rud. 2.2.℣.8.

Rubicundum os. Pſeudol. 4.7.℣.118.

Rubida ampulla. Stich. 2.1.℣.77. Vide Feſtum Pomp.

Rubidus panis. Caſ. 2.5.℣.2.

Rubiginoſa ſtrigilis. Stich. 2.1.℣.77.

Rubrica: purpuriſſum. Truc. 2.2.℣.39. Vide Turneb. l. 24. c. 17.

Ructare in os. Pſeud. 5.2.℣.9.

Ructus ſuavis. Pſeud. 5.2.℣.9.

Rudens: ὁ καὶ ἡ. funiculus nauticus, forte ſic dictus ob ſtrepitum, quem edit in navibus. Rud. 4.3.℣.2.76.92.

Rudis, non in malam partem, ſed pro *recente*. Cicero lib. 3. de Nat. Deor. cap. *Rudem integro me diſcipulum & integrum accipe*. Et lib. 1. de leg. cap. *Qui teneros & rudes animos cùm acceperunt, inficiunt, & flectunt, ut volunt*. Varro de re ruſt. cap. 27. *Vere ſationes quadam fiunt: terram rudem proſcindere oportet*.

Rudis terra: inarata. ut vocat Virgil. Varro libro 1. cap. 27. *Vere ſationes*: ut paulò ante. Et apud Nonium: *Muries fit ex ſale, quod ſol ſordidum tunſum, & in ollam rudem & fictilem conjectum eſt*.

Rudus, *Raudus*, & *Rodus*. A quo & *Ruduſculum*, in mancipationibus, & in numero multitudinis, *Rudera*, ſed & ſignati, fruſta, & æra, ſeu aſſes, *rudera* dicuntur. Res quælibet *rudis* & imperfecta. Nam & ſaxum Poëtæ *Raudus* vel *Rodus* appellant, ut videre eſt apud Feſt. Plæruũmq; autem de ære imperfecto ſeu infecto: interdũ & de ſignato, ut olim in mancipationibus, *Ruduſculã librã ferito*. De ære infecto adfert Feſtus Cincij inſignem locum, quo æs infectum *Ruduſculum* dicitur. Et quia apud Ædem Apollinis æs conflatum jacuit, id *Rudus* appellabant. Livius libro 26. *Æris acervi cùm rudera inutiles religione inducti jacerent, poſt profectionem Hannibalis magni iumenti*. Hoc Glareanus ait, ſe non intelligere. Valerius libro 5. capite 6. *Cujus teſtandæ rei gratiâ capitis effigies ærea, quâ exceſſerat, portæ incluſa eſt: dictaque Rauduſculana, quod olim æra raudera dicebant*. Raudiarij, qui ſaga nova poliunt, ait Feſtus.

Ruere hoc eſt, *Perire*. Cicero libro 3. Offic. capite *Quid eſt enim aliud erranti viam non monſtrare &c. emptorem pati ruere, & per errorem in maximam fraudem incurrere?* Terentius Heaut. 2. 3. verſ. 118. *Sed heus tu!*

Digitized by Google

vide ſis, ne quid imprudens ruas. Livius libro 27. capite *Haſdrubal cùm hoſtium res tacitis augeſcere incrementis cernerent, ſuas imminui, ac fore, ut niſi audendo aliquid moneret, quæ cepiſſent, ruerent, dimicare quam primùm ſtatuit.* Et libro 3. capite *Accuſator pati reum ruere, invidiæque flammam ac materiam criminibus ſuis ſuggerere.*

Ruere: pro, confusè aliquid explicare, aut dicere. Cicero de finib. *Sed dum Dialecticam, Torquate, contemnit Epicurus, quæ una continet omnẽ & perſpiciendi, quid in quaque re ſit, ſcientiam & judicandi quale quidque ſit, ac ratione via diſputandi: ruit in dicendo, ut mihi quidem videtur: nec ea, quæ docere vult, ullâ arte diſtinguit.*

Ruere, ἐπεγχρτικῶς. Trinumm. 4. 1. ℣. 18.

Ruere: eſt modo cumulum adæquare. Rudent 2. 6. verſ. 58. *Corruere divitias.* Cicero ad Att. libro 16. *De laudibus Dolabellæ deruam cumulum.* Horat. libro 2. Sat. 5. *Divitias æriſque acervos ruam*: & eodem ſenſu libro 1. Sat. 1. *Vt metiretur nummos.* Inde noſter *Corruere* dixit pro *conjicere, coacervare, συνωθεῖν*. Varro: *Spica corruuntur in corbem.* Inde *Rutrum*, & *Rutellum* dixit Varro & Lucilius. τὸ ἀρυτήριον. Vide Turneb. libro 26, 1. & Scalig. ad Varronem.

Ρ'υσόδαι. Pſeudol. 1. 5. verſ. 73.

Rufulus: à rufo, quod rubrum notat. Aſinaria 2. 3. verſ. 20.

Ruffus. Pſeudol. 4. 7. verſ. 117. Agellius libro 2. capite 26.

Rugare: rugas contrahere. Caſina 2. 3. verſ. 30. Et in Fragment. apud Agellium 18. 12.

Ruina. pro ruinoſa re. tralatè de malo. Epid. 1. 1. verſ. 77.

Ruinas dare. Magnas ruinas dare. Lucret. libro 5. verſ. 3 6.

Nam cum res tantis morbis, tantiq; periclis
Tentarentur ibi, ſi triſtior incubuiſſet
Cauſa darent latè cladem, magnaſq; ruinas.

Rumex: Oxalis, & acetoſa dicitur, German. Sauwerampffer. Plinius libro 20. cap. 21. & lib. 11. cap. 8. Pſeudol. 3. 2. ℣. 26.

Rumificare: eſt, rumore prædicare. eadem forma, qua *Magnificare*. Amphitr. 2. 2. ℣. 46. Vbi Nonius Feſtus, Pylades, Odebertus legunt, *rumiferant*. Vide Animadverſiones.

Rumore ſecundo h. e. *ſecundo flumine*. *Rumor* Veteribus idem, quod Græcè ῥοῦς h. e. ipſe aquæ fluctus, aut fluor. Vetus Poëta Latinus apud Cicer. lib. 1. de Divin. cap. 16. *Solvere imperat ſecundo rumore, adversâque avi,*

avi. Virgil. libro 8. Æneid. ℣.

Ergò iter inceptum celerant rumore ſecundo.

Horat. Epod. 10. *Malâ ſoluta navis exit alite*. Idem: *Malâ ducis avi domum*. h. e. infeliciter, & malo omine. Plaut. Bacchid. 1. 2. ℣. 5. Vide ſupra, *Avi ſiniſtrâ*.

R*umori ſervire*. Trinumm. 3. 2. ℣. 14.

R*umpere leges*. Curcul. 4. 2. ℣. 24. Sic. Lucret. IV. 587. *Rumpere ſilentia*.

R*umpere ſe*. Capt. Prol. ℣. 14. Sic Cic. lib. 7. Epiſt. *Diripui pane me in judicio Galli Caninij*. Horat. 1. Epiſt. 19.

Rupit Hiarbitam Timaginis æmula lingua

R*umpere ramices*. Pœnol. 3. 1. ℣. 37. Merc. 1. 2. ℣. 27. Vide, *Ramex*.

R*uncina*. Vide, *Deruncinatus*.

R*upices*. Olim idem, quod *Ruſtici*: qui & *Petrones* dicti: à rupium & petrarum, quas ferũt, aſperitate. Quamquam ſyllabæ intervallum in *Rupices* repugnet Etymologiæ. *Rupices* quoque dicti homines indocti & impoliti, ut *Agreſtes*, & *Varrones*. Feſtus: *Petrones, ruſtici ferè dicuntur, propter vetuſtatem, & quòd deterrima quæque ac prærupta jam agri Petra vocantur, ac Rupices ijdem à rupicu*. Lucilius apud eundem Feſtũ: *Squarroſos, hoc eſt, Varronum ac rupicum ſquarroſa in condita roſtra*. A gell. l. 13. c. 9. *Sed enim noſtri non uſque eò rupices & agreſtes fuerunt*. &c. Sic ibi ex vet. cod. reſtituendũ: ubi vulg. *opici & agreſtes*. Scipio *Opici* & ibi congruere, ſed ſua cuique loco reſtituenda ſunt.

R*urare*: eſt opus ruri facere, rus colere, vt *arare* aruum colere. Capt. 1. 1. ℣. 16.

R*ure*. Truc. Arg. v. 2. Tibull. lib. 2. Eleg. 1. ℣. 59.

Rure, puer, verno primùm de flore coronam
Fecit, & antiquis impoſuit Laribus.
Rure etiam teneris curam exhibitura puellis,
Molle gerit tergo lucida vellus ovis.

Sic & ante ℣. 49.

Rure levis vernos flores apis ingeris alveò. Sic enim leg. non, *verno*.

Et lib. 4. Eleg. 8. ℣. 1.

Inviſus natalis adeſt, qui rure moleſte
Et ſine Cherintho triſtis agendus erit.

R*ure redire*. Trucul. 3. 2. ℣. 1, 25. 26.

R*urſum prorſum*: retrò & ante, ὀπίσω καὶ ἔμπροσθεν, quaſi *retroverſum & proverſum*. Amph. 5. 1. ℣. 60. Epid. 2. 2. ℣. 63. Ter. Hec. 3. 1. v. 35. *Curſari rurſum prorſum*. Cicero Orat. ad Brut. c. 39. *ſurſus vorſus cadere*. Ennius: *Rurſus prorſus reciprocat fluctus feram*. Sic Eurip. φύρουσιν αὐτοὶ πάλιν τε καὶ πρόσω: *Hæc Dij rurſum ac prorſum miſcent*.

R*urſus denuò reverti*. Pœn. Prol. ℣. 79.

Rurſum recipere. Vide *Pleonaſmus,* in Mantiſſa.

Rurſus reſcribere: rurſus reſecare, reficere. Rursùs denuo reverti. Plautus Pœn. Prol. ✝.79. Vide etiam Mantiſſ. de Particulis & Pleonaſm.

Rus: pro ruſticitate. Moſt.1.1. ✝. 15. Truc.2.2.✝.25. Catull. *Plenus ruris & inficetiarum.*

Rus ire. Truc. 3.1.✝.1.

Rus merum: de homine agreſti. Truc.2.2.✝.14.

Ruſculentia. ἀγροικία. Trucul.3. 2.✝.7.

Rus mittere Moſt.5.1. ✝. 3. *Nam. herus me poſtquam rus miſit.*

Ruſticitas Poſt Ciceronis ætatẽ videtur natum vocabulum: *Vrbanitati* contrarium: id eſt mores ægreſtes, & indecori: Sic & *Ruſticè* apud Ciceronẽ. Sed interdum idem valet, quod *Imperitia*: ut cùm Iuriſconſulti *excuſari ruſticitatem* dicunt. Plutarchus ἀγροικίαν vocat. Sueton. Cæſ. cap. *ne hoſpitem aut negligentiæ aut ruſticitatis videretur arguere.* Interpretes ferè intelligunt *ruſticos,* quomodo & M. Imper. Iuſtinianus vel Tribon. videtur accepiſſe verba eius in l. ult. C. de Teſt. *Et ab antiquis legibus, et adverſis retrò Principibus ſemper ruſticitati conſultum eſt: in quam legem remittuntur ruſticis ſolemnia Teſtamenti.* Sed ſi liceat à Triboniano diſſentire, *ruſticitas* videtur ſumi pro *imperitia.* Sic Græcè ἀγροῖκος valet & *ruſticũ,* ſeu agricola, & *imperitus,* & invenuſtus, atque inhumanus. Vlp. l.1. in fin. D. de edẽd. *Eis, qui ob ætatem vel ruſticitatem, vel ob ſexum lapſi non ediderunt, vel ex aliâ cauſâ ſubvenietur.* Idem in l.3. §. *Si quis ignorans occiſum aperuerint, non debet hoc Edicto teneri. Et ſi ſciens, non tamen dolo aperuit non tenebitur, ſi forte per imperitiam, vel per ruſticitatem ignarus Edicti Prætoris vel SCti aperuit.* Et l. 7. ſi quis id. §.4. D. de Iuriſconſ. *Doli mali autem ideò in verbis Edicti ſit mentio, quod ſi per imprudentiam vel ab ipſo Prætore non tenetur.* Et l.1.10 fr. D. de juſt. neut. *ut ſi per ruſticitatem aliquid ex his fuerit omiſſum.* Sic & paulus l.2. D. Si quis in voc. *ruſticitati enim hominis parcẽdũ erit.* Calliſtratus l.2. in fin. D. de jure fiſc. *Si ea perſona ſit, quæ ignorare propter ruſticitatẽ vel propter ſexum femininum juſſurum poſſit.* Modeſtinus in lib.6.§.ult. D. de excuſ. fuit. περὶ τῶν ἀγραμμάτων γράφει Παῦλος οὑτωσί. *Mediocritas & ruſticitas interdum excuſationem præbent.*

Ruſtici Romani, rerum urbanarum, ac verſutiæ planè imperiti. Germ Schlechte einfeltige Bawren. Varro lib.3. cap.1. de re ruſt. *Itaque non ſine cauſâ maiores noſtri ex Vrbe in agris redigebant ſuos cives, quod & in pace à ruſticis Romanis alebantur, & in bello ab his tuebantur.* Cicero Cat. Maj.

Maj.cap. *Age ut iſta divina ſtudia ommittamus paſſuus nominare ex agro Sabino. ruſtico Romanos vicinos & familiares meos.* &c. Varro lib. 2. de re ruſt. in Præfat. *Viri magni noſtri maiores non ſine causâ præponebant ruſticos Romanos urbanis.* Feſtus in verbo Prærogativæ. *Centuriæ prærogativæ dicuntur* ut docet. Varro, rerum humanarum l. 6. *Qui ruſtici Romani; qui ignorarent petitores facilius eos animadvertere poſſunt.* Cicero filius Tironi lib. 16. Epiſt. 21. *Deponenda tibi ſunt urbanitates. Ruſticus Romanus factus es.* Cic. lib. 9. Attic. Epiſt. *Municipia verò & ruſtici Romani illum metuunt.* Et pro Sextio cap. *Sunt maximorum ordinum homines, quibus patet Curia, ſunt municipales, ruſticique Romani.*

Ruſticus: de immundo homine. Moſt. 1. 1. ỿ. 39.

Ruſticus & urbanus opponũtur. Merc. 4. 3. ỿ. 15.

Rutundus. Sic antiqui ſæpè ſcribebant, pro, *Rotundus*: de quo ſupr. Feſtus: *Rutundam Ædẽ: Veſtæ Numa Pompilius Rex, Romanorum videtur conſecraſſe.* Sic. v. cod. vulg. *Rotundam*. Agell. lib. 1. cap. 3. *Curſus igitur, ſic & ſonus rutunda volubilisq; orationis eximiè nos & unicè delectabat.* Idem lib. 16. cap. 1. *Et quoniam verè atque luculentè dicitur, verbisque eſt brevibus & rutundè vinctũ.* Et l. 17. c. 20. *brevibus & rutundis numeris.* Ita in Mss. libb. Apuius lib. 11. Met. *Idem gerebat & aureum vaſculum in modũ pupullæ rutundatum.* Ita quoque in Chirographo exſtat. Paulus in l. 6. Si in rem, D. de rei vind. *Quamvis & in vaſis occurrat difficultas, utrum lancem duntaxat dici aporteat, an etiam quadrata, vel rutunda, vel pura, an cœlata ſint.* Ita eſt in Pand. Flor.

S.

S*Aburra*, Græcis γόμος, πλήρωμα τῆς νεώς, ἕρμα, onus ſabuloſum nauis μεταφορικῶς ad voracitatem nimiam accommodatur, ſicut & alia: Ingluuies ingluuioſus, gulo, gluto, gumia, guttur. Hinc *Saburratæ* dicuntur mulieres, quæ nimis ſeſe ingurgitarunt cibo puroque. Ciſt. 1. 2. ỿ. 2.

Saccare. Idem quod *Percolare*, διϋλίζειν. Sacco enim, ſive per ſaccum olim defæcabatur vinum: & interdum etiam aqua Græci quoque verbo σακκίζειν ita utuntur. De vino Plutarch. l. 6. Sympoſ. Et Columella lib. 10. c. *Saccus*, inquit, *inverſa metæ ſimilis, qualis eſt, quo vinum liquatur.* Gloſſæ vett. *διϋλίζω, defæco, fæco, ſacco, percolo.* Seneca Epiſt. 85. *O hominem calamitoſum! neſcis vivere: non ſaccatâ aquâ levabatur, ſed ſæpè turbidâ, & cùm plueret vehementius, ſæpè luculentâ.* Ita rectè Colo-

Colonius ex vet.libro. in quo *ſiccata*. Vulg.pacata. Lucret. lib.4.ỷ.1021. *Totius humorem ſaccatum corpori fundant* hoc eſt, urinam. Ita eum verſum primus emendavit Turn. Arnobius lib.2. *Inter ſtercores hos utres, & ſaccati obſceniſſimas ſerias*.

Quin & illud Martial.lib.2.Epigr.40. ita leg.ex vet.lib. *Cæcuba ſaccentur, quaque annus coxit Opimi*. ubi vulg. *ſiccentur*.

Et illud Sammonici.

Quod facit ex aſino ſaccatus corporis humor. ubi vulg. *ſiccatus*.

Sacciperium: marſupium maioris modi, à ſacco & pera, quod etiam alia recipere poſſet. Rud.3.6.ỷ.94.

Saccularij: pro furibus. Pedianus in Catil. *Equeſter* inquit, *Ordo pro Cinnanis partibus contra Syllam ſteterat, multasq; pecunias abſtulerat: ex quo Saccularij erant appellati, atque ob eius rei invidiam poſt Syllanam victoriam erãt interfecti*. Vlpianus leg.7. Saccularii D. de extraord. cum. *Saccularij, qui vetitas in ſacculo artes exercentes partem ſubducunt, partem ſubtrahunt, item qui Directarij appellantur, hoc eſt, qui in aliena cenacula ſe dirigunt furandi animo* &c. De ijs & Iac. Cuiacius lib. 10, cap.27. Obſerv.

Saccus: pro ſtipe, quæ in ſacco colligitur. Capt.1.1.ỷ.22. *ad Sacculum*, alii leg.

Sacer: pro exſecrabilis. Bacch. 4.6.verſ.14. Pœn. prol. ỷ.90. Catull.

—*horribilem & ſacrum libellum*. Virgil. *Auri ſacra fames*. Afran. *O ſacrum ſcurram & malum!* Turpil. *Peſſime & ſacerrime, etiam me irrides?*

Vide Feſtum Pompeium & Notas Scalig. itemque Macrob.lib.3.cap.7.

Sacerrumus ſeruus: omnibus exſecrandus, ſceleſtiſſimus. Moſt 4.2.ỷ.67. Horat.

Inteſtabilis & ſacer eſto.

Sacerrimus vir: exſecrabilis. Rud.1.2.ỷ.69.

Sacerdos veneria. Rud.2.2.ỷ.13.

Saceros Veneris. Rud.2.4.ỷ.17. 26.& 2.5.ỷ.22.

Sacoma, a, Vide & Glaucoma. In Lexico B. Germ. *Temperamentum*, Σήκωμα. Vegetius lib.1.cap.5. *Proceritatem tironum ad ſacomam ſcio ſemper exactam*. Ita ex vet. cod.leg. in quo erat, *ad in comam ſcio* SteWechius pro, *incomam*, quod & ipſe reperit in uno v.c. aſſentitur Mellero, legenti, *commodam*. Sed genuinum eſt, *ſacomam*.

Sacra commouere. Pſeud. 1.1.ỷ, 107. Ita ſeruus vocat ſuas artes ſiue dolos. Vide plura apud Paſſerat.lib.3.Eleg.1.Propert, pag.404.

Sacramento interrogare, tradere, promittere, *hoc eſt*, Sacramento exacto, aut præſtito. Conciſà locutione, *Sacramento contendere*. Hoc Feſtus voluit in fragmento illos *Sacramento* inquit, *dicitur, quod ſit juris ju-*

Digitized by Google

riſjurandi ſacratione interpoſitâ, ac tum Sacramento dicitur interrogari. Vbi etiam ex Catone in Thermum adducitur hæc phraſis: *Sacramento tradere.* Et in verbo, *Sacramentum. Sacramentum as ſignificat, quod pœna nomine penditur, ſive eo quis interrogatur, ſive contenditur.* Livius lib. 4. cap. de militum dilectu, detrectantium militiam: *Hoc decreto Conſul armatus, cum paucis appellantibus tribunum collum torſiſſet: metu ceteri Sacramento dixere.*

Sacramento rogare milites? Sacramento dicere. Milites rogati Sacramento. De quibus omnibus vide Lexic. Iuris. Cæſar principio lib. 6. bell. Gall. cap. *Simul ab Cn. Pompeio pro Conſule petit, quoniam ipſe ad Vrbem cum imperio Reip. cauſâ remaneret, quos ex Ciſalpinâ Galliâ Conſul Sacramento rogavíſſet, ad ſigna convenire, & ad ſe proficiſci juberet.* ita ibi leg. Vulg. *Conſulis.* Livius lib. 32. cap. *Cum quinque legatis profectus obvios in agris ſacramento rogatos arma capere & ſequi cogitabat.*

Sacramenti verbū interdum de militiâ dicitur. Iuvenalis Satirâ ultima. ✠.

Præmia nunc alia atque alia emolumenta notemus Sacramentorum.

Lactantius lib. 6 Inſtit. *Quis ſacramentum* DEI *ſciens tam ſignificanter enarrare legem* DEI *poſſit, quàm illam homo longè à veritatis notitiâ remotus expreſſit?* Et lib. 7. *Tamen quia myſterium divini ſacramenti neſciebant. &c.* Eod. lib. *Quæ vaticinia eorum cùm paulatim fama vulgaſſet, quoniam profani à ſacramento ignorabant quatenus diceretur.* Et in Epiſt. *Qui habet conjugem, nihil quærat extrinſecus, ſed contentus eâ ſolâ carnem caſtiget, inviolati cubilis.*

Sacramenti verbo Veteres Chriſtiani ſcriptores pro myſterio & religione ipsa Chriſtiana, aut aliquo eius capite uſi ſunt.

Sacres ſinceri porci. Men. 2. 2. ✠. 16. Vide lit. P.

Sacruficare DIS. Truc. 2. 4. verſ. 69.

Sacruficare Orco: hoſtiis. Vide lit. O.

Sacrificare thuris granum. Pœn. 2. 1. ✠. 3.

Sacrilegus. Pſeud. 1. 3. ✠. 128.

Sacrilegiſſimus. Rud. 3. 4. v. 1.

Sacrum; pro ſacris, ſacrificij. Curc. 4. 1. verſ. 10. Aſin. 3. 2. verſ. 24. Perſ. Satir. 2. verſ. 69. *in ſacro quid facit aurum?*

Sacrum)(*Profanum.* Trin. 2. 2. verſ. 8.

Sæculum. Mil. 4. 2. verſ. 87. *Ab ſæculo in ſæculum.*

Sæculum. Interdum eſt xxx. annorum ſpatium. Plinius lib. 16. capit. ult. ubi de viſco roboris, quod Druidæ in Gallia in ſacrificiis adhibent. *Eſt autem id rarum admodùm inventum, & repertum magnâ religione petitur: & ante omnia ſextâ Lunâ, quæ principia menſium*

menſium annorūq, his facit & ſaculi poſt triceſimum, quia jam virium abundè habent. Lucretius creberrimè uſurpat pro.gen⁹.ſuboles &c. Vide Collect. Giſanii.

Sapiculè. Caſina 3. 5. verſ. 59.

Sævus: durus valet, immitis, vehemens, item acer & animoſus & fortis. Bacchid. 4. 5. verſ. 3. Merc. 2. 3. ỷ. 20. Truc. 3. 2. ỷ. 5.

Ovidius l. 13. Metam. v. *Iuvenis indomitis ſævior.* Et lib. 12. Met. v. *Centaurorum ſævorum ſæviſſimus* Eurytus. Virgil. l. 3. Aen. ỷ. *Peſtis nulla ſævior.*

Sævus. Idem quod durus, aſper, ſeverus, triſtis, vehemens. Etiam in laude, ubi oportet. Græcè χαλεπὸς. Ita qui optimè locuti, eo ſemper ſunt uſi. Recentiores illis & pro *crudeli*, ut Tacitus. & Nonius *Sævus* nunc pro magno, nunc pro irato accipit. Cui non aſſentior. Terent. Adelph. 5. 4. ỷ. 12. *Ego ille agreſtis, ſævus, triſtis, truculentus, tenax.* Phorm. 5. 1. ỷ. 17. *Concluſam hic habeo uxorem ſævam.* Cic. lib. 5. Attic. Epiſt. 12. Ad 8. Id. *ad Ceo jucundè, Inde Gyarum ſævo vento, non adverſo: hinc Scyrum.* Virgil. libro 1. Aen. ỷ. 99.

Sævus ubi Æacidæ telo jacet Hector.

Et lib. 2. Aen. ỷ. 29. — *hic ſævus tendebat Achilles.* Et lib. 12. ỷ. 107. — *maternis ſævus in armis* Horat. lib. 1. Od. 19. *Mater ſæva Cupidinum.* Et lib. 3. Od. 29. *Fortuna ſævo læta negotio.*

Ita & *Sævitia* & *Sæviendi* verbo ſcriptores utuntur. Cicero partit. Orat. capite *Delectationem in exornatione: in judicio aut ſævitiam aut clementiam.* Plaut. Epid. 5. 1. ỷ. 52. *Sed memento, ſi quid ſæviunt ſenes, ſuppetias mihi cum ſorore ferre.* Virgil. lib. 6. Aen. verſ. 543. *ſævi magna ſacerdos.*

Sævire: iraſci. ſuccenſere graviter. Caſina 3. 5. verſ. 20. Bacchid. 3. 3. verſ. 4. Epid. 5. 1. verſ. 52. Trucul. 5. 1. verſ. 4. χαλεπαίνειν.

Livius l. 7. ab Vrbe: *In Tarquinienſes acerbè ſævitum. multis mortalibus in acie caſis.* Idem lib. 8. belli Punici: *Cæterum ſe neq; arma iis ademturum, neq; ſe in obſides innoxios, ſed in ipſos ſi defecerint, ſæviturum.*

Sæviter. Pſeudol. 5. 2. verſ. 3. Pœnol. 1. 2. ỷ. 121. Trinumm. 4. 3. ỷ. 53.

Sævum. Ger. Vnſchlet. Capt. 2. 2. ỷ. 31.

Sagina: pro animalibus, quæ paſcuntur in ſaginam, vt pinguescant. *Cadere ſaginam.* Moſtellaria 1. 1. verſ. 62. vel χυλοὺς pro quibuſvis cibis accipitur. Vnde *Saginicidæ*, quos Lucilius *Cibicidas* vocat. Alio ſignificatu vſurpatur Mil. 3. 2. ỷ. 32. *Poſtea ſagina ego eiicior cellaria*, pro ipſo loco è

co è quo ſaginari queas. Quo modo accipitur etiam Moſt. 1.3.v.79: *Sagina plane eſt*: h.e. ædes iſtæ ſunt quaſi viuaria, in quibus aluntur & ſaginantur homines. Sic Trin. 3.2. ỽ.96. *Aut aliquem ad Regem in ſaginam herus meus ſe coniecerit*. Extat quoque apud Symmachum Epiſt. ad Parrē: *Non deerit, quo famem pellāt. nam comitibus veſtris, vtpote ſobriis, cadunda ſagina cura poſterior eſt.*

Saginarium. Locus, in quo, ſaginantur animalia. Sagina, & ſaginam cædere. Plauto rarâ ratione, nunc pro ſaginario, aut certò ſaginatione, nunc pro ipſis anima libus aut edulibus. Vide locis paulò ante allegatis. Cicero pro Flacco de Rege Mithridate cap. Qui multitudine illam non authoritate, ſed ſagina tenebat. Symmachus uſus eſt quoque lib 1. Epiſt. 7. Nam comitibus veſtris utpote ſobriis cædundæ ſaginę cura poſterior eſt. Ita ex antiquiſſimo Ms. lib. Hub. Giſanij edidit perilluſtris vir D. Gaſper Scioppius Comes de Claravallo.

Sagmata. Videntur onera: olim, *Clitella.* Ab eo dicti mnli, cameli, qui onera portarent, comeatum, & apparatus, atque inſtrumenta belli, familiæ &c. Antiquiores vocant Animalia veterina, ea iumenta, quorum in Alpibus, & regionibus ſub alpinis multus eſt uſus. A noſtris quoque Saum Roſ appellantur. Græcè, ἀχθοφόρα. Veget. lib. 2. capit. 11. *Vehicula ſagmarij, nec non etiam ferramenta* &c. Ita vetus codex. Vulg. *ſagittarij.* perabſurdè. In Suida, Σαγμάρεια, τέτταρ ἡμῖν λεγόμενον τ' οὖθλον, τὰ βαστάζοντα τὴν ἀποσκευὴν καὶ τὴν μετακομιδὴν τῶν ἐπιτηδείων. Vopiſcus in Aureliano; *Torquem brachialem & annulum apponat: equum ſagmarium ſuum defricet.* &c. ſic leg. vulg. *Saginarium*, Lamprid. Heliogab. *Qua pilento, qua equo ſagmario, qua aſino veheretur*, Sic leg. vulg. *Saginario.* Euſtath. in Homer. τὴν ἀστράβην σέλλαν καὶ σαγμάριον interpretantur ſic quoque leg. vulg. σατμάριον. Acro ad illud Horatii lib. 1. Epiſtol. 14. verſ. 43. *Optat ephippia bos piger Alij ſagmata, nonnulli eo, qua propter iugum equis Curulibus imponuntur.* Sic eum locum reſtituit Canterus ex vet. lib. Heſychius in Levit. lib. 5. *Sic etiam ſagma hic, ſiveut* LXX. *ediderunt, in ſagma aſini* &c. *Mollia enim ſagmata aſini Legislator intellexit &c. quia tale eſt, quod* LXX. ἐπίσαγμα appellant; hoc eſt ſtratura.

Sal: cibus ſeruorũ. Perſ.2.3.v.15.

Sal: conuiuii principium, & tenuiorum obſonium. Perſ.3.3.℣.24. Aſin.1.2.℣.13.

Salem delingere. Vide lit. *D.*

Salem indere in aquam. Merc.1.2.℣.92.

Saliƈtum. Aul.4.6.℣.9. Alias, *Salicetum.*

Salientes. Vlpian.l.12. §.14. de inſtrum.l. *Fiſtulæ autem & canales & crateres, & ſi qua ſunt alia ad ſalientes neceſſaria* Sic leg. non ut vulg. *aquas ſalientes.*

Salillum animæ: ſunt homines: h.e. corpuſcula animata. Metaph. h Trin.2.4.℣.91.

Salire Saxo. Trin.2.1.℣.31.

Salſipotens Neptunus. Trin.4.1.℣.1.

Salſura. Curc.1.1.℣.27.

Salſura animæ. Stich.1.2.℣.35.

Salſus pro *lepido.* Capt.5.2.℣.2.

Salſus: madidus ex aqua marina. Rud.2.1.℣.12.

Saltare pro vino. Stich.5.5.℣.33.

Saltem: pro *tandem.* τὸ ἔσχατον. Amph.1.1.℣.282. Donatus ad Terent. Andr.2.1.℣.13. *Vt aliquot ſaltem nuptiis prodit dies:* notat, *ſaltem deſperatis rebus ſolam petentes ſalutem hoc verbo vtimur.* Idem ad Adelph.2.2.℣.41. *Vox nata à captiuis, qui nihil aliud præter ſalutem à victore petunt.* Sic Seruius in Virg. Æn.4.℣.327. ſic adnotat: *Hoc tantum eſt à captiuis, qui cum tenerentur ab hoſtibus, dicebant. ſublatis omnibus ſalutem concede:* Hinc per ſynæreſin natus eſt ſermo, vt in contemtu rerum multarum petituri aliquid *ſaltem* dicant. Horat.lib.1.Sat.6.℣.44. Vide etiam Agell.lib.12. cap.14. Cæterùm video nonnullos de Orthographia & Analogia huius particulæ nimiumquantum eſſe ſollicitos: ita quidē, vt non *ſaltem* ſed *ſaltim* ſcribendum omnino eſſe, acriter contendant. Vt enim à ſupinis R*aptu*, *Curſu*, *Senſu*, *Receptu*, dicimus *Raptim*, *Curſim*, R*eceſſim:* ita eodem plane modo à *ſaltu* deſcendit *ſaltim.* Et profectò ſic ſcriptum reperi in antiquiſſimis Membranis Pall. Mil.4.5.verſ.12. Pſeud.1.3.℣.27. Rud.1.3.℣.19. Truc.4.2.v,34. Atque vt in illis primigenia ſignificandi vis reſidet: ita eodem in hoc obſcura eſt. Adhibetur enim in oratione, cum ea quaſi ſaltu quodam ab iis, quæ anteceſſerunt ſubito præcipit, & finit in extremum aliquod. Priſcian.lib.15.pag.1013. *In IM & denominatiua inueniuntur & verbalia & participalia, vt à parte, partim; à viro viritim: à vice, viciſſim; à ſtatu, ſtatim; à raptu, raptim; à ſaltu ſaltim, & ſaltuatim.* Vide etiam I. Gulielmii πιθανῶν, lib.1.cap.10 & Mureti Varias lect. itemq; Iuretum ad Symmachum.

Saltem: pro, *tamen*, vel *certè.* Men.5.5.℣.62. Mil.4.5.℣.12.

Saltem duntaxat, tantum. Capt.3.1.℣.26. Curc.4.2.verſ.21. Pſeud.4.7.verſ.125. Pœn.3.1.℣.41. Rud.3.5.℣.24. Rud.5.1.℣.7.

Digitized by Google

℣.7. Trinumm.2.4. verſ.88.

Saltem , exceptiva Particula. Rud.4.4.℣.141.

Saltus aprorum. Caſ.2.8.℣.42. *uno ſaltu duos apros capiam.*

Saltus; pro, *natura muliebri.* Curc.1.1.℣.56.Caſ.5.2.℣.35.

Saltus. Exercitium Iuventutis. Bacchid.3.3.℣.24.

Salus damni, dixit Plautus: ut. *Montes mali.* Men.5.6.℣.31. Vide litt. *M. Montes.*

Saltus cordis. Ciſt.2.3.℣.9. Mil. 4.2.℣.96.

Salva tuta, in integro. Aul.3.2. ℣.18.

Salva & ſarta. Merc.1.2.℣.62.

Salva res eſt Elegans formula victoriæ. *Aul.*2.2.℣.30. Capt. 2.2.℣.34. Epid.1.2.℣.21. Rud 1.2.℣.83.

Salvane res? Formula peregre advenientium. Men.5.2.℣.26. Trin.5.2.℣.53. Vide Briſſon. Form. l.8. pag.745. Edit. Francof. Sic dicebant in formulâ: *Quid agis?* Cicero pro Plancio c.14. *Tu Druſe, quid agis?* Terent. *Adelph.* 1.1.℣.35. *Quid agis Milio?*

Salvè. Adverbialiter; ita quidē, ut verbum *Agendi* ſuppreſſum plerunque ſubaudiatur. *Men.* 5.2.℣.26. Stich.1.1.℣.10. Trin 5.2.℣.53. *Apuleius* lib.1. Met. *Quàm ſalvè agit? inquit Demeas noſter.* Apol. *Interroga, Maxime, quatuordecim ſeruos, quos exhibemus. Thallus puer ubi ſit, & quàm ſalvè agat.* Terēt. Eun.5.6. *Quid eſt? quid trepidas? ſatisne ſalvè?* Ubi Donatus interpretatur, *integrè, rectè commodè.* Vide etiam cumulum exemplorum apud Briſſonium in magno opere Formularum. pag.745. Edit. Francof. perſeus apud Livium lib.40. cap 8. pr. *Satin' ſalvè.*

Salve atq; vale. Formula ſalutādi, quos nunquā redituros putamus. Curc.4.2.℣.38. & 4.4. ℣ 32.

Salve. Sternutantibus dici ſolitum. Epid.1.1.℣.4.

Salve edepol. Trin.1.2 ℣.11. Terent. Hec.1.2.℣.8. *Salve mecaſtor.*

Salveo. Truc.2.2.℣.4.

Salvere bene. Moſt.3.1.℣.37.

Salvis rebus; hoc eſt, Republ. incolumi, & ſalvâ. Vide. *Hac*, &. *Rebus.* Cicero Lucullo. cap. *Tamen hanc accepimus Deli fuiſſe complures ſalvis rebus illis, qui gallinas alere permultas quæſtûs causâ ſolerent.* Et lib.4. Epiſt.1. *Utinam ſervi ſalvis rebus colloqui potuiſſemꝰ inter nos!* Et lib.2. Acad. cap. *Deli fuiſſe permultos ſalvis rebus illis.* Et lib.7. Epiſt.30. *Acilius* &c. *maximo meo beneficio eſt. Bis enim eſt à me judicio capitis rebus ſalvis defenſus.*

Salum. Altum, pelagus, idem valens. Dicuntur autem de eo mari, aut de eâ maris parte, & regione, quæ littori aut portui vicina non eſt. *In portu navem ſtare.* &, *In Salo*, contraria ſunt. Livius lib.29. cap. *poſtquam navis ad oſtium amnis Tiberini acceſſiſſet, ſicut erat, in ſalvo nave evectus, ab*

ſacerdotibus Deam accepit, extulitq; in terram. Et lib. 37. cap. *Alias naves in propinquos portus dimiſſurum, paucas ante portum* Epheſi *in ſalo habiturum.* Eodem lib. *Poſteaquam nemo adverſus ibat, claſſe diviſa, pars in ſalo ad hoſtium portus in anchoris ſtetit, pars in terram milites expoſuit.* Eodem libr. *sed neque circa urbem tuta ſtatio erat, nec ante hoſtium portus in ſalo ſtare poterant, aſpero mari & nocte imminente.*

Salus; nomine proprio pro Dea ſalutis. Aſin.3.3.℣.124. Capt. 3.3. ℣.1. Ciſt. 4.2.℣ 76. Moſtell.2.1.℣.4. Pſeud.2.4.℣ 19. ſæpiꝰ in antiqq. Inſcriptionibus occurrit. Bacch.4. 8.℣. 38.. *Salus mea, ſervaſti me.* Pœn.Prolog. ℣.128. Terent. Adelph.4.7.℣.49. *Ipſa ſi cupiat ſalus ſervare non poteſt hanc familiam.* Cicero Varr. 5. cap. *Et quod judicium Romæ tam diſſolutum, tam perditū tā nūmarium fore putaſti, quo ex indicio te nulla Salus ſervare poſſet.*

Salus: in blanditiis amantum. Caſ.4.3.℣.3. Ciſt.1.13.℣.13. Pœn. 1.2.℣.153.170.176. & 1.3.℣.12.

Salus, *ψυχικῶς*. de quovis commodo. Caſ.5.3.℣.11.

Salus ſolida. Bacch. 2.2.℣.10. *Scripta.* Pſeud. 4.2.℣.46. *Dataria*, quæ alteri datur. Pſeud. 4.2.℣.13. *Argentea*, *Lignea.* Per iocum eleganter ſic vocat litteras, in quibus argentum reconditum erat, aut nihil præter lignum, in quo ſalus deſcripta. Pſeud.1.1.℣.45.

Salus in aliquo. Pſeud.1.1.℣.69. *Niſi quæ mihi in te eſt, aut tibi in me ſalus.*

Salutamus & homines, & *Deos.* Bacch.2.1.℣.3. *Saluto te. vicine Apollo.*

Salutare aliquem verbis ſuis, Bacch.4.4.℣.79.

Salutare benigne. Pœn.3.5.℣.7

Salutare benigniter. Aul.1.2.℣.26.

Salutare Deos, adorare, precari. Curc.1.1. ℣ 70. & 3.℣. 10. Stich.4.1.℣.29.

Salutatum ire Deos. Bacch. 2.3. ℣.113.

Salutem dare, reddere. Bacch.1.3. ℣ 11.

Salutem dicere verbis alicuius. Pœn. 1.2.℣.195.

Salutem ferre. Pœn.3.3.℣.8.

Salutem mittere, remittere, expetere. Pſeud.1.1.℣.41.44.

Salutem propitiam nunciare. Mē. Prol.℣.1.

Salute alicuius; pro, ſalvo aliquo Bacch.4.9 ℣.147. Men.1.2.℣. 25. Rud.4.2.℣.5.

salute ſalva impertire aliquem. Epid.1.2.℣.24.

Salute bona, ſua, tua, mea; boni ominis cauſa. Merc.4.5.℣.9.

ſalute ſanior. Truc. 2. 2. ℣.5.

ſaluti eſt: bonum ſalutare eſt. Capt.3.4.℣.23. Merc.1.2.℣.32

ſalutigerulus puer. Aul.3.5.℣.28. Gloſſæ *ἐπισκέπτης*. Apuleius: *ſalutigerum* vocat. Duza tamē malit, *ſandaligerulum*; Uti Trin,

Digitized by Google

Trin. 2.1.✠.22.Sic *Damnigerulus*.Truc.2.7.✠.1.

ſalvum; pro incorrupto & intacto. Amph.2.2.✠.141.*Aſin*,2.4.✠.57.Mil.2.2.✠.79.*Conſilia ſalva ſumet indidem*. Liv. l.1. *Quid ſalvi eſt mulieri amiſſa pudicitiâ*. Propert.2,8. *Penelope potuit bis denos ſalva per annos Vivere*.

Salvum argentũ, Moſt.3.1.v.101.

Salvus ſum: ſalva res eſt.Capt.2.1.✠.14.Pſeud 4.2 ✠.18. Moſt. 3.1.✠.35. (93.

salvus, vivus & ſoſpes.Capt.4.2

salvus & ſanus. Epid. 4 1.✠.36.

Salvum ſervatumq; me DI volunt. Trin.4.3.✠.69.

Sambucina: ſambuciſtriæ. à ſambuca inſtrumento muſico.Stich.2.3 ✠ 57.

Samia vaſa, fictilia. teſtacea, quæ in inſula Samo ex luto fingebantur. Capt.2.2.Bacch 2.2.✠.24.

Auſon.

Fama eſt fictilibus cœnaſſe Agathoclea Regem.
Et menſam ſamio ſæpe oneraſſe luto.

Cicero lib 6. de Rep. *Samiæ capedines*. Pro Muræna. *Expoſuit vaſa samia*.

samiæ fores, figulinæ ex luto Samio.Men.1.2.✠.65.

samiolum poterion. è figulina materia.Stich. 5.4.✠.12.

sannis, itis. Pro certo genere gladiorum, ut Thracum, Gallorum, *&c*. Cicero lib.2. de Orat. cap. *Atque ei uſmodi illa proluſio debet eſſe, non ut samnitum, qui vibrant haſtas ante pugnam, quibus in pugnando non utuntur*. Lucilius: *samnis ſpurcus homo*,&c. Horat.lib. 2.cap.2.*Cadimus et totidem plagis conſumimus hoſtem, Lento samnites ad lumina prima duello*. Cicero lib.3. de Orat. cap. *Magiſter hic samnitium ſummâ jam ſenectute eſt, & cottidie commentatur. Nihil enim curat aliud. sed quid erat aptus ad illud, totum cognorat, fuit, ut eſt apud Lucillium quamvis bonus ipſe samnis in ludo, ac rudibus cauſis ſatis aſper. sed plus opera foro tribuebat, amicis rei familiari*.

sancaptis. Ficti aromatis nomẽ. Pſeud.3.2,✠.43.

sancire capite. Cicero lib.10. Attic.Epiſt.1. *Solon capite ſanxit, ſi quis in ſeditione non alterutrius partis fuiſſet*. Et lib.4 de Repub. *Noſtra* XII. *Tabulæ cùm perpaucas res capite ſanxiſſent, in his quoque hanc ſanciẽdam putaverunt, ſi quis carmen cõdidiſſet, quod infamiam faceret*. Et lib. 3. de Legg. *Ut in ſuo vitio quiſque plectatur, vis capite, avaritiâ multâ, honoris cupiditas ignominiâ ſanciatur*. Et lib. 3. Offic. *Erranti viam non monſtrare, quod Athenis execrationibus publicis ſancitum eſt*. Uſurpavit eodem modo Auguſtinus libr. 2. de Civitat. DEI. cap.12. *Capite etiam ſancientes*. Ubi vulgò otioſè addi ſolet, *punire ſanc*. fruſtra.

Sanctè jurare. Ciſt. 2. 3. ℣. 27.

Sanctè pius. Rud. 4. 7. ℣. 8.

Sanctus: tutus, inviolatus. Trin. 4. 3. ℣. 26. *Ambitio ſancta.*

Sanctum eſt lege. Trin. 4. 3. ℣ 36.

Sanctum: pro ſecreto, & interiore. Livius lib. 30. cap. *Oratores ad pacem petendam mittunt* XXX. *Seniorum Principes. Id erat ſanctius apud illos conſiliū, maximaq; ad ipſum in Senatum regendum vis.* Terent. Adelph. 5. 7. ℣. 1. *Occidunt me equidem, dum nimis ſanctas nuptias ſtudent facere.*

Sandaligerulæ: ancillæ, quæ dominæ ſcandalia, *hoc eſt*, crepidas gerunt. Sandalia enim ſunt calceamenta feminarum ditiorum, eaque elegantiſſima, & aurea quandoq;. Trin. 2. 1. ℣. 22. Habebant & ſervos *Sandaligerulos.* Perſ. Sat. v. *ſolea puer obiurgabere rubrâ.*

Sana ac ſalva mina argēti. Pſeud. 4. 6. ℣. 6. Ridicule hoc ad inanima transfertur. Pœn. 1. 2. ℣. 32. *Lymphaticus nummus*: quaſi qui furore correptus, ac minus ſanus ſit.

Sane; Saniter. Amph. 1. 1. ℣. 291. Curc. 1. 3. ℣. 20.

Sanè; pro, *valdè*. Moſt. 3. 2. ℣. 75. Sic *inſanè & inſanum* dicis a libi. Vide litt. I.

Sanguinem ebibere; de moleſtiſſimâ moleſtiâ. Curc. 1. 2. verſ. 65. *Icere.*

Sanguinem facere, Vide ſupr. *Fa-*

Sanguinem mittere. Tralatè dixit Cicero: pro, Aliquid ſibi, vel alicui detrahere. Lib. 1. Attic. Epiſt. 16. *Miſſus eſt ſanguis invidiæ ſine dolore.* &c. Et lib. 6. Epiſt. 1. *Appius enim me ex itinere bis terve* ὑπομεμψιμοίρους *litteras miſerat, quòd quædam à ſe conſtituta reſcinderem. Vt ſi Medicus cùm ægrotus alii Medico traditus ſit, iraſci velit ei Medico qui ſibi ſucceſſerit, ſi quæ ipſe in curando conſtituerit, mutet ille. Sic Appius cùm* ἐξ ἀφαιρέσεως *provinciam curarit, ſanguinē miſerit, quicquid potuit, detraxerit, mihi tradiderit enectam,* προσανατρεφομένην *eam à me non libenter videt, ſed modò ſuccenſet, modò gratias agit.* Uſus item Livius lib. 3. cap. 54. *Dandus invidiæ eſt ſanguis.* Vide etiam Senecam Conſolat ad Marciam cap. 13. & ibi Lipſium.

Sanguinis plenus; robuſtus. Bacchid. 1. 2. ℣ 45. *Sic* Plato dixit πολλοῦ σπέρματος μεστός. Vide P. Victor. lib. 25. cap. 21. Var. lect.

Sanguinis guttam vix habere, præ nimio timore. *Moſt.* 2. 2. ℣. 75. Sic vetus Poeta apud Ciceronem: *Refugiat timido ſanguen atque, exalbeſcat metu.*

Sanguis integer; vegetam ætatem notat. Merc. 3. 2. ℣. 7. Virg. *Vos, ô quibus integer ævi ſanguis.*

Sanior, Truc. 2. 2. ℣. 5. quamquam ibi ex Mſſ. libb. leg. *Salvior.*

Sanus mentis aut animi. Trin. 2. 4. ℣. 53. Plærūq; dicitur de animo. de corpore tamē interdū ſed rarius, quod proinde imitari

tari nolim, Plaut. Truc. 2. 2. ℣.5. *Aegrotare malim, quàm eſſe tuâ ſalute ſanior.* Propert. l.3. Eleg. 11. ℣.21.

Nam quocumq; die ſanam te fata remittent.
Pendebat collo Galla pudica tuo.

Horat. lib.1. Epiſt. 16. ℣. 21.

Neu ſi te populus ſanum, rectèq; valentem
Dictitet.

Sanitas in ratione Contrar. *Inſolentia: Ineptia. Inſania* interdum. Cicero in Bruto cap. de Calvo: *Inſulſitatem enim & inſolentiam, tamquam inſaniam quandam orationis odit, ſanitatem autem & integritatem, quaſi Religionem & verecundiam Oratoris probat* Et ante de Calidio: *Sic nos ſummi Oratores vel ſanitate, vel vitio, pro argumento ad diluendum crimen uſi ſumus.* Tum Brutus: *Atqui dubitamus, inquit, utrum iſta ſanitas fuerit, an vitium?*

Sapere: ambigue ab animo ad odorem transfertur. Pſeud. 2. 4. ℣.48.

Sapere ad Genium. Perſ. 1.3. ℣.28. Ter. *A*delph. 5.3. ℣.46. *Ad omnia alia ætate ſapimus rectius.* Propert. lib.2. Eleg. 13. *Nō nihil at rerum conſcia terra ſapit.*

Sapere rem ſuam. Pſeud. 1.5. ℣.81. Moſt. 5.1. ℣.44. *Nullam rem ſapis.*

Sapere ad rem ſuam. Truc. 4.4. v.1.

Sapere pleno pectore. Epid. 2.2. ℣.102.

Sapere corde. Mil. 2.3. ℣.65.

Sapere ſapienter. Pœn. 3.1. ℣. 29.

Sapere vivè. Epid. 2.2. ℣.99.

Sapere. Idem interdum eſt, quod Græci ἔχειν φρένας & φρονεῖν. Vt cum pueros dicimus primùm incipere ſapere. Cicero Philipp. cap. *Vt pro tantâ mercede nihil ſapere diſceres.* Et ibidem: *In quâ quamvis nihil ſapias, nihil tamen tibi pōteſt eſſe jucundum.* Idem in Epiſt. ad Terentiam de filio ſuo: *Nam quid ego de Cicerone dicam, qui cùm primùm ſapere cœpit, acerbiſſimos dolores miſeriasq; accepit.* Catullus Carm. 17. *Inſulſiſſimus eſt homo, nec ſapit pueri inſtar bimuli.* Suphocles in Oedypo: σφῷν δέ, ὦ τέκνα, εἰ ἤδη εἰχέτην φρένας, πολλ' αὖ παρῄνουν. Et in Aiace: ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν, ἥδιστος βίος. τὸ μὴ φρονεῖν γὰρ χάρτ' ἀνώδυνον κακόν. Hæc annotavit P. Victorius lib.33. cap.8. Var. lect.

Sapienter: moderate.)(*Inſipienter.* Truc 4.3. ℣.53.

Sapiēter, doctè, cordate, cate. Pœn. 1.1. ℣.3.

Sapienter & conſilio bono. Aul. 3. 5. ℣.3.

Sapientia: pro *prudentiâ.* Epid. 1. 1. ℣.58.

Sapientia eſt. Stich. 1. 2. verſ. 62.

Sapientius facere, Curcul. 4.3. ℣. 15.

Sapu ſane. Corrigentis formula. Caſ. 3.6. ℣.15.

ſapiſſet; ſapuiſſet. Rud. 4. 1. ℣. 8.

Sapit cui pectus. Bacch. 4. 4. v. 11.

ſapit hic pleno pectore. Epid. 2. 2. ℣. ℣. 101. Amph. 3. 4. ℣, 12. *Amat ſapit. rectè facit.* Pſeud. 2. 2. ℣. 67. *Me curare volo ſapis. & id conſilium placet.*

ſapit doctè & proſpectè. Mil. 3. 1. ℣. 161.

ſapit ingenio patris. Pœn. 5. 4. ℣. 26.

ſapit ἰσχὸν ἀβαλλίνης, hoc eſt, manifeſtum furem, qui novit artem furandi. Pſeud. 2. 4. ℣. 48.

ſara. Tyrus: quæ dicta eſt *ſarra* à piſce *Sar.* Truc. 2. 6. ℣. 58. Servius ad illud. Virgil, 2. Georg. *Vt gemma bibat, & ſarrano dormiat oſtro*: notat per *oſtrum Tyrium* ſignificari purpuram Tyriam. Et Sarranæ tibiæ dictæ ſunt vel Tyriæ vel Africanæ. Ennius quoque dicit *Pœnos Sarrâ oriundos.* h. e. Tyro.

Sarcina: de militaribus impedimentis. Trin. 2. 4. ℣ 195.

Sarcina: pro, moleſtia. Moſt. 2. 1. ℣. 82. & 3. 2. ℣. 92. Mil. 3. 3. ℣. 61.

Sarcinam conſtringere. Trin. 3. 2. ℣. 91.

Sarcinam imponere; ἀλληγορικῶς. pro deripere. Moſt. 2. 1. ℣. 42.

Sarcinatores ſunt, qui ſarcinas compingunt Germ. Ballenpacker. Aul. 3. 5. ℣. 43. Sic Valla Eleg. lib. 4. cap. 49. Inde *ſarcinati homines.* Pœn. 5. 2. ℣. 19. h. e. ſarcinâ onuſtos. Sic Agel. lib. 13. cap. 23. *ſupplendi numeri causâ extrinſecus additum & conſarcinatum.* Gloſſæ Cyrilli: σκευοφόρος *Vaſifer, ſarcinator.* Alii *ſarcinatores* ſumunt pro ſutoribus, ut Nonius; vel prò ſartoribus. Vide Orig. LL. Becmanni.

ſarcire aliquid nummo: μεταφορικῶς pro. reſtituere. integrũ facere. Feſtus Moſt. 1. 2. ℣. 34. 67. Vide Briſ. Form. pag. 517.

ſarcire mortuo iniuriam. Cicero Philipp. 9. cap. *Quin honore mortuo, quam vivo iniuriam fecimus, ſarciamus.* Ita correxit H. Ferrarius. Sic Cæſar l. 3. bell. civil. *Dandam omnibus operam, ut acceptum detrimentum virtute ſarciretur.* Et paulò poſt: *Tantus inceſſit ex incommodo dolor, tantumque ſtudium infamiæ ſarciendæ.* Portius Latro: *Aequum enim eſt, inſtituta maiorum, atque edicta graviſſimi, ſanctiſſimique ordinis, quia perſtringere veſaniâ tuâ non es veritus, ea reſtituas, ac ſarcias ſupplicium memorabili animadverſione.*

ſarcire centones. Vide litt. C.

ſarculum. Truc. 2. 2 ℣. 21.

ſardi. Mil, 1. 1. ℣. 44.

ſarmenta. Moſt. 5. 1. ℣. 65.

ſarracum. Vide *ſerracum.*

ſarrapis, vel *ſerapis.* Ægyptiorũ Deus, qui præerat agriculturæ, & per ſementes à ſacerdotibus ſuis per pagos ad ſtipem colligendam circumferebatur ut meſſis uberrima provenires

venire ei ejus Numine. Pœn. 5.5.ỽ.33.

ſarrire: eſt, ſarculo herbas noxias ſegetibus evellere. Ger. Jätten. Capt.3.5.ỽ.4.

ſarſina; oppidum Umbriæ, patria Accii noſtri. Inde *ſarſinatis*, caſu recto: pro, *ſarſinas*. Moſt.3.2.ỽ.84.

ſartatecta habere præcepta alicuius. Trin.2.2.ỽ.36. Moſt.1.2.ỽ.57. *ſartus* & *tectus* plerumque de ædibus dici ſolet, interdum tamen de homine. Cicero lib. 13. Epiſt. 50. *Ariſto, hoc mihi da, atq; largire, ut M. Curium ſartum & tectum, ut aiunt, conſerves.*

ſat: pro, *par*. Perſ.1.1.ỽ.27. & 4.6.ỽ.4. Moſtell.4.2.ỽ.5. Pœn.1.2.ỽ.40. Truc.2.6.ỽ.62. Lucillius: *Cui, ſi conjuret, populus vix totu' ſatis eſt.*

ſat verbum. Bacchid. 4.8.ỽ.37. Rud.3.6.ỽ.28. Trucul.2.8.ỽ.14.

ſat eſt; commodum eſt, Truc.1.1.ỽ.1.

ſat eſt, & plus ſat eſt. Pœn.1.2.ỽ.75.

ſat eſt vocis. Trucul. 2,3.verſ. 29.

ſatagis; facit, quod debet. Aſinar.2.4.ỽ.42. & 3.1.ỽ.120. & 3.2.ỽ.4.

ſatias; pro ſatietate, Poëticum potius, & hiſtoricum, q. amoratorium, Comicis perfamiliare, & uſu notum. Livius lib. 30. cap. *ſi fortè jam ſavas amoris in uxorem ex multâ cupiâ eum cœpiſſet*. Plautus Pſeud.1.3.ỽ.99. *Ut huic ſuppetat ſatias Iovi.* Dicebant etiam *ſaties.* Vide Fr. Modii Nov. antiq. Epiſt. 22.

ſatietati occurrere. Cicero 4. Accuſ. Verr. cap. *Sentio, Iudices, occurrendum eſſe ſatietati aurium animorumque veſtrorum.*

ſatis habere: pro, *acquieſcere*, putare ſatisfactum ſibi. Moſtell. 2. 1.verſ.42. & 3. 1.ỽ.120. & 3.2.ỽ.149.

Satietas ſatis eſt: Pœn.1.2.ỽ.6.

ſatietas, pro tædio. Moſtell. 1.3.ỽ.39.

ſatellites. Mil.1.1.ỽ.78.

ſatellites Neptuni. Trinum. 4. 1.ỽ.14.

ſatin': particula hortandi. Pſeudol. 1. 2. verſ. 33. Pœnol 5.5. verſ. 20. Trinumm. 2.4. verſ. 53. & 4. 2. verſ. 80. & 4.3.verſ.6. 64. & 5.2.verſ.53.

Satin'; Lepida particula in interrogationibus. Amphit. 2.1. verſ.41. Moſtellar.1.1. verſ.73. & 2. 1. verſ. 42. & 5. 1.ỽ.60. Pœn. 4.2.ỽ.97. Ciſt. 1.3.ỽ.2.

ſatin': Admirantis, & indignãtis particula. Mil.2.4. ỽ. 40. & 2. 6.ỽ.1.

Satin' ſi: Comica particula. Rud.4.5.ỽ.3.

Satin' eſt? ſi. German. Iſt es nit genug? Wann. Pſeud.1.1.ỽ.110.

Satin' ut Elegans formula Comica. Merc. 2.4.verſ.13.27. Trinumm.4.3.ỽ.6.64. Mil. 4. 3.ỽ.41.

Satine ſalvè? Terent. Eun. 5. 5. ℣. 8. *Quid eſt, quod trepidas? Satine ſalvè?* Salluſt. *Inde ortus ſermo, percontantibus utrinq; ſatin' ſalve? quàm grati ducibus ſuis, quamvis familiaris copiis agerentur.*

Satis teſtimonium. Satis injuriam; &c. Satis mire à Veteribus uſurpantur. Cornell. Nepos Epaminond. *Abſtinentia erit hoc ſatis teſtimonium. Plurima quidem proferre poſſimus, ſed modus adhibendus eſt.* Lucret. l. 1. ℣. 240.

Ictus enim leti ſatis eſſet cauſa profectò.

Ulpianus l. 5. ſi debitor. D. de fide incon. libert. *Pecuniarum enim fidei commiſſum ſi diviſum fuerit, ſatis injuriam facit libertati, quàm fidei commiſſario.* Gaius J C. l. 19. aut certè. D. de oper. liberta. *Aut certè ita exigendæ ſunt ab eo operæ, ut his quoq; diebus, quibus operas edat, ſatis tempus ad quæſtum faciendum, unde ali poſſit, habeat.* Cicero lib. 2. Epiſt. 18. Attic. *A C. Cæſare valdè liberaliter invitor in legationem illam, ſibi ut ſim legatus: atque etiam libera legatio voti causâ datur. Sed hæc & præſidii apud pudorem Pulchelli non habet ſatis, & à fratris adventu me ablegat.* Sic v. c. vulg. præſidii apud furorem. Et ad Herenn. cap. 1. *Etſi negotiis familiaribus impediti vix ſatis otium ſtudio ſuppeditare poſſumus.* Sic ibi libb. MSS. & cum Lambino videtur vox *otium* ab aliquo adiecta. Mihi ſecus videtur. Vide ſupra, *Parum fidem.*

Satis, vel. *ſat*, iunctum nomini eiue vim innuit interdum. *Satis bene*: hoc eſt, mediocriter, *Satis bonus*: non ita bonus, ab eo. *Sic ſatis*, hoc eſt, non admodum ſatis, parum, *&c.* Minuit aliquantulum ea particula. Cicero lib. 2. Offic. cap. 25. *A quo* (P. Catone) *cum quæreretur, quid maximè in re familiari expediret, reſpondit,* Bene paſcere? *quid ſecundum, ſatis bene paſcere: quid tertium, male paſcere.* Ita hic locus optime reſtitutus eſt in editione Jani Gulielmii. Et ita legebatur in omnibus MSS. Pall. Columella Præfat. libri ſexti de re ruſtic. Idem Cato diem commemorans, illud ſatis benè explicat per *mediocriter*, his verbis: *De ſecundo tamen reſponſo dubiũ non eſt, mediocrem negligentiã Domini fructus pecoris exſuperet.* Et paulò ante: *Reſpondit, ſi benè, rurſusque interroganti quid deinde faciendo ſatis uberes fructus percepturus eſſet, adfirmavit, ſi mediocriter paſceret.* Sic ipſe Cato de re ruſt. cap. 136. *In agro Caſinate & Venafro in loco bono parte octavâ orbi dividat; ſatis bona ſeptima, tertio loco ſexta &c.*

Et

Digitized by Google

Et Cicero lib. 2. Attic. Epiſt. 19. *Videor mihi noſtrum illum Conſularem exercitum bonorum omnium, etiam ſatis bonorum habere firmiſſimum.* Et lib. 3. de Orat. cap. *Quare ſi iam me vultis eſſe Oratorem, ſi etiam ſat ſat bonum ſi bonum deniq; non repugnabo.*

Satis: ἐπιτατικὸν interdum eſt. Amph. Sc. *Tun' me.* ℣. 16.

Satis amara. Trin. 2. 1. ℣. 17. Vide etiam, *Parum.*

Satis conſilia. Curcul. 2. 3. ℣. 80. Cicero lib. 2. de Inu. *Satis honos.*

Satis uxor: quæ nimis imitatur mores vxoris. Caſ. 2. 3. ℣. 32.

Satis nequam. Rud. 2. 5. ℣. 5.

Satis vocis non habere. Moſt. 4. 3. ℣. 36.

Satis orationis. Bacch. 1. 2. ℣. 59.

Satis eſt: pro, conclamatum eſt. Germ. Es iſt auß. Capt. 1. 2. ℣. 9. Sic Albinovanus in obitum Mœcenatis: *Si tamen hoc ſatis eſt, vixi te Cæſare amico: Et morior, dixit; dum morior q; ſatis.*

Satis eſt: par eſt; propriè in certaminibus. Perſ. 1. 1. ℣. 27. Stich. 5. 5. ℣. 5. Agell. lib. 5. cap. 5. inquit Antiochus Hannibali: *Satis eſſe putas Romanis hunc exercitum?* Reſpondet Hannibal: *ſatis, etiamſi avariſſimi ſint.* Tibull. lib. 4. ad Meſſall.

Non ego ſum ſatis ad tanta præconia laudis.

Satis eſt ſalutis. Truc. 2. 2. ℣. 4.

Satis accipere ab aliquo; eſt, alicui fidem habere ſine ſponſoribus aut fideiuſſoribus. Eleganti formula loquēdi. Stich. 4. 1. ℣. 4. Moſt. 1. 3. ℣. 97. Ei oppoſitum eſt, *Satis dare.*

Satis certò. Pſeud. 4. 5. ℣. 5.

Satis facere. Cicero ad Heren. lib. 4. cap. *Nam ut forte hic in balneas venit, capit, poſtquā perfuſus eſt, defricari. Deinde ubi viſum eſt, ut in alveum deſcenderet, ecce; iſte de tranſverſo: Heus, inquit, adoleſcens, pueri tui modò me pulſarunt: ſatis facias oportet.* Livius lib. 42. cap. *Vt niſi de iis rebus ſatisfeciſſet, bellum cum eo iniretur.*

Satius eſt. Amph. 1. 1. ℣. 22. Moſt. 3. 2. ℣. 117. Pſeudol. 1. 5. ℣. 34. Pœn. 3. 1. ℣. 49. Trucul. 5. 1. ℣. 34. 36.

Satius eſt, quàm; melius eſt. Caſ. 1. 1. ℣. 23. Epid. 1. 1. ℣. 57. Bacchid. 3. 2. ℣. 11.

Satius habitu. Pœn. 1. 2. ℣. 72.

Sator ſatorq; ſcelerum & meſſor. Capt. 3. 5. ℣. 3.

Satrapes, aut, *Satrapa.* *Quaſi Satrapa eſſet*: h. e. Quaſi Rex eſſet, ita veſtitus fuit. Terent. Heaut. 3. 1. ℣. 42. *Primùm iam ancillas ſecum adduxit plus decem, oneratas veſte, atq; auro. Satrapes ſi ſiet amator, numquam ſufferre eius ſumtus queat, nedum tu poſſis.*

Satur pugnis. Amph. Sc. *Quis tam.* ℣. 15. Sic Theocr. πληγῶν μεθύων. *plagis ebrius.*

Satur ſum factus probè extis. Pœn. 3. 6. ℣. 9.

Satur ſermonis. Pſeud. *Prol.* ℣. 11. Sic Varro apud Non. dicit, *Scholicâ dape ebrios.*

Per Saturam: aut, ut recentiores contra antiquitatem ferèſcribunt, *Per Satyram*: quid ſit, quidve propriè valeat, paucis notum hodie eſſe puto, etſi omnibus ferè eſt in ore: optimè autem nobis expoſuit Hub. Giſ. in Obſervation. ſuis Exiſtimo ego (inquit ille) *per Saturam* nihil eſſe aliud, quã confuſè, perturbatè, nullo ordine, nullâ diſtinctione. Exemplis hoc notum fiet. Feſtus in, Satura: *Satura eſt cibi genus, ex variis rebus conditum: & Lex multis aliis legibus conferta. Itaq; in Sanctione legum adſcribitur: Neve per ſaturam abrogato aut derogato.* Titus Annius Luſcus in eâ, quam dixit adversùs Tib. Gracchum. *Imperium quod plebes per ſaturam dederat, id abrogatum eſt.* Et C. Lælius, in eâ, quam pro ſe dixit: *Dein poſtero die quaſi per ſaturam ſententiis, in deditionem accipitur.* Sic enim ibi leg. vulgò, *per ſaturam legem.* Verbum *legem* ex gloſsâ interjectum eſt. Ex eo etiam loco videre eſt, quemadmodum Salluſtius veterum ſcripta compilarit. Videantur ibi Notæ Rivij. Lactant. lib. 1. Inſtitut. cap. 21. *Peſcenius* (l. *Percennius*, Romanis uſitatum nomen) *Feſtus in libris Hiſtoriarum per ſaturam refert, Karthaginenſes Saturno humanas hoſtias ſolitos immolare. Et cùm victi eſſent ab Agathocle Rege Siculorum, ducẽtos nobilium filios immolaſſe.* Iuſtinianus Imper. in Præfat. Pandect. ad Anteceſſores §. 2. *Et primi anni hoc opus legentibus tradebatur, non ſecundùm Edicti perpetui ordinationem, ſed paſſim & quaſi per ſaturam collectum, & utile cum inutilibus mixtum: maximâ parte inutilibus deputata.* Idem l. 1. C. de Lat. libert. tolle. *Cùm dicititij liberti iã ſublati ſint, ea propter imperfecta Latinorum libertas incertis veſtigiis titubat, & quaſi per ſaturam inducta adhuc remanet.* Diomedes lib. 3. Gramm. adducit hunc verſum Lucilij è lib. 1. *Per ſaturam ædilem factum, qui legibus ſolvat.* Chariſius lib. 2. Gramm. *Cùm adverbium Stoici, ut aliàs diximus, Pandecten vocent. Nam omnia in ſe capit. Quaſi collata per ſaturam conceſſâ ſibi rerum variâ poteſtate.* Ex his locis perſpicuum eſt, *Per ſaturam aliquid facere*, idem valere quod, *confuſè*. Hoc amplius falſum puto, Feſtum, & recentiores, qui ſaturam aiunt eſſe *legem* quandam. Hoc enim non facile quis mihi oſtenderit. Arbitror igitur *ſaturam* eſſe cibi genus, ex variis rebus confuſum, & hinc tralatè dici, *Per ſaturam aliquid agere*: aut modeſtius, *quaſi per ſaturam*, ut mitigetur tralatio.

Saturare vita. Stich. 1. 1. ỽ. 17. *Hæres vita me ſaturant.* Poeta *Dextra ſaturata fuit cædis.*

Saturitas. Dea Paraſitorum. Capt. 4. 2. ỽ. 85. 97.

Satu-

Saturitas ſancta. à Paraſitis dici-tur. Capt. 4. 2. ℣. 97.

Saturitate ebrius. Vide litt. E.

Saturorum locus: Vide litt. L. *Locus.*

Saturum fieri. Pœn. 1. 2. ℣. 21.

Satus, pro *natus*. Epid. 5. 1. ℣. 29.

Saturni hoſtia; de eo, qui dignus mactari. Amph. Sc. *Tun' me.* ℣. 3.

Saturnus; patruus Iovis. Ciſt. 2. 1. ℣. 36. per errorem adoleſcentis. Eſt enim pater Iovis & Iunonis. Bacch. 4. 8. ℣. 54.

Sauciare virgis ad ſaturitatem. Rud. 3. 4. ℣. 52.

Sauciare famam: lædere, tralatè. Bacch. 1. 1. ℣. 30. Eâdem metaphorâ uſurpatur *ægrotare*, vti exemplis docet *Petrus Victorius* lib. 19. cap. 11. Variarum. Et Petrus Faber lib. 1. cap. 9. Semeſtr.

Savia valga; ſunt labia praué diſtorta. Mil. 2. 1. ℣. 16. Aſin. 4. 1. ℣. 53. Rudent. 2. 4. ℣. 10. *Savia* non ſunt ipſa baſia (vt de variis interpretibus aliquid ad noſtram ſalivam delibemus) ſed labra, vel ipſum os: vt patet ex locis prædictis. Donſa Centur. libr. 1. cap. 8. *Savium* ſumit pro *ſaliva*. Sic Catullus:

Sed nunc id doleo, quod pura impura puella.

Savia coniunxit ſpurca ſaliva tua.

Non aliter Apuleius cap. lib. 3. Mileſ. *Admixtis & ſorbillantibus ſaviis*; vti quidem *Colvius* reſtituit illum locum, atq; ibidem ex parallelis interpeetatus eſt Paullus Silentiarius Anthol. lib. 7. ὃν γάρ ἰδὼν σέο κάλλος ἀπειρήτῳ χείλεσι μίξαι. Macedonius: παῖζε μόνη φίλημα, μάτην πόππυζε σταυτῇ χείλεσι γυμνοπτέτοις οὐ πιεζομένοις. Virgil. Catal. *Os usq; lambis ſaviis*; ubi Scalig. vide & infr. V. *Valgus.*

Savia ſuper ſavia. Pſeudol. 4. 1. ℣. 38.

Savia ſagittata; inſtar ſagittarum animum ferientia. Trin. 2. 1. ℣. 16. Alias *Oſcula armata*; & contra. *Inerma oſcula*. Propert. l. 1. Eleg. 3 *Oſculaque admota ſumere inerma manu.*

Saviatio ſuavis. Pſeudol. 1. 1. ℣. 63.

Savium: in blanditiis. Aſin. 5. 2. ℣. 94. Curcul. 1. 1. ℣. 56. 60. 95. Caſ. 5. 2. ℣. 12. Ciſt. 2. 1. ℣. 46. Moſt. 1. 3. ℣. 107. Pœnol. 1. 2. ℣. 153. 170. 175. & 5. 4. ℣. 63. 70. Rud. 2. 4. ℣. 10. Trucul. 2. 4. ℣. 4. 22. 25. & 5. 1. ℣. 48. Pſeudol. 1. 2. ℣. 47. Stich. 5. 5. ℣. 23. 24.

Savium, pro ipſo ore. Plautus Mil 2. 1. ℣. 16. Vetus Poeta apud Agell. 19. 11. *Dū ſemihulco ſavio meum puellum ſavior.* Rud. 2. 4. ℣ 10. *Tum quæ indoles in ſavio eſt.*

Savium dare. Pœnol. 1. 2. ℣. 163. 192. Truc. 5. 1. ℣. 32.

Savium impingere. Caſ. 5. 2. ℣. 38.

Savium facere. Aſinar. 4. 1. ℣. 53. Men. 1. 3. ℣. 13.

Saviū oppingere. Curc. 1. 1. ℣. 60.

Savium pangere. Curc. 1. 1. ℣. 56.

Savium bibere. Bacch. 1. 1. ℣. 5.

Saviū petere. Truc. 2. 6. ℣ 44. 47.

Digitized by Google

Savium tenere. Curcull. 1. 3. ℣. 54.

Savium quietum. Caſin. 5. 2. ℣. 13.

Saxatilis piſcatus. Rud. 2. 1. ℣. 10. qui in ſcopulis exercebatur. Vide Meurſ. ad Lycoph.

Saxum: de Tarpeio ſaxo abſolutè. Trin. 2. 1. ℣. 31. Propriè dicebatur Romæ *Rupes Tarpeia.* Feſtus: *Saxum Tarpeium.* Cicero lib. 14. Attic. Epiſt. 15. *O mirificum Dolabellam meũ! Iam enim dico meum. Antea, credo mihi ſubdubitabam magnam ἀναθεώρησιν res habet. De ſaxo in crucem. Columnam tollere, locum illum ſternendũ locare.* Et Epiſt. ſeq. *Quis enim audeat violare, propoſitâ cruce, vel ſaxo?* Hinc Virgil. lib. 9. Aen. ℣. 448.

Dum domus Aeneæ Capitoli immobile ſaxum.

Horat. lib. 1. Sat. 1. ℣. 39. *De iacére è ſaxo cives.* Livius lib. 25. cap. *Virgis in Comitio caſi omnes, ac de ſaxo deiecti.* Et Epiſt. 59. *C. Atinius Labeo Trib. pl. Q. Metellum &c. de ſaxo deijci juſſit.*

Saxum ſtolidum. Mil. 4. 2. ℣. 34.

Scabellum. Muſicum inſtrumentum. Auguſtinus lib. 2. contr. Epiſt. 2. Gaudentij: *Aut ſtabunt adversùs nos Symphoniaci Dæmoniorum, quorum tibias & ſcabella fregiſtis.*

Scabies. Tralate, pro ſuavitate, illecebrâ. Cicero lib. 1. de leg. cap. de voluptate: *Cuius blanditiis corrupti, quæ naturâ bona ſunt, quia dulcedine hac & ſcabie carent, non cernimus ſatis.* Horat. lib. 1. Epiſt. 12. ad Itium:

Cùm tu inter ſcabiem tantam, & contagia lucri
Nil parvum ſapias, & adhuc ſublimia cures.

Scabra: ſcabie aſpera. Trin. 2. 4. ℣. 140. *Scabræ oves.*

Scæa porta Troiæ. Bacch. 4. 9. ℣. 31.

Scæva bona, pro omine, & felici auſpicio. Sic enim Feſtus: *Scævum*, à Græcis eſt σκαιόν. ſcævum eſt ſiniſtrum. Varro: *ne quid obſit bona ſcæva cauſſa.* Inde *Scævola* appellatur, à ſiniſtra: quòd quæ ſiniſtra ſunt, bona auſpicia eſſe exiſtimantur: à quo dicuntur Comitia, aliudve quod fit ave ſiniſtra, Scæva. Gloſſæ: ἀριστερόχειρ. Pſeud. Prolog. ℣. 1. & 4. 7. ℣. 39 Caſ. 5. 4. ℣. 4. *Scæva canina*: latratus caninus. Stich. 5. 2. ℣. 24. Vide etiam Epid. 2. 2. ℣. 2. & ſupra *Avi.* Item Scalig. ad Feſtum, & Varronem. Turneb. lib. 8. cap. 11. Dicitur etiam de homine, qui ſiniſtrâ manu utitur, à quo & *Scævula.* Vide & *Dextella.* lib. 14. Attic. Epiſt. 20. *Qui filius, ut ſcribis, Antonij eſt dextella.* Vlpianus l. 12 qui clarum. De ædil. ed. *Item ſciendum eſt, ſcævam non eſſe morboſum, vel vitioſum, præterquam ſi imbecillitate dextræ validius ſiniſtrâ utitur.* Sed hunc non ſcævam, ſed *mancum* eſſe opinor.

Scævula, pro Iuriſconſulto. Ut

Ro-

Digitized by Google

Roſcius pro hiſtrione, vel Catone optimo. Cicero lib. 9. Attic. Epiſt. *Trebatius Scævula facit, ut antecedat epiſtola conſcripta. Fortaſſe & Q. Cervidium auditores ſui, paullus, Tryphonnius, alij, doctorem ſuum, & eximium Iuriſconſultum Scævola cognomento ornarunt.*

Scævus: pro ſiniſtri iudicij, & mali, ac depravati ſenſûs homine. Sed nimis priſcum videtur. Agell. lib. 5. cap. 13. *Sed cùm Latinorum verborum ſententia, uſus, ratio exploranda ſit, ſcævus profectò & cæcus animi forem, ſi cùm haberem tui copiam, iſſem magis ad alium quàm ad te.*

Scalpurrire unguibus. Aulul. 3. 4. ℣. 8.

Scamma. Græcum quidem, ſed, ut alia multa, pro Latino, nō tamen niſi à recentioribus, maximè ſcriptoribus Eccleſiaſticis uſurpatum. Ipſa area & locus videtur eſſe, in quo Athletæ luctabantur. Uſus eſt eo & Galenus lib. ad Thraſyb. πῶ γὰρ ὑπονοεῖ τῆς εἰ σῆλθεν εἰς σκάμμα; Ambroſius de Heliæ jejunio cap. 13. *In ſcammate ſi quis te manu levat, exſors quidem palmæ, ſed immunis iniuriæ eſt.* Hieronymus ad Pammach. contr. Joh. Hieroſol. *Cur tu, omiſſis ſuper quibus pugna eſt, de ſcammate, & loco artaminis egrediens, in peregrinis & longè alienis diſputationibus immoraris?* Paulin. Epiſt. 2. ad Severum: *Nolim interim dum in ſcammate ſumus, dum foris pugna, intus terrores, alta pro nobis ſapere, aut loqui.* Ephrem initio libri de luctamine ſpirituali: *Semper ego perfectiſſimè Athleta, & cum ſummâ alacritate invenientur in ſcāmate. &c. Scamma eſt autem, fratres dilectiſſimi, medius locus in quo Athletæ luctantur.* Uſus eo quoque eſt Medicus Cælius Aurel. lib. 2. cap. 1. *In arena ſpatio, quod appellant Scamma.*

Scena. In Scenam efferre. Quaſi proverbialiter extulit Cicero lib. 1. de Orat. cap. *Quamvis ſpharam in ſcenam, ut dicitur, extulerit Ennius, tamen &c.*

Scapha Rud. 1. 2. ℣. 74. 78. 84. & 1. 3. ℣. 18. & 2 3. ℣. 38.

Scaphium. Bacch. 1. 1. ℣. 37. Perſ. 1. 3. ℣. 4. 4. Stich. 5. 4. ℣ 11. Douſa interpretatur vas illud, cui ſolent immeiere mulieres. Et non aliter vertit interpres Germanicus Bacchidum. Doctor Albertus von Eybe. Für den Helm ein Harnglaſz. At Giſanius per σκαφίον non matulam intelligit, ſed vas muliebre ex ære, ad retrimenta alui. Turnebus verò & Lambinus volunt fuiſſe poculum oblongioris figuræ, laterumque in ſcaphæ ſimilitudinem flexorum. Quod tamen vix congruit cum mente Plauti.

Scapula. Caſ. 5. 3. ℣. 11. Pœnol. 1. 1. ℣. 26.

Scapulæ pruriunt. Perſ. 1. 1. ℣. 32.

Sca-

Scapulis ſymbola ſunt parata. Tralatè. Germ. Man wird Kirwey halten vff meim Rücken. Epid.1.2.℣.22.

Scapulis livorem continuare. Truc.4.3.℣.19.

Scateo. Scatere propriè dicuntur fontes, ex quibus aqua effluit. Id enim propriè eſt *Scatere.* Interdum & plenum eſſe, ac refertum. Dicitur ideò, quia quæ plena ſunt, effluunt, & exfundant. German. Vberlauffen / außlauffen. Lucret. lib.5.℣.596.

Nam li. et hinc mundi patefactum totius unum
Largifluum fontem ſcatere atque erumpere flumen
Ex omni mundo.

Et poſtea ℣.948.

—— quibus exibant humore fluenta
Lubrica ——
Et partim plano ſcatere atque erumpere campo.

Et lib.6.℣.890.

Quod genus endo mari ſpirat fons dulcis aquai,
Qui ſcatet, & ſalvas circum ſe dimovet undas.

Paulò ante ℣.886. dixerat.

Et ſimul exſpirare foras exireque in auras.

Et lib.5.℣.40.41.

—— Ita ad ſatietatem terra ferarum
Nunc etenim ſcatet, & trepido terrore repleta.

Scato, is, δεξαμενᾶς. Aul.3.6.℣.22. Turneb.3.12.

Scelerus, a, um. pro, ſceleratus, ſceleroſus, ſceleſtus. Pſeudol. 1.5.℣.31.& 3.2.℣.28. Sic enim utrobique Servius P. Danielis ad lib.9. Aen.pag.557.

Scelerum caput: de ſceleſtiſſimo homine. Bacchid.4.7.℣.31. Pſeud.4.5.℣.2.

Sceleſtus: non ſemper eſt ὁ μιαρὸς; ſed idem, quod, ἀτυχής. *Annus ſceleſtus.* Aſin.℣.70. Moſt. 3.1 ℣.1. Horat. lib.2. Od.4. ℣.17.

Credo non illam tibi de ſceleſtâ
Plebe delectam. —— Vide D. Heinſij Exercit. ad Coloſſ. 2. pag.465.&493.

Sceleſtus ſenex. Rud.Prol.℣.50.

Sceleſtiſſimus. Amph.2.1.℣.2.

Sceleſtos ſe vocant, qui aliqua infelicitate premuntur. Moſt.3.1.℣.32. Horat. lib.2. Od.4.

Credo non illam tibi de ſceleſtâ plebe delectam.

Sceleſte parta. Rud.2.6.℣.22.

Scelus: Comicè, pro, *ſceleſto.* Amphit.2.1.℣.7. *Bacch.*5.1.℣.9. Mil.3.2.℣.14.27.& 5.1.& 41. Pſeudol.5.2.℣.10. Perſ.4.4.℣.115.&4.9.℣.6. Rudent.4.3.℣.54.

Scelus: ſignificat facinus aliquod quod inquinat, & impurum reddit: qualis eſt cædes. Nam qui cædem commiſerunt, maximè civis aut hoſpitis, impuras manus habent, ipſique impuri ſunt. Præterea omnis impietas, omneque factum impium ſcelus eſt: vt cõtemnere Diuos, prodere patriam, non alere, aut non colere parentes & proquinquos, eoſq; qui parentum loco nobis eſſe debent, ut homines de nobis bene-

benemeritos, ſcelus eſt: & qui talia fecerunt, *ſcelerati, ſceleſti, ſceleroſi* à Latinis appellantur. Moſt. 2. 2. ℣. 45. Merc. 1. 2. ℣. 96. Perſ. 4. 4. ℣. 10. & 5. 2. ℣. 50. (5. 2. ℣. 57.

Scelus, de fœmina ſceleſta. *Bacch*

Scelus pueri. Perſ. 2. 2. ℣. 10. 35.

Scelus viri. Truc. 2. 7. ℣. 59.

Scelus vrget. Men. 2. 2. ℣. 47.

Schema, penulæ ſervilis genus. Amph. Prol. ℣. 117. Perſ. 4. 2. ℣. 2. vti quidem verſus ille legitur apud Priſcianum lib. 6. initio. σχῆμα ſignificat ornatum, habitum. Antiqui autem nomina neutra Græca tertiæ declinationis ſecundum primam protulerunt, teſte Priſc. lib. 6. ut *Syrmam, dogmam, ſchemam, glaucomam, diademam*. Vide Voſſij Rhet. lib. 5. cap. 1. pag. 258. & Acidal. Divin. Plaut. pag. 419 Heſych. in Lexico σχῆμα & σχίμα pro eodem accipit. Sic dicebant, *Incomma*, ἔγκομμα inciſura. *Gyma*: χῦμα. Veget. Vide Salmaſ. ad Lamprid. pag. 199. f. βάμμα, βάππα, vappa, vitium vini. Scalig. ad Copam Virgil. pag. 261.

Schœnum: vnguētum iunceum, peſſimi odoris. Pœn. 1. 2. ℣. 55. Rud. 2. 1. ℣. 5. *Hi ſchœni*. uti aliquæ editt. ibi legunt. Et in Fragmentis ex Aſtraba, *ſchœnicolæ* meretrices. Vide Frag.

Schola. *Homo de Scholâ*: pro docto, aut litterato. Cui opponitur *Indoctus*, qui in Scholâ non fuerit. Ita videtur eo uſus Cicero. Quod quidam non rectè accipere videntur, de eo, qui tantum in Schola conſenuit, & in otio delitescit. Sic lib. 2. de Orat. cap. 7. *Tum omnes oculos in Antonium conjecerunt. Et ille: Audite verò, Audite, inquit, hominem enim audietis de ſcholâ, atq; à magiſtro, & Græcis litteris eruditum: & eò quidem loquor confidentius, quòd Catulus auditor acceſſit.* In Epiſtola ad Pætum: ὦ σοφὸς ἐνδυρρήμων. *Habes ſcholam Stoicam*. Et lib. 3. Tuſcul. cap. *Separatim autem certæ ſcholæ ſunt de exilio, de interitu patriæ, de ſervitute, de debilitate, de cæcitate, & de omni caſu, in quo nomen poni ſolet calamitatis. Hæc Græci in ſingulas ſcholas, & in ſingulos libros diſpertiunt.* Et lib. 7. Attic. Epiſt. *Libenter enim in his moleſtiis* ἐνσχολάζω. h.e. explico tibi ſcholam. Plutarch περὶ τοῦ ἀκούειν, τὴν γενομένην μοι σχολὴν περὶ τοῦ ἀκούειν, ὦ Νίκανδρε ἀπέσταλκά σοι γράψας. Verſus ſunt Alexidis ex Comœd. Olympiodoro in vita Platon. in quibus hoc ſignificatu *Scholam* ponit. Sic enim irridet Platonem ἀλλ᾽ ὅμως μὲν ἐμοῦ τὸ θνητὸν ἄνθρωπος ἐγένετο τὸ δὲ ἀθάνατον ἐξῆξε πρὸς τὸν ἀέρα ταῦτ᾽ οὐ σχολὴ Πλάτωνος.

Schola: pro diſputationibus ſive tractationib. id eſt, locis cōmunibus, ut hodie loquūtur. *Schola* autem verbo ita Græci Stoici ſunt uſi: quos hîc Cic. imitatur Latine in aliis verbis interdū. Vide *Numerus*, & *Locus*. Cic. lib. 5. Tuſc. c. *Vexatur idē Theoph. & libris & Scholis omnium*

omnium Philoſophorum. Et initio lib. 2. de fin. c. *Primùm inquam deprecor, ne me tamquam Philoſophū putetis ſcholam nobis aliquam explicaturū Quod ne in ipſis quidem Philoſophis magnopere unquam probavi.* Et in Piſon. c. *Vertes te ad alteram ſcholam, diſſeres de triumphis.* Et lib. 9. Epiſt. 22. ad Pætum: Habes ſcholam Stoicam, ὁ σοφὸς ἀδυρρήμων ἐστί. Et lib. 1. Tuſcul. cap. *Itaque dierum quinq; ſcholas, ut Græci appellant, in totidem libros contuli.* Et lib. 3. cap. *Separatim autem certæ ſcholæ ſunt, de exilio, de interitu patriæ, de ſervitute, de debilitate* &c. Ita & Plutarch. *An ſeni gerenda Reſp.* σχολὴν περὶ πολιτείας ἐν λυκείῳ γεγραμμένος.

Schola: pro porticu, vel Xyſto. Plin. lib. 36. cap. 5. *Eiuſdem eſt cupido obiectus à Cicerone Verri, ille propter quem* Theſpiæ *viſebantur, nunc in Octaviæ ſcholis poſitus.* Et mox: *ſimiliter in Curiâ Octaviæ quæritur de Cupidine fulmen tenente* &c. *Multa in eâdem ſcholâ ſine authoribus placent.* Et ita in Actis Apoſt. cap. 19. ỽ. 8. dicitur de Paulo: καθ' ἡμέραν διαλεγόμενος ἐν τῇ σχολῇ Τυράννου τινός.

Scholares: Milites Scholarum. Hi ita ſæpè vocantur in Cod. Iuſtinianéo, & Theodoſiano. Suidas vocat σχολαρίους.

Scholaſtici. Clearchus, ſive Ariſtoteles lib. 1. de ſomno cap. ἐντυγχάνει ἡμῖν τε καὶ τισιν ἑτέροις τῶν σχολαστικῶν, πειρώμενος αὐτῶν τῆς σοφίας. Verba hæc Ioſippus adducit contra Appionem lib. 1.

Scholaſticus. Interdum pro Declamatore: ſed apud poſteriores. Plinius lib. 3. Epiſt. ad Caluſium: *Sufficiunt duæ fabulæ, an ſcholaſticâ lege tertiam poſcis?* Idem lib. 9. *Niſi forte volumus ſcholaſticas, atq; ut ita dicam, umbraticas litteras mittere.* Et eod. lib. *Scholaſticum ingenium,* dixit. Idem lib. 1. Epiſt. ult. *Scholaſtici porrò dominis, ut hic eſt, ſufficit abundè tantùm ſoli, ut relevare caput poſſint.* Idem lib. 3. Epiſt. 2. *Scholaſticus tātum eſt: quo genere hominum nihil aut ſimplicius, aut ſincerius, aut meli⁹. Nos enim qui in foro, veriſq; litibus terimur, multum malitiæ, quamvis volentes, addiſcimus.* Plutarch. lib. de audiendo: τοὺς τῶν παιδευόντων, καὶ πανηγυριζόντων ἐν ταῖς σχολαστικαῖς μελέταις φωνὰς ἐπὶ φιλοσόφων μεταχειρίζοντας. Gennadius Catalog. ſcriptorum illuſtr. *Scholaſticos* vocat Muſæum, Iulianum, Eucherium, alios. Hieron. Comment. in Epiſt. ad Titum ait, *Paulum Apoſtolum, cùm in Areopago cōcionaretur, argumentum Cōcionis ab inſcriptione Aræ Athenienſium Scholaſticâ quadam elegantiâ traxiſſe.* Et alibi ſcribit, ſe calentibus adhuc in ipſo Rhetorū ſtudiis multa de ſacris rebus *Scholaſtico flore* pinxiſſe. Beda *Prudentium* vocat

vocat *nobiliſſimum Hiſpanorum Scholaſticum.*

Scholaſticus. Interdum pro vero Advocato, ſeu patrono cauſarum accipitur. Conſtantinus lib.2. C. de lucris Advocatorum: *præter ſolennes & canonicas penſitationes multa ac provincialibus in digniſſimè poſtulantur officialibus & Scholaſticis.* Et in Cod. Theodoſ. lib.2. de concuſſ. advoc. *Non lateт Scholaſticos ultra modum acceptis honorariis in defenſione cauſarum annonas & ſumtus accipere conſueſſe.* Sic Can. 10. Sardic. conci. Scholaſticus ex foro. ὁ περὶ λόγους σχολάζων. Et Concil. Karthag Can. 99. ἐκδίκους σχολαστικούς. Et in Paſſione Dorotheæ Virginis Theophilus quidam Advocatus Præſidis *Scholaſticus* appellatur.

Scholicon. Videtur idem quod, breve, & leve quiddam collectum. Ita & *Fortunatiani Scholicon* dicitur. Varro apud Nonium in Calcar, ſive potius in verbo Ebrios: *Scholicam dapem* vocat. *Ceteri auribus ſcholicâ dape ebrii feſſi de aperantologia conſurgimus jejunis oculis.*

Scilicet: κατὰ συγκοπὴν, pro, *ſcire licet.* eleganter infinitivo iungitur. Aſin 4.1.✠.41. Curcul. 2.2.✠.13. Rud.2.3.✠.64. & 4.3.✠.12. Terent. Heaut. *Scilicet facturum me eſſe.* Ibid. *Continuò inieciſſe verba tibi Dromonem ſcilicet.* Lucretius lib. II. *Scilicet eſſe globoſa, tamen cum ſqualida conſtent.* Vide etiam *Videlicet:* & Lexicon Lucret.

Scilicet: affirmantis & concedẽtis. Aſin. 2.4.✠.63. Capt. 2.2.✠.13. Men. 2.3.✠.41. Pſeud.4.7.✠.82. Pœn.3.2.✠.23. & 3.4.✠.25. Trin.2.4.✠.178.

Scilicet: irridentis. Rudent. 4.4.✠.54.

Scilicet pol. Pſeud.2.3.✠.89.

Scindo, ſciſcidi: dicebant veteres, monente Priſciano pag. 551. & 890. Pſeud.3.2.✠.42.

Scindere urbem: dirimere muros. Bacch.4.9.✠.130.

Scintilla. Trin.3.2.✠.52.

Scintillantes oculi. Menæch.5.2.✠.77.

Scio; pro, *recordor.* Moſtell. 3.3.✠.2.

Scio & memini. Curc.3.✠.14.

Scio quid agam. Formula Comica de rebus ſuis ſollicitè anquirentis. Aul.1.2.✠.32. Bacc. 1.1.✠.45. Trin.3.2.✠.13.

Scibam: ἀρχαϊκῶς pro *ſciebam.* Amph. 1.1.✠.229. Aſin. 2.2.✠.34. & 2.4.✠.89. Pſeud.1.5.✠.84.85.86. Pœn.3.1.✠.6.

Scibas. Aul.4.10.✠.24.

Scibatis. Rud.2.3.✠.47.

Scibo; pro, *ſciam.* Aſin.1.1.✠.11. Epid.2.2.✠.102. Moſt.4.3.✠.5. Men.1.2.✠.33. & 2.3.✠.35. & 5.2.✠.57. Pſeud.1.2.✠.41. & 1.5.✠.65. Truc.2.6.✠.68. Epid. 2.2.✠.101.

Scibis. Caſin. 3.5.✠.22. Epid.5.1.✠.49. Milit.4.8.✠.55. Pœnol. 5.4.✠.55. Pſeudol. 4.4.✠.2. Perſ. 2.2.✠.37. Rudent. 2.3.✠.35.

Digitized by Google

Scibit. Epid. 1. 1. ℣. 69. & 1. 2. v. 51. Mil. 3. 2. ℣. 46.

Scibimus. Merc. 5. 4. ℣. 57.

Scibunt Pœn. 2. 1. ℣. 16.

Scibitur. Capt. 4. 2. ℣. 5.

Sciens: Latinũ eſt, non *ſcius*, quod vult Nonius ſine exemplo. Hoc me olim per epiſtolam amicè admonuit Latinæ linguę ſcientiſſimus Paulus Meliſſus. Amph. 2. 2. ℣. 29. Caſ. 5. 4. verſ. 11. Aſin. 1. 1. ℣. 34. & 3. 2. ℣. 16. & 5. 2. ℣. 3. *Mil*. 2. 1. v. 66. Pſeud. 1. 1. ℣. 90. Pœn. Prol. ℣. 112. Truc. 1. 5. ℣. 21. Priſcianus tamen lib. 4. à verbo *ſcio* deriuat *ſcius*, adductis exemplis ex Apuleii I. Hermagoræ, & Pacuuii in Teucro. *Poſtquam defeſſus perrogitando aduenas de natis, neq; quemquam inuidet ſcium*. Et Eutyches Grammaticus p. 2152. à *ſcio*, inquit, eſt *ſcius*. Circumfertur quoque vulgarium illud: *Rebare fari ſcio, fabare neſcio*. Sed cuimodi hæ ſint authoritates, nemo non intelligit. Ex alio foro ego requiro ſuffragia. *Grãmaticaſtris*, aiebat Meliſſus noſter, *non credendum*. *Marcelli erat, exemplum adducere ſi eſſet Latinum; idq; ſeparate*. Producit etiam Barthius Aduerſ. 8. 6. & 30. 21. ex Higino de iudicio Paridis cap. 92. locum hunc: *Minerua ſi inde victrix diſcederet, formoſiſſimum inter mortales futurum & omni artificio ſcium*. Vſus quoque Lactant. lib. 3. cap. 24. *& ſcios mendacia defendenda ſuſcipere* Atque ita verbulum intrutum velit Barthius Plauto Pſeud. 1. 4. ℣. 5. Vide Animadverſ. Cicero lib. 1. Offic. cap. *Vt in fidibus aut tibijs, quamvis paulum diſcrepant, tamen id à ſciente animaduerti ſolet*.

Siens libenter. Aſin. 3. 2. ℣. 16.

Sciens: prudens, de induſtria. Caſ. 5. 5. ℣. 39.

Sciens ſcu. Pœn. 5. 2. ℣. 78.

Sciens alicuius rei: conſcius, gnarus. Caſ. Prol. ℣. 63.

Scin': ſciſne. Bacch. 5. 2. 59.

Scin' quomodo? Formula minandi. Amph. 1. 1. ℣. 199. Aul. 5. 1. ℣. 22. Rud. 3. 5. ℣. 18. Pœn. 1. 2. ℣. 162. Bacc. 4. 2. ℣. 12.

Scindere Obſcæno ſenſu, pro, Impudicare. Priap. Carm. 54. Virg. Catal. in Lucium quemdam, *Sciſſum ventrem* vocat.

Sciſcidi Pſeud. 3. 2. v. 42. Sic legẽdum. Vide Animaduerſione.

Scindulæ. Ita id ſcribendũ, non, *ſcandulæ*. Iſidor. Etym. à ſcindendo. Fortaſſe rectius à Græco σχινδαλμὸς, quod aſſulam parvamque tabellam valet, deduci poteſt.

Scipio: baculus ſenũ. Amph. 1. 3. ℣. 21. Men. 5. 2. ℣. 103. Perſ. 5. 5. 2. ℣. 35.

Scire & ſciſcere eſt verbũ forenſe: de eo qui ſuffragium tulit. Vide ſupra *Populi ſcitum*. Inde *plebiſcitum*. Pſeud. 2. 4. ℣. 58. Pœn. 3. 4. ℣. 14. Cicero pro Plãcio cap. 14. *Plancius primus legem ſciuit de publicanis*. Idem III. Offic. *Durius etiam Athenienſes, qui ſciuerunt, vt Æginetis, qui claſſe valebant, pollices præciderentur*.

Sciri

Scire; pro, *credere*. Aſin. 3.3, v. 130. Pſeud. 4.7. ✠. 80.

Scire è aliquo: pro, *ex*. Moſt. 3.2. ✠. 58.

Scire ex aliquo. Capt. 2.2. ✠. 45. 47.

Scire: plus eſt, quam, *credere*. Caſ. 2.6. ✠. 3.

Scire diuinitus. Curc. 2.1. ✠. 33.

Sciſcitari. Amph. 4.4. ✠. 6.

Scitè, *ſcitus*. Caſ. 3.1. ✠. 8. Merc. 3.1. ✠. 27. Bacch. 2.3. ✠. 69.

Scitior. Ciſt. 4.2. ✠. 12. A *ſcitus*: non, *ſcius*.

Scitum eſt: vetus eſt prouerbium elegans. Pœn. 1.1. ✠. 7.

Scitum, bellum, bonum. Bacch. 2.2. ✠. 31. Caſ. 3.1. ✠. 11.

Scitum conſilium. Trin. 3.3. v. 35.

Scitus: bellus, lepidus. Pſeud. 2.4. ✠. 58. Mil. 4.3. ✠. 19.

Scitus: in re Venerea vſurpatum. Merc. 5.4. ✠. 59. *Inſcitus ſenex*: ineptus Veneri. Truc. 5.1. ✠. 42. *Scitus bellum init*. Terent. Hec. 5.1. ✠. 14.

Inſcitum inferre injuriam tibi iniquum eſt.

Scitus ſycophanta. Amph. 1.3. ✠. 8.

Scita pulchra. Moſt. 1.3. ✠. 103.

Scita nox: hoc eſt, apta. Amph. 1.1. ✠. 132.

Scitus & *Inſcitus*: de voluptate corporis: & amoribus interdum. Vide paulò ante Plaut. Truc. 5.1. ✠. 42. & Merc. 5.4. ✠. 59. & Ter. Hec. 5.1. ✠. 13. *Nam ſi ſatis facturaue es, bonas quod par eſt facere, inſcitũ offerre iniuriam tibi immerenti iniquum eſt*: Ita recte leg. ex Donat. & cod. Bembino. Apuleius lib. 1. Met. *Ad quandam cauponam Meroen, ſed ad modum ſcitulam deverto*.

Scirpus: eſt id, quod in paluſtribus locis naſcitur leue & procerum, vnde tegetes fiunt. Vnde natum prouerbium, *in ſcripo nodum quærere*. Men. 2.1. ✠. 22. Rud. 2.6. ✠. 39. Vide *Prouerbia* in Mantiſſa.

Scirpea ratis, ex ſcirpo, iunco enodo. Aul. 4.1. ✠. 9.

Sciſcitare. Men. 2.3. v. 52.

Sciſcitari. Amph. Sc. *Quis tam*. verſ. 6.

Sciſcere: pro, *ſcindere*. Bacch. 2.3. verſ. 68.

Sciſco: ſcire cupio. Amph. 5.1. verſ. 17.

Sciſco rogationes: leges fero. Curc 4.2. v. 23.

Scitari: cognoſcere, reſciſcere. Capt. 2.2. v. 13.

Scitiſſima oratio. Stich. 2.1. v. 30.

Scitiſſimè. Perſ. 4.4. ✠. 81. Stich. 2.1. ✠. 16.

Scitula facies. Rud. 2.7. ✠. 7.

Scitula forma. Rud. 4.1. ✠. 3.

Scitus admiſſarius ad equas. Mil. 4.3. ✠, 19.

Scius. Vide paulò ante, *ſciens*.

Scrophipaſcipiſtores. Capt. 4.2. verſ. 27.

Scombrus: piſcis, ex quo garum optimum fiebat. Horatius ſæpe meminit in Satyris. Capt. 4.2. ✠. 71. Vide ſupplementũ LL. Roberti Stephani.

Scopa. Stich. 2.3. ✠. 22. 26. 50.

Scopulus patrimonij: pro interitu, aut peſte. Cicero lib. 3. de Orat. cap. ubi de translationibus: *Deinde*, inquit, *videndum*

dum eſt, ne longè ſimile ſit du-ctum, Syrtim, patrimonij ſco-pulum libentius dixerim.

Scorta. Trin. 2. 4. ℣. 10. Truc. 1. 2. ℣. 6.

Scorta ſervulorum ſordidulorum diobolaria. Pœn. 1. 2. ℣. 58.

Scorti lenones. Truc. 1. 1. ℣. 48. ſic ibi Mſſ. pall.

Scortum. Nomen Paraſito facetè impoſitum. Capt. 1. 1. ℣. 1. Vide D. Heinſij Notas ad Lucam pag. 293.

Scortum iratū amatori ſuo. Truc, 1. 2. ℣. 25. 36. 43. 45.

Scortum exoletum. Pœn. prol. ℣. 17. Curc. 4. 1. ℣. 12. de vitis.

Scortum ducere. Men. 1. 2. ℣. 15. Truc. 3. 2. ℣. 10. Vide litt. *D.*

Scortum quærere: meretriculam ductare. Pſeud. 4. 7. ℣. 23.

Scribere: eſt, datâ ſyngraphâ de acceptâ pecunia cavere. Cur. 3. ℣. 40. Horat. lib. 2. Sat. 3. ℣. 69. *Scribe decem à Nerio.* Iuriſconſulti dicuntur *Scribere*, quando conſultoribus & clientibus ſuis, reſpondendo & ſcribendo cavent. Quod prolixè explicat P. Faber lib. 1. Semeſtr. cap. 21. Cic. Topic. cap. 1. *Etenim cùm tu mihi meiſq; multa ſæpe ſcripſiſſes*. Sic ibi leg. ex Mſſ. vulg. *caviſſes.* Vide etiam Lexic. Briſſonij.

Scribere nummos. Aſin. 2. 4. ℣. 34. eſt, non præſentes ſolvere, ſed pro his in certam diem ſolvendis apud aliquem argentarium ſe obligare, atque in certam diem cavere redditū iri nummos, qui debeantur. Idem eſt *Reſcribere* & *Perſcribere* apud Terentium.

Scribere rationem accepti. Truc. 4. 2. ℣. 36.

Scripſti. Aſin. 4. 1. ℣. 57.

Scriptitare. Ut, *Dictitare*. de quo ſupr. eſt multum ſcribere: &, ſæpe ſcribere. Rarum verbū. Cicero lib. 7. Attic. Epiſt. 12. *Et hæc etſi quid aliud ad me ſcribas velim, vel potius ſcriptites.*

Scriptura. Interdum idem quod, *Scriptio*. σύγγραμμα. liber. Corn. Nepos in Præfat. libri ſui de vitis Græc. Imp. *Non dubito fore pleroſq; Attice, qui hoc genus ſcripturæ leve, & nō ſatis dignum ſummorum virorum perſonis judicent.* Paulus JC. l. 18. damno §. ſi is, qui. D. de damn. inf. *Pomponius relatâ Iulianâ ſcripturâ dicit* &c. Ita Vlpianus l. 1. §. infr. D. de verc. oblig. Et Cic. lib. Epiſt. ad Torquat. Et Cæcinna ad Cicer. *Nam cùm mendum ſcripturæ liturâ tollatur, ſtultitia famâ multetur: meus error exilio corrigitur.* Et mox: *Genus hoc autem ſcripturæ non modò liberum, ſed incitatum atq; elatum eſſe debere, quis ignorat.*

Scriptura pro vectigali, quod è pecore paſcendo in publicis pratis aut ſilvis ſolvitur. Ab eo & *Ager ſcripturarius*. Ille *Ager publicus* dicitur, teſte Feſto: quem vide. Plautus Truc. 1. 2. ℣. 41. *Nam adverſum legē à me ob meam ſcripturam pecudem accepit.* Ibid. ℣. 42. *Idem quod tu facis, faciunt rem malè geren-*

gerentes: ubi non eſt ſcripturam unde dent, incuſant publicanos. Cic. pro leg. Manil. c. 6. *Nam ceteris in rebus, cùm venit calamitas, tum detrimentum accipitur: at in vectigalibus non ſolùm adventus malus, ſed etiã metus ipſe adfert calamitatem. Nam cùm hoſtium copiæ non longè abſunt, etiamſi irruptio nulla facta ſit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deſeritur, mercatorum navigatio conquieſcit. Ita neq; ex portu, neq; ex decumis, neque ex ſcripturâ vectigal conſervari poteſt.* Et mox: *Cùm publicani familias, quas in ſilvis* (Ita enim leg. pro, *ſalinis*, egregiè docuit Turneb lib. 1. cap. 5. Adverſ.) *habent.* (Hotman: *ſaltibus*. forte non male. Et placuit Lipſio de Magn. Rom. lib. 2.) *quas in agris, quas in portibus, atq; cuſtodiis. magno periculo ſe habere arbitrentur.* His verbis Cicero tria genera vectigalium deſcribit, *Scripturam* ex paſcuis, quæ ferè ſunt in ſilvis, *Decumas* ex agris, & frumento, *Portorium* ex mercibus, teſte Aſcon. Vide etiam Cujac. lib. 7. Obſerv. cap 4. Cicero pro Flacco cap. *Mirandum verò eſt, homines eos, quibus odio ſunt noſtræ ſecuras nomen acerbitati, ſcriptura decuma, portorium morti libenter arripere facultatem nocendi accepit.*

Scripturarius eſt ille, qui ſcribis apparet, iiſque operam dat. Qui & *ſcriptum facere* dicitur.

Scribilita, vel, *ſcriblita*. Pœnol. Prolog. ✠. 43. Eſt genus placentæ ſine melle, ideo ſic dicta, vt ait Turnebus, quod qui eam fingit, tamquam ſcribit: aut quod eſſet notis quibuſdam ſignata, & tamquam ſcripta videretur. Alii *ſtreblita* ſcribunt, quaſi quod ſit ϛρεπτὸς ἄρτ☉, ϛρίμμα. Germani appellant. Gebacken Streublin. Facit & Martial. mentionem lib. 3. Eleg. 17.

Scropha. Capt. 4. 2. ✠. 29.

Scrophipaſci piſtores. Capt. 4. 2. ✠. 27.

Scrupoſa via. Capteiv. 1. 2. verſu 76.

Scrutari: eſt, inquirere. Amphit. Scen. *Tún' me.* ✠. 16. Aul. 4. 4. ✠. 23.

Sculponeæ: ruſtica & rudia calceorum genera. Caſin. 2. 8. ✠. 61. Varro Seſqui-Vlyſſe: *Dum in agro ſtudioſius ruro, adſpicio Triptolemum ſculponearum bigas ſequi cornutas.* Fulgentius: *Sculponeas dici voluerunt ceſtus plumbo ligatos.* Non ſatis bene. Contraria namque ibi adfert exempla. Neque *batuere* id eſt, quod vult Placiades. Id vel patet ex hoc Perſij:

—*ſolea puer obiurgabere rubra* h. e. ſandalio rubro.

Scurra; βωμολόχ☉ deſcribitur. Rud. 1. 2. ✠. 52. *Quiſana ventris cauſa circuis.* Solebant enim ſcurræ tẽpla & aras frequentare, ſacrificiorum nidorem ſequi, ut dicacitate ſua vi-

victum ſibi emerent, cumque alios oblectarent, offenderent alios, ſemet interim victimarum partibus explerent, & ingluuiem ſuam ſacerrimã ſacris ſcil. epulis & vino effercirent. Quos videtur Plutarch. deſcribere his verbis: πλείστης μὲν τοι πτωχικὴ ἐπίπλησει ἀδοξίας τι ἀγυρτικὸν καὶ ἀγγεῖον, καὶ περὶ τῶν μητρῷα καὶ στρατεία βωμολοχῶν καὶ πλανώμενον γένος. Epid. 1. 1. ℣. 13. Moſt. 1. 1. ℣. 14. Trin. 1. 2. ℣. 165. Erant autem *Scurra* non tantum, qui alienas epulas adipiſcendi gratia, iocularia & ſcurrilia funderent, ſed etiam homines vrbani; olim militari hominum generi opponi ſoliti. Pœn. 3. 2. ℣. 35 & 5. 5. ℣. 2. Truc. 2. 6. ℣. 10. Iſid. *Scurra vocatur, qui cauſa eſca quemlibet conſectatur.* Et hoc eſt quod priori loco Pœnuli dicit noſter: *Scurra pone ſeſe homines locant.* Vide autem Lindebruch in Ceirin, pag. 297. Edit. Lugd. Deriuant aliqui ἀπὸ τοῦ συγχωρεῖν: quaſi *ſecura*, vel, *ſucura.* Iſidori Gloſſæ: *Scurrula, qui incoſtriat.*

Iuven. --- *mimum agit ille Vrbani qualem facundus ſcurra Catulli.* Martialis vocat *vrbicum ſcurram.* Fulgentius *vrbicarium.* Capitolinus *ſcurram mimarium.* Firmicus *ſcenicum ioculatorem.* Apollinaris *Gelaſianum.* Gloſſæ philoxeni; Scurra; σκώπτης γελωτοποιός. ἡδυλόγος. εὐτράπελος, θρασύς. Arnobius libro 5. Dionyſium Siciliæ Regem iuniorem vocat *Scurrulam vrbanum.*

Scuta iacere: ignavorum militum. Trin. 4. 3. ℣. 27.

Scutarij. Epid. 1. 1. ℣. 35. Vbi tamen ex Mſſ. Lang. Meurſius *Scurtarius* ad linguam Sabinorum legendum eſſe contendit: ſicut & Bacchid. 1. 1. ℣. 39.

Scutra; patellæ. Germ. Schüſſelen. Perſ. 1. 3. ℣. 8.

Se; eleganter vſurpatur παρέλκως. Men. 5. 6. ℣. 18. *Alij ſeſe ita vt in rem eſſe ducunt, ſint.* Aul. 3. 6. ℣. 5. Stich. 1. 2. ℣. 13. Trinumm. 2. 1. verſ. 15. Vide in Mantiſſâ; αὐτόπτης, & παρέλκον.

Se; pro, *ipſam.* Mil. 2. 2. v. 26.

Se; pro, *illo* ἀρχαϊκῶς. Capteivei 4. 4. ℣. 12.

Se tractare, contemnare, deſerere, fugere. Videantur hæc ſuo quidque loco.

Se fugere. Vide ſuprà, *Fugere ſe.*

Se ipſe. Vulgò, *Seipſum.* Terent. Andr. 3. 2. ℣. 15. *Certè hercle nunc hic ſe ipſus fallit.*

Secare: de vermibus; vt Græci κόπτειν ἀπὸ τῶν. Moſtellaria 3. 2. ℣. 143. *Ambo ab infimo tarmes ſecat.* Sic Lucill. *Lana opus omne perit, ſqualor, tinea omnia cadunt.* Vide Serv. ad Georg. 1. ℣. 56.

Secedere de via. Curcul. 2. 3. ℣. 2. Capt. 2. 1. ℣. 24.

Secernere. eo uti ſolet Cicero: nos Separare, aut diſtinguere dicimus. Cicero libro 2. de Nat. Deor. cap. Dedit autem eadem

eadem natura belvis & ſenſum & appetitum, ut altero conatum haberent &c. altero ſecreverunt peſtifera ſalutaribus. Horat. de Arte verſ. 396.

—Fuit hæc ſapientia quondam.
Publica privatis ſecernere, ſacra profanis.

Seceſſus. Vide litt. L. *Locus.*

Secius: pro, minus. Vt, Nihil ſecius, nihilominus: quò ſecius, quò minus. Cicero ad Heren. libro 1. cap. *Impedimento eſt, quò ſecius lex feratur.*

Secludere : ſecernere, ſeparare. Rud. 1. 4. ✝. 1. Vide Paſſerat ad Propert. pag. 238.

Secta; de iis, qui ſe continuo ſequuntur, qualis eſt boum, taurorũ, buculã inſpectãtium, arietis ovẽ, &c. Inde *Secta Philoſophorũ*: & *Sectari* perſ. 2. 1 v. 5

Secta pro via, & ratione. Vt, *Secta vitæ* : pro genere, inſtituto, & ratione vitæ. Cicero pro Cælio capite *Neque ſolum apud nos qui hanc ſectam rationemque vitæ, re magis, quàm verbis ſeculi ſumus.* Lucanus lib. 2. ✝. 380.

Hi mores, hæc duri immota Catonis
Secta fuit, ſervare modum, finemque tenere,
Naturamque ſequi.

Plinius panegyr. *Quaſi ſpecimẽ & exemplar, quæ tibi ſecta vitæ, quod hominum genus placeat.* Et poſt: *Etenim cùm plurimis amicis fortuna principium indignat. Præcipuum eſt cippis opus, amicos parare placeat tibi. Semper hæc ſecta.* &c. Iuvenalis lib. ult. ✝.

—Iuvenes hortatur ut illam
Ire viam pergant, & eidem incumbere ſecta.

Eumenius Orat. pro inſtaur. Scholis: *Diverſiſſimis ad utramque ſectam defluxus eſt.* Pacatus Orat. in Theodoſ. *Sed qui vita ſua ſectam rationesq; cognoverit Sic & quod in jure, ſecta meorum temporum non patitur, accipiendum.*

Sectari; conſectari, inſequi, perſequi: inveſtigare, perquirere. Mil. 2. 2. v. 7. 23. 106. & 2. 6. ✝. 25.

Sectari aliquem clamore. Germ. Einem nachſchreyen. Ciſtell. 2. 2. ✝. 1.

Sectari: in obſcœnis. Caſina 2. 8. ✝. 26. & 4. 2. ✝. 40. Rud. 2. 4. verſ. 5. Perſ. 2. 1. verſ. 5. Mil. 2. 1. ✝. 13. & 5. 1. ✝. 128. Capt. 4. 2. ✝. 40. Rud. 2. 4. ✝. 5. Vbi vide Animadverſiones. Inde Feſtus notat *ad ſectatam feminam* dictam, quæ ſollicitatur à pluribus. Vide etiam ſuprà *Ducere.* (40.

Sectarius petro Capteivei 4. 2. ✝.

Sectionem vendere. Cicero 1. in Rullum cap. *prædam, manubias ſectionẽ, caſtra deniq; Cn. Pompeij ſedente Imperatore decẽ viri vẽdent.* Hæc apud Agell. 13. 23. extãt. Varro l. 2. de r. r. c. 10. *Aut ſi è prædâ ſub coronâ emit, ſiũve cùm in bonis ſectio, neve cujus publicè venit.*

Seceſſio ἀπόςασις, defectio. Cæſar libro 1. bell. civ. cap. *Nulla lex promulgata, non cum populo*

Digitized by Google

agi captum, nulla ſeceſſio facta. Et poſtea: *Divulgato Domitij conſilio, milites qui erant confinij primâ veſperâ ſeceſſionem faciunt.* Cicero pro Ligar. cap. *Seceſſionem tu illam exiſtimaſti, Cæſar, initio, non bellum: non hoſtile odium, ſed civile diſſidium.* Livius libr. 7. cap. in fine, de militari ſeditione: *Nondum erant tam fortes ad ſanguinem civilem, nec præter externa noverant bella, ultimaque rabies, ſeceſſio ab ſuis habebatur.* Et ibid. *Nec cui militum fraudi ſeceſſio eſſet.*

Sectius; ſecius; à *ſeco*, quod vett. erat *narrare*, teſte Agel'. lib. 18. cap. 9. quod mea cauſa leges licet. Menæch. 5. 7. ℣. 57. Trinumm. 2. 3. ℣. 6. Vide quæſo quæ Palmer. de hac voce adnotavit in Spicileg. pag. 676. Tom. 4. Lampad. Critic.

Sector zonarius, βαλαντιοτόμος, crumeniſeca. German. Ein Beutelſchneider. Trinumm. 4. 2. ℣. 20.

Secretò; ſeparatim, ſeorſum, *χωρὶς* Germ. Beyſeits. Amph. 3. 2. ℣. 73. Aul. 2. 1. ℣. 14. Bacch. 5. 2. ℣. 30. 35. Truc. 2. 7. ℣. 8.

Secundæ res. Bacch. 3. 6. ℣. 14.

Secundare: fauere. *Tempus ei rei ſecundat.* Truc. 4. 2. ℣. 3.

Secundarum. Præciſè, qui Græcè δευτεραγωνιστής. Sic *Nauticarum.* Vide infr. Mantiſſ. De *Conciſis.* Vulgò *Secundarius* dicitur, & affertur locus Ciceronis: ſed non rectè. Nam Cicero in libb. de Clar. Orat. ſive Bruto: *Quod idem faciebat Q. Arrius, qui fuit M. Craſſi quaſi ſecundarum.* Ita ibi vett. libb. ferè, ubi vulgò non rectè *Secundarius.* Rivius, eumq; ſecutus Dion. Lamb. qui tamen in operas Typographicas, ut ſolet, culpam transfert. Sic Suet. Calig. cap. *Vt plures ſecundarum certatim experimentum artis darent.*

Secundas facere: ſcil. partes. Aſin. 2. 3. ℣. 89. Sic loquitur Sidonius lib. 1. Epiſt. 2. de Theodorico Rege Gotthorum: *Secũdas faſtidit vel timere vel facere.* Seneca lib. 3. de Ira cap. 8. *Optimum iudicavit, quicquid dixiſſet, ſequi, & ſecundas agere.* Idem lib. 1. de Benef. cap. 29. *Secundas ſortiri.* Sumptum ab Hiſtrionib.

Secundum: pro, *poſt*. Germ. Hernach. Amph. 2. 1. ℣. 1. Capt. 2. 1. ℣. 41.

Secundum: iuxta, prope. Rud. 1. 2. ℣. 61. 68.

Secundum ire, ferre. Amph. 2. 1. ℣. 1. *Age i tu; ſecundum ſequor.* So. *ſubſequor.* Mil. 4. 8. ℣. 39. *Secundũ ferre.* Stich. 3. 1. ℣. 45.

Securicula ancipes. Rud. 4. 4. ℣. 114.

Securis anceps. Men. 5. 2. ℣. 105.

Secus: pro, *aliter*. Capt. 3. 4. ℣. 92. 106. Caſin. Prolog. ℣. 46. Cicero lib. 1. Attic. Epiſt. 18. *Q. Frater purgat ſe mihi per litteras, & affirmat, nihil à ſe cuiquã de te ſec⁹ eſſe dictũ.* Idẽ l. 1. de Rep. apud Non. Oſtend. *Sed imitor Architã Tarentinũ, qui*

qui cum ad villam veniſſet, & omnia aliter offendiſſet. Impp. Dioclet. & Maxim. l. 25. filiis. C. de inoff. teſt. *Filius matrē quæ te mariti moribus ſecus ſuſpicatur, ita poſſe conſulere, jure compertum eſt.*

Secus quàm. Aſin. 5. 2. ℣. 93. Captiv. 2. 1. ℣. 50. & 2. 2. ℣. 23. & 2. 3. ℣. 68.

Secus; pro, *ſexus.* Rud. 1. 2. ℣. 19. Vide Auſon. Popm. de uſu ling. antiq. lib. 1. cap. 3. Et Carrio lib. 2. Emendat. Et Herald. ad Arnob. lib. 5. pag. 207. *Secus virile*, ex MS. Regio.

Sed; eleganti uſu. Rud. 3. 5. ℣. 20 Sic Phædrus Fab. 74. *Odore canibus anum ſed multo replent.*

Sed; ſubiungi ſolet ſalutationibus. *Aſin.* 3. 3. ℣. 29. & 2. 2. ℣. 103. *ſed quid ais?*

Sed autem. Rud. 2. 4. ℣. 15.

Sed enim. Cicero lib. 6. *Attic.* Epiſt. 1. *Sed enim οἰκονομία ſi perturbatior eſt, tibi aſſignato. Te enim ſequar σχεδιάζοντα.*

Sed etiam. Particula hæc intendit ſæpe ſenſum, abſque alterâ diſtributiva, *non ſolum, non modò.* Cicero lib. 3. Epiſt. 15. *Hic mihi primum meum conſilium defuit, ſed etiam obfuit.* Et lib. 4. Attic. Epiſt. *Amiſimus mi Pomponi, omnem ſuccum ac ſanguinem, ſed etiam faciem priſtinam civitatis.* Et lib. 10. Epiſt. *Tu quoniam quartanâ cares & novum morbum removiſti, ſed etiam gravedinem.* Et Rhet. ad Herenn. *Traductio eſt, quæ facit, ut cùm idem verbum crebrius ponatur, non offendat animum, ſed etiam concinniorem orationem reddat.* Et Philipp. 14. *Brunduſii in ſinu avariſſima, ſed etiam crudeliſſima uxoris delectos Martiæ legionis centuriones trucidavit.* Et lib. 2. de Orat. *Invidēt autem homines maximè paribus aut inferioribus cū ſe relictos ſentiunt: illos autem dolent evolaſſe: ſed etiam ſuperioribus invidetur.* Et hæc quidem ratio ſumta eſt à Græcis, ut oſtēdit P. Victorius Caſtig. pag. 217. Budęus Comment. Ling Græc. pag. 1132.

Sed etſi. Trin 2. 4. ℣. 106.

Sed ita. Eleganti uſu. Moſt. 3. 1. ℣. 49.

Sed quid ais? Formula ſermonē continuandi, & aliquid novi exquirendi. Epid. 1. 1. ℣. 27. Aſin. 2. 2. ℣. 104. 111, & 2. 3. ℣. 12. Bacch. 1. 1. ℣. 4. 5. *Et pol ego ſcio, quid metuo, ſed quid ais?* Donatus ad Terent. Phorm. 1. 4.

Sed tamen nempe, Aſin. 2. 2. ℣. 72

Sed verò: ſed etiam, verum etiā, obſervatione digna particula. Pœn. 1. 2. ℣. 16. Uſus eſt ea Lucret. l. 4. ℣. 977.

Non homines ſolum, ſed verò animalia cuncta.

Sedare laſſitudinem. Bacch. 1. 1. ℣. 75.

Sedare miſerias voluptate. Pœn. 5. 4. ℣. 91.

Sedere: apud hoſtes. pro. conſidere cum exercitu. Amph. 2. 1. ℣. 52. Sic Plin. Paneg. *Quì ſciant te aſſediſſe ferociſſimis*

populus & ipſo tempore. Virgil. Ciri:

Ille vides noſtris qui manibus aſſidet hoſtis. Val. Max. l. 7. c. 4. *Ad ultimam ei ſenectutem apud mœnia Cantabriæ ſedendum foret.* Sil. lib. 9.

——ut qui caſtella per altos
Oppugnata munita locos atque aſſidet arces. Ibid. lib. 12.
Aſſeſſos Capuæ muros.——

Hinc *ſubſidere* dicitur; pro, vinci, Germ. Unten liegen. Et *ſubſeſſor*, victus. Eſdræ lib. 4. cap. 15. de Arabibus à Carmonio populo de victis dicit Deus: *Et poſthac ſupervaleſcent Dracones* (ita vocat Arabes: quod ex antecedentibus diſcas) *nativitatis ſuæ memores. Iſti* (Carmonii) *turbabuntur & convertent pedes ſuos in fugam à territorio. Aſſyriorum ſubſeſſor obſidebit eos.*

Sedere: pro Ceſſare, aut etiam negligenter ſe gerere in aliquo negotio. Demoſth. 1. Philipp. καθῆσθαι dixit, ut obſervavit P. Victorius lib. 16. Var. lect. cap. 20. καὶ κύκλῳ πάντα χρὴ μέλλοντας ὑμᾶς καὶ καθημένους περιστοιχίζεται. Et Bacchilid. apud Dionyſ. Halic. οὐχ ἕδρας ἔργον, οὐδ᾽ ἀμβολᾶς. Cicero in Piſon. cap. *An poteſt ulla eſſe excuſatio non dicam male ſentienti, ſed ſedenti, cunctanti, dormienti in maximo Reip. motu, Conſuli?* Livius lib. 31. cap. *Quibus ſi undique circumventus copiis foret, ſedentem Romanum debellaturum, credi poterat.* Et lib. 22. cap. *Dubitas ergò quin cum* (Hannibalem) *ſedendo ſuperaturi ſimus, qui ſeneſcit in dies?* Verba ſunt Fabii.

Sedere: *Sedente illo*: cùm quis in ſenatu vel judicio ſedet. Cicero ad Lentulum lib. 1. Epiſt. *Ego ſedente Cn. Pompeio, cùm ut laudaret P. Sextium, introiſſet in urbem?* Et 2. Philipp. cap. *Frequentiſſimo Senatu Kall. Ianuarÿs ſedenti patruo hanc tibi eſſe cum Dolabella cauſam odii dicere auſus eſt.*

Sedere. Militare vocabulum interdum eſt. A quo & *Conſidere*. Quod idem planè valet quod, *Sedere*, & uſitatius eſt veteribus. Inde & *Obſidere*. Cato apud Chariſium: *Omnia tumulti plena. Simul hoſtium copiæ magnæ contra me ſedebant, uſquequaque laceſſebamur.* Sic ex v. c. quidam rectè emendant. Plaut. Amph. 2. 1. ℣. 52. *Ordine omne uti quidque actum eſt, apud hoſtes dum ſedimus, ediſſertavit.*

Sedere: Iudicum propriè eſt, & Prætorum. Moſtell. 5. 1. ℣. 54. & 5. 2. ℣. 22. Propert. l. 3.
——Minos ſedet arbiter Orci.
lib. 4. *—— poſita iudex ſedet Æacus urna.* Cicero pro Rabir. *Modo vos iidem in A. Gabinium iudices ſediſtis.* Apul. Apol. *Quod ſi modo iudices de cauſa iſta ſederent C. Fabrit. Cn. Pompeius.* Vide Polleti Forum Romanum p. 36. Edit. Lugd.

Sedere ferias. Vide, *Reſidere*, & *Verba neutra* in Mantiſſa.

Sedes. Interdum idem ferè valet quod, *Hiberna.* Et *ſedes* opponuntur *Expeditioni.* Imper. in §. de mil. feſt. *Illis autem temporibus, per quæ citrà expeditionem neceſſitatem in aliis locis vel ſuis ſedibus degunt, minimè ad vindicandum tale privilegium adiuvantur.* Et in l. ult. (de reſt. mil. Sic enim ibi v. c. ferè. nam vulg. *ædes.* Vegetius lib. 3. cap. 4. *Quod milites præcipue faciunt, qui in ſedibus otioſè delicatèque vixerunt. Nam aſperitati inſoliti laboris offenſi, quàm in expeditione neceſſe eſt ſuſtinere* &c. Et mox: *Vt dum adhuc ſeparati ſunt in ſedibus ſuis, tribunorum vel vicariorum, nec non etiam principum ad omnem diſciplinam artiſſimâ ſeveritate teneantur.* Et mox: *Si mare vel fluvius vicinus eſt ſedibus.* Et mox: *Ita exercitati & eruditi in ſedibus milites R. ſive legionarij, ſive auxiliares, ſive equites fuerint, cùm ad expeditionẽ ex diverſis cõuenirint locis,* &c. Idem alibi: *Milites pœna & timor in ſedibus corrigunt, in expeditionem & præmia, faciunt meliores.*

Sedes, pro domicilio. Vlpian. lib. 28. ſi eum §. ult. D. de fid. lib. *Namq; eos, qui apud ſedes ſunt domicilium ſuum ſunt nemo dubitabit ex iuſtâ cauſâ abeſſe.* Tibullus:

Sic veteris ſedes incoluiſtis avi.

Seditionem facit lien. Elegans & iocoſa formula. Mercat. 1. 2. ℣. 14.

Seducere: ſeorſum ducere. Curc. 2. 3. ℣. 60.

Sedulò. ſine dolo, bona fide. *Nonius.* Capt. 4. 2. ℣. 106.

Sedulò: diligenter, aſſiduè. Epid. 2. 2. ℣. 109.

Sedulus: pro nimis officioſo, nimis diligente, qui incurrit odium plerunque. Sic & *Sedulitas,* nimia diligentia, nimis accuratum officium. Terent. Andr. 4. 1. ℣. 55. *Parum ſuccedit quod ago: at facio ſedulò.* Cicero pro Arch. cap. *Qui ſedulitatem mali Poëtæ duxerit, aliquo tamen præmio dignam.* Et in Rullum cap. *Finem feci offerendi mei, nea ſedulitas aut inſidioſa, aut impudens videretur.* Horat. lib. 2. Epiſt. *Sedulitas aut ſtultè quem diligit, urget.* Et lib. 1. Satir. *Vbi ſedulus hoſpes penè arſit.* &c. Et lib. 1. Epiſt. 13. ℣. 4.

Ne ſtudio noſtri pecces, odiumq; libellis

Sedulus importes, operâ vehemente miniſter.

Seges ſtimulorum: de eo, qui vapulat. Aulul. 1. 1. ℣. 6. Sic Prudentius dixit *Seges ſcelerum.* Arnob. *Seges criminum.* Seges enim non tantum fructum notat, ſed agrum quoque, teſte Feſto.

Segeſte.

Segeſte. Idem quod, teges vilius & pauperum lectuli tegumentum; ut *Culcita* divitũ: Græcè στιγάδερμον. Ita & Gloſſar. Segeſtrum, σίγαςρον. στιγάδερμον. Vocat & Plutarch. in Craſſo σίγεςρον. Sueton. Octav. cap. *Ita ut in extremis ſpatiis decurreret, ſegeſtri vel lodiculâ involutus.*

Segetes: pro ipſis agris. Sed hoc vulgare. Cicero Orat. ad Brutum: *Sed ut ſegetes fœcundæ & uberes non ſolùm fruges, verum etiam herbas effundunt inimiciſſimas frugibus.* Et Caton. Mai. cap. *Nec verò ſegetibus ſolùm & pratis, & vineis, & arbuſtis res ruſtica læta ſunt.*

Segnities. Trin. 3.3.ψ.67.

Segregare: excludere. Moſt. 5.1. ψ.9.

Segregare abs ſe. Aſin. 4.1.ψ.29. Capt. 3.1.ψ.10.

Segregare ab aliquo. Mil. 4.6.ψ. 17.

Segregare á ſe ſuſpicionem & culpam. Trin. 1.2.ψ.42.

Segregare ſermonem: finem facere loquendi. Mil. 3. 1. ψ. 60 Pœn. 1.2.ψ.136.

Segregare & ſpernere ſe ab aliquo, Capt. 3.3.ψ.2.

Segrex; ſegregatus ab aliquo. Moſt. 2.2.ψ.84. Seneca *ſegregem vitam* dixit pro *ſolitaria*. Horatius *congregem morbum*. lib. 1. Od. 37. ψ. 9.

Seleucia. Trin. 4.2.ψ.3.56.

Seleucus rex. Mil. 1.1.ψ.74.

Sella Curc. 2.3.ψ.32. Pœn. 1.2.ψ. 56.

Semen ſceleris: origo & author ſceleris. Ruden. 2.2. verſ. 21.

Sementem in ore facere, & pugnos obſerere μεταφορικῶς. plagis excipere. Men. 5.7.ψ.23.

Sementem malorum facere. Sic & *Meſſis* tralatè. Cicero lib. 3. de Natur. Deor. cap. *Hanc igitur à Diis immortalibus tantam arbitramur malorum ſementem eſſe factam.*

Seminatus; conceptus. Amph. 1. 2.ψ.20. Sic Epid. 3.1.ψ.30. *in me ærumnam obſeviſti gravẽ.* Elegantiſſimè Siracides cap. 16. αἰχζητήσεις παντὸς παιδίου ἔυγιων κλῆςον, σπεῖρε τὰ ἴδια σπέρματα πεποιθὼς τῇ ἐυγενείᾳ σου Et apud Hebræos *ſemen* de proſapia uſurpatur. Eſaiæ cap. 1. מְרֵעִים ſemini nequam, hoc eſt, proſapiæ perverſæ. Vide Zvvingl. Apolog. in Eſaiam.

Seminis eius. Germ. Der Art. Pœn. 1.2.ψ.36. Macrob. lib. 7. cap. 3.

Seminium. Amph. Scen. *Di voſtram* ψ.15. Mil. 4.2 ψ.68.

Semiſomnus. Curc. 1.2. ψ.22.

Semita; notat ſpatium illud anguſtum, quod plerumque ab hominibus, quamvis via latiſſima ſit, teritur. Curc. 2.3 ψ. 8. Caſ. 1.1 ψ.33.

Sempiterna adverſa. Merc. 2.3. ψ 2.

Sempiternùm. Adverbialiter Aul. 2.1.ψ.26. Sic Ter. Heaut 4.8.ψ.21. *perpetuum*. Et Andr *poſtremùm*. Et Heaut. *maximùm*.

semi-

semizonarius. Qui zonulas minus dimidio latas, quam iuſta zona eſt, facit; quæ ſemicinctia dicuntur. Aul 3.5.℣.42.

semita: obſcœno uſu. Curc.1.1.℣.36.

semul: pro, *ſimul*. Truc.4.3.℣.3. Sic ibi Mſſ. Pall. & paſſim in Membranis, antiquâ ratione ſcribendi.

senati. ἀρχαϊκῶς. Epid.2.2.℣.5. Caſ.3.2. ℣.6.

senatus; pro, curia. βουλευτήριον. Aſin.5.2.℣.21.

senatus; pro, *cœtu*. Aulular.3.6.℣.13.

senatus congerronum. Moſt.5.1.℣.8.

senatus conſiliarius in corde. Tralatè. Epid.1.2.℣.55.

senatus frequens. Mil. 2. 6. verſ. 111.

senatus; pro conventiculo. λέσχη. Mil.2 6.℣.109.

seneſcere, pro, *Langueſcere*, minui. Livius lib.55. cap. *Agitãdum aliquid miſcendumq; rati, ne cunctando ſeneſcerent conſilia, conſilium Naupactiũ indixerunt*. Et lib.34. cap. *ſe petitos credentes, in quos quorũ operâ patriâ extorres ne in tuto quidem exilio poſſe conſeneſcere ſe indignabantur, impetum facerent*.

senectus, a, um. Sic *senecta ædes*. Amph.4.2 ℣.12. Aul. 2.2.℣.75. Caſ. 2.3 ℣.23.41. Merc. 5.4.℣.25. Trin,1.2.℣.5. Salluſt, lib.4. *senectum corpus*. Lucret. V.884.885. *senecta membra*. Apuleius lib. 7. *senecta infirmitas*.

senectus ætas mala. Aulular. 1.1.℣.4.

senectus; hyems vitæ. Trin.2.3.℣.7.

senectutem fovere. Stich.4.1.℣.62.

senes Comici; pro fatuis. Moſt. 5.2 30.

senes vulturij. Moſt.3 2.℣.150. Vide litt. V.

senes vncti; libidine prurientes. Pſeud.4.7.℣.93.

senes veteres & vetuli. Vide litteram V.

senex, *ſenicis*. Mil.3.1.℣.54. Vide Animadverſiones. Et Fragm. ex Clitell.

senex oppidum antiquum & vetus. Bacch.4.4.℣.60. Pſeud.2.4.℣.74.

senex capuli decus. *Aſinaria* 5.2.℣.43.

senex cautus. Pſeud.1.3.℣.55.

senex coemptialis. Vide ſupra litt.C.

senex decrepitus. Vide, *Decrepitus*.

senex, vocatur *ſepulcrum vetus*. Pſeud.1.4.℣.19.

senex ingenio. Mil. 3.1.℣.36.

senex dies. Stich.5.1.℣.81. Vide litt. D. *Dies*.

Senex hircus & edentulus. Caſ.3.2.℣.20.

senex vervex vetulus. Caſ. 3.2.℣.5.

senex hircoſus. Merc.3.3.℣.14.

senex vetulus, decrepitus. Epid.1.2.℣.13. Merc.2.2.v.43. *senes decrepiti*, inquit Donatus Eun. 2.1 ℣.25. ſunt dicti; quorum crepitu & plangore familiæ fuerant iam conclamata funera.

nera. Et Heaut. 2. 3. *clamoſi ſenes* Sic Eographius Eun.2.1, ✠.25. *Decrepiti* dicuntur magis ſenes: ſiquidem longa ſenectute vix loqui poſſunt.& tantummodò fractis vocibus loquuntur, ac ſunt quaſi quædam crepitacula. Vide etiam Donatum. Adelp.5.8 ✠.16 de *Anu decrepita.*

senex defloccatus, hoc eſt, calvus; quod quaſi floccis veſtium attritus ſit, Epid.5.1.✠.10. Vide Nonium.

senex ſævus & truculentus. Bacchid.4.5.✠.3.

Senex coemptionalis. Bacch.4.9. ✠.52. Vide ſupr.litt.C.

senex ſtolidus. Bacch. 4.9.✠. 21.

senex delirus. Epid.3.3.✠.10.

Senex capularis, *Acheronticus*. Mil.3.1.✠.32.33.

Senex ignavus. Caſ.2.3.✠.28.

senex impuriſſimus, *barbatus*, *tremulus*. *Titanus*. h.e. tetricus. Men.2 2.✠.181.

Senex nequior. Caſ.5.1.✠.10.

Senex nequiſſimus. Merc. 2.2.✠. 34.

Senex parciſſimus. Aul. 2.5. ✠.9.

senex lepidus. Pſeud.1.5.✠.20.

Senium. αὐτὶ τῆς κακότητ⊙ ἢ κακωχίας, pro ſqualore & illuvie. Stich.1.1.✠.18.& 2. 1. ✠. 63. Manil *Æterniſq; ſenes curis*. Perſ. Sat.6. *Minui ſenio*; pro, *macrum* fieri: quod Horat. ꝑ mœſto uſurpat: ſicut *opimus* pro gaudente lib.2.Epiſt.1.

senium ac odium eſt; tædioſum, moleſtum. Trucul.1.1. verſ. 64.

Senio eſſe; tædio. Stich.1. 1. ✠.18. *senio eſt & morbo*; h. e. tædio. Truc. 2.5.✠.13.

Senſim. Idem eſt, quod, clam, latenter, atque ut loquitur A. Gell. lib.17. cap.8. *ſubmiſſim*. Plautus Caſ. 4.4. ✠. 1. *ſenſim ſuperattolle limen pedes, nova nupta*. Corn.Nepos in vitâ Attici.

Senſibilis, *Inſenſibilis*, *ſenſilis*. Activè capiuntur. *Senſibilis*, pro eo, qui ſentit, non verò, qui ſentitur. Idem valet *Senſilis*. *Inſenſibilis*, qui non ſentit, non verò, qui non ſentitur. In his vulgò à multis peccatur. Lucret. lib.2.✠.864.

Nunc ea, quæ ſentire videmus, cumq; neceſſe eſt
Ex inſenſilibus tamen omnia confiteare
Principiis conſtare.

Et mox ✠.869.

Ex inſenſilibus, quod dico animalia gigni,

Et mox ✠:887. *Ex inſenſilibus ni credas ſenſile gigni.*

Recte proinde Giſanius lib. 4. verſ.775.

Tantaque ſenſibili quovis eſt tempore in uno.

reiecit, utpote in quo contra inſtitutum Lucretii *ſenſibile tempus* diceretur, quod ſentiatur.

senus; proclivitas, affectio. Cæſar Ciceroni l.9. Attic. Epiſt. *Dolabellâ tuo nihil ſcito mihi eſſe jucundius. hanc adeò habet gratiam ille. Neque enim aliter facere poteſt. Tanta eius humanitas, is ſenſus, ea in me eſt benevolentia.*

senſus.

Senſus, pro eo, quod Galli, *voluptas*. Cicero lib. 3. de Orat. cap, *Ornatur igitur oratio genere primùm, & quaſi colore quodã, & fuco ſuo. Nam ut gravis, ut ſuavis, ut erudita ſit, ut liberalis, ut admirabilis, ut polita, ut ſenſus, ut dolores habeat, quantum opus ſit, non eſt ſingulorũ articulorum.* (Idẽ apud Ammian. Marcell. & Senecam) *& quamquam optatiſſimum eſt perpeti fortunam, quàm florentiſſimam permanere: illa tamẽ qualitas vitæ non habet tantũ ſenſum, quantum ex ſævis & perditis rebus ad meliorem ſtatum fortuna vocatur.* Varro l. 1. de re. ruſt. cap. 24. *Item illa, quæ ad hominum victum ac ſenſum, delectationemq́; non pertinent.* Livius lib. 4. cap. *Ipſe diverſiſſimis locis ſubeundo ad mœnia quadrifariam diviſo exercitu, qui alii aliis ſuccederent ad pugnam continenti die ac nocte prælio ab ſenſu operis hoſtes avertebat: donec perfeſſo à caſtris monte erecta in arcem via eſt.*

Senſus communis. Cicero pro Plancio cap. *Qui ſi eſſet turpiſſimus, candidiſſimus, tamen ipſo nomine patrio valeret apud clementes Iudices & miſericordes: valeret inquam communi ſenſu omnium & dulciſſimâ commendatione naturæ.* Et poſtea: *Omnibus illa injuria dolori publicanis fuit. ſed eum ipſam dolorem tulit paulò apertias; communis ille ſenſus in aliis fortaſſe latuit.*

ſenſus tacitus: ſenſus naturalis. Petrus Victorius lib. 13. cap. 6. Var. lection. rectè exiſtimat meo iudicio, ab Dionyſ. Halicarn. lib. de Arte, & in vitâ Lyſiæ dici hunc ſenſum ἄλογον αἴσθησιν. Cicero in Orat. cap. *Si qua res efficiat voluptatem. eadem quæ in verſibus. quorum modum notat ars, ſed aures ipſæ tacito eum ſenſu ſine arte definiunt.* Ubi Victor. leg. putat. *quorum modum non notat ars.* Et ibid. paulò ante: *Neq́; enim ipſe verſus eſt ratione cognitus, ſed naturâ atq́; ſenſu.* Idem lib. 3. de Orat. cap. *Etiam hoc, quod vulgò de Oratoribus ab imperitis dici ſolet, bonis verbis, aut aliquis non bonis utitur: non arte quadam perpenditur, ſed quodam quaſi naturali ſenſu judicatur.*

Senſus, pro, *ſententia*. Moſt. 5. 1. ℣. 22.

Sententia: pro voto. Merc. 2. 3 ℣. 36. Aul. 4. 1. ℣. 3.

ſententia: iudicium, arbitrium, arbitratus, animus. *Mea ſententia*. Caſin. 3. 3. ℣. 1. Curc. 5. 3. verſ. 37.

Santentia mea. Pœnol. 5. 6. verſ. 1.

Sententia animi. Merc. 2. 3. verſ. 104. Rud. 2. 7. ℣. 29.

Sententia ita eſt. Milit. 4. 8. verſ. 46.

Sententia ſic eſt. Trinumm. 3. 2. verſ. 9.

Sententia ſecus eſt. Epid. 2. 2. ver. 96.

ſenten-

ſententia: pro prudentia. Cicero de leg. 1. c. *Hæc enim* (Philoſophia) *una nos cùm ceteras res omnes, tum quod eſt difficilimum, docuit, ut noſmet ipſos noſceremus, cuius præcepti tanta vis, tanta ſententia eſt, ut ea non homini accipiam, ſed Delphico Deo tribueretur.* Idem l. 1. de Orat. cap. *Iam verò conſilio ac ſententia, qui regere & gubernare* Remp. *poſſent.* Sic leg. ex vet. cod. Idem Cat. Mai. cap. *Nec enim excurſione, nec ſaltu, nec eminùs haſtis, nec cominùs gladiis uteretur, ſed conſilio, ratione, ſententiâ.*

ſententias loqui: *ſententiosè loqui.* Cicero lib. 4. Herenn. c. 52. *At ille: in extremo vitæ tēpore etiam ſententiosè loqueris?* Terent. *ſententias loquitur carnifex.*

ſententia; pro cogitationibus. Moſt. 1. 3. ✠. 15.

ſententiam alicuius inſpicere. Mil. 2. 1. ✠. 51.

in *Sententiis eſſe poſitum*: pro, variè ſentire. Epid. 3. 4. verſ. 84.

ſentes. Capt. 1. 2. ✠. 79.

ſentes dicuntur ſervi, miniſtri rapaces. κτ. μεταφορὰν. Caſ. 3. 6. ✠. 1.

ſenticetum; locus ſentibus obſitus. Capt. 4. 2. ✠. 80.

ſentire: pro, videre. Bacch. 4. 9. ✠. 78. Trin. 3. 2. ✠. 22.

ſentire; experiri, animadvertere. Aſin. 1. 1. ✠. 47.

ſentire ſonitum; pro, *audire.* Curc. 1. 2. ✠. 69.

ſentis ſimilis; ſpinæ. Truc. 2. 1. v. 16.

ſeorſum. Germ. Auſſeiu Seit. Aſin. 2. 2. ✠. 95.

ſeorſus, a, um. ſeparatus diſtinctus. ut, Prorſus. Sed hæc abſoleta ſunt. Plautus Rud. 5. 2. ✠. 27. *Centū minæ in paſceolo ſorsùs.* Cato Orat. ad Equites: *Maiores ſeorsùm atque diverſùm pretium paravere bonis atq; ſtrenuis*

ſepelibilis ſtultitia. Ciſt. 1. 1. verſ. 64.

ſepelire ſomnium; abigere. Moſt. 5. 2. ✠. 1.

ſepia. piſcis genus. Rudent. 3. 2. ✠. 45.

ſepiola. Caſ. 2. 8. ✠. 59.

ſeptempedalis ſtatua. Curc. 3. ✠. 70.

ſeptimi die. Vide litt. D.

ſeptentriones. Amph. 1. 1. ✠. 116.

ſeptuennis. Latina compoſitione, *ſeptem annorum.* Pœn. Argum. ✠. 1. Bacch. 3. 3. ✠. 36. Marc. 2. 2. ✠. 21. Men. Prol. ✠. 24.

ſepulchrum dici: de ſumma bilaritate convivandi. Men. 1. 2. ✠. 42.

ſepulchrum vetus; de ſene capulari. Pſeud. 1. 4. ✠. 19.

ſequeſter. Merc. 4. 3. ✠. 36. Dicitur apud quem plures rem, de qua eſt controverſia, deponunt. Græcis μέσος, μεσέγγυος. *A ſequendo*: quod eius qui electus ſit, utraque pars fidem ſequatur. Vide alia apud Juriſconſultos.

ſequeſter arbiter. Rud. 4. 3. ✠. 65. 79. 101. Tertullianus de Patientia cap. 15. Vide locum.

In

In ſequeſtro ponere. Elegãter dicitur à Veteribus: quod minus Latinè, *Sequeſtrare* à recentioribus: quo ne Juriſconſulti quidem ſunt uſi. Vide Lexicon Juris.

Sequi; pro. *conſectari.* Caſ.1.1.℣.4. Gloſſæ Philoxeni: *Conſectatur.* ἐξέρχεται εἰς τὸ παρατηρεῖσθαι ἢ διαφθείρεσθαι. Nempe intelligenda: διαφθορεὺς τοῦ παιδὸς ἢ παρθένου

Sequi; antiqui, pro, *dicere,* uſurparunt. Mil.4.6 ℣ 5. *Sic* Cato: *Scelera nefaria quæ neque homines inſequenda, neq; legenda audiverint.* Ennius:

Inſece Muſa manu Romanorũ induperator.

Quod quiſq; in bello geſſit cum Rege Philippo.

Livius Andronicus:

Inſeq; Muſa virum verſutum.

Ovid. Met. 13.

Nereis his contra reſecuta Crateide natam eſt;

h.e. *reloquuta,* ut loquuntur Sabini. Vide etiam Spicil. Palmerii. Lampr. Critic. p.676.

Sequimur eminus; ſubſequimur cominus. Amph.2.2.℣.1.

Sequius; negligentius, deterius. Vide etiam, *ſecus.* Ciſt.4.2.℣.24. Trinumm.1.2.℣.95. Varro apud Nonium: *Non modò abſens quicquam ſequius de te cogitabit, ſed etiam ruminabitur humanitatem.* Vide Turneb. lib.14. cap.17. Sueton. Tiber. cap. *Multa multorum Claudiorum egregia merita, multa etiam ſequius admiſſa, in Remp. extant.* Sic ibi vet. c. vulg. *ſecus.* Africanus apud Chariſium: *Si nid, quod non ſpero, ratio talis ſequius ceciderit.* Apuleius lib. 7. Metam. *ſumptâ reſte muliebri floridâ in ſinus flaccidos abundante, mitellâq; textili contexto capite, calceis femineis albis illis & tenuibus indutus, & in ſequiorem ſexum inſertus atq; abſconditus.* Et lib.10. *Vt ſi ſexus ſequioris edidiſſet fœtus, protinus quod eſſet editum, necaretur.* Marcellinus lib.18. *ſi fortuna ſequior ingruiſſet.* Ulpia. l. cum hi §. ſed & perſonarũ, D. de tranſact. *Vnum frugi vita ſint hi, qui alias ſibi ſufficere poſſint, an ſequioris, qui de alimentis pendeant.* Ita ibi cod. antiqq.

Sequius quàm. Aul.3.2.℣.22. Plin. Paneg. cap. LIII. *Meminerint ſic maximè laudari incolumem Imperatorem, ſi priores ſequius meriti reprehendantur.* Symmach. lib.10, Epiſt.49. *ſequius meritus de Rep.* Ita paſſim ferè ex caſcis libb. reſtituendum τὸ *ſequius,* cui voci, ut ait *Muretus* lib.16. cap.19. librarii videntur aliquando inimici fuiſſe.

Sereno. Conciſè, pro, cælô ſereno. Livius lib.37. cap. *Nurſio ſereno ſatis conſtabat nimbum ortum.* Mox: *ſereno cælo interdiu obſervata lux eſt.*

Serenus: ſiccus. Merc.5.2.℣.35.

Digitized by Google

Serere diem: agere, tranſigere. Ennius apud Soſipatr.

Æternum ſeritote diem concorditer ambo.

ſerere mores. Plautus Trin. 2. 4. ℣. 131. de malo, & infelici agro: *Hem! iſtic oportet obſeri mores malos, ſi in obſerendo poſſint interſieri.*

Serere ſermonem. Curc. 1. 3. ℣. 37. Vide paulò poſt: *ſermones ſerere.*

ſerere negotium. Moſt. 5. 1. ℣. 51. Vide Lexicon Lucret. Daniel. Parei. *ſerere vulnera.* Tac. lib. 12. Ann. cap. 4. *ſerere crimina in Silanum.* Livius dixit, *bella ex bellis ſerere.* Tacitus lib. 23. *Et ſequentibus diebus crebra pro portis prælia ſerebant.* Silius l. 3. Punic. *Fundâ bella ferens Balearis, & alite plumbo.* h. e. ſpargens. Salluſt. Hiſtor. 1. Orat. Philippi: *Quibus quies in ſeditionibus, in pace turba ſunt. Hi tumultum. bellum ex bello ſerunt.* Arnobius lib. 2. adv. gent. *suis ſententiis bella cum adverſariis conſerũt, & pervicaciâ ſemper digladiantur hoſtili.* Lucret. V. 1289. *Vulnera vaſta ſerebant.* Silius Italic. lib. 1. ℣. 236. *Qui jam vicina ſerebat Vulnera pugnãtis tergo.* Sic Statius dixit *librare vulnera*, quaſi librato & iacto telo inferre. Et lib. 2. Achill. ℣. 35. *Campum ſerere alterno ſermone,* quãdo obambulantes in cãpo colloquuntur. Statius lib. 6. Theb. verſ. 778. *illum rigida arma caventem Adverſus, & manibus nec opinum interſerit ictum Callidus, & mediam deſignat vulnera frontem.* Et lib. 6. Theb. ℣. 939. *Multa duces errore ſerunt.* hoc eſt, loquuntur. Sic Gloſſæ λέγω, *dico, for, memoro; ajo, ſero.*

ſerere fallaciam. Pœn. 1. 1. ℣. 67.

ſerere labra. Mil. 4. 8. ℣. 25. De quo loco vide Animadverſ.

seria; ſunt vaſa fictilia ampliora, & capaciora, in quibus ſalſæ carnes reconduntur. Capt. 4. 4. ℣. 9.

seriò: ſevere, ſine riſu. *Nonius* Amph. 2. 2. ℣. 224. Bacch. 1. 2. ℣. 42.

serio ac vero. Amph. 3. 3. ℣. 9.

serium & ſeverum. Pœn. 5. 4. ℣. 17.

Sermo; pro eo, qui in ore eſt omni populo, ut loquitur Ter. Pſeud. 1. 5. ℣. 4. Sic apud Propert. l. 1. Eleg. 15. ℣. 2 ℣. 24. *Hiſtoria* pro eo, de quo ſcribitur hiſtoria. Et Juven. Satir. 10 ℣. 167. *Declamatio* pro eo, de quo habetur declamatio. —— *ut declamatio fias.* Vide plure Paſſerat. Comment. ad Propert. pag. 166. B.

sermo: appellative. Bacch. 1. 2. v. 8

sermo brevis, longinquus. Mil. 4. 2. ℣. 19.

sermo congruus. Mil. 4. 3. ℣. 23.

Sermone diem terere. Trin. 3. 3. ℣. 63 Ovid. lib. 1. Metam. ℣. *Detinuit ſermone diem.* Horatius: *ſermone noctem extendere.*

sermones moleſti & morologi. Pſeud. 5. 1 ℣. 21.

Sermo litterarum. Pſeud. 1. 1. ℣. 97. Vide, Loqui

Sermo

ſermo: pro familiari colloquio, vt & *Fabula* vnde *Fabulari*. ſtich.4.1.℣.71.

ſermonẽ copulare. Pœn.3.3.℣ 41.

ſermonem edere. Aul.3.6.℣.1. *Vide* litt. E.

ſermonem legere: audire, intelligere, plane Comice. Pſeud. 1.4.℣.21.

ſermonem guſtare: auſcultare. Moſt. 5.1.℣.15.

ſermones ſerere: propriè dicitur, pro facere. Aul. 4.5.℣.7. Mil. 3.11.℣.105. Vide paulò ante, *ſerere ſerm*.

ſermones cõferre. Curc.2.3.℣.11.

ſermones texere. Trin.3.3.℣.68.

ſermone: ob ſerm. Pſeud.1.2.℣.67.

ſermonis quid habeat. Pœn.4.1. verſ.6.

ſermonis auceps Mil.4.1.℣.9. *Et ſermonis venator*. Mil.3.1.v.13.

ſermonem quærere dicebatur is, q quærit occaſionẽ, & initia colloquii, aut qui undecumque aliquid inveſtigat, quod alium ad fabulandum provocet. Terent. Eun.3.3.℣.9. *Ipſa accumbere mecum: mihi ſeſe dare, ſermonem quærere*.

ſermonis verbo in malam partẽ ſæpe utebantur, quaſi pro detrectatione & calumnijs. Cicero Epiſt. ad *Varr*. *Debemus ſermonem iȷs. qui neſcinnt, ut nobis, quocumque in loco ſimus eundem cultum, eundem victũ eſſe. Quid refert? tamen in ſermonem incidemus*. Idem 4. Accuſ. Varr. cap. *Ne in ſermonem hominum atq; in tantam vituperationem veniret*. Et pro Flacco cap *Laliꝰ ex his rebus, quas ſuſcepit gloria cauſâ patet aliquid oratione meâ ſermonis in ſeſe aut invidia eſſe quaſitum*. Et 1. Catil. *Vix feram ſermones hominum, ſi id feceris. vix molem iſtius invidia, ſi in exilium ieris, juſſu Conſulis ſuſtinebo*. Idem pro Milon. cap. *An verò obliti eſtis, Iudices, recenti illo nuncio necis Clodianorum etiam imperitorum, quo negabant, eum Romam eſſe rediturum*. Et lib. 2. Epiſt. 17. *Moleſteque ferebam, de eâ re minus commodos ſermones male volorum fuiſſe*.

ſerram ducere. reciprocare. Phraſis eſt militaris. Nam *ſerra*, ut *Cuneus*, *Forfex* &c. erat certus modus aciei inſtruendæ, teſte Agell. 10.9. Vnde *ſerram ducere*. Quæ tamen phraſis à ferramento, cuius imago erat illa aciei inſtructio, primam originem videtur habere. Nam qui ſerrâ ad ligna findenda utuntur, propriè *ſerram ducere* dicuntur. Tertullianus de Corona, *Serram reciprocare*, dixit. Hinc autem tralatè pro, altercari, & concertare cum aliquo. Vegetius lib. 3. cap. cap. 17. *Nam directa acies hoc ſolùm agere debet. ſi poteſt. ut hoſtem appellat, aut fundat. Si cuneus ſit agendus, aut forfex ſuperfluos habere debet is poſt aciem: de quibus cuneum aut forficem facias. ſi ducenda ſit ſerra, item ex abundantibus ducetur. Nam ſi de loco*

ſuo ordinatum militem transferre caperis, univerſa turbabis. Varro de re ruſt. lib. 3. c. 9. *Axius, de Parnone, inquit, liberè licet, dicere, quoniam diſceſſiſſet Facellius, qui ſecus, ſi quid diceret de iis gentilitatis causâ fortaſſe ante eum duc.* &c. Vide Caſtigat. Joſeph. Scalig. ad Varr. p.

Sertus, a, um, Sertæ coronæ, ſerti flores.. Lucan. lib. 10. ✝.

Accipiunt ſertas nardo florente coronas.

Ita leg. ex v. c. vulg. *certas.* Apuleius lib. 10. Met. *Qua jaculis floris ſerti & ſoluti Deam ſuam propitiantis.*

Serva opera, Perſ. 2. 4. ✝. 9.

Servare. Medicorum verbum eſt. Amph. 1. 1. ✝. 157. Anthol. lib. 1. Ἰητρικὸς ... φιλ... ἦν με ... καὶ σώτο λαῶν ἔθνεα καὶ νεκύων ... ἀίδη. Hinc Medici dicti σωτῆρες, *servatores.* Ariſtænetus lib. 1. Epiſt. 13. ὁ μὲν πατὴρ καὶ πάντες οἱ λοιποὶ σωτῆρα τ ἄνδρα ... καὶ φιλοφρόνως ἠσπάζοντο ... Ovidius lib. 4. de Ponto Eleg. 15. *Teq; mea cauſam ſervatoremque ſalutis, Meq; tuâ librâ novit & ære minus.*

Servare de loco, ut, de domo, de urbe. ne quid mali fiat, curam gerere, pro *Obſervare,* de quo ſupr. Quod tamen Poëticum & Hiſtoricum potius eſt, quã Oratorium. Aſinar. 1. 2. verſ. 3. & 4. 1. ✝. 60. Aul. 1. 2. verſ. 3. ✝ 2. 7. ✝. 2. & 3. 6. ✝. 21. Curc. 4. 2. ✝. 1. & 5. 2. verſ. 41. Bacchid. 2. 3. ✝. 84. Men. 1. 2. ✝. 14. & 1. 3. ✝. 33. Mil. 2. 3. ✝. 71. Ciſt. 1. 1. ✝. 107. Moſt. 2. 2. ✝. 22. Terent Eun. 4. 7. ✝. 10. *Solus Sannio ſervat domi.* Virg. l. 6. Aen. 575. *—cernis cuſtodia qualis Veſtibulo ſedeat? facies qua limina ſervet?*

Et lib. 4. Georg. ✝. 110.

Et cuſtos furum ſervet tutela Priapi.

Hor. lib. 2. Sat. 3. ✝.

—clamet amica:

Hic foſſa eſt ingens. hic rupes maxima. serva.

Livius lib. 39. cap. *Triumviris capitalibus mandatum eſt, ut vigilias diſponerent per urbem, ſervarentq;, ne qui nocturni cœtus fierent.* Petronius Satir. *Proximâ autem nocte cùm moles, qui crucem ſervabat, ne quis ad ſepulturam corpus detraheret.* Cicero quoque adoleſcens pro S. Roſcio cap. *Nihil enim mali eſt; caves tibi quàm plurimos eſſe, ubi permulti obſervandi, multaq; ſervanda ſunt.*

Servare. Interdum ſine adiuncto. Ut, *ſervare domi.* h. e. cuſtodem agere. Et ſic paulò ante Terent. Eun. 4. 7. ✝. 10. Et Ovid. lib. 1. Met. ✝.

Inde ſuis nucib' cupiebat bina. Cetera ſervabant, atq; in ſtatione manebant.

Etiam de homine interdum. Terent. Andr. 1. 3. ✝. 7. *Me inſenſus ſervat, ne quã faciam in nuptiis fallaciã.* Sic dicitur: *Obſervare jannã, filiũ aliquẽ.* &c. Plau. Aſin. 2. 2. ✝. 7. *Va illi! qui tã in diligẽter obſervavit januã.*

Ita

Ita edidi hunc locum ex omnibus Mſſ. Pall. Vide Animadverſiones noſtras. Mil. 2. 4. ℣. 46. *obſervare oſtium.* Ita *obſervari* dicuntur, qui agere aut conari nihil ſine arbitris poſſunt.. Terent. Andr. 1. 1. ℣. 143. *Obſerves filium quid agat, quid cum illo conſilij capiet.* Cicero 2. Philipp. cap 20. *Poſtea cuſtoditus ſum à te, tu à me obſeruatus in petitione quæſturæ.* Quæ lectio proba, nec mutanda. Vide Muret. lib. 18. cap. 7. Var. lect. & Gulielm. Quæſt. Plaut. ad Aſin. cap. 5.

Servare de cælo. Augurale verbũ: pro *Obſervare.* Ex eo & Virg. *Sidera ſervare.* Etiam Cicero interdum. Cicero: *Negant fas eſſe agi cum populo, cùm de cælo ſervatum ſit.* Virgil. lib. 1. Georg. ℣. 205.

Præterea tam ſunt Arcturi ſidera nobis
Hædorumq; dies ſervandi, & lucidus anguis.

Et lib. 5. ℣. 25.

Si modò ritè memor ſervata remotior aſtra.

Et lib. 6. Aen. ℣. 338.

Qui Lybico nuper curſu dum ſidera ſervat.

Cicero de Divinat. cap. *Contemnamus etiam Babylonios, & eos, qui ex Caucaſo cæli ſigna ſervantes* &c. Et eod. lib. cap. *Vt enim eos accepimus ortum Caniculæ diligenter quot annis ſolere ſervare.* Sic quoque poſteriores verbo *Servandi* uſi ſunt, pro *obſeruare.* Paulus JC. l. 65. actione §. Labeo pro ſoc. *Semper enim non id, quod priuatim intereſt, unius ex ſotiis ſervari ſolet, ſed quod ſocietati expedit.*

Servare: pro. *beare.* Men. 5. 9. ℣. 55. 61. Pſeud. 2. 2, ℣. 19. Capt. 4. 1. ℣. 1.

Servare: liberare, σώζειν, λυτροῦν. Inde σωτὴρ *Servator.* Men. 5. 7. ℣. 35. & 5. 9. ℣. 6. Mil. 1. 1. ℣. 13. Pœn. 3. 1. ℣. 59. Rud. Prol. ℣. 37. Truc. 2. 7. ℣. 17.

Servare imperium. Pſeud. 2. 4. ℣. 7. Ennius lib. 16. Annal. *Navorum imperium ſeruare eſt in ſuperantum.*

Servare invitum. Ter. Heaut. 3. 2. ℣. 24. *Atq; hunc difficilem invitum ſervaret ſenem.* Horat. Art. ℣. 467.

Invitum qui ſervat, idem facit occidenti.

Servare ſe. Bacch. 4. 9. ℣. 28.

Servaſſo. Moſt. 1. 3. ℣. 71.

Servaſſit. Ciſt. 4. 2. ℣. 76. Pſeud. 1. 1. ℣. 35. Trin. 2. 2. 103.

Servator hominum. Pſeud. 3. 2. ℣. 84. Vide infr. *Soter,* & *Salvator.* & ſupr. Conſeruator.

Servi Comici: ſunt ij, qui inſignis nequitiæ & fraudulentiæ ſpecimen præbent; ſicut *Senes comici.* qui ſenilis ſtultitiæ quaſi παραδείγματα ſunt. Capt. 4. 1. ℣. 8. Vide P. Victorii l. 8. c. 12. Var. lect.

Servi: ſtimulorum loculi, Acheruns. Caſ. 2. 8. ℣. 11.

Servi familiares. Vide, *Familia.*

Servi rapaces comparantur ſentibus. Caſ. 3. 6. ℣. 1.

Servi venales. Aul. 3. 3. ℣. 4.

Servibo ἀρχαϊκῶς. Capt. 2. 1. ℣. 50.

Men.5.9.✝.42.Merc.3.2.✝.3. Trin.2.2.✝.27.

Servientia. Rud.4.2 ✝.13.

Servilicola ſordida. meretrices. Pœn.1.2.✝.53. hoc eſt, ut ibidem ✝.58. *Servulorum ſordidulorum ſcorta*.

Seruile officium. Vide litt. O.

Seruiles nuptiæ. Caſ.Prol.✝.68. h.e. illegitimæ.

Servire rumori. Trin.3.2.✝.14. Vide Comment. Bud. L. G. pag.414. Sic apud Ciceronem *Servire ingenio, Servire naturæ*, qui naturam ſuam ducem ſequitur, & indulget voluptatis cauſâ. lib 9. Epiſt.17. *Nos illi ſervimus, ille temporibus*. Et lib.12. Epiſt.6. Attic. *Servio ita cupiditati, & dolori meo, ut à te regi velim*. Et lib.1. Epiſt.1. ad Q. Frat. *Non officiis, ſed temporibus ſerviunt Græci*. Et pro Sextio cap. *Et huic potius tempori ſerviam, quàm dolori meo*. Propert. li.1. Eleg. 7. *Nec tantum ingenio, quantum ſervire dolori cogor*. Servit dolori, qui ei obſequitur, & lenire ſtudet.

Servire ſervitutem. Mil.2.1.✝.17. Trin.2.1.✝.21.23. Capt.2.3.✝.31.

Servitium, pro, *ſervis*. Curc.2.3.✝.21.

Servitum abducere aliquē. Pſeu.1.5.✝.105.

Servitus homini opulento. Amph.1.1.✝.12. Sic, *timidus navi*. Rud.2.3.✝.36, &, *ſtudioſus adulterio*. Mil.3.1.✝.204.

Servitus lenonia. Pſeud.3.1.✝.1.

Servitus privata, publica. Capt.2.2.✝.84.

Servitus ſceleſta. Curc.1.1.✝.40.

Seruitus ſolida: de perenni ſervo, Perſ.3.3.✝.20.

Servitutem colere. Pœn.3.5.✝.7. Vide Animadv. Iſaaci Caſaub. ad Athen.l.7.c.18.

Servolus. Truc.2.4.✝.74.

Seruorum venalium grex. Ciſt.4.2.✝ 67.

Seruulorum ſordidulorum ſcorta diobolaria. Pœn.1.2.✝.58.

Seruuli homines. Stich.3.1.✝.37.

Seruus. Exercitus lorûm, Gymnaſium flagri, cuſtos carceris, catenarum colonus, virgarū laſcivia. Aſin.2.2.✝.31.32.68. & 3.2.✝.8. *Cribrum carnificū*, Moſt.1.1.✝.52.

Servus armiger. Vide, *Apparitor*.

Servus atrienſis. Aſin.2.4.✝.25. & ſeqq. Pſeud.2.2.✝.15. Dicebantur ſervi atriēſes ab *atrio*. Aſin.2.1.✝.16. Caſ.2.6.✝.30. Et erant totius domus honoratiſſimi & potentiſſimi, & quaſi columina, qui domini negotia procurabant, nec parum iuris in alios ſervos habebant. Vide etiam *Atrienſis*.

Seruus dotalis. Aſin.1.1.✝.72. eſt, quem uxor cum dote ad maritum attulit. Cui opponi putat Spigelius *Receptitium*. Cōtra tamen Douſa, qui eundem eſſe cenſet. Dictus enim *Receptitius*, quaſi *exceptitius*, qui cum reliqua pecunia exceptus, nec doti datus, ſed retentus fuit. Vide Agell.lib.17. 56.

Seruus frugi. Aſin.2.4.&.91. Aul. 4.1.✝.1. Caſ.2.3.✝.37.

Seruus graphicus, & quanti vis pretij. Epid.3.3 ✝.29.

Seruus

Servus herus: ſunt relata, Capt. 3.4.℣.101.

Servus homo: adiectiuè. Aſin.2. 4.℣ 64. Epid.1.1.℣.58. & 3.1. ℣.7. Stich.1.2.℣.1.& 5.4.℣10.

Servus nequam: improbus, qui amoribus indulget. Caſ.2.3. ℣.39.& 3.6.℣.15.

Servus nequam, & malus. Pœn. 5.2.℣.70.

Servus peculiaris. Capt. Prolog. ℣.20.

Seruus peculioſus. Vide litt. P.

Seruus ſceleſtus, infidelis. Trin.2. 4 ℣.126.

Seruus violentiſſimus. Truc.2.1. ℣.39.

Seruus vicarius: dicebatur ſervi ordinarii ſervus. Aſinar.2.4. ℣.27.

Seſamum: inter bellaria eſt: ſicut & papaver. Pœnol.1.2.℣.113. Vide Notas virorum doctorum in proœmium Petroniani Satyrici: necnon Iſaacum Caſaub. ad Athen. lib.3. cap. 27.

Seſe & *ſe*, abundat ſæpè, aut elegantiæ cauſa additur. Ut, *ſeſe ſtudet*: aut, *ſe vult præſtare cæteris*. Cælius lib.7. *Ita uti ſeſe quiſq; vobis ſtudeat æmulari in ſtatu fortunæ Reipublicæ eadem re geſta*. Apud Feſtum in Topper. Salluſt. Catil.cap.1. *Omnes homines, qui ſeſe ſtudent præſtare cæteris animantibus*. Terentius Eun.Prol.℣.1. *Qui placere ſe ſtudent bonis quam plurimis*. Et ead.2.2.℣.17. *Eſt genus hominum qui eſſe primos ſe omnium rerum volunt*. Cicero lib.2. Offic.cap. *Gratum ſe videri ſtudet*. Et lib.2. Tuſcul cap. *Eſt enim genus eorum qui ſe Philoſophos appellari volunt*. Terent. Andr.1.5. ℣.3. *Vxorem decrerat dare ſeſe mihi hodie*. Et ead.4.5.℣.2. *Quæ ſeſe inhoneſtè optavit parere hîc divitias potius, quàm in patriâ honeſtè pauper vivere*. Livius lib 2.cap. *Qui ſe bene mori, quàm turpiter vivere malunt*.

Seſquiopus. Capt.3.5.℣.67.

Sequipede longior. Trin.4.2.℣ 58.

Seſſibulum merum. Pœnol.1.2. ℣.56.

Seſſio. De loco ipſo, ut &, *Ambulatio*, & *Cenatio*. Idem ferè quod. *Sedes*, vel, *Exedra*. Cicero initio lib.5. de fin.c. *Hic eius auditor Polemo, cuius ipſa illa ſeſſio fuit, quam videmus*.

Seſſores pro incolis. Nepos in vita Cimonis: *Cyprum quam eo tempore Dolopes incolebant, quòd contumacius ſe geſſerat, vacuefecit, ſeſſoreſque veteres urbe inſulâque ejecit, agros civibus diviſit*.

Seſſum incedere. Pœn. Prol.℣.10.

Seſtertium, *Sextertium*, *Sextertio centies*. Varro lib.3.de ruſt. c.17. *Vno tempore enim memini hunc Cæſari duo millia murenarum mutua dediſſe in pondus: & propriè piſcium multitudinem quadragies ſeſtertio villam veniſſe*. Val.Max.lib.9. cap.1 *Quem continuo Craſſus, quanti ipſe domũ ſuam æſtimaret, interrogavit. Atque ut reſpondit ſexagies ſextertio: quãto ergò eam, inquit, minorem*

 fore

fore exiſtimas, ſi decem arbuſculas inde ſuccidere? Ipſo *tricies ſextertio ait Domitius. Tunc Craſſus: Vter igitur luxurioſior eſt? Egone, qui decem columnas centum millibus numûm emi an tu, qui decem arbuſcularum umbram tricies ſextertiûm ſummâ compenſas?* Sic legendus totus hic locus ex v. c. Ibid. de Curionibus: *Si quidem forum noſtrum, & patris graviſſimum ſupercilium, & filij ſexcenties ſextertiûm æris alieni aſpexit.* Nepos in vitâ Attici: *tantâq; uſus eſt moderatione, ut neq; ſexſtertio vicies, quod à patre acceperat, parum ſe ſplendidè gesſerit, neq; in ſexſtertio centies affluentius vixerit, quàm inſtituerat.* Ibid. *Ex quâ hæreditate accepit circiter centies ſexſtertiûm.*

Seſtertium. Idem quod, *Seſtertius.* Varro lib. 3. de r. r. cap. 16. *Hos numquam minus, ut peræquè ducerent dena millia ſeſtertia, ex melle recipere eſſe ſolitos.* Nepos in vitâ Attici: *Sicut Ciceroni in omnibus eius periculis ſingularem eius fidem præbuit: cui ex patriâ fugienti ſexſtertia ducenta, & quinquaginta millia donavit.* Ita leg. ex v. c.

Seſtertium quinquagies. Men. 5. 9. ℣. 99.

Seſcuncia copula: ſunt vincula ſervorum, craſſitudine ſeſqui pollicari. Nam *uncia* apud Vegetium ſunt pollices. Epid. 5. 1. ℣. 11.

Seſuncia emi: caro pretio. Truc. 2. 2. ℣. 57. Vide de hoc loco Animadverſ.

Setæ: de hirſutâ barbâ. Caſ. 5. 2. ℣. 40.

Setanium, aut *ſetania:* genus meſpili in Italia frequens. Truc. 5. 1. ℣. 16. Vide Muretum lib. 9. cap. 13. Var. Lect.

Severitudo. Epid. 5. 1. ℣. 3.

Severum: pro *atroci, immiti:* Nonius. Ciſt. 3. ℣. 15.

Sevocare: eſt, *ſeorſum vocare.* Aulul. 3. 6. ℣. 13. Men. 5. 9. ℣. 25. Merc. 2. 3. ℣. 45.

Sexagintaanni: pro, multis annis. Moſt. 2. 2. ℣. 63. Merc. 3 1. ℣. 26.

Sexennis, Pœnol. 4. 2. ℣. 8. & 5. 2. ℣. 27.

Sexcenta. Numerus finitus pro infinito. Aul. 2. 4. ℣. 41. Bacch. 4. 9. ℣ 111. Pſeud. 2. 2. ℣ 37. *Sexcenta tanta.* Trin. 3. 3. ℣. 62. Men. 5. 4. ℣ 8. Propert. 1. 5. *Sexcenta tanta.*

Sextarius. Veteres eo vtebantur in liquoribus: ut *Seſtertio* in nummis. Ut nos Germanicè **Ein Maaß.** Cicero lib. 2. Offic. cap. *At hi, qui ab hoſte obſidentur, ſi emere aqua ſextarium cogerentur minâ.*

Sexungula: ancilla rapax. Truc. 2. 2. ℣. 57. Sic Aul. 3. 6. ℣. 18. *coqui cum ſenis manibus.* Vide Animadverſiones de loco Trucul.

Sexus τό: vel ut alij, *ſecus.* Rud. 1. 2. ℣ 19. *ſecus virile:* quem locũ citat Priſcianus lib. 5. Salluſtius in Hiſtor. *At Metellus in ulteriorẽ Hiſpan. poſt annũ regreſſus, magna gloria, cõcurren-*

rentium undique virile & muliebre ſexus per vitis & tecta omnium viſebantur. Videndus etiam *Auſon.* Poema de vſu antiquæ locutionis. libro 1. capite 3. Sic Agell. ex Varrone libro 3. capite 10. *poſt deinde quartâ hebdomadâ, quod eius virile fœtus futurum eſt, caput, & ſpina, quæ eſt in dorſo, informatur.* Vbi Lipſius lib. 1. Elect. cap. 7. malit *virile ſecus.* Apul. de doctr. Plat. pag. 27. *non virile ſecus modò, ſed etiam fœmineum.* Et lib. 10. Met. pag. 249. *ut ſi ſexûs ſequioris edidiſſet fœtus.* ubi tamen in Mſſ. libb. eſt non *fœtus*, ſed ſexus.

Si: interdum ἰλλείπει eleganter. Menæch. 1. 3 ℣. 24. *Scio, curabo quæ volet*; h. e. ſi ſcio aut ſciero. Pſeud. 2. 2. ℣. 46. Symmachus libro 6. Epiſt. 52. *abſque adventus veſtri petitione foret.* Terent. Phorm. *Non abſque te eſſet: rectè ego vidiſſem mihi.* Vide in Mantiſſa ELLIPSIS.

Si: pro, *an.* Moſtellaria 3. 2. ℣. 151. Ciſtellaria 1. 3. ℣. 37. Epid. 4. 1. ℣. 16. Bacchid. 3. 5. ℣. 4. Men. 1. 2. ℣. 33. Mil. 4. 8. ℣. 52. Merc. 1. 2. ℣. 44. Pœn. Prol. ℣. 12. & 5. 2. ℣. 156 Caſ. 3. 4. ℣. 1. Aſin. 2. 3. ℣. 13. Propert. libro 2. Eleg. 29. ℣. 23.

Mane erat & volui, ſi ſola quieſceret illa,
Viſere; at in lecto Cinthia ſola fuit.

Terent. Eun. 3. 4. ℣. 7.

Ad eum viſam ſi domi eſt.

Horat. lib. 1. Epiſt. 7. ℣. 49.

Inſpice ſi poſſum donata reponere lætus.

Tibull. l. 3. Eleg. 1. ℣. 19.

Illa mihi referat, ſi noſtri mutua cura eſt,
An minor.

Livius lib. 33. *Percunctatus ſi conſilium non univerſale ſolum, ſed etiam ſalutare admittere auribus poſſet.*

Si: pro, *etſi*, eleganter. *Si, tamen.* Ciſt. 1. 1. ℣. 29. Amph. Sc. *DI voſtram.* ℣. 50. & 3. 2. ℣. 27. Capt. 3. 3. ℣. 14. Bacch. 1. 2. v. 20. & 2. 2. ℣. 2. & 4. 9. ℣. 81. Moſt. 1. 1. ℣. 41. & 2. 1. ℣. 4. Mil. 3. 1. ℣. 36. Pſeud. 1. 1. ℣. 85. Apud alios quoque autores eodem modo capitur.

Horat. lib. 1. Sat. 9. ℣. 58.

—*Non hodie ſi*
Excluſus fueram, deſiſtam.

Vell. Paterc. lib. 2. cap. 41. *cur enim, quod vel maximum eſt, ſi narrari verbis ſpecioſis non poteſt, omittatur?* Idem lib. 2. c. 99. *Vt omnes Procoſſ. legatique, qui in tranſmarinas profecti provincias, viſendi ejus gratia eum convenere, ſemper privato (ſi illa majeſtas privata nunquam fuit) faſces ſuos ſubmiſerint.* Cicero lib. 5. ad Attic. Epiſt. 4. *Nunc ſi jam res placeat, agendi tamen viam non video.* Video τὸ *ſi* poſitum pro *etiamſi*, vel *etſi jam*: Quomodo etiam in Florentino codice Flori legitur. l. 2. cap. 19. *Quæ ſi juncta inter ſe ſunt omnia atque confuſa, tamen quo melius appareant, ſimul & ne ſcelera virtutibus obſtrepent, ſeparatim proferentur.* Cicero pro

Marcello cap.7. *Quem Deum ſi cupiat:*

si. Particula temporis, pro, ſimulatq;, cumprimum, & ubi primum. Catullus:

Nam ſi luxerit ad librariorum
Curam ſcrinia.

Virgil.lib.5. Aen.℣.63.

Præterea ſi nona diem mortalibus
almum Aurora extulerit. &c.

Et lib.6.℣.827.

Heu quantum inter ſebellum,
ſi lumina vitæ
Attigerint, quantus acies, ſtraĝ
gemque ciebunt.

Vide plura apud Ioſ.Caſtal. Obſerv.Dec.10.cap.9.

si: pro, *ac ſi quaſi*, &c. *si ſeruus meus, nihilo ſecius obſequioſus fuiſti.* Capt.2.3.℣.57.

si audes. Blandiendi form. Aul.2.1,℣.48.Trin.2.1.℣.17.

si ne: ſi non.Rud.3.4.℣.26.

si: pro, *ſiue* Capt.1.2.℣.5. Curc.1.1.℣.4.Ciſt.1.1.℣.69.Merc.2.2 ℣.35.& 2.7.℣.11. Pſeud.1.5.℣.129,& 4.6.℣.9.Rud.2.7.℣.11.& 3.4.℣.9 & 4.7. ℣.31. Stich.3.1.℣.18.Trin.1.2.℣.35. Truc.4.3. ℣.58. Ita omnino formula precum & ſacrorum quæ ignoto Numini fiebant apud Agell.lib.2. cap.28. SI DEO. SI DEÆ. quam Arnob. lib.3.integre effert: *Siue Dea,* Idem Agell.lib.9.cap.16. *si placet lex, reddo: ſi non placet, reddo.* Ennius; *si viuimus, ſiue morimur* Propert.lib.2. *Quod ſi tu Graias, ſiue es imitata Latinas.* Catullus in Egnatiũ. *si ad rei ventum eſt ſubſellium, ſeu pij ad rogum filij Lugetur*——Ita emendauit Accidal.Terent. Andr.1.3.℣.11:

si ſive ni, nive. Particulæ inſponſionibus & ſtipulationibus uſurpata.Rud.2.7.℣.9. Pſeud.4.6.℣.9. Vide B.Briſſ. Form. lib.6.

si; pro, *cum, poſtquam,* ſimulatque, poni amat. Aſin.1.3.℣.75. Capt.Terent. Phorm.*Non ſi rediſſet pater, veniam ei daret:*

si Dij volunt. Religioſa exceptio.sic, DIs bene iuuantibus si Dij adiuuant: ſi DIs placet. Plautus Bacch.2.3.v.5. *Exſexã ego illum pulchrè iam ſi DI volunt.* Græci etiam interterdum ἰνικῶς dixerunt, ἢ θεὸς θέλῃ. Xenophon Παιδ. ε. Ἀλλ' αὐτί μὲν τούτου ἔφη, ἢν θεὸς θέλῃ, ἀμυνούμεθα τοὺς πολεμίους. Et iterum: Ἅμα δὲ δείξομεν τοῖς πολεμίοις, ἔνθα κρατήσειν νομίζουσιν, ἐνταῦθα ἄλλους αὐτῶν κρείττους, ἢν θεὸς θέλῃ. Ariſtophan. Pluto: ἔσομαι μὲν οὖν αὐτίκα μάλ' ἢν θεὸς θέλῃ. Julianus Apoſtata πληθυντικῶς dixit, σὺν θεὸς θέλοιεν. Epiſt.ad Libanium. Sophocles. Aiac. σὺν τῷ θεῷ πᾶς καὶ γελᾶ κινδύνεται. Pyndarus Olymp. Op. 8. πολλαὶ δ' ὁδοὶ σὺν θεοῖς εὐπραγίας Faceta eſt Diogenis canis ἀμφιβολία apud Diog. Laert. εἰσελθὼν εἰς διδασκάλου καὶ μούσας μὲν ἰδὼν πολλὰς; μαθητὰς δὲ ὀλίγους. Σὺν θεοῖς. ἔφη. διδάσκαλε πολλοὺς μαθητὰς ἔχεις. ſed & σὺν θεῶν δόσει dicebant Æſchylus ἐν χοηφόροις. Ἀλλ' εἶμι, καὶ τοὺς

τοῦ

ταῦτα πείσομαι λόγοις: χρῷτο δ' ὡς ἄριστα σὺν θεῶν δόσει. Quin & per ἐπανόρθωσιν dicebant: σὺν θεῷ δ' εἰρήσεται. Ariſtophanes Pluto: Οἴμαι γὰρ οἶμαι, ξὺν θεῷ δ' εἰρήσεται, ταύτης ἀπαλλάξειν σε τῆς ὀφθαλμίας. Vide Herald. Adverſ. l. 8. cap. 5.

ſi quid: conditionem neceſſitatis notat. *Iſane ſi quid feſtinas magis*. Epid. 1. 1. ℣. 73.

Si quid eſt opus. Aſin. 1. 1. ℣. 104. Aul. 2. 1. ℣. 23. & 2. 2. ℣. 16. Ciſtell. 4. 2. ℣. 56. Vide etiam littera I, *Impera*. Martial. lib. 7. Epigr. 21.

Si quid mali, in Pyrrhum. proverbium. Ciſtellaria 4. 2. ℣. 56.

Si quid de me fiat. Pœn. 5. 2. v. 125.

Siquidem. Aſin. 2. 1. ℣. 8. & 3. 3. ℣. 123. Pſeud. 1. 5. ℣. 117. & 2. 2. v. 33. & 2. 4. ℣ 33. & 4. 7. ℣. 55. Pœnol 1. 2. ℣. 99. & 5. 2. ℣. 85.

Siquidem: etſi, quamvis Mil. 2. 2. ℣. 32. Trin. 2. 4. ℣. 192.

Siquidem: tamen. Rud. 5. 3. ℣. 5.

Siquidem: quia. Trucul. 1. 2. verſ. 74.

Siquidem hercle. Aſin. 2. 3. ℣. 25. & 2. 4. ℣. 8.

Siquidem, tum. Stich. 5. 5. ℣. 11. 16.

ſi non: qui ſimulaverat ſe à Græcis eſſe relictum. Bacch. 4. 9. ℣. 13.

Si non: niſi. Rud. 3. 5. ℣. 12.

ſi DI volent. Pœn. 4. 2. ℣. 88.

ſi eſt, vt ſis. pœnol. 5. 2. verſ. 112.

ſi, tamen. Ciſt. 1. 3. ℣. 4. Stich. 1. 1. ℣. 24.

ſi, vt. Trin. 2. 4. ℣. 68.

ſi, ita. Particulæ ἀναφορικαὶ Epid. 5. 1. ℣. 4. Amph. 1. 1. ℣. 92. Ovidius lib. 1. Triſt. Eleg. 2.

ſi fuit hic animus nobis, ita parcite Divi.

ſi te Dij au ant. Formula exhortandi. Epid. 3. 4. ℣. 82.

ſi tum. Rud. 1. 3. ℣. 10. Pſeudol. 4. 1. v. 6. Germaniſmus reſpōdet: Iſts iemand ſo bin ichs.

ſi ſanus videare. Forma Plauto vſitata, qua duram ſententi- molliter effert, aut alioqui circumloquitur, quod non lubet apertè proferre. q. d. *Non es ſanus*. Trucul. 2. 2. ℣. 44. Alibi, *ſi domi ſit herus, dicam*. Q. d. non eſt domi. Iterum alibi: *ſi habeam dem, aut commodem tibi*. q. d. Nihil habeo, quod dare queam.

ſi ſapis. Eſt formula nunc minantis, nunc monentis. Amphitr. 1 1. ℣. 154. Aſinaria 2. 2. verſ. 106. Curcul. 1. 1. verſ. 28. Aulularia 2. 9. verſ. 5. Bacchid. 4. 9. v. 104. Menæch. 4. 2. ℣. 39. Mil. 2. 5. ℣. 66. Merc. 2. 3. v. 39. pœnol. 1. 2. ℣. 39. & 1. 3. ℣. 62. & 5. 2. ℣. 76. Perſ. 5. 2. verſ. 19. Rud. 1. 2. ℣. 8. & 4. 7. verſ. 3. & 5. 3. verſ. 35. 42. Stich. 5. 4. verſ. 26. Trinumm. 2. 4. verſ. 158. Martial. 2. 41. *Ride, ſi ſapis, ô puella*. Ovidius libro 1. de Rem. amor. *ſi ſapis, ad numeros exige quaque ſuos*. Propert. 2. 16. *Quare, ſi ſapis, oblatas ne deſere meſſes*. Seneca Epiſt. 17. *Projice omnia iſta, ſi ſapis*.

Digitized by Google

Si vivo. Elegantiſſima formula: in rebus agendis vſurpata. Aul.3.6.℣.37. *Ego te hodie reddam madidum, ſi vivo, probè.* Quam lectionem genvinam Plauto aſſervi in Animadverſionibus noſtris, adverſus offucias Viti Garneri. Sic enim loquitur Caſina 1. 1. ℣. 28. *Quot te modis, ſi vivo, habebo in nuptijs?* Moſtellaria 1.1.℣. 4. *Ego pol te ruri, ſi vivam, vlciſcar probè.* Moſtellaria 5.2.℣. 61. *Cuius ego ludificabo corium, ſi vivo, probè.* Moſtellaria 5.3.℣.46. *Interimam hercle ego, ſi vivo.* Menæch.5.5 verſ. 5. *Quem ego hominem, ſi quidem vivo, vitá evoluam ſuâ.* Pſeudol.2.4.℣.33. *Si quidem hoc vivet caput* & 5.2.℣.26. *Erit, ubi te ulciſcar, ſi vivo.* Perſ.5.2.verſ 9. *Quem in compedes cogã, ſi vivam* Rud. 3.4. verſ.39. *Iam tanta eſſet, ſi vivit, ſcio.* Bacchid.4.5. verſ. 6. *Verſabo ego hodie illum, ſi vivo, probè.* Et 4.9. verſ.111. *Sexcenta tanta reddam ſi vivo, tibi.* & Querolo 5.1. ab initio: *At ego iam nunc ſi vivo, faciam ne tu iterum facias.* Terentius perpetuus Plauti æmulus Andr.5.2.verſ.25. *Age nunc iam: ego pol hodie ſi vivo tibi oſtendam.* Eunuch. 5.5. verſ. 20. *Ego te furcifer, ſi vivo* Heaut.5.1.verſ.45. *At ne illud haud multum, ſi vivo ferent.* Ibidem verſ.77. *Ego ne, ſi vivo, adeò exornatum dabo.* Ovidius libro 1. de Ponto. Eleg.9.verſ.47. *Sunt ibi ſi vivunt, noſtro quoq; conſita quadam.*

Si eis videatur. Donatus in Adelph.3.5. verſ.1. *Vbi Senatus Conſulibus injungit, addit: Si eis videatur.* Vide ſupra, *Alter, Ambove.* Livius libro 3. 1. capite *Decreverunt patres, ut M. Iunius prætor Vrbis, ſi ei videretur, decemviros crearet.* Et libro 36. capite *Vt Marcus Lævius cum centum claſſe ſi videretur ei prædatum in Africam trajiceret.* Et libro 34. capite *Si quos ei videretur milites ſcriberet, armaretque.* Et libro 21. capite *Conſules ſi eis videretur, cum Tribunis plebis agerent.* Suet. Galba capite 20. *Hæc agerent, quoniam ita videretur.* Plura vide apud Briſſon. de Formulis lib.2. pag. 218.

Si videtur. Formula tarditatem increpandi. Aſinaria 3.3.verſ. 55. *Interea ſi videtur, concedite iſtuc.* Capteivei 2.1. verſ.24. *Succede nunc jam ſi videtur, huc procul.*

Si quæris. Vide etiam, *Quid quæris?* Cicero libro 3. Offic. capite *Et ea res, ſi quæris, ei magno honori fuit.* Lucilius Satir.15. *Penula ſi quæris, cantherius ſervus ſegeſtri utilior mihi quã ſapiẽs.* Apud Nonũi. Penula. Cicero libro 3. Tuſcul. capite *Præclarum illud eſt, & ſi quæris rectum quoque & verum.* Et de Seneɛt. capite *At ſunt moroſi, & anxij, & iracundi, & difficiles ſenes, ſi quærimus, etiam avari.*

Si

Si neſcis. Donatus in Andr 4.5. verſ. *Neſcis plerumque dicimus ei, quem non redarguere volumus imperitiæ, aut ignorantiæ: ſed quem facere volumus, ut velit libenter.* Propert. libro 2. Eleg 15. verſ. 12. *ſi neſcis, oculi ſunt in amore duces.* Ovid. in Epiſt. Parid. *Ille ego, ſi neſcis, verus amator eram.* Et in Epiſt. Helenæ: — *& nobis omnia de te Quærere, ſi neſcis, maxima cura fuit.* Et in Epiſt. Leãdri: *In me ſi neſcis, Borea, nõ æquora ſævis.* Virg. Eclog. 3. *ſi neſcis me⁹ ille caper fuit.* Plaut. Curc. 5. 3. v. 37. *Nũc adeò ut tu ſcire poſſis meam ſententiam*, eodem ſenſu dicitur.

Sibi habere; &, *Res ſuas ſibi habere.* Elegans formula, qua plurimùm vſi in divortiis. Amph. 3. 2. verſ. 47. Curcul. 1. 3. verſ. 22. Trinumm. 2. 1. verſ. 32. Lex. 12. Tabb. *Si vir ab vxore divortit, vxorem res ſuas ſibi habere jubeto.* Cicer. Phil. 11. *Mimam illam tuas ſibi res habere juſſit.* Ad Att. *Sibi habeant arma, ſibi equos, ſibi haſtas, ſibi clavam & pilam, ſibi natationes atque curſus.* Idem pro Sulla: *Sibi haberent honores ſibi imperia, ſibi provincias ſibi triumphos, ſibi alia præclaræ laudis inſignia.*

Sibilare. Merc. 2. 3. ℣. 72.

Sibipte. Rud. Arg. ℣. 4.

Sibylla: divinatrix. Pſeudol. 1. 1. ℣. 23. *Has quidem* (litteras) *credo niſi Sibylla legerit.* quæ ſcilicet etiam ea, quæ legere non poteſt, tamen divinare poteſt.

Sic: in ſententia παρέλκει. Aulularia 3. 5. verſ. 50. Pſeudol. 1. 5. ℣. 34.

Sic: pro, ideo. Moſt. 2. 2. ℣. 20.

Sic: pro, deinde. Amph. 1. 1. v. 47.

Sic: tam. *Nihil ſic celeri eſt.* Trin. 3. 2 ℣. 42.

Sic: eleganter vſurpatur δεικτικῶς. *ſic fruſtra.* Mil. 4. 2. ℣. 30.

Sic ſic. Eleganti uſu. Aul. 3 2. verſ. 25.

Sic ſine. Permiſſionem notat. Germ. Laß es alſo geſchehen. Trucul. 5. 1. ℣. 4. Trinum. 3. 2. ℣. 65. Eſt etiam faſtidientis formula. Pſeudol. 5. 2. v. 9.

Sic datur. Sermo caſtigantis & pœnas ſumentis aut pœnas ſumtas eſſe gratulantis. Aſin. 2. 4. ℣. 3. Menæch. 4. 2. ℣. 40. Pſeud. 1. 2. ℣. 22. Truc. 2. 8. ℣. 4. Interdum etiam eſt formula triumphandi, quando res ſucceſſit ex voto. Aſin. 2. 4. ℣. 33. Men. 4. 2. ℣. 64. Pſeud. 1. 2. ℣. 2. Terent. Phorm. 5. 9. v. 38. *Sic dabo.*

Sic age. Elegans formula aſſentiendi. Aſin. 3. 3. ℣. 115.

Sic DIs placet. Truc. 3. 1. ℣. 3.

Sic decet. Approbandi particula. Moſt. 3. 2. ℣. 37.

Sic egero. Elegans forma: de voluntate certa & concluſa. Captivei. 3. 1. ℣. 35.

Sic face. Perelegans formula approbandi aliquid. Moſt. 5. 2. v. 8. Stich. 2. 1. ℣. 31. & 3. 2. ℣. 19.

Sic ſum. Sermo eſt hominis non laudantis ſe, nec vituperantis. Amph. 2. 1. ℣. 57. Aul. 2. 4. ℣. 43.

Digitized by Google

sicut. pro, veluti. exempli gratiâ. Pœnol. 3. 1. verſ. 3. Petron. *Tamquam ſi placet hic impetus*. Vide infr. *Velut*. (88.

sicut; cauſale, quia. Epid. 2. 2. ℣.

sicut; qualis, adverb. pro nomine. *Bacch*. 3. 6. v. 20.

sicut, *ſicuti*: pro *Vt*, vulgari modo, aut. potius, quaſi, vel, tamquam, ac ſi. Vide infra. Salluſt. *Namque (uti paucis rem abſolvam) poſt illa tempora quicumque Remp. agitavére ſub honeſtis nominibus, alii ſicuti jura populi defenderent, pars quo ſenatus authoritas maxima foret, bonum publicum ſimulantes pro ſuâ potentiâ certabant*. Et in Catilin. *Poſtremò diſſimulandi causâ, & quaſi ſui expugnandi, ſicuti iurgio laceſſitus foret, in ſenatum venit*. Ibid. *Conſtituére paulò poſt cum armatis hominibus, ſicuti ſalutatum, introire ad Ciceronem, ac de improviſo domi ſuæ imperatum confodere*. Ibid. *ſed poſtquam luxu atque deſidiâ civitas corrupta eſt, rurſus Reſp. magnitudine ſuâ Imperatorum atque magiſtratuum vitia ſuſtentabat. ac ſicuti effœtâ parentum multis tempeſtatibus haud ſanè quicquam Romæ virtute magnus fuit*. Ita ibi leg. ex v. c. Nepos in Dione: *Hisque dat negotium ad Dionem eant inermes, ſicut conveniendi gratiâ viderentur venire*. Livius lib. 7. c. *Fugati Tibur ſicut arcem belli Gallici petunt*. Et lib. 38. c. *Tum illam tempeſtatem coortam, qua ad Antiochum eos ſicut in ſcopulum intuliſſet*. Cæſar l. 5. bell. Gall. capite *Hoſtes maximo clamore ſicuti partâ victoriâ turres teſtitudinesq; agere*. Ita vett. codd. Vulg. *clamore inſequuti quaſi parta*.

sicut; *ita*. Aſin. 1. 1. ℣. 1.

sycion. vrbs Peloponneſi nō procul à Corintho. Curc. 3. ℣. 25.

sycione. Merc. 3. 4. ℣. 62.

sicyons; pro, *sicyone*, vt. *Karthagini*, pro, *Karthagine*. Ciſt. 1. 3. ℣. 8.

siem. Men. 5. 6. ℣. 21. Merc. 1. 2. ℣. 15. & 2. 1. ℣. 59. & 3. 3. ℣. 11. Pœnol. 1. 2. ℣. 64. & 4. 2. ℣. 19. & 4. 3. ℣. 30. Rud. 5. 3. ℣. 25.

sies. Amph. Prol. 57 58. Pœn. 1. 1. ℣. 20. Truc. 5. 1 ℣. 5. 27.

siet. Aſin. 2. 2. ℣. 81. Moſt. 5. 2. v. 3. Aulul. 2. 7. ℣. 7. & 4. 10. ℣. 35. Men. 5. 7. ℣. 3. Mil. 2. 2. ℣. 45. 72. Pſeud. 4. 3. ℣. 6. & 4. 7. v. 18. Pœn. 1. 2. v. 188. & 3. 1. v. 44. & 5. 3. v. 2. & 5. 5. v. 11. Rud. 5. 2. v. 62. Trin. 1. 2. v. 182. & 2. 1. v. 6. & 2. 4. v. 71. & 3. 2. v. 69. Truc. 5. 1. v. 15. Men. 5. 2. v. 14. Merc. Prol. v. 110. Truc. 1. 1. v 44.

siēt; ſint Merc. 2. 3. v. 96. Mil. 4. 8. v. 6. Pœn. 3. 3. v. 2. Trin. 1. 2. v. 39. Truc. 2. 3. v. 4. 17. & 2. 6. v. 5.

sigillatim. Vide paulò poſt *singillatim*.

signa; de aſtris. Amph. 1. 1. v. 119.

signa attollere propius; ἀλλη......ν. pro, propius accedere. Caſ. 2. 6. ℣. 5. 2. ℣. 102. (

Σιγρια: oppidū Cāpaniæ. Caſ. 4.

significantia. Rarum nomen: ſed Varr. Vulgò *ſignificatio*, ſeu, *Notio* vocabuli. Varr. l. 6. LL.

apud

apud Nonium: *Protinus*: *ſignificantia eius mutata, pro locis, exemplis, teſtibus, deſignanda eſt.*

Significare nutu, nictu, geſtibns. *Ne inter vos ſignificetis*. Truc. 4.3.℣.13.

Signare. Interdum, Claudere. *Signatus* pro clauſo. Signo enim ſeu aunulo obſigāntur, quæ benè clauſa volumus. Sed Poeticum videtur. Propert. lib.4. Eleg.1. extremo:

Nec mille excubiæ, nec te ſignata juvabunt
Limina perſuaſa fallere rima ſat eſt.

Et De articulis de flagris, quæ ſaturnalibus includebātur l.14. Epigr.75.

Ludite laſcivi, ſed tantùm ludite ſervi.
Hæc ſignata mihi quinque diebus erant.

Auſonius Epiſt.25.

Aut tua sigalion *Aegyptius oſcula ſignet.*

Ex eo *ſignatum*, pro caſto, integro, illibato, quod & Nonius admonuit. Lucilius lib. 29. *Primùm Chryſidem negat ſignatam reddere*. Plautus. *Negat ſe puellam ſignatam domum reverſuram*. Prudent Apoch. ℣. 639. de ſanctâ Mariâ virgine:

—Innuba Virgo
Nubit Spiritui, vitium ne amoris:
Pubertas ſignata manet.

Varro apud Nonium in Sacrum. *Signata ſacra eſſe deſierunt, poſtquam homines ſunt ſacri*. Sic leg. & *homines ſunt facti ſacri*. vulg. *homines ſunt facti*. Atqui τὸ *ſacri* ibi ſine dubio inculcandum, valetque, deteſtabiles & ſceleratos. Rectius quoque legēdum forte, *ſigna ſacra*. ut *ſigna* h.e. ſtatuæ, opponantur *hominibus*.

Signator fuit olim Romæ, aut in Republ. Rom. artificiū quoddam, ſive ars quædam eorum, qui *ſignatores* dicebantur, ut fabrorum &c. In Antiqq. Inſcript. Rom. exſtat hoc Epitaphium.

VLPIAI. SCITÆ. COIVGI. B.M. P. AELIVS. MACER. ARTE. SIGNATOR. TRIB. LACRVMANS. POS.

Scœvola in l. ult. *D*. de leg. cōmiſſ. *Die ſtatuto emptor teſtatus eſt, ſe pecuniam omnem reliquam paratum fuiſſe exſolvere, & ſacculum cum pecuniâ ſignatorum ſignis obſignavit.*

Signum tollere, Tralate. Cicero pro M. Marcello cap. *Ex his omnibus ad bene de omni* Rep. *ſperandum quaſi ſignum aliquod ſuſtuliſti.*

Signum literarum. Pſeud.4.2.℣. 30. Trin.3.3.℣. 61.

Signum: pro, *ſtatuâ*, vel imagine Epid. 5.1. ℣. 18. Sic Priap. Carm.9.

Nec ſum Phidiaca manu politus, Sed ſignum rude villicus dolavit. Propert. lib.3. Eleg.

Gloria Chryſippo eſt animoſa effingere ſigna.

Idem: *Vt caput in magnis vbi non eſt tangere ſignis.*

Ponitur his imos ante corona pedes

Signum clarum. Caſ. Prol. ℣ 3.

Silenium. Nomen puellæ, & amaſiæ. Ita enim delitias ſuas vocabant

bant amatores, quæ ſimi eſſent naribus. Ciſt. 1. 1. ✠. 1. Lucr. IV. 1162.

Silens. Epid. 2. 2. ✠. 53. *ego abſceſſi ſilens.*

Silentium facere. Amph. Prol. Xenoph. Ἐλλην: σιωπὴν ἐποίησε περὶ πάντων. *Silentium fecerunt omnes.*

ſilentium: pro morte, aut Inferorum loco, vel ſtatu. *Siliternium* dictum, inquit Feſtus: *Quia cuius nomine ea res inſtituebatur, is jam ſilentium cerneret.* Virgil. lib. 6. Æneid. ✠. 264. *DI, quibus imperium eſt animarum, umbræq; ſilentes.* Ubi Servius: *ſecreta Inferorum ſemper ſilentia. Nã hominum umbræ loquuntur.* Hinc eſt; *quæ ſacra ſilentia nerunt.*

Silicem lapidem ſubigere. Pœn. 1. 2. ✠. 77. 78.

Silo: qui naſum habet ſimum & repandum. Rudent. 2. 2. ✠. 11. *Silo.*

Silva: pro materia, & argumento, aliquoties utitur Cicero in libb. de Oratore. Ut lib. 3. c.

Sim, Sis, Sit. Non ſemper optantis eſt, ſed promittentis, pro, *ero, eris, erit.* Tibullus lib. 4. *Tantis ſim conditor actis.* Ibid. *Sim victor in illis.* Curc. 4. 2. ✠. 40. *Dum melius mihi ſit.* Ita quidem vulg. edd. Sed Mſſ. noſtri pall. *ſit.* optimè. Propert. lib. 2. Eleg. 13. *Tum ego ſim Inachio notior arte Lino.* Et lib. 4. Eleg. ult. *ſim digna mercede.* Ovid. lib. 5. Triſt. Eleg. 1. *Simq; argumenti conditor ipſe mei.*

Simia; nihili beſtia. Mil. 2. 2. ✠. 24. & 2. 3. ✠. 14. Pœn. 5. 2. verſ. 114. Rud. 3. 1. ✠. 28.

Simia; nomen propr. Pſeud. 2. 4. ✠. 54.

Simia; de homine tetro & ſuperbo. Moſt. 4. 2. ✠. 4.

ſimile; pro aliquid ſimile. Moſt. 1. 2. ✠. 21.

ſimilis alicuius. Perſ. 1. 1. ✠. 14.

Similis furis. Aſin. 3. 3. ✠. 91.

Similis mei. Amph. 1. 1. ✠. 286. & 2. 2. ✠. 216.

Similis malo. Pœn. 3. 2. ✠. 36.

Similis ſentis. ſpinæ. Truc. 2. 1. ✠. 16.

ſimilis oppidi hoſtilis eſt amator. Truc. 1. 1. ✠. 67.

Simitu; pro, ſimul. Amph. 2. 1. ✠. 18. & 84. Men. 5. 1. ✠. 45. Merc. 1. 2. verſ. 8. & 5. 2. verſ. 6. Pſeud. 4. 2. ✠. 55. Stich. 2. 1. ✠. 94. & 5. 5 ✠. 2. Trinumm. 2. 1. verſ. 1. Trucul. 5. 1. verſ. 31.

ſimpulum. Latinè poculi genus, cyathus. Dictum à *ſumendo paulùm.* Varro lib. 4. LL. *Et quo ſumebant minutatim, à ſumendo, ſimpulum nominarunt.* Simpuvium Varro dixit. Gloſſæ. vett. *ſimpulum* κύαθος. *Simpulo, ſimpulator, & ſimpulo vel Simplo.* Paulus ex Feſto: *ſimpulum vas parvum, indiſſimile cyatho, quo vinum in ſacrificiis libabatur. Vnde & mulieres rebus divinis deditæ Simpulatrices dicuntur.* Apud Nonium *ſympuvium* editum eſt. & dicitur eſſe vas ligneum: uti adducit Varro. Eſt modus matulæ. *Non vides*

Digitized by Google

ipſos Deos ſi quando volunt guſtare vinum, derepere ad hominum fana, & tamen tum ipſi i li libero ſimpulo immutari. Sic.leg. Fulgentius: *ſimpulones dicuntur convivæ: ubi & ſimpulator.* Cicero de Haruſp. reſp.cap. *An ſi Ludius conſtitit* 28. *aut ſi Aedilis verbo aut ſimpulo aberravit.* Ita leg. ex antiqq.libb in quibus *ſymbolo* Vide Notas D. Lamb.

Simplum ſoluere. Pœn.5.6.℣.25.

Simul: pro ſimulatque. Liuius lib. 56. cap. *Simul clamor index capti oppidi eſt exauditus, undique Ætoli deſertis ſtationibus in arcem refugiunt.*

Simul: πλεονάζει. Moſt.1.2.℣.17.

Simulacrum habere, ſimilem eſſe. Moſt.1.2.℣.16.

Simulare, & Diſſimulare, promiſcue ſumuntur. Perſ. 1.3.4.& Mil.4.2.℣.2.

Simulare in aliquem: eſt, inſimulare. Stich.1.2.℣.19.

Simulor: deponentaliter. Mil.3.3.℣.34.

Simulter: ſimul. ἀρχαϊκῶς: vt, *Facul & Faculter.* Pſeud.1.3. verſ.147. Sic ibi non tantum Nonius: ſed etiam vett. codd. & Paſſeratius expreſſerunt. Vide Animadverſ.

Sin: conciſè poſitum in rebus infauſtis, & quæ nolimus fieri. Amph.3.2.℣.48. Sic Cicero lib.10. epiſt.ad. Atticum.6. *Si vir eſſe volet, præclara συνουσία; Sin autem; erimus nos qui ſolemus.* Et lib.16. *Veruntamen ſi pares æque inter ſe; quieſcindum: ſin; latius manabit.* & Epiſtol. ad famil. lib.12. Epiſt. 6. Et Manil. lib.4. *Incipimus ſi verba, piget: ſin; gratia deerit.* Autor in Priapeis Carm. 31. *Sin; hæc mei te ventris arma laxabant.* Cicero ad Caſſium: *Brutus enim Mutinæ vix jam ſuſtinebant. Qui conſeruatus erit, vicimus. Sin, quod Dî Omen avertant, omnium cur, us eſt advos.*

Sin. Eleganter ſeparatim ponitur, pro *ſi non, ſi minus,* Cicero lib.10 Attic. Epiſt.7. *Si vir eſſe volet præclara συνουσία: ſin autem; erimus nos qui ſolemus.* Et lib.16. Attic. Epiſt. *Veruntamen ſi pares æquè inter ſe, quieſcendum. Sin; latius manabit, & quidem ad nos, deinde communiter.* Priap. Carm.31. *ſin; hæc mei te ventris arma laxabunt.*

Sinapi viſſitare. Truc.2.2.℣.60.

Sinapis teritur. Pſeud.3.2.℣.28.

Sinceriſſimum corium. Rud.3.4.℣.51.

Sinciput ſanum. Men.3.2.℣.41. & 4.2. verſ.69. *Sinciput* non eſt anterior pars capitis, ſed dimidium, ſeu pars capitis: quaſi *ſcinſiput.* Vnde in Proverbio dicebant: *Frons occipitio prior:* non autem dixere. *Sinciput occipitio prius.* Vide Scalig. ad lib. 1. Ariſt. Hiſtor. Anim. pag. 62.

Sinciput ſuum. Men.1.3.℣.28.

Sine ſie. elegans formula. Men.2.

Digitized by Google

3.℣.1.Sic Cato: *Vinum ita ſi- nito.*

Sine ſic habere..Formula concedendi.Germ.Es ſey jhm alſo. Caſ.3.6.℣.22.

Sine: particula interminantis. Aul. 3.2.℣.11. Bacch.4.7.℣. 13.Truc.2.8.℣.6.Caſ.2 8.℣.1. Aſin.5.2.℣.48. *Paulò poſt, Sine modò.*

Sine dum.Truc.2.7.℣.66.

Sine malo: eſt impunè. Amph. 2. 2.℣.110.

Sine modò.Formula interminandi.Moſt.1.2.℣.10.11.& 1.4.℣. 32.Pſeud.1.2.℣. 86.Paulò ante.*Sine*.

Sine ſacris: hoc eſt,ſine ſumtu *hereditatem adipiſci.* Capt.4. 1.℣.28.

Sine ſuffragio ædilitatem gerere: In prouerbio. Vide *Proverbia* in Mantiſſa.

Sine honore homo, ſine exiſtimatione.Cicero pro Flacco cap. *Nunc vero quid putem? Trallianos Mæandrio cauſam commiſiſſe, homini egenti, ſine honore, ſine exiſtimatione, ſine cur- ſu.*

Sincerus.Propriè de vaſe. Horatius lib.1.Sat.3.℣.56.

Sincerum cupimus vas incruſtare.

Sic dicimus: *ſincerus ab eâ re.* hoc eſt, omninò liber,& integer, ut à moleſtiâ,vitijs,libidine.Cicero lib.13. Epiſt.50. *Ariſto,hoc mihi da, atq; largire, ut M.Curium ſartum & tectum,ut aiunt, ab omnique incommodo,detrimento, & moleſtiâ, ſinceram integrumq; conſerves.*

Sinere: relinquere. Pſeud.4.7. verſ.14.

Singillatim. Trin 4.2.℣.39.

Singularius, a,um, Cap.1.2.℣.3. Sic & *Vulgarius*, de quo infr. Antiquitatis obſolerioris videntur. Agell. lib.9. cap.4. *Item eſſe homines apud eandem caliplagam ſingularia velocitatis*.Sic.leg.ex.v.c.

Singulum. Eſt nominativus ſingularis.Ciſt.4.2.℣.34.*Singulum veſtigium*.Vide Non.Agell. 18.13. Gloſſæ Cyrill. ἰχνεσ, *ſingulus.*

Singulus: pro uno. Vulg. *ſingulares*. Vt *ſingulus numerus*. Cui reſpondet *numerus multitudinis*.Cæſar lib.de. Analog. apud Agell.19.8.*De cælo & tritico non infitias eo, quin ſingulo ſemper numero dicenda ſunt neque de armis & mœnibus & Comitijs, quin figurâ multitudinis perpetuâ cenſeantur.*

Siniſterà: vt,*ſuperà*,*inferà*.Merc. 5.2.℣.38.

Sinit.ἀρχαϊκῶς,pro,*ſinat*, vt,*edit*, pro,*edat*.Curc.1.1.℣.27.

Sinit,pro,*ſinit*.Caſ.4.2.℣.13.Vide Animaduerſiones:&Terēt. Andr.1.2.℣.17.*Sini animum vt expleret ſuum*. Sic ibi MSſ. & veræ edd. Et probant Grammatici Diomedes & Scaurus. Item Adelph.1.2.℣.24.

Sint:pro,*fiant*. eueniant.Trin.1. 2.℣.184.Aul.3.5.℣.21. Perſ.1. 2.℣.21.Capt.Prol.℣.65.Vide, *Faxim*.

Sinus, vel, *Sinum*: vas ſinuoſum rotundum, & capace alvo. Curc. 1. 1. ℣. 75. Rudent. 5. 2. ℣. 32. Virgil. Eclog. 7. *Sinus lactis*. Græc. δῖνος.

Sinus retis; laxitas. *Rete ſinum adducit*: contrahit. Truc. 1. 1. ℣. 15.

In Sinum vertere. Lampridius in Commodo. *Agebanturque omnia per alios, qui etiam condemnationes in ſinum vertiſſe dicuntur*.

Siqua ſin qua. Ita interdum Veteres, ut &, *Numqua*. de quo ſupr. Sed loci plerumque mẽdoſi ſunt. Vulgò fere, *ſi qua*. Cicero de Divin. cap. *Nec verò ſomnia graviora, ſi qua ad Rempubl. pertinere viſa ſunt*. Idem lib. 2. Offic. cap. *ſi qua neceſſitas hujus muneris alicui Reip. obvenerit*. Vulg. *Si qua*. Terent. Heaut. Prolog. ℣. 44

Si qua laborioſa eſt, ad me curritur. Sic ibi leg. Nam Muretus, qui Terentium nimiùm interpolavit, contra fidem vett. libb. *laborioſa ſi qua eſt*. Horatius lib. 5. Od. 13. ℣. 19.

Spartacum ſi qua potuit negantem
fallere teſtâ.

Ubi vulg. *ſi qua*.

Si quo. *Si quo melior*. Celſus JC. l. 6. §. 1. D. lib. 8. tit. 6. Quemad. ſervit. amitt. *Nec fit ulla injuria ei, cuius fundus ſervit, immò ſi quò melior*.

Si quid opus erit fuerit. Formula promittentium aliis ultrò. Cicero lib. Attic. Epiſt. *Erat enim, ſi meminiſti, in Conſulatus petitione per te mihi ſollicitus, ſi quid opus eſſet*. Plautus Aſin. 1. 1. ℣. 103. *Audin' tu apud Archibulum ego ero argentarium. Illi ſi quid opus fuerit*.

Martial. lib. 7. Epigram. 21.
Si quid opus fuerit, ſcis me non eſſe rogandum.

Si qui; pro, *ſi quis*. Vide & *Aliqui*, & *Qui*. & *Nequi*. Cicero pro Cluent. cap. *Itaque ei teſtamento legat grandem pecuniam à filio, ſi qui natus eſſet*. Pro Cæcin. cap. *Si qui familiam meam de fundo meo dejecerit*. *Si quid mihi praſtò fuerit cum armatis*. Cæſar lib. 1. de bell. Gall. cap. *ſi qui graviore vulnere accepto, equo deciderat, circumſiſtebant*. Ita vett. codd. vulg. *deciderant*. Virgil. lib. 4. Aeneid. ℣. 684.

—— *& extremus ſi qui ſuper halitus errat*,
Ore legam.

vulg. *ſi quis*.

Sirempſe. Amphitr. Prolog. ℣. 73. Ubi vide Animadverſiones noſtras. Quaſi ſimilis res ipſa. Feſtus: *sirempſe & ſiremps tantum effertur*. Chariſ. Eſt ſolemne verbum vett. Rom, in leg. in leg. ſcribendis, uti apparet ex Inſcriptionibus antiqq. Pag. DVIII. DCXXVIII. DCXXIX. Utitur quoque Seneca Epiſt. 91, *Omnium quæ terra premit*, SIREMPS *lex eſt*. Et ſic præclerè hunc locum emendavit. Cuiacius.

ſiris; ſiveris, *siritis*: ſiveritis. *ſirint*; ſiverint. Epid. 3.3.ỽ.19. Bacch.. 3.2.ỽ.18. & 3.3.ỽ.64. *ſirint*. Trin. 2.4.ỽ.120. *Merc.* 3.4.ỽ.28. Pœnol. 5.1.v.20. Bacch. 3.3.ỽ.64. Mercat. 3.4. ỽ.28. Pœnol. 5.1 ỽ.20. *siritis*. Cornelia Epiſtolâ ad Filium Grachum apud Corn. Nepotem lib. de Hiſtoricis Latinis: *Ne ille ſirit Iupiter, te ea perſeverare, nec tibi tantam dementiam venire in animum*. Livius lib. 1. cap. 32. *si ego injuſtè impièq; illos homines, illasque res dedier nuncio Pop. Roman. mihi expoſco, tum patriæ compotem me nunquam ſiris eſſe*. Sic ibi vett. leg. teſte Rhenano, qui reponendum putat, *ſieris*. vulg. *ſinas*. Cato de re ruſt. cap. 141. Ubi formulas luſtrandi agri, commemorat: *Vbi tu fruges, frumenta, vineta, virgultaque grandire, beneque evenire ſiris*. Sic ibi vet. cod. teſte P. Victorio. vulg. *ſinas*. Livius lib. 28. in Orat. Scip. cap. 28. *si iſtuc Iupiter Optim. Maxim. ſirit*, vulg. *ſierit*. & in veteri libro Spirenſi ſe vidiſſe, affirmat Rhenanus. Plautus ſæpius uſurpat. Inſpice loca ſuperius allegata.

Sirpe, eſt pars Silphii. Rudent. 3.2. verſ. 16. Vide Turneb. l. 3. 21. & litt. L. *Laſerpitium*. Nam *sirpe* hic poſitum pro Laſerpitio. Et forte *sirpe* corruptum eſt ex σίλφιον, ut cenſet Scaliger contra Titium. Vide etiam Lexicon Roberti Conſtantini in voce Σίλφιον & ὀπός.

ſirpicula; vel *ſirpiculum*, caniſtri genus, à *ſirpando*, hoc eſt, ligando dictum. Vnde quæſtiones obſcuræ *ſirpi* olim dictæ. Græc. γρῖφοι: quòd ut γρῖφοι erant πλέγματα ἁλιευτικά ex ſirpo, ita etiam ex ſirpis naſſæ piſcatoriæ, dictæ *ſirpicula piſcatoria*. Captiv. 4.2. v. 6.

sis: factum κατὰ συγκοπήν, pro, *ſi vis*. modò imperativis, modò infinitivis addi ſolet. Aſinaria 2.2. verſ. 43. & 3.3. verſ. 87. 89. 93. 96. 143. Aul. 1.2. verſ. 26 & 3.6. ỽ.47. Caſin. 2.6. verſ. 27. & 3.5. ỽ.21. & 3.6. verſ. 20. & 4.2. ỽ.14. & 5.1. verſ. 14. Ciſtellar. 1.1. verſ. 57. Bacch. 1.2. ỽ.29. & 3.2. ỽ.18. & 4.8. ỽ.16. & 4.9. verſ. 72. Moſtell. 1.1. ỽ.1. & 3.2. verſ. 165. & 4.2. verſ. 31. 50. & 5.1. verſ. 60. Mil. 4.3. ỽ.18. & 4.1. ỽ.34. & 4.6. verſ. 30. 33. Mercat. 1.2. ỽ.57. & 2.2. ỽ.49. 52. & 3.1. ỽ.45. & 4.4 ỽ.37. & 5.2. ỽ.111. Pſeudol. 1.2. ỽ.19. 56. & 1.3. verſ. 10. & 2.2. ỽ.68. 71. & 3.2. ỽ.50. 192. & 4.1. ỽ.44. & 4.7. ỽ.44. 129. Pœn. 1.2. ỽ.79. 162. & 3.2. verſ. 1. Perſ. 2.5. ỽ.14. 20. & 3.1. ỽ.61. & 3.3. ỽ.32. & 4.4. ỽ.45. 59. 105. 120. & 4.6. ỽ.9. & 5.2. verſ. 54. Rud. 2.4. ỽ.7. 24. ỽ 4.3. ỽ.63. & 4.4. ỽ.9. 29. 44. Trinumm. 1.1. ỽ.31. Truculent. 2.6. verſ. 44. & 4.3. verſ. 35.

Tò sis. Imperandi modo plerumque

que

Digitized by Google

que iungi ſolet : ſed raro verbo præponitur, vti Mil. 2. 2. ℣.26.45. *Sis iube.* Alibi namque ſemper poſtponitur. *ſis licet.* Rud. 1.1. ℣.51. Curcul. 2.2.℣.3. Caſina. 2.2. ℣.31. Bacchid. 5.1.℣.29. Pœnol. 5.5. ℣.12. Perſ. 3.3.℣. 9. Inſpice exempla quæ heic antecedunt, quæ ſequuntur.

Sis: Abiſis. Moſtellaria 3.1.℣.38. Rud. 4. 4.℣.9. Trinum. 4.2. ℣. 130.

Sis: Accipeſis. Epid. 3. 4. ℣. 43. Pœn. 3.4.℣.3.

Sis: Ageſis. Caſina 2.6. verſ. 49. Pœnol. 1. 2.℣.116. & 3.5.℣. 16.

Sis Apageſis. Pœn. 1.2.v.15. Trin. 4.1.℣.10.

Sis ; Capeſis. Trinum. 3.2.℣.24.

Sis; Caveſis. Perſ. 5.2.℣.35. Rud. 3.5.℣.48. Rud. 4.3.℣.8. Trin. 2.4. ℣.112.

Sis; Cedoſis. Pœn. 1.2.℣.102. Rud. 5.3.℣.19.

Sis ; Facitoſis. Pœnol. 5. 2. verſ. 124.

Siſtentare. Vide, *Extentare*, & *oſtentatum venire.* Trucul. 2.2.℣.15. Sic ibi Mſſ. Pall. & Vatic. Vide & Lipſ. l. 4. Antiq. l. cap. 6. & ad Tac. lib. 15. Ann. cap. 10.

Siſtere. Verbum judicij. Curc. 1. 3.℣.7. Apud Ciceronem ſæpius occurrit in Orat. pro Quintio. Propert. lib. 3. Eleg. 17. *Tu modo ſervitio vacuum me ſiſte ſuperbo.* ad quem locum vido plura apud Paſſerat. pag. 515.

Siſtere rem alicui. Pœn. 4.2.℣.54.

Siſtere aliquem molliter. Pſeud. 5. 2.℣.7.

Siſtere pedes. Mil. 3.2.℣.73. *Pedes ego jam illam huc tibi ſiſtam in viam.* Sic Curcul. 2.3.℣.8. *quin capite ſiſtat in via de ſemita.* Et Mil. 2.3.℣.36. *capite ſiſtebas cadum.* Quos contumeliæ & deridiculi cauſa ignominioſius & atrocius plectere volebant, eos contrario ſitu ſuſpendebant, nempe capite deorſum. Id Græcis eſt κάτω κάρα κρεμᾶσθαι. In antiquo Martyrologio id dicitur, *capite vorſum ſuſpendi.* Sic apud Iudæos legimus, plurimos Iudæos κάτω κάρα ἐσταυρῶσθαι. quod in Martyrologiis dicitur, *catomio ſuſpendere*, & *catomiare* : κατωμίζειν. quod Laberius vocat, *in catomium tollere.* his verbis : *Tollet bona fide vos Orcus nuda in catomium.* Et hoc ipſum eſt, quod Plautus dicit, *Capite ſiſtere:* vt pedes in ſublimi ſint, caput deorſum. τραχηλίζειν etiam hoc dicunt Græci. τράχηλος enim eſt *catomium.* Sic κατωμιστὴς & τραχηλιστὴς ἵππος eſt, qui ſeſſorem in verticem evertit. Eodem ſenſu dicit Plautus Capt. 4. 2.℣.13. *Ore ſiſtet.* h.e. cadet in os, à me valide pugnis cæſus. Terent. Adelph. 3.2.℣.18. *Sublimem medium arriperem, & capite primum in terram ſtatuerem.*

Siſti non poteſt : retrahi e fuga. Trin. 3.2.℣.94.

Sit, ſint. pro, *Eſt ſunt.* Cicero Bruto cap. *Vide me igitur, ut in ipſa*

Digitized by Google

prâ urbe, in quâ es nata & alta ſit eloquentia, quàm ea ſerò prodierit in lucem.

Sita ſunt nitide ſuo loco. Pœnol. 5.4.ỷ.5.

Sitella, hydria. Germani vas ad aquam hauriendam vocant Ein Boll. Caſina 2. 4.ỷ.17. & 2.6.ỷ.44. Amphitr. 2.2. ỷ. 39. *ſitula.*

Sitella ſortilega. Caſ. 2.5. verſ. 43.

Situ corrumpor. Trucul. 5.1.ỷ.23. Germ. Ich verliege gar vor müſſiggang.

Situm eſt; pro, *eſt*, de argento. Curc. 2. 3.ỷ.66.

Situm in aliquo: pro eo, quo quis præditus. Rara phraſis. Ter. Andr. 1.1.ỷ.6. *Sed his artibus quas ſemper in te intellexi ſitas, fide & taciturnitate.*

Siturus, a, um, à ſino. Pœnol. 3.3. ỷ.11.

Situs; pro, *mortuus*. Mil. 2. 4. ỷ. 20. Sic teſtatur Cicero l. de Legg & Agell. Inde *Siticines*, τυμβαύλαι, qui canebant ad ſitos. Frequenter legas in antiquis inſcriptionibus. In tumulo P. Scip. Afr. *Heic eſt ille ſitus, quoi nemo ceivis, neque hoſtis Quibit pro factis reddere operæpretium.* In tumulo Hannib. *Hannibal heic ſitus eſt.* Vide Inſcriptiones Romanas paſſim.

Sive, ſeu. Ciſt. 3.ỷ.14.

Smyrna. Ita antiqui *myrrham* vocarunt. Aſin. 5. 2.ỷ.79. Athen. lib. 14. Μύῤῥα γὰρ ἡ σμύρνα παρ' Αἰολεῦσι: ἐπειδὴ τὰ πολλὰ τῶν μύρων διὰ σμύρνης ἐσκευάζετο.

Soboles coquorum. Pſeud. 3. 2. ỷ. 102.

Sobriè; conſideratè, prudenter. Capt. 2.1.ỷ.29. *Sobriè & diligenter.* Pſeud. 4.1.ỷ.29.

Sobriè & frugaliter. Epid. 4. 1. ỷ.39.

Sobrina. Pœn. 5.2.ỷ.198.

Socci ſcenici. Pſeud. 4.7.ỷ.91.

Soccus. Comicorum; vt cothurnus Tragicorum. Ciſtell. 4.2. ỷ.29.

Soccus; pro calceo. Bacchid. 2.3. ỷ.98. Trinumm. 3.2.ỷ 94. Epid. 5.1. ỷ. 21. Perſ. 1.3. verſ. 44.

Socerus. Men. 5. 5.ỷ 54. Caſ. 4.2. ỷ.18.

Socia vnanimans. Trucul. 2. 4. ỷ.81.

Socienus; pro Socio. Amphitr. 1.1. verſ. 228. Aulularia 4.4. verſ. 31. Caſina 4.2. verſ. 18. Ita his locis ſcriptum reperi unico *n* in omnibus Mſſ. noſtris Pall. Eſt rectè. Eſt enim ἀπὸ τοῦ *socius*, ut à *dubius* fit *dubienus*, in Gloſſis. & ab *alius* fit *alienus.*

Socifraudus; qui ſocios fallit. Fictè. Pſeud. 1.3.ỷ.127.

Socius. Interdum veteribus idem valet, quod, *Adiutor*, συνεργός. Lucret. lib. 1. ỷ. 24. ad Venerem:

Te ſociam ſtudeo ſcribendis
verſibus eſſe.

Cicero pro Marcello c. *Semper mea conſilia pacis & otij ſocia, non belli & armorum fuerunt.* Et 2. Philipp. capite *Cùm tamen tu nocte ſociâ, hortante libidine, cogente per tegulas*

dimittere. Et in Piſon. cap. *Omnium ſuorum ſcelerum ſocium adjutoremque præberes.* Plautus Ciſt. 4.2.℣.77. *Confabulari tecum volo, ſociam te mihi adopto, ad meam ſalutē.* Aſin.2.2.℣. 22. *Hic homo ſocium ad malam rem quærit, quem adjungat ſibi.*

ſocius ad malā rem. Aſin.2.2.v.22.

ſocij à Romanis leniore verbo appellabantur, qui in poteſtatem ac ditionem P. R. erāt venditi. *ſubditos* ferè vulgò vocant, qui differunt à civibus. Erant autem vel Latini, vel Itali, vel Provinciales, qui tamen propriè *ſocij*. Cicero lib. 2. Offic. cap. *Noſtri autem magiſtratus Imperatoresq; ex hoc unâ re maximam laudem capere ſtudebant, ſi provincias, ſi ſocios, æquitate & fide defendiſſent.* Et mox: *De ſitum enim eſt videri quidquā in ſociis iniquum cùm exſtitiſſet in cives tanta condelitas.* Et lib. 2. Epiſt. 5. ad Curionem; *Vel quod excelſo & illuſtri loco ſita ſit laus tua, in plurimorum & ſociorum & civium conſpectu.* Et in Divinat. cap. *Quaſi vero dubium ſit pecuniæ civili ferè actione ex privato jure repetuntur.*

ſocietates. Propriè dicūtur *Publicanorum*. Et *ſocii*, Publicani. Livius de Publicanis agens ita ait l.c. *Vbi ea dies venit ad conducendum tres ſocietates. aderant hominum, unde viginti: quorum duo poſtula vêre, unũ ne aliis triennio eo publicani eſſent*, &c. Cæſar lib. 3. de bell.civil. cap. *Magnam pecuniam ſocietates earum provinciarum, quas ipſe obtinebat ſibi numerare coegerat.* Cicero in Bruto cap. *Nam cùm in ſylvâ Scantiâ credes facta eſſet, notiq; homines interfecti, inſimulareturq; familia, partium etiam liberi ſocietatis ejus, quæ pecuaria de L. Cornelio L. Mumio, Cenſoribus redemiſſet, decreviſſe ſenatum, ut de eâre cognoſcerent, & ſtatuerent Cōſules; cauſam pro Publicanis accuratè, ut ſemper ſollicitus eſſet, eleganterq; dixiſſe Lælium.* Et mox: *Tum Lælium, cùm eum ſocii demum reduxiſſent.* Et mox: *Itaq; authoritate C. Lælii Publicanos cauſam detuliſſet ad Galbam.* Livius lib. 25.cap.de Publicano L. Pomponio: *Omnibus malis artibus, & Reipub. & ſocietatibus infidus, damnoſusque.* Tacitus lib. 13. cap. *Pleraſque vectigalium ſocietates à Conſulibus & Tribunis pl conſtitutas, acri etiam Reipub. libertate. Vbi Rhenanus non rectè repoſuit, neceſſitates.* Cicero pro Murenâ cap. *Quid ſi omnes ſocietates venerunt, quarum ex numero multi hic ſedent Iudices.*

ſocordia. Idem interdum valet quod, ſtultitia, imprudentia. Paulus ex Feſto: *ſocordiam quidam pro ignaviâ poſuerunt. Cato pro ſtultitia. Compoſitum autem videtur ex ſe, quod eſt ſine & corde* Ulp. l.1. D. de feriis *ſed ſi prætor vel per ignorantiā, vel ſocordiā avocare eos perſeveraverit.*

ſocra-

Digitized by Google

ſocrates.Pſeud.1.5.℣.50.

Sodalis; de ſodalitio vitiorum. Perſ.4.4.℣.12.

Sodalis alicui Moſt.5.2.℣.31.

Sodalitas amicorũ.Moſt.5.2.℣5

Sodalitas. Græcè *ἑταιρία Sodalitium*. Videtur cœtus aliquot adoleſcentium, aut virorum, communia inter ſe agitantiũ, his verbis declarari. *Sodales* ſunt, qui eiuſdem Collegij ſunt, quam Græci *ἑταιρίαν* vocant, ut ait Gaius JC. D. lib. 47.tit.22.l.4. Cicero in Bruto cap. *Qui tamen ſummâ nobilitate hominum, cognatione, ſodalitate, Collegio, ſummâ etiam eloquentiâ L. Philippum in Conſulatûs petitione ſuperavit*. Et de Senect.cap. *Primùm habuiſſe ſemper ſodales. Sodalitates autem me Quæſtore conſtitutæ ſunt*. Trogus lib. 37 de Mithridate: *Hyeme deinde imminente non in convivio, ſed in campo, non in vacationibus, ſed in exercitationibus, nec inter ſodales, ſed inter æquales, aut equo, aut curſu, aut viribus contendebat*. Vbi fortaſſe leg. *vocationibus*, h.e. invitationibus. Cicero pro Plancio cap. *In quâ tu nomine legis Liciniæ, quæ eſt de ſodalitiis, omnes ambitûs leges complexus es*. Tertull. lib. 2. ad uxorem: *Diſcumbit cum marito in ſodalitiis, ſæpè in popinis.* Et Cicero lib.4. Herenn.cap. 51. *Dum hæc loquitur, venit in ædes quaſdam, in quibus ſodalitium erat futurum eodem die, quo iſte pro notitiâ domini adium ingreditur cum hoſpitibus. Hic, inquit, habito. Perſpicit argentum, quod erat expoſitum: viſit triclinium ſtratum probat.*

Sodes; ſi audes. Bacch.4.7.℣.39. Pœn.3.5.℣.12. Trin.2.1.℣.17. & 2.4.℣.161.

Sol; *Deus*. Bacch.2.3.℣.21. & 4.8. ℣.54.

Sol occæcatus. Men.1.2.℣.67.

Sol occaſus. qui occidit. Epid.1.2. ℣.41. Men.5.7.℣.33. Agell. l. 17.c.2. & l.3.c.2. *ſol meridies*. ſicut & Plinius: *Poſt mediam noctem, poſt ſolem meridiem, poſt ſolem occaſum agũt*. Trin. 13.29. Sic in antiqua Formula: *Sol occaſus ſuprema tempeſtas eſto*.

Sol; h.e. *dies abit*. Vide litt.D.

Sol radioſus. Stich.2.3.℣.40.

Sol; in blanditiis amantum. Moſt. 1.3.℣.47.

Sola loca: pro infrequentia, deſerta, ſolæ terræ. Plaut. Aulul. 4.6.℣.7. *Nunc hoc ubi abſtrudam, cogito ſolum locum*. Moſtell.4.3.℣.3. *Sed etiam in terras ſolas oraſq; ultimas ſum circumvectus*. Rud.1.3.℣.21. *Ita hic ſolis locis compoſita ſum*. Terent. Andr.2.4.℣.3. *Venit meditatus alicunde ex ſolo loco*. Et Phorm.5.8.℣.85. *Non hoc publicitus ſcelus hinc deportarier in ſolas terras*. Catullus: *Deſertam in ſolâ miſeram ſe cernit arenâ*. Lucret. lib. 6. ℣.395.

Cur etiam loca ſola petunt? fruſtraq; laborant?

Cornel. Nepos in Eumene:

*Sin per loca ſola contendere ſpe-
rabat ſe imprudentem hoſtem
oppreſſurum.* Salluſt. Jugurth.
cap. *Marius interea exercitu
in hibernis compoſito cum expe-
ditis cohortibus, & parte equi-
tatûs proficiſcitur in loca ſola
obſeſſum turrim regiam.* Ci-
cero lib. 1. Divinat. cap.
*Cùm in locis ſolus mæſtus erra-
ret.* Virg. lib. 3. Georg. ℣. 249.
*Heu malè tum Libyæ ſolis erra-
tur in agris.*
Et Eclog. 10. ℣. 14.
*Pinifer illum etiam ſolâ ſub
rupe jacentem.*
Et lib. 11. Aen. ℣. 569.
*Paſtorum & ſolis exegit monti-
bus ævum.*
ſola terra. Rud. 1. 4. ℣. 8.
Sola; tertio caſu. Mil. 4. 2. ℣. 28.
ſolarium. Erat locus in ſuprema
parte ædium ſine tecto, ubi
ſolebant apricari. Mil. 2. 3. ℣.
69. Vide etiam Petri Victorii
Var. lect. lib. 21. cap. 13. & locũ
Auguſti apud Macrobium
Saturn. lib. 2. cap. 4. Græci
vocant ἡλιοκάμινον.
ſolea; piſcis, & calceamenti ge-
nus. Caſ. 2. 8. ℣. 61.
ſoleæ. Caſ. 3. 5. ℣. 63. Truc. 2. 4. ℣.
12. 16. & 2. 5. ℣. 25. & 2. 8. ℣. 1.
Moſt. 2. 1. ℣. 38. Erant calcei,
quos lectum inſcenſuri ante
lectum exutos deponebant,
ne ſcilicet pulveroſis illis ſtra-
ta inquinarent.
ſolearius, qui ſoleas facit. Aul. 3.
℣. 40. Vide Inſcriptionem
Rom. pag. 643. 8.
Solens; pro more. Amph. 1. 1. ℣.
43. Caſ. 5. 1. ℣. 14. Epid. 2. 2. ℣.
83. Terent. *Quid tu Athenis
inſolens?*

ſolere. ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς. Bacch. 4.
8. ℣. 56. Pſeud. 3. 1. ℣. 14. & 4.
7. ℣. 82. 83. Ciſtell. 1. 1. ℣. 38.
Pſeud. 3. 1. ℣. 14. Truc. 1. 2. ℣.
28. 81. & 2. 1. ℣. 26. Vide etiam
Conſuevit. & *Conſuetio.*
In Epigr. Catal. Virg.
*Conſule Pompeio primum duo
Cinna, ſolebant
Mœchi.* —— ſcil. μοιχεύειν.
ſoli ſumus. In Proverbio eſt:
Quod inter nos liceat dicere.
Familiaris loquendi modus,
quo utimur iubentes quem-
piã diligenter attendere, q̃
dicimus, aut iubentes alium
expromere apertè, metu o-
mni poſito: *Age, ſoli ſumus.*
Nos ferè dicimus: *Quod in-
ter nos ſit dictum.* Plaut. Pœn.
4. 2. ℣. 69. *Loquere liberè, hîc
ſoli ſumus.* Terent. Phorm. 4.
3. ℣. 28. *Poſtquam hominem
his verbis ſentio molirier: ſoli
ſumus nunc, hic, inquam. E-
ho! dic, quid vis nunc tibi da-
re in manum?* Et Adelph. 3. 1.
℣. 4. *Miſeram me! neminem
habeo: ſolæ ſumus.* Plautus
Caſin. 2. 2. ℣. 25. *Obſecro tace,
nam nunc hîc licet dicere, ſolæ
ſumus.* Cicero lib. 6. Epiſt. At-
tic. *Omninò. ſoli enim ſumus.*
Idem lib. 2. de Divin. cap.
*Ut ardiar ab haruſpicinâ, quã
ego Reip. cauſâ, communiſq;
religionis colendam cenſeo. ſed
ſoli ſumus.* Ita & Græci inter-
dum ſunt loquuti. Plato in
Menexeno: ὅμως ἐπειδὴ γε μό-
νω ἐσμέν. Ut rectè obſervavit
P. Victorius l. 23. c. 23. Var. lect.
ſollicitare, affligere. Aul. 1. 1. ℣.
27. & 4. 10. ℣. 4.

ſolli-

ſollicitare; ſollicitum reddere. Caſ.2.3.℣.10. *Myropola: omnes ſollicito.*

ſollicitare aliquē facere aliquid, Moſt.3.1.℣.15. *Sopor neminem ſollicitat ire dormitum.* Epid. 5.2.℣. eſt, alicui moleſtum eſſe. Eſt enim, teſte Donato, ſolo, ſeu loco ſuo citare, h.e. movere.

ſolicitare. Valet propriè loco movere, ac ſuâ ſede depellere, eiicere. Ubi & *ſolicitus*, inquietus, quaſi mobilis. Feſtus *ſolicitare ex ſuo loco movere. Solum enim quin ſignificet locum, quis dubitet?* Quæ Feſti verba & Donatus ſibi ſumſit in illud Terent. Heaut. 3.1.℣. 52. *ſodes vide; Relevi dolia omnia, omnes ſerias: omnes ſolicitos habui.* Lucretius lib.2. ℣.963. — *ubi materiai Corpora vi quadam per viſcera viva per artus ſollicitata ſuis; trepidant in ſedibus intus.*

Et lib.5.℣.163. *(umquam ſollicitare ſuis illum de ſedibus* Ennius lib.15. *Hiſtri tela manu jacientes ſollicitabant.* Cic. lib.1. de fin. cap. *Omneſq; & metus & ægritudines ad dolorē referuntur, nec præterea eſt res ulla, quæ aut ſuâ ſede naturam ſollicitare poſſit aut angere.* Ita locum correxit Jan. Gulielm. Lucil. lib.17. *Non cum benignitate ſollicitarier propoſito.* Virg. l.12. Æn.℣.403. *nequicquam ſpicula dextra ſollicitat.* Tibullus: *Et teneram ferro ſollicitavit humo.* Sic & Virg. l.2. Georg. *ſollicitare terram* dixit

ſollicitare; pro moleſtiam afferre alicui. Sic *ſolicitus* pro anxio. Solicitum habere. Vulgò barbarè dicunt, *Moleſtare, Vexare* aliquem. Terent. *Andr.* 4.2.℣.5. *Vah! perii. hoc malū ingraveſcit. ſiccine me, atque illam opera tua nunc miſeros ſollicitarier?* Vbi Donatus: *ſollicitarier perturbari*, inquit. Et Heaut. 2.2.℣.10. *Quid iſtuc? quæ res te ſollicitat autē?* Livius lib.31.cap. *ſub idem ferè tempus & ab Attalo Rege & Rhodiis Legati venerunt nunciantes Aſiæ quoq; civitates ſollicitari.* h.e. vexari. Nam id ſequens hiſtoria ſatis indicat. Et mox eod. lib. *Senatus conſultum inde factum eſt; ut ſociis gratiæ agerentur, quod diu ſollicitati ne obſidionis quidē metum fide deceſſiſſent.* Et lib.34. c. *Iterùm ſubacti, ſed non eadē venia victis fuit. ſub coronā venire omnes, ne ſæpius pacem ſollicitarent.* Et lib.30.c. *Sollicitam eam civitatem exules maximè habebant.*

Sollicitum habere aliquem; pro moleſtum eſſe. Men.4.2.℣. 11.20. Mil.4.2.℣.95. Terent. Heaut.3.1.℣.52.

Sollicitus negotiis. Stich.1.5.℣.5.

Solide. Trin.4.2.℣.47. *Solidè ſycophanta.*

ſolidè ſcire aliquid. Trin. 4.2.℣. 8. & forte. Mil.2.3.℣.8.

ſolidum: de eo, quod radices egit, quod eſt integrū, & ſuis partibus abſolutum. Sic dicitur. *Malefacta ſolida.* Epid. 3.3.℣.9. *ſervitus ſolida.* Mercat.1.1. verſ.21. *Magno atque ſolid-*

ſolido mulcat infortunio. Cur. 3. ℣. 35. *Inibis à me ſolidam & grandem gratiam*. Merc. Prol. ℣. 21. Apul. Metam. *Paveo, & formido ſolidè*. Terent. Andr. 4. 1. ℣. 23. *Gaudium ſolidum*. magnum & inſigne, ſive plenum & integrum. ut Donat. Seneca: *Nequitia ſolida*.

Solidus: pro firmo, certo, ſtabili, conſtituto. Cicero Divin. cap. *Etenim ſolidum id eſt, ut me ſimilem velint: alterum illud credo obſcurum eſt, à quo Verres minimè accuſari velit*. Hinc & *Solidam laudem & gloriam* ſæpè dicit: pro certa, expreſſa, non ficta.

Solidare & *Conſolidare rationes*, dicebant Antiqui: pro eo, quod eſt, pares & æquales eas facere. Idem eſt: *Quadrare rationes*. Poſteriores dicunt. *Paria facere*. Cicero lib. 5. Epiſt. 20. ad Rufum: *Illud quidem certè factum eſt, quod lex jubebat, ut apud duas civitates Laodicenſem & Apamenſem, quæ nobis maximè videbantur, quoniam ita neceſſe erat, rationes cõſolidatas deponeremus*. Sic habent vett. libb. vulg. *confectas*, & *conſolatas*. perperam. Sic locutus eſt Aſcon. 3. Verr. ad verbum illud Ciceronis, *Quadrarint*. *Solida*, inquit, *facta ſunt, ut neque plus quicquam, neque minus inveniatur in ſummâ. Vbi enim ratio ſine fraude eſt, ſexcenta detractis quadringentis quadrare, & ſolidari, vel ſolida fieri, quin aut minus, aut plus aliquid reperiatur, difficile eſt*.

Solitè; hoc eſt, remotis arbitris. Amph. 1. 1. ℣. 130. Vide Animadverſ.

ſolium Iovis. Trinumm. 4. 2. ℣. 98. 99.

ſolla; eſt vox Oſca, quaſi ſolida. Et notat ſedilia, in quibus tantum unus ſedere poterat, quæ inſternebantur babylonicis ſtragulis. Dicta etiam *Sollaria*. Stich. 2. 3. ℣. 53. Pompei. Feſt. *ſolla ſternere*: *ſolliſternium habere*.

Solæcum & *ſolæciſmus*. Agell. 5. 20. ait *ſolæcum* probè *ſolæciſmum* non probè: neque in Græcâ, neque in Latinâ linguâ dici. Et pro *ſolæciſmo* à Sinnio Capitone *imparilitatem*, vetuſtioribus Latinis *ſtribliginem* dictam. Utitur tamen *ſolæciſmi* verbo, ut & barbariſmi Rhet. Heren. lib. 4. ut & Plutarch. & Lucian. Sed veteres optimè ſunt locuti, Græci Scriptores non ſunt uſi. Cicero quoque σόλοικον & ὑποσόλοικον dixit. Tralatè quoque iis utuntur Veteres pro abſurdo in re quavis. Ita enim habent Græca Excerptâ: Σολοικίζειν, οὐ μόνον ἐπὶ φωνῆς λέγεται, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ἐνδυμάτων, καὶ βρωμάτων. καὶ τῶν ἄλλων τῶν κατὰ τὸν βίον αἰσχυντων γινομένων.

ſolon legiſlator. Aſin. 3. 3. ℣. 9.

ſolox lana; pro, craſſa, dura, non tenera. Et, *ſolox pecus*, durum: *ſolox filum*, craſſum aſperum: Auſonius in Moſellâ ℣. 396. *ſubtile filum*. Feſtus: *ſolox lana*, inquit, *craſſa*: *& pecus, quod*

quod paſſim paſcitur, non tectū. Titinnius in Barathro: *Ego ab lanâ ſoloci ad purpuram datâ.* Et Lucilius: *Paſcali pecore ac montana, hirto, & ſoloce.* Symmachus lib. 1. Epiſt. 1. *Quare elaboratam ſoloci filo accipe cātilenam.* Ita hūc locum ex antiquiſſimo Codice MS. Huberti Gifanii emendavit per illuſtris vir Dn. Gaſper Scioppius lib. 1. Veriſimil. c. 1. Gloſſæ; *solox. ἱερὸν καὶ παχύς.* Lege ἔριον, καὶ παχύ. Sed nec aliter fuiſſe in vetuſtiſſimis ſchedis palatinis atteſtatur doctiſſimus Salmaſius ad Tertull. Pall. 273.

Solſtitialis herba. Pſeud. 1. 1. ℣. 36. Vide Turneb. l. 24. c. 38. græcè αὐτόφυτος, quæ ut ſponte naſcitur: ſic repēte naſcitur. Vide D. Heinſii Ariſtar. p. 371.

Solſtitialis morbus; eſt morbus quivis pravus & lethalis. Trin. 2. 4. ℣. 143. Legendus omnino Hieronym. Mercurial. lib. 5. Var. lect. cap. 3.

Solſtitium. Vulgò pro utraque cæli reverſione (τροπὴν vocant Græci) malè uſurpant: cum antiqui eo tantùm pro æſtivâ reverſione: *Brumâ* verò pro hybernâ ſint uſi. Agellius lib. 2. cap. 22. *Oritur enim ſol, non idem ſemper, ſed aut æquinoctialis Oriens dicitur, cùm in Circulo, qui appellatur ἰσημερινὸς, aut ἰσημερινός, aut ſolſtitialis, aut brumalis, quæ θεριναὶ τροπαὶ καὶ χειμεριναί.* Idem in lib. 9. cap. 7. *Vulgò & ſcriptum & creditum eſt, folia arborum brumali & ſolſtitiali die converti.* Plinius lib. 4. cap. 12. circa finem, ubi de Hyperboreis, *ſemel in anno ſolſtitio oriuntur iis ſoles, brumaque ſemel occidunt.* Seneca lib. 3. Nat. qu. cap. 29. *Illic ſolſtitium, hic bruma conſiſtit.* Lucret. lib. 5. verſ. 614.

Quo pacto æſtivis è partibus Aegocerotis
Brumalis adeas flexus, atq; inde revortens
Canceris ut vertat metas ad ſolſtitiales.

Cicero de Univerſo cap. 9. *Has igitur ob cauſas nata aſtra ſunt, quæ per cælum penetrantia ſolſtitiali ſe & brumali revocatione converterent.* Lucanus lib. 10. de Nili inundatione:

—— conſurgere in ipſis
Ius ſibi ſolſtitiis alienâ creſcere bruma.

Cicero lib. 1. Tuſcul. cap. 39. *Apud Hypanim fluvium, qui ab Europa parte in Pontum influit, Ariſtoteles ait beſtiolas quasdam naſci, quæ unum diem vivant. Ex his igitur hora VIII. quæ mortua eſt, provectâ ætate mortua eſt: quæ verò Occidente ſole decrepita; eò magis ſi etiam ſolſtitiali die.* Et lib. 2. de Nat. Deor. cap. *In Luna quoque curſu eſt Brumæ quædam & ſolſtitii ſimilitudo.* Eodem libr. *ſolis acceſſus diſceſſuſq; ſolſtitiis brumiſq; cognoſcitur.*

Solum. Quæ ſolo continentur, vel

vel non continentur. Ita veteres vocant res mobiles, & immobiles. Livius lib. 6. cap. *Pecua captiva præter equos & mancipia præter puberes virilis ſexus. & omnia, quod ſolo non continentur reſtituenda cenſuerunt dominis.*

Solum: pro fundamento. Ut: *Hoc noſtræ diſputationis ſolum eſt.* Cicero lib. 3. de Orat. cap. *Verùm hoc quaſi ſolum quoddam atq; fundamentum eſt, verborũ uſus & copia bonorum.* Idem in Bruto cap. *Solum quidem & quaſi fundamentum Oratoris vides, locutionem emendare Latinam.*

Solum: terra. Pœn. 3. 1. ℣. 68.

Solum: infimum pedis calcaneũ, & calceamenti ſolea. Bacch. 2. 3. ℣. 98. Trin. 4. 3. ℣. 16. Curc. 2. 3. ℣. 18. Lucret. lib. 1. ℣. 852. Vide Lexic. Lucret. Dan. Par.

Solus ex plurimis. h. e. unus ex omnibus. Moſt. 4. 1. ℣. 24.

Solus ſeorſum. Aſin. 2. 2. ℣. 95. *abduxit ſolum ſeorsùm ab ædibus.*

Solus: pro, *ſolitarius, deſertus.* Aul. 4. 6. ℣. 7. Moſt. 4. 3. ℣. 3. *Terræ ſolæ.* Terent. Phorm. 5. 8. ℣. 85. *Deportarier in ſolas terras.* Virgil. Eclog. ult.

Pinifer illum etiam ſola ſub rupe iacentem.

Tibull. lib. 1. Eleg. 2. ℣. 74. *In ſolo paſcere monte pecus.* Sene Hippol. ℣. 66. *quicquid ſolis paſcitur arvis.* Virgil. lib. 11. Aen. ℣. 569. *Solis exegit montibus ævum.* Propert. lib. 2. Eleg. 19. ℣. 7. *Sola eris, & ſolos ſpectabis Cynthia montes.*

Solvere: pro, *abſolvere.* Solvere aliquem: pro, ſolvere alicui, vel: abſolvere aliquem. Bacch. 4. 9. ℣. 137.

Solvere navem. Mil. 4. 7. ℣. 17. Navis religabatur ad palum, qui dicebatur *Prymneſius*, vel, *Tonſilla.* Inde funis ſolvebatur, vel rumpebatur, vel incidebatur à properantibus. Exempla huius phraſeωs plura recitat Paſſeratius lib. 1. Eleg. 8. pag. 179.

Solvere rem collo. Pœn. 5. 6. ℣. 17.

Solvere ſimplum. Pœn. 5. 6. ℣. 25.

Solvere aliquem. pro, *alicui*, dicunt illi, qui minus eleganter loquuntur, Græcos imitati, qui verbo λύειν ita uti ſolent. Iuſtinianus §. Ait ex contrar. Iuſt. Quibus alienis licet. *Quâ diſpoſitum eſt, ita licere tutori vel curatori debitorem pupillarem ſolvere. ut prius iudicialis ſententia ſine omni damno celebrata, hoc permittat.*

Solvi navis: quando dicatur, vide litt. N. Stich. 3. 1. ℣. 16.

Solutus reus. Truc. 4. 3. ℣. 63.

Solutus & Liber. Vide Mantiſſ. de Parallel.

Somniare, Pſeud. 4. 7. ℣. 91.

Somniare: pro, *nugari & blaterare*, delirare. Curcul. 4. 3. ℣. 14. Men. 2. 3. ℣. 44.

Somniare: pro, *errare.* Moſt. 4. 2. ℣. 38. & 4. 3. ℣. 21.

Somniare: ambigue uſurpatur. Amph. 2. 2. ℣. 65. *Somnium in ſomnis videre & inania ac futilia loqui.*

Somniculosè; negligenter. Germ. Schläf-

Schläfferig. Amph.2.1.℣.57. Capt.2.1.℣.30.

Somnium, pro omine ex ſomno. Curc.2.2.℣.3. Merc.2.1.℣.2. Rud.3.1.℣.2.

Somnium videre. Vide, Videre Somnium. Terent. Heaut. 3.1.℣.82. *Somnium hercle hac nocte ego oculis non vidi meis.* h.e. tota nocte non dormivi.

Somnium inſcitum & mirum. Rud.3.1.℣.5.

Somnium narrare. Curc. 2.2.℣.6. Amph.2.2.℣.106. Cicero Divin. 11. *Somniaſſe ſe narrat, ovum pendere è faſcia.* Propert lib. 2. Eleg. 29. *Ibat & in caſta narratum ſomnia veſte.*

Somnium ſepelire. Moſt.5.2.℣.1.

Somno operam dare. Pſeud.2.2.℣.69. Stich.2.2.℣.40. Vide *Proverbia* in Mantiſſa.

Somno ſtudere, ſomniare. Eſt cõvitium vulgare in eum, qui aut abſurda loquitur, aut parum eſt intentus præſenti negotio. Mil.2.2.℣.60.

Somnus meridianus. Moſt.3.2.℣.8. Pſeud.2.2.℣.69.

Somnus; pro, ſomnium. Rud.3.4.℣.67.

Sonare: ſignificare. Cicero lib 3. Offic. cap. *Vnum ſonare.* Et lib. 2. de fin. cap. *Epicurum non intelligere interdum, quid ſonet hæc vox, Voluptas.* h. e. quævis huic voci ſubijciatur.

Sonat mare. Rud.1.3.℣.23.

Sonitus. Caſin.3.5.℣.9. Trin.3.3.℣.25.

Sonitus forium. Curc.1.3.℣.1.

Sonitus & crepitus clauſtrorum. Curc.1.3.℣.47.

Sonitus ac tumultus. Bacch.5.2.℣.1.

Sonitus ungularum. Men.5.2.℣.113.

Sonitus; pro, ſtrepitu, de homine. Moſt.4.2.℣.24.

Sonitus tumultuoſus me excivit. Trin.5.2.℣.52.

Sontes Latinè dicuntur, qui vulgò *Damnati*. Interdum & *Nocentes*. Cicero lib.2. Tuſcul. cap. *Crudele gladiatorum ſpectaculum & inhumanum nonnullis videtur, & haud ſcio, an ita ſit. Cùm verò ſontes ferro depugnabant.* Celſus Medicus: *legoque optimè feciſſe Herophilum & Eraſiſtratum, qui nocentes homines à Regibus è carcere acceptos vivos inciderunt.* Strabo vocat τοὺς ἐν αἰτίαις ὄντας ut P. Victorius obſervavit lib. 28. cap.23. Var. lect.

Sopor; pro, morte. Amph.1.1.℣.148.150. quia ſopor & mors fratres germani.

Sopor & quies. Rud.4.2.℣.11.

Sora; Colonia populi Rom. Campania. Capt.4.2.℣.101.

Soracum; σώρακος; alii *Sarracum*. Perſ.3.1.℣.64. Eſt genus vehiculi, quo ornamenta portantur ſcenicorum, teſte Feſto. Gloſſæ *Sarraca*, ἅμαξα.

Sorbeo.ui. Curc.2.3.℣.14.

Sorbere ſanguinem aliorum; eſt, conſumere bona & fortunas. Bacchid. 3.1.℣.5. & 3.3. verſu 67.

Sorbere; dormiendo. Inde Cælius vocat *ſoporem ſorbilem*; quia maximus ſtertor efficitur

quaſi

Digitized by Google

Sors; pro ſumma pecuniæ, quam *capitale* vocamus. Germ. Die Hauptſumma oder das Capital. Moſt. 3.1.℣.30.66.79.

sors populna & ambigna. Caſ.2.6 ℣.34.

sortis; pro, *sors*, teſte Priſciano l.7. Caſ.2.6.℣.28.

sortio; ἀρχαϊκῶς. Caſ.2.6.℣.42. Ennius: *An inter ſe ſortiant vrbem atq; agros?*

Sortitio. Caſ.2.6.℣.38.

sortitio mulctæ; hoc eſt, mulctæ perticeps. Mil.2.6.℣.112. Vide *Periphraſis* in Mantiſſa.

Sordere unius alteri. Truc. 2.4.℣.30.

sordere dicuntur, quæ cum aliis comparata contemnimus. Epid.3.4.℣.11.

Sic Horat. lib.1. Epiſt. 18. verſ. 18.:

—pretium ætas altera ſordet.

Hoc eſt: Nollem alterum tãtum ſupervivere potius, quam ut reticerem, quæ dicere me animus iubet.

sordidatus; ſordida veſte amictꝰ. Aſin.2.4.℣.90.

sorditudo. Pœn.5.2.℣.10.

soricina nania. Bacch.4.8.℣.48.

soror germana. Aulular.2.1.℣.3. Trin.3.2.℣.64.

sorsum. Antiqui pro, *seorsum*, dicebant. Vide infra Mantiſſ. *Particul.* Plaut. Epid.3.3.℣.21. *In adiculam iſtam ſorsum concludi volo.* Ita ibi edidi ex Mſſ. noſtris Pall. & Lang. Catullus Epigr.20. *Manumq; ſorsum habetis.* Ita ibi quoque Mſſ. Pall.

Sortes. Caſ.2.5.℣.23.

sortito. Merc.1.1.℣.25.

sortitus: ſortiendi actus. Caſ.2.4.℣.26. Cic. pro domo: *Quid ſi etiam pluribus de rebus uno ſortitu retuliſti?*

Sos & *sorum*, antiquè pro, *ipſos* & *ipſorum* κτ̄, ἀφαίρεσιν τ̄ ip. Aſin.4.1.℣.24. Sic Feſtus: *ſos*, pro, *eos* (vel, *ipſos*) *dicebant antiqui*. Ennius lib. 2. *Conſtitit inde loci propter ſos dia Dearũ* Et lib. 11. *Circum ſos quæ ſunt magnæ gentes opulentæ.*

Soſpitare aliquem factis; eſt, *beatum reddere*. Aſin.3.3.℣.93.

soſpitare aliquid, Aul.3.6.℣.10.

Soſpitalis; ſalutaris. Pſeud.1.3.℣.17.

Soſpitem diem dare. Pœn.5.4.℣.15.

Soter. Græcè Σωτήρ. Latinè vel, *salvator*, vel, *servator*, aut, *Conſervator*, multis dicitur. Sed Cicero negat uno id verbo Latino exprimi poſſe: quem puto foro ſerviiſſe. *Conſervator* enim videtur idem valere. Cicero in Verr. Accuſ.2.cap.63. *Itaque eum non ſolum pateonum iſtius Inſulæ, ſed etiam ſotera inſcriptũ vidi Syracuſis. Hoc quantum eſt? Ita magnum, uti Latino uno verbo exprimi non poſſit. Is eſt nimirum ſoter, qui ſalutem dedit.*

Spanus & *spania*. Ita & recentioribus interdum, quæ ab antiquioribus, *Hiſpani* & *Hiſpania*. ſic vetus Comment. in Juvenal. Satir.12.℣.42. *Et Baticus adiuvat aer*: *hoc eſt, spanus Veticus.*

Spargere & diſſeminare ſermonem, tranſlatè dixit Cicero pro Plancio cap. *Vos oro, Iudices, ne diſſeminato diſperſoq; ſermoni credatis.* Plato lib. 10. de leg. καὶ γὰρ εἰ μὴ κατεσπαρμένοι ἦσαν οἱ λόγοι ἐν τοῖς πᾶσι ἀνθρώποις. Iſocrat. ad Phil. Maced. καὶ τὸ ὄνομα τοῦτο διεσπαρμένης εἰς τὴν Ἀσίαν. Quod imitatus eſt Cicero pro Arch. *Ego verò omnia quæ gerebam jam tum in gerendo ſpargere me, ac diſſeminare arbitrabar in orbis terræ memoriam ſempiternam.*

ſparta. Pœn. 3. 3. ℣. 49.

Spartiates, Spartanus. Pœn. 3. 5. v. 25. 35.

Spartiatica res. Pœn. 3. 4. ℣. 9.

Spatium breve curriculo; quod nimis breve eſt ad currendũ. Stich. 2. 2. ℣. 35.

ſpatium; pro. *tempore.* Aul. 4. 10. ℣. 75.

ſpatium vitæ decurrere. Merc. 3. 2. ℣. 4.

Spatium ætatis decurrere. Stich. 1. 2. ℣. 4. Græcis σπάδιον: Æol. σπάδιον. Inde, *ſpatium. Spatiari* eſt in ſtadio decurrere. *Equus reſpatians*, dixit Poëta Eleg. de obitu Mecœnatis.

Spatium. Locus ipſe, ſeu curriculum, in quo curritur, ut *ſtadium.* Lucr. l. 6. ℣. 91.

Tu mihi ſupremæ præſcripta ad candida calcis
Currenti ſpatium præmonſtra callida Muſa

Et lib. 4. ℣. 1189.

—— & communia quærens
Gaudia, ſollicitat ſpatium decurrere amoris.

Plauti locum ex Mercatore vide pauló ante, *Decurrere ſpatium vitæ.* Cicero de Amicit. cap. *Deflexit jam aliquantulum de ſpatio, curriculoq; cõſuetudo maiorum.*

Et lib. 3. Offic. cap. *ſcitè Chryſippus, ut multa, qui ſtadium*, inquit, *currit, eniti & contendere debet.* Virgil. l. 3. Georg. cap. 74.

Hic vel ad Elei metas, & maxima campi
Sudabit ſpatia.

Lactant. lib. de opific. Dei c. 15. *Conficiamus igitur ſpatium, quo nunc decurrimus.*

ſpatium facere; pro. Ambulare, ut vulgò loquimur. Germanicè Spatzieren. Cicero lib. 1. de Orat. cap. *Tum Scævola, duobus ſpatiis tribuere factis dixiſſe ſe, &c.* Idem lib. 3. de Orat. cap. *Vt eadem ſpatia quinq; ſtellæ diſpares motu curſuq; conficiant.*

Species pro re qualibet, idem ferè, quod, *Individuum* Dialecticis: ut, *ſpecies veſtis*, certa quædam veſtis, *ſpecies argenti*, hoc vel illud argentum. Sed Cicerone recentiores eo verba ſunt uſi, Cervidi⁹: Scævola l. 18. qui uxori de auro & argent. leg. *Et ſpecies argenti, quas expreſſerat.* Et in fine: *Multas ſpecies, veſtis argenti, quas vel ipſa confeciſſe.* Et Ulpian. lib. 14. § 6. Et Sabinus. *Auro argentove cedere. ei enim cedit, cuius maior eſt ſpecies annonaria, ut panis, carnis, lardi, vini, olei. &c.* Ita in

Eeee cod.

pitolio, tantus ex fori cancellis plauſus excitatus. Sueton. Calig. cap. *Auguſti principium clade Variana Tiberii ruinâ ſpectaculorum apud Fidenas memorabile factum.*

Spectamen, probatio & documẽtum. Men. 5.6.℣.1. Ubi ſimul nota ſyntaxin; *ſpectamen bono ſervo eſt.*

Spectare; probare, explorare. Perſ.3.3 ℣.35. Donatus ad Eunuch.35. annotat *ſpectatores pecuniæ* dictos *probatores*, quos Menander δοκιμαστὰς vocat. Olim *Argentarii* de pecuniâ. Cicero lib. II. Offic. XI. *Hunc igni ſpectatum arbitrantur.* Proverbium ſapit; *ſpectare aurum.* Donatus in Terent. Eunuch. *quàm elegãs formarum ſpectator. Probator*: ut *pecuniæ ſpectatores* dicuntur Cicero 3. Verr. cap. *Ex omni pecuniâ, quam Oratoribus ſolvere debuiſti certis nominibus deductiones fieri ſolent; primùm pro ſpectatione & collybo, deinde pro neſcio quo cerario.* Sic Cicero pro Roſcio Comœdo cap. *Nemo enim illum ex trunco corporis ſpectabat.*

ſpectare aliquem. Moſt. 4.3. ℣.32.

ſpectare; pro, *exſpectare*, viſere. Bacch. 1.2.℣.2. Cicero Som. Scip. cap.6. Et lib.1. ad Herenn. cap.6.

ſpectare; videre. Amph.1,1. verſ. 267. Rud.4.7.℣.23. Moſt.3.2. ℣.136.

Spectare & viſere. Moſt.3.2.v.107

Spectare ad aliq. Moſtell. 3.2.℣. 151.

Spectare intrò. Moſtell. 4. 2. verſ. 27.

ſpectare aliquò aliquem. Moſt. 4. 3.℣.32.

ſpectata felicitas eſt. Stich. 4. 2. ℣. 49. Sic Cicero in Lælio: *Vir maximus & ſpectatus.* Et alibi, *Femina ſpectatiſſima.* Sed Cicero huiuſmodi translationibus tam longe quæſitis non utitur niſi cum præfatione: *ut ſic dicam, ut aiunt, tamquam, quaſi*: & id genus aliis.

Spectati viri. Mercat. 2.2. verſ. 47.

Spectatum eſt; notum eſt. Pœn. 4. 2.℣.1.

ſpectio; pro inſpectio, *adſpectio.* Feſtus. Cicero Philipp. 2. cap. *Nos enim nunciationem ſolum habemus, Conſules, & reliqui magiſtratus etiam ſpectionem.* Ita ex MS. cod. H. Ferrarius.

Specula; parva ſpes. Caſin. 2.4 ℣.26. Perſ. 2. 5. ℣. 9. Cicero lib. 2. Epiſt. *In communibus miſeris, hac tamen oblectabar ſpecula.*

specula ſalutis. Rud. 3.3.℣.4.

Speculari, obſeruare. Germ. Auſſpüren. Aul. 4.1.℣.19. Caſ. 4. 2. ℣.2. Moſtel 2.1. verſ. 81. Trin. 4.1.℣.10. & 4.2.℣.22. *ſpeculari loca.*

ſpeculatorum cohors. ſic enim ſcribendum, non, *ſpicul.* de Orthog. Dauſq. Speculatorum officium fuit, ut immitterentur hinc inde in terras, ad inveſtiganda, quæ gererẽtur.

Nullâ ſpe propoſitâ fore levius aliquando, nullâ præteritâ, nec præſenti, nec exſpectatâ voluptate. ubi forte leg. *nec ſperatâ* Ut lib. 2. *At quàm pulchre dicere videbare, cùm ex alterâ parte ponebas cumulatum aliquem plurimis & maximis voluptatibus nullo nec præſenti nec futuro dolore, nullâ nec adiunctâ nec ſperatâ voluptate.*

Sperat avellere: pro, avulſuram. Iungunt verbo ſperandi alia verba Infiniti modi, præſentis temporis: quæ tamen futuri (Ut Grammatici loquuntur) vim habent. Terent. Eun. 3. 3. ℣. 14. *Credo ei placere hoc: ſperat ſe à me avellere.* Et 1. 3. ℣. 11. *Spero me habere, qui hunc meo excruciem modo:* *Spero*, pro, credo more meo. Cicero pro Lig. extrem. *Spero te etiam, qui oblviiſci nihil soles, niſi iniurias recordari.* Et pro Archia cap. *Ea Iudices à vobis ſpero eſſe in bonam partem accepta.* Lucanus lib. 9. *Sed iter mediis natura vetabat Syrtibus: hac audax ſperat ſibi cedere virtus.*

Spero Poetis, & aliis quoque, ſed recentioribus, idem interdũ valet, quod, *Credo*, exprimo. Diomedes autem lib. 2. & hodie plerique quidam Grammatici pro *metuo* id accipiũt. Sed prior notio probabilior videtur. Nam & Græci ἐλπίζω & ἔλπομαι pro νομίζω & πιστεύω, ponunt. Sic ἐλπὶς pro fide & opinione, ſive perſuaſione, accipitur. Virg. lib. 1. Aen. ℣. 543.

At ſperato Deos memores fandi atq; nefandi.

Imper. Theodoſ. lib. 1. C. de ſumma Trinitate: *Qui Spiritum ſanctum, quem ex ſummo rerum parente ſperamus & accipimus, negando violat.* Donatus etiam in illo Terent. Heaut. 1. 1. in fine: *ac porrò recte ſpero illum ſalvum tibi affuturum eſſe*, accipit pro, *Credo. Spero*, inquit, *pro credo, uſitatum eſt, ſive de præſenti loquamur, ſive de præterito.*

Spernere à ſe: pro repudiare, reijcere, diſiungere, ſegregare. Ita & *Aſpernari*: de quo ſupr. Ennius apud Nonium Hectoris Lytris. *Melius eſt virtute ius. Nam ſæpe virtutem mali nanciſcuntur, ius atq; æquum ſeſe à malis ſpernit procul.* Ita eum locum correxit Gruterius Veriſimil. lib. 4. Plautus Mil. 4. 6. ℣. 17. Capt. 3. 3. ℣. 2 Cic. Orat. cap. *Si hæc eloquentia forenſis ſperata à Philoſophis & repudiata.* Et eod. lib. de Epidictico genere dicẽdi: *Quod, inquit, diximus proprium Sophiſtarum pompæ, quàm pugnæ aptius, Gymnaſiis & Palæſtræ dicatum, ſpretum & pulſum fore.* Prudentius Pſychomach.

-- -- Monumentaq; triſtia longè Spernit. --- Non abſudit Virgilij formula Aen. V. 405. *longeq; recuſat.*

Spernere: contemnere. Rud. 3. 6. ℣. 46. Mil. 4. 2. ℣. 59 80.

Spe neſcia. Rud. 1. 5. ℣. 17. & 20. *ſpeſperata.*

Spe vivere. Rud. 1. 3. ℣. 27.

in *Speponere*. Capt.5.2.ỷ.4.
in *Spem referre*. Epid.3.2.ỷ.3.
Spes; Dea. Bacch.4.8.ỷ.52. Pſeud. 2.4.ỷ.19.
Spes mea; in Blanditiis. Rud.1.3. ỷ.27. Stich.4.2.ỷ.5.
Spes; plurativo numero. Bacch. 3.1.ỷ.3. Pſeud.1.1. ỷ.109. *In te ſunt omnes ſpes ætati meæ.* Epid.4.1.ỷ.4.
Spes cœnatica. Capt.3.1.ỷ.36.
Spes cibaria paraſitorum. Curc. 2.3.ỷ.28.
Spes ſperata. Merc.3.4.ỷ.13. & 5. 2.ỷ.2.
Spes inſperata. Men.5.9.ỷ.22.
Spes elapſa eſt. Capt.3.5.ỷ.101.
Spes ſalutis. Rud.3.3.ỷ.17. *O ſalutis mea ſpes!*
Spes opeſq;. Capt.2.3.ỷ.85. Vide plura infr. Mantiſſ. ἐκ παραλλήλου.
Spes atque opes vitæ. Amphit. 5.1. ỷ.1.
Spes ſalva eſt.)(*ſpes occiſa eſt*. Caſ.2.5.ỷ.4.
Spes ſancta. Ciſt.4.1 ỷ.18.
Spes eſt. Men.5.9.ỷ.43.
Spes eſt futurum. Stichus.1.1.ỷ. 20.
Spes vitæ ſunt penes Iovem. Pœn. 5.4.ỷ.15.
Spes prorogatur. Aul.3.5.ỷ.58.
Spes decollat, Capt.3.1.ỷ.37. Vide litt. D.
Spes animam efflavit. Truc. 4.4. ỷ.23.
Spes cecidit; interiit. Moſtell.2.1. ỷ.2.
Spem perdere. Rud.1.4.ỷ.3.
Sphyngis interpres Oedipus. Pœn. 1.3.ỷ.35. (ỷ.98.
Spicere. ἀρχαϊκῶς. *videre*. Mil.3.1.
Spinther, eſt armillæ genus, quo mulieres utebantur brachio ſummo ſiniſtro. *Feſtus*. Priſc. lib.5. ἀκροχείριον. Men.3.3.ỷ. 4. & 4.3.ỷ.8.
Spinturnicium. ὑποκοριστικὸν à *ſpinturnix*; quæ eſt deformis & inauſpicata avis, dicta etiã *ambuſtanea* & *incendiaria*, quod de buſto ſeu rogo aliquid carbonis in tecta deferebat, & incendium portendebat. Græcè πυρὸς τοιοσπινθὴρ, quod eſt ſtructura ignis. Noſter de forma puellari turpi effert. Mil.4.1.ỷ.42.
ſpiritus; halitus. Milit.1.1.ỷ.17. Stoicorum phraſis eſt: *Uno ſpiritu contineri*. Paulus JC. in l. in rem actio. 23. §. rem quæcunque. D. de rei vind. *Nam ſi ſtatuæ meæ brachium alienæ ſtatuæ addideris, non poſſe dici, brachium tuum eſſe, quia tota ſtatua uno ſpiritu continetur.*
ſpiſſum, *ſpiſſus*, pro tardo, longo, pigro, & multæ operæ ac laboris. Plautus Ciſt.1.1. ỷ.77. Pœn.3.5. ỷ.47. Varro apud Nonium: *Naſcimur ſpiſſius, quàm emorimur*. Cæcilius: *Nihil ego ſpei credo, omnes res ſpiſſas facit*. Novius: *At enim tu nimis ſpiſsè atq; tardè incedis.* Turpilius: *Ita eſt: verùm haud facilè eſt invenire illi, ubi ſpiſſa eſt ſapientia*. Varro: *Omninò tutum eſſe, ſed ſpiſſum iter.*
ſpiſſigradiſſimi ſenes. Pœnol. 3. 1. ỷ.3.
Splendor clarior, quam ſolis radij. Mil.1.1.ỷ.1.
ſpolia; pro pecunia, qua quis alium

um circumducit. Bacch. 4. 4. ℣. 2. *duplicibus ſpoliis ſum affectus.*

ſpolia capere. Trin. 3. 2. ℣. 98.

ſpoliare. Vulgò, veſtes detrahere, ſive, nudare hominem. Sed *ſpoliare* erat ſolemne verbum Livius lib. 2. cap. *Conſules ſpoliari hominem, & virgas expediri iubent.* Et mox: *Quò ferocius clamitabat, eò infeſtius circumſcindere, & ſpoliare.* Seneca lib. 1. Controv. 2. *ſilo Pompeius dixit: Deſpolia. Meretrix agnoſcis hoc verbum?*

ſpoliarium. Tam in balneis, quã in Gladiatorum Circis, & arenis uſitatum, Ἀποδυτήριον. In balneis, ubi exuebant veſtes: in arenis, ubi itẽ veſtes exuebant, & etiam vulnerati curabantur, ac receptabantur. Seneca de Provident. *Id enim proſcriptionis ſpoliarium eſt, ſenatorum capita.* Plinius Panegyr. ubi de ærario: *Nunc templum, nunc verè Deus, non ſpoliarium civium cruentorum præclarum ſæuum receptaculũ.* Seneca Epiſt. 94. *Numquid aliquem eſſe tam cupidum vitæ putas, ut jugulari in ſpoliario, quàm in arenâ malit.* Et Caſſius Severus in Controverſia. Debilitans expoſitos. *Volo mehercule poſſe illam ſpecum tuã, illam humanarum calamitatũ officinam, illud infantum ſpoliarium.*

ſpoliis opplere ædes. Truc. 2. 6. ℣. 41. 43. *ſpolia capere.*

ſpondere: certo promittere. Epid. 1. 1. ℣. 6.

ſpondere: eſt propriè patris puellæ. *Deſpondere* patris adoleſcentis. Ciſt. 2. 1. ℣. 21. Vide Alb. Gentilem de Nuptiis l. 2. cap. 2. pag. 121.

ſponderegnatã. Trin. 5. 2. ℣. 33. 34.

ſpondere uxorem alicui. Curc. 5. 2. ℣. 74. (121.

ſpondere pro aliquo. Pœn. 1. 2. ℣.

ſponſa imperita atq; integra ſive incorrupta & iugi impatiens. Caſ. 4. 4. ℣. 11.

ſponſalia. Interdũ de Convivio, ſponſo præberi ſolito, dicitur. Cic. lib. 2. Attic. Epiſt. 5. *A. d. 5. Eidd Apr. ſponſalia Craſſipedi præbui huic convivio puer optimus Quintus tuus, meuſq; quod perbreviter commotus fuerat, defuit.*

ſponſionem facere. Men. 4. 2. ℣ 27.

ſponte tuapte. Trin. 3. 2. ℣. 40.

ſponte mea ambulare non queo: meis viribus. Truc. 2. 6. ℣. 46.

ſponte: ſuâ ſponte, per ſe. Ut; *ſuâ ſponte turpe eſt.* Cic. Orat. cap. *Hæc tenenda ſunt Oratori. ſæpè enim occurrunt: ſed quia ſuâ ſponte ſqualidiora ſunt, adhibendus erit in his explicandis quidam orationis nitor.* Lucr. lib. 1. ℣. 213.

Quod ſi nulla forent noſtro ſine quæq; labore
ſponte ſua multò fieri meliora videres.

Cic. pro Sylla c. *In quo ego tam ſubitò & exiguo & turbido tẽpore multa, ita ut dixi, non mea ſponte providi.* Et paulò ante: O DI *immortales! vobis enim tribuã quæ veſtra sũt, nec verò poſſũ meo tantũ ingenio dare, ut*

tot res, tantas, tam varias, tam repentinas in illâ turbulentiſſimâ tempeſtate Reipub. meâ ſponte diſpexerim. Et lib. 1. de fin. cap. *Nam ſi concederetur, etiamſi ad corpus nihil referatur, iſta ſua ſponte & per ſe jucunda, per ſe eſſet & virtus & cognitio rerum, quod minimè ille vult, expetendum.* Et in Piſon. cap. *Auſus eſſet initio exire de provinciâ, educere exercitum, bellum ſuâ ſponte gerere, in regnum inviſu populi aut Senatûs accedere.*

Sportula: vas obſoniorum. *Nonius.* Men. 1. 4. ✝. 1. Stich. 2. 2. ✝. 17.

Sportula & *Sporta*: à *ſparto* dictæ ſunt, inquit Nonius, quod ex ſparto fierent, vel ab aſportando. In eis enim portabant edulia omnis generis. Curc. 2. 3. ✝. 10. Deinde apud poſteriores Romanos *ſportula* dictæ cœnæ, quæ tenuioribus dabantur: & opponuntur *rectæ cœnæ.*

Sportula dicuntur, vel ut *Symbola* ſtipes, ſive munuſcula, quæ dantur pro introitu officij aut Collegii, aut alicui ad ſe alendum. Vlpian. lib. 5. §. ult. D. de donat. in t. vet. l. 11. D. quærit: *Si mulier acceptam à marito pecuniam in ſportulas pro cognato ſuo ordine erogavit, an donatio valeat.* Apuleius lib. 7. Met. *Et diloricatus ſtatim pænulis in medium protulit duo millia aureorum. Et Ennius inquit: Iſtam ſportulam, imò verò dotem, veſtro Collegio libens, meq; vobis ducem fidiſſimum, ſi tamen non recuſatis, offero.*

Spurcare. Men. 1. 2. ✝. 57.

Spurca)(*pura noctes.* Aſin. 4. 1. ✝. 61.

Spurcidicus verſus. Capt. Prol. ✝. 56.

Spurcificus: ſæuus, ſanguinarius. Trinum. 4. 1. ✝. 7. Lucill. Sat. 4. *Samnis ſpurcus homo.* Cic. lib. 1. ad Herenn. *Si quid eorum ſuperbè, ſpurcè*: h. e. atrocitor, ſæviter, ſanguinariè. Idem: *Spurciſſima tempeſtas.* Nonius.

Sputare: exſpuere. Capt. 3. 4. ✝. 1. 8. Merc. 1. 2. ✝. 27.

Sputator. Mil. 3. 1. ✝. 51.

Squalere generaliter dicitur, quicquid aliquâ re ita obſitū & oppletum eſt, ut viſentibus horrorem ferè incutiat, quãvis propriè *Squalor* de ſolis ſordibus dicatur. Ita Agell. lib. 2. cap. 6. in fine. Attius Pelopidis. *Ejus ſerpentis ſquama ſqualido auro & purpurâ prætexta.* Virgil. libro 4. Georg. ✝. 91.

Alter erit maculis auro ſqualentibus ardens.

Et lib. 10. Aen. ✝. 314. *Auro ſqualentem latus haurit apertum.* Et libro 5. Aen. ✝. 86. de angue:

Cæruleæ cui terga notæ, maculoſus & auro
Squamam incendebat fulgur, ceu nubibus arcus.

Squalor: immunditiea, immundus corporis cultus. Ciſtell. 1. 1. ✝. 116.

Squa-

Squalidus & horridus homo. Trucul. 5. 1. ỿ. 41. 42. vbi tamen ex Mſſ. Vatic. reſtituimus, *ſqualis*.

Squama. Rud. 4. 3. ỿ. 53.

Squamoſum pecu : ſunt piſces. Rud. 4. 5. ỿ. 5. Etiam Lucretius dixit *ſquamigerum pecudes.*

St! nota ſilentii. Caſ. 5. 2. ỿ. 47. Curc. 1. 2. ỿ. 69. Epid. 2. 2. ỿ. 1. Bacch. 5. 2. ỿ. 37. Moſtell. 2. 2. ỿ. 58. 74. & 3. 2. ỿ. 166. 167. Men. 2. 3. ỿ. 78. Mil. 4. 1. ỿ. 38. Pſeud. 4. 1. ỿ. 42. Merc. 4. 4. ỿ. 9. 11. Nævius: *ST! tace. tale verbum cave faxis.* Poëta vetus, *—ſanctus Serapis, Iſis & Harpocrates digito qui ſignificat ſt!* Pomponius Atellanarius Poëta : *Pater, at ſt! negato eſſe hic me: operibo caput.*

Stabile eſt. Bacch. 3. 4. ỿ. 26. Sic Cicero Divinat. in Verr. capite 7. *At enim ſolidum id eſt, ut me Siculi maxime velint* : hoc eſt, certum ac ſtabile, quod labefactari nulla ratione queat. Græcè, *πυκνόν.*

Stabilimentum ventri. Curc. 2. 3. ỿ. 88.

Stabile ſtabulum. Aul. 2. 2. ỿ. 56.

Stabilire. id, quod vulgò jam fere, *fundare.* Cicero pro Sextio cap. *Quare imitemur noſtros Brutos, Camillos, qui hanc Remp. ſtabiliverunt.* Et ead. Orat. *Nominatim ſum appellatus in Bruto: Tullius, qui libertatem civibus ſtabiliverat.* Sed ea verba in Bruto Poëtæ Attij ſunt.

Stabilis domus. Merc. 3. 4. ỿ. 68.

Stabulum flagitij. Truc. 2. 7. ỿ. 31.

Stabulum nequitiæ. Caſ. 2. 1. ỿ. 13.

Stabulum ſervitricium : convitium in ſervos. Perſ. 3. 3. ỿ. 13.

Stabulum: pro hoſpitio, ſtatione, perfugio. Moſt. 2. 1. ỿ. 3. Inde *Stabularius*, pro caupone, diverſitore, ſeu hoſpite publico ſumitur. Apul. lib. 1. Metam. pag. 109. & 110. *Manſionis pretio ſtabulario perſoluto.* Seneca lib. 1. Ben. cap. 14. *Nemo ſtabularij aut cauponis hoſpitē iudicat.* Feſtus: *Proſedas meretrices Plautus appellat, quod ante ſtabula ſedeant.* Inde & *Proſtibula.*

Stabulum olere. Pœn. 1. 2. ỿ. 56. de meretricibus proſtibulis, quæ ante ſtabulum meritorium ſtant quæſtus cauſa.

Stacte : *στακτὴ*; latex oleumve à cinnamomo & myrrha inciſa ſudans. Curc. 1. 2. ỿ. 6. Moſt. 1. 3. ỿ. 150.

Stalagmium : inaurium genus oblongum, ex bacca pendula, à guttæ ſimilitudine, quæ *σταλαγμὸς* dicitur. Men. 3. 3. ỿ. 18. *Inaures ſtalagmia.*

Stapia. Vocabulum novum, & barbarum, pro eo ferro, cui pedes equitantium incumbunt. Exſtat in Inſcriptione Romanâ.

PES. HÆSIT: STAPIÆ.
ATQVE. LACERATVS. EST.
AB. EQVO.

De Origine *Stapiæ* vide Marcelli Donati dilucidationes ad Sueton. Calig. c. 3. (v. 85.

Stare: verbū militare. Amph. 1. 1.

Stare fides : eleganter dicitur. Pſeud.1.5.✠.62.

stare;pro,*conſiſtere*,quieſcere,de navi in mari. Bacchid. 2.3.✠. 58.

stare : cauſam pro aliquo dicere. Men.5.2.✠.48.

stare:pro,incolumen eſſe. Cicero libro 1. Epiſt. 9. *ſi ijs pro me ſtante pugnare licuiſſe, cùm afflictum excitare potuiſſent.* Et lib.6.Epiſt.6. *Cùm me ex Rep. expuliſſent ij, qui illam cadere poſſe ſtante me non putarunt.* Et lib.7.Epiſt.2. *qui me ſtante ſtare non poterat.*

stare:de advocatis. Caſ.3.3.✠.5.

stare:pro,*eſſe*.Aul.3.3.✠.2.

stare dicuntur *pedes* ſobriis non ebriis Pſeudol.5.1.✠.1. Vide litt.P.

stare ſententia.Curc.2.1.✠.35.

stare ab aliquo, &, *cum aliquo*: pro eo, quod, eius partes ſequis, eum tueri, ἀγὸς τινὸς εἶναι. Livius l.7.bell. Aſiat.c. *Quia in Affricâ adversùs syphacem & Carthaginenſes fideliter atque impigrè nobiſcum ſtant.* Cicero in Bruto cap. *Vt nemo contra civium & perditorũ popularem turbulentamq; dementiam à senatu & honorum causâ ſtetit.....*

stare:pro,plenum eſſe. Sed Poëtis,ni fallor,uſitatum : quamvis & Hiſtorici eo utantur. Obſervavit hoc olim & Agell. lib.8. cap.5. cuius Index tantùm exſtat. Cæcilius apud Nonium : *Hic amet;familia fame pereant, ager autem ſtet ſentibus.* Eumq; imitatus Lucilius Satir.5 *Praterea ſtat ſentibu' pectus.* Sed Donatus in Andr.4.2.✠.18. ita Lucil. adducit:*ſtat ſentibu' fundus.* Virgilius Eñium imitatus lib. 12. Aen.v.402. ait—*malum eſt. jam pulvere cœlũ ſtare vident.* Siſenna apud Nonium.*caligine ſtat cœlum.* Plura in hanc rẽ vide ſis apud politiſſimum virum Iacobum Caſellium lib. 2.Var. lect.cap.4.

statores. Olim Præſidum & Proconſulum miniſtri.differunt, ni fallor à *stratoribus*:ut Cuiacius putat. Cicero lib.2. Epiſt. 17.ad Caninium:*Litteras à te mihi ſtator tuus reddidit Tarſi.* Et Epiſt.ad Cælium:*Quaſi exiſtimavi, tamen faciendum,at ad te ſtatores tuos & lictores cum litteris mitterem.* Vlpian. l.10 D.Ex quibus cauſ.maj.*In eâdem causâ ſunt & qui à militibus ſtatoribusq;, vel à militibus adſervantur.* Et l.4.§1. de Offic. Proconſ. *Nemo Proconſulum ſtatores ſuos habere poteſt.* Sic ibi leg. non ut in Pand. Flor. *ſtratores*. Sic enim in vitâ Martyris Cypriani leg. *Ductus & ſuſceptus eſt:Cyprianus cuſtodiendus ab ſtatore officij Procoſ.*

stat pretium : conſtitutum eſt. Mil.3.1.✠.132.

stat;pro,conſiſtit,vertitur. *Periculum vita mea ſtat tuo periculo.* Capt.3.5.✠.82.

staticulus, & *um*. Saltatio in qua ſtatur, & movetur nonnumquam, Perſ.5.2. verſ.43. Græce χειρόνομον. Vide Bud.L. G.pag.

G. pag. 975. Cato apud Macrobium. *ſic nimirum M. Cato ſenatorem ignobilem Cæcilium ſpatiatorem & Feſcennium vocat, eumque ſtaticulos dare his verbis ait: De cantherio: inde ſtaticulos dare, ridicularia fundere.* Et alibi: *Præterea cantat: ubi collibuit, interdum Græcos verſus agit, iocos dicit, voces demutat, ſtaticulos dat.* Turn. lib. 17. 10. & l. 18. 4.

ſtatim: primam producit. Amphitr. 1. 1. ℣. 83. 119. Nonius explicat *perſeveranter, æqualiter, fixè*. Græce ἱσταμένως, σταδιαίως. Vocabulum militare.

ſtatio gladiatorum. Mil. 4. 9. v. 12.

ſtatua ſeptempedalis. Curcul. 3. ℣. 70. (℣ 70.

ſtatua ſolida ex auro. Curcul. 3.

ſtatua verberea: de ſervo, bene verberibus exercito. Capt. 5. 1. ℣. 3. 1. Pſeud. 4. 1. ℣. 7.

ſtatuam ſtatuere. Bacchid. 4. 4. ℣. 1. Curc. 1. 2. ℣. 49.

ſtatuere. Veteribus uſitatum, nobis non item, pro eo, quod, judicare, aut ſententiam ferre. Cicero libro 3. de Orat. cap. *Ut hi, qui audiunt, naturâ & genere, & univerſâ re cognitâ de ſingulis reis & criminibus, & litibus ſtatuere poſſint.*

ſtatuere. Verbum in dedicationibus. Curc. 1. 2. ℣. 49. Bacch. 4. 4. ℣. 1.

ſtatuere; ponere. Perſ. 5. 2. ℣. 7. *ſtatuite his lectulos, ponite hic, qua adſolent.*

ſtatuere navem: pro, ſiſtere. Bacchid. 2. 3. ℣. 57. Arnob. libro 1. *Famuli eius hoc modo ſtatuerunt errantes aquas.* Cyprianus: *ſi fontem ſiccitas ſtatuat.*

ſtatur. Pſeud. 1. 5. ℣. 42.

ſtatura. Amph. 1. 1. ℣. 288.

ſtatura commoda. Aſinaria 2. 3. ℣. 21. (℣ 152.

ſtatura haud magna. Pœnol. 5. 2.

ſtatus. Pœn. 1. 2. ℣. 56. Contrar. *Motus*. Cicero lib. 5. fin. cap. *Quod in motu & ſtatu corporis nihil ineſt.* Et mox: *Etſi turpitudinem fugiemus in ſtatu & motu corporis.*

ſtatus dies: dicitur, qui iudicii cauſa eſt conſtitutus. Curc. 1. 1. ℣. 5.

ſtatus: pro habitu corporis. Amphitr. 1. 1. ℣. 109. Mil. 2. 2. ℣. 51. Pſeudol. 1. 5. ℣. 43. & 5. 2. ℣. 2. Moſt. 5. 2. v. 50. *Viden' ut reſtat furcifer*: Pœnol. 1. 2. ℣. 56. de meretricibus. Vide ſupr. *ſtabulum olere* dicuntur proſtibula. Ter. Eun. 3. 5. v. 49. *Tum equidem iſtuc os tuũ impudens videre nimium vellem: qui eſſet ſtatus, flabellũ tenere te aſinum tantum.* Cic. in Verr. de Præt. urb. *Non ſolùm numerũ ſignorum, ſed etiam uniuſ cuiuſq; magnitudinem, figuram, ſtatũ, litteris definiri vides.* Et l. 1. fin. c. *Omnẽ naturã id habere propoſitum ſe ut cuſtodiat, quã in proximo* (forte, *optimo*) *ſui generis ſtatu.*

ſtatus alicuius. hoc eſt, aſpectus, ſpecies. Sic &, *ſtatus cæli*. Vide ſupra *Adfectio*: pro cõditione, ſeu qualitate morũ. Plaut. Pſ. 5. 2. v. 2. *Vide ſtatum hominis.* Germani dicerent: ſieht wie er ſich ſtelt. Sic Moſtell. 5. 2. verſ. 50. *Vide, ut reſtat furcifer.*

Siehet

Digitized by Google

ſiehe/ wie ſich der Vogel ſpert. Livius libro 37. cap. 12. *Inde cùm in proximâ Samia vellent trajicere, non exſpectato Solis ortu, ex quo ſtatum cæli notare gubernatores poſſent, in incertam tempeſtatem miſerunt.*

Statutus: magnæ ſtaturæ. Rud. 2.2.ỽ.11.

Stega. Tabulatum navis, & quaſi proſcenium, in quo nautæ ambulant. *Fulgent.* Bacch.2.3. ỽ.45. Stich.3.1.ỽ.12. Petronius vocat *conſtratum puppis.* Hinc Cicero in Verrem: *navis cõſtrata*. quæ Cæſari *tecta.*

Stephaniſcidium: στεφανισκίδιον. Stich. 5. 4.ỽ.57.

Stella diurna: lucifer, φωσφόρος. Men.1.2.ỽ.62.

Steriles manus furum. Trucul.1. 2.ỽ.34. (ỽ.30.

Sterilis amator à datis. Truc.2.1.

Stercoreus: putidus, inſtar ſtercoris. Mil.2.1.ỽ.12. Sic in vulgato illo Varroniano: *Omnes videmur nobis ſaperdæ, feſtivi, belli, cum ſimus, copreæ.*

Sterquilinium. Perſ. 3.3.ỽ.3. Caſina 1.1.ỽ.29. Quamquam hic Vetus Codex Membr. Pal. exprimat *ex ſperculino effoſſe.* Neque aliter in Pand. Flor. legitur in l. 17. ff. ſi ſervitus vindicet. & in l.17. §. fundo. ff. de actionibus empt. Item Gloſſæ. *Sterculinum*, κοπρο-δοχεῖον. κοπρεία. Vide etiam *Cœnum.*

Sterquilinium publicum. In maledictis. Perſ.3.3.ỽ.3.

Stercus: de ſordibus in domo. Aſinaria 2.4. verſ. 18. *Juſſin' ab ianua, hocce ſtercus hinc auferri?*

Stercus: de re abiectiſſima. Vide *proverbia* in Mantiſſa. Truc. 2.7.ỽ.5.

Stertere. Mil.3.2.ỽ.7.

Stertere noctem totam. Aſinaria 5.2.ỽ.21.

Stibadium. Plin. lib. 5. Epiſt. 6. ad Apollinarem: *In capite ſtabadium candido marmore, vite protegitur: vitem quatuor columellæ Caryſtiæ ſubeunt. E ſtibadio aqua velut expreſſa calcantium pondere ſipunculis effluit.* Et mox: *E regione ſtibadii adverſùm cubiculum tantum ſtibadio reddit ornatus, quantum accipit ab illo.*

Stili ulmei. Pſeud.1.5.ỽ.132.

Stilus: Bacch.4.4.v.64. Erat pennæ inſtar, cuius una pars erat acuminata, qua ſcribebãt: altera obtuſa, qua delebant illud in cera, quod ſcripſerãt, & ceram rurſus complanabant. Unde nata phraſis *ſtylum vertere.* Cic.2. Accuſ. Verr.c. *Cũ hæc ad iſtum adferrentur, pertimuit aliquando, & commotus eſt: vertit in tabulis ſuis: quo facto cauſam omnem evertit ſuam.* Horat. lib.1. Sat.10.v. 72. *Sæpe ſtylum vertas.*

Stilus ſcriptorius. Mil. 1. 1.ỽ.38.

Stimulari. Ciſt. 2.1.v.4. & 3.4.v. 66.

Stimulatrix: quæ alterum exſtimulat, & hortatur. Moſt.1.3. ỽ.46. 62. (31.

Stimuleum ſupplicium. Mil.2.6.v.

Stimuli: pro ferulis, quîs vapulabant ſervi. Moſt.1.1.ỽ.54.

Sti-

Stimuli & flagra. Pſeud.4.8.v.3.

Stimulo fodere. Curc.1.2.☩.40. Men.5.5.☩.48.

Stimulo fodi. Bacch.5.2.☩.39.

Stimulorum crux de ſeruis. Perſ. 5.2.☩.17. *Quid ais Crux ſtimulorum tritor?*

Stimulos pugnis cadere. Truc.4.2. ☩.55.

Stimulum τò. Men.5.2.☩.112.

Stimulus; pro *offendiculo.* Caſ.2. 6.☩.8.

stimulus longus. Truc.4.2.☩.61.

stipendia; μετωνυμικῶς pro ipſa militia. Quia in militia ſtipēdia dari ſolita. Epid.2.1.☩.36.

stipendium emeritum, dicunt, quando pugnæ finis eſt. Moſt. 1.2.☩.51.

stipendium pro pecuniâ, quæ militi datur: notum eſt. sed & alia eius notio eſt, minus nota: pro vectigale quodam, ſeu tributo: à quo & populo *ſtipēdiarij*, qui & *Vectigales* dicuntur ordinarium tamen, cùm tributum ſit extraordinariū. Cæſar lib.5.bell. Gall. *ſeſe pro Cæſaris in ſe beneficijs plurimùm ei conſiteri debere, quod eius operâ ſtipendio liberatus eſſet, quod Atvaticis finitimis ſuis pendere conſuiſſet.*

stipendioſus miles, *Tironi* opponitur à Vegetio, qui multa jam ſtipendia fecit. Quod nomen ſæculo Vegetii reſpondet non optimo. Veger. lib. 1.cap.18, *Non tantùm autem à tironibus, ſed etiam à ſtipendioſis militibus ſalitio equorum diſtrictè ſemper eſt exacta.* Ita & stevvechius in ſuis Mss. libb. repperit. Vulg. *ſtipendiarijs*

stipulari. Pſeud.4.6.☩.14. Curc. 4.1.☩.12.

stlopus. Dicitur eſſe ſonus, qui ex buccis inflatis emittitur. Vulgò non rectè ſcribitur *sclopus.* Perſius ſatir.5.☩.

Nec ſtlopo tumidas intendis rumpere buccas.

sic ibi vet. cod. At ne quid diſſimulem, *ſtlopus* apud Priſcianum etiam extremo lib. 1.legitur. *Tres autem conſonātes non aliter poſſunt jungi in principio ſyllabæ, niſi ſit prima ſut c vel p. ſecunda poſt ſ. quidem, vel tertia l vel r. ſed l in ſolis illis quæ ab s incipiunt. Vt, aſclepiodorus, ſcriba, ſtlopus, ſplendidus. ſpretus.* Ita & vett. libb. Vulg. *ſclopus.*

Stirpes. Propriè trunci, non autem, quæ Græcè vocantur τὰ φυτὰ. Vide ſupr. *Gignētia*, &, *planta.* Videtur tamen Cic. uſus pro φυτοῖς. Lib.2. de Nat. Deor. cap. *Neque enim ſi ſtirpium ſimilis ſit, aut etiam beſtiarum optima putanda ſit.* Vocat ibi *ſtirpes*, quæ paulò ante, *ea quæ gignuntur è terrâ.* Poſſet tamen & ibi propriè accipi.

Stolidi; vocantur, non tam ſtulti, & excordes, quam tetri, moleſti, illepidi, quos Græci vocant μοχθηρὰς καὶ φορτικὰς. Agell.18.4. quem lege. Plautus Bacch.5.1.☩.2. Epid.3.3.☩.39. Videtur tranſlatum verbum à re ruſtica. *stolones* enim vocant agricolæ in arboribus fruticationem inutilem, ait Plin.

Plin.l.1.c.1. vnde cognomen Liciniæ genti. Et Auſonius pro ſtolido *ſtolonem* dixit; *ſed iam non potes ô ſtolo doceri.* Vt Plautus. Moſt.1.1.v.12. *fruticē*

Stomachum alicui facere: ad iram cōcitare. Priap. Carm. 77. *Irmanē ſtomachum mihi videtis.*

Strata. Interdū pro clitellis, aut compoſitis ad ferenda. Græcè ϛρώματα. Livius l.7.cap. *Mulis ſtrata detrahi jubet, biniſq; tātùm centunculis relictis agaſones armatos imponit.*

ſtrategus; ϛρατηγός, imperator belli. quem Æmilius Probus *Prætorem* vocat. Curc.2.3.ỽ.6.

ſtrategus; magiſter conuiuii. οἰνόπτης ὀφθαλμὸς. ſtich.5.4.ỽ.20.22.

ſtatitiotici mores. Mil. 4.8.ỽ.49.

ſtratioticus homo; militaris. Germ. Ein Kriegsgurgel. Pſeud.4.1.ỽ.12.

ſtratioticus nuncius, militaris, qui à milite venit. Pſeud.2.2.ỽ.9.

ſtratonicus; quæſtor Regis Phil. & Alex. M. homo prædiues. Rud.4.2.ỽ.27.

ſtratores Dicuntur, qui equitem tollunt in equum: ab eo, quòd equos ſternerent. Græcè ἀναβολεῖς, ab eo, quòd tollerint, vel ſubjicerent in equos. Germani ſunt, Sattel Knecht. Alii ſunt *ſtatores*: de quibus ſupra. Paternus IC. l. ult. in fine De lib.50.tit.6. *Et ſtratores & polliones, & cuſtodes armorum.* ſpartianus Caracall. *Cùm illū in equum ſtrator eius levaret.* Ammian.l.30. *Cùm eum elatus non ſuſciperet equus, anteriores pedes præter morem erigens ſublime, dextram ſtratoris militis juſſit abſcindi.* ſtratorum quoque mentio in l. 4. §. 1. de offic. proconſ. ſed ibi legvidetur *ſtatores.* Vide ſupr. *ſtator.* Eſt & tit. in C. l. 12. de *ſtratoribus.* Vbi tamen & probo nomine ſtratoribus, unūque tantum ſolidum à provincialibus poſcere permittitur.

ſtratum. Quicquid inſternitur, maximè in lectulis & nidis.

ſtratum & ſtratura: Eſt equi ephippium, ut & Græcis ϛρῶμα. Ephippia enim vetera non erant ut noſtra, ſellæ, ſed ſtragula quædam è corio, pelle, veſte. ſeneca Epiſt. 80. *ſtultus eſt, qui equum emturus, non ipſum inſpicit, ſed ſtratum, qui & frænos.* &c. *Equum emturus ſolvi jubes ſtratum.* ſic & in Gloſſis vett. ἐφίππιον, ſcordiſcale. Xenophon. lib.8. de Perſis: Νῦν δὲ ϛρώματα πλείω ἔχουσιν ἐπὶ τῶν ἵππων, ἢ ἐπὶ τῶν εὐνῶν ου γαρ ... ἀπλείας οὕτως ... τοῦ μαλακῶς ... ἐπιμέλονται. Oroſius l. 5. c. 15. *Equus quoq; ipſe, quo vehebatur, ſtraturis, frenâ, ac cingulis diſſolutis ac diſperſis, exanimis procul iacuit,* ita vett. libb. vulg. *ſtratoriis.* In Inſcription. quoque STRATVRÆ vocabulum reperitur. Livius l. 34. *Et equus tuus pretioſius veſtitus erit, quàm uxor veſtita?* Plinius l.7. cap.56. *Frænos. & ſtrata equorum Pelethronium inveniſſe dicunt, atq; adeò curabant, ut probabant equos.*

ſtratura. Interdum de munere ſternendarum viarũ, ut. *Aſſeſſura. Conciliatura.* Ita ſueton. utitur in Claudio cap. 24. *Quæſtorum Collegio pro ſtraturâ viarum, gladiatorum munus injunxit.*

strena: stich. 5. 2. ℣. 24. Vide Feſtum & inibi scalig.

strenuare; ſtrenuum ſe gerere. Pſeud. 2, 2. ℣. 34.

strenuè: valde. Pſeud. 1. 5. ℣. 94.

strenuè: citò. Men. 5. 7. verſ. 48 *ſtrenuè affer*. h. e. citò. Trin. 4. 4. ℣. 10. *ſtrenuè currere*. Pſeud 4. 7. ℣. 79. *ſtrenuè ire*.

strenui. Truc. 2. 6. ℣. 12.

strenui populi. Pſeud. 4. 7. ℣. 28.

strenuos præterire. viros fortes negligere. Trin. 4. 5. ℣. 29.

strenuus, strenuior Epid. 3. 4. v. 10.

strenuus vir. Truc. 5. 1. ℣. 53.

strenuus homo. Pſeud, 2. 4. ℣, 6.

In ſtrepitu exaudiſſe. apud plautũ Pernebulam. Vide *Caligo* ſupr. Cicero lib. Attic. Epiſt. *In ſtrepitu videtur exaudiſſe.*

stria: antique: pro, *tria*. Trucul. 4. 2. ℣. 44. Vide Animaduerſiones.

striata pelaguſia. Rud. 2. 1. ℣. 9. Vide Plin. l. 9. cap. 37.

strictim tondere. Capt. 2. 2, ℣. 18.

strictura. inquit Servius in 8. Aẽ. *eſt terra ferri in maſſam coacta.* Nonius, *ſcintillam ex ferro ferventi exeuntem eſſe* putat. ſed errat: licet utramque notionem adferat. Gloſſæ: *strictura*, *metallum* λελιπασμένον, ἢ τὸ ἀπὸ τοῦ σιδήρου πίπτοντος σπινθῆρες. Virgil. lib. 8. ℣. 420. *ſtridentque cavernis ſtrictura chalybum, & fornacibus ignis anhelat.* ſcintillæ nõ ſtridunt, ſed ipſæ maſſæ. Lucilius l. 3. *crebra ut ſcintilla in ſtricturis, quod genus olim ferventi ferro.* Quo verſu perſpicuè diſtinguuntur ſcintillæ à ſtricturis. Rutilius Itin. *non Biturix largo potior ſtrictura camino: Nec quæ sardonio ceſpite maſſa fluit.* Prudentius lib. 2. contra symm. *Decoquat in maſſam fervens. ſtrictura ſecures,* Rurſus quo in loco *ſtrictura* videtur eſſe fervens ferrum, ut in fornace. Varro inquit ad illud Virgil. *ſtrictura chalybum, & aliud dicit, naſci quidem illic ferrum, ſed in ſtricturam non poſſe cogi, niſi transvectum in Populoniam Tuſciæ civitatem.*

strigare. Dicitur de jumentis, equis, aut bubus: pro, Intermittere, non pergere, conſiſtere, interquieſcere: cui contrar. *Reſtringere*, & *pro telo ducere*: id eſt, actum continare. Virgil. in Catalect. de sabino pag. 89. 240.

Et inde tot per orbitoſa millia
Iugum tuliſſe; læva ſive dextera
ſtrigare mulas, ſive utrumque cœperat.

sic enim ibi Ioſephus scaliger correxit. Vulg. *stringere mulas*, Idem quoq; apud Propert. l. 4. ita emendavit. *striga nam rapto volſi carpẽta Nepotis* &c. ubi vulg. *serica. nam taceo.* seneca Epiſt. 31. *surge, & reſtriga, at clivũ iſtum, uno, ſi potes, ſpiritu exſupera.* Ita & ibi mutat Lipſius ubi vulg. *& inſpira*

seneca

Digitized by Google

seneca ita loquitur: *Si rurſus ad honeſta nitentes, quantò magis incubuerint. minusq; ſibi vinci ac ſtrigare permiſerint, admirabor.* Ita ex vet. lib. Fr. Modius Novantique. lect. Epiſt. 2. quod & Muretus, probat, tacito tamen Modii nomine, atque *ſtrigare* eſſe, dare aliquid ſpatii equis in ſuperando clivo, ad interquieſcendum ac recipiendum ſpiritum. Mihi seneca ibi ita emendandus videtur: *minusq; ſibi ſtrigare permiſerint. admirabor, & clamabo tantò melior ſurge, & inſpira, & clivum iſtum* &c. Nam *τὸ vinci non* eſt in vet. cod. ſed vitio quodem irrepſit; quia notatum ab antiquo fuerat, hîc ſubeſſe vitium, vel mendum. Germani de equis vocant Stallen/ cùm ad urinam mittendam interquieſcunt. Vide etiam Turneb. lib. 24. cap. 42. Adverſ. Et infr. *Protelo.*

striges: ſunt aves nocturnæ, quas Græci *στρίγγας* appellant. Vnde maleficis mulieribus nomen eſt inditum. Gloſſæ: *striga, λαιστρυγὼν, γυνὴ φαρμακίς.* Vide scalig. ad Feſt. & Virgil. Catal. Pſeud. 3. 2. ℣. 31.

strigilis. Perſ. 1. 3. ℣. 44. Vide, *Ampulla.*

strigilis rubiginoſa. stich. 2, 1. ℣. 77.

strigo, onis. pro malefico, ut *ſtriga*, malefica. Plautus Bacch. 2. 3. ℣. 45. *atque ego tum lembum conſpicor, longum, & ſtrigonem maleficium.* Quam tamen lectionem Mureti & Giſanii contra conſenſum Chirographorum & edd. non auſus fui recipere. Vide Animadverſ. noſtras.

strigoſas. Livius lib. 27. cap. *Moram pugnæ attulit, quod Haſdrubal profectus ante ſigna cum paucis equitibus ſcuta vetera hoſtium notavit, quæ ante non viderat, & ſtrigoſiores equos.*

stringere: pro cōſtringere. Pſeud 1, 2. ℣. 66.

strophiarius: ſtrophiorum opifex. Aul. 3. 5. v. 41. Nonius: *strophium faſcia brevis, quæ virginalem papillarum tumorem cohibet.* Catullus: *Non tereti ſtrophio lactentes vincta papillas.* Turpilius Philopatro:

— *me miſerum, quid agam? inter vias,*
Epiſtola excidit mihi, infelix inter tuniculam
Et ſtrophium collocaram. —

Apul. l. 11. Mileſ. *Ipſa linea tunica mandule amicta, & ruſſea faſciola pranitēte aliuſculo ſub ipſas papillas ſuccinctula, illud cibarium vaſculum floridis palmulis rotabat in circulum.* Græci *ταινίαν* vocant. Pollux *τὸ τῶν μαστῶν τῶν γυναικείων ζῶσμα, ταινίαν ὠνόμαζον, καὶ ταινίδιον.* Anacreon optat ut ſit inter alia, *καὶ ταινίη δὲ μαστῶν καὶ μάργαρον τραχήλῳ.* Retinuit vocē Apuleius lib. 10. *Tunc ipſa cūcta prorſus ſpoliata tegmine, tænia quoque, qua decoras devinxerat papillas, lumen propter adſiſtens de ſtanneo vaſculo multo ſe perungit oleo balſamo.* Intellexit

lexit Coluthus Thebanus melliſſimis iſtis verſibus:

Ἡ δ᾽ ἱερὸν βαθύκολπον ἐς ἠέρα γυμνώσασα
Κόλπον ἀνείρυσε, καὶ οὐκ ᾐδέσατο κύπελλα·
Χερσὶ δ᾽ ἐλαφρίζουσα μελίφρονας θεσμοὺς ἐρώτων
Στῆθος ἀπαν γύμνωσε, καὶ οὐκ ἐμνήσατο μαζῶν.

Quæ complanaretur hac ſtrictura, *Junceam* Terentius appellat, vel potius *junceo pectore*. Lucilius *pectore puro* lib. 8.

——quod gracile eſt, pernix, quod pectore puro,
Quod puero ſimilis.——

Ab eadem mentem Iuvenalis: Cumque paludatis ducibus præſente marito ipſa loqui, recta facie, ſtrictiſque mamillis. Nam in maximo pudore vberiores & maiores mamillæ. Laberius in *Salinatores*: vbi excuſatur fœmina, quod nec anus ſit, nec vinibua, nec extuberantibus mamillis:

Non mammoſa, non annoſa, non biboſa, non procax.

Structor. Faber ædificij. Cic. lib. 2. Epiſt. 5. ad Q. Fratr. *A puero ut diſceſſi, in aream tuam veni; res agebatur multis ſtructoribus. Longilium redemtorem cohortatus ſum.*

Structor. Interdum, qui Græcè τραπεζοκόμος, & τραπεζοποιός, h. e. ὁ τραπεζῶν ἐπιμελητὴς, καὶ ἄλλης εὐκοσμίας. h. e. qui totus menſæ adornandæ curam gerit. Sed *ſtructor* Latine videtur is fuiſſe, qui ſcindit cibũ. Ger. der Fürſchneider: ut ex Iuvenali perſpicuũ eſt. Athenæ l. 4. Dipnoſoph. pag. 170. Edit Caſaub. Ἰόβας γὰρ ὁ βασιλεύς ἐν τοῖς ὁμοιότησιν αὐτὸν εἶναι φησὶ τραπεζοκόμον, καὶ τὸν ὑπὸ Ῥωμαίων καλούμενον Στρούκτορα. Iuven. Satir. 5. ℣. 120.

Structorem interea, ne qua indignatio deſit,
Saltantem ſpectes & chironomonta volanti
Cultello. &c.
Quo geſtu lepores, & quo gallina ſecetur.

Et Satir. 1. 1. ℣. 138.

Sed nec ſtructor erit, cui cedere debeat omnis
Pergula diſcipulus Tryphæri doctoris, apud quem
Sumine cum magno lepus atq; aper caditur.

De his ſtructoribus & Sen. Epiſt. 47. *Alius pretioſas aves ſcindit, pro magno quid ſtudio capio.*

Structum: paratum. Pſeud. 1. 2. v. 32. Vide, *Exſtruere.*

Struere: pro, *augere*: Aul. 3. 6. v. 8. Horat. lib. 2. Od. 3.

——& exſtructis in altum Divitijs potietur hæres. Perſius: *Rem ſtruere exoptas caſo boue.* Vide Feſtum littera *S.*

Struere capillos, comam. Antiqua formula. Solebant namq; crinem faſtigiare, ſeu in ſummũ verticem adſtringere in modum galeri. Vnde Iuvenalis: *tot adhuc compagibus altum Ædificat caput.* Convoluti iſti crines ad verticem capitis Romanis *Tutuli* vocabantur. Et

Ffff hec

gariana. *Hic igitur T. Legarius, qui tum nihil egit. Neque enim hæc divinabat, niſi ut tu eum ſtudioſum & bonum virū judicares.* Lamb. id cōtra libb. mutavit: *tu eum tui ſtudioſum.* Rhet. Heren. l. 4. c. G. *Lælius homo navius erat, ingenioſus, doctus erat, bonis viris & ſtudioſis amicus erat.*

studium: pro exercitatione. Cic. lib. 1. de Orat. cap. 32. *Exercitatio quadam ſuſcipiēda nobis eſt, quanquam nos quidem jam pridem iſtic in caſu, ſed his, qui ingrediuntur ad ſtudium.* Vbi Rivius legendum putat *ſtadium.* Idem & Lamb. admouet, omiſſâ tamen hic mentione Rivij. Ego potius adhæſerim Mſſ. Pall. qui omnes, *ad ſtudium.* Cicero in Bruto cap. de Hortenſio: *Et me adoleſcentem nactus octo annis minorem, quàm erat ipſe, multos annos in ſtudio ejuſdem laudis exercuit.* Ibid. *Fuit enim mecum & cum M. Piſone cùm amicitiâ, tum ſtudijs exercitationibusq; coniunctus.* Ibid. *Nam & didicit, & omiſſis cæteris ſtudijs unum id egit, ſeſeque cotidianis commentationibus acerrimè exercuit.* Eod. l. initio ferè: *Dicendi autem me non tàm fructus & gloria, quā ſtudium ipſum exercitatioque delectat.* (℣. 187.

studium: in blanditiis. Pœn. 1. 2. *Studium puerile.* Merc. Prol. v. 41.

stultè facere: pro ſcortari. Bacch. 1. 1. ℣. 23. Men. 2. 3. ℣. 84. Et ſic *ſtultitia* pro ſcortatione. Aul. 4. 10. ℣. 22. Eodē modo Hebræi vſurparunt Deut. 21. Sam. 13. 12. Græci dic[...] ἀνοηταίνειν. (4. 2. ℣. [...]

Stulteſcere præter ſpeciem. M[...]

Stultiloquentia. Trin. 1. 2. ℣. 1[...]

stultiloquium ſupprimere. Mi[...] 3. ℣. 25.

stultiloquus. Perſ. 4. 3. ℣. 45.

stultitia: pro amore. Ciſt. 1. 1[...] 63. 64. *ſtultitia ſepelibilis.*

stultitia eſt. Stich. 1. 2. ℣. 82.

stultitiam ſepelire: eſt, occult[...] ſtult. Ciſt. 1. 1. ℣. 64.

stultividus: ſtulte videns. Mi[...] 3. ℣. 64.

stulto ſtultior. Curc. 4. 3. ℣. 19[...]

stultū & ſine gratia. Aul. 2. 5. v[...]

stultus ineptè. Moſt. 2. 2. ℣. 64[...]

stultus pueriliter. Perſ. 4. 4. ℣.[...]

stultus & inſcitus Mō. 2. 3. ℣.[...]

stultus præter ætatē Epid. 1. 2. [...]

stupidꝰ ſine animo. Pœn. 5. 4. v.[...]

stuprare. Aul. Prol. v. 36. Tru[...] 3. ℣. 47.

stuprum ſuadere. Truc. 2. 1. ℣.[...]

stymphalicæ aves. Perſ. 1. 1. ℣[...] Has fugavit Hercules ſo[...] ahenei crepitaculi è pal[...] Stymphalide. Vide de lab[...]bus Herculis litt. H.

ſua ſibi. Pœn. 2. 1. v. 40. Cap[...] Prol. ℣. 46. Vſum pronom[...] obſerva ſeqq. locis. Aſin. 3.[...] 26. *Sua mater.* Mil. 2. 1. v[...] *Cōtegit in nave miles clā* [...] *trē ſuā.* Ter. Hecyr. 4. 4. v[...] *Mater q ſuaſit ſua.* Prop. l.[...] leg. 10. *Increpet abſūtū nec* [...] *mater Ityn.* Vide etiam [...] *Suo ſibi.*

suadela: pro, delenifica eloq[...]tia. Ciſt. 2. 3. ℣. 14. Horat. l.[...] piſt. 6. (*ſuadela Ven*[...] *At bene nummatum de*[...]

ſuaſor & impulſor. Moſtell. 3.3. ℣.13.
Suaſum: color, qui fit ex ſtillicidio fumoſo in veſtimento albo. *Feſtus*. Trucul. 2.2. verſ. 16. *Suaſo infeciſti pallulam.*
Suaſus ab aliquo; perſuaſus. Aul. Arg. 2. ℣. 6.
Suaviatio: appellativè. *Suavis ſuaviatio*. Bacch. 1.2. ℣.8.
Suavis homo. Cui contrar. Inſuavis, acerbus. Cicero pro Balbo cap. *Comes, benigni faciles ſuaves homines eſſe dicuntur.* Horat. lib. 1. Satir. 3. ℣. 85.

Quod niſi concedas, habeare inſuavis, acerbus.

Suavis, amabilis, amœna. Stich. 5. 4. ℣. 54.
Suavis ſuaviatio. Pſeudol. 1. 1. ℣. 63.
Suavitudo mea: in blanditiis. Stich. 5.5 ℣.14.
Suavium. Vide ſupra, *ſavium*.
Suavius: melius, rectius, ſalutarius. Bacchid. 4.9 ℣.122. Perſ. 4.3. ℣. 70. ſed utroque loco mendosè legi docui in Animadverſ.
ſub: cum accuſandi caſu. *Sub gemmam*. Curc. 5.2. v.8. (M. *ſub man'*. Perſ. 4.1. v.2. Vide litt. *ſub manus ſuccedit negotium*. Mil. 4.4. ℣.7.
ſubactum ingenium. Sic vocat Cicero uſu tritum, & callidum: quales ſunt illi, qui longo uſu in Republ. aut foro, aut quavis in re ſunt verſati. Vtitur & Cic. *ſubactionis* verbo, pro uſu. Sic enim ait l. 2. de Orat. c. *ſubacto mihi ingenio opus eſt, ut agro non ſemel arato, ſed novato & iterato, quò meliores fetus poſſit & grandiores edere.*
Subagitare: turpe verbum. Mil. 5. 1. v. 9. Vbi in MSſ. noſtris Pall. *ſubigitare*.
ſubagitationes. Capt. Grex. ℣.2.
ſubagitatrix, τειβὰς. Perſ. 2.1. ℣. 45.
ſubaquilum corpus: ſubnigro colore inſtar aquilæ. Rud. 2.4. ℣. 9.
ſubauſcultare. Aſinaria 3.2. v.40. Mil. 4. 2. ℣. 3.
ſubballio: iocoſe; vicarius Ballionis. Pſeud. 2.2. ℣.13.
ſubbaſilicani: dicebantur homines otioſi, qui ſub baſilica ſolebant deambulare. Capt. 4. 2. ℣. 35. Curc. 4.1 ℣. 11. Iidem Cælio ad Cicer. lib. 8. Ep. 1. dicti *ſubroſtrani*, quia ſub Roſtris ſolebant deſidiabula ſua habere homines Murciæ & Vacunæ dediti. Vide Horat. l. 2. Sat. 6. ℣. 50. Dicti quoque ἀγόραιοι, πὰ τῆς ἀγορᾶς ἀδελ-τεριμηματα. Gloſſæ Philoxeni: *Baſilicanus*: μαλακὸς, ἀγόραιος. Feſtus vocat *homines ordinarios*.
ſubblandiri. Bacch. 4.8. v.35. Moſtell. 1. 3. ℣. 64.
ſubblandibitur. ὑποσαίνει. Bacch. 3.4. ℣.20.
Subcuſtos. Mil. 3.2. ℣. 54.
ſubdere. Epid. 1.2 ℣. 37. (v.62.
ſubditicius: ſuppoſitus. Pſ. 4. 2.
ſubditivus. Amph. 1.2. ℣. 35. & 2. 2. ℣. 198. Sueton. Neron. cap. *Namque Britannicum fratrem, quod ſe poſt adoptionem Ahenobarbum ex conſuetudine ſalutaſſet, ut ſubditivum apud patrem*

trem torqueri conatus eſt. ita opt.{vet.lib.

Subdiu. pro, interdiu. Moſt.3.2. v.79.

subdole. Ciſt.1.1.℣.37.

subdolum eſſe alicui. Caſ.4.4.v.5.

subdolus. Aul.2.5.v.8. Pœn.5.2. v.129.147.

subdolus & ſycophanta. Pœn.5. 2.v.72.

subducere: ducere. Caſ.3.2.v.27. Bacch.2.3.v.71.

subducere; clam auferre. Curc.2. 3.v.81. Men.prol.v.38. Mart. l.12.Epig.29. *subduxit mappas.* Virgil. Eclog. 3.v.6. *& ſuccus pecori, & lac ſubducitur agnis.* (2.3.v.71.

subducere lembũ ad portũ. Bacch.

subducere navem in terram, h.e. in portum appellere. Moſt.3. 2.v.51. Contrarium eſt *Deducere* apud Virg.lib.4. Georg. & lib.4.Æneid.

subducere ratiunculam: eſt, digitis computare. Capt.1.2.v.89. Curc.3.v.1.

subicitare: ſubigitare, turpe verbum. Capt. Grex.v.2. Caſ.5. 4.v.2. Merc.1.2.v.90.

subijcere: pro, *ſupponere.* Epid. Arg.℣.3.

subiector. Rarius nomen. *subiector teſtamentorum:* ut, ſubijcere teſtamenta. Cic.2. Catil.c. *Quis parricida, quis teſtamentorum ſubiector, quis circumſcriptor, quis ganeo?* &c.

subiculum flagri; μαστιγίας. Perſ. 3.3.℣.14. Convitium eſt in ſervos, quos flagra ſubigunt. Et Perſ.5.2.v.17. *ſtimulorum tritor.* Alibi *ulmorum Acheruns & Vlmitriba.*

subigere: eſt bello vincere, & in poteſtatem ſuam redigere. Curc.3.℣.78.

subigere urbem. Bacch.4.9.℣.4.

subigere maledictis. Trin.1.3.v. 103. (v.52.

subigere verberibus. Moſtell.5.2.

subigere; pro, cogere. Amph.5.2. v.13. Curc.4.3.v.8. Ciſt.1.1.℣. 103. Epid.2.2.℣.51. Mil.4,2.v. 15. Pſeud.3.2.℣.20. Stich.2.1. v.39. Truc.4.3.℣.9.

subigitare. Merc.1.2.verſ.90.91. Mil.5.1.℣.9. Nequã verbũ eſt.

subigitare ſcortum. Mil.3.1.v.57.

subigi: adigi. cogi. Trin.2.4.v.6.

subigit neceſſitas. pro, *cogit, adigit.* Pſeud.1.1.v.6.

subijcere, valet, monere, in memoriã revocare. Ter.Phorm. 2.3.v. *Geta, ſi meminiſti, quod olim dictum eſt, ſubijce.* Cic.in Verrem: *Cupio mihi ab illo ſubijci, ſi quid prætereo.* Propert.lib.1.Eleg.7. *Non tibi ſubijciet carmina ſerus auctor.*

subinde: pro, paulò poſt, mox, poſtea. Eo utitur Livius ſæpè, eoq; recentiores. Sed hæc notio Ciceroni, & antiquioribus videtur inuſitata. Livius l.23. c. *Et univerſa gens poſtero die in deditionem venit, nec diu in pacato manſit. Nam ſubinde ab Karthagine allatum eſt, ut Haſdrubal primo quoque tempore in Italiam duceret.* Et lib. 28.c. *Edictum ſubinde bellum cum alterius ore Græcis exortum.* Et lib.30.c. *Duæ ſubinde urbes captæ direptæq;.* Et l.39.c. *Hac ſedatâ contentione, alia ſubinde C. Decimi prætoris morte exortâ.*

Digitized by Google

Sublimè] Adverb. Græcè ὑψοῦ Cicero. lib. 1. Tuſcul. cap. *Theodori quidem nihil intereſt, humi ne an ſublimè putreſcat. & perſpicuũ debet eſſe animos, cuius è corpore exceſſerint ſublimè ferri.* Sic rectè in vet. lib. Lamb. *in ſublime.* contra libb. vet. Et lib. 2. de Nat. Deor. cap. expreſſis verbis Eurip. *Vides ſublimè fuſum moderatum æthera.* Et Eurip. apud Clement. Alex. Strom. 5 ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ᾽ ἄπειρον αἰθέρα. Virgil. lib. 3. Georg. ℣. 108.

Iamq; humiles jamq; elati ſublimè videntur
Aera per vacuum ferri

Lucretius lib. 2. ℣.

Nocturnaſq; faces cœli ſublimè volantes.

Sublimem rapere, de ſeruis dicitur, quos plagis baſilicè depoſitos volebant. Aſin. 5. 2. ℣. 18.

Sublimem eſſe; penſilem fieri. Men. 5. 5. ℣. 3. 6. 13. & 5. 8. ℣. 3.

Sublimem facere, rapere; ex alio alto ſuſpendere. Mil. 5. 1. ℣. 1.

Sublingio coqui. Pſeud. 3. 2. ℣. 103. h. e. diſcipulus coqui, à lingendis patinis.

Sublinere os: eſt, ἐπισιμίζειν, fallere. Aul. 2. 6. ℣. 2. Capt. 3. 4. ℣. 123. *ſublinere os offucijs.* & 4. 2. ℣. 3. Mil. 2. 5. ℣. 57. Merc. 2. 4. ℣. 17. & 3. 4. ℣. 47. Trin. 2. 4. ℣. 157. Vide litteram O.

Submerum vinum; non planè aquâ dilutum. Stich. 2. 1. verſ. 116.

Subminia tunica; vel, à minio ſic dicta, quaſi *subminiata*, vel, à minuendo ſic dicta, quaſi *subminuta.* Epidico. 2. 2. ℣. 48.

Subniger. Pſeud. 4. 7. ℣. 117.

Subnigri oculi. Merc. 3. 4 ℣. 55.

Subolet mihi, & ſentio. Trin. 2. 4. ℣. 14. & 3. 2. ℣. 72. Pſeud. 1. 5. ℣. 7. Terent. *Annon ego ſex mẽſibus prius olfacerem, quam ille quicquam cœperit?*

Suboleſcere: paulatim, aut potius latenter creſcere. aut ſuccreſcere, & augeri. Inde *Suboleſcentè* dicitur. Livius lib. 29. cap. *Illis Romanam plebem, illis Latiam juventutem præbuiſſe majorem ſemper frequentioremq; pro tot caſis exercitibus suboleſcentem.* Sic. in vet. cod.

Subolet hoc illi. Germ. Er merckt es. Caſ. 2. 3. ℣. 48. 59. & Caſ. 3. 2. ℣. 24. Terent. Phorm. 3. 1. verſ. 10.

Subornare Mil. Glor. Arg. 2. v. 14.

Subpalpari: blandiri, aſſentari. Mil. 2. 1. ℣. 28.

Subparaſitari alicui. Amph. 1. 3. ℣. 17.

Subpoſteaquam: pro, ſtatim, ut, Mox. Germ. Gleich darnach Balbus in Epiſtol. ad Ciceronem: *Subpoſteaquam litteras communes cum Oppio ad te dedi, ab Cæſare epiſtolam accepi.* Ita legend. Lamb. ex conjectura repoſuit: S. V. B. E. *poſteaquam* Sed Veteres non ſolent facile ea formula uti, niſi in magiſtratu, aut cùm ad Senatum ſcriberent. Et Balbi Oratio obſoletior videtur fuiſſe.

Digitized by Google

Subrufus. Capt. 3. 4. ꝟ. 115.

Subſcribere dicam. Pœn. 3. 6. ꝟ. 5. Vide *Dica*. Abſque præpoſitione dixit Aul. 4. 10. *Ad prætorem te hodie rapiam, & tibi ſcribam dicam.*

Subſellium. Stich. 5. 4. 21. & 1. 2. ꝟ. 36.

Subſellij imi viri ſunt: qui in imâ parte ſubſellii ſedent, non prima. Capt. 3. 1. ꝟ. 11. Stich. 3. 2. ꝟ. 53. Cicero lib. 3 Epiſt. 9. *Res longi ſubſellij* dicitur, quæ multis indiget; qui deliberent: poſſunt enim in longo ſubſellio multi ſedere. Horat. l. 1. Epiſt. 18. *imi deriſor lecti.* hoc eſt. ſcurra, paraſitus. Ibi videndi interpretes.

Subſequi Merc. 5. 2. ꝟ. 31.

Subſicivus, a, um. De Orthographiâ huius vocis variè diſceptatur. Nemo tamen accuratius excuſſit, quàm Hieronymus Ferrarius ad Philipp. II. Ciceronnis cap. 8. idque ex theſauris, ut loquitur, Angeli Calorii. Dicitur autem à *ſubſecando, ſive ſubſicando*, auticluè. Iſidorus lib. 15. cap. 13. *Subſiciva ſunt propriè, quæ de materiâ præcidens ſutor quaſi ſupervacua abijcit.* Inde & *Subſicivi agri, quos in perticâ diviſos recuſant, quaſi ſteriles, & paluſtres.* Item, *ſubſiciva*, quæ in diviſurâ agri, quas in pertica diviſos non efficiunt centurias. Frontinus de limitibus agrorum: *In his agris nullum jus ſubciſivorum intervenit. Subſicivum eſt, quodã ſubſecante lineâ nomen accepit. ſubſciſũ vel ſubceſum. Subſicivorum genera duo ſunt unum, quod in extremis aſſignatorum finium centuriâ expleri non potuit: alterum genus ſubſivorum, quod in medijs adſignationibus & integris centurijs intervenit. Quicquid enim ante IIII. limites minus, quàm interclusum eſt, fuerit aſſignatum, in hac remanet appellatione; ideò, quòd is modus, qui adſignationi ſupereſt, lineâ clau datur, & ſubſecetur. Nam & reliquarum menſurarum actus. quidquid inter normalem lineã & extremitatem intereſt, ſubſicivũ apellatur. Eſt ager ſimilis ſubſicivorum conditioni extraclusus.* Ab hac ſimilitudine igitur *opera, hora, tempora,* quæ amicorũ, fori, Reipupl. ſuperſunt, atque ex ijs eripiuntur, & quaſi ſubſecantur: quæ nobis reſervamus, nec perire ſinimus, ſed in legendo, commentando, ſcribendo cõſumimus Subſiciva nuncupãtur. Sic Cicero vocat *Operas ſubciſivas*. lib. 2. de Orat. cap. *Quæ ego fere, quæ curſim; quæ ſubſicivis operis à puero ſum in ſtudio, ſummis doctoribus* &c. Et 2. Philipp. cap. 8. *& tamen omni genere monumentorum meorum perfeciſſe operis ſuſicivis, ut meæ vigiliæ: meæque litteræ, & juventuti utilitatis, & nomini Romano laudis aliquid adferrent.* Et de leg. lib. *Subſiciva quædam tempora incurrunt, quæ ego*

ego perire non patior, ut ſi qui dies ad ruſticandum dati ſunt, ad eorum numerum accommodentur, quæ ſcribimus. Plinius in Præfat. Hiſtor. Natur. *Homines enim ſumus: & occupati officiis, ſubciſiviſq; temporibus iſta curamus, id eſt nocturnis, ne quis veſtrûm putet, his ceſſatum horis.* Igitur *horæ ſubſicivæ* appellantur ſupervacaneæ, ab agris *ſubſicivis*, qui à *ſubſicando*, vel *ſubſecando* dicuntur illi, qui centuriam non implent, aut centuriis expletis ſuperant. Cujus generis ſunt loca paluſtria & ſterilia, quæ non aſſignabantur. E ſubſicivorum genere ſunt quoque *loca relicta*: qualem agrum ſibi ab Auguſto relictum ſignificat Virgilius, id eſt, partem agri ſui meliore ademptâ ſterilem & paluſtrem, quæ aſſignari non potuiſſet, quando inquit Eclog. 1. ℣. 47.

Fortunate ſenex, ergò tua rura manebunt,
Vt tibi magna ſatis, quamvis lapis omnia durus
Limoſoq; palus obducat paſcua junco.

Sic Lepidus apud Salluſtium conqueritur, militibus ſubciſiva pro bonis agris aſſignata, cùm ita loquitur: *Egregiâ ſcilicet mercede, cùm relegati in ſilvas & paludes, in contumeliam atq; invidiam ſuam præmia penes paucos intelligerent.*

Simili proverbio Hieronym. Spirid. Epiſcop. ad Marcellum de Pſalmo 126. in fine, vocat *horas furtivas*: metaphorâ ductâ à ſervis, qui præter pactas operas, quas debent, extra juſtas horas illas nonnihil operantur ſibi, quod cedat in peculium eorum. Agellius lib. 18. cap. 10. *Ac propterea quantum habui temporis ſubſicivi, medicinæ quoq; diſciplinæ libros attigi.* Et lib. ult. cap. ult. *Quartum autem vitæ mihi deinceps deûm voluntate erit, quantumque à curâ publicâ, & à re familiari, procurandoque cultu liberorum meorum dabitur otium: ea omnia ſubſicina, & ſubſecundaria tempora ad colligendas huiuſmodi memoriarum diſceptatiunculas conferam.* Idem lib. 13. cap. 23. *Quas ſubſicivo ac tumultuario ſtudio colo.* Curtius: *Cùm hac, ut ajunt, operis ad lucubratiunculam velox notarij manus me dictante ſignarent.*

Subſidere Adulteri dicuntur. Inde *Subſeſſores* alieni thori. Virgilius lib. 11. ℣. 265. de Agamemnone occiſo ab uxore adulterâ:

Oppetiit devictâ Aſia: ſubſedit adulter.

Ita enim ibi interpungendũ. Valerius lib. 7. cap. 2. *Nullis enim tunc ſubſeſſores alienorũ matrimoniorum oculi metuebantur.* Arnob. lib. 4. *Subſeſſoris & adulteri perſona, cuius*

eſſet turpitudinis, nota cuius Regum maximus. &c. Vide Turneb. lib. 5. Adverſ. c. 8.

Subſidium: ad finem transfertur. *Vbi iurijurando tuo ſit ſubſidij.* Ciſt. 2. 1. ℣. 25.

Sub ſignis: *ſub armis.* Videntur idem eſſe apud Cæſarem: *ducere* aut habere legiones, ſive exercitum extra caſtra paratum habere, & inſtructum. Græcè διατεταγμένος τεταγμένος. Plautus Bleud. 1. 4. ℣. 71. *Omnes ordines ſub ſignis ducam.* Caſ. 3. 6. ℣. 1. *Vide fur. ut ſentes ſub ſignum ducas.* Sic loquitur Plancus ad Ciceronem lib. 10. Epiſt. 8. & 33. *Legiones habeo quinque ſub ſignis.* Et Pollio eod. lib. ut & lib. 16. Attic. Epiſt. 5. *Legiones ſub ſignis armatas tres.* Lucret. lib. 5. ℣. 979.

At non multa virum ſub ſignis millia ducta,
Vna dies dabat exitio, nec turbida ponti.

Livius lib. 3. cap. *Sub ſignis urbem intravére.* Et lib. 8. cap. *Sub ſignis alij xv. ordines locabantur.*

Subſilio. Vide infr. *Suſſilio.*

Subſiſtere: ſuſtinere, perferre, elabi. Plautus Epid. 1. 1. ℣. 78. *Tanta te impendent ruina: niſi ſuffulcis firmiter, non potes ſubſiſtere.* Livius lib. 1. cap. de Romulo & Remo etiamnum pueris. *Huic robora corporibus, animis ſumpto, iam non feras tantum ſubſiſtere, ſed in latrones prædâ onuſtos impetum facere, paſtoribusq; rapta dividere.* Idem lib. 9. cap. *Et poſteaquam præpotentem armis Romanum nec acies ſubſiſtere ulla, nec caſtra, nec urbes poterant Brutus.* Cicero li. 11. Epiſt. 10. in fin. *Non ſi Varronis theſauros haberem, ſubſiſtere poſſem.* Sic v. l. vulg. *ſuſtinere.*

Subſtituere: ſubijcere. Et hoc Hiſtorici potius uſurpant, quàm Oratores. Livius lib. 28. cap. *Subſtituerat q; animo ſpeciem quoq; corporis amplam ac magnificam.*

Subſtructio: de ædificatione ſplendidâ, & in altum exaggerata. Cicero pro Milon. cap. *Inter fundum Clodij: quo in fundo propter inſanas illas ſubſtructiones, facile mille hominum verſabatur valentiũ.* Et poſt: *Subſtructionum inſanis molibus oppreſſerat.* Cæſar lib. 2. bell. civil. cap. *Subſtructionem Aequimelium in Capitolio, & viam ſervandam à portâ Capenâ, ad Martis tormenta ſubſtructionibus eius operis maximis.*

Subſultare. Vide infr. *Suſſultare.*

Subtemen: eſt interior pars panni, quæ ſtamini ſubeſt. Merc. 3. 1. ℣. 20. Vide *Franciſc. Iunium* ad Tertul. de Pallio.

Subterducere ſe clam. Mil. 2. 3. ℣. 71.

Subterducere ſe alicui. Men. 3. 1. ℣. 4.

Subterfugere: elabi. Bacch. 4. 6. ℣. 2.

Subtile. Propriè idem quod, tenue: cui contrar. *Craſſum.*

Sub-

Subtiliter, vel, *Subtilius* aliquid explicare, perſcribere. Vulgò dicunt, minutè omnia. Græcè, κατὰ μίτον Cicero lib. Epiſt. 15. ad M Brutum: *Meſſalam habes. Quibus igitur libris tam accuratè ſcriptis aſſequi poſſum, ſubtilius ut explicem, quæ gerantur.* Et lib. 2. Attic. Epiſt. 21. De *Republ. quod ego tibi ſubtiliter? tota periit.*

Subtritus. Aſin. 2. 2. ℣. 73.

Subvectare. Aſin. 2. 2. ℣. 74.

Subvehere frumentum. Propriè dicebant, & *Supportare* maria, aut flumina. Sic *Deportare.* Livius lib. 26. cap. *Annona haud multum laxaverat: quia remoto maritimo præſidio ſubvehi frumentum non poterat.* Et lib. 9. cap. *Saltusq; pervios ceperant, ne quà ſubvehi commeatus poſſent.* Et lib. 28. cap. *Toto inde mari pulſis hoſtium navibus magni commeatus frumenti Romam ſubvecti.*

Subvenibo: ἀρχαϊκῶς. Men. 5. 7. ℣. 20.

Subvenire: auxiliari. Aſin. 2. 2. ℣. 43. & 2. 4. ℣. 70. Caſ. 2. 5. ℣. 28. Ciſt. 4. 1. ℣. 18. *Bacch.* 1. 1. ℣. 2.

Subvenire aliquid. Stich. 2. 3. ℣. 73.

Subvenire: ſenſim venire, clam advenire, & aliud poſt aliud. Sic ferè, *Obvenire.* Agell. 19. 7. *Et ut quæque vox indidem digna animadverti ſubvenerat, quâ nos quoque poſſemus uti, memoriæ mandabamus.* Cicero lib. 2. Offic. cap. *Tecta verò, quibus & frigorum vis pelleretur, & torum moleſtiæ ſedarentur, unde aut initio generi humano dari potuiſſent, aut poſtea ſubvenire, ſi aut in tēpeſtatis aut terræ motu aut vetuſtate cecidiſſent, niſi communis vita ab hominibus harum rerum auxilia petere didiciſſet.* Ita omnes libb. Lang. *Subveniri.* Lamb. *aliquo hulceris.*

Subvertere: Curc. 4. 1. ℣. 23. *qui alios ſubvertendos prabeant.* Turn. leg. *ſubverſandos.* Ductum à Piſcibus, qui, dum aſſantur, verſantur. Valet etiam, *evertere*: ut alibi, *ſubvertertere bonis.* Eſt etiam verbum aruſpicis, qui & cæremonias ſacrificantes edocebat, & victimarum exta conſiderabat: homoque alioquin nullius pretii, per interpoſitas perſonas plærumque ſubvertebat, id eſt, deludebat. & ad ea ſe vertebat, quæ uſus poſceret.

Subvulturium corpus: ſubnigro colore inſtar vulturis. Rud. 2. 4. ℣. 9.

Succedaneum tergum: tralatè dixit ab hoſtiis. Epid. 1. 2. ℣. 37. Si enim hoſtia, ſeu iumentū, quod immolari debuit, fugiſſet, vel non volens ad peragendum ſacrificium acceſſiſſet, iſta reprobata alia inſuper adducebatur, eamque *ſuccedaneam victimam* appellabant: quod quaſi ſecundo loco cæderetur. Aliter paullò Agell lib. 4. c. 6. (14.

Succedere: *procedere.* Perſ. 4. 1. ℣

Suc-

Succedere: ſubire, ſubingredi. Varro lib. 3. de r. r. cap. 51. *Propè aream faciendam umbracula, quò ſuccedunt homines in æſtu tempore meridiano.* Livius lib. 27. cap. *Vbi illuxit, ſucceſſit vallo Romana acies.* Et lib. 34. cap. *Plenoque gradu ad caſtra hoſtium oppugnanda ſuccedere jubet.*

Succenſere ob aliquid. Bacch. 4. 4. ℣. 39.

Succenſere alicui de aliquâ re. Bacch. 3. 4. ℣. 29.

Succenſere aliquid: propter, ob aliquid. Moſt. 5. 2. ℣. 41.

Succeſſa: pro eo; quæ bene ſucceſſerunt. Pſeudol. Prol. ℣. 8. Sic Cicero filius lib. 16. Epiſt. Fam. 12. *Nam cum omnia in ea causâ velles mihi ſucceſſa, tum etiam tua.* Ita *homo ventus & adventus*, qui venit. *Diſceſſus*, qui diſceſſit: *anteceſſus*, qui anteceſſit. *Sol occaſus* in Legg. 12. Tabb. qui occidit.

Succeſſio: pro ſucceſſu & eventu. Cic. in Hortenſio apud Aurel. Auguſtin. *Eiuſque orata omne inſtitutum voluntatemq; ſucceſſio propera conſequuta eſt.*

Succida mulier: ſucci plena. Mil. 3. 1. ℣. 191.

Succidere genua. Curc. 2. 3. ℣. 30. Lucr. lib. 3. ℣. 157. *Succidere artus*, dixit.

Succinctus: promtus ad negotium. Rud. 2. 3. ℣. 80. Horat. lib. 2. Sat. 6. *Siccinctus hoſpes.*

Succingulum: baltheus. Men. 1. 3. ℣. 17.

Succo ſuo victitare. Capt. 1. 1. ℣. 15.

Succreſcere. Trin. 1. 1. ℣. 9.

Sucula. In torculari quid fuiſſe ſuſpicatur Turnebus lib. 7. cap. 25. velut *ſcropha* ſimilitudine. Rud. 4. 4. ℣. 126. Cato: *Porculum in media ſucula facito.*

Sudatoria: unctiones. Stich. 2. 1. ℣. 73.

Sudum. Rud. 1. 2. ℣. 35. Mil. 1. 1. ℣. 2. Truc. 2. 7. ℣. 17.

Sues moriuntur angina. Trin. 2. 4. ℣. 139.

Suffarcinatus: à *ſuffarcinor*; teſte Eographio in Terent. Andr. 4. 4. ℣. 31. *Cantharam ſuffarcinatam.* Derivat autem à *farcio*, farſi, & *farcinor*, fartos. Vnde *Suffarcinor*, interpoſito *n*. Proprium eſt, inquit Donatus, anibus ſuffarcinatas eſſe. Sic Plautus Pſeud. 2. 2. ℣. 64. *Anus doliaris, cluda, craſſa.* Et Curc. 2. 3. ℣. 10. *Incedunt ſuffarcinati cum libris.* Apuleius lib. 9. pag. 230. *Multis ſuffarcinat muneribus.* Vide Becman. Orig. in, *Farcimen.*

Sufferre. Curc. 3. ℣. 6.

Sufferre corium. Pœn. 4. 2. ℣. 33.

Sufferre pœnas. Amph. 3. 2. ℣. 19.

Sufferri plagas. Aſin. 3. 2. ℣. 10.

Sufficere: ſatis eſſe, pares eſſe. Sed hoc Hiſtorico cōceditur. Liv. lib. 6. cap. *Vt nec Trium viri accipiendo, nec ſcriba referendo ſufficerent.* Et lib. 29. cap. *Inopi ærario nec plebe attributum ſufficiente.* Ibid. *Hominum quoq; carne ac lacte veſcentiū abundè ſufficiebat alimentis.*

Sug-

Suggrunda. Eſt pars tecti ad arcenda ſtillicidia à parietibus. Germ. Ein Wetterdächlein. Cicero lib 3. Epiſt. 1. ad Q. Fratr. cap. 1. *Vt eorum vaporarium eſſet ſubiectum cubiculi ſubgrunda.* Ita eum locum emendavit Joſeph. Scaliger ad Catull.

ſufflare buccas. Stich. 5. 4. ℣. 42.

Sufflare ſe alicui; pro, *iraſci.* Caſ. 3. 3. ℣. 19. Bacch. 4. 2. ℣. 21. *ſufflatus.* Sic *turgere*, pro iraſci etiam uſurpatur apud Plautum. Caſ. 4. 3. ℣. 17. Moſtell. 3. 2. ℣. 10.

Suffragator. Caſin. 2. 4. verſ. 20.

ſuffringere talos. Mil. 2. 3. ℣. 19. Rud. 4. 4. ℣. 15. Truc. 2. 8. ℣. 8. Vide etiam, *Crura.*

Suffundere aquam frigidam. Proverb. Caſ. 1. 1. ℣. 37.

ſuilla glandula. Vide litt. G.

Sulcare epiſtolam. Bacch. Prol. ℣. ℣. 76. Eadem Metaph. dixit Ovid. lib. 3. Triſt. Eleg 7. *perarata epiſtola.* Et Cicero ſæpe *Exarare epiſtolam.*

Sulco quinto, ſexto, nono; pro, ferere quinquies ſexies, novies dicunt authores. Trin. 2. 4. ℣. 123.

ſultis; ſi vultis. Capt. 2. 3. ℣. 96. & 3. 5. ℣. 9. & 4. 4. verſ. 11. Menæch. 2. 2. ℣. 75. Pœnol. 3. 6. ℣. 19. Rudent. 3. 5. verſ. 40. Stich. 1. 2. verſ. 8. & 2. 1. verſ. 67.

Sum, Es, Eſt, Eſſe, Sunt, &c. Variè uſurpatur hoc verbum. *Eſt ea res mille ſeſtertiûm,* hoc eſt, tanti. Cicero lib. 2. Offic. cap. *An emat denario, quod ſit mille denariûm? Eſſe alicuius* pro eius partes tueri, eius eſſe ſtudioſum. Livius lib. 35. cap. *Accuratior ibi habēda oratio fuit, quod pars Principum alienati ab Romanis, totiq; Antiochi & Aetolorum erant.*

ſunt iſta. Facientis, ſeu affirmantis, & aſſentientis. Elegans dicendi genus apud Ciceronem, qui id à Platone ſumſit ἐστὶ ταῦτα. Et contrar. οὐκ ἐστὶ ταῦτα. Cicero lib. 1. Acad. cap. *Tunc ego: sunt, inquam iſta, Varro. Nam nos noſtra urbe* &c. Et initio Lælii cap. *Sunt iſta Læli. Nec enim melior vir fuit Africano.* Ariſtoteles lib. 3. Rhetor. cap. ἔστι δὲ οὐκ ἐστὶν ἄλλως ἑτέρα λόγου καὶ ποιήσεως λέξις ἐστί. Cicero lib. 4. *Accuſ.* Verr. cap. de ſignis in Verrē: *ſunt iſta: Veruntamen abducuntur homines nonnunquam etiam ab inſtitutis ſuis magnitudine pecuniæ.* Plato in Polit. ἐμοῦ διὸ δή γε καὶ ἴσως πόνος. Socr. ἐστὶ ταῦτα &c. Et in Sophiſtà. Demoſth. in Orat. de Cherroneſo: οὐκ ἐστὶ ταῦτα.

Eſt volenti. Vide ſupr. *Eſſe. Eſt mihi cum aliquo aliquid: nihil cum eo: minus tecum; omnia mihi ſunt cum illo*: pro eo; Eſt mihi familiaris, familiariſſimus: negotii aliquid. Cicero lib. 14. Attic. Epiſt. 16. *Bruto certè meo nullo loco deero; idque etiam ſi mihi cum illo nihil fuiſſet, facerem.* Idem ad Memmium l. 13. Epiſtol. 1. *Cum patrono Epicureo mihi omnia*

omnia ſunt: niſi quod in Philoſophiâ vehemẽter ab eo diſſentio. Ita in opt. cod. Medic. ſed Lambinus edidit invitis libb. *omnia communia ſunt.* Idem Philipp. 12. cap. *Caput autem litterarum ſibi cum illâ minâ poſthac nihil futurum* Et lib. 15. Epiſt. 10. *si mihi tecum minus eſſet, quàm eſt cum his omnibus.* Idem lib. 1. de Divin. cap. *Nec verò numquam animus hominis naturaliter divinat, niſi cùm ita ſolutus eſt, & vacuus, ut & planè nihil ſit cum corpore.* Lambinus putat leg. *nihil rei ſit.* Livius lib 8. cap. *Lucani atq; Appuli, quibus gentibus nihil ad eam diem cum Romano populo fuerat, in fidem venerunt.*

Fuerit; pro, licuerit, integrum fuerit. *Si alteri fuerit hoc facere*, hoc eſt, ſi fuerit pote. *si id fecero*, ſi facere potuero. Virgil. in Catalect. *si mihi ſuſceptum fuerit, decurremus ô patiane ſedes, quæ colis Italicas.*

In eo ſum: in eo erat. Græcè εἶναι περὶ τοῦτο. & γίνεσθαι περὶ τι. Ariſtot lib. 8. Polit. ὅσαι δὲ ἀφ' ἥβης ἐπιτελεῖ περὶ τὰς ἄλλας μαθήματι γίνονται. Plato Phæd. καὶ αὐτός τι περὶ τοῦ εἰρημένου ἦν ὁ Σωκράτης.

Ibi eſſe; pro, id agere: in eo occupatum eſſe. Terẽt. Heaut. 3.1. ℣. 33. *Etſi ſub ſe uſi id quoq; illos eſſe, & id agere inter ſe clanculum.*

ſum præda, luxuria, libidini. Salluſt. Jugurth. cap. *Cibus illis adversùs famem atque ſitim non libidini, neq; luxuriæ erat.* Ibid. *Pecus omne quod ſuperioribus diebus præda fuerat, equitibus auxiliariis agendum attribuit.* Livius lib. 39. cap. *Neq; ea ſola infamiæ erant, quæ in provinciâ procul ab oculis facta narrabantur.* &c. Varrò de apibus lib. 3. r. r. cap. 16. *Primùm ſecundùm villam potiſſimùm ubi non reſonent imagines. ſic enim ſonus horum fuga exiſtimatur eſſe.* Vitruv. lib 5. *Quæ ſi non erunt, vox ibi diſputantium elata in altitudinẽ, intellectui nõ poterit eſſe audientibus.*

ſum; pro, *habeo.* Ciſt. 4.2 ℣. 82. *Eloquere: unde hæc ſunt tibi citò crepundia?*

ſum. peculiari obſervatione. Vide. *Ita ſum.* Ciſt. 2.1. ℣. 7. *Et ſic ſum*

ſumen quaſi *ſugimen.* Curc. 2.3. ℣. 44. Capt. 4.3. ℣. 4. Pſeud. 1. 2.5.33. Eſt pinguior pars in ventre femellarum quadrupedium cum ubere, ut *Abdomen* in maribus. Propriè in ſuibus dicitur, quo ſuilla ubera continentur. Olim in delitiis erat. *Plinius* translatè uſurpat pro ubertimâ parte. lib. 17. cap. 4. *Cæſar Vopiſcus cùm cauſam apud Cenſores ageret, campos Roſiæ dixit Italiæ ſumen eſſe, in quibus perdicas pridie reductas operiret.*

ſumere: petere. Mil. 2.2. v. 79. *Salva ſumus indidẽ.* Trin. 1. 2. ℣. 108. ſcil. tamquam depoſitum repetes.

Sumere

Sumere; inſumere, abſumere, impendere, edere, cibum capere. Mil. 3. 1. ℣. 78. 79. *Pſeud.* 5. 1. ℣. 23. Trinumm. 2. 4. ℣. 12 Lucilius apud Nonium: *Omnia viſcatis manibus leget: omnia ſumet.* Varro lib. 2. re ruſt. 11. *Ex hoc lacte caſei qui fiunt, maximi cibi ſunt bubuli, & qui difficilimè tranſeant ſumti;* Et lib. 3. cap. 10. in fin. ubi de anſeribus: *Quotieſcunque ſumſerunt, Cocus ſolet purgari.* Ubi abſolutè accipitur.

ſumere: reſumere. Pœn. 3. 6. ℣. 6.

Sumere; militare verbum eſt pro *eligere* ex omni numero militum, quos in militiam adſcribas. Rud. 4. 8. ℣. 9. Trinumm. 2. 4. ℣. 12. Vide etiam *Cenſionem facere:*

ſumere confidentiam in ventrem Capt. 4. 2. verſ. 25. Propert. lib. 2. Eleg. 17, *Sumere & in noſtras trita venena manus.* Cicero lib. 2. Tuſcul. *Epicurum & Metrodorum nemo fere in manus ſumit.*

Sumere diem; conſumere. Pſeud. 5. 1. ℣. 36.

Sumere operam. Vide litt. O.

Summa aqua; ſumma extremitas aquæ. Caſin. 2. 6. ℣. 33.

ſumma dies: certa, ſuprema. Pſeud. 1. 3. ℣. 139.

Summa mœrorum, amorum. Epidic. 1. 2. verſ. 2. Milit. 1. 1. ℣. 46. *Hominum ſumma.*

Summa patina, ſtruix. Men. 1. 1. ℣. 27.

Summa ratio. Cicero lib 2. Offic. cap. *Eaque eſt ſumma ratio, & ſapientia boni civis.* Idem lib. 1. de leg. cap. *Lex eſt ratio ſumma ſita in naturâ.* Plinius lib. 1. Epiſt. 12. ad Corellium: *Quid eſt ſumma ratio, quæ ſapientibus pro neceſſitate eſt, ad hoc cõſilium compulit.* Ita ferè & Lucret. l. 1. ℣.

—— de ſummâ cœli ratione
Diſſerere incipiam,

ſumma rerum: ſumma Imperii. ἡγεμονίαν vocat Diodorus. Ἀυτόχθων, qui ſummæ rerum præeſt. Livius lib. 1. cap. *Qui ſumma rerum praeſſent.* Et lib. 3. cap. *Veniſſetque in periculum ſumma rerum.* Idem mox: *Rerumque ſumma ad Antipatrum defertur.* Et poſtea: *Penes quem ſumma Imperii erat cuſtodia.* Eum paulò ante vocabat *Præfectũ cuſtodiæ*

Sũma Reſpubl. ſumma res, ſumma quæſtio, ſumma ratio. Tacitus lib. 20. cap. *ne ſumma rei periculum faceret,* Virgil. l. 2. Æneid. ℣. 322. *—— Quo res ſumma loco?* Ennius lib. 16. *Noli ſperando cupidi rem prodere ſummam,* apud Feſt. *Prodit,* Juven. lib. 3. *Quis color & quod ſit cauſa genus; atque ubi ſũma quæſtio.* ſũma *Reſp.* à vett. dicitur ipſum Imperiũ Rom. ſive Reſpubl. dominatrix, princeps. cui ex adverſo reſpondet *Reſpublica municipialis.* Sæpe id depravatum legitur: quam tamen deprationem miror adeò cur approbarit Vir Clariſſimus Juſtus Zinzerlingus in ſuâ Promulſide cap. 48. Cic. l. 3. de leg. c. *Vtimur eſt animo atq; virtute in ſummâ Rep. nobiſcũ verſari,* quam

ex Sabino ff. lib. 22. tit. 1. l. 36. Et Iuſtinian. leg. ult. Cod. de uſur. *cùm omnium pretia redacta ſunt ad unum ſummam.* Seneca Epiſt. 40.

Summa vox Aſin. 2. 2. ℣ 30.

Summam habere: ſummum locum obtinere, & principatū. Truc. 4. 1. ℣. 5.

Sūmanare: auide rapere. furari, à Summanô, Deo auidiſſimo alienæ prædæ. Curc. 1. ℣. 46.

Summanus Deus eſt Manium ſūmus, hoc eſt, Pluto: qui omnes avariſſimè rapit in ſuum theſaurum. Gloſſ. [illegible] Curc. 3. ℣. 43. Bacch. 4. 8. ℣ 54.

Summas ætis. Sed eo rarò uſi optimi Authores linguæ Latinæ. Symmachus ad Auſon. lib. 1. Epiſt. 31. *Ea propter in Comœdys ſummatem quidem gloriā ſcriptores tulerunt, Roſcio tamē* &c. Ita ex vetuſtiſſimo Ms. codice Hub. Giſanij edidit perilluſtris vir D. Gaſper Scioppius. Nam vulg. *Auſonia ſummia*, non rectè.

Summates viri. Pſeud. 1. 2. ℣. 90.

Summates ſummi viri. ſtich. 3. 2. ℣. 34 36.

Summates matronæ: ſummo genere natæ. Ciſt. 1. 1. ℣. 27.

Summis generibus natum eſſe. Moſt. 5. 2. ℣ 21.

De ſummis rebus. Corn. Nepos in Eumene: *Eoq; omnes cottidiè convenire, ut ibi de ſummis rebus conſilia caperentur.* Et poſtea; *Cum quibus ei de ſummis rebus erat dimicandum.* ſed ibi fortaſſe leg. *de ſummâ rerum.*

Summittere. Cui contrar. *In altum tollere.* Tralatè. Cicero lib. 3. de Orat. cap. *Neq; id actores prius viderunt, quàm ipſi poetæ, quàm deniq; etiam illi, qui fecerunt modos; à quibus utrumq; ſummittitur aliquid atq; extrema &c. deinde augetur, inflatur, diſtinguitur.*

Summovere. Hoc verbum lictorum eſt proprium, turbam hominum repellentium. Horat. l. 2. Od. 16. ℣. 10. *neq; conſularis ſummovet lictor miſeros tumultus mentis.* Seneca: *Majeſtatem læſam dixiſſem, ſi exeunti ſibi lector à conſpectu meretricem non ſubmoviſſet. Summove, audis, Lictor, ſummove à Prætore meretricem.*

Summum: ſumma pars in tricliniis. Perſ. 5. 1. ℣. 19. pro eo, qui ſummus eſt in triclinio. Inde formula: *A ſummo bibere.* Ibid. quod eſt Græcis ἐγκύκλῳ πίνειν, ab eo convivâ ſcilicet qui ſummus accumbit, ad imum. Eandem uſurpat noſter. Aſin. 5. 2. ℣. 41. Et alludit Cicero in Catone; *Et is ſermo, qui more maiorum à ſummo adhibetur in poculis.* Vide ſupr. *Dare à ſummo.*

Summum veſtimentum: ſumma pars. Men. 1. 2. ℣. 56.

Summum bibere. ſtich. 5. 4. ℣. 38.

Summus Imus. Olim in conviviis quidam dicebatur *ſummus*, nempe is, qui caput & ſummam partem lecti accumulabat. Eò ſpectat illud Lucilii (quod adducit Donatus in Andr. 3. 2.) lib. 6. *Da bibere*

abſummo. Ita Plaut. Aſin. 5. 2. ỿ. 42. *Da puere ab ſummo. age, tu interibi ab infimo da ſuavium*. Et Men. 1. 1. ỿ. 27. *standum eſt in lecto, ſi quid de ſummo petas*. Horatius l. 2 Satir. 8. v. 20.

ſummus ego, & propè me
Viſcus Turinus, & infrà.

Et lib. 2. Satir. 8. ỿ. 40. *ſecutis omnibus imis*. Cic. de Seneɑ. c. *Is ſermo, qui more maiorum à ſummo magiſtro adhibetur in poculo*. Vbi τὸ *magiſtro* ſubdititium putat Adr. Turneb. l. 23. c. 6. Adv. Quod & Iuſtus Lipſ. probat libro 3. Antiq. leɑ. Sed nec in veteri libro aliam facile ſcripturam invenies. Nam & *ſummus magiſter*, qui Græcè ἀρχιτρίκλινος dicitur à Iuvenco l. 2. *Hinc iubet ut ſummo tradât guſtanda magiſtro*.

Sūmus vir populi. Perſ. 3. 3. ỿ. 23.

Sumti: ἀρχαϊκῶς. *Quod facit ſumti. datur*. Trin. 2. 1. ỿ. 21.

ſumti facere: vnica voce; vt, *Lucrifacere*, *Compendifacere*. Caſ. 2. 7. ỿ. 2.

ſumtui eſſe alicui. Mil. 3. 1. ỿ. 144.

ſumtum facere. Stich. 5. 4. ỿ. 10.

ſumtus non ſunt ſumtui; quando bene collocantur. Moſt. 1. 2. ỿ. 44.

ſumtus: impenſæ. Pœn. 1. 2. ỿ. 37.

ſūtus intolerabiles. Aul. 3. 5. v. 60.

ſumtus dapſiles; largi. Moſt. 4. 2. ỿ. 66. (& 2. 1. ỿ. 33.

Sunt. adſunt. Ciſt. 4. 2. ỿ. 37.

ſūt quos; ἀττικῶς. Trin. 1. 2. v. 54.

ſunt iſta. ſcil. vera. Vide ſupra, *Eſſe*.

ſupellex muliebris; eſt clamor ſine modo. Pœn. 5. 3. ỿ. 26.

ſuper, pro, præter. Suetonius Othone cap. *Inſtigante ſuper animi dolorem etiam magnitudine æris alieni*. Et Domitian. c. *ſuper ingenij naturam, naturâ rapax*. Livius lib. 28. cap. *ſuper morbum etiam fames afflixit*.

ſuper: eleganter, pro, *quantum attinet &c*. Aul. 4. 7. ỿ. 2.

ſuper: pro *de*. Aul. 4. 7. ỿ. 1. Ciſt. 4. 1. ỿ. 8. & 4. 2. ỿ. 13. Bacch. 2. 1. v. 8. Amph. Prol. v. 58. *Bacch.* 2. 2. v. 19. & 2. 3. v. 133. & 3. 6. v. 33. & 4. 2. v. 26. Moſt. 3. 2. v. 36. Mil 4. 5. v. 13. *ſuper viciná*. Feſtus in *ſupereſcit*. & Servius ad Virgil. lib. 1. v. 750.

Multa ſuper Priamo rogitans,
ſuper Hectore multa.

Appul. lib. 3. Mil. *Inſuper exitio meo cachinnat*. Cicero: *Hac ſuper re ad te ſcribam*. Legg. 12. Tabb. *Paterfamilias vti ſuper familiâ pecuniâve ſuâ legaverit, ita jus eſto*.

ſuperare; eſt, ſupereſſe, ſupetere. Amph. Prol. ỿ. 14. vti quidem ibi legitur in Pall. Mſſ. omnibus, excepto V. C. qui habet, *ſubpetat*. de quo vide paulò poſt. Amph. 2. 2. ỿ. 75. *ſuperat ſuperbia*. Caſ. 5. 2. ỿ. 2. *Bacch.* 4. 4. ỿ. 62. Aſin. 3. 3. ỿ. 14. Trucul. Prol. ỿ. 20. Claud. lib. 1. ad Eutr. *Aut quid in hoc multa poterit ſuperare laborũ* Virg. Georg. 1. ỿ. 189. *ſi ſuperant fœtus, pariter frumenta ſequentur*. & Georg. 3. ỿ. 63. *Præterea ſuperat gregibus dum læta iuventus* Et lib. 3. Aen. ỿ. 339 — *ſuperatne, & veſcitur aurâ?* & lib. 5. ỿ. 22. & lib. 2. Georg.

Georg. ℣. 235. 331. Propert. lib. 3. Eleg. 5.

Vide ſalo ſuperent venti.

—quid in hoc vultu poterit ſuperare pudoris.

ſuperare datis; pro abundare. Aſin. 1. 3. ℣. 14. *ſemper tibi promiſſum habeto, dũ ſuperes datis.* Sic Virgil. 4. Georg. ℣. 189 *ſi ſuerant fœtus, pariter frumenta ſequentur.* Stich. 2. 2. verſ. 6. [4. ℣. 3.

ſuperare; ſuperiorem eſſe. Caſ. 4.

ſuperare: tollere. Stich. 2. 3. v. 40. Vti quidẽ Lipſ. & Gulielmius legendum cenſuerunt: *ſeſe ſuperabat ex mari ſol. ἐπεξηγητικῶς.*

ſuperare: obtinere aliquid, impetrare. Men. 1. 3. ℣. 10.

ſupero atq; anteeo. Ciſt. 2. 1. ℣. 3.

Supera tollere. Caſ. 4. 4. v. 1.

Superbia. Stich. 2. 1. ℣. 28.

Superbia cauſſa: contumeliæ cauſſa. Ciſt. 1. 1. ℣. 42.

ſuperbus; pro divite, qui pedibus ſuis non ambulat. Amph. 1. 1. ℣. 201. Quanquam Nonius aliique ibi, capiant pro mortuo; quia mortui ſplendidiore habitu efferri ſolent, etiam pauperes. Vide Gutherium l. 1. c. 17. de Iure Manium.

Superbus ferè idem quod *Crudelis*: eâque te interdum illa cõiũgi ſolent. Liv. l. 4. c. *Qui pro veſtris commodis tam crudeles ſuperbosque adverſareos depugnent.* Et l. 7. c. *Nullius ſuperba in vos nullius legis crudelis ſenatûs conſulti author.* Et l. 2. c. *Ipſe in Accuſationem Appij familiaq; ſuperbiſſima ac crudeliſſima in plebem Rom. exorſus.* Et l. 3. c. *Libertas obſtat, omnes Tarquinios ſuperbiâ exſuperat.* Et l. 30. c. *Neq; in cuiusquam Romani ſuperbum ac crudele arbitrium venire ſinas.* Et l. 7. c. *Nec perinde ut maluiſſet plebes ſibi ſuffragij ferendi de tam crudeli & ſuperbo reo poteſtatẽ.* Salluſt. Catil. c. *Quæ apud alios iracundia, dicitur ea in imperio ſuperbia atq; crudelitas.*

Supercilium. Polybius tralatè uſurpat pro tumulo ſeu crepidine. ἡ ὀφρύς. Liv. lib. 27. c. *Ipſe expeditos, qui pridie ſtationes hoſtiũ pepulerunt, ad levem armaturam infimo ſtantem ſupercilio ducit.* Homer. Iliad. v. ℣. 151.

— ἐπ' ὀφρύσι Καλλικολώνης.

iniugis Callicolones, Sic Lucæ 4. ℣. 29. ἤγαγον αὐτὸν τῆς ὀφρύος τοῦ ὄρους, *duxerunt eum ad ſupercilium montis.* Virgil. l. 1. Georg. ℣. 108. *ſupercilio clivoſi tramitis undam elicit.*

Supercilium ſalit. Germ. Es ahnet mich. Pſeud. 1. 1. ℣. 105. Vide *Proverbia* in Mantiſſa.

ſupereſſe. Men. 1. 4. ℣. 3.

ſupereſſe alicui; patronum eſſe, & advocatum. Mil. 2. 4. v. 3. Quamquam Agellius Latinè dictum neget contra claſſicã authoritatem. Sic enim Suet. Auguſto c. 56. *Cum Aſprenas Nonius arctius ei iunctus, cauſam veneficij accuſulatis Caſſio ſevero, diceret: conſuluit ſenatũ quid officij ſui putaret: Cunctari enim ſe, ſi ſupereſſet eriperet Legibus, &c.* Conſule amplius Lexic. Iuris Iohan. Calvini. Et doctiſſimi Palm. Spicil. Lamp. Crit. pag. 685.

Superficies. A Veteribus dicitur id, quod ſolo ſuper impoſitũ: ut ædificium areæ, vites, arbores, ſolo. Sed plærumque de domo, quod in Vet. Gloſſ. ὑπερῷον dicitur, ut & ab Euſtathio ἀνώγαιον. Nam domûs duæ ſunt partes, ſolum, ſive area, & ſuperficies. Ita eo verbo Veteres, Cicero, & alij ſemper uſi ſunt. Hodie eo ab utuntur multi, pro eo, quod Græci ἐπιφάνεια. Sed hoc à Cicerone *Extremitas* dicitur. Ita à Barbaris & *Triangulus*, & *pũctus* uſurpãtur, quæ Latinè dicuntur *Triangulum* & *punctum*. Cic. lib. 4. Attic. Epiſt. de ſuâ domo: *Nos tacemus, & eò magis, quòd de domo noſtrâ nihil adhuc Pontifices reſponderunt: qui ſi ſuſtulerint religionem ſext tertio vicies* Authoritates in Corpore Iuris exſtant innumerabiles: & eſt titulus *de ſuperficiebus.* Iavolenus ex Caſſio: *Certo generi agrorum acquiri ſervitus poteſt, velut vineis: quod ea ad ſolum magis, quàm ſuperficiem pertinet.* l. 13. D. de ſervit. præd. ruſt. Plinius teſtam. teſtudinis vocat *ſuperficiem* l. 9. c. 10. *Teſtudines tanta magnitudinis Indicum mare emittit, ut ſingularum ſuperficie habitabiles caſas integant.* Et lib. 11. cap. 48. *inſectorum ſuperficiem corporum vocat.*

Superficiens: h. e. extimus, ἐπιπόλαιος: ut, *Aqua ſuperficiens*, quæ terram tegit, ſeu, in fundo ſtat, eumque tegit, & inſtat, ſed eo non facile uti velim. Vlpian l. 1. §. Idem aiunt. D. de qua & aquæ pluv. arc. *Idem ajunt, aquam pluviam in ſuo retinere, vel ſuperficientem ex vicini in ſuum derivare, dum opus in alieno non fiat, omnibus jus eſſe.*

Superfio. Mil. 2. 4. ℣. 3.

Superfit: ſupereſt. Epid. 3. 2. ℣. 10. Pſeud. 1. 5. ℣. 41. Trin. 2. 4. ℣. 109. Stich. 4. 2. ℣. 12.

Superlativus iunctus nominativo ſingulari: Miſerrimus mortalis. Aul. 3. 2. ℣. 29.

Superſedere huic rei, & hanc rem. Eſt, *intermittere.* Ger. Unterwegen laſſen. Epid. 1. 1. ℣. 37.

Superſedere verbis. Pœn. 1. 3. ℣. 4.

Superſtitioſus: divinus, vates, ariolus θεοφάτος. Amph. 1. 1. ℣. 167. Curc. 3. ℣. 27. Rud. 4. 4. ℣. 195. Et accipitur in bonam partem. Interdum etiam *Superſtitio*, & *ſuperſtitioſus*, idem valent, quod *Religio*, *Religioſus*. Cic. pro domo cap. *Monete eum, modum quendam eſſe religionis, nimium eſſe ſuperſtitioſum non oportere.* Dionyſ. Lambinus locum hunc reddit mendoſum non rectè.

Superus & *Inferus*, Ciceroni, & Veteribus idem valent, quod olim *Supernus*, & *Infernus*, aut *ſuperior*, vel *Inferior*. Cic. l. 2. de Nat. Deor. cap. *Sunt enim è terrâ homines, non ut incolæ, atq; habitatores, ſed qui ſpectatores rerum ſuperarum & cæleſtium.* Sic, *ſuperum* & *Inferum mare.* Ita, *ſupera* & *infera Germania* rectè dici poteſt.

Suppar, eſt ferè par. Agell. l. 17. c. *Publius Mimos ſcriptitavit, dignuſq; habitus eſt, qui ſuppar Laberio judicaretur.* Ita illum locum correxit Giſanius.

Supparaſitor. Amph. 3. 4. ℣. 10. Mil. 2. 3. ℣. 77.

Supparum; lineum puellarum veſtimentum, quod & *ſubucula* appellatur. *Feſtus.* Epid. 2. 2. ℣. 48. Vide Heinſ. ad Sil. 346.

ſuppeditare; par eſſe, ἐπαρκεῖν. Aſin 2. 4. ℣. 17. *non queo labori ſuppeditare.*

ſuppeditari. Ego ſuppeditor omnibus. h. e. ego abundo, mihiq; res omnes ſuppeditāt. Cicero Catil. 2. c. *Sed ſi omiſſis his rebus, quibus nos ſuppeditamur, eget ille.*

Suppeilare; eſt clam in aliquam rem involare, à pilorum raptu, inquit Nonius. Aſin. 3. 3. v. 92. & 4. 2. ℣. 6. & 5. 2. ℣. 39. Curcul. 4. 2. ℣. 41 & 4. 3. ℣. 7. Truc. 2. 7. ℣. 15. Mē. 5. 2. ℣. 52.

ſuppetiæ Amph. Sc. *Quu tā.* v. 25.

ſuppetias advenire. Mē. 5. 7. v. 30.

ſuppetias ferre. Rud. 3. 2. ℣. 10. & 4. 4. ℣ 39. Epid. 5. 1. ℣. 52.

ſuppetere; pro, reſpondere, convenire, congruere, eleganti vſu. Pſeud. 1. 1. ℣. 106. *Vtinam dicto factis ſuppetant.*

ſuppetere; ſuccedere. Epid. 3. 3. ℣. 16. Vide etiam, *Expedire.*

ſuppetit; adeſt, præſto eſt, in prōtu eſt. Aſin. 1. 1. ℣. 42. *quia non ſuppetunt dictis data.* h. e. non habet, unde promiſſum ſolvat. Epid. 1. 1. ℣. 15. Mil. 2. 2. ℣. 50. Pſeud. 1. 3. ℣. 99.

ſuppetit; ſupereſt, ſuperſtitat. Perſ. 3. 1. v. 3. Amph. Prolog. v. 14. vti quidem ibi legit V. C. cùm reliqui omnes Mſſ. Pall. vt & Langg. habeant *ſupereſt.* de quo verbo vide paulò ante.

ſuppetit ſuperſtes. Trin. 1. 2. ℣. 19.

ſuppetunt conſilia. Curc. 2. 3. ℣. 89.

ſuppilare. Vide *Compilare*, & paulò antè, *ſuppeilare.*

ſuppingere. Bacch. 2. 3. ℣. 98. *ſuppactum ſolum.* Trin. 3. 2. v. 94. *ſuppingere ſoleas.* Galli dicunt, *quarreler de ſoliers.*

ſupplicans Rud. Prol. ℣. 26.

ſupplicare alicui. Aſin. 1. 2. ℣. 25. Aul. Prol. ℣. 24. Capt. 4. 1. v. 5. Epid. 5. 2. ℣. 17. Bacch. 2. 2. ℣. 27. Mil. 2. 1. ℣. 59. Pſeud. 1. 5. v. 92. Rud. 5. 2. ℣. 48.

ſupplicatum venire. Aulul. 4. 10. v. 22.

Supplicia & ſupplicium: pro precibus & ſupplicationibus. Rud. Prol. ℣. 25. Salluſtius: *In ſuppliciis Deorū magnifici, domi parci, in amicos fideles erāt.* Ibidem: *Non votis neque ſuppliciis muliebribus auxilia Deorum parantur.* Liv. lib. 27. c. *Matronæ, quia nihil in ipſis ſuppliciis votiſq; fatigaverunt Deos.* Tacitus lib. 3. c. *Sed tum ſupplicia Dis, ludiq; magniq; à Senatu decernuntur.*

ſupplicium fero. Truc. 5. 1. ℣. 1.

ſupplicium dare alicui. Eſt alicui pœnas dare. Epid. 5. 2. ℣. 58. Ter. Adelph. 3. 2. v. 15. *Satis ſumi hi habeā ſuppliciȳ.* Quid olim fuerint *ſupplicia*, fuſe explicat Feſtus, & ad illum Scaliger. Aliqui etiam pro *ſupplicatione* acci-

accipiunt, quomodo ſæpe ſæpe Salluſtius. Sic dicimus quoque, *Bona verba dare*.

ſuppliciũ diutinũ. Mil.2.6.℣.23.

ſupplicium ſumere. Perſ.5.2.v.72.

ſupplicũ ſtimuleũ. Mil.2.6.v.31.

ſuppliciũ virgarũ Mil.2.6.v.22.

ſupplicio ſatis habeo. Elegans formula. Moſt.5.2.℣.43.

ſupponere : ſubſtituere in alterius locum. Epid.3.4.℣.58. Pſeud. Arg. ℣.7.

Supponere infantẽ. Ciſt.4.2.v.49.

Supponere : pro, *vicarium dare*. Curc.2.2 ℣.6.

ſupponere : de fœtu expoſititio. Ciſt.2.3.℣.11.

Supponi dicitur fœtus alienus. Ciſt.1.2. ℣.17. 25. & 1.3.℣.4.

ſuppoſivit. Truc. Arg ℣.4. & 2.5. ℣.9. & 4.3 ℣ 30. Vide *Poſivit*.

ſuppoſitiones puerorum. Captei. Grex. ℣.3. Truc.2.4.℣.83.

Suppoſitus puer. Truc.1.1.℣.70.

Suppoſititius. Pſeud.4.7.℣.71.

Suppoſtrix puerũm. Trucul.4.2. ℣.50.

Suppromus : ſecundus promus, promo ſubſtitutus. Ger. Underkeller. Mil.3.2.℣.12.24.

Suppremum dicere: ſcil. vale. Aſin.3.3.℣.4. Vide Guther. lib. 1. cap.11. de Iure Manium.

ſupremus comes alicui rei. Pſeud. 1.1.℣.15.

Sura. Pſeud.4.7.℣.80.

ſura craſſa Pſeud.4.7.℣.117.

Surdum eſſe, ſurdè audire, ſurdo narrare, in Proverbio ſunt. Caſ.3.5.℣.12. Vide *Proverbia* in Mantiſſa.

ſurgere: pro, attollere, ſurrigere. κατὰ συγκοπὴν, Livius lib.7.c. *Romanus mucrone ſurrecto cũ ſcutum ſcuto percuſſiſſet*. Sic Plautus. Epid.5.2.℣.67. *Surgite lumbos*. h. e. abite. quamquam ambiguè dictum vbi videatur.

Suria. Truc.2.6.℣.49.60.

ſurptus. Pœn.4.2.v.80. & 5.3.v. 98. (℣.14.

Surpuit. Capt.3.5.v.102. & 5.4.

Surrepticia. Pœn.5.2 ℣.2.

Surrepticius. Men. Arg. ℣.3.7. Prol. ℣.41.60.68.

Surrepticiꝰ amor. Curc.1.3.v.49.

ſurripere. Men.5.5.℣.38.

Surripere ſe alicui Men.3.2.v.25.

Surruptus: pro, *ſurreptus*. Sic *ſurrupui*, pro, *ſurripui*. Lex Atinia apud Agellium: *Quod ſurruptum erit, ejus rei æterna authoritas erit*. ita leg. ex v. cod.

Surrupta puella. Pœn. Prol. v.109.

Sus: pro impuro homine. Moſt. 1.1.℣.39.

Sus occiſa. Mil.2.6.℣ 104.

Sus terreſtris beſtia. Capt.1.2. ℣.86.

ſuſceptus: pro, *conceptus*. de fœtu. Amph.5.2.℣.9.

ſuſcipere. Pater filium dicitur *ſuſcipere*, quem curat, alitque mater. Cicero: *ſimulatque in lucem editi ac ſuſcepti ſumus*. Ter. And.2 3.℣.27. *Pollicitus ſum ſuſcepturum*.

Suſcitare : eleganti vſu. Mil.2.3. ℣.59. *Neſcio qua te ſcelera ſuſcitant*.

Suſcitare è ſomno. Moſt.2.1. verſ. 25.35.

Suſcitare ad officium Rud.4.2.v. 17. (℣.43.

ſuſpectũ habere falsò. Bacch.3.6.

ſuſpen-

Digitized by Google

Suſpendant ſe Execrandi formula. Pœn.3.5.℣.1. (℣.50.

Suſpendere ſe, deſperare Pœn.3.5.

Suſpendere ſe. iubentur ii, qui aliis odio ſũt. Pœn.1.2.v.184. & 5.6.℣.6.Caſ.2.7.℣.1. Vide D. Heinſii Exercitat.ad Matt. cap.21.cap.21. pag.76.

Suſpendio mori. Caſ.1.1.℣.23.

Suſpẽdito te In prouerbio. Pſeud 4.7.℣ 128. Caſ.3.4.℣.9 *Quin tu ſuſpendis te*,

Suſpicare δοξάζεις. Caſ.2.6 ℣.42. Men.5.9.℣.22.

Suſpicio, mediam *ſpi* producit perpetuo apud *Plautũ* Amph. 1.2.v.27, Aſin.4.1.v.29 Merc. 4.4.℣.55. Trin.1.2.℣ 42. 45.& 3.3.℣.54. Martialis lib. 11 Epigrammat.46.

Oblinitur minima ſi qua eſt ſuſpicio rima,
P.Syrus Mimus.

Suſpicio ſibi ipſa riuales. parit. Vide etiam Iul. Cæſ. Scalig. lib.7.cap.2. de Re Poet pag. 936. *A ſuſpicitum* fit *ſuſpicio*. Rectè ergò producitur antepenultima. (℣.149.

Suſpicio eſt mihi. Pſeud. 1. 5.

Suſpicio ſollicitat te. Bacch. 4.8. ℣.50. (1.2.℣.100.

Suſpicio prehendit me, te. Merc.

Suſpicio eſt. Epid.3.4. ℣.57.

Suſpicio abſcedat aliquo. Epid.2. 2.℣.103.

Suſpicionem ab ſe ſegregare & culpam. Trin.1.3.℣.42.

Suſpicionem ſuſtinere. Bacch.3.3. ℣.32.

Suſpicioſus: plenus ſuſpicionis, παθητικῶς: ſed de rebus: & *ſuſpectus* neſcio quid aliud notat, ut *Invidioſus, odioſus*. Hinc & *Suſpicioſus* perſpicuè contrarium eſt. ad Herenn. lib.3. & Cicero pro Flacco cap. *Et is eſt reus avaritiæ, qui in uberrimâ re turpe compendium* &c. *in ſuſpicioſiſſimo negotio maledictum omne, non modò crimen effugit.* Et lib.1. Epid.7. ad Lentulum: *Qui mihi cùm ſemper tuæ laudi favere viſus eſt, etiã ipſo ſuſpicioſiſſimo tempore.* Et pro Cluent. cap. *Timor eius & crebra colorum mutatio, quæ erant ante ſuſpicioſa, hæc aperta & manifeſta faciebant.*

Suſpico. Antiquè Men.5.9. ℣.22. Ita ibi Ms. Pal.

Suſpirare. Men.5.4.℣.[8.]

Suſpirium trahere ex imo ventre. Truc.2.7.℣.40.

Suſque deque habere: negligere, contemnere. Amph.3.2.℣ 5. Aul.Scẽ. *Quid hic*, v.11. Agell. lib.16.cap.9. ait, *ſuſque deque ferre, & ſuſq; deq; habere ſignificare, æquo animo eſſe, & pene idem quod Græcis eſt* ἀδιαφορεῖν. Feſtus interpretatur *plusque minus*: quod minus placet Lucillius: *Verùm hic ludus, ibi ſuſq; deque fuere inquã omnia ludu' iocuſque*.

Suſpritus. Ciſt.1.1.℣.58. Merc.1. 2.℣.4. Truc.2.7.℣.40. vti ibi legit Douſa. Apul.l. 6. *Votiſq; crebros intermiſcet ſuſpiritus.* Et l.10. *ſuſpiritus cruciatus tarditate vehementior.* Cic. ad Atticum l. 1. Epiſt. 15. *Conſul eſt impoſitus nobis, quem nemo præter nos Philoſophos ſine ſuſpiritu poſſit*, Seneca de provident. ſub finem vocat *ſpiramentum*.

Suſſilio. Curc. 1. 2. ℣. 63. Propert. lib. 4. Eleg. 9. *Semper damnoſi ſubſiluére canes* h. e. emicuére, ſurſum ſaliére.

Suſſultare. Capt. 3. 4. ℣. 104. Caſ. 2. 7. ℣. 10.

Suſurrus Rud. 5. 2. ℣. 48.

Suſtentare ſe; eſt. portare ſe, & bene valere: ἰσχύειν Stich. 3. 2. ℣. 14. & 4. 2. ℣. 8. Sic etiam *Vectare ſe*. Vide Scal. ad Manil. l. 5. Cic. l. 14. Ep. 14. ad vxorem.

Suſtentare miſerias. Capt. 5. 1. verſ. 4.

Suſtentare: pro, differre, & quaſi alere. Germ. Aufhalten Cicero Catil. *Id opprimi ſuſtentando*. Et lib. 3. Epiſt. ad Sylvium. Et lib. 2. de Invent.

Suſtinere. Abſolutè interdum idẽ valet, quod, impetum hoſtis ſuſtinere. Cicero ad Caſſium: *Brutus enim Mutinæ vix tam ſuſtinebat*. Livius lib. 29. cap. *Ipſe poſtremo veniebat Hannibal, nec ſuſtinuiſſent Romani*.

Suſtinere: poſſe. Trin 2. 2. ℣. 99.

Suſtinere: tenere. Men. 1. 3. ℣. 13.

Suſtinere: cum Infinitivo eſt, audere, in animum inducere. Valer. Max. lib. 8. cap. 1. *Neq; punire eam juſto dolore impulſa ſuſtinebat*. Sueton. Calig. cap. 30. extr. Petron. p. 79. Priap. Carm. 47. *Libare nullos ſuſtinet mihi verſus*.

Suſtollere, ſurſum tollere, Ciſt. 1. 1. ℣. 117. Pœn. 1. 2. ℣. 136. & 5. 3. ℣. 45. Catull. Epith. Pelei & Thetid. *Dulcia nec mæſto ſuſtollens ſigna parenti*. Lucret. lib. 4. *—levi ſuſtollit machina niſu*.

Suſum, ἀρχαϊσμῶς pro, *ſurſum*. Ita enim paſſim membranæ Pall. leguat. Ciſt. 2. 3. ℣. 78. Amph. 3. 4. v. 25. Eſt à ſimplici *ſus*; quod & in compoſitis *ſurſum* ſignificat; vt apud Senecam Epiſt. 54. *ſuſpirium* ὀρθόπνοια à *ſurſum ſpirando*. De quo loco erudite diſputat inſignis Medicus Fr. Diſſaldeus Animaduerſionibus ſuis in Plautum.

Sutela; de dolis & fraudibus. Capt. 3. 5. ℣. 34. Caſ. 1. 1. ℣. 7.

Sutrinum. Caſin. 3. 1. ℣. 10. Vide PROVERBIA in Mantiſſa.

Suo ſibi patri. Capt. Prol. ℣. 50.

Sutor claudus. In Prouerbio. Aul. 2. 1. ℣ 35.

Sutor ſedentarius. Aul. 3. 5. ℣. 39.

Suum, ſuas opes. Trin. 2. 2. ℣ 34.

Suus bene reciprocatur. Men. Prolog. ℣. 19. *uti mater ſua non internoſſe poſſet*. Aſin. 3. 1. ℣. 26. *ſi moritur mater ſua*. Mil. 2. 1. ℣. 34. *contegit in naue clam matrẽ ſuam*. Propert. lib. 3. Eleg. 10. *Increpet abſumptũ nec ſua mater Ityn*. Amph. 3. 4. v. 10. *Actutum ſufferet ſuus ſervus*. Propert. lib. 2. Eleg. 1. ℣. 52. *pocula privigno non nocitura ſuo*.

Suus factus eſt. h. e. liber. Men. 5. 7. ℣. 55. Ita enim ibi Caſaubonus & Scaliger. Sic Perſ. ſat 5. ℣. 88. *meus à prætore receſſi*.

Suus ſibi. Pœn. Prol. ℣. 57. *ſuum ſibi proſcenium*. Capt. Prol. ℣. 5. & 1. 1. ℣. 13. *ſuo ſibi ſucco*. Vide, *ſyntaxis inſolens*, in Mãtiſſa.

Digitized by Google

Suus locus: proprius. Stich. 1. 2. ℣. 5. Cicero lib. 10. Attic. Epiſt. 6. *Niſi forte Sardanapali vicem in ſuo lectulo mori malle cenſueris.* h. e. in proprio. Terent. Eunuch. 2. 2. ℣. 34. *Viden' os ſuum & cibus quid faciat alienus.* Quam lectionem tamen non probo in meâ Editione.

Suus: pro *eius*. Cato de re ruſt. cap. *Si macta erit, ſarmenta ſua concidit.*

Sycolatronida. Fictè. Milit. 1. 1. ℣. 43.

Sycophantas appellatos (*verba Feſti*) hac de cauſa dicunt: Atticos quondam iuvenes ſolitos aiunt in alienos hortos irrumpere, ficoſque deligere. Quam ob cauſam lege eſt cōſtitutum, ut qui id feciſſet, capita truncaretur: quam pœnam qui perſequerentur ob parvula detrimenta, *Sycophantas* appellatos. Eadem legas apud Athenæum l. 3. p. 74. Ed. Caſaub. Inde *Sycophantæ* dicti impoſtores, & qui fucum faciunt ſimulantes ea, quæ non ſunt. Memorabile carmen Alexidis de Sycophantarum appellatione huc adſcribam:

ὁ συκοφάντης οὐ δικαίως τοὔνομα
ἐν τοῖσι μοχθηροῖσίν ἐστι κείμενον.
ἔδει γὰρ ὅστις χρηστὸς ἦν, ἡδύς τ' ἀνήρ,
τὰ σῦκα προστιθέντα δηλοῦν τὸν τρόπον.
Νυνὶ δὲ πρὸς μοχθηρὸν ἡδὺ προστεθὲν
ἀπορεῖν πεποίηκε, διὰ τί τοῦθ' οὕτως ἔχει.

Sycophantæ nomen immerito
Viris improbis eſt tributum.
Nam qui foret bonus & urbanus, is debuit
Indicatis ficubus mores approbare ſuos.
Nunc autem flagitioſos cum ſic nominent,
Dubitare id cogit, cur id factum ſit.

Plura de illis ipſis nugantur Græci: quæ hîc non colligo. Men. 2. 1. ℣. 35. & 2. 2. ℣. 10. & 5. 9. ℣. 28. Pœnol. 1. 2. ℣. 162. Pſeudol. 4. 7. ℣. 100. 103. 107. Trinumm. 4. 2. ℣. 47. Curcul. 4. 1. ℣. 2. De Sycophantis multa egregiè commentatur Iul. Cæſar Scaliger in Problem. ex Famil. Exercitat. Problem. 2. pag. 36. quæ omninò conſules.

Sycophanta & ſubdolus. Pœn. 5. 2. ℣. 72.

Sycophanta pergraphicus. Trin. 5. 2. ℣. 15.

Sycophantam de foro conducere. Trin. 3. 3. ℣. 85.

Sycophantari. Trin. 3. 3. ℣. 57. & 4. 2. ℣. 116.

Sycophantia: dolus ſycophantarum. Aſin. 1. 1. ℣. 58. & 3. 2. ℣. 2. Aul. 4. 4. ℣. 21. Bacch. 4. 4. ℣. 88. & 4. 5. ℣. 4. & 4. 7. ℣. 8. Pſeud. 1. 5. ℣. 70. 113. 159. & 2. 3. ℣. 6. Pœn. 1. 3. ℣. 16. & 3. 3. ℣. 40. Perſ. 2. 5. ℣. 24. Trin. 4. 2. ℣. 25.

Sycophantia lepida: fallacia. Mil. 3. 1. ℣. 17.

Sycophantiosè. Pſeud. 4. 7. ℣. 110.

Sylvani lucus. Aul. 4.10. ℣.36.
Symbola Stich. 3.1. ℣ 28.
Symbola: erant collectæ ſeu pecuniæ, quæ ab iis, qui communi ſumtu erant unà cœnaturi, cõiectabantur. ἀπὸ τοῦ συμβάλλειν. Plautus tralatè uſurpat de plagis à pluribus collatis in ſervi dorſum. Stich. 3. 1. ℣. 28. *condixi in ſymbolam*. Et tranſlatè. Epid. 1.2. ℣.22. paratæ iam ſunt ſcapulis ſymbolæ. Vide etiam in Mantiſſa: *verborum differentia*.
Symbolarum collator. qui colligit ſymbolas. Curc. 4 1. ℣.13.
Symbolum: teſſera, quâ loco ſyngraphi vtebantur in pactis & conuentis. Bacch. 2.3. ℣.29. 31.32. Pſeud. 2.2. ℣.4.53. & 4. 7. ℣.104.1 6.
Symbolum obſignatum. Pſeud. 4. 6. ℣.30.
Symbolum conſignare. Pſeud. Arg. ℣.2.
Symbolus: pro ipſa epiſtola. Pſeudol. 2.4. ℣.4.26.27.62. & 3.2. ℣.57. & 4.7. ℣.15. Iuſtin. lib. II. cap. 12. *Symbolos proponi & ſaxum proſcribi curat*. Et Oroſius lib. II. cap. 10.
Symbolus: pro libello chirographo. Iuſt. lib. 2. *Et cum colloquendi copiam ſymbolos proponi, & ſaxu proſcribi curat*.
Synapis ſcelerata. Pſeud. 3.2. ℣. ℣.27. Truc. 2.2. ℣.60.
Symbolus adulterinus. Bacch. 2. 3. ℣.32.
Syngraphum ſcitum. Aſinar. 4.1. ℣.57.
Syngraphus & *ſyngrapha* dicitur, teſte Marcello. Eſtque libellus (vel tabulæ) in quo deſcribũtur leges, pacta, conventa privata, quæ paciſcentes ſervari volunt. Aſin 1.3. ℣.83. & 4.1. ℣.1. Capt. 3.2. ℣.6. Vide notas *Gothofredi* ad l. 27. §. 3. ff. de lege Corn. de falſ.
Syngraphus: pro diplomate ſalvi conductus. Germ. Ein Paßport. Capt. 2.3. ℣.90.
Synopes populi. Curc. 3.1. ℣.73.
Syri ſervi patientiſſimi laborum aut Venerum. Trin. 2.4. ℣.141. 145. Curc. 3. ℣.73. Bacch. 4.4. ℣.7. *Parmenones Syri*. Semper nequam ſervi habiti Syri. Cic. lib. 2. de Orat. cap. *Noſtros homines ſimiles eſſe Syrorum venalium, ut quiſq; optimè ſciret, ita eſſe requiſitum. Nationes enim ſervi hi meliores ſunt, illi peiores*. Varro: *Atque in hominibus emendis ſi natione alter eſt melior, emimus plures*. Lucilius apud Nonium in, verſipellis. Petronius. *Syri illi, qui venerant ad prædam*. Martialis: *Vt Caſſinatus noſtro Syrus aſſere ſedes*. Sidon. lib. 1. Epiſt. 8. Syros ait *pſallere*: ubi publicè malè omnia fiebant.

T.

T*Abella*: litteræ. è fago, buxo, aliquo ligno corio illito: in quibus ante chartarum & membranarum uſum ſcribebant. Epid. 2.2. ℣.66. Bacch. 4.4. ℣.64. & 4.5. ℣.9. Pſeud. 1. 1. ℣.8.45.
Tabella Centurionum: quibus nomina militum conſcribẽdorum

dorum

dotum inſcribebant. Mil.1.1. ℣.38.73.

Tabella lepida. Pſeud.1.1.℣.25.

Tabellas conſignare. Curcul.2.3. ℣.86.

Taberna: locus quo ſervi omnia vaſa in domo collocabant. Men.5.6.℣.28 & 5.7.℣.46.

Taberna: Cauponaria vinaria. Nonio. Suidas καπήλειον καὶ πανδοκεῖον interpretatur. Pſeudol.2.2.℣.63.& 4.7.℣.14.

Taberna diverſoria. Men.2.3.℣.81 Truc.3.2.℣.29 Varro apud Nonium in Porcia, dicit, *lacuna Iſtria* vel, *lacuna ſtria*. Et noſter Aſin.1.1.℣.86. *reteiaculum*. Vlpianus, *pallium periſtroma*.

Tabernaculum. Trin.3 2.℣.100. Amph.1.1.℣.271.

Tabeſcere. Vide *Contabeſcere*.

Tabula ceratæ. Pſeud.1.4.℣.8.

Tabula: accepti & expenſi. Truc. 1.1.℣.52.

Tabula Iovis: Diphthera, in qua Iupiter omnium mortalium acta deſcripta habet. Rudent. Prol.℣.21.

Tacita: quæ tacentur, σιωπηλῶς. Aſin.4.2.℣.7.

Tacita mulier: taciturna. Rud.4. 4.℣.70.

Tacita inducia: hoc eſt, non pactæ verbis. Livius lib 2.cap. *Interceſſére pauci dies, velut tacitis inducijs utrinq; quiete ſumta.* Et lib.23.cap. *Poſterum diem inducijs tacitis* (ita rectè vet. cod. Lipſij, ubi vulgò, *datis*) *ſepeliendo utrinq; caſos in acie conſumſerunt.* Et alibi: *tacita inducia quietum avum tenuere.*

Tacito ſenſu. ἀλόγῳ αἰσθήσει. Idē quod, *naturali ſenſu*. Cicero Orat.perf.cap. *Si qua res efficiat voluptatem, eadem qua in verſibus: quorum modum notat ars, ſed aures ipſa tacito eum ſenſu ſine arte definiunt.* Et paulò ante: *Non arte quadam perpenditur, ſed quodam quaſi naturali ſenſu indicatur.* Dionyſ. Halicarn. in Lyſia: τοῦτο κἀγὼ τοῖς ἀναγινώσκουσι τὸν Λυσίαν τίς ἡ παρ' αὐτῷ χάρις ἐσ[τὶ] βουλομένοις μαθεῖν, ὑποθείμην ἂ[ν] ἐπιτηδεύειν χρόνῳ πολλῷ, καὶ μα[κ]ρᾷ τριβῇ, καὶ ἀλόγῳ πάθει τὴ[ν] ἄλογον συνασκεῖν αἴσθησιν. E[t a]libi: οὐκοῦν τέτταρες αὗται βρα[χείας] χείας συλλαβῆς διαφοραὶ, μέτρο[ν] Ita P. Victorius lib.13. cap.6 Var.lect.

Tacito conſenſu. Iuſt.lib.6 *Pauc[is] deinde diebus, neutris hoſti[le] quidquā facientibus, cùm qu[a]ſi tacito conſenſu inducia eſſen[t]* Plin.lib.7.c.57. *Gentium con[]ſenſus primus omnium ſpirau[it]* Agell.lib.11. cap.ult. *Eius ig[i]tur leges* (Draconis) *non decr[e]to juſſuque. ſed tacito illi taci[to] Athenienſium conſenſu obli[]terata ſunt.*

Tacitum habere. Pœn.4.2.℣.6[]

Tacitus tace. Pœn.4.2.℣.84.

Tacitus. Interdum refertur [ad] pecuniam, & ad rationes pecuniarias, & dicitur ea tac[ita] pecunia, quę non expreſſa [eſt] in cautionibus publicis. G[er.] Heimlich Geldt. Scævula [lib.] in l. emptor. §. Lucius D. [de] pactis: Summā aureorū, qu[am] ap[]

apud te tacitum habes, refundam tibi. Agell. lib. 12. cap. 12. *A. P. Sylla qui tum reus erat. mutua HS. xx. tacita accepit.* Et in Teſtamento quodam Sempronij Tuditani militis: *Aurelius Tuditanus tacitam pecuniam ſi viâ Latinâ monumentum ſuis ſumtibus ædificaverit habeto.*

Taciturniſſimum oſtium. Curc. 1. 1 ỽ 20.

Tacta. h. e. protrita, & omnibus nota. Manilius lib. 3. ỽ. 22. *quàm ſi tacta loquar.*

Tactio eſt. Pœnol. 5. 5. ỽ. 29. Aul. 4. 10. ỽ. 14. Vide *Verbalia in* IO in Mantiſſa. Et infra, *Tangere.*

Tactum de cælo: & præcisè *tactum.* fulmine afflatum, fulminatum. Cato de villâ ruſtica cap. 14. *Si de cælo tacta ſit, de eâ re uti verba fiant.* Cicero lib. 3. Tuſcul. cap. *Tactus etiam ille, qui hanc urbem condidit Romulus.* Virgil. Eclog. 1. ỽ. 16.

De cælo tactas memini prædicere quercus.

Tacitus Aen. lib. 14. cap. *Iam Sol repente obſcuratus, & tactæ de cælo quatuordecim urbis regiones.* Agell. 14. 5. *Statua Romæ in Comitio poſita Horatii Coclitis, fortiſſimi viri de cælo tacta eſt.* Et ita ſæpe Sueton.

Tacuitas. Obſoletum, & nihili verbum eſſe puto, quo utitur P. Crinitus lib. 2. de honeſt. diſciplin. cap. 8. in quadam antiqua lege, ut ait, uſurpato: *Prudentiam, tacuitatem, habento, tenento, geſtianto.*

Tædet ſermonis. Ciſt. 1. 1. ỽ. 54.

Tagere, pro, *tangere* λεχαίνεις. Aſin. 2. 2 ỽ. 106.

Talaria lex. Vide litt. L.

Talenta magna. Ciſtell. 2. 3. ỽ. 19. Truc. 4. 3. ỽ. 71.

Talenta dotis. Perſ. 3. 1. ỽ 66. Sic *Nũmi præſidij.* Pœn 3. 3. ỽ. 56.

Talentum. Trin. 4. 3. ỽ. 47. Moſt. 2. 1. ỽ. 12.

Talentum argenti. Merc. Prol. ỽ. 89. & 5. 1. ỽ. 60.

Talentum Atticum. Amph. Sc. *Quis tam.* ỽ. 42.

Talentum mutuum dare. Trin. 3. 2. ỽ. 101.

Talentum magnum: valebat 60. minas. Moſt. 3. 1. ỽ 109. Rud. 5. 2. ỽ. 43. Curc. 1. 1. ỽ. 63.

Talentum Philippum. Milit. 4. 1. ỽ. 69.

Tali luſorij. Aſin. 5. 2. ỽ 55. Moſt. 1. 3. ỽ. 150. Pœn. 3. 1 ỽ. 67.

Talis vir. Cic. Philipp. cap. *Quis bonus non luget mortem Trebonij? quis non dolet interitum talis & civis & viri?* Plautus Capt. 5. 2. ỽ. 2. *Quid me oportet facere, ubi tu talis vir falſum autumas?* Salluſt. Iug. c. *Tamen ad id locorum talis vir Conſulatũ appetere nõ audebat.*

Talos alicui elidere. Mil. 2. 2. ỽ. 1. 12.

Talos ſuffringere. Mil. 2. 3. ỽ. 39. Rud. 4. 4. ỽ. 15. Truc. 2. 8. ỽ. 8.

Talus: ludus talorum. Bacch. 1. 1. ỽ. 38.

Talthybius, & *Eurybates,* nuncij & præcones in exercitu Græcorum. Stich. 2. 2. ỽ. 33.

Digitized by Google

Tam; abſolutè exaggerat ſententiam. Bacch 3.3.℣.11.16. & 4.7.℣.12. *tam nihil ſapit.* Moſtell.1.3. ℣.3. 29. & 4.2.℣. 9. Perſ.4 6 ℣.11.

Tam atq; & Amph.1.1.℣.287: Bacch.4.6.℣.9.

Tam: pro, *tamen*. Feſtus. Men.2. 3.℣.30. Pſeud.5.1.℣.24. *Tam hoc nunquam eris ditior.*

Tam, ſuperlativus iungitur. Vide *Quam*.

Tam quaſi. Elegans particularũ concurſus. Curc.1.1.℣.51. *Tam ame pudica eſt, quaſi ſoror mea ſit.*

Tam, quam, eleganter in comparatione uſurpantur. *Aſin*.1. 1.℣.110. & 2.4.℣.21. Aul.3.6. ℣.12. Capt.2.2.℣ 60, & 3.1.℣. 15. & 3.4 ℣.11. Ciſt.1.1.℣.17. & 2.4.℣.5. Epid.3.2.℣ 25. Moſtell.3.1.℣.18. & 3.2.℣.168. Stich.5.4.℣.1.

Tam; egregiè uſurpatur de quantitate, aut magnitudine rei. Perſ.4.1.℣.44. *Tam matula.*

Tam ſatis, quam. Capt.3 4. verſ. 106.

Tam modò; modò. *Feſtus*. Trin. 3.1.℣.8.

Tamquammet. Curcul.5.2.verſ. 29.

Tam; pro, *tam valdè*. &c. Mil.3. 3.℣.27.

Tam palam. Aul,2.4.℣.4.

Tamen; raro uſu; abſolutè Stich. 2.3.℣.29. *ſine ſuffragio populi tamen ædilitatem hic quidem gerit.*

Tamen; eleganter in fine ſentẽtiæ collocatur pro: *quamvis*. Amph.1.3.V.44. Aſin. 3.2.℣. 37. Caſ prol.℣.63. & 1.1 ℣.17. Mil.3.2 ℣.52. & 4.8.℣.31, Trin. 2.1.℣.32. & 2.4 ℣.16. Rud. 4. 5.℣.6.11. & 5.2 ℣. 24.60.63. Pœn.5.2 ℣.124. Capt.2.3. ℣. 33.44. Stich. 5.1.℣.5. & 5.4.℣. 50. & 5.5. ℣.13 & 5.6.℣ 6. *Aſin*. 3.2.℣.37. Sic Græci ſuum ὅμως efferunt. Euripid. Medea. ἐρήσομαι δὲ καὶ κακῶς πάσχουσ' ὅμως.

Tamen: aſſeverat valdè, abſque particula *etſi* Men. 2 2. ℣. 23 quamquam ibi leg. *tantum.* Capt 3.4.℣.71. Cicero lib.1. Attic. Epiſt.18 *Tu ſi tuis blanditiis tamen à Sicyoniis nummulorum aliquid expreſſeris, velim me facias certiorem.* Et lib.2. Epiſt.1. *Quin etiam ſi mihi nemo invideret, ſi omnes ut erat æquum, foverent: tamen non minus eſſet probanda medicina, quæ ſanaret vitioſas partes Reipubl: quàm quæ exſtaret.* Et pro Roſcio Com.c. *Quid ſi tantum planum faciam poſt deciſionem veterem Roſcii poſt remiſſionem recentem hanc Fannii ſeſtertium* CCCIↃↃↃ. *Fannium à* Q. *Flavio Panurgi nomine abſtuliſſe; tamen me diutius illud me viri optimi exiſtimationi audebis.*

Tamen: etiam. Mil.2.3.℣.35.

Tamen, tamen. Stich.5.4.℣.13.

Tamen; pro, *tandem*. Moſt. Arg. ℣ 11. Pſeud.4.7.℣.84. & 5.2. ℣.12. Sic Salluſt. lib.3. *Nam qui errare conati fuerant, icti ſæpè ferramentis navium: tamen aut vulnerati à ſuis, aut*

afflicti

afflicti undarum vi, multato fœdo corpore, poſtremo periere. Vide Nonium & Lexicon Lucret. Dan Parei.

Tamen quidem. Aul.3.6.℣.3.

Tamen: poſt, *etſi*, ſæpe omittitur. Mil.2.6.℣.51.

Tamen. Particula certæ ac deliberatæ rei, nullâque habitâ ratione periculi. Tibullus lib. 4. *Incipiam tamen.* Propert. l. 2. Eleg. 8.

Quamvis iſta mihi mors eſt inhoneſta futura.
Mors inhoneſta quidem, tu moriere tamen.

Tamenetſi. Proba dictio Latina, & ſæpius in Authorib⁹ corrupta. Gloſſæ Benedicti: *εἰ καὶ licet. tametſi, ſin etiam.* ſic enim leg. Plauto quoq; noſtro reſtitui idem vocabulum noſtris Pall. Amph.3.3.℣.23. ex Mſſ. Lamb. Mil.4.5.℣.10. Perſ.3.1.℣.34. Rud.5.2.℣.24. Trin.3.2.℣.53. Moſtell.5.2.℣.45. Janus Gulielmius voluit quoque reſtitui Caſ.4.2.℣.16. *Qui amat tamen hercle etſi eſurit.* & Caſin.5.3.℣.12 ex Mſſ. Langg. Terent. Andr.5.2.℣.23. *Nihil audio; Ego te commotum reddam*: DA. *Tamenetſi hoc verum eſt.* Et Eun. 2.3.℣.24 Lucill. *Satir.*29. *Collega auxilium, tamenetſi indiguit, feramus.* Verba ſunt Q. Fabii Maximi Dictatoris auxilium monentis ferendum Minutio Mag. Equit. qui temerè provocarat hoſtes, & ſe, ſuumque exercitum in ſummum vitæ diſcrimen conjecerat. Ennius pag. 211. *At Romanus homo tamenetſi res benè geſta eſt.* Catullus: *Quæ tamenetſi uno non eſt contenta Catullo.* Cicero lib. 1. Epiſt. 7. circa finem: *quem tamenetſi in principibus facile ſunt paſſi.* Et lib. 4. Epiſt. 15. ad Plancium; *Sed tamenetſi antea ſcripſi, quo exiſtimavi ſcribi oportere: tamen hoc tempore brevi commonendum putavi.* Idem ad Atticum lib. 5. Epiſt. 17. *Et tamenetſi continuò congreſſuri ſumus, ſcribes ad me, ſi quid habebis.* Idem in Verrem Accuſ. 2. *Hoc ſi tuus inimicus tibi feciſſet, tamenetſi animo æquo provincia ceſſiſſet, inimici judicium grave videretur.* Idem l.2. de Orat. ex vetere Poeta: *At Romanus homo, tamenetſi res bene geſta eſt, corde ſuo trepidat.* Idem de petit. Conſulat. in fine. Idem lib. 2. de Orat. cap. 52. Act. 11. in Verr. lib. 1. cap. 25. Quintilian de Oratorib. cap. 28. *Non reconditas, Materne, cauſas requiris, tamenetſi mihi partes aſſignâtis proferendi in medium, quæ omnes ſentimus.* Ita ibi emendavit Janus Rutgerſius lib. 3. Var. lect. cap. 11. Seneca lib. 5. de Benef. *Cui tamenetſi malus eſt, ipſe quoque in ſimili materia gratus eſſe debebas.* Vide Muretum lib. 11. cap. 17. Var. & Cuiacii obſervat. lib. 1. cap. 14. Briſſon. libro ſingul. Parerg. Jan. Gulielm. lib. 1. Veriſ. cap. 14. Probitatem huius dictionis adſtruunt

quo-

Digitized by Google

quoque alia Authorum loca, ſed ubivis ferè corrupta. Cicero lib. 5. Epiſt. 17. Attic. *Nos tamenetſi hoc te ex aliis audire malo, in provinciâ gerimus.* Et Act. 2. lib. 2. in Verr. cap. 2. *tamenetſi de abſolutione iſtius.* Sic ibi *MS.* Pal. pr. Et pro Quintio c. 21. *Tamenetſi nolo eam rem commemorando renovare.* Ita ibi Mſſ. S. Vict. & Pal. quint. ſext. Cæſar lib. 7. bell. Gall. cap. *Qua tamenetſi Cæſar intelligebat, tamen quã mitiſſimè poteſt, legatos appellat.* Et eodem lib. *Ac tamenetſi dextris humeris exertis animadvertebantur.* Et lib. 8. cap. *Qui tamenetſi numero non amplius erant quingentis, tamen Germanorum adventu barbarè inflabartur.* Lucanus in Carmine ad Piſonem: *Tamenetſi bella quierunt, non periit virtus.* Varro apud Caſſiodor. de Orthographiâ cap. in fine: *Lector enim ipſe intelligere debet, Rhodum, tamen etſi habet. Rhodum eſſe.* Uſurparunt & Juriſconſulti ff. tit. 1. de Judiciis, l. 56. lib. 5. Et lib. 14. tit. 6. l. 7. §. 11. de SC. Macedoniano. Et lib. 47. tit. 10. l. 18. §. 5. & ſæpiuſculè alibi.

Tametſi abſque anaphorica particula, *tamen*. Aul 4. 10. ℣. 38. Curc. 2. 2. v. 9. *Pſeud.* 1. 3. ℣. 15. & 1. 5. ℣. 56. Men. 1. 1. ℣. 16.

Tandem; eleganti ſenſu in fine. Trucul. 2. 1. ℣. 27. Aſin. 3. 2. ℣. 23.

Tandem. Indignantis vox, cùm

ſic affertur: *Ain' tander*
Truc. 2. 7. ℣. 46.

Tandem; pro, *cur.* Moſtell. 5.
℣. 59.

Tandem, pro, ergo, igitur. Mo
4. 3. ℣. 8. *Quid tandem?* Ger
Was iſt es dann? Men.
℣. 12.

Tandem aliquãdo: pro, tande
Sed cum maiore vehemen
ſeu acrimoniâ, & exſpectat
ne. Particula eſt Ciceronia
lib. 11. ad Marium. Epiſt.
Tandem aliquando Romæ
capimus.

Tandem; pro, ſerò. Livius lib.
cap. *Præbuitq; ſermones, ſ*
omnis novitas ſolet, aliis tan
quod multò ante debuerit
butum conſentibus ampliſſ
ordini.

Tandem verò. Rud. 2. 4. ℣. 11.

Tangere; abſolutè, pro. *offend*
aliquem. Bacch. 3. 5 ℣. 3. V
Attingere.

Tangere; uſurpabant, ubi q
alium percuſſerit, pupu
ritque aut inſigniter et
læſerit. Igitur idem va
quod, *percutere pungere. La*
re. Amph. 1. 1. ℣. 157. Epid.
℣. 40 Pſeud. 1. 1. ℣. 118. Per
4, ℣. 82. Pœn. Prol. ℣. 1
Turpilius: *patrem talento*
genti tetigit. Cicero ex q
dam Poeta: *Sentin' ſenem*
ctum eſſe triginta minis?
tull. Carm. 18. *Tangam te*
us. Terent. Eunucho 3. 1. ℣
Quo pacto Rhodium tetige
in convivio.
Propert. *Quem tetigit i*

ce

Digitized by Google

Tanta; pro, *tam, tot*. Amph. 5.1.v. 5. Caſ. 3.5.℣.4. Bacch. 4.9.℣. 111. *ſexcenta tanta*. Pſeud. 2.2. ℣.37. Propertius eodem modo ſcripſit lib.1. Eleg.5.℣.10. *At tibi curarum millia quanta dabit.*

Tanta divitiæ; magnæ. Trin. 3.1. ℣.4.

Tanti; pro, *tot*. Trin. 2.4.℣.29.

Tanti quanti. Bacch. 4.7.℣.23.

Tanti eſſe. Vide ſupr. *Eſt tanti*.

Tantidem. Perſ. 1.2.℣.19. Mil. 2. 2.℣.44. Tantidem Romæ & Athenis vænit vinum. Id vulgò dicunt, eodem pretio Romæ, quo Athenis. German. Gleich eben ſo viel. Ita Paulus IC. l.63. in fin. D. æd. l. Falc. *Nec enim tantidem Romæ & in Hiſpaniâ oleum æſtimabitur.*

Tantillum donum. Truc. 2.7. ℣.47.

Tantillum loci vbi. Stich. 4.2.℣. 40.

Tantiſper dum. Caſ. 2.8.℣.52. Men. 1.3.℣.11. Moſt. 3.1.℣. 149. Rud. 4.4.℣.141.

Tantiſper quin. Bacchid. 2.3.℣. 106.

Tantiſper vt. Pœn. 5.6.℣.26.

Tanto, quam. Perſ. 1.3.℣.73.

Tanto magis. Bacch. 3.6.℣.28.

Tanto melior. Formulam acclamandi & laudandi ſapit. Trucul. 5.1. verſ. 61. Perſ. 2.5.v.25. Terent. Heaut. 3.2. verſ.38. *Tanto hercle melior*. Ovid. lib. 14. in Pamonæ & Vertũni fabula ℣. 671. *tantoq; potentior, inquit*. Seneca Epiſt. 71. & Epiſt. 31. *Tanto melior ſurge, & inſpira*. Idem de Tranq. cap. vlt. *Dicamus, tanto fortior, tanto felicior*. Quintil. *Vnde illa laudatio, Tanto melior!* Propert. lib.3. Eleg.12. *Carior hoc eſſes tu mihi Roma bono*. Plin. Paneg. *Quam vera acclamatione celebratum eſt, Tanto major! Tanto auguſtior!*

Tanto pluris, quam. Men. 4.3.℣.6.

Tantula tanta: tam parva. Pœn. 1.2.℣.1.

Tantulus. Eo interdum Veteres utuntur. Vulgò hodie ferè, *Tantillus*. Idem de pupulâ obſervatum ſupra, *ſi tantulum*. Cicero in Verrem 5. cap. *De omnibus nobis, ſi quis tantulum de rectâ regione delegerit, non illa tacita exiſtimatio &c. conſequentur*, Et paulò poſt: *Si tantulùm oculos deiecerimus, praſtò eſſe inſidias.*

Tantum damni & flagitij. Bacch. 4.9.℣.109.

Tantum hominum quid huc incedunt? Pœn. 2.3.℣.5.

Tantùm, quantum, pro tam, quam citiſſimè. Moſt. 2.2.℣. 93. Pſeud. 4.7.℣.35.

Tantum quod. Valet idem quod, *commodùm*. Cicero lib.15. Attic. Epiſt. *Hæc cùm ſcriberem tantùm quòd exiſtimabam ad te orationem eſſe perlatam*. Et l. 7. Epiſt. 23. ad Fab. [illegible] illum. *Tantum quod ex Arpinati veneram, cùm mihi à te literæ reddita ſunt*. Sic ibi reſtituit Victorius. Cicero in Verr. uſurpavit pro *niſi*: *Vt quivis intelligere poſſit, unius hominis cauſâ conſcriptum eſſe: tantum quod hominem nominat*. Suet-

Nero cap. *Nero natus eſt ante nonum menſem quàm Tiberius exceſſit* XVIII. *Kall. Ian. tantū quod exoriente ſole.* Sic eſt in vet. lib. Vide infr. Mantiſſ. de particulis. Sic Donatus ad Ter. Phorm. 4. 3. ℣. 9. *Id cùm hoc agebam commodùm*, interpretatur, *tantum quod.* itemque ad Eun. 2. 3. ℣. 53. Quomodo & teſtatur P. Victorius in Caſtigat. pag. 71. in Codice P. Bembi dictioni illi ſuperſcriptum fuiſſe.

Tantum; pro, *tot.* cum gignendi caſu. Aul. 2. 7. ℣. 8.

Tantum argentum. Epid. 2. 3. ℣. 4. Sic Miſſ. Pall. *Sic* enim alibi loquitur Mil. 2. 2. ℣. 81. *Plus ſapientiam.* Bacch. 3. 6. ℣. 41. *parum fidem.* Capteivei *Satis gratiam* Curc. 2. 3. ℣. 89. *Satis Conſilia* Cic. ad Att. *Satis conſilium.* Auctor ad Herenn. *Satis otium.* Pro Marcello: *Parū gloriam.* Apul. l. 3. Florid. *Parū pretium.* Seneca: *Parum fiduciam.* Vide, *Parum f.* & ſyntax. inſol. in Mantiſſa.

Tantum benignitas. Men. Prol. ℣. 16. Vide, *Parum fides.*

Tantum eſt. Elegans formula abrumpendi. Caſ. Prolog. ℣. 87. Merc. 2. 2. ℣. 12. Trin. Prol. ℣. 21. Expreſſit Ariſtophanes: *καὶ ταῦτα δὴ μὲν ταῦτα.* Germ. Vnd ſo viel darvon. Ariſtænetus: *τοσοῦτον δὲ εἰπεῖν ἐχρῆν.*

Tantum non. Liv. l. 34. c. *Tum oppugnatur Tyrannus Argivi nunciis aliis propè ſuper alios appetentibus, tantum non iam capiam Lacedæmonem eſſe.* Et lib. 37. c. *Vbi Eudamus, qui cogebat agmen, vidit, non poſſe exæquare ordinem Romanos, & tantū nō iā circumiri à dextro cornu.*

Tantum ut. tantummodò ut. Flor. l. 2. *Hic cùm paulùm circumacta fortuna eſt, tantum ut plura eſſent urbis Romanæ inſignia. Cujus verò magnitudo calamitatibus approbatur.* Cicero Sylla c. *Qui cùm ſuppreſſâ voce de ſcelere P. Lentuli, de audaciâ coniuratorum omniū dixiſſet, tantummodò, ut vos, qui ea exaudire poſſetis* &c.

Tantundem dolum. In maſculino. Truc. 2. 5. ℣. 7. Sic omnino vterq; Miſſ. Pall. Neque enim neutrum ſemper eſt: cum ſit adiectivū compoſitum e *Tantum* adiectione ſyllabæ *dem.* Neutris tamen iūgitur. Pœn. 3. 3. v. 20. *Tantundem periculū.* Fœmininum eſt apud Vlpianum; *Tantādem pecunia ſummā.* Et Labeo ff. l. 32. tit. 1. l. 29. §. 1. *ut uxor mea tantandem partem habeat.*

Tātundē quaſi ſi. Merc. 2. 2. v. 44.

Tantundem eſt mihi. Ger. Es gilt mir eben viel. Perſ. 4. 4. ℣. 36.

Tantundem quantum. Pſeud. 4. 7. ℣. 64. Perſ. 4. 3. ℣. 48.

Tantus natu: id ætatis. Bacch. 1. 3. v. 16. Sic loquitur Apul. lib. 11. Metam pag. 271.

Tantus; tā magnꝰ. Rud. 3. 4. v. 38.

Tapetia Alexandrina, beluata cōſiliata, præſtantiſſima, in quibus beluæ pictæ, & bene ſubacta à fullonibus. Pſ. 1. 2. ℣. 14.

Tapetia bona rei. Stich. 2. 3. ℣. 53.

Tarentina oves. Truc. 3. 1. ℣. 5.

Tarentum.

Tarentum. Men. Prol. ℣.27.

Tardus; de homine inepto ad venerē. Caſ.5.2.℣.10. Sic ergò

Tardi dicebantur interdum, qui omiſſis negotijs pluſculum impendent voluptati, & immorantur. Plaut. Caſ.5.2.℣.10. *Tardus eſſe illicò capi.*

Tarditudo cochleæ. Pœn.3.1.v.29.

Tarmes: θρὶψ poſtis vermiculatus. Moſt.3.2.℣.143. *Amabo ab infimo tarmes ſecat.*

Tat! interiectio; cuiuſmodi plures recenſet Chariſius Soſipater lib. II. de interiectione; quem vide. Truc. 1 1.℣.18.

Tata! ἐκφώνησις ἀρχαϊκή. Chariſius. Stich.5.5.℣.30.

Taurus; de amatore. Caſ.5.2.℣.10. Et apud Horatium lib.2. Od.5.

Tax! Interiectio orta ex ſtrepitu verborum ex *taxo*; quod eſt tango, teſte Feſto. Trin.4.2.v.94.96.121. Perſ.2.2.℣.12. Vbi Mſſ pall. *Tuxtax.*

Te, παγίλλει. Moſt.1.1.℣.56. Truc.4.3.℣.42.

Te rogo. Formula blandè adeuntium. Pſeud.4.2.℣.15. Petronius: *Te rogo, mater, ecquid ſcis, ubi ego habitem.*

Te voco. Formula vocandi. Aul.2.3.℣.2. Sic Curc.2.3.℣.24. *Heus Curculio, te volo.* Ibid.3.1.℣.21. *Heus tu Leno, te volo.*

Techna; pro fallaciis. Moſt.3.1.℣.19. Pœn.4.1.℣.1.

Technam facere adverſus aliquem. Bacch.3.1.℣.8.

Tectoria panicula. Mil.1.1.℣.18. Vide litt. P.

Tectus tacitus. Eleganter ſic junguntur *Tectum tacitum*: vt *Sartum tectum*. Pœn.4.2.v.54. Ter. Hec.3.3.℣.28. *Vti adverſa ejus per te tecta tacitaq; apud omnes ſient.* (1.℣.15.

Tectus probè. bene tutus. Moſt.4

Tectus: qui eſt reconditi ingenij. Vide, *Occultus*. Cicero pro Deiotaro cap. *Quis confidentior illo? quis prudentior?*

Tecum: pro, *clam*, tacitè, alio non audiente. Moſt.3.1.v.20.

Tecum: pro, *te*. Caſ.3.4.℣.5. Curc.3.℣.62. Rud.3.4.v.67. Perſ.1.3.℣.37. Tetent. Heaut.3.5.℣.48. *tecum orabam*. Sic ibi Mſſ. Vide litt. M, *Mecum*.

Tecum habeto. Rud.5.2.℣.60.

Tecum: pro, *ſibi*. Capteivei 5.1.℣.10.

Tecum oro: pro, *te*. Bacchid.3.3.v.90. Vide *Pleonaſmus* in Mantiſſa: & ſupra, *Mecum*.

Tecum ſimul. Aulularia 4.4.v.27.

Te digniloquides. fictè. Perſ.4.6.℣.22.

Tegere terram. dicuntur ii, qui vivunt ſub terrâ. Mortui autem *tegi terrâ*. Pſeud.1 3.v.116. Vide Paſſerat. ad Prop. pag.172. & Gaſp. Schoppij Veriſimil. l.1.c.12. contra Robert. Titium.

Tegi loco. Rud.1.3.v.26.

Tegillū; cuculliunculus è ſcirpo factus. *Feſtus*. Rud.2.7.v.18. Vſurpatur etiā pro integumentō corporis, ſeu veſte vili plebeiâ; uti teſtatur Nonius Marcel. *A tecto*, ſicut à *Recta*, quod itidē veſtis genus eſt, *Regilla*.

Tegumentum. Trin.2.2.v.23. Vlpianus lib.25. argumento §.1. D. de auro & argento leg.

Ariſto. *Etiam coactitia veſti cedere ait, & tegimenta ſubſelliorum huic legato cedere.* Ita pand. Flor.

Tegula. Mil. 2.2.ỿ.17. & 2.6. ỿ. 24. *Iupiter per tegulas fucum mulieri fecit.*

Tegula. teſtaceum pavimentum, tectum. κεράμωσ, στέγην, τέγος, ὀροφήν. Vide Notas D. Heinſii ad Lucam cap. 5. ỿ. 18. pag. 152. Vide etiam Mil. 2.3. v. 69.

Tela exorſa; paſſiuè. Bacch. 2.3. ỿ. 116. Græcè σκευώρημα, σκευωρία, σκευωρεῖον. Bud. L. G. pag. 719. Wolf. ad Demoſth. phil. 3. pag. 1202.

Tela aranearum. Stich. 2.3. ỿ. 24. Aſin. 2.4. ỿ. 19.

Tela texitur. Pereleganter, & quaſi Proverbialiter dixit. Cicero. pro, ratio vivendi inſtituitur. Vt ſi quis dicat, *Hanc telam ille texit:* pro eo, quod. *Hoc vitæ genus ille inſtituit, captat.* Ferè in malam partē, ut puto. Idem & Eraſmus obſervavit in Adagiis. A quo differt illud, *Telam velut Penelopes retexere,* de quo Eraſmus, qui & Platonis verba in Phædone rectius ad Penelopen. quàm P. Victorius ad illud, Tela texitur, accommodat. Vide lib. 5. cap. 7. Var. lect. Cicero lib. 3. de Orat. extremo: *Ego verò, inquit Craſſus: ac doleo equidem, illos viros in eam fraudem in Republ. eſſe delapſos, quanquam ea tela retexitur, & ea incitatur in civitatē ratio vivendi, ac poſteritati oſtenditur, ut eorum civium, quos noſtri patres non tulerunt, jam ſimiles habere cupiamus.* Plautus Pſeud. 1.4. ỿ. 7. *Neque exordiri primùm unde occipias, habes, neque ad detexendam telam certos terminos.* Cicero de Dialecticâ in Lucullo cap. *Quid, quod eadem illa ars quaſi Penelopes telam retexit, tollit ad extremum ſuperiora.* Plato in Phædone: πάλιν αὖ ἐγκαταδεῖν, καὶ ἀνήνυτον ἔργον πράττειν, Πηνελόπης τινὰ ἐναντίως ἱστὸν μεταχειριζομένην.

Teleboæ. Amphitr. Arg. 2. verſ. 2. Sunt populi Caprearum, quos Telon ſuo imperio regebat. Sic dicti, à *Teleboâ,* vno ex Pterelæ Regis filiis. In Campania habitarant ad Inſulam Caprearum. de qua Tacitus l. 4. fuiſſe receſſum Tiberii Cæſaris. Inde *Teleboæ* pro ipſis Capreis ſumebantur. Auſon. *Viridisq; reſultant Teleboæ.* Et Virgil. lib. 7. ỿ. 735. *Teleboûm Capreas dum regna teneret.* Illas Imperator Auguſtus eruit, ſive permutavit cum Rep. Neapolitanorum, traditis illarum vice *Pithecuſis,* ſive, vt Sueton. appellat, *Ænariâ.* Aug c. XCII. Notat idem Dio LII. in extremo. & Strabo clare lib. 5. αἱ δὲ Κάπρεαι δύο πολίχνας εἶχον τὸ παλαιόν. ὕστερον δὲ μίαν. Νεαπολῖται γὰρ καὶ ταύτην κατέσχον· πολέμῳ δὲ ἀποβαλόντες τὰς Πιθηκούσσας, ἀπέλαβον πάλιν, δόντος αὐτοῖς Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ, τὰς Καπρέας ἴδιον ποιησάμενον κτῆμα. Et ab hac cauſa Capreæ in cenſu Cæſarum: quod modo dictum.

Telum iniectū eſt. Pœn. 4.2. v. 97.

Temera-

Temerarium: pro fruſtra, ſine ratione, ἀλόγως. Aſin. 2.1.ỷ.14. Aul.2.2.ỷ.7. Trin.4.2.ỷ.162.

Temerarius: pro fortuito, incerto, non ſtato. Feſtus: Navalis, *ſive quod Columbariorũ quaſtus temerarius incertusq;*. Sic *tributi* quoddam genus *temerarium* dicebatur, illud ſcilicet nullâ definitione, quisq; aut quod vellet, aut quod haberet, confert. Apud Feſtum. *Tributorum.*

Temere. Valet hic & illic, paſſim, fortuitò, ſine ordine. Vide & *Non temere.* Livius lib.22.cap. *Argentum quibusdam locis temere per vias velut obiectum ad prædam vidiſſe.* Horat. lib. 1.Od.12. *Vnde vocalem temerè inſecuta Orphea ſilvæ.* Et lib. 2.Od. 11. *Cur non ſub alto vel hac pinu jacentes ſic temere.* Apuleius lib. 4. Met. *Nec juxta quidquam quàm parva caſula cannulis temere coniecta.* Liv. l.21. c. *Itaque ingens vis coacta navium eſt lintriumque temere ad vicinalem uſum paratarum.* Et l.10.c. *Priusquam clamor tolleretur, concurreturq; emiſſo temere pilo ictus pullarius ante ſigna cecidit.*

Temere: pro facile. Bacch.1.1.ỷ. 52.& 4 8.ỷ.80. 81. Terent. Phorm.4.5.ỷ.2. *Hoc temere nunquam ego amittam à me.* Vide P. Fabrum ad l. 64. de regulis Iuris. Livius lib. 30.c. 30. *Non temere incerta caſuum reputat, quem fortuna numquam decepit.* Sueton. *Neque temere interdiu bibit.* Idem: *Pedibus non temerè ambulavit.* Quinctil. *Illud ingeniorũ velut præcox genus non temerè unquam pervenit ad frugem.* Vide ſupr. *Nõ forte.* l.1.c.3.

Temeto inquinare palliũ. Pſeu. 5.

Temeto carere; vinũ non bibere. Truc.4.3.ỷ. 59. Vide *Carere.*

Temetum; primam & ſecundam producit. Etiam apud Horat. l.2. Epiſt.2. Aul 2.6.ỷ.6.

Temperare. Abſolutè, ſine adjuncto. Plautus Trin.5.2.ỷ.63. *At iam poſthac temperabo.*

Temperare aliquid facere. Pœn.5. 5.2.ỷ.76. *Temperare maledicere.* Stich.1.2. ỷ.60. *temperat maleficere.* & Stich.5.4.ỷ.2. *Omnibus modis certum eſt noſtrũ temperare hodie convivium.* Pœn. Prol.ỷ.22. *Temperare dormire.* & ỷ. 33. *Temperare tinnire.*

Temperare alicui & rei & homini. hoc eſt, moderatè uti: non ſævire, ſed parcere. Cic. 2. Verr. cap. *Non ſolum ſocijs in eo bello conſuluit, verùm ſuperatis hoſtibus temperavit.* Mox enim adjungit: *Cùm homines viderint & quid expugnaſſet, & quibꝰ pepercisſet, & reliquiſſet.* Et Ibid. de Verre: *Vt ſi cuiquã generi hominum* &c. *ſi cuiquã ordinis* &c. *ſi cuiquam deniq; ullâ in re umquam temperavit, ut vos quoq; ei temperetis.* Tacitus: *Qui nuper Bedriacæ victoria temperaſſent.* Salluſt. Catil. cap. *Quippe ſecundæ res ſapientium animos fatigant, ne illi corruptis moribus temperarent.* Plautus Truc. 1.1.ỷ.41.

Ariſto. Etiam coactitia veſti cedere ait, & tegimenta ſubſelliorum huic legato cedere. Ita pand. Flor.

Tegula. Mil. 2.2.℣.17. & 2.6. ℣. 24. *Iupiter per tegulas fucum mulieri fecit.*

Tegula. teſtaceum pavimentum, tectum. κεράμους, στέγην, τέγος, ὀροφὴν. Vide Notas D. Heinſii ad Lucam cap. 5. ℣. 18. pag. 152. Vide etiam Mil. 2.3. v. 69.

Tela exorſa; paſſiuè. Bacch. 2.3. ℣. 116. Græcè σκευωρήματα. σκευωρία, σκευωρεῖσθαι Bud. L. G. pag. 719. Wolf. ad Demoſth. phil. 3. pag. 1202.

Tela aranearum. Stich. 2.3. ℣. 24. Aſin. 2.4. ℣. 19.

Tela texitur. Pereleganter, & quaſi Proverbialiter dixit. Cicero, pro, ratio vivendi inſtituitur. Vt ſi quis dicat, *Hanc telam ille texit*: pro eo, quod. *Hoc vitæ genus ille inſtituit, captat.* Ferè in malam partē, ut puto. Idem & Eraſmus obſervavit in Adagiis. A quo differt illud, *Telam velut Penelopes retexere*, de quo Eraſmus, qui & Platonis verba in Phædone rectius ad Penelopen. quàm P. Victorius ad illud, Tela texitur, accommodat. Vide lib. 5. cap. 7. Var. lect. Cicero lib. 3. de Orat. extremo: *Ego verò, inquit Craſſus: ac doleo equidem, illos viros in eam fraudem in Republ. eſſe delapſos, quanquam ea tela retexitur, & ea incitatur in civitatē ratio vivendi, ac poſteritati oſtenditur, ut eorum civium, quos noſtri patres non tulerunt, jam ſimiles habere cupiamus.* Plautus Pſeud. 1.4. ℣. 7. *Neque exordiri primùm unde occipias, habes, neque ad detexendam telam certos terminos.* Cicero de Dialecticâ in Lucullo cap. *Quid, quod eadem illa ars quaſi Penelopes telam retexit, tollit ad extremum ſuperiora.* Plato in Phædone: πάλιν αὖ ἐγκαταδεῖν, καὶ ἀνήνυτον ἔργον πράττειν, Πηνελόπης τινὰ ἐναντίως ἱστὸν μεταχειριζομένην.

Teleboæ. Amphitr. Arg. 2. verſ. 2. Sunt populi Caprearum, quos Telon ſuo imperio regebat. Sic dicti, à *Teleboâ*, vno ex Pterelæ Regis filiis. In Campania habitarant ad Inſulam Caprearum. de qua Tacitus l. 4. fuiſſe ſeceſſum Tiberii Cæſaris. Inde *Teleboæ* pro ipſis Capreis ſumebantur. Auſon. *Viridiq; reſultans Teleboa.* Et Virgil. lib. 7. ℣. 735. *Teleboûm Capreas dum regna teneret.* Illas Imperator Auguſtus eruit, ſive permutavit cum Rep. Neapolitanorum, traditis illarum vice Pithecuſis, ſive, vt Sueton. appellat, Ænariā. Aug c. xcii. Notat idem Dio lii. in extremo. & Strabo clare lib. 5. αἱ δὲ Κάπρεαι δύο πολίχνας εἶχον τὸ παλαιόν. ὕστερον δὲ μίαν. Νεαπολῖται γὰρ καὶ ταύτην κατέσχον, πολέμῳ δὲ ἀποβαλόντες τὰς Πιθηκούσας, ἀνέλαβον πάλιν, δόντος αὐτοῖς Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ, τὰς Καπρέας ἴδιον ποιησαμένου κτίσμα. Et ab hac cauſa Capreæ in cenſu Cæſarum: quod modo dictum.

Telum iniectū eſt. Pœn. 4.2. v. 97.

Temera-

Temerarium: pro fruſtra, ſine ratione, ἀλόγως. Aſin. 2. 1. ℣. 14. Aul. 2. 2. ℣. 7. Trin. 4. 2. ℣. 162.

Temerarius: pro fortuito, incerto, non ſtato. Feſtus: Navalis, *ſive quod Columbariorũ quaſtus temerarius incertusq;*. Sic *tributi* quoddam genus *temerarium* dicebatur, illud ſcilicet nullâ definitione, quisq;, aut quod vellet, aut quod haberet, confert. Apud Feſtum. *Tributorum*.

Temere. Valet hic & illic, paſſim, fortuitò, ſine ordine. Vide & *Non temere*. Livius lib. 22. cap. *Argentum quibusdam locis temere per vias velut obiectum ad prædam vidiſſe*. Horat. lib. 1. Od. 12. *Vnde vocalem temerè inſecuta Orphea ſilva*. Et lib. 2. Od. 11. *Cur non ſub alto vel hac pinu jacentes ſic temere*. Apuleius lib. 4. Met. *Nec juxta quidquam quàm parva caſula cannulis temere coniecta*. Liv. l. 21. c. *Itaque ingens vis coacta navium eſt lintriumque temere ad vicinalem uſum paratarum*. Et l. 10. c. *Priusquam clamor tolleretur, concurreturq; emiſſo temere pilo ictus pullarius ante ſigna cecidit*.

Temere: pro facile. Bacch. 1. 1. ℣. 52. & 4. 8. ℣. 80. 81. Terent. Phorm. 4. 5. ℣. 2. *Hoc temere nunquam ego amittam à me*. Vide P. Fabrum ad l. 64. de regulis Iuris. Livius lib. 30. c. 30. *Non temere incerta caſuum reputat, quem fortuna numquam decepit*. Sueton. *Neque temere interdiu bibit*. Idem: *Pedibus non temerè ambulavit*. Quinctil. *Illud ingeniorũ velut præcox genus non temerè unquam pervenit ad frugem*. Vide ſupr. *Nõ forte*. (1. v. 33.

Temeto inquinare palliũ. Pſeu. 5.

Temeto carere; vinũ non bibere. Truc. 4. 3. ℣. 59. Vide *Carere*.

Temetum; primam & ſecundam producit. Etiam apud Horat. l. 2. Epiſt. 2. Aul 2. 6. ℣. 6.

Temperare. Abſolutè, ſine adjuncto. Plautus Trin. 5. 2. ℣. 63. *A... iam poſthac temperabo*.

Temperare aliquid facere. Pœn. 5. 5. 2. ℣. 76. *Temperare maledicere*. Stich. 1. 2. ℣. 60. *temperare maleficere*. & Stich. 5. 4. ℣. 2. *Omnibus modis certum eſt noſtrũ temperare hodie convivium*. Pœn. Prol. ℣. 22. *Temperare dormire*. & ℣. 33. *Temperare tinnire*.

Temperare alicui & rei & homini, hoc eſt, moderatè uti: non ſævire, ſed parcere. Cic. 1. Verr. cap. *Non ſolum ſocijs in eo bello conſuluit, verùm ſuperatis hoſtibus temperavit*. Mox enim adjungit: *Cùm homines viderint & quid expugnaſſet, & quib⁹ pepercisset, & reliquiſſet*. Et Ibid. de Verre: *Vt ſi cuiquam generi hominum &c. ſi cuiquam ordinis &c. ſi cuiquam deniq; ullâ in re unquam temperavit, ut vos quoq; ei temperetis*. Tacitus: *Qui nuper Bodriac... victoria temperaſſent*. Salluſt. Catil. cap. *Quippe ſecunda r... ſapientium animos fatigant, ... illi corruptis moribus temperarent*. Plautus Truc. 1. 1. ℣. 4

Qui noſtra ætati tempeſtivè temperet? Moſt. 4.2.v.14. *Tibi temperem, cùm tu nequeas mihi?* Sed ibi ex Mss. Pall. edidi, *Obtemperem*. Hor.l.3. Od.24. v.18. *Privignis mulier tẽperat innocens*. Plautus Merc. 54. ℣. 21. *Temperare iſtac ætate iſtis decebat artibus*. Rud.4.7.v.28. *lingua tempera.*

Temperare in re aliquâ. Plautus Epid.1.1.v.8. *Iam iſtoc probior es, meo quidem animo, cùm in amore temperes.* Salluſt. Iug.c. *Illis difficile eſt in poteſtatibꝰ tẽperare qui ſe probos ſimulavere.*

Temperatus homo: temperatè agere. Cic.lib.9. Attic.Epiſt.12. *Venit etiã ad me Marius Quinquatribus, homo me hercle, ut mihi viſus eſt, temperatus & prudens.* Et Ibid. verba Attici ſunt: *Si hic quà ratione initiũ fecit, eâdem cætera agit, ſincere, temperatè, prudenter.*

Temperare. Interdum de liquoribus. Idem ferè quod, aqua, oleo, miſcere. Et hæc videtur prima & germana huius verbi vis. Cicero Phil.13.cap. *Fortis, ut aiunt, Latro, quem tamẽ temperantem fuiſſe ferunt balneatorem.* Horat.l.3. Od.19. *Quo Chium pretio cadum mercemur, quis aquam temperet ignibus.* Et lib.1. Oda 20. *Mea nec Falernæ temperant vites, neq; Formiani pocula colles.* Et in Epod. *Deſiderij temperare poculum.* Alibi dicit, *Miſcere pocula.*

Tẽperare: pro miſcere. Cicero Somn.Scip.cap. *Temperare acuta cum gravibus* Et l.1. Offic. cap. *Ex diſſimilibus rebus miſceri & temperari non poteſt.* Et Philipp. de Antonio: *Cuius immanitas natura ne vina quidem permixta temperari ſolet.* Idem in Timæo: *Temperatione trium partium pro partitione compacta, & deinde ad tẽperationem ſuperiorem retinet.* Sic & *vini temperatio.* lib. 4. Accuſat. Verr.

Temperamentum. Vide *Sacona.*

Temperies calamitasq;. Capt.4.4. verſ.3.

Tempeſtas γενικῶς. Caſ.Prol.v.18. Truc.2.4.℣.29.

Tempeſtas: pro impetuoſis ventis & imbribus. *Moſt.* 1.2.℣.27. 56. Amph.2.2.v.58. (℣.8.

Tempeſtas importuna. Trin.2.3.

Tempeſtas ſæva. Rud.4.3.℣.12. Merc.1.2 ℣.83.

Tempeſtas turbida. Rud.4.3 v.3.

Tempeſtas turbulenta. Rud.4.4. ℣.138. (℣.1.

Tempeſtatem mittere. Rud.1.1.

Tempeſtas, de homine, tralatè, pro peſte, & pernicie. Ut, *calamitas* de quo ſupr. Vide etiã infr. *Vaſtitas.* ſicuti hoc nomine Verres à Cicerone appellatur. Accuſ.1.in Verr. *Quamobrem unam ex decem, non prædonem repentino adventu, ſed legati patrocinio: non vi tempeſtatis ſed hac honorabili tempeſtate ſociorum amiſſam in publicas litteras retulerunt.* Hor.l.1. Epiſt.16. *Pernicies & tempeſtas barathrumq; macelli.*

Tempeſtiva convivia: Tempeſtiva Cœna: pro iucundis, lautis. Duplex hodie de his eſt controverſia. Prior, *Tempeſtiva* pro

pro *Intempeſtiva* dicendum. Altera, quæ, & cur ita dicta videantur. Puto autem ideò *Tempeſtiva* dicenda. I. Quia ita in vett. libb. omnium ſcriptorum, ut Ciceronis in primis. & Suetonij, alijsq; reperitur. 2. Quia Horat. *Tempeſtivius* cùm dicit l. 4. Od. 1. v. 9. *Tẽpeſtivius in domo Pauli purpureis ales oloribus Comeſſabere*, mihi videtur adfuiſſe ad *tẽpeſtiva cõvivia*. 3. Quia ratio nominis (videtur enim à temporis anticipatione dicta) id poſtulat. Atq; ita & alteri cõtroverſiæ ſatisfactum arbitror. Nunc authoritates aliquot adferamus. Cic. 3. Accuſ. Verr. c. *Statuitur Lollius in illo tempeſtivo Gladiatorum cõvivio*. Et pro Muræna c. *Nemo verò ſaltat ſobrius, niſi forte inſanit, neq; in ſolitudine, neq; in convivio moderato atq; honeſto, tẽpeſtivi convivij, amœni loci, multarum delitiarum comes eſt extrema ſaltatio*. Et pro Archia. c. *Quãtum alij tribuũt tẽpeſtivis convivijs, quantum deniq; alea, quantum pila* &c. Et in Cat. Maj. *Ego verò propter ſermonis delectationem in tempeſtivis convivijs delector*. Et l. 9. Attic. Epiſt. 1. *Studio bonis viris hanc cunctationẽ noſtrã non probari, multaq; in me & ſeverè in cõviviis tẽpeſtivis quidẽ diſputari*. Et eod. l. *Viris bonis me nõ minꝰ excuſo.*] *Quas enim eas cenas & facere & obire ſcripſit ad me Sextus, quàm lautas, quàm tempeſtivas?* ita o. lib. Seneca] libro 2. de Ira c. *Aliena vitia in oculis habemus, à tergo noſtra ſunt. Inde eſt, q̃ tẽpeſtiva filij cõvivia pater deterior filio caſtigat*. Tacit. Annal l. 2. c. *Claudius demum regreſſus & tẽpeſtivis epulis delinitus, ubi vino incubuit, iri iubet*. Et l. 2. Hiſt. c. *Diſcubuerat Vitellius Ticini adhibito ad epulas Virginio: Legati Tribuniq; ex moribus Tribunatorum ſeveritatẽ æmulatur, vel tẽpeſtivis cõvivijs gaudẽt*. Quintil. Declã 331. *Nec ebrietatẽ facit illa potio, poſt quã concedendum eſt, ſed tẽpeſtivum convivium, & aviditas nimia*. Suet. Cal. c. *Senatum populũq; obiurgavit Edicto, quòd Cæſare præliante tẽpeſtiva convivia circum, & theatra, & amœnos ſeceſſus celebrarent*. Sic l. ex v. c. Q. Curt. l. 6. *Tẽpeſtiva convivia & perpotandi pervigilandiq; inſana dulcedo*. Et l. 8. *Iãq; iter parare in poſterũ iuſſus, ſolemni & tẽpeſtivo adhibetur convivio*. Apul. Apolog. *Nuptiæ ne illæ fuerunt, an aliud celebratum officium, an convivium tempeſtivum*. Valẽt. Valens & Gratiã. in l. 1 C. Theod. de ſtud lib. *Neve ſpectacula frequentius adeãt aut appetãt, vulgò tẽpeſtiva cõvivia*. Sic ibi leg. Nã vulgò, *intempeſtiva*.

Tempeſtivi fructus. Cicero lib. de Offic. c. *Nec hoc tempore ſine hominum opere aut paſcere eas* (beluas) *aut domare, aut tueri, tempeſtivos fructus ex his capere poſſemus*

Digitized by Google

Templa; tecta ſunt, & domicilia, *Neptuni templa.* Rud. 4. 2. v. 2. ℣. 4. & Mil. 2. 5. ℣. 3. Ennius; *Orci Acheruſia templa.* Variis rebus additur. Vide Lexic. Lucret. Dan. parei.

Templa turbulenta; de mari. Mil. 2. 5. ℣. 3.

Tempore ſuo. Germ. Zu ſeiner Zeit. Rud. Prol. ℣. 4.

Tempore in ipſo aduenire. Pœn. 5. 3. ℣. 19.

Temporè, tempeſtiuè; maturè, opportunè. Etiam *tempori* efferebant, vt *heri, here, veſperi, veſpere, mani, mane, luci, luce.* Græcè, ἐν ὥρᾳ apud Ariſtoph. in Veſpis & Concionant. Vnde Galli *de bonn'heure.* Capt. 1. 2. v. 74. Amph. Sc. DI *veſtrã.* ℣. 50. Aſin. 3. 3. ℣. 144. *tempori opportuneq;.* Hirtius de bell. Hiſp. *Ipſe de tempore cœnavit.*

Tempore opportunèque. Moſt. 1. 4. ℣. 2. Merc. 5. 4. ℣. 30. Perſ. 2. 2. ℣. 47. Aul. 3. 3. ℣. 6. Epid. 3. 3. ℣. 25. Perſ. 5. 1. ℣. 16. Bacch. 4. 8. ℣. 3. Trin. 4. 2. ℣. 66. Pſeud. 1. 3. ℣. 152. & 47. ℣. 86. Caſ. 2. 6. ℣. 60. Stich. 5. 2. ℣. 6. Men. 2. 3. ℣. 90. & 3. 1. ℣. 17. & 3. 2. ℣. 2. & 5. 7. ℣. 31. Rud. 4. 2. ℣. 16. Gloſſæ: ἐμπρόσθεν. Sic Græci ἐν ὥρᾳ τὰ ...ων, quæ Cicero *tempeſtiva convivia.* Verr. 3. cap. 25. *ſolita de die inchoari, contra maiorum diſciplinam.* Et *tempeſtive cœnare*, δειπνεῖν ἐν ὥρᾳ, vel ...ν. Cicero in officiis: *Ad cœnam tempori venit.* Et de cõvivio Verris: *Maturè veniunt, diſcumbitur.* Idem, *Satis tempori ad eos acceſſemus.* Idem lib. 9. Epiſt. 16. *temperius* vel, *temporius*, dixit; quod etiam inuenitur apud Ouidium & Columellam.

Temporis cauſâ aliquid dicitur: agitur, fit. Videtur id eſſe, quod Græci λόγου χάριν. Vide etiam *Animi cauſâ.* Cicero in Lucullo cap. *Nec dico temporis cauſâ, ſed ita planè probo.* Et pro Flacco cap. *Noſtra agitur laudatio, quam ille temporis cauſa vobis datam dicit, datã quidem confitetur, conſignata cretâ eſt.* Pro Rabir. Poſt. *Iam noſtis inſulſitatem Græcorum humeris geſtum agebant tum temporis credo cauſâ. Nunc ſcil. tempus nullum eſt.* Et Tuſcul. lib. 4. cap. *Aegritudine quidẽ heſternâ diſputatione videbatur, niſi forte temporis cauſá aſſentiebare.* Pro Plancio cap. *Nihil autem me novi temporis cauſâ dicere.* Ibidem. *Nam primum illud fuit aſperius, me quæ de Planco dicere, mentiri, & temporis cauſâ fingere.* Et pro Q. Roſcio cap. *Obliviſcor Roſcium & Cluuium viros eſſe primarios improbos temporis cauſâ eſſe fingo.*

Per *Tempus aduenire*; opportune. Truc. 1. 2. ℣. 84.

Tempus ſedat; offert, permittit. Bacch. 4. 4. ℣. 25.

Tempus & occaſio. Pſeud. 4. 2. v. 3.

Tempus eſt euenturum. Merc. 5. 4. ℣. 39.

Tempus adeſt, cum. Bacch. 3. 3. (℣. 13.

Tempus aduorſum; alienũ. Merc. Prol. ℣. 33.

Tempus maximum; maximè opportunum. Mil. 4. 3. ℣. 8. Germ. Hohe zeit.

Digitized by Google

Tempus tantulum; breviſſimum. Bacch. 2. 2. ℣. 31.

Tempus, & *Tempora*, pro Calamitatibus, periculo. Cicero lib. 1. Epiſt. 9. ad Lentulum: *Num potui magis inanē illius causâ invadere, aut magis oblivisci temporum meorum, & meminiſſe actionem!* Et Epiſt. ult. *Scripſi verſibus meis libris de temporibus meis.* Et pro lege Manil. cap. *Omne meum tempus amicorum temporibus tranſmovendum putavi.*

Tempora Ciceroni, quæ vulgò *Circumſtantia*. Cicero lib. 2. de Orat. cap. *Huius quidem loci, quem modò ſum exorſus, hic eſt finis inquit Antonius, quoniã intelligeretur, nō in hominum innumerabilibus perſonis, neq; in infinitâ temporum varietate, ſed in generum cauſis atq; naturis omnia ſita eſſe, quæ in dubium vocarentur.*

Tenacia. Capt. 2. 2. ℣. 37.

Tenax. de tentigine. Caſ. 4. 3. ℣. 13. *Tenere* enim & *tendere* idem valent.

Tendicula pro laqueis, & tralatè pro dolo, & inſidiis. Nam & *tendere retia* dicit Terentius, & *Caſſes* Tibullus, & *Inſidias* Cicero. Alia huius vocabuli non reperitur notio. Erant enim, qui id pro palis aut fuſtibus apud Senecam poſitum putant, apud quem legend. ridiculis, de quo ſupr. Cicero pro Cæcin. cap. *Tum aucupia verborum & litterarum tendiculas in invidiam vocant.* Horat. lib. 2. Od. 7. *O ſæpe mecum tempus in ultimum Deducta Bruto militia duce.* Cicero in Orat. pro Cornel. cap. *At enim extremi ac difficilimi temporis vocem illam C. Cornelio Conſulem mittere coegiſti, qui Rempubl. ſalvam eſſe vellent. ut ad legem accipiendam adeſſet.* Et pro Plancio cap. *Sed ego meis ponderibus examinabo non ſolùm, quid neq; debeam, ſed etiam quid cuique invertit, & quid à me cuiuſque tempus poſcat.* Et pro Sextio cap. *Sed agam moderatè, & huic potius tempori ſerviam, quàm dolori meo.* Sic ibi rectè viri docti emendarunt. Et pro Archia cap. *Qui tot annos ita vivo, Iudices, ut ab nullius unquam me tempore aut commodum meum abſtraxerit.* Ita ex v. l. Petrus Victorius lib. 2. cap. 9. Var. lect. Sic ferè *maxima Reip. tempora* pro difficultatib⁹ ac periculis ſummis dicuntur. Cic. lib. 3. de leg. cap. *Eſt autem boni Auguris meminiſſe maximis Reip. temporibus præſtò eſſe debere.*

Tendere. Abſolutè, pro, tentoria figere, & habere. Sed Poëticum videtur. Val. Max. lib. 2. cap. 2. *Qui pedites fuerant in funditorum auxilia transſcriberentur: neve quis eorum intra caſtra tenderet, neve locum extra adſignatū, vallo aut foſſa cingeret.* Virg. li. 2. Aen. ℣. 29. —— *hic ſævus tendebat Achilles.* Livius. lib. 27. cap. *Iiſdem deinde in caſtris tendebant, donec ducibus iis ad hoſtem perventum.* Et lib. 31. cap. *Philip-*

pus admiratus eſſe dicitur, & univerſam ſpeciem caſtrorum, & deſcripta ſuis quaq; partib. tam tendentium intervallo. Et lib.33.c. *Cum his copiis Pauſiſtratus tendebat in Stratonicenſi agro.*

T*endere.* pro, ſpectare. Pſeud.1.2.℣.81. *Tenes? quorsùm hæcce tendant, quæ loquor.*

T*enebræ.* Pœn.4.2.℣.13.

T*enebræ*; pro nocte ingruente; & pro morte. Pſeud.1.1.℣.88. *Certum eſt mihi ante tenebras, tenebras perſequi.* Vide Prop.2.20.℣.17.

T*enebræ oboriuntur.* Curc.2.3.℣.30. Ovid.lib.1. Triſt. Eleg.3.*tenebris obortis.*

Tenebras cudere; de fallaciis & dolis. Epid.3.4.℣.44.

T*enere.* T*enendi* verbum egregium, magniq; uſus apud Veteres, multiſq; rebus accōmodatū. Vt pro, remorari, detinere. *Sic dicitur: Tenet eum cupiditas dimicandi. Vix me teneo, quin,* &c.

Tene; vox iubentium furem prehendere. Curc.5.2.℣.3. Etiam apud Petronium legas. Pag.9. & 104. Edit. Douſ. Aul.3.2.℣.1.*tene, tene furem. Prehende furem. & Comprehende.*

T*ene tibi.* Truc.5.1.℣.60.

T*eneo manifeſtarium.* Trin.4.2.℣.50.66. Men.4.2.℣.29.

T*enere*: pro, *retinere.* Aul.2.2.℣.21 *Ego iſtos novi polypos, qui ſibi quicquid tetigerint, tenent.* Ciſt.4.2.℣.20. Men.1.2.℣.29. *Teneo dextrâ Genium meum.* Moſt.3.2.℣.30. *Hominem optimum teneo,* ſcil, prehenſum manibus. Sic Tibull.1.1.℣.2. *Et teneat culti jugera culta ſoli.*

T*enere*; verbum amatorium quādoque eſt. utrique ſexui commune. Pœn. Prol.℣.116. Caſ.4.3.℣.11. Curc.1.1.℣.41.44. Iterum Pœn.5.4.℣.54. Apul.5. Met. *Teneo te meum lumen.* Idem lib.10. *Teneo te meum palumbulum.* Tib. lib.1. Eleg.5.*Sæpe alium tenui.* Inde Hor. li.1. Od.36. vocat *hederas ambitioſas*; & Prop. lib.3. Eleg.10. *Tenaces.* Priap. *Prendam te tamen, & tenebo prenſam.*

T*enere* aliquē *manifeſtum*; ἐλέγχεσθαι, convincere, arguere. Men.4.2.℣.39. Trin.4.2.℣.50.66.

T*enere ſavium.* Curc.1.3.℣.54.

T*enere ſe,* noſſe ſe, & ſua. Men.5.2.℣.71. Valet etiam, *abſtinere, & cohibere ſe,* ſicut Caſ.2.3.℣.22. *Vix teneor, quin quæ decent te dicam.*

T*enere arctè.* Pœn.5.5.℣.13.

T*enere*; pro, ſcire, intelligere, animo complecti. Amph. Prol.℣.57. Aul.4.7.℣.2. Bacch.3.1.℣.16. Ciſt.2.3.℣.69. Mil.3.1.℣.184. Epid.2.2.℣.108. Pſeud.1.2.℣.81. & 2.2.℣.56. & 4.1.℣.30. Moſt.1.3.℣.15. Curc.1.1.℣.44. *Rectè tenes.* Pœn.3.1.℣.62. *tenetis rem.*

T*enere*, pro habere. Ut *Gratiam* alicuius, *gubernacula* Reip. *finem* hūc vel illū, *famam,* aut *opinionem* hominum, *imperium, principatum* &c.

T*enere*, pro, Obligare, & T*eneri*, pro, Obligari, ut jurejurando.

T*enere* apud Livium, pro, durare, manere. lib.25.c. *Seditio inde*

pau-

Digitized by Google

pauliſper tenuit. cùm alij urbē tenendam, indè alij cedendum fortunæ. & tradendam Vrbem victoribus cenſerent. Ibid. *Atrox prælium oritur. diuq; tenuiſſe incruēta ſcuta Romanor. viſa judicium alterius clades Pœnis. atq; inde pavorem iniecisſent.* Et li.32. Vide *Abſciſſe.*

Tenere cauſam pro, Obtinere, & ſuperiorē eſſe in judicio Cic. pro Cæc. c. *Et hoc dixiſti Scævulam cauſam non teneret. exilium pœna eſſet.* Gord. Imp. l. 11. C. de Offic. teſt. *Eum qui inofficioſi cauſam delatam non tenuit à falsâ accuſatione, non ſubmoveri placuit.* Iuriſc. interdum præcisè dicūt *tenere.* Ut Paul. l. ult. D. de Exceſſ. rei jud. *Qui in rem egiſſet. nec tenuiſſet.* Ita l. 6 C ad leg. Corn. de Falc. & l. 1. C. ad l. Fab. de plag. *Si verò in causâ tenuerit.* Liv. lib. 39. c. *Cœnomani congeſti Romæ apud Senatum rejectiq; ad Conſulem Aemylium, cui & cognoſceret ſtatueretq; Senatus permiſerat. magno certamine cū Prætore habito tenuerūt cauſam.* Idem lib. 4. c. *Et adverſus Tribunos authoritate plura quàm certamine tenuit.* Idem lib. 24. c. *Marcellus multus magnis duobus ſicut nō aggredienda. ita ſemel aggreſſis nō dimittenda eſſe dicendo, quia magna famæ momēta in utrāque partem fierēt, tenuit ne incepta abiretur.* Et lib. 36. cap. 5. *Duodecimo die quàm conſcenderat navem, in Aetoliam profecta legatione rediens, Phaleram in ſinu Malaco tenuit.*

Tenere terram. promontoriū, portum. Idem dicitur *Capere*, de quo ſupr. Liv. lib. 37. c. *Pervicerunt quidē remis. ut tenerent terram: ſed neq; circa Vrbē tuta ſtatio erat.* Et lib. 45. c. *Profectꝰ ex Italiâ claſſem, & à Brunduſio Sole orto ſolvi, nonâ diei horâ cū omnibus meis navib. Corcyram tenui.* Et lib. 37. c. *Poſt Solis occaſum, profectus 70. navibus tectis vento aduerſo ante Ducē Pygela portū tenuit.* Ibid. *Vbi noctem unam morati, poſtero die promotorium tenuerunt.* Et lib. 30. c. *Ipſe cum roſtratis per adverſos fluctus ingenti remigum labore enixus, Apollinis promontorium tenuit.*

Tenere, p. Servare, Perſequi. Cic. Orat. c. *Sed magnā exercitationem res flagitat, ne quid eorū, qui genus hoc ſequuti nō tenuerunt, ſimile faciamus* &c. Et lib. 1 de fin. c. *Pleriq; aūt, quod tenere atq; ſervare id, quod ſtatuerunt, non poſſunt, victi tradunt ſe libidinibus conſtringēdos.* Ibid. *Stare in eo.* Sic & lib. 3. Offic. c. *Sed huiuſmodi reticētia ſanè civili cōprehendi non poſſunt. Quæ autem poſſunt, diligenter tenētur.* Sic & Græcor. illud τὴν θέσιν διαφυλάττειν: de quo Ariſtot. in Ethicis.

Tenere, pro, defendere. In re militari uſitatum. Virgil. lib. 8. Aen. ℣. 653. *Stabat pro templo,*
& Capitolia celſa tenebat.
Ubi Serv. *tenebat*, inquit, *defendebat. Et eſt militare vocabulum, ut etiam Salluſt. dicit: Vnde contra victos loco motos dicimus.* Cic. *loco ille motus eſt.*

Tenere,

Tenere, pro, *Eſſe*. *Tenet adverſum ventus*. Cornel. Nepos Miltiad. Hic *enim ventus ab Septentrionibus oriens adverſum tenet Athenis proficiſcentibus*. Liv. lib. 25. cap. *Epicides metuens, ne ſi pergerent, iidem, qui tam tenebant, ab Ortu Solis flare per dies plures venti*. Et li. 36. c. *Nam ubi primùm Aquilones (li namq; per aliquot dies tenuerunt) cecidere*, &c. Et lib. 2. cap. *Celtiberos novum exercitum ſupra novem millia hominũ dextra Punica tenere caſtra*. Et lib. 33. c. *Ha inter Conſules Tribunoſq; altercatione biduum tenuerunt*.

Tenere. Amantiũ interdũ. Plaut. Pœn. 5. 5. ỳ 13. *Tene ſis me artè, mea voluptas*. Terent. Heaut. 2. 4. ỳ 27. *Teneo ne te? Antipho. Maximè*.

Tenere curſum. Nauticũ verbum Cic. lib. 3. de Nat. Deor. cap. *Dionyſius cùm ſecundiſſimo vẽto curſum teneret*. Et lib. 1. de Orat. cap. *Eum vita curſum tenere potuerunt*. Virgil. lib. 3. Aen. ỳ. 696. — *ni teneant curſus*. Et in Verr. *Tunc inopes relicti à Duce Præfectoq; claſſis, eundẽ neceſſario curſum tenere cœperunt*. Cæſ. li. 4. bell. Gall.

Tenere. Traſatè. Cicero lib. 3. de Orat. cap. *Teneat tamen eum curſum, quem poterit*.

Teneo te. Seneca lib. 7. Ben. cap. *Hoc ipſius inquis, volui. Teneo te, volo, videre*.

Teneri: pro, Cohærere, ſive, ut vulgò, ſubſiſtere, & conſervari, & etiam verſari, verti. Cic. lib. 2. de Nat. Deor. c. *Abſurdũ eſt igitur dicere, cùm homines beſtiæq; hoc calore teneantur, & propterea moveãtur, & ſentiant, mundum eſſe ſine ſenſu, qui integro & libero eodemque acerrimo, & nobiliſſimo ardore teneantur*. Et mox: *Nam quid poteſt mundo violentius, quod pellat, atq; moveat calorem eũ, quo ille teneatur*. Et eod. lib. *Nam cum tribus rebus animãtiũ vita teneatur, cibo, potione, ſpiritu*. Et lib. 3. Tuſc. cap. *Erat enim in tumore animus, & omnis in eo tenebatur curatio*. Ubi quidam leg. *in eo verebatur, ſed nihil tenerunt*. Idem lib. 1. Offic. cap. in extremo. *Quare hoc quidem effectum ſit, in officijs deligendis in genus officiorum excellere, quod teneatur hominum ſocietate*.

Teneri: pro, convictum eſſe. Salluſt. Catil. 1. cap. *Conſtrictam iam omnium horum cõſcientiâ teneri coniurationem tuam nõ vides?* Ibid. *Muta iam iſtam mentem, mihi crede, obliviſcere cædis atq; incendiorum, tenebris undiq;, luce ſunt nobis clariora tua conſilia*. Et pro Sylla cap. *Cuius ſi cauſa non maniſeſtiſſimis rebus teneretur*. Pro Cæcin. *Facile honeſtiſſimis teſtibus in re perſpicuâ tenerentur*.

Teneri; captum, deceptum, falſum, prehenſum eſſe. Moſtel. 3. 1. verſu 145. Caſ. 2. 3. ỳ. 10.

Teneri *manifeſtò*; captum eſſe, convictum. Pſeudol. 2. 4. ỳ. 57. & 4. 7. ỳ. 61. Caſ. 5. 4. ỳ. 13.

Te-

Teneri faucibus. De eo, qui in manifeſto flagitio deprehenditur, ut elabi aut purgare ſe non poſſit, Caſin. 5.3.℣.4. Sumtum à piſcibus. Vide ſupra. *Manibus tenere rem.*

Teneritas. A ramulis tralatè ad actiones, aut virtutes, earumque proprium. Ortum inde, quod principiò teneræ & molles, poſtea corroborantur, & cõfirmantur. Cicero lib. 5. de fin. cap. *Omnium enim rerum principia paria ſunt, ſed his progreſſionibus uſu agentur? nec ſine cauſâ. In primo enim ortu ineſt teneritas, & mollities quadam, & nec res videre optimas, nec agere poſſint.*

Tentare. Idem quod vulgò, *Tractare*, manu, aut pede. Rhet. Herenn. lib. 4. cap. *Ante oculos ponit, cùm exprimit omnia perſpicuè, ut res dicta propè manu tentari poſſit.* Ubi quidam ſupponunt, *tractari*. non rectè. Cicero lib. 2. de Leg. c. *Nec enim ullum hoc frigidius flumen attigi, cùm ad multa acceſſerim, ut vix pede tentare id poſſim.* Lucr. lib. 4. ℣.

Nunc igitur ſi qua tantum tẽtamus, & id nos
Commovet in tenebris.

Ab eo & particula *Pedetentim* videtur deduci, ut & Livius indicat lib. 21. de Elephantis, cap. *Excidere autem ſævientes quidam in flumen, ſed pondere ipſo pedetentim vadis in terram evaſêre.*

Tentare; eſt periculum facere. experiri, explorare, attrectare, ſcrutari. *A teneo*: fit, *tento*, ut à *ſuſtineo*, *ſuſtento*, *retineo*, *retento*. Aul. 4.4.℣.19. *tenta, quà lubet.* Sueton. Tib. cap. 72 *tentare venas.* Albinov. ad Liv. *tentaq; manu.* Propert. l. 1. Eleg. 3.℣.15. *Subiecto leviter poſitam tentare lacerto.*

Tentare equum eſt equum ad curſũ & alia ſubmittere, ac periclitari, ſi ſeſſorem patitur, ſi ore contumaci non eſt, ſi verſuras faciles præbet, ſi valet curſu, & alia, quibus cognitis vel eo utamur, vel repudiemus. Cicero Læl. *tentatis equis.* Germanicè, Die Pferde bereitten/dummeln.

Tentare; pro, velle, cupere. Aul. 2.4.℣.3.

Tenuis. Ita moderatè & civiliter vocantur *Pauperes*. Cicero l. 2. de fin. cap. *Tenuis L. Virginius umquam de multis ſexageſimo anno poſt libertatem receptam Virginiam filiam ſuâ manu occidit.*

Tenus; eſt, pertica, ſeu paxillus, ſeu laqueus, qui tenditur. Vide Servium ad 6. Æneid. pag. 402. Edit. Dan. Ubi ait; *Tenus propriè eſt extrema pars arcus. Unde hactenus, protenus, quatenus.* Græcè κατὰ. Bacc. 4.6.℣.32.

Terebrare: μελιφθεγκτεῖς, de blanditiis meretricum. Bacch. 5.2. ℣.82.

Terere; αἰσχρὸν. Capt. 4.2.℣.108. Sic Propert. de Cleopatra:
Et famulos inter fœmina trita ſuos. Petronius: *mutuis libidinibus attriti.*

Terere diem ſermone Trin. 3. 3. ℣. ℣. 63. Vide litt. D. & S.

Tereus. Rud. 2. 6. ℣. 25.

Tergéri, Pœn. 1. 2. ℣. 10. 19.

Terginum; ſcutica, ſeu lorum ex tergore boum. Pſeud. 1. 2. ℣. 20. Lucill. *Dum ſalvo tergo & tergino licet.*

Tergo cogere examen mali. Truc. 2. 2. ℣. 59.

Tergo obſidium. Mil. 2. 2. ℣ 64.

Tergum exſinceratum. Moſt. 4. 1. ℣. 11. quod non eſt ſincerum & integrum, ſed à plagis deturpatum, & cruentatum.

Tergum negotioſum, quod plagis exercetur. Mil. 2. 5. ℣. 37.

Tergum oſtreatum; aſperum & ſcrupoſum, verberibus duratum. veluti teſtæ oſtreorum. Pœn. 1. 2. ℣. 186.

Tergum ſincerum; ſine vibicibus Rud. 3. 4. ℣. 50.

Tergus; maſculino genere. Nonius. *Aſin.* 2. 2. ℣. 53. *Tergus familiaris.*

Teritur dies Truc. 5. 1. ℣. 20.

Termentum; pro eo, quod nunc dicitur *detrimentũ*. Feſt. Bacchid. 4. 9. ℣. 5. Quamquam heic omnes Mſſ. legant *Tormento. A Tero, terui, termen.* Hinc T*ermentum*.

Ternarius numerus myſticus. Pſeud. 2. 4. ℣. 12

Terra; pro, *regione, provincia.* Caſ. Prol. ℣. 7.

Terra; pro, *toto mundo*. Etiam in vernaculo ſermone. German. Auff dem gantzen Erdboden. Trin. 5. 2. ℣. 1.

Terra, mea, tua, patria. Men. 1. 2. 1. ℣. 4. Caſ. Prol. ℣. 72. Vide Polycarpum Palermum de patriâ Plinii. pag. 25.

Terra tegi. dicuntur mortui. ſive humati, quia in terra ſunt. Pſeud. 1. 3. ℣. 116. Propert. 2. 26. *te modo terra tegat.* Vide Paſſerat pag. 172. Sic dicitur *Tegi loco.* Rudent. 1, 4. ℣. 66. in loco eſſe. Vide *Gaſp.* Schoppii Veriſ. lib. 1. cap. 2.

Terrâ; pro, in terra. Virgil. l. 5. Æn. ℣. 46.

Et quo relliquias, divinique oſſa parentis
Condidimus terrâ, mæſtaſque ſacravimus aras.

Terrâ natum, *Terrâ editum* Græcè φυτόν. Vide ſupr. *Gignentia*. Varro lib. 1. de re ruſt. cap. 2. ſub finem: *Sed in modo, quod ex ſatione terrâ ſit natum ad fruendum.* Cicero lib. 7. Epiſt. ad Gallum: *Non dum volunt ipſi lauti terrâ nata, quæ lege empta ſunt, in honorem adducere.* Et lib. 2. Nat Deor. cap. *ſive animal, ſive terrâ editum.*

Terra Italia. Terra Græcia. Terra Aſia. phraſes hæ omnibus veteribus valdè uſitatæ ſunt. Calliſtratus JC. l. 3. D. de Abigeis. *Vt extra terram Italiam eſſent, nominarentur, ei laxiorem diem daturus*, Idem l. 38. *Qui citra juga Tauri omnia pacatiora, quàm terra Italia eſt reliqui.* Cato de Achæis.

Terram videre. Nauticum verbum. Dicunt eodem modo Græci γῆν ὁρᾶν. Utuntur eo ver.

vett.cod. ſcriptores tralatè, pro eo, quod ad exitum perveniſſe. Cicero de Senect. c. 19. *Quæ quidem mihi tam jucunda eſt, ut quò propius ad mortem accedam, quaſi terram videre videar, aliquandoq; in portum ex longa navigatione eſſe venturus* Idem pro Murena cap. *Quod ſi e portu ſolventibus iÿ, qui jam in portum ex alto invehuntur, præcipere ſummo ſtudio ſolent & tempeſtatũ rationem & prædonum & locorum: quo tandem me animo eſſe oportet; propè jam ex magna jactatione terram videntem, in hunc, cui video maximas Reip. tempeſtates eſſe ſubeundas;* Sic Diog. Cynicus: *μακρᾶς ἀποδημίας ἀναγομένου τινὸς, καὶ πρὸς τῷ τέλει τῆς λεῖας ἄγρας φερομένου, ἐθάρρει, ἔφη, οὐδὲν γῆν ὁρῶ.* Plautus Men. 2.1. v. 314.

Terram obtueri; pro, *triſtem eſſe*. Bacch. 4.4. ℣. 7.

Terra herilis patria. Stich. 5.2. ℣. 2.

Terra ſola; deſertæ. Moſtell. 4.3. ℣. 3.

Terrai; pro, *terra*. Bacchid. 4.7. ℣. 22.

Terra. A Veteribus interdum, ut *Humi* adverbialiter uſurpatur eleganter: ſed ab imperitis depravatum ſæpè. Lucan. lib. 1. ℣. 607.

— *Aruns diſperſos fulminis ignes*
Colligit & terra mœſto cum murmure condit.

Ovidius lib. 10. Metamorph. ℣. 157.

— *nullâ tamen alite verti*
Dignatur, niſi quæ portarat ſua fulmina terra.

Et lib. 14. ℣. 681.

Hac quoq; quæ juncta vitis requieſcat in ulmo:
ſi non juncta foret, terra acclinata jaceret.

Et lib. 2. ℣. 345.

— *cùm vellet terra procumbere, queſta eſt*
Direxiſſe pedes —

Cicero lib. 2. de leg. cap. 22. *Quemadmodum os rejectum terra obtegatur.* ita o. l. quibus tamen invitis Lambinus *terra* profert. Atticus in Bruto apud Ciceronem. Et lib. 1. de Divin. cap. *Exin proſtratum terra graviter ſaucium.* Vulg. *terra*. Ennius Telamone apud Nonium, Squalam. *Strata terra lavere lacrymis veſtem ſqualam & ſordidam.*

Lucret. lib. 5. ℣. 968.

ſylveſtribu' membra
Nudabant terra

Capitolinus Maximin. cap. 17. *Iaciebat ſe in parietes: nonnũquam terra ſe proſternebat.* Apuleius lib. 10. Metam. pag. 240. *Atq; ubi fratri ſuo paratam mortem ebibit, exanimis terra procumbit.* Virg. lib. 6. ℣. 652. *ſtans terra defixa haſta* Ubi Pierius ait *terra* in pleriſque vett. codd. reperivi.

Terrenus; pro terreo. poeticum & Hiſtoricum *potius eſt*, quàm Oratoriũ, aut familiare. Virgil.

Cubus Geometrica figura. Macrob. in ſomn. Scip. Ex eo *Teſſella* & *Teſſerula*. à *Teſſella*. Inde *Pavimentum teſſellatum*, quod & *ſectile*, & ψῆφος Græce, poſteriores ψηφῖδας vocat hac *Teſſerulas* & *Lithoſtratu*: propriè, *Pavimentum*. Gloſſæ: *Pavimentum*, χονδροβολία. Gallice *Marqueterie*. Vide Andr. Schotti Nod. Cicer. lib. 2. cap. 6.

Teſſeram fidei confringere. Ciſt. 2. 1. ℣. 26. Eſt promiſſam fidelitatem non ſervare. Teſſera enim dabatur in ſymbolum fidei. Alia erat *teſſera hoſpitalis*; de quâ paulò ante. Erat quoque *Teſſera militaris*, quã ab Imperatore acceptam Tribuni militares ad centuriones deferebant; centuriones ad decuriones; hi verò ad vnumquemque ſuæ decuriæ militem. Virgil. *It bello theſſera ſignum*. Fuit & *Teſſera belli ac pacis* ſignum. Pomponius: Q. *Mutius ad Carthaginenſes legatus cum eſſent duæ teſſeræ poſitæ; vna pacis altera belli; arbitrio dato vtram vellet deferre, vtramque ſuſtulit, & ait, Carthaginenſes debere vtram mallēt accipere!* Erant itidem *Teſſeræ frumentariæ*, quibus exhibitis ſinguli accipiebant à à præfecto annonæ portionē frumenti. Suetonius in Nerone; *Avium cujusque generis multiplex penus, teſſeræ frumentariæ, veſtis, aurum, &c.* Dicebantur & *Teſſeræ nummariæ*, apud Suetonium in Auguſto; *Teſſerasq; nummarias duplicavit*. Sed & aliæ erant *Teſſeræ collybiſticæ*; quæ Germanis Wechſelbrieff/ Gallis. *lettres de change*, Italis, *lettre di Cambio*.

Teſſella, & *Teſſerula* communiter *parvula teſſera*: propriè de lapillis, ex quibus Pavimentum teſſellatum. De his Lucullus apud Ciceronem in Oratore cap. 44. *Quam lepidè lexeis compoſtæ! ut teſſerulæ omnes arte pavimento atq; emblemate vermiculato*. Sueton. Cæſar cap. 47. *In expeditionibus teſſellata & ſectilia pavimenta circumtuliſſe*. Seneca pater Controv. 1. lib. 2. *In hos exitus varius ille ſecatur lapis, ut tenui fronte parietem tegat. at quàm iunctus ſeverè! In hoc pavimentum teſſellatum & infuſum tectis aurum*. Ita egregiè Caſaubonus reſtituit. Vocant & βόλια. Gloſſar. *Teſſella* βόλια καὶ ψῆφος. Vide & *Emblema*. Hodie, *Muſicum* & *Muſaicum*. De *lithoſtroto* vide in litt. L. Hoc opus vocant Germani noſtri Gemuſirt.

Teſtem dare. Pſeud. 1. 5. ℣. 99.

Teſtem eſſe; pro, *inſpectare*. Pœn. 3. 3. ℣. 94. 96. In Priapeiis; Ludes. *hæc ego teſte te, Priape, Scripſi non nimium laborioſè*.

Ibid. *Magnis teſtibus iſta res agetur*.

Teſtem teſtari ſibi. Rud. 5. 2. ℣. 51.

Teſtes; ambiguo ſignificatu. Amphitr. 2. 2. ℣. 192. Mil. 5. 1. ℣. 33.

Teſtes facere; Curc 4. 4. ℣. 9.

Teſtes ſinceriſſimi Rud. 3. 4. ℣. 34.

Teſtes vinctos attinere. Truc. 4. 3. ℣. 63.
Teſticulari. Amph. 2. 2. ℣. 193.
Teſtis cum dandi caſu. Capt. Prolog. ℣. 3. *Hoc vos mihi eſtis teſtes*. Tibull. lib. 4. ad Meſſall. *Teſtis mihi*. Catullus: *Teſtis erit magnus virtutibus unda Camandri*. Sic hunc locum legiſſe olim Clariſſ. Fr. Portum Cretenſem, teſtis mihi fuit Nobiliſſimus Germaniæ Apollo Paulus Meliſſus. Nam vulgò *ſcamandri*.
Teſtis acerrumus alicui rei. Men. 4. 2. ℣. 30.
Teſtis certiſſimus. Pœn. 3. 3. ℣. 94.
Teſtis oculatus, auritus. Truc. 2. 6. ℣. 8.
Teſtudineus gradus; tardiſſimus.)(*grallatorius*. Amph. Sc. *Di voſtram*. ℣. 52. Aul. 1. 1. ℣. 10.
Tete. Epid. 1. 1. ℣. 76.
Teterrimus homo. Moſt. 3. 1. ℣. 61.
Tetricus. Trucul. 4. 2. ℣. 5. ſed ibi leg. *reſtitrix*. Vide Animadverſiones.
Tetuli; pro *tuli*. ἀρχαϊσμός. Ciſt. 3. ℣. 19. Rud. Prolog. ℣ 68. & 4. 1. ℣. & 4. 3. ℣. 101. Menæch. 2. 3. ℣. 30. & 4. 2. ℣. 25. 66. Pſeud. Arg. ℣. 6. Moſtellaria 2. 2. ℣. 40. Amphitr. 2. 2. ℣. 185. Aſinaria 3. 1. verſ. 17. *tetuli oſculum*.
Textores limborarii. Vide litt. L.
Textura aranearum. Stich. 2. 3. ℣. 25.
Thalaſſicus color. Mil. 4. 4. verſ. 43.
Thales: Philoſophus Mileſius, unus è ſeptem ſapientibus. Capteivei 2. 2. verſ. 24. Rud. 4. 3. verſ. 64. Bacchid. 1. 2. ℣. 14.
Thau; Deus Calydoniorum, & Plaut. Pœn. 5. 1. v. 3. Virg. Pœn. Aen. lib. 1. ℣. 302. Hebraicè & Punicè eſt תֹהוּ *Thau*, vel *Tohu*. Quem Phœnices, ut eſt apud Philonē Byblienſem (qui *πάωτοι* appellat) Phœnicià linguâ תֹהוּ *τωῦ* dicunt. uti ab Phœnicibus *Nox* quoque vocatur *βαῦ* ex בֹהוּ *Bahu*. Varro lib. 4. LL. vocat *Taauten*. Lactant. lib. 1. de falſa relig. cap. 6. ait, Mercurium illum qui Argum occidit, & eà cauſà in Ægyptum profugit, atque Ægyptijs leges ac litteras tradidit, ab Ægyptijs dictum fuiſſe *Thoth*. à quo primus Ægyptiorũ menſis anni ſui, nempe September *Thoth* appellatus ſit. Idem memorat Cicero lib. 3. de Nat. Deor. c. 22. Vbi libri variant, *Thein*, vel, *Than*, vel, *Theuth*, vel, *Theutates*, vel, *Thear*, vel, *Theni*. Corruptè omnia. Deo Thau, ſive Theutati, ſive Thoati humanis hoſtiis litabant. Lactant. l. 1. inſtit. c. 21. Pompon. Mela l. 3. de Galliâ. Luc. l. 1. v 345. Videndus eſt Euſebius de Præpar. Evangel. l. 1. c. 6. Vbi Philo Biblius ex Sanchoniate hiſtorico Phœnicio ait *Taautum* primùm litteras inveniſſe, & res memorabiles Æternitati conſecraſſe: quẽ Ægyptii *Thoyth*, Alexandrini *Thoth*, Græci Mercurium appellarunt. Idem reperit cap. ſequenti,

Digitized by Google

ſequenti, ubi dicit, *Thaautus ſapientiâ Phœnicum præſtans primus Religionem Deorum ab ignorantiâ vulgari indignitatem doctrinæ reduxit.*

Theatri nugæ. Pſeudol. 4. 6. ✝. 19. Vide litt. N.

Theodoromedes. Capt. 2. 2. ✝. 38.

Theologus & *Theologia. Theologi.* Ethnicorum olim dicebantur: nec eo nomine veteres, & maximè Latini uſi. Græci Chriſtiani eo quidem interdum utuntur, licet rarò, ſed in propriâ notione, nempe cum de Trinitate, & Deitate agunt. Author tamen ille Hierarchię Eccleſiaſticæ, quem *Dionyſiū Areopagitam* quidam vocant, *Theologiæ* nomine de omni rerum ſacrarum cognitione, uti videtur, quem vulgò hodie imitātur, & *Myſticam Theologiam* appellant. Macrob. l. Saturn. c. 23. *Potentiam Solis ad omnem poteſtatem ſummitatēque referri, indicant Theologi, qui in ſacris hac breviſſimâ precatione demonſtrant* : ἥλιε παντοκράτορ &c. Cic. lib. 3. de Nat. Deor. c. 21. *Principiò Ioves tres numerant hi, qui Theologi nominantur.* Et mox: *Cumque tu Solē, quia ſolus eſſet appellatū eſſe dicas: Soles ipſi quā multi à Theologis proferuntur?* Plutarh. de Orat. interit pag. 417. F. πλεῖστον δὲ τῆς ἀληθείας διαμαρτάνουσιν οἱ Δελφῶν Θεόλογοι. Baſilius Hom. p. 457. εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ χριστοῦ γέννησιν. Ἐκ τῶν ὧδε παραδειγμάτων διαλυμαινόμενος τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὴν θεολογίαν ῥυπαίνων. Autor ille ignotus putatur eſſe *Dionyſius Areopag. de Myſticâ Theolog.* Cyrill. Evang. Ioh. l. 12. c. 9. *Laudat, inquit, filium, cùm ſe minorem profitetur ſed nō conſideravit, quamobrē Theologicas ſententias Chriſtus jā attingeret. Non enim par ū eſt, ſuo quæq; loco dicere.* Ioh. Damaſc. l. 3. Orthod. fidei c. 26. ἀδύνατον γὰρ ἐν πᾶσιν ὅμοιον εὑρεῖν παράδειγμα ἐπὶ τῆς οἰκονομίας. Vbi perſpicuè & rectè *Theologia* Oeconomiæ, ſive *Divinitas* carni aut *Humanitati opponitur.*

Therapontigonus miles: fictè dicitur. Curc. 3. ✝. 38.

Thermopolium : caupona, in qua aqua calida vænibat pro potione dulci. Curc. 2. 3. ✝. 13. Pſ. 2. 4. ✝. 5. 2. ✝. 52. Rud. 2. 6. ✝. 45. Trin. 4. 3. v. 6. Videndus de hoc more thermopotandi Iuſtus Lipſius l. 1. Elect. c. 4. Hēricus Salmulth. in Notis ad Pancirol. Tom. 1. pag. 548. Gulielm. Stuckius, lib. 3. cap. 6. Anquitatum convivalium. Ioſeph. Caſtal. libro 1. cap. 9. Obſervat. Omnium verò accuratiſſimè thermopotandi rationem expoſuiſſe ferunt clariſſimum Medicum Paravinum *Aſcanium Perſium* l. b. Italico ſingulari.

Termopotare. Trin. 4. 3. ✝. 7.

Theruchus : nomen fictum ſervi. Trin. 4. 3. ✝. 13.

Theſaurocryſſonychothryſides : fictum ex theſauro & occulto vngue. Capt. 2. 2. ✝ 35. & 3. 4. ✝. 100.

Digitized by Google

Theſaurum. τὸ. Neutro genere poni putant Critici, his locis. Trin. 5. 3. ℣. 53. Curcul. 5. 2. ℣. 76. Aul. 2. 2. ℣. 89. *Id inhiat.* ſcilicet *theſaurum*: vti inepte interpretatur Nonius. ſic ibidem ℣. 17. *inhiat aurum, quod devoret.*

T*heſaurus*: vocatur omne id, quod congregatur ſtudio, & ſingillatim in acervum componitur, etiam de peſſimæ rei copiâ dicitur, teſte Marcello. Amphitr. Sc. *Quis tam* ℣. 13. T*heſaurus ſtupri*, homo vulgò natus, ex patribus conventitijs. Ciſt. 1. 1. ℣. 42. *fluviorum filius*, ut Homerus μελησιγενὴς ad fluvium Meletem natus ex Critheide ſcorto apud Herodotum de vitâ Homeri cap. 3. Aſinar. 1. 2 ℣. 11. Merc. 1. 2. verſ. 51. T*heſaurus mali*. vt Eurip. θησαυρὸς κακῶν. Sic *examen mali*. Truc. 1. 2. ℣. 59. Pſeud. 1. 1. ℣. 82. Pœn. 3. 3. ℣. 21. Aſin. 2. 2. ℣. 11. *theſaurus plagarum.*

T*heſaurum mali parare.* Moſt. 4. 1. ℣. 8.

T*heſaurus*: pro, *theſaurario*. Aſin. 3. 3. ℣. 65.

T*heſaurus*; fere in delitijs: & dicitur de homine nobis vtili. Curcul. 5. 2. ℣. 76. *Sic Copia.* Bacch. 4. 3. ℣. 25

T*heſaurus integer, plenus.* Truc. 4. 2. ℣. 13.

T*heſaurus penes me eſt.* Trin. 5. 2. ℣. 21.

T*heſauri integri.* Truc. 2. 1. ℣. 34. Aſinaria 1. 3. verſ. 29. *De pleno.*

T*heſauri Iovis.* Pſeudol. 2. 2. ℣. 33.

T*heſaurus.* Interdum pro caverna, antro, aut caro qualibet poni ſolet. In Suidâ exponitur ὁ θησαυρὸς ἀποθήκη. Nævius apud Agellium l. 24. *Itaque poſtquam eſt Orcino traditus theſauro, obliti ſunt Romæ loquier linguâ Latinâ.* Virgilius lib. 4 Georg ℣. 228. *Alveos apum* vocat *theſauros.*

Si quando ſedem auguſtam, ſervataque mella
Theſauris relines prius hauſtus.

Livius lib. 3. cap. *Admonent deinde quidam eſſe theſaurum publicum ſub terrâ ſaxo quadrato ſeptum eò vinctus demittitur.* Agell. lib. 2. cap. 10. *Sed Q. Valerium Soranum ſolitum dicere ait Varro, quos Theſauros Græco nomine appellaremus, priſcos Latinos Flaviſſas dixiſſe, quòd in eos non rude æs, argentumque, ſed Flata ſignataque pecunia conderetur.* Liv. lib. 29. cap. *pecuniam omnem inquiſitam in Theſauros Proſerpinæ referri iuſſit.*

T*heſſalus veneficus.* Amph. 4. 3. ℣. 10.

T*hetipregnatus.* Epid. 1. 1. ℣ 33.

T*hetis leſſum fecit filio Achilli.* Truc. 4. 2. ℣. 17.

T*hraces.* Gladiatorum genus. Dicuntur & interdum T*hraces*. Sueton. Calig. capite 35. *Hunc è ſpectaculis detractum repente, & in arenam deductam Thraci.* Et mox: *Hoplomacho comparavit.* ita v. c. Et

eod. cap. *Thrax, & auriga, idem cantor atque ſaltator.* Et eod. *Thraces quoſdam Germanis corporis cuſtodibus propoſuit.* Ita v. c. Seneca libro 4. Nat. quæſt. cap. *Te inquit, longiorem Fido Annæo iurabo & Apollini pythio, quamvis ſtaturam habeas Thraca incompoſiti.* Cicero de Provinc. Conſ. cap. 4. *Cuius iter in provinciam fuit eiusmodi, ut Rex Ariobactrianes Conſulem veſtrum ad cadem faciendam tamquam aliquem Thracem conduceret.* Ita vet. lib. teſte & Lamb. qui etſi malit *Thræcem*, edidit tamen *Thracem*. Idem Cic. 6. Philipp. c. *T ... ntumne ſibi ſumſit. quia Mylaſis Myrmillo Thracem ingulavit.*

Thraciis pro, *Thraciis*. Cicero l. 2. Offic. cap. *Compunctum notis Thraciis.* Ita v. c. Et initio Orat. de Prov. Conſ. cap. 2. *Vt via illa noſtra, quæ per Macedoniam eſt, usque ad Helles Pontum militaris, non ſolùm excurſionibus barbarorum ſit infeſta: ſed etiam caſtris Thraciis diſtincta & notata.* Ita v. c.

Thracidicus. Parmæ *Thracidica*, Plin. l. 33. c. 9. *Plurimumq; refert, concava ſit, & poculi modo, an parma Thracidica, media, depreſſa, anclata.* Cic. Philipp. 7. c. 7. *Myrmillo in Aſiâ depugnavit, cũ ornaſſet Thræcidicis comitem & familiarem ſuum.*

Thracus, pro, *Thrace*: à quo & *Thraca*, de regione. Agell. 19. 12. *Ne profectò id accidat, quod cuidam Thraco inſipienti, & rudi in agro.* Et mox: *Homo Thracus, inquit, ex ultimâ Barbariâ.* ita v. c. Horat. (2. 1. v. 3.

Thuris granum ſacrificare. Pœn.

Thus Truc. 2. 5. ℣. 27.

Thus Arabia. Trin. 4. 2. ℣. 89.

Thyeſtaa cœna. Rud. 2. 6. ℣. 25. Vide *Proverbia* in Mantiſſa.

Tibi, παρέλκει. in Syntaxi. *te, tibi, cui*. Formula peculiaris apud Plautum. Aul. 3. 6. ℣. 38. Ita enim ibi forte defendēda vett. libb. ſcriptura. Curcul. 2. 2. ℣. 17. vbi pariter excuſabitur vulgaris lectio, *Te, tibi, cui*, vt pronominis ſyntaxis ſpectetur. Epid. 3. 1. ℣. 8. Abundat quoque ſeqq. locis. Aul. 1. 1. ℣. 8. Caſ. 2. 5. ℣. 29. Merc. 2. 3. ℣. 28 Mil. 1. 1. ℣. 61. & 2. 3. ℣. 56. 62. Pſeud. 4. 7. ℣. 48.

Tibi: tuo bono. Pœn. 3. 5. ℣. 11.

Tibi ſit. Verba dicantis. Pſeud. 1. 5. ℣. 147. *Operam tibi dico.* Tibullus lib. 1. Eleg. 1. *Flava Ceres, Tibi ſit noſtro de jure corona Spicea.* Sic, *tuus, ſum, tua eſt*. Aulularia 2. 1. ℣. 22. *Da mihi operam: tua eſt, utere.*

Tibias referre ad labia. Stich. 5. 4. ℣. 41.

Tibi: pro, te. Aſinaria 2. 2. verſ. 74.

Tibicen. Stich. 5. 4. ℣. 33. & 5. 4. v. 41. & 5. 5. ℣. 16.

Tibicen nihili. Mercator 1. 2. verſ. 15.

Tibicina. Aulularia 2. 4. ℣. 13. Moſtell. 4. 2. ℣. 25. 54. Stich. 4. 1. ℣. 36. 54. Sic Ter. *Fidicina*.

Tibicina. Stich. 2. 3. ℣. 55. Epid. 2. 2. ℣. 34.

Tibimet Bacch.2.3.ỷ.91.

Tiburs. Adiectivũ, pro Tiburtino. Agell.19.5. *promitè Bibliotheca Tiburti; quæ tunc in Herculis templo ſatis commodè inſtructa libris erat.* Cice. lib.8. Attic. Epiſt. *De Domitio varia audivimus, nudò eſſe in Tiburti Lepidi; quocum Lepidus acceſſiſſet. acceſſiſſe ad urbem; quod item video falſum eſſe.* Vbi Lambinus poſuit *Tiburtino.* Idem lib. 2. de Orat. cap. ubi de dicteriis. *Glaucia Metelle villam in Tiburte habes, cortem in Palatio.*

Tigillum: à tigno; tecti genus exiguius. Aul.2.4.ỷ.22.

Timefactus, pertimefactus. Vulgò vix notum, depravatis veterum ſcriptorum libris. Ita & *Cinefactus* apud Lucretium. Sed hæc planè Poëticum. D. Brutus Ciceroni lib.11. Epiſt. 20. *Nam de tuo periculo; crede mihi jactatione verborum, & denunciatione periculi ſperare eos, te pertimefacto adoleſcente impulſo poſſe magna conſequi præmia* Sic o.l. & inprimis opt ille Medic. teſte P. Victorio in Caſtigat. ſuis in Ciceron. pag.126. Sed vulg. *perterrefacto.* Et lib.2. Offic. cap. *Quàm vis enim ſint demerſæ leges alicuius opibus, quamvis timefacta libertas: emergunt hæc aliquando:* &c. his ſibi *cum rebus timefactæ religiones effudiuunt* Ita rectè Lamb. ex.v.l.

Timeo, totus torpeo. Amph.1.1.ỷ.178. Truc.4.3.ỷ.50. *timore torpeo.*

Timeo, quam mox. Truc.4.3.ỷ.46.

Timeo quidſiet. Merc. Prol. verſ.110.

Timidus; pro, frigidus. Rud.1.3.ỷ.4.

Timidus: timens. Caſ.3.5.ỷ.8.11. Nomen loco participii, inquit Donatus ad Terent. Hecyrã.

Timidus in rebus dubiis. Moſt.5.1.ỷ.1. Sic Cicero lib.6. Epiſt. 14. *Si quis eſt timidus in magnis. Nam modo me intrò ut corripui timidus.* Et Eunuch.4.2.ỷ.14. *Sed quid hoc eſt, quod timida ſubitò egreditur Pythias.*

Item Servius ad illud Virgil.

—*Timidiſq; ſupervenit Ægle.* *Timidus* eſt, qui ſemper timet, *timens* verò, qui ad tempus formidat.

Timidus, eſt, exanimatus. Caſ.3.5.ỷ.8.

Timidus: pro ægro. turbato. Amph.1.3.ỷ.18. Bacch.1.1.ỷ.73.

Timidus alicui; pro aliqua re. Rud.2.3.ỷ.36.

Timore torpeo. Truc.4.3.ỷ.50. Amph.1.1.ỷ.178. *timeo, totus torpeo.*

in Timorem dare. Pſeud.4.1.ỷ.19.

Tinctus litteris dicitur is, qui leviter illis adſperſus eſt, ac quaſi coloratus. Quod egregiè ex Cicerone explicat P. Victorius lib.10. Var. lect. cap.18. contra Gul. Budæum in Comment. ling. Græcæ col.135. *Vbi Vide.*

Tinnimentum. Rud.3.5 ỷ.26.

Tinnire: eſt garrire, acutè clamare

re&res futiles loqui, Metaph. à metallis, & ære, quod dicitur tinnire, cum pulſatum ſonat. Inde *Tintinnabulum*. Aſin.2.4.℣.41. Pſeud.3.2.℣.44. Pœn.Prol.℣.33. Caſ.2.3.℣.32.

Tintinnabula, erant nolæ, ad vſum ſacrificiorum. Pſeud.1.3.℣.97. Scaliger vehiculi genus exiſtimat.

Tintinnabulum tinnit. Trin.4.2.℣.163.

Tintinnaculi viri; ſunt tortores, lorarii, qui, flagris vel oris bubulis ſontes cædunt; ficto vocabulo à ſonitu, quem verbera efficiunt. Truc.4.3.℣.8. Vide Turnebum 11.21. & Lang. lib.16.cap.2. Otii Semeſt. Itemque *Deſider.* Heraldi Aduerſ.lib.2 cap.6.

Tipula. Perſ.2.2.℣.62. *Inſecti* genus quod ſemper in riuis & fontibus viſitur ſumma celeritate ſuper faciem aquæ percurrens. Alii *Capras* hodie appellãt in Aquitania. *παρὰ τὸ τίφη*, h.e. ἕλη. Vbi verſari ſolent. Vide etiam Feſtum: Varro: *Levis Tipula lymphãn frigidos tranſit lacus*. Fortaſſis tamen non male in Plauti loco legas *Stipula*, quod exprimunt Mſſ. Pall. Quid enim ſtipula lenius Vide Animaduerſiones.

Tireſias, vates nobilis Thebanus. Amph.5.1.℣.76.

Tiro; nouitius amator. Truc.5.1.℣.59.

Tirocinium ponere. deponere: *Tirocinij rudimenta*. Livius lib.45. cap. *Servius quidam Galba ſi in L. Paulo accuſando tirocinium ponere. & documentum Eloquentiæ dare voluit, non triumphũ impedire debuit*. Idem lib.39. *Nihil horum neque Demetrium* (adoleſcentem) *docere dilucidè, nec ſe ſatis liquidò diſcere ab eo Senatus cùm cerneret poſſe ſimul & tirocinio & perturbatione, juvenis moneretur*. Iuſtinus lib. 9. *Filium Alexandrum decem & octo annos natum: ut ſub militia patris tirocinij rudimenta deponeret., ad ſe arceſſit*. Et lib. 12. *Conſtantioresque futuri, ſi non ſolùm tirocinia, verùm & incunabula in ipſis caſtris poſuiſſent*.

Tis; tui. Mil.4.2.℣.42.

Titani. Perſ.1.1.℣.26.

Titanus tremulus, Conuitium in ſenem. Men.5.2.℣.101. Inde *Titanicus adſpectus*, pro tetrico & toruo. Titani terræ & cœli filii, qui Iouem regno præcipitare conati ſunt.

Titiuillitium. Caſ.2.5 ℣.38. Nullius ſignificationis eſt: vt apud Græcos βλιτυρὶ, σκινδαψὸς. *Feſtus*. Quæuis tamen *effutilia* ita vocantur. Placiades ait eſſe *fila putrida*, quæ de tela cadunt: dicuntur quaſi *Textiuillitia*.

Titubãs animus; incertus. Pſeud.1.1℣.42.

Titubare. Pſeud.2.4.℣.75.& 4.2.℣.32.

Titubare in ſermone. Mil.2.2.℣.93.

Titubare: peccare, μεταφορικῶς. Men.2.2.v.33. Horatius Epiſt.13, lib.1. verſ.19. Cicero de Diui-

Digitized by Google

Divinatione Si tantulum eſſe ſum titubatumque ſit, ut ea, quæ ſingillatim ac diu collecta ſunt, uno tempore univerſa perdamus.

Titubari; de negotiis, quæ minus accuratè curantur, Mil. 3. 3. ℣. 71.

Titulus, inſcriptio: ut ſepulchri &c. Lutatius Gramm. in 3. Thebaid. ait. *Titulum* eſſe memoriam bene factorum, & Epitaphijs convenire. Gloſſæ: *Titulus*, στήλη, τίτλος. *Titulus*, cuppus, ſcriptio, τοῦτ' ἐστὶν ἐπιγραφὴ ἐλέγχιον. *Titul⁹* notat honores & merita. *Index* imaginem. Vſurpatur etiam in deteriorem partem. Ovidius lib. 7. Faſtor. *Vixit ut occideret damnatus crimine regni: Hunc illi titulum longa ſenecta dabat* Livius l. 26. cap. *Adhiberent humatis titulum:* Hic. Siti. Arcananes. Et Paulus l. 1. ſent. tit de ſepulch. *Qui monumento inſcriptos titulos eraſerit, vel ſtatuam everterit* Tibullus lib. 4. v. 33. l. 4. v. 33.

At tua non titulus capiet ſub nomine facta.

Tolerare. Tacitus l. 2. Ann. cap. *Milesq; nullo illic hominum cultu fame abſumtus niſi quos corpora equorum eodem eliſa toleraverant:*

Tolerare; pro, *ſuſtinere*. Aul. 4. 1. ℣. 12. (℣. 14.

Tolerare paupertatem. Rud. 4. 2.

Tollere. Ciſt. 2. 3. ℣. 76. (℣. 3.

Tollere; pro educare. Amph. 1. 3.

Tollere & educare. Truc. 2. 4. ℣. 45.

Tollere infantem. Ciſt. 1. 2. ℣. 45.

Tollere infantem. Ciſt. 1. 2. ℣. 9. & 2. 3. ℣. 19. 21. & 4. 1. ℣. 7. Men. Prol. ℣. 33.

Tollere animos ſuperbire. Truc. 2. 8. ℣. 10.

Tollere clamorē. Curc. 2. 2. v. 27.

Tollere pedes. Vide ſupr. *Pedes*.

Tollere puerum; pro, Educare. Apud Ciceronem lib. 1. de Divin. cap. 11. In verſibus: *Ibi ex Oraculo voce divinâ edidit Apollo: puerum primus Priamo, qui foret poſt illa natus tēpora, hunc ſi tolleret, eum eſſe exitiū Troiæ, & peſtē Pergamo.*

Tolutim ire; eſt, quaſi volutim & glomeratim ire. *Nonius*. Aſin. 3. 3. ℣. 117. Scalig. Hiſt. Anim. pag. 156. ait, eſſe ire gradatim ſicuti aſturcones.

Tondere μεταφορικῶς. pro, depauperare. Bacch. 2. 3. ℣. 8.

Tondere ſtrictim; hoc eſt, ad cutē, *κείρειν ἐν χρῷ per pectinem*, longius à cute interpoſito pectine. Capt. 2. 2. ℣. 18.

Tondere, Poetis pro eo, quod, *Carpere*. De animantibus gramine veſcentibus. Ennius Annal. apud Priſcian. lib. 9.

Et detondit agros latos, atq; oppida cœpit.

Lucret. lib. 2. ℣. 317. *Nam ſæpe in colli tondentes pabula læta Lanigeræ repeant pecudes, & equorum duellica proles.*

Virgil. initio l. 1. Georg. ℣. 14.

— cui pinguia Cææ Tercentum nivei tondent dumeta juvenci.

Et lib. 3. Aen. ℣. 543.

Quattuor hic primum omen, equos in gramine vidi Tondentes campum late, candore nivali. — Et in Culice ℣.

Tondentur tenero viridantia gramina morſu.

Atque ita κείρειν Græcis uſitatum. Nam ita Homer. Iliad. λ. ℣.559. de Aſino —κείρετ' ἐσελθὼν βαθὺ λήϊον &c. Quod obſervavit P. Victorius li. 28. cap. 9. Var. lect. ubi & κείρεσθαι pro abſumi, minui, aut extenuari uſi ſunt. Homerus in Odyſſ. Sophocl. in Truchin. quo Cicero in verſu imitatus in Tuſculan. *Conſiliis noſtris laus eſt attonſa Laconum.*

Tonit: pro, tonat. Amp. 5.1.℣.10.

Tonſitare oves, μεταφορικῶς; pro, emungere auro. Bacch. 5. 2. ℣.9. (288.

Tonſus; tonſura. Amphit. 1.1.℣.

Tonſtrina; Gloſſæ: *Barbatoria*, πωγωνοκουρεῖα *Barbatores tonſores*. Epid. 2.2.℣.11. Amph. 4. 1.℣.5.

Tonſtrix. Truc. 2.4.℣.51.

Tonſtrix ancilla. Truc. 2,4.℣.51. & 4.2.℣.59. & 4.4.℣.3.

Tormentum ferreum. Curc. 2.1. ℣.12.

Torquere oculum, mentum. Eſt intorquere, movere, flectere. *Retorquere oculum*, ſupr. Ger. Wenden. Græci dicunt διαστρέφειν ὀφθαλμόν. Cicero Lucul. cap. Itaque *Timagoras Epicureus negat ſibi unquam cùm oculum torſiſſet, duas ex lucernâ flammulas eſſe viſas.*

Torta conditiones: violentæ, perplexæ. Men. 4.2.℣.25. Vide apud Terent. Phorm. 2. 2.℣. 21. *Legum contortor.*

Torus: eſt quivis funis ex loris retortus. Vnde etiam nomen habet. Quod autem toris lecti tenderentur, ab eo toros vocarunt. Inde ὑποκοριστικὸν *torulus*. Amph. Prol. ℣.144.

Totidem, pro eo, quod vulgò, *planè tam multi*, vel, *æquè multi*. Solet autem hoc habere plerumq; ſuum relatum. Ut, *totidem quod*. Interdum, & rarius, non habere. Quod obſervatu dignum. Cic. 2. divin. cap. *Proclus & Euryſthenes Lacedæmonij: Horum Reges gemini fratres fuerunt: at hi nec totidem annos vixerunt. Anno enim Procli vita brevior fuit.*

Totidem verbis: pro, idem. Cic. lib. 5. Tuſc. cap. *Extrema hæc ea, quæ Epicurus totidem verbis dixit, & Hieronymus.* Et 3. Accuſ. Verr. cap. *Si hæc Edicta non ex ipſius tabulis totidem verbis recitare poſſem.* Et lib. 3. Epiſt. 8. ad Appium: *Vt de tuo Edictio totidem verbis transferre in meum.*

Totidem quot. Moſt. 3.1.℣.109.

Toto corpore, pectore, mente, capite. Dicunt etiam, *omni corpore*. Lucret. lib. 3. ℣.110.

Cùm miſer ex animo lætatur corpore toto.

Et mox ℣.139.

Sic caput eſſe quaſi & dominari in corpore toto
Conſilium ——

Et mox ℣.155.

—— *& pallorem exiſtere toto*
Corpore ——

Et poſtea ℣.277.

Quod genus in noſtris membris & corpore toto
Mixta latens animi vis eſt ——

Et ℣.330.
Sic animi atq; animæ naturam corpore toto
Extrahere ——
Et ℣.352.
Atq; animam credit permixtam corpore toto
Suſcipere hunc motum ——
Et ℣.565.
Deſpicere ipſe oculus rem, ſeorſum corpore toto.
Et *Ire foras animā incolumem de corpore toto.*
Et lib. 4. ℣. 1097. - *Errantes incerti corpore toto.*
Et lib. 6. ℣. 1006. - *Eatq; ita corpore toto.*
Catullus ad Aufilenam ℣. 6.
Sed data corripere fraudando efficitur plus
Quàm meretricis avaræ, quæ ſe corpore toto
Proſtituit. --

Cicero lib. 2. Tuſc cap. *Toto corpore, atque omnibus ungulis (al. unguiculis) ut dicitur, contentioni vocis adſerviunt.* Iuſtinus lib. 28. cap. 4. *Inter hæc Cleomenes Rex poſt multas hoſtium cædes, toto corpore, ſuo pariter, & hoſtium cruore madens ſupervenit.* Cicero lib. 2. de Orat. cap. *Poteſt etiam, ut tu non rectè intellexeris: id quoque toto capite annuit, ut ſe Craſſo daret.* Et lib. 2. Tuſcul. cap. *Ad ferendum igitur dolorem placidè & ſedatè plurimùm profuit, toto pectore, uti dicitur, cogitare, quàm id honeſtum ſit.*

Eſt Totum. Idem quod. *In eo ſunt omnia.* Cicero lib. 5. Attic. Epiſt. 20. *Eſt totum, quid Kalendis Martiis futurum ſit.* Et ad Q. Fratr. lib. 3. Epiſt. 1. *Totum in eo eſt, tectorium ut concinnū ſit.* Et lib. 15. Epiſt. 4. *Adoleſcens & equitatu & peditatu, & pecuniâ paratus, & toto, iis, qui novari aliquid volebant.*

Totus; pro, omnis. Mil. 2. 2. ℣. 57. *Cui bini cuſtodes totis horis ſemper accubant.*

Totus: pro, integer. Plaut. Stich. 1. 2. ℣. 96. *Nam dies totos apud portum ſervus unus aſſidet.* Cicero lib. 14. Epiſt. 22. *Nos totâ die tabellarios noſtros exſpectamus.* Sic ibi leg. ex MSſ. Vulg. *Nos cottidie.*

Totus perpetuus: κατὰ πλεονασμόν. Vide, *Univerſi omnes.* (℣. 90.

Tou tou; noctuæ ſonus. Men. 4. 2.

Tozicum. Merc. 2. 4. ℣. 4.

Tractare; manibus verſare. Bacchid. 2. 2. ℣. 23. *Vide quæſo nequis tractet illā indiligens.* Caſ. 4. 4. ℣. 24. Aſin. 1. 3. ℣. 74. *tractare papillas.* Inde dicti *Tractatores* (Turn. 42. 3.) qui manu membra tractabant, & leniter fricabant. Martialis lib. 3. Epigr. 40. *Percurrit agili corpus arte tractatrix.* Seneca Epiſt. 66. in fin. *Quidni ego feliciorem putem Mutium, qui ſic tractavit ignē, quaſi illam manum tractatori præſtitiſſet?* Id egregiè explicat Clearchus apud Athenæum lib. 6. p. 257. in deliciis & mollitie Paphij cuiuſdam adoleſcentis. *Unus, inquit, ante lecti pedes ſedens adoleſcentuli pedes ſuis genibus impoſitos tenui panniculo Lydio contegebat. Quid autem præ-*

Digitized by Google

præterea fecerit, vel me tacente non eſt obſcurum. Alter verò in quadam ſellâ reclinatus juxtà lectum poſitâ, manui, quam adoleſcentulus veluti languidã remiſerat, ſuſpenſa accidens eã demulcebat, ac leniter contrectabat, digitos ſingulos viciſſim ac ſeparatim ſumptos trahens, ac diſtendens, ut ingenioſè & acutè dixiſſe videatur, qui primus eum Cucurbitam nominavit. Joh. Sarisber. policr. li. 3. c. 13. *Cùm laſcivientis divitis luxus libidini vota ſua præcingit, recumbentis pedes calamiſtratus comatulus excipit, & in aliorum conſpectu pedes, & ne plus dicam, teneris manibus tibias tractat. Deinde licẽtiâ paulùm procedente totum corpus impudico tractu oberrãs pruriginem ſcalpit, quam facit, & ignis Veneris languentibus inflammat.*

T*ractare ſe ita*: pro eo, *Ita ſe gerere*. Cic. 3. Catil. c. *Extrema denique ita me in Rep. tractabo, ut meminerim ſemper quæ geſſerim.* Et Epiſt. 12. ad M. Brut. lib. 13. *Quo in munere ita ſe tractavit, ut accepiſſe ab eo beneficium videretur, nõ dediſſe.*

T*ractandi* verbum Ciceroni valde uſitatum: & primùm pro eo, quod, aſſiduè aliquid exercere, in eo verſari, adminiſtrare, & gerere.

T*ractim tangere.* Amph. 1. 1. ℣. 157. Siſenna apud Chariſ. lib. 2. pag. 196. exponit, *lente.* Virgilius 4. Georg. ℣. 206. ---- *tractimque ſuſurrans.* Vbi Servius: *Tractim, ſine intermiſſione jugiter & lõgo tractu.* Cæterùm hoc genus loquendi à Medicis eſt ſumtũ, qui gravioribus vulneribus afflictos, quorum tractationẽ vigilantes tolerare non poſſunt, ſenſum illis ſopore alienãt, atque ita per effuſum ſomnum curam ſuam expediunt. Pindarus Pyth. III. vocat μαλακαῖς χερσὶν ἀμφέπων. Idem ibid. χρὴ μαλακὰν χεῖρα προσβάλλοντα τρώμαν ἕλκεος ἀμφιπολεῖν. Statius Theb. 5. ℣. 153. vocat *tractare vulnus parcente dexterâ.* Pacat. in Paneg. *pendente manu* dixit: Claud. *placida*, Epiſt. ad Hadrianum. Fabius lib. 2. c. 4. *molli & leni.* Seneca Conſol. 1. c. 2. *Hoc erit, non molli viâ mederi, ſed urere & ſecare.* Quæſo ſis lege doctiſſimi Gronovij Obſerv. lib. 4. cap. 1. ubi erudita multa de hac formulâ invenies.

T*ractus*, pro ductu, ſerie longâ, ſitu. Liv. lib. 3. c. *Ibi Dictator quantum nocte proſpici poterat equo circumvectus, contemplatuſque, qui tractus caſtrorum, quæque forma eſſet.* Et lib. 18. c. *Et conſequẽtem ſi in contrariũ tractum incidiſſet maris, fugiẽtis ſeſe avertentem.* Corn. Nep. Miltiad. *Hoc conſilio, ut & mõtium altitudine tegerentur, & arborum tractu equitatus hoſtium impediretur.*

T*radere aliquem alicui*: pro, Commendare. Cicero & alij ſæpè conjungunt illa, *Trado & Commendo.* Sall. ex Epiſtolâ Catilinæ:

Digitized by Google

Catilinæ: *Nunc Oreſtillam tibi commendo, tuæque fidei trado.* Cic. ad Trebat. lib. 7. Epiſt. *Sic ei te commendavi, & tradidi, ut graviſſimè diligentiſſimeq; potui.* Et eod. lib. ad Cæſarem: *Totum denique hominem tibi trado de manu, ut aiunt, in manum.* Horat. lib. 1. Satir. ℣. 47:

Hunc hominem velles ſi tradere.

Et lib. 1. Epiſt. *Vt tibi laudare tradere coner.*

Tradere ad aliquem. Rud. 3. 6. ℣. 19.

Tradere effectum quid. Curc. 3. ℣. 15.

Tradere ſe in cuſtodiam alicuius. Moſt. 2. 1. ℣. 59.

Traditum: pro, ab aliis perlatum ad nos. Cicero lib. 3. de Orat. cap. *Illi* (Græci) *vati in litteris re non modò nihil acquiſiverint, ſed ne relictum quidem & traditum & ſuum conſervaverint.*

Traducere: ducere. Caſ. 3. 3. ℣. 16. & 3. 4. ℣. 7.

Traducere: eſt ludibrio exponere, oſtentui exponere. Græcè παραδειγματίζειν. Seneca lib. 2. cap. 17. de Ben. *Vt malignis luſoribus propoſitum eſt, colluſorem traducere.* Et lib. 4. c. 32. *Hic corpore deformis eſt, adſpectu fœdus, & ornamenta ſua traducturus.* Iuvenal. *in quâ ſe traducebat Vlyſſes Ancipitem.* Idem: *Squallentes traducit avos.* Ubi Scholiaſtes: *dedecorat parentes ſuos.* Martial. *Rideris, multoq; magis traduceris Afer,*

Tragici. Perſ. 4. 2. ℣. 4.

Tragico Comœdia, in qua perſonarum dignitas, atque magnitudo, Comœdiæ humilitati admiſta ſũt, vel in quâ lætis miſcentur triſtia. Amph. Prol. ℣. 63. Vnde in Proverb. abiit, *Tragi-Comœdia.* Talis eſt vita humana: Item Matrimonium.

Tragœdia. Pœn. 3. 2. ℣. 3.

Tragœdias agere, excitare: pro, graviter, copiosè & vehemẽter agere. Græcè, τραγῳδεῖν. Demoſth. pro Cteſiph. Ἀλλ' ἐφ' οἷς ἀδικοῦντα μὲν ὑπὲρ τὴν πόλιν οὔπω γε τηλικοῦτοις, ἡλίκα νυνὶ τετραγῴδηκε. Ariſtot. lib. 6. Phyſ. ὅτι οὐδὲ τὸ τάχιστον ἐτραγῳδημένον ἐν τῷ διώκειν ὑπὸ βραδυτέρου. Videtur autem Cicero *Tragœdias in nugis agere*: pro, res leves & nugaciores graviter & ſplendidè tractare, quaſi proverbij figurâ dixiſſe. lib. 2. de Orat. cap. *Nam neque parvis in rebus adhibendæ ſunt hæ dicendi faces, neque ita animatis hominibus, ut nihil ad eorum mentes oratione flectentes proficere poſſimus, ne aut irriſione, aut odio digni putemur, ſi aut Tragœdias agamus in nugis, aut convellere adoriamur ea, quæ non poſſint commoveri.* Et eodem lib. *Quis eſt igitur, qui non fateatur, hoc lepore, atque his facetiis non minus refutatum eſſe Brutum, quàm illis tragœdiis, quas egit idem, cùm caſu in eadẽ causâ funere efferretur.* Et mox: *Sed hæc Tragica*

atq;

atq; divina aut urbana innumerabilia ex unâ concione meminiſtis. Et pro Milone c. *Nūc ejuſdem Appia nomen quantas Tragœdias excitat?*

Tragula; eſt genus teli, haſtæ non multum abſimile, quæ vel manu vel tormento mittitur, & atrociter ſauciat. *Vide* Turneb. Adverſ. lib. ℣. cap. 17. & lib. 21. cap. 14. Plautus ἀλληγορικῶς uſurpat de fallacia. *Tragulam alicui injicere.* Epid. 5. 2. ℣. 24. Pſeud. 1. 4. ℣. 14. Caſ. 2. 4. ℣. 18. *Tragulam decidere.* Vide etiam litt. D.

Trahax. Perſ. 3. 3. ℣. 6. *Rapax. procax. trahax.*

Trahere; pro eo, quod, *Differre.* abſolutè. Cicero lib. 16. Epiſt. 2. *Quin etiam iccircò trahebā, ut quàm diutiſſimè integrum eſſet.* Livius lib. 28. cap. *Cùm trahere obſidionem in adventum ſuum potuiſſent.* Cicero pro Milon. cap. *Videretque ita tracta eſſe Comitia anno ſuperiore.* &c.

Trahere, ut, *Ducere.* Sic & nos Ziehen. pro, bibere, exhaurire. Vide ſupra. Sed eſt Poeticum magis. Horat. Epod. 14. ℣. 3.

Pocula Lethæos ut ſi ducentia ſomnos
Arente fauce traxerim.

Trahere lucrum; arripere. Moſt. 3. 2. ℣. 115.

Trahere unà; acceuſeri alicui. Trin. 1. 2. ℣. 166. & 2. 4. ℣. 10. Tractum videri poſſit à vetulis pompæ alicui immixtis, unaque cum aliis reptantibus.

ſimilis locutio eſt. Curc. 4. 4. ℣. 20. *Eodem hercle vos pono & paro.* Val. Max. lib. 3. cap. ult. *Metu violentæ mortis amicos inimicoſq; iuxta ponera.*

Trahi, dicebatur veſtis, cum negligentius haberetur. σύρεσθαι inde σύρμα. Ciſt. 1. 1. ℣. 117. Idem quod *defluere* apud Horatium.

Ruſtico tonſo toga defluit.

Contrarium eſt εὐσχημονεῖν. *Euſcheme aſtare.* Mil. 2. 2. ℣. 58 μεταφορικῶς etiam alio transfertur. *Trahi amore.* Ciſt. 1. 1. ℣. 118. Virgilius. *Quo fata trahunt retrahuntq; ſequamur.*

Trahi: deludi, ludificari. Mil. 2. 6. ℣. 10.

Trahi ad pretorem. Pœn. 3. 5. ℣. 45.

Trahi in piſtrinum. Pſeudol. 1. 5. ℣. 19.

Trajicere; pro, trans locum quid jacere. Livius lib. 25. cap. *Cuius Præfectus Vibius ereptū vexillum trās vallum hoſtium trajecit.* Et lib. 31. cap. *Cretenſium una cohors non inutilis erat Sed ea quoq; ipſa ut ſi quis impetum faceret; ita adverſus ſcuta Romana, nec ad traiiciendum ſatis magnam vim habebat, nec aperti quicquam erat, quod peteret.* Et paulò poſt: *Trajecturumq; id incendium, velut ex continentibus tectis in alteram tam propinquam coloniam eſſet.*

Tralatitium funus, edictum. Suetonius Nerone cap. *Poſtero die raptim inter maximos imbres tralatitio extudi funere. ita*

ita vel cod, vulg. *tranſlat.* Agel. l. 3. c. penult. *Hoc ſignificabat edictũ, quo nunc quoq; Cõſules cũ Senatores in Curiã vocant, ſervandæ conſuetudinis cauſâ tralatitio utuntur.*

Traloqui; eſt à principio ad extremũ ordine eloqui. Perſ. 3. 3. ỳ. 7. Sic dicitur: *tralegere*, & *trãſcindere*, & *Tranſuorare* apud Apul. *Apol.* (2. ỳ. 37.

Tramæ putidæ: fila putrida. Rud. 5

Tramittere. Epid. 3. 4. v. 31. Veteres dicebant etiã *Tranſmittere*, ut &, *Tralatũ*, *Tralatio*. Cic. l. 2. de Nat. deor. c. Sic *Tramiſſus*, ũs. dixit Agell. l. 10. c. 26. *Et quibuſdam aliis C. Salluſtii iniquis dignũ notâ viſum eſt, q in primo Hiſtoriarũ maris tranſitum, tranſmiſſumq; navibus factum, trãſgreſſum appellavit, Grues cùm loca calidiora petẽtes maria tramittere: verùm eum habeo rationẽ dierũ, ante puto tramiſſurum, quam potuerit conveniri.* Ita opt. c. ut & Epiſt. 2. *Sin ille ante tramiſiſſet, exitioſi belli metus*. Et *l. 9.* Epiſt. 3. *Nunc nihil poteſt, niſi ſupero tramitti. quo iter interclusum eſt*. Agell. l. 18. c. 2. *Non ſolum antẽ tramittebatur ad eum, qui ſortitò ſucceſſerat.* Ita vett. codd.

Trauectio. Ita veteres interdum, quod vulgò ſemper, *trans vectio*. Suet. Oct. c. *Equitum turmas frequenter cognovit poſt longã intercapedinem reducto more trauectionis*. Ita ſcriptum fuit in vet. Mſſ. lib.

Tranium; pro, *Tranionem*. Vide litt. D. *Dolo Troianus.*

Tranquillare Capt. 1. 1. ỳ. 38.

Tranquillior oleo. Pœn. 5. 4. ỳ. 63.

Trãquillitas evenit. Pœn. 3. 5. ỳ. 8.

Tranquillum eſt. Caſ. prol. ỳ. 26.

Tranquillum facere: placare iratum Ciſt. 2. ỳ. 21.

In *Tranquillum conferre*. Amph. 1. 2. ỳ. 16.

Tranquillus; pro leni, pacato, nõ irato, non cõmoto. Amp. 3. 3. v. 3. Bacch. 5. 2. v. 55. Capt. 4. 2. ỳ. 85

Tranquillus & *Tranquillitas*. Proprie idem: quod ſerenus, placidus, de mari & aere, Plin. Paneg. *Erant ſub oculis naufragia, quos invidioſã trãquillitate provectos improvis° turbo perculerat.* Cic. l. 6. Att. Epiſt *Nos longis navibus tranquillitatẽ aucupaturi eramus.* Et l. 5. Tuſc. c. 6. *Tranquillitas maris intelligitur.* &c. Et Lucul. c. 31. *Sed ſi jam ex hoc loco proſpiciatur, Puteolos ſtadia triginta, probo navigio bono gubernatore hac tranquillitate, probabile videatur, ſe illuc vẽturum eſſe ſalvũ.* Eadẽ tranſlatione *Tranquillitas* interdũ pro moderatione animi, modeſtia: ut Philipp. 12. c. de M. Bruto: *Tantam patientiã DI boni! tantam moderationem, tantam injuria tranquillitatẽ & modeſtiam.* Sic *Trãquillitas* pro ſecuritate. Græcè ἀθυμία, eadem metaphora. Cic. lib. 1. Offic. c. *Vacandum autẽ omni perturbatione, ut tranquillitas animi & ſecuritas officii, quæ adfert, cum conſtantiã, tũ etiã dignitatem. Multi autem ſunt, & fuerunt, qui eam quam dico tranquillitatem expetentes à*

negotiis publicis ſe cōmoverint. Et eod. lib. *Haud ſcio, an magis etiam & magnificentia & deſpicentia adhibenda ſit rerū humanarum, quam ſæpe dico, & tranquillitas animi & ſecuritas.* Et l. 4. Tuſc. c. *In participe rationis ponunt tranquillitatem, id eſt, placidam quietăq; conſtantiam.* Et l. 5. de fin. cap. *Democriti autem ſecuritas, quæ eſt animi tamquam trăquillitas, ea ipſa eſt beata vita.* Et l. 3. de Orat. c. 15. ubi de Philoſophis & otioſis. *Quæ vita propter ipſius ſcientiæ ſuavitatem* &c.

In Tranquillo. In tranquillum. Lucil. *Quodq; te vita in tranquillum ex ſævis transfers tĕpeſtatibus.* apud Nonium in verbo, *ſævum.* Lucr. initio l. 5. ℣. 11. 12. *quiq; per artem Fluctibus è tantis vitam, tantiſq; tenĕbris. In tam tranquillo & tam clarâ luce locavit.* Cic. l. 1. Offic. c. 24. *Quare in tranquillo tempeſtatem adverſam optare dementis eſt.*

Tranſcado. Perſ. 4. 8. ℣. 1.

Tranſcurrere. Mil. 2. 6. ℣. 43.

Transducere; pro, *traducere*, ſæpe Veteres ſunt uſi; ut & *trăſdere.* Sed ea ferè obſoletioris antiquitatis vidĕtur. Sall. Jug. c. *Vix in alterā partē transductus eſt.* Sic v. c. Ter. Phorm. Prol. ℣. 2. *Retrahere à ſtudio, & trăsdere hominem in otiū.* Ubi Donat. *Transdere Veteres ſonătius: quod nos lenius, Tradere; ut tralatum, nos Tranſlatum: & contrario.*

Tranſenna. Vetus & obſoletum verbum: quod hodieq; apud Plautum. & in Fragm. Sall. exſtat. Putant pleriq; apud Ciceronem id reperiri, & valere, vel feneſtram, vel cancellos perforatos. Sed hallucinantur. *Tranſenna* enim vetus eſt vocabulum, ut dixi, nihilque aliud valet, quam funis, ſive laqueus extĕtus, & quoq; aperta machinula, ſeu craticula, quæ adhibetur ad turdos capiendos. Servius ad l. 5. Æn. ℣. 487. Gloſſæ: *Tranſenna*, ὑπαλήξ. φυλάγξιμος. Tralatè accipitur de fallaciis apud Plautum noſtrum. Bacch. 4. 6. ℣. 22. Rud. 4. 7. ℣. 10. Perſ. 4. 3. ℣. 11. Nonius adfert authoritates Ciceronis & Salluſtii, ſed neutrum ab eo facit. Ciceronis tamen locus, ut & Nonius induxerunt Magnum Eraſmū. ut & proverbium ex eo faceret, *per tranſennam adſpicere*, pro, obſcurè, & obiter, ut vulgò loquuntur, aliquid videre, cognoſcere. Sed pro eo Cicero dicere ſolet, *quaſi præteriens*, vel omiſſo *quaſi.* de quo ſupr. in *præteriens.* Salluſt. lib. 2. Hiſtor. *Prætereà cùm ſedenti tranſenna demiſſum victoriæ ſimulacrum cum machinato ſtrepitu tonitruum coronam ei imponebat: tum venienti thure quaſi DEO ſupplicabatur.* Quem Salluſtii locum adferunt Macr. l. 3. Saturn. c. 13. & Servius in illud

illud Virgil. lib. 5. Æneid. ў, 487. *Et volucrem traiecto in fune columbam.* Et Nonius verbo, *Tranſenna.* Ubi is Ciceronis verba ex lib. 1. de Orat, cap. 35. hæc profert, quæ tamen ego paulò plura hic apponam: *Quin tu igitur facis idem,* inquit ſcævola, *quod faceres ſi in aliquam domum, plenam ornamentorũ, villamq; veniſſes, ſi ea ſepoſita, ut dicis, eſſent, tuque valdè ſpectandi cupidus eſſes: non dubitares rogare dominum, ut proferri iuberet, præſertim ſi eſſet familiaris. Similiter nunc petis à Craſſo, ut illam copiam ornamentorum ſuorum, quam conſtructam uno in loco, quaſi per tranſennam prætereuntes ſtrictim adſpeximus, in lucem proferat, ac ſuo quidq; loco collocet?* Sed locus ille à viris doctis ita fuit emendatus: *quaſi prætereuntes ſtrictim,* & verbum, *per tranſennam*, inducendum eſt. Itaque Nonium hic locus nihil iuvat. Neque Salluſtius quicquam pro eo facit. Ait, *demiſſam tranſennâ victoriolam.* Quibus verbis nihil aliud vult Salluſtius, quàm capiti cænantis Metello per machinam quandam fune demiſſam victoriam impoſuiſſe coronam. Ita apud Cicer. lib. 5. Tuſcul. cap. 21. *Dionyſius curaret de lacunari ſuſpendi equinâ ſetâ gladium, qui cœnantis cuiuſdam cervicibus impenderet.* Et locutio illa *Fune dimitti quidquam*, aut *fune appenſum quid demittere*, eſt antiquis uſitata. Ut illo loco Ciceronis. *Dionyſius in hoc modio apparatu fulgentem gladium è lacunari ſetâ equinâ appenſum demitti juſſit, ut impenderet illius beati cervicibus.* Et Virgil. lib. 2. Æneid. ў. 262. de Heroibus illis ex equo Troiano fun. deſilientibus: *demiſſum lapſi per funem.*

Transfigi corpus, συμκεντεῖσθαι. Moſt. 2. 1. ў. 11.

Transfugere, & *transvolare*; de armis, ridicule. Epid. 1. 1. verſ. 28. 33.

Tranſigere; eſt perficere. Amph. 3. 1 ў. 1. Pœn. Prol. ў. 17.

Tranſiicere; pro, *Traiicere*. ſæpè dicunt Veteres. *Tranſiicere exercitum*; pro, traducere, *tranſiicere ſe.* Vide & *Transducere.* Cæſar lib. 3. de bell. Civil. cap. 29. *Pontones, quod eſt genus navium Gallicarum, Liſſi reliquit, hoc conſilio, ut, ſi forte Pompeius vacuam exiſtimans Italiam, eò transjeciſſet exercitum, quæ opinio erat edita in vulgus, aliquam Cæſar ad inſequendum facultatẽ haberet.* Plancus ad Ciceronem lib. 10. Epiſt. 9. *Exercitum ad VI. Kall. Majas Rhodanum tranſjeci.* Aſinius ad Ciceronem lib. 10. Epiſt. 32. *Et triduum tempeſtate retentus ad Calpem, Kall. Iunii trãſiecit ſeſe in regionem, Bogudis planè bellè peculiatus.* Plancus ad Ciceron. lib. 10. Epiſt. 18. *Et cautius illa ferat conſilium, exſpectare ad Iſaram flumen,*

dum Brutus tranſijceret exercitum. Et aliâ Epiſt. dicit: *Cùm Iſaram flumen, uno die ponte confecto, exercitum transduxiſſem.*

Tranſire cibus dicitur, qui concoquitur in ſtomacho. Varro. lib. 2. de re ruſt. cap. 11. *Ex hoc lacte caſei, qui ſicut maximi cibi ſunt bubuli, & qui difficillimè tranſeant ſumti.*

Tranſjungere: de jumentis, quæ in curru & iugo mutantur loco, à dextram ad lævam. &c. Vide *Dijungere*, *Abjungere*, *Interjungere.* Vlpianus l. 38. §. 5. de ædib. æd. *Quæſitum eſt, ſimulata lis ut transjungi nō poſſit, an ſana ſit.* Et ait Pompon. *ſanam eſſe, pleraque denique carracarias, tales eſſe, ut non poſſint transjungi.*

Translator. Rarum nomen. Ita, *Perditor.* Cicero Verr. ult. *Verres ille, vetus proditor Conſulis, translator Quæſturæ, averſor pecuniæ publicæ.*

Translegere; eſt ità legere, vt exaudiatur. Aſin. 4. 1. ℣. 5.

Tranſmarinus; ὑπερπόντιος. Moſt. 2. 2. ℣. 66.

Tranſtinere; tranſuerſum tenere. Mil. 2. 3. ℣. 58. ſicut *continere*, ſimul tenere. Stich. 3. 1. ℣. 44.

Tranſuerſum digitum, vel vnguē latum. Aul. 1. 1. ℣. 18. Sic dixit: *nō digitum longè.* Bacch. 3. 3. ℣. 19. *Latum pedem:* Moſt. 2. 2. ℣. 3. Cicero Gall. lib. 7. Epiſt. 25. *Vrge igitur, nec tranſverſum, quod aiunt.* Et lib. 10. Attic. 13. *A recta conſcientia transverſum unguem non oportere diſcedere.* Et alibi: *Hac regulâ mihi non licet transverſum, ut aiunt, unguem diſcedere.*

Transverſus. Pſeud. 4. 1. ℣. 45.

Trapezita: Argentarius, menſularius, collybiſta. Capt. 1. 2. ℣. 90. & 2. 3. ℣. 89. Curc. 3. ℣. 36. Pſeud. 2. 4. ℣. 97. Trin. 2. 4. ℣. 23. Epid. 1. 2. ℣. 40.

Travolo. Plaut. Epid. 1. 1. ℣. 33. *Travolarunt ad hoſtes.*

Treſuiri. Amph. 1. 1. ℣. 3. Aſin. 1. 2. ℣. 5. Aul. 3. 2. ℣. 2. perſ. 1. 2. ℣. 20.

Treunipaſſus; hoc eſt, ſoli. Bacch. 4. 6. v. 34. Sic ibi antiqui codd. quamquam prætulerim *tres unos*. quod eſt in Mſſ. Pall. Vide Animadv.

Triangulum. Dicitur à Veteribus, quod Græcè τρίγωνον. Hodiè non rectè *Triangulus* à quibuſdam dicitur. Vtitur & *Trigoni* verbo, licet Græco, Varro, Agell. *Triquetrū.* Cic. l. 2. Divinat. c. *Cùm autem in eam ipſam partem orbis venerint, in quâ ſit ortus eius, qui naſcitur, aut in eam, quæ coniunctum aliquid habeat, aut conſentiens: ea Triangula illa, & quadrata nominant.* Quintil. lib. 1. cap. 18. *Rurſus quadrata Triangulis, Triangula ipſa plus æquis lateribus quàm inæqualibus.* Priſcianus lib. de Ponderibus: *Triangulum.* Cæſar in Strato: *Cur dicite linguâ, Græcia præcurram, policesque Triangula dicam, Quadrangulum, Quinquangulum, Sexangulum, & ſimilia.* Agell. lib. 1. cap. 10. *Figurarum,* σχήματα

 Geome-

Geometrica appellant, genera duo ſunt, planum & ſolidum &c. planum eſt, qualia ſunt Triqueſtra & Quadrata.

Triãgulus,a,um. Vt ſit interdum Adiectivum. *Multangulus, Quadrangulus:* quæ vulgò, *Triangularis.* Agellius *Triquetrum* appellat. Plinius lib. 13. de Papyro: *Brachiali radicis obliqua craſſitudine, triangulis lateribus, decem non amplius cubitorum longitudine in gracilitatem faſtigatum.*

Triblium; catinus aut patella. Stich. 5.4.℣.9.

Tribunus vapularis; de ſervis. Perſ.1.1.℣.22. Sic Cic. Catone cap.10. *Tribunus militaris.* Et propriè dicitur, qui legioni univerſæ præeſt, Vt *Centurio* manipulo. Erant autem in unaquaque legione primò tres, poſtea ſex Tribuni: ut in unoquoq; manipulo duo Cẽturiones. Græci χιλιάρχας vocant. Horat lib.1.Sat.6. ℣.48. *Quod mihi parêret legio Romana Tribuno.* Poſtea & *Cohortium Tribuni.* Vt Cæſ.l. 2.bell.Civil.c. *Conſenſiſſe Gaditanos cum Tribunis cohortiũ.* Tadem ad res alias tralatum hoc nomen: *Stabuli, Voluptatum Tribuni.*

Tributus: maſculeo genere. Epid.2.2.℣ 43. Cato: *Ne prædia in lubricum dirigerentur, cum tributus exigeretur.* Vide etiam Agellium 13.13.

Trica; propriè pili ſunt nullius pretii, & viles. Etiã funes & omnia impedimenta ſic appellantur. Vnde, *Intricare.* & *Extricare.* Curc.5.2.℣.15. Rud.5. 2.℣.36. Perſ.5.2.℣.18. *Tricas conÿcere in aliquem.* Evagrius interpres Athanaſii in vita Antonij: *Operante illo traxit quidam ſportella, quam texebat, tricam ſive funiculum.* Hinc *margarita extricata,* quæ *trica*, id eſt funiculo, ſive linea, nec dum erant colligatæ, vt collo circũdari poſſent. Vlpianus: *Si, cum maritus vxori margaritas explicatas dediſſet in vſum, eas invito vel inſcio viro perforaſſet, vt pertuſis in linea uteretur: teneri eam lege Aquilia, ſive diverterit, ſive nupta eſt adhuc.*

Trica: vocantur cunctationes in fœnore ſolvendo. Moſt.3.1.v. 41. Hinc *Tricones* dicuntur, qui ægre & difficulter ſolvũt.

Tricas conÿcere in aliquem. Perſ. 5.2.℣.18.

Trico: eſt homo lentus, & qui creditorẽ malis ſtrophis circumducere conatur, tergiverſator. Eſt verbum obſoletum. Bacch.2.3.℣.35. ubi tamen vulgatam lectionem retinendam eſſe, docui in Animadverſ. Lucilius Sat. l.11.

Lucius Cotta ſenex Craſſi pater huius Panatii,

Magnus trico fuit nummarius ſolvere nulli

Lentus—

Agellius lib.11.c.7. ex eodem Lucilii libro, hunc recitat verſum: *Eſt tricoſus, bovinatorq; ore ac improbus duro.* Sic v.cod. Vulg. *ſtrigoſus.* cuius prima bre-

brevis, & alterius notionis. Valet enim *macilentus*. Scaliger Catal. Virg. putat legend. *Hicce ſtrigoſus*. Idem Lucilius lib. 11.

Nec mihi amore hoc opus, non tricone vadato.

Triduo ætatis. Bacch. 3. 3. ℣. 57.

Triennium eſt, cum. Stich. 1. 2. ℣. 80.

Trieris: pro triremi. Vide & ſupr. *Hexeris*. Nepos Alcibiad. *Et in trierem quæ ad eum erat deportandum miſſa adſcendit.*

Trifurcifer. Aul. 2. 4. ℣. 47. Rud. 3. 4. ℣. 29. & 30.

Trigemini filij. Mil. 3. 1. ℣. 122.

Trigonus: piſcis, Latinis dictus *Paſtinaca marina*. Capt. 4. 3. ℣. 71.

Trimodium. Menæch. Prolog. ℣. 15.

Trimus: tres annos natus. Rud. 3. 4. ℣. 38.

Trinitas. Non ſatis Latinè dicitur, licet eo Chriſtiani ſcriptores etiam Veteres ſint uſi. Latinis eſt, *ternio*. Vide & inf. *Vnio*. Agell. 1. 20. *Qui numerus Ternio, Græcis dicitur* τριάς.

Trinus: pro, *triplex*. Bacch. 2. 3. ℣. 40. Pſeud. 2. 4. ℣. 13.

Trioboli homo. Pœn. 1. 2. ℣. 168. & 2. 1. ℣. 17.

Triobolum. Rud. 5. 2. ℣. 43. 67. & & 5. 3. ℣. 11.

Triobulus: tres obuli. Bacch. 2. 3. ℣. 26. Pœn. 4. 2. ℣. 46. Rud. 4. 3. ℣. 100.

Triparcus homo. Perſ. 2. 3. ℣. 14.

Triſtis pro *irato*. Caſ. 2. 3. ℣. 14. & 2. 4. ℣. 4. Sic Afranius:

Iactabit ſeſe: iactet: mihi erit triſtior. Tibullus:

Si quando fuerit triſtior illa tibi.

Triſtis: qui de demiſſo capite ſtat. Curc. 2. 3. ℣. 14. *Mea Iuno, non decet te eſſe tam triſtem tuo Iovi.*

Triſtis. Interdum Veteribus idẽ quod, Aſper, durus, crudelis, ſeverus. Græcè χαλεπὸς, δεινὸς, ἀπηνής. Lombardi hodie in idiotiſmo ſuo hanc notionem retinent. Lucret. l. 5. v. 1304.

Sic aliud ex alio peperit diſcordia triſtis.

Servius in illud Virgil. Aen. lib. 10. ℣ *& tua triſtia dicta timentem*. *triſtia*, inquit, *ſevera*. Ter. Andr. 5. 2. ℣. 16. *Triſtis ſeveritas ineſt in vultu*. Virgil. lib. 3. Georg. ℣. 37.

—furias, amnemq; ſeverum.

Idem Eclog. 3. ℣. 80. *Triſte lupus ſtabulis*. Et lib. 3. Aen. ℣. 365.

Sola novum dictuque nefas
Harpyia Celano
Prodigium canit, & triſtes
denunciat iras.

Et lib. 2. ℣. 549.

—illi mea triſtia facta
Degeneremq; Neoptolemum
narrare memento.

Et eod. lib. ℣. 337.

—Quò triſtis Erynnis,
Quò fremitus vocat—

Sic *triſtia bella, triſtis ſenectus*. Cicero l. 14. Attic. Epiſt. 14. ad Antoniũ: *Nihil enim umquã non modò acerbum in me fuit, ſed ne paulò quidem triſtius aut ſeverius quàm neceſſitas*

Reip.poſtulavit. Et pro Cælio cap. *Huic triſti ac directo ſeni reſponderet Cælius.* Et poſtea: *Et qui in reliquâ vitâ mitis eſſet, ut in hac causâ pertriſtis quidem patruus, cenſor, magiſter, & tam triſti illud, & tam aſperum genus Orationis horrebam* Et lib.5.de fin.cap. *Sic enim maiores noſtri labores non fugiendos triſtiſſimo tamẽ verbo ærumnas etiam in Deo nomina ferunt.* Sic 2. Verr.cap. *Iudex triſtis & ſeverus.* Et de Orat. *Severus ac triſtis vultus.* Et Hortenſio: *Aliud ex ſylvis ſeverum ac triſte.* Ter. Andr.5. 2.℣.16. *triſtis ſeveritas ineſt in vultu atq; in verbis fides.* Horat.lib. 1.Satir.10.℣.11.

Et ſermone opus eſt modò triſti, ſæpè jocoſo.

Et lib.2.Sat.1.℣.21.

Quantò rectius hoc quàm triſti cadere verſu
Panto labum ſcurram.

Afranius apud Nonium: *Iactabit ſeſe, iactet, mihi erit triſtior.* Tibullus lib. 4.Eleg.4. ℣.17.

Nil opus eſt fletu, lacrymis erit aptius uti:
Si quando fuerit triſtior illa tibi.

Ter. Adelph.5.1.℣. *Ecce autẽ hic adeſt ſenex noſter. quid fit? quid tu es triſtis?*

Triſtitia etiam ſic uſurpatur. Cicero de prov.Conſ.cap.5. *Qui hoc etiam ſe pluris eſſe, quàm Collegam, putet, quòd ille vos triſtitiâ, vultuque deceperit, ipſe numquam ſe minus, quàm erat, nequam eſſe ſimulavit.*

Triticum. Pœn.1.2 ℣.113.

Triticum vile. Mil.2.3.℣.50.

Tritici granum. Stich.4.1.℣.52.

Tritica i lolligiuncula. Caſ.2.8.℣.60.

Tritor compedum: de ſervis. Perſ. 5.2.℣.17.

Trivenefica. Aul.1.2.℣.7.

Triumphare. Bacch. 4.9.℣.150. vide *Different. verborum* in Mantiſſa.

Triumphus ad cantharum. Pſeud. 4.4.℣.13.

Troia obſidio. Allegoricè, ſed graphicè depingitur Bacchid. actu quarto, Scena tota nona.

Troia tria fata. Bacchid.4.9.℣. 29.

Troili mors. Bacch.4.9.℣.30.

Truculentia. Truc.3.2.℣.7.

Truculentus. Truc.2.1.verſ.10. 11. & 3.2.℣.6. à terrendo dictum.

Trudere. pro, beneficium & honorem dare. Cicero ad Attic. Epiſt. *In quâ omnibus invitis trudit noſter magnus A. F.* Græcè ὠθεῖν. Vide P. Victor. lib.36.cap.17.Var.lect.

Trulla: eſt, vas potorium. *Trua* vas aquarium, quo è culina aquam calefactam in lavatrinam, hoc eſt, domeſticum balneum fundebant. Amphitr. Sc. *Quis tam.* verſ. 22. *Trullarum omne genus.* πᾶσαν ἀρυταινῶν.

Truncus. De corpore. Eſt pars corporis infra caput, & ſine capite. Lucilius: *Caput collo ſuſtentatur, truncus ſuſtinetur à coxendicibus.* Cicero de O-

rat.

rat. *Trunco magis toto ſe moderans.* Et pro Q. Rabir. cap. *Nemo illum ex trunco corporis ſpectabat.* Virgilius libro 2. Aen. ỽ. 557.

—*jacet ingens littore trŭcus.*

Truncidare. Videtur interdum idem valere, quod, Contundere. Comprimere. Panegyr. ad Conſtantin. ubi de Maxentio in Tyberim prolapſo. *Reperto igitur & truncidato corpore univerſo in gaudia & vindictam P. R. exarſit.* Divæus & Lipſius leg. putant, *trucidato.* Cicero pro Sextio cap. *Inermem atque imparatum Tribunum alij gladijs adoriuntur, alij fragmentis ſceptrorum, & fuſtibus, à quibus hic multis vulneribus acceptis ac debilitato corpore & conſudato ſe abjecit exanimatus.* Ita & Lucretij illud accipiendum lib. 6. ỽ. 146.

—*Continuò magno clamore trucidet.*

Tu: blandientis vox. Epid. 2. 2. verſ. 60. Terent. Eun. 4. 3. verſ. 21. *Tam infandum facinus, mea tu, ne audivi quidem.*

Tu ego. Stich. 5. 4. ỽ. 49.

Tuam fidem! formula obteſtandi. Curcul. 2. 3. verſ. 40

Tuapte ſponte. Trin. 3. 2. ỽ. 40.

Tuas tibi res habeto. Vide ſupr. Res.

Tuatim: tuo more, ita ut facere conſuevisti. Amphitr. 2. 1. v. 4. *Noſtratim.* Siſenna.

Tuburcinari: eſt, vocare: *Nonius.* Perſ. 1. 3. ỽ. 41.

Tueor: paſſivè uſurpatum. Vide infra in Mantiſſa: *Verba deponentia.*

Tueri. Apud Ciceronem ſæpe pro, *Conſervare,* accipitur. Sic *Tutor* interdum pro defenſore, & patrono. Sed eſt adhuc alia huius verbi notio, hodie vix nota, Ciceroni & veteribus valdè uſitata, pro eo, quod Iuriſconſultis *præſtare.* Cicero pro Sextio cap. *Eâ conditione geſſeram, ut meum factum ſemper omnes præſtare tueriq; deberent.* Et 3. Catilin. cap. *Illud perficiam profectò Quirites, ut ea, quæ geſſi in Conſulatu privatus tuear, atque ornem.* Et lib. 5. Tuſc. cap. de Diodoto Stoico Cæco: *Geometria manus tuebatur.* Et lib. 3. Epiſt. 6. ad Appium: *Cognoſſe te ex ijs, quàm in te abſentem fide, quam in omnibus officiis tuendis &c.* Lucret. lib. 4. ỽ. 782.

Anne voluntatem noſtram ſimulacra tuentur?

Tueri: intueri. Rud. 1. 4. ỽ. 35.

Tueri ſe ob ſtultitiam ſuam. Trin. 3. 2. ỽ. 28.

Tufa. Genus ſigni militaris: ſed, ut videtur nomen eſt Barbaricum. Veget. lib. 3. c. 5. *Aquila dracones, vexilla, flamula, tufa, pinna.* Ita Lipſ. l. 4. Milit. Vulgò, *rufa,* Vel *tuba.* Bedas *Illud genus vexilli, quod Romani Tufam, Angli appellant Tuuf, ante eum ferri ſolebat.*

Tui cauſa. Græciſmus: ἕνεκά σου Merc. 1. 2. ỽ. 27.

Tulo efferebant veteres in inſtâ-

 ti ſive

ſive præſenti. Priſc. l. 8. p. 817. & l. 10. p. 897 Diomed. l. 1. 376. 378. *Macrob.* pag. 2738. Vide ſupr. *Extulo.*

Tum. Comprecationibus quandoque ſervit. Amph. 1. 1. ỽ. 234. *Quid ſi fallet? Tum Mercurius Soſia iratus fiet.* & 32. ỽ. 52. *Id ego ſi fallo, tum te ſumme Iuppiter quaſo. Amphitruoni vt ſemper iratus ſies.* Cicero Catil. 1. *Tum tu Iuppiter hunc & hui⁹ ſocios à tuis aris acerbis* Et in jurejurando: *Si ſciens fallo. tum me Dieſpiter ſalvâ vrbe arceque*, &c. Et in fœderibus: *Tum tu Dieſpiter populum Romanum ſic ferito, vt ego hunc porcum hodie feriam.*

Tũ. reſpondet *tῷ ſi* Rud. 1. 3. v. 10.

Tum. Interdum eſt particula in formulis imprecationum. Vidi infra Mantiſſa de Particul.

Tum autem. Aul. 3. 6. ỽ. 24. Capt. 4. 2. ỽ. 38. Pœn. 4. 2. ỽ. 60. Trin. 2. 4. ỽ. 141.

Tum ibi. Curc. 5. 2. ỽ. 43.

Tũ igitur. Capt. 4. 2. ỽ. 77. Moſt. 1. 3. ỽ. 103. Pœn. 2. 1. v. 49. Perſ. 2. 2. ỽ. 7. Stich. 2. 3. ỽ. 38. Trin. 3. 2. ỽ. 50.

Tum igitur demum. Trin. 3. 3. v. 51.

Tum poſtea. Aſin. 3. 3. ỽ. 120.

Tum tu: elegãter abundat in conſuetudine ſermonis. Aſin. 2. 2. ỽ. 64. Capt. 4. 1. ỽ. 72. Curc. 2. 1. ỽ. 24. Pſeud. 2. 4. ỽ. 25.

Tumere irâ. Livius lib. 31. cap. *Et Conſules duas legiones urbanas ſcribere juſſi: quaſi qua res poſceret, multis in Italiâ gentibus Punici belli ſocietate, irâq; ex eo tumentibus mitterentur.*

Tumere negotia eleganter dicuntur ea, de quibus metus eſt, animique ſuſpenſi ſunt, an in bellum, aut tumultum ſint, ruptura. Sumta videtur translativ ab ulceribus. Eiusdẽ notionis eſt & *Tumor* interdum. Cicero lib. 14. Attic. Epiſt. *Tument negotia*: Et eod. lib. 5. Ne *deſerere viderer hunc rerum tumorem.*

Tumidè ire. Aſin. 3. 3. ỽ. 116.

Tumor crumena. Perſ. 2. 5. ỽ. 11.

Tumultuare. Rud. 3. 2. ỽ. 15. 24.

Tumultuoſus ſonitus. Trin. 5. 2. ỽ. 52.

Tumultuari. Pœn. 3. 1. ỽ. 22 Ger. **Ein Lermen machen.**

Tumultus. Amph. Arg. 1. ỽ. 8. Devatur hoc vocabulum à *tumore multo.* Vnde Cicero alicubi: *Tum orem rerũ*, ait: &, *negotia tument.* Idẽ ad Att. *Tumet provincia.* Sic apud Propert. l. 1. Eleg. 16. *Cuſtodum tumor eſt denſa corona, & fretum illud turba.* Errat igitur Lambinus, qui à *timore multo* dictum arbitratur. Sunt, qui à *tumulo* derivatum velint, quaſi *tumulatus*. hoc eſt, turmatus. Hinc *tumultuari* propriè turmatim congregari ſignificat: vt Pſalm. 2. 1. vbi Hebræum verbum, רגשו, quod Græcus vertit, ἐφρύαξαν concitati ſunt; Heſych. φρυάσσεται interpretatur ἐπεγείρεται

Tumultus ac ſonitus. Bacch. 5. 1. ỽ. 1.

Tumulti: ἀρχαϊκῶς. Caſ. 3. 5. ỽ. 22. Pœn. 1. 1. ỽ. 79.

Tundo, tutudi, tuſum, & tunſum dicitur: vt *Panſum* & *Paſſum* vt

vt à *ſcando, ſcanſum*. Pſeud. 1. 2. verſ. 26. *At hæc retunſa eſt*. Ita etiam hoc loco Mſſ. Pall.

Tundere aures. Pœn. 1. 3. ✠. 25.

Tunica. Veſtis ruſticis & ſervis propria. Iuſtinus lib. 20. *ſordidâ ſerviliq; tunicâ diſcinctus*. Agellius 7. 2. Cicero in Rull. cap. *Iam verò qui metus erat tunicatorum illorum*.

Tunica ralla vide litt. R.

Tunica propior pallio. Proverbialiter. Trin. 5. 2. ✠. 30.

Tunica. Pœn. 5. 2. ✠. 15.

Tunica longa. Pœnol. 5. 5. verſ. 19. & verſ. 24. *Demiſſitia*.

Tunicas ponere : vide litt. P. *ponere*.

Tunicatus homo; miles. Pœn. 5. 3. ✠. 2.

Turba. Propriè eſt multitudo. Amph 1. 1. v. 69. Ab eâ notione eſt & altera, pro tumultu, & perturbatione, ſeu confuſione. Ciſtell. 1. 1. ✠. 31 *Hic meis turba oculis ſe obiecit*. h. e. turbatio.

Turbare : abſolutè, pro, turbas dare, excitare. Moſt. 2. 1. ✠. 68. *quæ facta hic turbavimus* : & 3. 1 ✠. 15. & 4. 3. ✠. 38 & 5. 1. ✠. 12. Bacch. 1. 1. ✠. 47. & 4. 9 ✠. 64. & 5. 1. ✠. 5. Epid. 2. 3. ✠. 7. *ſed me una res turbat, ratioque*. Bacch. 5. 1. ✠. 5. Epid. 2. 3. ✠. 7. *Me una res ratioq; turbat*. Mē. 3. 2. ✠. 21. Cicero: *M. Servilius in rebus omnibus turbarat*. Tacitus l. 4. *Cum repente turbare Fortuna cœpit*. Sic Petron. *Ego ſum ancilla Quartilla, cuius res ſacram ante Cryptam turbaſſis* Cic. l. 1. de fin. c. *At id ne ferè quidem faciunt, ut ita ruant, itaque turbent, ut earum motus & impetus, quò pertineant, non intelligamus*. ita Lāb. ex Mſſ. libb. vulg. *turbantur*. Varro lib. 3. de re ruſt. cap. 17. *Præterea ſalſamenta in eas piſcinas emptitia conjiciebat, cum mare turbaret*. Ita leg. ex v. c. vulgò *turbaretur*. Sic & alia innumerabilia verba quæ activa & neutra ut ſint, paſſivè tamen accipienda ſunt. Vide infr. Mātiſſa: *Verba activa*.

Turbare : pro, *inquietare facta*. Moſt. 2. 1. ✠. 68.

Turbare : turbas & dedecora facere. Caſ. 5. 2. ✠. 6.

Turbas turbare. tumultus excitare, eſſe tumultoſum, turbatum. Bacchid. 4. 10. verſ.

Turbela. Bacchid. 4. 9. verſ. 134. Pſeudol. 1. 1. verſ. 108. Sic enim vtrobique legit Meurſius ex Feſto. veteres enim dicebant *turba, turbela, ſuada, ſuadela, Adſidela, fuga, fugela*. Vnde apud Feſtum eſt: *Confugelam* antiqui *Confugium* dicebant. Poteſt tamen retineri lectio Mſſ. Pall. *turbella*: vt ſit ὑποκορισμόν. Sic Ariſtophan. in pluto de Cyclope: καὶ περιπάλλοντες ἠγύμθρον τοῖς προβατίοισι, οἱ κὠδὴ κατεδαρθέντες πυμείζαι λάβοντες ἡμμένον σφηκίσκον ἐντυφλῶσαι. Ecce μέζον σφηκίσκον. Sic Ioh. 2. 1. verſ. 11. ex Mſſ. legendum μεγάλων ἰχθυδίων· q̄ſtia voce vtuntur & cæteri Evangeliſtæ.

Turbida res & timida. Moſt. 5.1. ℣.11.

Turbines venti. Trin. 4.1. ℣.16.

Turbo ventus. Curc.5.2.℣.42.

Turbo citus Pſeud. 2.4. ℣.55. Tibull.l.1. Eleg.5. Virg. lib. 7. Æneid.

Turbulenta res. Epid. 1.1.℣. 68.

Turbulenta præda, tempeſtas. Rud.4.4.℣.138.

Turdetani, è Turdetania Bocolica, Hiſpaniæ regione, de qua Strabo. Capt.1.2.℣.54.

Turdus. Bacch. 4.6. ℣. 22.

Turgere. pro, iratum eſſe tralatione à fermento, vel quod irati buccas inflare ſoleant. Caſ.4.5.℣.17. Moſt.3.2. ℣. 10, Cicero Tuſc.3.cap.

Turgeſcere. Græcè ἰσδαίνειν. vide ſupra, *Sufflare*. Virgil. lib.1. Georg. ℣. *Et operta tumeſcere bella*. Ovid. Faſt. lib.2. *Iupiter intumuit*.

Turpare. Verbum ferè Poeticū. Eo tamen & Cicero interdum eſt vſus. Cicero apud Hieronymum ad Pammachium, de obitu Paulinæ. *Cùm quoſdam ait de Cæſare, ornare voluit, non illos honeſtavit, ſed ornamenta ipſa turpavit*. Lucret. lib.1. ℣. *Aulide quo pacto Triviai virginis aram, Iphianaſſai turparunt ſanguine fœdè Doctores Danaum--*

Turpe; pro, *turpitudine*. Moſt.1. 3.℣.129.

Turpilucricupidus; αἰσχροκερδής. Trin.1.2.℣.63.

Turpis, deformis. Pœn. 1. 2. ℣. 110.125. Vſurpatur etiam pro homine improbo, & quaſi ignominioſo. Cicero de domo ſuâ cap. *Quis provinciam homini poſt homines natos turpiſſimo, ſceleratiſſimo, contaminatiſſimo dedit?* Salluſt. *Turpem hominem quàm longiſſime à Rep. abeſſe volebant*.

Turpitudo; probrum, dedecus. Pſeud.3.1.℣.2.

Turtur. Pœn.2.1.℣. 40.

Turtur; forte obſceno & molliore ſenſu vſurpauit Plautus, vti quidem Douſæ placuit. Bacch.1.1.℣.35.

Tuſco modo quærere dotem. h. e. artibus meretriciis. Nam Tuſcorum ſeu Lydorum filiæ dotem quærebant corpore. Ciſt. 2.3.℣.20.

Tuſculum; ὑποκοριστικῶς. à *tus*. Aul.2.8.℣.15.

Tuſcus vicus, Romæ, ubi lenones & ſcorta maſcula, & puellæ meretrices erant. Curc. 4. 1.℣.21. Horat. lib. 2. Sat. 3. ℣.228.

—*Tuſci turba impia vici*.

Tutare; φυλάττειν. Merc. 5. 2. ℣. ℣.24. (℣.20.

Tutari; πεδαρτιμᾶς. Amph. 2.2.

Tutari. pro, cuſtodire. Amph.1. 1.℣.59.196. (℣.53.

Tute, vltimam corripit. Caſ.1.1.

Tute, tu. Curc.1.1.℣.9. *Pœn*. 3.3. ℣.96. Trin.1.2.℣.88.& 2.4.℣. 85.169.& 3.2.℣.37.& 3.3. ℣. 8.& 4.2.℣.135. Truc.1.2.v.90. & 4.3.v.19.69 Pſeud.2.4.v.33.

Tutè; tutò. Trin.1.2.℣.102. *Credo huic tutè*.

Tutela pro, cuſtodia. Truc. 5.1. ℣.75. *Tutela Veneris*.

Tutelam

Tutelam gerere ianua; cuſtodiam. Trucul. 2. 1. ℣. 43. & Trin. 4. 3. ℣. 51. *tutelam gerere tergo.*

Tutela interdum ſignificat Imagunculam, aut ſimulacrum navium, quod in puppi depictum, aut conſtitutum erat. Lactant. lib. 5. cap. *Rapuiſſe dicitur in aquilâ catamitum. Poeticus color eſt: ſed aut per legionem rapuit, cuius inſigne Aquila eſt, aut navis, in quâ eſt impoſitus, tutelam habuit in Aquilâ figuratam: ſicuti Taurum cùm rapuit & tranſvexit Europam.* Lexicon vetus ad S. Germani: *Tutela, παράσημον τοῦ πλοίου.*

Tutela ſua eſſe: ut, *eſſe ſui iuris*, h. e alieni ſemper arbitrij, ut pupilli. Seneca Epiſt. 33. *Adijce nunc, quod iſti numquam tutela ſua fiunt.*

In tutelam ſuam venire, aut, *veniſſe*, dicitur, qui puber factus liberatus eſt tutelâ. Sed de eo Plinius. Vide Lexic. Iuris. Cicero lib. 1. de Orat. cap. *Vt ſi ei filius non eſſet, qui in ſuam tutelam veniſſet, M. Curius eſſet hæres.* Et in Bruto cap. Si *pupillus ante mortuus eſſet, quam in ſuam tutelam veniſſet.* Sic in Inſtit. Iur. tit. de pupill. ſubſt. *Et ſi filius meus hæres mihi non erit, & prius moriatur, quàm in ſuam tutelam venerit.* Corn. Nepos in Eum. *Ex quo omnes cōmittentes Regem, & commiſiſſe: quoad liberi eius in ſuam tutelam perveniſſent.* Ita vett. libb.

Tutum; pro loco tuto. Moſt. 5. 1. ℣. 7.

Tuum eſt. ſc. officium. Bacch. 5. 2. ℣. 34. Pœn. 3. 1. ℣. 70. *Nec tuum quidem eſt amicis per iocum iniuſte loqui.* Vide Ellipſ. in Mantiſſa.

Tuus ſum: tua eſt. verba dicantis. Vide ſupra *Tibi ſit*.

Tympanotriba; homo eneruatus & effeminatus, quales erant Cybelæ ſacerdotes & exſecti Matris Deum, manibus tympana pulſantes. Trucul. 2. 7. ℣. 48. *Turneb.* 17. 27. & 24. 17.

Tympanum: attribuitur effeminatis: quales erant Galli ſacerdotes Cybeles, ſemiviri. Pœn. 5. 5. ℣. 38. *Cur non adhibuiſti dum iſthæc loquereris tympanum? Nam cinædum te arbitror.* Inde Propert. 3. Eleg. 17. ſcitè vocat *mollia tympana*: quæ ſcilicet molles decent feminas, & cinædos. Sueton. in Auguſt. *Viden' vt cinædus urbem digito temperat?*

Tuus ſum. Caſ. 3. 6. ℣. 15.

Tyrannus: princeps. Olim *πίστευ* erat. Curc. 2, 3. ℣. 6.

Tyrannus: de domino, ob magnificentiam. Pſeudol. 2. 4. ℣. 12. Vide *Servium* in 4. & 7. *Æneid.*

V.

V*Acare pecuniâ*, & *Vacua*, dicitur, ut & *Otioſa*, de quâ ſuprà, quæ in arcâ eſt. Cui cōtraria eſt, *Occupata fœnore*. Ita

Iuriſconſulti ſæpe loquuntur. L.12. cùm plures inf. §. de adm. tut. l. 28. Quinctus. De poſſ. 24. Titus de præſc. ✠.6.

Vaceſit. Poeticum: pro quo, *Vaceſcit*, malunt aliqui. Lucret. lib. 6. ✠.1003.

Hoc ubi inanitur ſpatium, multuſq; vaceſit
In medio locus.

Et mox ✠.1015.

Hoc fit idem cunctas in partes, unde vaceſit
Cumq; decus.

Vacivitas: vacuitas. *Aures vacivæ*. Curc. 2. 3. ✠. 40. Caſ. Prol. ✠.29.

Vacivus: vacuus. Caſ. Prol. ✠. 29. Caſ. 3. 4. ✠. 6. *Ædes vaciva*, Pſeud. 1. 5. T. 54.

Vaciva aures. Trin. Prol. ✠.11.

Vacivus virium: debilis. Bacch. 1. 2. ✠. 46. Sic Mamertinus Panegyr. dixit, *Vacuus annona*. Eumenis: *Vacuus commodorum*.

Vacuitas. Barbari *Carentiam* vocant. *Vitij doloris*. &c.

Vacuus noxiis. Merc. 5. 4. ✠. 23.

Vadari, eſt, in jus citare die dicta. Qui autem litem intendere alicui volebant, à Prætore poſtulabant, ut eum vadari liceret: ita ut *Vadari* ſit vades poſtulare, h. e. locupletes fideiuſſores, qui aliquem certa pecuniæ ſponſione vadimonium obiturum præſtabant. Aulul. 2. 4. verſu. 45. Perſ. 2. 4. ✠. 18.

Vadatus, paſſivè, h. e. validus acceptis obligatus. Bacch. 2. 2. ✠. 3. Nam alias *vadari aliquem* eſt vades ab aliquo accipere, qui ſpondeant illum judicio ſiſti.

Vades. oi. Perſ. 2. 4. ✠. 18.

Vadimonium; eſt ſponſio ſtandi in iudicio, ſeu ſatiſdatio judicio ſiſtendi cauſa. *Vadimonium Venereum*. Curc. 1. 3. ✠. 5. Vide, *Libellus Ven*.

Vadimonium facere; eſt, obire vadimonium, & ſe in iudicio ſiſtere, Phraſi Iuriſconſultorum, de qua prolixè multa Calvinus in Lexico ſuo Iuridico. Epid. 5. 2. ✠. 18.

Vadimonium ſiſtere. Ita Veteres eleganter locuti ſunt: videtur idem valere, quod, *Obire vadimonium*. Cicero pro Quintio. cap. 8. *Appellantur Tribuni: à quibus cùm eſſet certum auxilium petitum, ita tamen diſceditur, ut Idib. Septemb. P. Quintium ſiſti Sextus Alphenus permitteret. venit Romam. Quintus vadimonium ſiſtit. Iſte homo acerrimus, bonorum poſſeſſor, expulſor, ereptor, annum & ſex menſes nihil petit*. Dionyſ. Lamb. ita edendum curavit: *Venit Romam Quintius ad vadimonium. Siſtit ſe iſte homo*. Corn. Nepos in vita Attici: *Ipſi autem Fulvia cùm litibus diſtineretur, magniſque terroribus vexaretur, tantâ diligentiâ officium ſuum præſtitit, ut nullum illa ſtiterit vadimonium ſine Attico, ſponſor omnium rerum fuerit*. Sic ibi vetus cod. vulg. *præſtiterit*. Non rectè. Cato in Orat. contra Tiberium exulem: *Quid ſi va-*

vadimonium capite obvolato ſtitiſſes? apud Agell. lib. 2. cap. 14. ubi ait Agellius, quoſdam falſos & audaces emendatores ſupponere conatos *ſtetiſſes*. perperam. *Quoniam* inquit, *ſiſteretur vadimonium*, non *ſtaretur*.

In V*ado hæc eſt res*. Aul. 4. 10. ℣. 73 Rud. 1. 2. ℣. 81. *Navis in vado eſt*.

V*ado*. Eſt motu gravi & magno eo. Ut, in bellum, ad iter aliquod, ad locum moleſtum proficiſcor. ut, in carcerem. Cicero lib. 4. Attic. Epiſt. 9. Pompeius in Cumanum *Parilibus* venit: miſit ad me ſtatim, qui ſalutem nunciaret. Ad eum poſtridie mane vadebam, cùm hæc ſcripſi.

V*a!* dolentis vox multis linguis uſurpata. Heb. אוי. Græc. *οὐαί* Germ. & Polon. Weh. Vng. *jay*. Moſt. 3. 1. ℣. 18. ubi Mſſ. Schob. leg. *heu*. quod ipſum eſt ab Hebr. אוית. Pſeud. 2. 2. ℣. 36. Pœn. 3. 5. ℣. 28. Aſin. 2. 2. ℣. 40. Truc. 2. 3. ℣. 21.

V*a victis!* Pſeud. 5. 2. ℣. 19. Vide *Proverbia* in Mantiſſa.

V*anales*. Idem, qui *Novitij*. Eſt ſervorum genus. Ut *Tirones* in re militari. Quintil. lib. 8, cap. 2. *Item quod commune eſt, & aliis novũ intellectu, alicui rei peculiariter tribuitur.* Vt, Vrbem Romam *accipimus, & vanales, novitios, & Corinthio ære: cùm ſint urbes aliæ quoque, & venalia multa, & tam aurum & argentum, quàm æs Corinthium.*

V*anire*. Curc. 2. 1. ℣. 28. Men. 2. 2. ℣. 15. & 3. 3. ℣. 25. & 5. 9. ℣. 96. Pſeud. 4. 6. ℣. 27.

V*enire*; pro, vendi, falli, decipi. Bacch. 4. 7. ℣. 16.

V*anitudo*. Capt. 3. 4. ℣. 37.

V*agare*; ἀγροικῶς. Mil. 2. 5. ℣. 14. quamquam ibi aliter leg. Vide Animadverſ.

V*agina*; laſcivo ſenſu. Pſeud. 4. 7. ℣. 85.

Vagire; vide Ob*vagire*.

V*agiri*; p. *vagire*. Perſ. 2. 5. ℣. 18.

V*ah!* Admirantis. Curcul. 2. 1. ℣. 33. Curc. 3. ℣. 79. Pœn. 1. 3. ℣. 21. Trin. 5. 2. ℣. 13.

V*aha!* Interiectio admirantis, aut eludentis. Caſ. 4. 4. ℣. 25.

Valde; affirmandi particula. Pſeu. 1. 3. ℣. 109. Vide etiam, *Admodum*.

Qui *Valentes* à Cicerone, ab aliis *Validi* interdũ dicuntur. Sall. de Pomp. teſte Veget. lib. 1. c. 9. *De exercitu Pompeij Magni Salluſtius memorat, cũ alacribus ſaltu, cũ velocioribus curſu, cum validis rectè certabat.* Ita & Ter. Hecyr. 3. 5. ℣. *Bene factum, te adveniſſe Pamphile. Atq; adeo, quod maximum eſt, ſalvum atq; validũ.* Vbi Don. *Validus, robuſtus, & habitior corpore.*

Vale dici ſolebat mortuis Ovid. lib. 3. Faſt. *Terque Vale dixit: cineres ter ad ora relatos Preſſit.* Cat. *Tuq; in perpetuũ, frater, Ave, atque Vale.* Virg. lib. 11. Aen. ℣. *Salve æternũm mihi, maxime* Palla. *Æternũq; Vale.*

Vale. Vbi Servius: *Vale dicimus mortuis, non quod valere poſſint, ſed quia id dicitur recedentibus à nobis.* Idem in illud Virgil. lib. 3. Aen. *Et magnâ ſupremum voce ciemus: Dicimus*, inquit, *mortuis Vale; nos te ordine, quo natura permiſerit, cuncti ſequemur.* Auſonius in Parental.. *Valete Manes inclytorum Rhetorum.* Plutarch. lib. de Garrul. Fulvius cùm prodidiſſet, ab Auguſto ſibi commiſſum arcanum, & dixiſſet, χαῖρε καῖσαρ & ille reſpondiſſet, ὑγίαινε φύλβιε, h. e. *Vale.* ſe mori juſsũ intellexit: quòd hæc eſſet veſpertina ſalutatio, & mortuorum, illa matutina.

Vale atq; ſalve. Capt. 3. 5. ✝ 86. Curc. 4. 2. ✝. 38. & 4. 4. ✝. 32. Ciſt. 1. 1. ✝. 118. Bacc. 4. 9. ✝. 11.

Valens minus: æger. Truc. 2. 7. ✝. 24.

Valens; validus, robuſtus. Aſin. 3. 2. ✝. 19, 29. Bacch. 1. 2. ✝. 46.

Valens adverſarius. Capt. Prol. ✝. 64.

Valentula: viribus valens. Caſ. 4. 4. ✝. 26.

Valere: ambiguè dicitur, pro, *perire*, & *ſanum eſſe.* Moſtell. 2. 1. ✝. 27.

Valere variè: nunc bene, nunc male. Epid. 1. 1. ✝. 15.

Valere pugilicè & athleticè. Epid. 1. 1. ✝. 18. Eſt, belle valere.

Valere pancraticè & athleticè. Bacch. 2. 3. ✝. 14.

Valere; poſſe. Mercat. 3. 2. ✝. 10. Truc. 4. 3. ✝. 38. *Plus poteſt, qui plus valet.*

Valere, & validum tenere. Truc. 1. 2. ✝. 25. (✝. 51.

Valere: validum eſſe. Amph. 5. 1.

Quò *Valere*: Eò *valere*. hoc eſt, Ad quid, ad hoc. Corn. Nepos in Themiſtocl. *In reſponſum quò valeret, cùm intelligeret nemo, Themiſtocles perſuaſit.* Ibid. *Hoc eò valebat, ut ingratiis ad depugnandum omnia cogerentur.*

Valet pectus perfidia. Bacch. 2. 2. ✝. 48. (5. ✝. 8.

Valetur. Impersonaliter. Perſ. 2.

Valgus: qui diverſas habet ſuras, atque talos vitioſos, qui inceſſus eſt cancrorum & lacertorum. στρεβλόπους. Mil. 3. 1. ✝. 127. & 2. 1. ✝. 16. *Valga ſavia*, ſunt labia foràs verſa, tumentia: quibus meretrices laceſſunt & invitant ad ſe amantes. Sic Petrón. Satir. *commovebat valgiter labra.* Vbi vide Commenta. Gonzalis de Salas pag. 91.

Validè: affirmandi particula: pro, *ſanè*. Pſeud. 1. 3. ✝. 129.

Validè; valdè. Amph. 5. 1 ✝. 10. 78. Merc. Prol. ✝. 48. Rud. 1. 1. ✝. 14.

Validus: ſanus. Men. 5. 3 ✝. 2.

Validus: robuſtus. Amph. 1. 1. ✝. 7. Græcè ἰσχύων. *Vale* prægnans verbum, quo precabantur ſalutem amicis. Et fuit verbum militare, cũ dicebatur βάλλε!

Vallum ſcindere, & *Reſcindere.* Phraſis militaris: aggerem caſtrorum rumpere. Virg. Aen. lib. 9. ✝. 524.

Reſcindit vallum, & ſcalas in mœnia ponit.

Et

Et antea: *Sed vos ô lectiu ferro qui ſcandere vallum Apparat.*

Vallum ferre. Dicebatur miles, qui ea, quæ ad vallum faciendum eſſent utilia, ferrent, qui inquam, ferrent vallos, ſeu palos, ſive χάρακας. Livius l. 23. cap. *Ad tres portas in hoſtes verſas, tripartito exercitu inſtruxit, impedimenta ſubſequi juſſit, calones, lixaſq; , & invalidos milites vallum ferre.* Horat. Epod. 7.

Romanus (Eheu! poſteri negabitis!)
Emancipatus femina
Fert vallum, & arma miles, & ſpadonibus
Servire rugoſis poteſt.

Cicero lib. 2. Tuſcul. cap. 16. *Deinde qui labor, quantus agminis ferre plus dimidiati mēſis cibaria; ferre, ſi quid ad uſum velint; ferre vallum. Nam ſcutum, gladium, galeam, in onere noſtri milites, non plus numerant, quàm humeros, lacertos, manuſque.* Livius lib. 3. cap. *Tum quicumq; ætate militari eſſent, armati cum cibariis in dies quinq; coactis vallisque duodenis ante Solis occaſum, Martio in campo adeſſent. Quibus ætas ad militandum gravior eſſet vicino militi, dum is arma pararet, ſumſere unde cuique proximum fuit, prohibitus nemo eſt.* Et lib. 57. c. *Militem quotidie in opere habuit, & 30. dierum frumentū ac ſeptenos vallos ferre cogebat, agrè propter onus incedenti dibat: cùm gladio te vallare ſciris, vallum ferre deſinito.* Et lib. 10. cap. *Et jam breviore intervallo certiora intuentes, vallum ſecum portare Samnitem affirmant, nec dubium eſſe, quin caſtra circumvallaturi ſunt.* Et lib. 3. *Tribunus militum imperavit, ut ſarcinas in unum Corvinii jubebant militem cum armis valloq; , redire in ordines ſuos.*

Valuiſtine uſq;. Forma ſalutandi eos, quos ex intervallo videbant. Curcul. 1. 1. ỿ. 16. Bacch. 2. 3. ỿ. 14. Moſtell. 2. 2. ỿ. 19. Epid. 1. 1. ỿ. 19. *perpetuóne valuiſti?*

Vanidici; compoſitione Comicâ: ut alia multa apud noſtrum Trin, 2, 1. ỿ. 37.

Vaniloquentia. Rudent. 4. 1. ỿ. 14.

Vaniloquidorus; compoſitio ficta. Perſ. 4. 6. ỿ. 20.

Vaniloquus. Amph. 2. 2. verſ. 222.

Vapulare, verberari. *Aſin.* 2. 3. ỿ. 24. Amph. 2. 2, ỿ. 222.

Vapulare; pro, *miſerum eſſe*, dolere. οἰμώζειν. κλάειν. Curc. 4. 4. ỿ. 14. Vidē *Proverbia* in Mantiſſa.

Vapulat peculium h. e. patrimonium imminuitur, & diſſipatur. Stich. 5. 5. ỿ. 10.

Vapules! Verbum contemnentis alterius minas: ut illud Græcorum οἰμώζειν, *plorare.* Perſ. 2. 3. ỿ. 17. *Aſin.* 2. 4. ỿ. 72. Curc. 4. 4. ỿ. Vulgatum dictum libertæ: *Salve liberta. Vapula papiria.*

Variatā

Digitized by Google

Variari virgis & loris: verberari & lacerari. Pœn. Prol. ℣.26.

Varius virgis; cruentus, ita ut corium non ſit unius coloris, Mil.2.2.℣.61. Pſeudol. 1.2.℣. 12. *faciam, ut latera validè varia ſunt.*

Varro. Olim idem quod *Ruſticus* & *Agricola*. Ex eo Cicero homines inſulſos & impolitos & agreſtes videtur appellaſſe *Varrones*: quemadmodum & *Rupices* (quod verbum idem quoque valet, quod Ruſticus) dicuntur homines impoliti & indocti. Vide ſupr. *Rupices* Alii in libb. Ciceronis, ſcribunt *Varrones*, alii *Barones*, alii aliter & ſcribunt & interpretantur, quaſi nomina propria eſſent, aut neſcio quid aliud. Mihi vix liquet. Cicero lib.5. Attic. Epiſt. 11. *Apud Patronem & reliquos Varrones te in maximâ gratiâ poſui*. Et lib. 2. de fin. cap. *Hæc cum loqueris, nos Varrones ſtupemus: tu videlicet tecum ipſe rides.*

Varus: qui eſt varis & diſtortis cruribus. Merc.3.2.℣.54. Mil. 3.1.℣ 127.

Vaſa, de genitalibus. Pœn. 4.2. ℣.41. Pſeud.4.7.℣.92.

Vaſa, pro omni inſtructo, ea ſuppellectili: ut & cùm militei vaſa colligunt. Livius lib.27. cap. *Hic anxius curis, exſtinctis ignibus, vigiliâ primâ dato ſigno, ut taciti vaſa colligerent, ſigna ferri juſſit.* Eodem lib. *Si collis, in quem ſpeculatum venirent, placuiſſet, vaſa colligerent, ac ſequerentur.* Plautus *Aulul*.2.3.℣.3. *Vaſcula intus pura præpara, atq; elue: filiam deſpondi ego.*

Vaſa ahenea. Pſeudol. 2. 2. verſ.61.

Vaſa pura. Capt.4.2.℣.81.

Vaſa Samia. Vide litt. *S*.

Vaſcula eluere. Aul.2.3.℣.3.

Vaſculum vinarium. Trin.4.2. ℣.46.

Vaſum argenteum, ahenenm. Truc.1.1.℣.33.34.

Vaſtam facere vrbem: vaſtare. Bacch. 4.6.℣.130.

Vaſtities: ſolitudo, defectio. *Sic loca vaſta*, quæ ab omnibus deſeruntur. Pſeud.1.1.℣.68.

Vaſtitas, ut *Calamitas*, *Peſtis*, *Tempeſtas*. Ita eo utuntur, de homine omnia vaſtante. Cicero lib.10. Philipp. cap. de C. *Antonio*: *Quæ tempeſtas. Dî immortales! quæ flamma, quæ vaſtitas; quæ peſtis Græciæ fuiſſet?* Et lib.1. Divinat. cap. *Et cùm admiratum quæſiſſe de Deo, quid nam illud eſſe tale monſtrum, & Deum reſpondiſſe, vaſtitatem eſſe Italiæ.*

Vaſtus: pro inani, vacuo, ſolo, ac deſerto. Livius lib. 23. c. *Itaq; urbe defenſoribus vaſtatâ facile potiti ſunt hoſtes.* Ubi Sigon. legit, *vacua* ex vett. c. ut ait. Ego *vaſta* prætulerim. Et lib. 28. cap. *Vrbs vaſta ac deſerta priori quidem Philippi bello.* Et eodem lib. *Et infrequentes ſe vrbes, agrum vaſtũ ac deſertum habere.* Salluſt. Jug. c. *Mons & ab naturâ et ab humano cultu vaſtus.* Cicer. de leg. Agrar.1.c. *Alterũ*

genus

genus agrorum propter ſterilitatem incultum, propter peſtilentiam vaſtum ac deſertum emetur.

Vates bonus. Mil.3.3.℣.37.

Vaticinari, pro nugari, & quaſi inania, obſoleta profundere, inepte. Ita & Græce *μαντίνεσθαι* dicunt. Cicero pro Sextio in Piſon.cap. *Invehens ſolitum laudare Philoſophos illos, qui voluptatibus omnia metiuntur, Epicureos: alios qui virtutibus, ut Peripateticos & Stoicos ridere ita ait. Eos autem, qui dicerent, dignitati eſſe ſerviendum Reipubl. conſulendum* &c. *ſubeunda pro patriâ pericula, vulnera excipienda, mortem oppetendam, vaticinari, atque inſanire dicebat.* Idem lib. 2. Epiſt. 16. Cælio: *Sed ego fortaſſe vaticinor: & hac omnia meliores habebunt exitus.* Plautus Pſeudol.1.3.℣. 128. *Vaticinamini.* Quod dictum Plauti inter Proverbia retulit Eraſmus, cui Græcum illud. Ἀρχαῖα λέγειν ſimile eſſe ait pag.1970.

Vaticinari vetera. Pſeudol. 1. 3. ℣.128.

Vber onus. Pſeud.1.2.℣.64.

Vberrimus fructus. Pſeudol. 5. 2. ℣.11.

Vbertas. Idem quod *Fætus*: de quo ſupra. Græcè *φορά*. de hominibus dicitur, idem valens, quod *Copia*, multitudo, proventus. Cicero pro domo cap. *Sed quos orietur aliquando in tanta ubertate improborum, qui in meis ædibus aliquem religionem reſidere diceret.*

Vbi: notat materiam ex qua. Aſin.4.1.℣.22.

Vbi: notat ſubiectum loci. Moſt. 2.1.℣.1.

Vela ſcindere. Trin.4.1.℣.18.

Vbi: apud quem. Caſ.2.3.℣.37.

Vbi: pro, *in quo.* Amph.2.2.℣.68. Epid.3.3.℣.2. Mil.2.1.℣.40. *Navis vbi vectus fui.*

Vbi dum. Epid.3.4.℣.73.

Vbi gentium Aſin.2.2.℣.21. Epid. 5.2.℣.13. Pſeud.2.2.℣25. Rud. 2.4.℣.12. Trucul.5.1.℣.22. Merc.2.3.℣.97. Sic, *Minime gentium.* Merc.2.3.℣83. Et, *Nuſquam gentium.* Merc.3.4. ℣.21. *Quoquò gentium.* Merc. 5.2.℣.17. *Vſquam gentiũ.* Aul. 3.1.℣.8. Pſeud.1.1.&.96. *Vnde gentium.* Aſin.1.1.℣.77. *Quò gentium.* Bacch.4.7.℣.33. Vide in Mantiſſ. *Pleonaſmus.*

Vbi vbi gentium. Milit.4.9.℣.2. Aſin.2.2.℣.21.

Vbi loci. Capt.5.2.℣.5. Rud.2.7. ℣.13. & 4.4.℣.117. Merc.5.4. ℣.26. Aſin.1.1.℣.17.

Vbi terrarum. Amph.1.1.℣.180. Aſin.1.1.℣.17.

Vbi hinc. quò. Aul.2.2.℣.66. Vide Alb. Gentilem de nuptiis, pag.128.

Vbi: pro, ſi, quando, quandocunque, vbicunque. Epid. 1.1.℣. 37. & 1.2.℣.10. & 3.3.℣.41. & 4.2.℣.18. Bacch.1.1.℣.2. & 2. 3.℣.18 & 4.4.℣.34.37. Moſt. 1.3.℣.115. & 4.1.℣.21. Aul.2. 2.℣.7. Truc.2.4.℣.73. Men. 1.3℣.7.

Vbi, ibi: particula *διαφορική.*

Aul.

Digitized by Google

Aul.3.5.ỿ.51. Epid.4.2.ỿ.25. Bacch.1.1.ỿ.2.

Vbitum. Bacch.4.4.ỿ.57.

Vbi, continuò. Epid.1.2.v.52.

Vbi? quo loco. Aul.1.1.ỿ. 24. Mil. 2.1.ỿ.4. Trin.1.2.ỿ.108. & 4. 3.ỿ.33.

Vbi; in quibus. Trucul. 1. 1. verſ. 53.

Vbi, vbi; pro, *vbicunque*, elegãtiſſima forma Plautina. Aſin. 2.2.ỿ.21. Curc.2.2.v.3. Caſin. 3.6.ỿ.3. Epid.3.4. ỿ.60. Bacchid.5.1.ỿ.1. *Mil.* 2.4.ỿ. 46. Rud. 4.6.ỿ.6. Cicero lib. 1. Tuſcul.cap. *In quo igitur loco eſt? Credo equidem in capite; & cur credam adferre poſſum. Sed de hoc aliàs: nunc ubi ubi ſit animus, certè quidem in te eſt.*

Vbi; pro. *poſtquam.* Capt.3.2.ỿ. 2. Ciſt.2.3.ỿ.35. & 3. verſ. 19. & *Grex.* ỿ.3. Epid.1.1.ỿ 69. 84.& 1.2.ỿ.51, & 2.2.ỿ.95. & 3.3.ỿ.4. & 5.1.ỿ.49. Bacchid. 1.1.ỿ.11. Menæch. 1.2. ỿ.33.& 2.1.ỿ.32. Moſt.1.2.ỿ.51.& 1.3. ỿ.97.& 2.1.ỿ.1. Mil.2.1,ỿ.31. 37. Pœnol.1.2.ỿ.85.& 3. 1.ỿ. 57.&4.2.ỿ.31.33. Stich.4.1.ỿ, 52. Trin.3.2. ỿ.73. & 4.1.ỿ. 11. Trucul. 2.6.ỿ.64. & 2.5. verſ. 25. & 4. 4.ỿ.15.18.

Vbi: quia. Pſeudol. 4. 7. verſ. 17.

Vbi; tempus notat. Ciſtell.1.1.ỿ. 26.

Vbique. Idem quod, *Vbicunque.* Ut, *quandoq;, quiq;.* Vulgus putat, id valere, quod, *omni in loco*, quæ Græcè πανταχῆ. Sed errat. Id Veteres, inprimis Cicero, dicunt, *uſquequaq;, undiq;, ubiq;.* Vide infr. Mantiſſa de *Particulis.* Non aliter quoque Juriſconſul. uſurpant. l. fundi 77.ff. de contr. eant. *In lege fundi vendundi lapidicinæ in eo fundo, ubique eſſent, exceptæ erant.* Et l. Quod niſi fiat 20.ff. de oper. libert. *Non eſſe iniungendam neceſſitatem liberto, ubiq; eum ſequi.* Cicero lib.4. de fin. cap. *Nam ex eiuſdem verborum præſtigiis & regna nata vobis ſunt, & imperia, divitiæ, & tanta quidem, ut omnia, quæ ubiq; ſunt, ſapientis eſſe dicatis.* Sic & accipiendum videtur illo loco lib.1. Tuſcul.cap. *Quod ſi omnium conſenſus naturæ vox eſt, omneſq; qui ubique ſint, cõſentiunt, eſſe aliquid.* Et lib.2. de Divin. cap. *Volunt enim illi omnes eodem tempore orſos, qui ubiq; ſunt nati, eâdem conditione naſci,* Livius initio l. 36. cap. *Quiſq; magiſtratus eos ludos, quando, ubique faxit hi ludi rectè facti, donaq; data rectè ſunt.*

Vdones. Sunt calceamenta ex hoedinis pellibus fieri ſolita, ut Bayſeus putat, ſed certi ſocci ex panno villoſo, ut ex Giliciâ, facti: cuiuſmodi hodieque multi utuntur. Vide & *Cudones.* Variè hoc nomen ſcriptum reperitur. *Vdones, Oedone, Odones.* ὕδωνες. Ego Latinè *Vdones* rectè ſcribi exiſtimo, ut Græcè, Ὄδωνες. Nam

hi ferè

hifere *o*, ubi illi *u* habent. Martialis:

Non hos lana dedit, ſed dentes barba mariti
Cinyphio poterit barba latere ſinu.

Verba dare facetè. Men. 1.2.℣.22.

Verba facere: diſputare, obloqui. Aul. 2.1.℣.51. & 3.5.℣.23. *lepidè verba facit ad parcimoniam* Epid. 1.2.℣.38. Mil. 4.3.℣.22. Pſeud. 2.2.℣.43. Trucul. 2.4. ℣.51.

Verba facere a mortuo. Pœn. 4.2. ℣.18.

Verba facere pudicè, cogitatè, & commodè. Pœn. 5.4.℣.49.

Verba fabulari: dare. Pſeud. 1.3. ℣.26.

Verba certa, pro ſolemnibus. Cicero lib. 2. de Nat. Deor. cap. *At verò apud maiores tanta Religionis vis fuit, ut quidam Imperatores & ſe ipſos Diis immortalibus capite velato verbis certis pro Republ. devoverent.* Sic v.l. Sed Lamb. *verbis conceptis*. Pompon. l. 1. §. deinde. D. de origine Iuris *certas actiones* dixit *ſolemnes*, & *verba certa*. Iuſtinian. procurator de his, per quos agere poſſ. quæ Theophilus ita vocat τυπικῶς. Feſtus, *Minora*, inquit, *templa fiunt ab Auguribus, cùm loca aliqua tabulis aut linteis ſepiuntur, ne uno amplius oſtio pateant, certis verbis definita.*

Verba inverſa: pro non rectis, & apertis, ſed obliquis, perplexabilibus. Lucret. lib. 1. verſu 641.

Omnia enim *ſtolidi magis admirantur, amantq;*
Inverſis quæ ſub verbis latitantiaq; cernunt.

Apuleius Apolog. *At primò quidem voluntatem meam verbis inverſis periclitabundus.* Talia verba inverſa loquitur Syrus ſervus apud Terentium Heaut. 2.3.℣.31. vide.

Verbena. Truc. 2. 5. ℣. 27.

Verberaliſſimus: per iocum de ſervo verberibus digniſſimo. Aul. 4. 4. ℣. 6.

Verberantes: πυθηπικοῖς. qui verberantur. Truc. 4. 3. ℣. 3.

Verberare: eleganter Plautus uſurpat, quando dicit Amph. 1. 1. ℣. 177. *vox aures meas verberat*. Sic Lucret. V. 955. *Verbera ventorum*. & V. 486. *verbera radiorum*. Et Q. Cicero: *verberavi te cogitationis taci to duntaxat conuitio*. Et Valer. vbi de neceſſitate: *Itaq; Campana urbis, qui Punicam feritatem delitiis ſuis cupidè fovit, in propinquo ſitum Caſilinam modò rarum, virtute clarum, perſeverantis amicitia pignore, impios oculos verberavit*.

Verberare: pro. fallere, decipere. Pſeud. 1. 1. ℣. 118. & 1. 5. ℣. 60. & 2. 2. ℣. 9. Vide *Tangere*, & *percutere*. Terent. Phorm. 1. 1. ℣. 13. & Propert. lib. 3. Eleg. 3. ℣. 50. *Qui volet auſteros arte ferire viros*. vbi vide Paſſerat. & ſupr. *Tangere*.

Verberare alicui os argento. Moſt. 3. 1. ℣. 91.

Verberare lapidem. Curcul. 1. 3. ℣. 41.

Verberare verbis. Truc. 1. 2. ℣. 17.

Verberea ſtatua; de ſervo benè verberibus exercito. Capt. 5. 1. ℣. 31. Pſeud. 4. 1. ℣. 7.

Verbero; Convitium in ſervos. Amph. 1. 1. ℣. 25. 128. 188. & 1. 3. ℣. 21. & 4. 2. ℣. 9. Curc. 1. 3. ℣. 40. Caſ. 2. 6. ℣. 28. Moſt. 5. 2. ℣. 11. Mil. 2. 3. ℣. 51. & 2. 6. ℣. 20. & 4. 2. ℣. 65. Merc. 1. 2. ℣. 77. Pſeud. 1. 3. ℣. 125. & 4. 4. ℣. 9. & 4. 7. ℣. 63. Eſt autem *Verbero* idem qui, *plagitriba*, cuius coſtæ plagis & verberibus callent.

Verbi velitatio; λογομαχία. egregia compoſitione ὑφ᾽ ἕν. Aſin. 2. 2. ℣. 41. Sic ibi Meurſius; ſed vulgata lectio non ſpernenda.

Verbis vincere. Mil. 2. 2. ℣. 31.

Verbis alicuius *ſalutem ſcribere*. Trinum. 3. 3. ℣. 42. Bacch. 4. 4. ℣. 79.

Verbis meis; hoc eſt, meo nomine. Amph. 3. 3. ℣. 12. Mil. 3. 3. ℣. 39. Rudent. 2. 3. ℣. 74. Mercat. 4. 4. 47. Amph. 4. 3. ℣. 66. *Hunc tuis verbis voco*. Bacch. 4. 4. verſu 79. Milit. 4. 4. verſu 48.

Verbis conceptis iurare. Aſin. 3. 2. ℣. 16. Bacch. 4. 9. ℣. 105. Pſeud. 4. 5. ℣. 5. Vide litt. C.

Totidem verbis. vide ſupr. *Totidē*.

Verbo. Germ. Mit einem Wort. Aſin. 4. 1. ℣. 55.

Verbo iſthoc, h. e. condicto, iam ſtatim. Curc. 1. 3. ℣. 56.

Verbo eloqui. Truc. 4. 2. ℣. 43.

Verborum ſcelus. Amph. Sc. DI voſtr. ℣. 55.

Verborum tantillum dare. Trin. 1. 2. ℣. 22.

Verbum facere. Aſin. 4. 1. ℣. 47.

Verbum; proverbium. Merc. 4. 4. ℣. 31. Moſt. 3. 2. ℣. 104. Trucul. 4. 4. ℣. 32. Pœn. 1. 1. ℣. 7. *verbum vetus*.

Verbûm ſatis. Bacch. 4. 8. ℣. 37. Rud. 3. 6. ℣. 28. Tru. 2. 8. ℣. 14.

Verbum; pro. *quovis dicto*. Caſ. 2. 5. ℣. 38.

Ver-

Verbum inſanum. Men. 5. 5. ✠. 28.

Verbum addere. Trin. 2. 4. ✠. 63.

Verculum ὑποκοριστικὸν, à vere, in blanditiis amantium. Caſ. 4. 4. ✠. 15.

Verecundari. Trinummo. 2. 4. ✠. 77. *Verecundari neminem apud menſam decet:* inquit Paraſitus.

Vereor ut: vereor ne. Illud expetentis, hoc nolentis, & aſpernantis. Vide infr. Mantiſſ. *de Particulis*. Cicero de leg. Agrar. ad popul. cap. *Hoc quia nos fœdus non juſſeritis, veretur Hiempſal, ut ſatis firmum ſit, & ratum*. Idem pro Flacco c. *Nunc vereor, ne non modò non profuit, verùm etiam aliquid obfuit*. Et lib. 3. de Orat. cap. *Atque etiam ſi vereare, ne paulò durior translatio eſſe videatur, mollienda eſt*. Ibid. *Quod iam vereor, ne huic Catulo videatur eſſe puerile*.

Vereri: τεχνικῶς: pro, verecundia Bacch. 1. 2. ✠. 50. *hic vereri perdidit*. Vide *Infinitivi* in Mantiſſ.

Veretur mei. Mil. 4. 6. ✠. 51. Sic locutus quoque Apuleius lib. 2. Metam. *Quin etiam ipſe parentem tuam accedis & ſalutas? vereor ignota mihi fœmina?* Terent. Phorm. 5. 8. ✠. 78.

Vergiliæ. Amph. 1. 1. ✠. 118. Sunt ſeptem ſtellæ in Tauro: ſic dictæ, quia poſt vernum tempus oriuntur. Helice. Græcè *Pleiades*. Aliàs *Maſſa* dicuntur. Ger. Einhauffen Stein. Gallina, Die Gluck. *Septiſtellium*, Das Siebengeſtirn. Angli *Brutrionem* vocant: gallinam habentem pullos: Ger. Bruthun.

Verior: veracior. Rudent. 3. 4. ✠. 46.

Veris modis. Caſ. 3. 5. ✠. 4.

Veriſimile, &c. *Vt veriſimile eſt*, ut hoc fiat, vel, factum ſit. Sic interdum locuti ſunt Veteres, etſi uſitatius ita: *Veriſimile eſt hoc fieri*, factum eſſe, futurum, ut εἰκός. Cicero pro Roſcio Amer. cap. *Non eſt ita profectò, Iudices, non eſt veriſimile, ut Chryſogonus horum litteras adamarit, non ut rei familiaris negotio diligentiam cognorit eorum & fidem*. Idem 4. Accuſ. Verrem. cap. *Quid ſi magnitudine pecuniæ perſuaſum eſt ei? veriſimile non eſt, ut ille homo locuples, tam honeſtus religioni ſuæ monumentiſque Maiorum pecuniæ anteponeret*. Idem pro Sylla cap. *Iam verò illud quàm incredibile? quàm abſurdum? qui Romæ cædem facere, cum familiariſſimum ſuum dimittere ab ſe, aut in tantis rebus, hominem amantiſſimum ſui dimittendum eſſe arbitraretur? Veriſimile non eſt in ſecundis rebus, quem in otio ſecum ſemper habuiſſet, hunc in adverſis ad ſe dimittere*. Cicero in Bruto cap. 17. *Non veriſimile eſt, quàm ſit in utroq; genere & creber & diſtinctus Cato*.

Veritas p virtute, probitate. Ver⁹, p recto, bono, inſigni. verè recte

Digitized by Google

recte & ſincere. Tacitus lib. 1. Ann. cap. *Multaque eo coram adverſus ambitum & potentium preces conſtituta. Sed dum veritati conſulitur, libertas corrumpitur.* Cic. in Bruto cap. 18. *Quis enim eorum, qui hæc minora animadvertunt, non intelligit, Canachi ſigna rigidiora eſſe, quàm ut imitentur veritatem? Calamidis dura illa quidem, ſed tamen molliora, quàm Canachi. Nondum Myronis ſatis ad veritatem adducta, jam tamen, quæ non dubites pulchra dicere: pulchriora etiam Polycleti, & jam planè perfecta, ut mihi quidem videri ſolent.* Et in Orat. perf. cap. 69. *Etſi enim à formâ veritatis, & ab Atticorum regulâ abſunt, tamen hoc vitium compenſant vel facultate, vel copiâ.* Et lib. 6. Epiſt. 22. ad Thoranium: *Magna enim conſolatio eſt, cũ recordare, etiamſi ſecus acciderit, te tamen rectè vereque ſenſiſſe.* Et lib. 3. Offic. cap. 2. *Sed cùm tota Philoſophia, mi Cicero, frugifera & fructuoſa, nec ulla pars eius inculta & deſerta ſit, tùm nullus feracior in eâ locus eſt, nec verior, quàm de Officiis, quibus conſtanter, honeſteque vivendi præcepta ducuntur.* Sic ex vett. libb. leg. vulg. *nec uberior.* Idem lib. 6. Epiſt. 1. ad Torquatum: *Simus igitur eâ mente, quam ratio & veritas perſcribit, ut nihil in vitâ nobis præſtandum præter culpam, putemus, quam veritas præſcribit.* nam in q. lib. eſt, *quam rei veritas præſc.* Cicero Verr. ult. in fin. *Si ullã de rem niſi officium & veritatem omnes mea cura, vigilia cogitationeſq; elaborarunt.* Et Verr. cap. 2. *Sin iſtius ingentes divitiæ judiciorum religionem veritatemque perfregerint.* Et 3. Verr. cap. 62. *Semper habuit venalia, fidem, juſiurandum, veritatem, officium, religionem.*

Veritas vitæ. Cic. lib. 1. de Orat. cap. ubi de philoſophorum opinionibus, & animorum motibus agit: *Partim qui tolerabiliores volunt eſſe, & ad veritatem vitæ propius accedere.* Horat. lib. 2. Epiſt. 2. ỹ. 144.

Sed veræ numeroſq; modoſq;
edicere vitæ.

Sic ibi v. cod.

Veritas. h. e. uſus vitæ, & natura rerum, communis vita. Cicero pro Murena cap. 29. *Acceſſit his tot doctrina non moderata nec mitis, ſed ut mihi videtur, paulò aſperior, & durior, quàm aut veritas, aut natura patiatur.*

Veritas: ut contrariũ opponitur Imagini, fictioni. Et *ſinceritas.* Papinianus JC. l. 28. tit. 2. Filio quem. D. de lib. & poſt. *Ne imagine naturæ veritas adumbretur.* Cic. pro Roſc. Am. cap. 16. *Etenim hæc conficta arbitror à poetis eſſe, ut effictos noſtros mores in alienis perſonis, imaginem noſtræ vitæ cottidianæ videremus. Age nunc, refer animum ſis ad veritatem.* Et lib. 5. Tuſcul. cap 5.

Imagi-

Imagines cùm conſtituti ante oculos, cùm animum ab iſtâ picturâ, Imaginibuſque virtutemq; traduxeris. Et lib. 3. Offic. cap. 17. *Sed nos veri Iuris, germanæq; Iuſtitiæ ſolidam & expreſſam effigiem nullam tenemus: umbrâ & imaginibus utimur: eas ipſas utinam ſequeremur! Feruntur enim ex optimis naturæ & veritatis exemplis.* Terent. Andr. 1. 1. ℣. 41. *Obſequium amicos, veritas odium parit.*

Veritus. *Quem non eſt veritus.* Cicero lib. 2. de fin. cap. 15. *Primùm Ariſtippi, Cyrenaicorumq; omnium, quos non eſt veritum, in eâ voluptate, quæ maximâ dulcedine ſenſum moveret, ſummum bonum ponere.*

Veriverbium, veritas. Capt. 3. 4. ℣. 36.

Verna. Truc. 2. 7. ℣. 27.

Verna natus. Amph. 1. 1. ℣. 24.

Vernaculum conſilium. Pœn. 4. 2. ℣. 105.

Vernilis, Vernilitas, Verniliter, Blandus, blanditiæ, blandè. Seneca lib. 2. Ben cap. 11. *Et hæc ipſa non verniliter*, hoc eſt, blandè, & cum adulatione. Epiſt. 95. *Hæc ſive levitas eſt, ſive vernilitas.* Tacitus lib. 2. Hiſtor. de Vitellio: *Quamvis vernilibus blanditiis velaret.* Gloſſæ: *Vernilis*, civilis, urbanus, πολιτικός.

Verò; Eleganter ornat ſenſum. Epid. 1. 1. ℣. 3.

Verò. Adverſativæ particulæ vim habet. *Moſt.* 1. 2. ℣. 76. & 3. 1. v. 18. 46.

Verò; pro, *tamen.* Caſin. 3. 6. verſ. 7.

Verò; eleganter ſervit Ironiis. Aul. 2. 4. ℣. 6. *Beatus verò eſt nunc.* Moſt. 3. 1. ℣. 56.

Verò & verum. Particulæ aſſentientis, idem quod *Immò.* Pœn. 1. 2. ℣. 291. Caſin. 2. 6. ℣. 50. Rudent. 4. 3. ℣. 56. Aſin. 4. 1. ℣. 45. Men. 5. 7. ℣. 35. Perſ. 4. 6. & 10. Utitur quoque Terentius Andr. 4. 4. ℣. 19. Eun. 2. 3. ℣. 55. & 3. 1. ℣. 11. & 5. 6. ℣. 18. Adelph. 3. 4. ℣. 23. & 4. 2. ℣. 4.

Verò; certè. Aſin. 1. 1. ℣. 42. & 2. 2. ℣. 1. & 3. 2. ℣. 22. Truc. 2. 2. ℣. 14. Menæch. 5. 2. ℣. 73. Perſ. 4. 6. ℣. 10.

Verò; verè. Trucul. 1. 2. ℣. 47. Moſt. 1. 3. ℣. 21. Merc. 4. 1. ℣. 19. Capt. 3. 4. ℣. 35. *Aſin.* 3. 2. ℣. 22. *Moſt.* 1. 3. ℣. 21. Apul. lib. 1. Mileſ. *ſed tibi prius deierabo Solem iſtum videntem Deum me vero comperta memorare.*

Verò; illativè uſurpatur; pro, igitur, ſeu potiùs *exceptivè.* Epid. 5. 2. ℣. 57.

Vero vincere: venuſtè dicitur, pro, argumentis docere & evincere. Moſt. 1. 2. ℣. 12. Cic. 4. Parad. *Dementem & inſanum rebus te vincam neceſſariis.*

Verrere ædes. Merc. 2. 3. ℣. 63. *σαίρειν τὰ δώματα* dixit Euripides in Hecuba. Vide P. Victor. lib. 11. cap. 1. Var. lect.

Verres; in convitio. Mil. 4. 2. verſ. 67.

Verritur, *ἕξω*. Truculent. 2. 7. verſ. 7.

Verruca. Quintil. lib. 8. cap. 3. Inſtit. Orat. *Deformitati proximum & humilitatis vitium, quod ταπείνωσιν vocant, quâ rei magnitudo vel dignitas minuitur, ut ſaxea eſt verruca in ſummo montis vertice.*

Verſare propriè de piſcibus dicitur, qui dum aſſantur, verſari ſolent. *Aſin.* 1. 3. verſ. 28. Curc. 4. 1, ℣. 23. Bacch. 4. 5. ℣. 6 Perſ. 5. 2. ℣. 17. *Quomodo hodie me verſaviſti?* Ubi tamen legendum forte, *vexaviſti* Ciſt. 1. 1. ℣. 96. Caſ. 1. 1. ℣. 52. Inde tranſlatè transfertur ad technas & fallacias: pro, vexare, & habere aliquem exercitum cruciatumque. Alii tamen petunt tranſlationem à fluvio, marive, crebrius voluentibus ea, quæ abſtulêre: vel à trocho puerorum; vel à ventorum turbine: vel à rota, ſive Fortunæ, ſive i Amoris, ſive Ixionis; vel denique ab alienis, ubi lens coquitur, quæ ſurſum ac deorſum natitat in aqua vertente. Cicero de ſeneƈt. — *ſi quid ego adjuro, curamve levaſſo, quæ nunc te coquit, ac vexat.* Seneca Epiſt. 90. *Sollicitudo nos in noſtrâ purpurâ verſat.* Propert. lib. 1, Eleg. 14.

Hac miſeris toto Iuvenem verſante cubili.

Et lib. 2. Eleg. 22.

Quanta illum toto verſant ſuſpiria lecto.

Ovid. lib. 1. Amor. Eleg. 2.

Eſſe quid hoc dicam: quod tã mihi dura videntur

Strata? nec in lecto pallia noſtra ſedent?

Et vacuus ſomno noctem (quã longa) peregi;

Laſſaque verſati corporis oſſa dolent.

Et de Tranquill. cap. 2. *Adjice illos, qui non aliter, quàm quibus difficilis ſomnus eſt, verſant ſe, atq; hoc & illo modo componunt, donec quietem laſſitudine inveniant.* Juvenal. Sat. 12.

Et toto verſata thoro jam mẽbra quieſcunt.

Catullus:

Nec ſomnus tegeret quiete ocellos

Sed toto indomitus furore lecto

Verſarer cupiens videre lucem.

Virgil. *Vel verſare dolos vel certæ occumbere morti.* Transfertur etiam ad illos, qui pudore aut animi, ſive dolore quopiam huc illuc ſe convertunt, neque ubi conſiſtant tranquille inveniunt. Cicero in Verrem: *Verſat ſe, quærit, quid agat.* Idem *Itaq; æſtuabat dubitatione; verſabat ſe utramque partem, nec ſolum animo, ſed etiam corpore.* Ibidem cap. *Hærere homo, verſari, rubere,* &c. Et in Rullũ: cap. 4. *Hoc enim vos errore verſari diutius non oportet.* hoc eſt, ludificari, & irrideri. Vulg. *in errore.* contra libb. MSſ. Pall. & Cuiac.

Verſare. Sic dicimus: *Fortuna illum*

illum verſavit; *Varias in partes verſare*; ad omnem malitiam animum ſuum verſare: *Verba verſare*, cauſas; *Animo aliquid verſare.* Poetis & Hiſtoricis uſitatum. Cæſar lib. 5. bell. Gall. cap. *Si fortuna in contẽtione & certamine utrumque verſavit, & alter alteri inimicus auxilio ſalutiq́; eſſet.* Ita leg. vulg. *ſervavit.*

Verſare in corde. Trin. 2. 1. ℣. 1.

Verſari: in varias formas mutari. Pſeud. 2. 4. ℣. 55. Ciſt. 2. 1. v. 4.

Verſipellis; qui ſe in omnes formas vertit. πανοῦργος. verſutus. Amph. Prol. ℣. 123.

Verſipellis capillus: h. e. canus. Perſ. 2. 2. ℣. 48.

Verſu vincere: hoc eſt, ſaltatione in orbem. Stich. 5. 5. ℣. 29.

aliquò *Verſùm*. h. e. verſus aliquẽ locum. Caſin. 2. 4. ℣. 18.

aliò *Verſùm*. h. e. verſùs alium locum, vel ob aliam cauſam. *Aul.* 2. 4. ℣. 8.

utroque *Verſùm*. Capt. 2. 3. ℣. 8.

Verſura, pro converſatione: ut, *Curſura*, pro curſu, *Vſura*, pro uſu. Antiquitatẽ redolẽt.

Verſuram facere. Idem quod, Mutuari, vel, ſumere pecuniam mutuam. Græcè δανείζεσθαι. Quidam putant, idem eſſe, quà novo creditore pecuniam mutuam ſumere, quã antiquiori & moleſtè flagitanti diſſolvas. Sed hoc eſt, *Verſuram ſolvere.* Cicero l. 2. Verr. cap. 76. *Confectas tabulas ſocietatis, quæ ſignificabant multis nominibus eos homines verſuram à Carpinatio feciſſe, qui pecuniam Verri dediſſent.* Idem pro Fonteio c. *Hoc Prætore oppreſſam eſſe ære alieno Galliam, à quibus verſuras tãtarum pecuniarum factas eſſe dicunt.* Et pro Cælio c. *Nam quod æs alienum obiectum Cælio eſt, verſuram nunquam fecit ullã.* Et lib. 5. *Attic.* Epiſt. *Non modò magno, ſed iniquiſſimo fœnore Aurelius coactus eſt verſuram facere.* Feſti Epitome: *Verſuram facere, mutuam pecuniam ſumere, ex eo dictum eſt, quòd initio qui mutuabantur ab aliis, non ut domum ferrent, ſed ut aliis ſolverent, velut verterant creditorẽ.* Corn. Nepos in vitâ Atticâ: *Cùm enim verſuram facere publicè neceſſe eſſet, ſemper interpoſuit.* Ita ibi leg. uti Cuiacius admonuit. Tacitus lib. 6. *Ann.* cap. ubi de fœneratitiis legibus: *Nam primò duodecim tabulis ſanctum, neque unciario fœnore amplius exerceret, ne dein rogatione ad ſemũcias redactá: Poſtremò vetita verſura.* Nepos in vitâ *Attici* de uxore Fœtida: *Cũ etiã illa fundum ſecundâ fortunâ emiſiſſet, ille ſe interpoſuit, pecuniãq; ſuo fœnore, ſicq; omni ſtipulatione credidit.* Cic. pro Flacc. c. *Negavit ſeſe omninò Verſurã ullã feciſſe:* ubi hæc eſt cauſa in eadẽ oratione. *Duarationes cõficiendæ pecuniæ, aut verſurâ, aut tributo nec tabulæ creditoris proferũtur nec tributi cõfectio ulla recitati.* Et hîc *Verſura*, pro *mutuo* Videtur poni. Plura in hanc rem vide apud Cl. Salmaſ. in Tertull. de Pallio p. 113.

Verſu-

Verſuram ſolvere. Is dici videtur, qui ſolvit debitum quidẽ, ſed alio debito novo contracto, ſive æs alienum vetus novo ære alieno, h. e. mutuo ſumto. Terent. Phorm. 5. 2. ℣. 15. *Quid nunc porrò, quid fiet? in eodem ludo hæſitas: Verſuram ſolvis.* Ubi Donat. *Verſuram facere dicitur, qui æs alienum ex ære alieno ſolvit.* Sed mihi aliud eſt, *Verſuram facere*, aliud, *Verſuram ſolvere.* Cicero lib. 5. Attic. Epiſt. *Admirabilis abſtinentia ex præceptis tuis, ut verear, ne illud, quod tecum permutari verſurâ mihi ſolvendum ſit.* Et ita ferè lib. 1. Tuſcul. cap. *Ego verò illi maximam gratiã habeo, quia me eâ pœnâ multaverit, quam ſine mutatione & ſine verſurâ poſſem diſſolvere.* Plura de his vide apud Cl. Salmaſium in Tertull. de Pallio pag. 113.

Verſus: Huius verbi notio illa eſt vulgaris, & nota in Poetis: ſed eſt & alia, quæ prima potius, pro ordine, ſeu eo, quod in ordinem redactum: ut *remorum verſus*, ab eo, & in libris, qui inter ſe iuncti, aut deinceps ſequuntur, veluti lineæ: dicti quoque ſunt *verſus*, tam in Poematis, quàm in ſolutâ oratione. Putant quidam, in oratione proſâ ipſas periodos, vel membra earũ, dici *Verſus*: ut Duarenus lib. 2. Diſput. cap. 6. Sed falluntur, ut puto. 1. Quia *Verſus* propriè ſeriem declarat, quæ ſingulis ordine ſtrictis lineis convenit. 2. Quia *Periodus* à Cicerone Latinè numquam *Verſus*, ſed *ambitus*, *comprehenſio* &c. dicitur. 3. Ex his verbis Suetonii in Auguſto cap. 8. *Notavi & in chirographo eius illa præcipuè non dividere verba, nec ab extremâ parte verſuum abundantes litteras in alterum transfert.* Sed ibidem ſtatim ſubiicit, *circumducitq;*. His verbis vult Suetonius, ita illum ſcribere ſolitum, ut ſi verſus deſineret, *Nemo qui ſine confi-* non inciperet, *dis*, ſed poſt *confi-* ſubiiceret ita, *dit: ita confidit.* 4. Ex his verbis Lactantii lib. 2. de Orig. err. *Nam Cicero*, inquit, *de Natur. Deor. diſputãs, Sic ais: Primùm igitur non eſt probabile, ne terra quidem, & aqua, & aer, & ignis, à Deo factus eſt. O quàm nulla ſunt vitia in his decem verſibus!* Atque in hac notione *Verſus* verbo Veteres eſſe uſos, & Antonius Contius contendit lib. 1. ſubſec. lect. cap. 8. Cæſar lib. 6. de bello Gall. capit. *Magnum ibi numerum verſuũ ediſcere coguntur.* Cicero lib. 1. de Orat. cap. *Qui etiam nos convectis calculis ſummâ voce verſus multos uno ſpiritu pronunciare conſueſcebat.* Et pro Rabir. cap. *Glaucia ſolebat, homo impurus, ſed tamen acutus, populum monere, ut cũ ex aliquâ recitaretur, primum verſum attenderes.* Et ad Att. cum *primum verſum Epiſto-*

le di-

la dicit. Verſiculi quoq; ſæpè in hac notione utitur Cicero: Vt, *Scripto jam ſuperiore verſiculo.* Et, *Quæ præſertim uno verſiculo ſenatu &c. Et venio nunc ad transverſum illum Epiſtolæ tuæ verſiculum.* Quamquam id non malè de *clauſulâ* capi poſſet. Diviſi olim erant & diſtincti libri in verſus: ut cum Pedianus Orationes Ciceronis tot habere verſus ſcribit. Sic in Antiquiſſimo Codice Novi Teſtamenti in *Matthæo*, Marco &c. tot verſus haberi reperitur, & Galeni lib. de Anatom. adm. Lyci cuiusdam Commentarium memorat, qui haberet 500. verſus. Et Imper. Iuſtinianus, aut in Pandectis ſuis eſſe ferè 15000. verſus. Varro lib. 1. de re ruſt. cap. 10. *In Hiſpaniâ ulteriore metiuntur jugis, in Campania verſibus, apud nos in agro Romano ac Latino jugeris. verſum dicunt centū pedes quoquo verſū quadratū.* Columella l. 1. cap. 2. *Bubulum autem per proſciſſum ingredi oportet, alteriusq; verſibus obliquum tenere aratrum.* Virgil. lib. 4. Georg. ℣. 144.

Ille etiam ſeras in verſum diſtulit ulmas.

Et lib. 5. Aen. ℣. 118. *triplici pubes quam Dardana verſu* Impel*lunt, terno conſurgunt ordine remi.*

Verſùs, Præpoſitio juncta cum particulis *in*: vel *ad*. *In Galliam verſùs, ad forum verſùs, ad patriam verſùs, ad flumen verſùs, ad forum verſùs.* Talis præpoſitionum geminatio elegans eſt, & antiquis uſitata. Feſtus in verbo, Septimontio: *Similiter Ciſpius à Laevo Ciſpio Anagnino, qui eiusdem rei cauſa eam partem Eſquiliarum, quæ jacet ad vicum patricium verſùs; in quâ regione eſt Aedis Meſitis, tuitus eſt.* Varro lib. 3. de re ruſt. cap. 5. *Ab hac ambulatione in agrum verſùs Ornithonis locus.* Ibid. *Sed oblonga ſunt piſcinæ porticum verſùs.* Salluſt. Catil. cap. *Modò ad urbem, modò in Galliā verſùs caſtra movere.* Ita ex Priſc. & vett. libb. Rivius eum locum emendavit, ut & hunc Ciceronis in Lælio cap. *Atq; is primum inſtituit in forum verſùs agere eum populos.* Vbi antea ineptè quidam invitis libb. vett. *in forum verſibus.* Vide etiam ibi Car. Langii notas. *Velleius* Paterc. lib. 1. *Ante triennium quàm Caſſius Cenſor à Lupercali in Palatium verſùs theatrum facere inſtituit.* Salluſt. Iugurth. cap. *Vacenſes ubi animadvertêre ad ſe verſùs exercitum pergere.* Cæſar lib. 6. bell. Gall. cap. *T. Labienum cum legionibus tribus ad Oceanum verſùs in eas partes attingunt.* Et lib. 7. cap. *Caſtra ex Biturigibus movet in Arvernos verſùs.* Hirtius l. 5. de bell. Afric. *Ad Cercinam Inſulam verſùs ire jubet.* Et alibi. *Claſſem ad Inſulas Baleares verſus convertit.* Varro de

re ruſt. *Quæ ſpectat ad orientē verſus.* Et lib. 4. LL. *Et ad Concordiæ verſus ſum equo in eum præcipitatum.*

Verſus veteres. Caſ. prol. ỷ. 6.

Verſus immemorabiles. Capt. Prol. ỷ. 56. (ỷ. 81.

Verſus meliores facere. Trin. 3. 2.

Verſute malus. Pſeud. 4. 3. ỷ. 1.

Verſutus, malus, doctus. Pſeud. 4. 8. ỷ. 6.

Verſutus: pro vafro, callido. Epid. 3. 2. ỷ. 33.

Vertens annus. Omnibus notū. *Vertens menſis*: non item. Plautus Perſ. 4. 4. ỷ. 77. *Numquam hercle hunc me menſem vertentem ſervivi tibi.*

Vertere παθητικῶς, pro, *verti.* Amph. 1. 1. ỷ. 94. Propert. lib. 1. Eleg. 16. *Domina vertat in auriculas.* Liuius l. 3. *Terror: vertere in plebem cœpit.* Vide Mantiſſ. *Verba activa.* Livius l. 25. cap. *Ceterùm inde primùm initium jurandi Græcarum artiū opera, licentia, huic ſacra profanaq; omnia vulgò ſpoliandi factum eſt: qui poſtremò in Romanos Deos, templum id ipſum primum, quod à Marcello eximiè ornatum eſt verbis.* Et l. 37. c. *Deinde pro fraude captiq; à cive potiſſimùm ſuo forent, in iràm luctus vertit.* Et l. 27. cap. *In capiti Conſulum Republ. incolumi exitialis prodigiorum evētus vertit.* Et l. 32. cap. *Poſtquā multis vulneratis interfectisq; recipere ſe Regij in loca aut munimento aut natura tuta, verterat periculum in Romanos.* Et l. 38. cap. *Verteratq; Scipionem in vidia in Prætorem, & conſiliū eius, & accuſatores* Et l. 39. cap. *Hæc quæ augendæ in ſolitudinis ejus cauſa facta erant exemplò in invidiam, mox etiam in perniciem adoleſcentem verterunt.* Salluſt. Iug. cap. *Benefacere jam ex natura in conſuetudinem vertit.*

Vertere pro, *evertere*, & καταλεῖψιν, *E vertere bonis.* Curc. 4. 1. ỷ. 23. Amph. Sc. *Quis tam.* 57. Vide ſupra: *Subvertere.*

vertere. divertere. Merc. 2. 3. v. 97.

verteres: abſolute ut. *converteres*; pro, *vertit.* Amph. 1. 1. ỷ. 94. Aul. 2. 2. ỷ. 41. Græcè καταστρέφειν. Bud. L. G. p. 756. Sic Salluſt. Catil. *Poſt ubi regium imperium, quod initio conſeruandæ libertatis, atq; augendæ Reipubl. fuerat. in ſuperbiam dominationemq; convertit.* Lucret. l. 5. *Canceris ut vertet metas ad ſolſtitiales.* Et: *Omnia commutat natura, & vertere cogit.*

Vertere: ſuccedere. Perſ. 3. 1. ỷ. 1. & 4. 1. ỷ. 5. Capt. 2. 3. v. 1. Curc. 5. 2. ỷ. 58.

vertere linguā ad mores hominū. pro; cōvertere. Pœn. 5. 2. v. 24.

vertere veſtem & nomen. Capt. Arg. ỷ. 6.

vertere velum. Epid. 1. 1. ỷ. 47.

vertex. vulgò putant æſtuantem maris altitudinem, aut locum aliquem maris æſtuantem præ ceteris, dici. & ſcribi debere, *vortex.* contra vett. libb. Ovid. lib. 5. Metam. ỷ.

Multa quoq; hic torrens nivibus de monte ſolutis
Corpora turbineo juvenili

Verti in mercatura; pro, verſare mercaturam. Moſtell. 3. 1. ℣. 104.

Vertit male res. Trucul. 1. 2. verſ. 44.

Vertit; pro, *vertitur*. Pſeud. 2. 3. ℣. 16.

Verum: pro *verū*· [illegible]. Rud. 5. 2. ℣. 17. Truc. 2. 7. ℣. 6.

Verùm verum. Bacchid. 2. 3. ℣. 87.

Verum: pro, æquum, par, juſtum. Moſt. 3. 1. ℣ 52. Aſin. 3. 3. v. 112. Cic. pro Muræna: *Cato negat verum eſſe allici benevolentiā cibo*: hoc eſt, negat decere, vt populum muneribus & cibis benevolentem nobis conciliemus. Sic *verè*, pro, rectè, & ſincerè, poſuit Cic. l. 6. Fam. Epiſt. 22. *Magna enim conſolatio eſt, cum recordare, etiamſi ſecus acciderit, te tamen rectè vereq; ſenſiſſe.* Ter. *Hoc vbi fit, ibi non verè vivitur.*

Horatius lib. 1. Epiſt. 7. ℣. vlt. *Metiri ſe quemq; ſuo modulo ac pede verum eſt.*

Cic. pro Quintio c. *Illud ne ad Prætorem jure convenit, continuò ve verum fuit, poſtulare, ut ex edicto bona poſſidere liceat.* Idem ꝑ Murænâ c. *Negat verum eſſe allici benevolentiā cibo.* Et ꝑ domo c. *Sed quid ad te, qui negas eſſe verum, quemquam alli Reip. extra ordinem præfici?* Ita rectè codd. Mſſ. Pall. Et l. 2. Attic. Epiſt. *Quid verius, quàm in judicium venire, quamobrem judicandam pecuniam acceperit.* Livius eo ſæpius utitur, ſed depravatè interdum. Vt l. 35. c. *Cùm etiā verius eſſet, T. Sempronio imperium habenti tradi exercitū, quàm Legato.* Et l. 40. c. *Verius fuiſſe, Conſules, quorum provincia eſſet, quàm ſi quid è Rep. eſſet, decernere* Et lib. 39. c. *Sin autem minor cura ſit civitatum in Thraciâ poſitarum, multò verius eſſe, quàm ſub Antioche fuerint civitatum præmia Eumenem quàm Philippum habere.* Paulò namque poſt de eadem re ipſe Philippus: *Qui Antiochi fuerunt, Eumenem æquius eſſe, quàm me habere.* Et libro 3. capite *Ceterùm neminem maiori cum occupatis animis verum eſſe præjudicium afferre, ſibi planè de eo, quo &c.* Sic hic locus ex v. c. reſtituendus & explicandus eſt. *Verum autem non eſſe*, valet, non eſſe æquum, non decere, ut quiſquam præjudicium afferat rei tantæ, cùm animi fuerint gravioribus rebus occupati. In eo loco reſtituendo laborarunt viri dedi, Glareanus, Rhenanus, & Sigonius, qui hunc locum ait eſſe difficilimum. Faërnus tamen, reprehenſo Sigonio idem olim obſervavit. Idem libro 23. *Pro his tantis totque victorijs, verum ſacrum DIs immortalibus agi haberique.* Sic libb. vett. Sigonij, in quibuſdam tamen abeſt τὸ *verum*. Sed neceſſariò hîc requiritur. Dicebat namq; Mago frater Hannibalis, *ob tantas res à fratre*

geſtas, juſtum eſſe, at dicere ſacrum, agi & haberi Dîs immortalibus Carthagine ſed *ſacrum agere*, non videtur Latinum: ideoque Sigon leg. putat, *utrum Dijs immortalibus honorem haberi.* Sic & lib. 39. cap. *æquum* dixit. *Petijt à Patribus, ut æquum cenſerent, ob Recup. benè ac feliciter geſtam. & Diis immortalibus honorem haberi iubere, & ſibi triumphum decernere.* Idem lib. 32. *Suas populique Romani conditiones has eſſe, cæterùm & ſociorum audiri poſtulata verum eſſe.* Vbi Sigonius contra vett. libb. repoſuit, *æquum eſſe.* Ter. Andr. 5.4.ỷ.1. *Mitte orare una harum quivis cauſa me ut faciam monet vultu, vel quod verum eſt, vel quod ipſi cupio Glycerio & mihi id genus hominis eſt peſſimum.* Ibid. 4 1.ỷ. 5. *Id ne verum eſt?* Cæſar lib. 4. bell. Gall. *Neque verum eſſe, qui ſuos fines tueri non potuerunt alienos occupare.* Virgil. lib. 12. Aen. ỷ. 694.

—me verius unum
Pro vobis fœdus luere. & decernere ferro.

Rhetor. Herenn. lib. 2. cap. *Ex æquo & bono jus conſtat, quod ad veritatem & utilitatem valeret.* Cicero lib. 4. de fin. cap. *Quibus natura iure reſponderet, non eſſe verum, aliũde finem beatè vivendi à ſe principia rei gerendæ peti.* Apul. Apol. *Hoccine verum fuit? Rufine, hoc non dico primùm, ſed ſaltem humanum promulgari eas litteras.* Plin. lib. 8. Epiſt. 2 *Nequaquã verum arbitrabar, quos non æquaſſet fides ſolutionis, hos benignitate remiſſionis æquari.*

Verum: pro *veritate.* Moſt. 1 3. ỷ. 24. *Ego verum amo, verum volo mihi dici.* Et Moſt. 1.2. ỷ. 12. *Profectò ita eſſe vt prædico, vero vincam.* Mil. 2.2. ỷ. 31. *Vero vincat, vt ne videat.* Stich. 2.2. ỷ. 54. *Poſſum ſcire ex te verum.*

Verùm enim. Elegans particula. digreſſionis potius, ut, *ceterùm, porrò*: ideoque fere valet, ut &, *At enim, ſed enim.* Vide infr. Mantiſſ. *De particulis.* Terent. Adelph. 2.1. ỷ. 47. *Verùm enim quando benè promeruit, fiet: ſuum ius poſtulat at.* Ciſt. 1.1. ỷ. 82. Pœn. 4.2. ỷ. 51.

Verum etiam. Adſentientis particula; idem quod *immò.* Pœnul. 1.2. ỷ. 191. Terent. Eun. 2. 3. ỷ. 55.

Verum hercle. Pſeud. 1.3. ỷ. 105.

Verum hercle verum. Capt. 1.1. ỷ. 7.

Verum hercle verò. Curc. 3. v. 5.

Verus: ſimplex, ſincerus, inornatus. Sic & *Veritas*, pro, ſinceritas. Cicero lib. 4. Attic. Epiſt. 14. *Ne diutius pendeas, palmam tulit: ſed nihil tam puſillum, nihil tam ſine vero, nihil tam verum.* Et lib. 2. de fin. c. *His initiis inducti omnia vera diligimus* (hoc eſt, fidelia, ſimplicia, conſtantia) *tum vana, falſa: fallentia odimus.* Sic in

Lælio c. *Secerni autem blandus amicus à vero internoſci tã poteſt adhibitâ diligentiâ fucata & ſimulata à ſinceris & veris.* Et mox: *Quod ſi in ſcenâ, in quâ rebus fictis, & adumbratis loci plurimùm eſt tamen verum. hoc eſt, ſi modò veritate perpenditur, in quâ niſi apertum pectus videas, tumque oſtendas, nihil fidum, nihil exploratum habeas.*

Verum ſi quærimus. Elegans dicendi genus. Elegans dicendi genus. Vulgò, *ſi verum dicere volumus: ſi verum fateri volumus.* Cic. pro Rabir. c. *Quarũ omnium rerum una reprehenſio eſt, qui regnum intravit, quod poteſtati ſe Regis commiſerit: verum ſi quærimus ſtultè.* Ecl. 1. Tuſc. c. *Et ſi verum quærimus, in omnibus officiis perſequẽdi animi, & adhibenda contentio.*

Verum dicere, videre: pro eo, ꝙ res eſt. Ter. Heaut. 3.1. ℣. 8. *Videre verum, atq; ita uti res eſt dicere.*

Veruntamen. De hoc vide infr. Mantiſſ. *de Particulis.*

Verus germanus. Pl. 4.7. ℣. 108.

Veru factus: verax. Mil. 4.8. ℣. 57.

Verueceum caput: in convitio. Ger. Du Schaffskopff. Perſ. 2.1. ℣. 2. De homine ſimplice, ſtupido & ſtolido. Iuv. Sat. 10.

Verueceum in patria, craſſoq; ſub aëre nati.

Veruex ſectarius: eſt, qui ſectus eſt teſtibus, carnis ſapore commendabilis. τίτυρος Laconum lingua, aries maior, qui gregem anteire conſuevit, Capt. 4.2. ℣. 40.

Veruex de ſene ad Venerem inepto per convitium. Merc. 3.3. ℣. 6. Cal. 3.2. ℣. 5. de homine ſtolido.

Veruina: verutum, ſeu, veruculinariũ. Bacch. 4.8. ℣. 46. Turn. l. 24. Adv. c. 11. Quatuor ſyllabarũ eſſe crediderim, & obeliſcum ſignificare. *hoc eſt,* parvum veru, & tamquam vericulum. Fulgentius: *Veruina iaculi genus longum, quod aliqui verutum appellant.* Vide etiã Lipſ. Polioꝛc. l. 4. *Dial.* 4.

Veſanus. Trin. 4.1. ℣. 7.

Veſica. Perſ. 1.3. ℣. 18 (℣. 40.

Veſper. Bacch. 5.2. ℣. 86. Aſin. 3.3.

Veſper: pro, veſperna, ſeu cœna, quæ datur in veſperum. Moſt. 1.1. ℣. 64.

Veſperi: veſperna cœna. Rud. 1.2. ℣. 91. Mil. 4.2. ℣. 5. *veſperi ſuo vivat.* h. e. rebus furto acquiſitis.

Veſperugo. Amph. 1.1. ℣. 118. Stella, quam alii *Veſperum* & *Veſperam*, Græci ἑσπέρον appellant.

Veſperum: pro furto veſpertino. Mil. 4.2. ℣. 5. Vide *Proverbia* in Mantiſſa.

Veſpillo. Turpiſſimum & viliſſimum genus ſervorum. Nunc is, qui tenuiorum cadavera effert. Et interdum is, qui illa ſpoliat, teſte Fulgentio. Sic Mnaſias: *Poſtquam de Iove victus, atq; interfect⁹ eſt à veſpillonibus ad ſepulchrum delatus eſt.* Ita in V. C. Et ita videtur accepiſſe Celſus IC. l. 72. qui

decem §D. de pœnâ ſoluta. *Qui hominem debebat Stichũ, ſolvit, nõn videtur liberatus, num ergò & ſi veſpillonem aut aliàs turpem hominem dederit, idem ſit?* Et Mæcianus l. 7. ſed ſecundum. D. ad Sen. Trebell. *Sed & ſalutis & dignitatis ratio habenda erit. Quid enim ſi morbo applicitus Alexandriæ juſſus fuerit adire, vel nomen veſpillonis teſtatoris ferre.* Feſtus: *veſpæ, & veſpiliones dicuntur, quæ funerandis corporibus curam gerunt: non à minutis illis volucribus, ſed quia veſpertino tempore eos efferunt, qui funebri pompâ duci propter inopiam nequeunt.* Martialis:

Qui fuerat Medicus, nunc eſt veſpillo Dialus.

Antidamus: *Plusque trecentos cadaverum veſpillones reperiõs crucibus fixit.* Ita v.c. Fortaſſe & in illo Vlpiani loco l. 31. Si ita, D. de locat. *Si ita, qui ſtipulanti ſpondeat, ſanum eſſe, furẽ non eſſe, veſpillonem non eſſe.* Et mox: *Hanc ſtipulationem furẽ non eſſe, veſpillonem non eſſe, utilem eſſe accipiendum.* Sed poteſt etiam in vulgari notione ibi intelligi.

veſtibulũ ædis: prima ianuæ pars, ſive aditus, nõ tãtùm domûs, ſed etiam Vrbis: vel quòd januã veſtiat, vel quod Veſtæ conſecratum eſt. Moſt. 3.2. ℣. 118. Ovid. 6. Faſt.

Hinc quoque veſtibulum dici reor unde precamur
Quæ famur. veſta eſt. quæ loca prima tenet.

Livius libro 36. cap. *Deſertaq; in veſtibulo vrbis erant tecta.*

Veſtigare. Truc. 2. 4. ℣. 54.

veſtigiis omnibus indagare: non veſtigia, ſed cubilia. Cic. utitur his translationibus proverbialiter, pro eo, nõ extrinſecus, & leviter, ſed penitùs, & intrinſecus. Cic. Accuſ. Verr. c. *vt omnes mortales iſtius avaritia, non iam veſtigia, ſed ipſa cubilia videre poſſint.* Et lib. 1. Attic. Epiſt. 7. de Publ. *Quæ ad me ſcribis, ſanè nihil jucunda ſunt: eaq; etiam velim omnibus veſtigiis indagata ad me adferas, cùm venies.* Idẽ in Piſon. c. *An verò tu parùm putas inveſtigatas eſſe nobis labes Imperii. ſtragesq; provinciæ? quas quidẽ nos non veſtigiis, odorantes ingreſſus tuos, ſed totis volutationibus corporis & cubilibus perſecuti ſumus.* (4 2. v. 95.

veſtimentum virile, muliebre. Mẽ.

veſtire. De ſylvis, arboribus, herbis dulciſſimâ tralatione. Cic. l. 1. *Tuſc. c. Fontes ſcatere herbis, prata conveſtirier.* Liv. l. 32. c. *Ipſi Epiri veſtiti frequentibus ſylvis ſunt.*

veſtiſpica: quæ veſtem ſpicerent, & tuerentur. *Trin.* 2. 1. ℣. 22.

veſtiſpici ſervi: veſtium cuſtodes, quod frequenti diligentia veſtes inſpiciant. Nonius. Varro: *Tu domi videbis;* curabis. Plaut. Men. 2. 3. ℣. 2. *Intus para, cura, vide.* Sic quidam dicit *Cœliſpex.* Vide Inſcript. pag. DLXXVIII. 2. 2. 4. 7. *A veſte,* & *Ad veſtem.*

veſtrorum; pro *veſtrûm.* Moſtellaria 1. 3. verſ. 122. Vbi ſpectatores alloquitur. vide Scal.

Scal. de cauſis L. L. l. 6. c. 129.

veter, veterior. Bacch. 5.2. v.31. De duro ſene. Priſc. l. 5. pag. 607.

vetera vaticinari. h. e. nugari. Pſeud. 1.3.ꝟ.128.

veterator; callidus, & aſtutia vetuſta roboratus. Eſt convitiũ in ſervos. Moſt. 3.1.ꝟ.71.

veteres homines; graves & ſeveri. Cic. l. 2. in Verr. c. *Tres hi homines veteres Tribuni militares ſunt deſignati.* Vbi Pedianus; *Veteres. graves & ſeveri.*

Veteres, abſolutè. Curc. 4.1.v.19. *veteres*; ſcil. curiæ, tabernæ. Liv. l. 44 *pone veteres ad Vertumni ſignum.*

veteres & vetuli ſenes. Epid. 2.2. v.4. Ex Inſcriptionibus Rom. conſtat, *veteres* etiã dici de ſenibus. ARCOBRICENSES IVVENES ET VETERES STATVAM IN FORO POSVERE.

Alia; ARVNCITANI VETERES
ET IVVENES
OPT. CIVI

Tertia; TV
R·ASON VETERES ET IVN.
STATVAM IN FORO
MINERVÆ
OPT. CIVI P.

veternus; lethargus Græcis, inexpugnabilis dormiendi neceſſitas. Men. 5.4.ꝟ.3.

vetula. Moſt. 1.3.ꝟ.117.

vetulus ſenex. Merc. 2.2.ꝟ.43.

vetula verba. Epid. 3 2.ꝟ.14.

vetulæ oves. Bacch. 5.2.ꝟ.10.

vetus & antiquum. Moſt. 2.2.ꝟ. 45. Bacch. 4.4.v.60. Perſ. 1.2.v.1.

vetus & antiquus quæſtus. Pœn. 5.2.v.18. Mil. 3.1.ꝟ.156.

vetus vetuſtum. Curc. 1.2.ꝟ.4. Pœnol. 5.2.ꝟ.18. Mil. 3.1.ꝟ. 156.

vetuſtas. Idem interdum valet, q. tẽpus longum, ſive longitudo temporis, ut vulgò loquimur, tractus temporis, intervallum annorum multorũ. Sic, *tractu tẽporis parare rem*, ait Gaius IC. 12. D. de procur. *Vt ſi quis dicat eam hanc conſuetudinem, talem morum ac ſermonis barbariem, corruptelam paulatim ex annorum velut alluvione & tempore inductam eſſe.* Qui uſus eius verbi vix notus eſt, cùm tamen, qui illum non novit, Ciceronis locos aliquot vix intelliget. Sic enim Cic. in Bruto c. ubi de iure & emendatâ locutione agit; *Cuius*, inquit, *penes quos laus adhuc fuit, non fuit rationis aut ſcientiæ, ſed quaſi bonæ conſuetudinis ſit Latinè loquẽdi; nec omnium tamen. nam illorum æquales Cæcilium & Pacuvium malè locutos videmus. Sed omnes tamen ferè, qui nec extra urbem hanc vixerãt, nec eos aliqua barbaries domeſtica infuſcaverat, rectè loquebãtur, ſed hanc certè rem deteriorem vetuſtas facit, & Romæ & in Græciâ. Confluxerunt enim & Athenas & in hanc Vrbẽ multi inquinatè loquẽtes ex diverſis locis.* Lucret. l. 2. ꝟ.-- *quoniã minui rem quamq; videmus,*

Et quaſi longinquo fluere omnia cernimus ævo,
Ex oculiſq; vetuſtatem ſubducere noſtris.

Cicero libro 1. de Divinat. capite. *Vetuſtas omnibus in rebus longinquâ obſervatione incredibilem ſcientiã fert.* Et pro Deiotar. cap. *Hac nulla unquam vetuſtas obruet, nulla unquam delebit oblivio.* Et lib. 14. Attic. Epiſt. 10. *Hac non videntur habere vetuſtatem.* Et pro domo cap. *Facit peritiores vetuſtas.* Sic & Paulus. JC. l 2. D. *De aqua pluvia: Inſumma tria, ſunt, per qua inferior locus ſuperiori ſervit, lux, natura loci, vetuſtas, qua ſemper pro lege habetur.* Vlpianus eodem tit. in fine, *Vetuſtatem vocat, cùm quis diu uſus eſt.* Cic. 2. in Rullum cap. *Qui agrum recentiori cum poſſidet, vetuſtate poſſeſſionis ſe non jure, miſericordia ſenatûs, non agri conditione defendunt.*

Vexare; Vexatus. Hoc verbum gravem & atrocem quandam vim continet. Nam *qui fertur & raptatur* (*inquit* Agellius lib. 2. cap. 6.) *atq; huc illuc diſtrahitur, is Vexari propriè dicitur.* V. de locum. Virgil. Eclog. 6. ỷ.

Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris
Dulichias vexaſſe rates.——

Cato: *Cumq; Hannibal terram Italicam laceraret, atque vexaret.* Cicero ſæpè utitur. Vt 4. in Verrem cap. *Qua ab iſto ſic ſpoliata atque direpta eſt, non ut ab hoſte aliquo, ſed ut à Barbaris pradonibus, vexata eſſe videatur.* Cicero tamen 2. De Nat. Deor. cap. his verbis. *Magnus ſanè locus & à veſtris Cotta vexatus.* Videtur uſus verbo *Vexandi*, ita ut eo poſteriores ſunt uſi, pro *agitare*. ut & Horatius lib. 1. Epiſt. 18. ỷ. 98.

Ne te ſemper inops agitet, vexetq; cupido.

Cicero pro Cluentio cap. *At in concionibus omnibus à L. Quintio vehementer eras, & ſæpè vexatus, non templo ſolùm verùm etiam aditu prohibere Capitolij.* Sic leg. vulg. *contentionibus.* Et ad Q. Fratr. lib. 2. Epiſt. 52. *Eodem igitur die Tyrijs eſt Senatus datus frequens, contra Syriaci publicani vehementer vexatus Gabinius: exagitati tamen à Domitio Publicani quod cum eſſent cum eo quis proſecuti.*

Vexare. In Venereis. Martial. lib. 11. Epigr. 82.

Cum ſene communem vexat ſpado Dindymus Aglen;
Et jacet in medio ſicca puella thoro.

Via à *ſemita* diſcernitur. Caſ. 3. 5. ỷ. 40.

Via recta. Pſeud. 4. 7. ỷ. 37. & 4. 4. ỷ. 13. Pœn. 3. 2. v. 78. Trin. 4. 2. ỷ. 26.

Via, pro *platea.* Moſt. 1. 1. ỷ. 53. & 1. 4. ỷ. 13. *per vias.*

Via, pro *ratione.* Amph. 1. 1 ỷ. 272. *Ingreſſus eſt viam.* Aſin. 1. 3. ỷ. 40. *Rectam inſtas viam.* Pœn. 3. 3 ỷ. 84. *Is leno viam.* Caſ. 1. 1 ỷ. 33. *Dabitur tibi una ſemita.* Aul. 3 6. ỷ. 39. *Eam affectat viam.* Epid. 2. 2. ỷ. 9. *Ipſi hi quidem dant viam, quo pacto ab ſe argentum auferam.*

Terent.

rerẽt. *Eã rẽ ſecum rectâ reputauit viâ.* Sic ibi Donatus, & Eograph. Virgil. *Inveni germana viam.* Cicero de claris Orat. *Via & arte dicere.* Ad Attic. *Vtar via.* De nat. Deor. lib. 2. *Vim participem rationis atq; ordinis tamquam via progredientem.*

Via facilis & plana ad quærendum honorem. Trinum. 3. 2. ℣. 20.

Via publica. Curc. 1. 1. ℣. 35.

Via ſcrupoſa. Capt. 1. 2. ℣. 76.

Via vera. Caſ. 2. 6. ℣. 17.

Via vitæ.* &, *Via vivendi. Cicero pro Sextio cap. *Ac neq; ex noſtrorum aut aliquorum præterea caſu hanc vitæ viam pertimeſcebat.* Et pro Flacco cap. *Qui non illam viam vitæ, quã ante præcipitem, & lubricam eſſe ducebat, huic planæ & ſtabili præponendam eſſe arbitraretur.* Lucret. initio lib. 2. ℣. 10

Atq; viam palantis quærere vitæ.

Horat. lib. 1. Epiſt. 18. ℣. 26

Mirabor vitæ via ſi converſa decebit.

Viâ ire, uti, hoc eſt, in ipſâ viâ ire non à latere declinare, aut deflectere in hãc, aut illam partem. Liv. lib. 5. c. ***Convocatos milites monuit, viâ omnes irent, nec diverti quemquam aut excedere ordinem agminis paterentur.*** Cicero lib. 2. Att. Epiſt. 19. ***Ego autem neq; pugno cum illâ cauſâ propter illam amicitiam, neque approbo, ne omnia improbem, quæ antea geſſi.*** Tralatè dicitur, *Vtor viâ.* Cicero: *Neque in hanc, neq; in illam partem inclino.*

Via tranquilla. Stich. 1. 2. ℣. 13.

Via cærulea maris. Rud. 1. 5. ℣. 10. Vide *Equus ligneus.*

Via amoris. Perſ. 1. 1. ℣. 1. Trin. 3. 2. ℣. 41.

In viâ eſſe. Caſ. 2. 6. ℣. 27.

Via fidei. Capt. 2. 2. ℣. 99.

Viales lares. Merc. 5. 2. ℣. 24.

Viam damni permetiri. Truc. 2. 2. ℣. 49.

Viam dare. Curc. 2. 3. ℣. 1. Vide litt. D.

In ***Viam deteriorem rapere.*** Trin. 3. 2. ℣. 54.

Viam ingredi. Amph. 1. 1. ℣. 272. Aſin. 1. 1. ℣. 40. Pœn. 3. 3. ℣. 84. Vide paulò ante: *Via*, pro ratione & conſilio.

Viam munire. Vide ſupr. *Munire.*

Viam tuam abi. Uſitata & vulgaris formula. Rud. 4. 3. ℣. 88.

Viare: ambulare, ire. Pſeud. 5. 1. ℣. 3.

Viaticatus: viatico inſtructus. Men. 2. 1. ℣. 30. Vide *Æſtiuè.*

Viaticatus æſtiuè. Men. 2. 1. ℣. 30.

Viaticum: pro ſumtu. Eſt tamen ingenioſus quidam Explanator, qui aliam huic dictioni notionem affingit, diverſam ab vulgata. *Fortaſſis*, inquit, *antiquis ſignificare potuit locorum & itinerum deſcriptionẽ talem, quales ſunt hodie Itinerarij libelli.* Pſeudol. 2. 3. ℣. 2. Trin. 3. 2. ℣. 102. & 4. 2. ℣. 45. Truc. 5. 1. ℣. 47. Capt. 2. 3. ℣. 89. Men. 5. 7. ℣. 48. Vide *Proverbia* in Mantiſſa.

Viaticum adornare. Epid. 5. 1. ℣. 9.

Viatores ſunt apparitores magiſtratuum. *Feſtus*. Gloſſæ: *Viator* ὁδοιπόρος, ἀμφοδιάρχης, ἀρχυπηρέτης. De curatoribus ſcenicis vſurpat Plautus Pœn. Prol. ℣. 58.

Vibices. Moſt. 4. 1. ℣. 12.

Vicarius. Stich. 2. 1 ℣. 34. Aſin. 2. 4. ℣. 28.

Vicarius ſervus. Vide litt. S.

Vicem: pro, *vice*. Amphitr. 1. 1. ℣. 177. *Vocis vicem*. Capt. 3. 3. ℣. 11. Mil. 2. 1. ℣ 72. Moſt. 2. 1. ℣. 7. Rud. 3. 5. ℣. 34. Truc. 1. 2. ℣. 56. Vide Αντίπτωσιν in Mantiſſa. Livius lib. 25. cap. *Cæſar omnium veſtrûm vicem, quod difficilimum, in luctum unius conſulere*. Sic Lipſius ex v. l. emendavit.

Vicenarius. Pſeud. 1. 3. ℣. 69.

Vicinia: adverbialiter, vt, *domi*. Bacch. 2. 2. ℣. 27. *proxime viciniæ*.

Vicimus. Exultantis formula. Propert. lib. 1. Eleg. 8. ℣. 28. *Vicimus*. Ovid. lib. 4. Met. v. *Vicimus, & meus eſt, exclamat*. Et lib. 3. Amor. Eleg. 10. *Vicimus & domitum pedibus calcamus amorem*. Et libro 3. Triſt. Eleg. 9. *Cuius ut oblata eſt præſentia*, Vicimus, *inquit*. Et lib. 5. Met. ℣ *Confoſſaſque manus, obliquaq; brachia tendens Vinci, ait Perſeu*. Et libro 10. Met. ℣. *gaude mea dixit alumna, Vicimus*. Lucilius apud Donat. in Eunuch. *Vicimus ô ſocij, & magnam pugnavimu' pugnam*. Virgil. lib. 12. Aen. ℣. *Viciſti, & victum tendere palmas Auſonij videre*. Sueton. Cæſ. cap. 1. *Vincerent, ac ſibi haberent*.

Vicinitas: pro regione. Cicero pro Cælio cap. *Nihil igitur illa vicinitas redolet?* Et Accuſat. Verr. *Signum quod erat notum vicinitati, buccina datur*. Et pro S. Roſcio cap. *Eâdem ratione S. Roſcius pater huiuſce municeps Amerinus fuit, cũ genere & nobilitate & pecuniâ non modò ſui municipij, verùm etiã eius vicinitatis facile princeps*. Et mox: *In eâ vicinitate eam partẽ cauſamq; operâ ſtudio, authoritate defendit*. Vbi tamen quidam *ci vitatis*. & *civitate* reponi volunt, perperã. Idem Cic. p L. Rabirio s c. *Cũ tanto ſtudio C. Rabirius totius Apuliæ, ſingulari utilitate Cãpaniæ vicinitatis ornetur: cũq; ad eius propulſandum periculũ non modò homines, ſed propè regiones ipſa convenerunt, aliquantò etiam latius excitatæ, quàm ipſius vicinitatis noſtræ, ac termini poſtulant*. Et pro Plancio c. *Ergò ut alii in te erãt illuſtri ora Laterenſis, quod tibi maiores tui reliquerunt, ſic te Plancius hoc non ſolùm municipii, verùm etiam vicinitatis genere vivebat niſi fortè Lavicana aut Bovillana, aut Gabina vicinitatas adjuvabat: quibus è municipiis vix iã, qui carnem latius petant, in veniũtur*. Et pro Cluent. cap. *Aulus Cluentius habitus, fuit pater huiuſce, Iudices, homo non ſolũ municipiis Latinitatis, ex quo erat, ſed etiã regionis illius & vicinitatis virtute princeps*. Corn. Nepos in Alcibiad.

Miſſi

Digitized by Google

miſſi clam vicinitati, in quâ tũ Alcibiades erat, olant negotiũ, ut eum interficiant. Cæſar l. 6. bell. Gall. c. *Hæc loca vicinitatibus erant nota.* Sic ibi leg. Liv. l. 21. c. *Itaq; ingens vis coacta navium lintriumq; tenere ad vicinitatem uſum paratarum.* Cic. de petit. Conſ. c. *Deinde labe Oratores totius Vrbis, Collegium omnium pagorũ vicinitatum.* Sall. Cat. c. *Sed ipſe paucos dies commoratus apud P. Flaminium in agro Reatino dum vicinitatem ſollicitatam armis exornat.* Sic ibi vett. libb. teſte Rivio. & rectè. vulg. *civitatem.*

Vicinitas. Interdũ id ꝙ vulg. *propinquitas*, inter vicinos. Cic. l. 5. Epiſt. ad *Lucceium*: *Poſſumus igitur eſſe unà? nec mehercule intelligo, quid impediat: ſed certè adhuc non fuimus, cùm eſſemus vicini in Tuſculano Puteolano. Nam quid dicam, in urbe in quâ cùm forum commune ſit vicinitas, non regitur.*

Viciſſatim: viciſſim. Pœn. Prol. ỽ. 46. Stich. 4. 1. ỽ. 27.

Viciſſim: ex altera parte. Moſt. 5. 2. ỽ. 31. Truc. 2. 1. ỽ. 11. & 4. 2. ỽ. 21. Moſt. 3. 2. ỽ. 151. Sic Petron. vſurpat τὸ *invicẽ. Specta invicem, ꝙ me ſpectare voluiſti.*

Victare. Capt. 1. 1. ỽ. 15.

Victi. ἀρχαϊκῶς, pro, *victûs*. Capt. 4. 2. ỽ. 75.

Victib⁹ lepidè eſt. Bacch. 5. 2. v. 62.

Victima: de magnis hoſtiis. *Agni* & *te minimis.* Pſ. 1. 3. ỽ. 84. 94. Virgil. Georg. *Hinc albi, Clitumne, greges & maxima taurus victima.* Cat. Virg. ad Venerem p. 88. *Corniger hos aries humilis, & maxima taurus victima, ſacratos ſinget honore focos.*

Victitare. Rud. 3. 4. ỽ. 58.

Victitare lolio. Mil. 2. 3. ỽ. 50.

Victitare ſorbitio: in ſuſpiriis & gemitibus. Pœn. 1. 2. ỽ. 185.

Victitare parcè. Truc. 2. 3. ỽ. 16.

Victitare pulcrè. Moſt. 1. 1. ỽ. 51. Contrarium eſt, *vivere miſerè.* Aul. 2. 4. ỽ. 42.

Victitare ſinapi. Truc. 2. 1. ỽ. 60.

Victitare ſucco ſuo. Capt. 1. 1. ỽ. 15.

Victitare volupè: jucundè vivere, & ſuaviter. Moſt. 1. 2. ỽ. 73.

Victor ſum: voti mei compos. Pſeud. 4. 5. ỽ. 19.

Victor victorum. Trin. 2. 2. ỽ. 28.

Victoriâ cluére. Pœn. 5. 4. ỽ. 20.

Victoria viriũ. Pſeud. 4. 7. v. 74.

Victu ſe delectare. Capt. 1. 2. ỽ. 75.

Victus æternus. Moſt. 1. 3. ỽ. 68. Sic *cibus æternus* dicitur. Capt. 4. 2. ỽ. 117.

Victus aſper. Capt. 1. 2. ỽ. 79.

Victus baſilicus. Perſ. 1. 1. ỽ. 32.

Victus excuratus: accuratè præparatus. Pſeud. 5. 1. v. 8.

Victus facetus. h. e. epulæ lautæ. Moſt. 1. 1. ỽ. 43.

Victus lepidi. Mil. 3. 1. ỽ. 143.

Victus probus: eſt lautus victus. Moſt. 3. 2. ỽ. 38.

Victus ventris. Capt. 4. 3. ỽ. 6.

Vicus Hui⁹ verbi tres notiones adferũtur â Feſto, ſed loco mẽdoſo. 1. ꝓ eo, ꝙ Græcè κώμη, cui *pagus* nõ abſimilis eſt in agris. 2. pro plateâ. 3. pro ædificio, quod in ſuo quisque loco ædificat, ita ut eo pervio habitator ad ſuam quisq; habitationẽ habeat acceſſum

abillis

Ab illis duabus notionibus *Vicarij* dicuntur: ab hac tertiâ non item. Hæc tertia niſi ſit ea, vel ſimilis ei, q̃ ſubjũgo, non ſatis aſſequor, quæ ſit, ſive eo, quod Græcè *στωπὸς*, cùm oppidi itinera & regiones per vicos ſint diſpertitæ, ſive potius pro ædificiis ipſis continentibus in oppido per regiones & itinera diſpertitis: ut, Romæ erant innumerabiles vici, ſuis quiq; nominibus diſtincti, *Ita* & Chariſ. lib.1. Gramm. *vici* dicũtur humiles domûs. Nam quà incedimus, non vici, ſed viæ ſunt vicorum. Unde *vicinia* dicitur, &c.

Vicus pro poſſeſſione, aut villâ, interdum. Cicero lib. 14. Epiſt.1. ad Terentiam: *Quod ad me, mea Terentia ſcribis te vicum vendituram. Quid (obſecro te! me miſerum!) quid futurum eſt?* Et lib.1. Attic. Epiſt. 4. *Libros tuos conſerva & noli deſperare, eos me meos facere poſſe. quod ſi aſſequor, ſupero Craſſum divitiis, atq; omniũ vicos, & prata contemno.* Et lib.7. Attic. Epiſt.3. *Sed quid eſt quod ei vici Luceij ſunt addicti?* Sic ibi leg. ex cod. Tornæſ. nam vulg. *quod cũcti Luceiis.* Livius lib. 2. cap. *Incendiis deinde non villarum modò, ſed etiam vicorum quibus frequenter habitant Sabini, exuſs.* Cæſar lib. bell. Gall. c. *Habebant oppida ſua omnia numero ad duodecim vicos, ad quadringentos reliqua privata incendimus.* Et lib.6. cap. *Aedificia vicoſq; incendit.* Item: *Allobroges, qui trans Rhodanum vicos poſſeſſioneſque habebant.* Valer. Max. lib.3. cap.2. *vicum ſuum, qui in eâ urbe ſpecioſiſſimus erat, contractis undique nutrimentis ignis incendit.* Horatius lib.2. Epiſt.2. ℣.176.

Quid vici proſunt, aut horrea? quidve Calabris
Saltibus adiecti Lucani ſi metit Orcus
Grandia cum parvis?

Gul. Canterus putat leg. *vites proſunt*, ſed nihil hic mutãdũ videtur, præſertim repugnantib. omnib. vett. libb. Idẽ Horat. lib.1. Epiſt.10. ℣.20.

Purior in vicis aqua tendit rumpere plumbum
Quam quæ per pronum trepidat cum murmure rivum.

vide: vltimam corripit. Aul. 4.2. ℣.7. Vide litt. E.

vide, comminantis eſt. *vide quid agas.* Germ. Sehe zu was du thueſt. Curc. 5. 2. ℣.25. Epid. 1.2. ℣.57.

vide; va tibi! Truc. 2. 2. ℣.2.

vide ſis. Amph. Sc. *DI veſtrum.* ℣.21. Truc. 4.3. ℣.35. Pœn. 1. 2. ℣.79.145. & 3.2. ℣.1.

Videlicet. videre licet, aſſeverantis aliquid. Eleganter infinitivo iũgitur. Aſin. 3.3. ℣.9. Stichus. 4.1. ℣.49. Moſt. 4 2. ℣. 64. Capt. 2.2. ℣.36. Donat. in Teren. Adelph. 1.4. ℣.4. *videlicet confirmativum eſt; ut videlicet videre licet:* Sic Lucret. l.100. *Scilicet*, ſcire licet.

licet, ire licet. Cicero pro Cornelio cap *Videlicet homines fœneos, in medium ad tentandum proiectos.*

Viden' admirantis pariter & indignantis eſt. Epidic. 2. 2. ꝟ. 37.

Viden ut, ἐν θαυμαστικῷ formula. Curc. 1. 2. ꝟ. 34. & 62. Catullus Hymen. Jul. *Viden' ut*, & Carm. Nupt. *Viden' ut perniciter exſiluére!*

Videndum eſt. Videamus ne. Ab aliis modeſtè diſſentientes, aut de rebus alioqui dubiis & controverſis loqui, ſuamque ſententiam exponere ſolent maximè Juriſconſulti, quod *Accurſium*, alioſque id genus interpretes Juris in errorem ſæpe induxit, ut admonuit Fr. Duarenus lib. 2. Diſputat. *Anniverſ.* cap. 11. pag. 486. Cicero lib. 1. Offic. cap. 9. *Itaque videndum eſt, ne non ſatis ſit id quod apud Platonem eſt in Philoſophos dictum, quod in veri inveſtigatione verſentur.* Ubi Lambinus perperam mutat, *verendum eſt.* Idem lib. 14. Epiſt. 14. *Reliquum eſt, quod ipſa optimè conſiderabitis, veſtri ſimiles feminæ ſintne Romæ: Si enim non ſunt, videndum eſt ut honeſtè vos eſſe poſſitis.* Et lib. 1. Tuſc cap. 34. *Illud angit, vel potius excruciat diſceſſus ab omnibus his, quæ ſunt bona in vitâ. Vide ne à malis verius dici poſſit.* In Jure hæc loca conſideranda ſunt. leg penult. §. ſi. qua. D. de acquir. ret. dom. *Videamus, ne hoc falſum ſit.* Sic & leg. 55. eodem tit. l. 30. de pactis. l. 4. *Cato de verbis obliq.* l. 26. de ædil. ed. l. 57. de evi&. l. 43. de pet. hered. l. 11. §. 9. Ariſtot. quod vi aut clam. l. 2. in fin. de prot. ſtip. l. pen. furt fec. l. 59. §. ſi ita de hered. inſtitut. l. 1. de ſer. leg. l. 13. tabernæ de inſt. leg. 40. §. 2. de cond. & dem. l. 3. §. Iulianus de coll l. 18. de uſu & hab. l. ult. de eo, quod cer. l. 56. quod ſe de pecul. l. 18. §. de damn. infer. l. 31. de rebus cred. Cicero lib. 3. Tuſcul. cap. *ſed videamus ne hæc oratio ſit hominum aſſentantium noſtræ imbecillitati.* Et lib. 3. Offic. cap. *Videant, ne latebra quæratur periurio.* Et lib. 4. Herenn. cap. *Primùm igitur quod ab eis modeſtia dicitur, videamus, ne nimis pueriliter proferatur.* Gaius JC. in perſonâ tamen filii familias: *Videndum eſt ne aliquando etiam pactus ſit. ne agat. valeat pactio.* l. 30. in perſona D. de pact.

Videor vidiſſe; vulg. *puto vid.* Moſtellar. 1. 3. verſ. 111. & 2. 3. ꝟ. 138.

Video, ſubolet, ſentio. Trin. 3. 2. ꝟ. 72.

Videre; pro, *curare*, providere. Moſtellaria 2. 1. verſ. 65. Menæch. 2. 3. verſ. 2. & 5. 6. ꝟ. 1. *Qui rem herilem procurat, videt.* Terent. Heaut. 4. 2. ꝟ. 3. *Niſi aliquid video, ne eſſe*

amicam

amicam hanc gnati reſciſcat ſenex. Cicero ad Attic. l. 5. Epiſt. 1. *Statium ſervum præmiſimus, ut prandium nobis videret.* Et lib. 14. Attic. Epiſt. 23. *Quare talaria videamus*: non *induamus*, ut vulgo. lib. 3. de Orat. initio: *Quem dixiſſe conſtat videndum ſibi aliud conſilium.* Et in Lucull. *Tribunum aliquem cenſeo videant: me iſtam exceptionem numquam impetrabunt.* Terent. Phorm. 1. 4. ℣. 12. *Nam abſque eo eſſet, rectè ego mihi vidiſſem.* Ovid. in Art.

Inde procurator nimium quoq; multa procurat,
Et tibi mandatis plura videnda putat.

Sic emendavit Cuiacius ex v. l. lib. 12. Obſerv. cap. 34. Nã vulg. *propinator.* Vide paulò poſt, *Videre*, pro, cavere.

Videre aliquid *rectè.* Merc. 2. 3. ℣. 111.

Videre oculis clarè. Mil. 3. 1. verſ. 35.

Videre ſomnia; ut Græcè, ὁρᾷν ἐνύπνιον. Ariſtoteles de divin. ſomniorum: ἤδη δὲ ποσι συμβέβηκεν, ὥστε μηδὲν ἐνύπνιον κατὰ τὸν βίον ἑωρακέναι. Cicero lib. 2. de Divin. cap. *Effectum eſt, ut nihil prorſus ſomniis tribuendum ſit, præſertim cùm illi ipſi, qui ea vident, nihil divinent.*

Videre: de ſenſu olfactûs. Mil. 4. 6. ℣. 44. *Naſo pol jam videt plus, quàm oculis.* Vide etiam ſupr. *Edere, Bibere.* & Bernhard. Martin. lib. 1. Vide Var. lect. cap. 5.

Videre; pro, deliberare, conſiderare. Cicero lib. 2. de fin. cap. *Tu quidem reddes: ipſe Epicurus fortaſſe videret.*

Videre; pro cavere. Ut, *Videre ſibi.* hoc eſt, *cavere*, vitare. Hinc & *Providere*, pro eodem, teſte Donato in Terent. Vide etiam paulò ante, *videre*, pro, *curare*. Cicero lib. 1. Offic. cap. 20. *Quamobrem & hæc videnda, & pecuniæ fugienda cupiditas.* Sic v. l. vulg. *& hæc vitando.* Et ſupra cap. 14. *Videndum eſt, ne obſit benignitas.* Terent. Andr. 1. 3. ℣. 3. *Quæ ſi non aſtu providentur.* hoc eſt, caventur, vitantur: inquit Donatus. Heaut. *Lenius vinum Videre.* Salluſt. Jugurth. cap. *Nam tantas difficultates conſilio ſatis providere non poterant.* Sic vet. cod. vulg. *Nam contra tantas.* Cicero lib. 3. Tuſcul. cap. 19. *Demus ſcutellam dulciculæ potionis, aliquid videamus & cibi.* Sic ibi Mſſ. Pall. quart. & quint. & Vatic. vulg. *provideamus.*

Quid eis videretur. Vide infra Mantiſſ. *de phraſibus conciſis.*

Videri. Livius lib. 26. cap. *Lectũ quoque Sc. priuſquam ſecuri feriret, quidam anthores ſunt: ſed quia adſcriptum in SC. fuerat, ſi videretur, integram rem ad Senatum reÿceret: interpretatum eſſe, quid magis à Rep. duceret, æſtimationem ſibi permiſſam.* Et lib. 27. cap. *Conſules ſibi parum videri præfatũ pro*

pro merito eorum ſuâ voce collaudari eos. niſi univerſa partes in Curiâ gratias egiſſent, ſe qui in Senatum juſſerunt. Vide Cic. & Livium ſæpè in formulâ *Rectè & ordine*, ſupra & *Alter amborum.*

Vidua: quæ dicatur patet ex Plauto noſtro. Non ſemper quæ amiſit virum per fata: ſed quæ caret viro ad tempus: immò quæ virum numquam habuit. Men. 1. 2. ℣. 4. Ciſt. 1. 1. ℣. 46. Stich. 1. 2. ℣. 67. Mil. 4. 1. ℣ 18. Stich. 1. 1. ℣ 2. Ter. Phorm. 5. 8. ℣. 20. *Nũc viduam extrudi turpe eſt.* Seneca Agamem. ℣. 157. 195. & 988. Liv. lib. 1. de Tullia maiore: *Et ſe rectius viduam & illum cœlibem futurũ fuiſſe contendere.* Apul. l. 4. Met. Pſyche virgo vidua domi reſidens. Petron. *An contentus fuit vidua pudicaq; nocte?* Vide Jauolenum JC. 242. §. 3. ff. de V. S. & Lexic. Jur. Joh. Calv.

vidua; de meretrice, vacuá amatore. Ciſt. 1. 1. ℣. 46.

Viduare; Poetis pro *Orbare*, privare. Ita & *Viduus* tralate pro orbato. Horat. l. 2. Od. 9. ad Valgium: *Et foliis viduantur orni.* Virgil. l. 8. Aen. ℣.

Tam nudo, & multis viduaſſet
civibus urbes.

Lucret. lib. 5. ℣.

Orba pedum partim, manuum
viduata viciſſim.

Horat. lib. 1. Oda. 10. *Viduus Pharetrâ riſit Apollo.* Silv. l. 2 Theb. *At viduus teli, fruſtra ſtrato proditur ictu.* Catull. in Carm. Nupt. *Vt vidua in mũ-*
itis quæ naſcitur arvo.

At ſi forte eadem eſt ulmo con-
iuncta marita.

Columella quoque lib. 4. *Duo* inquit, *viduantur ſtatumina.* Et lib. 2. *Vbi viduus pecudibus ager.* (3. 3. ℣. 2.

Viduertas auxilii præſidii. Rud.

Vidulus; bulga eſt, vel marſupium è corio, in quod peregrinantes res ſuas condebant. Germ. Ein Wadſack. Epid. 1. 1. ℣. 20. Rudent. Argum. ℣. 1. 2. 3. ℣. 61. & 4. 2. ℣. 31. & 2. 6. ℣. 61. & 4. 3. ℣. 23. 37. 43. 49. 52. 60. 63. 76. & 4. 4. verſ. 22. 38. 47. 50. 62. 83. & 5. 2. ℣. 2. 8. 10. 22. 30. 50. 66. & 5. 3. ℣. 1. 4. 39. 55. Menæch. 2. 2. ℣. 12. & 5. 7. ℣. 47.

Vietus ſenex: languidus, ſine vi ac naturalibus privatus viribus. *Feſtus.* Mercat. 2. 2. ℣. 20. Terent. Eun. 4. 4. ℣. 21. *Hic eſt vietus, vetus, veternoſus ſenex.* Sic Valer. Maxim. lib. 6. cap. 1. *Viëtas cicatrices* dixit, hoc eſt, putas ac male curatas.

Vigere; eſt, ingenio & mente florere. Cicero lib. 1. Tuſcul. cap. *Fingebat hoc Homerus, & hominem DEOS trãſferebat, divina mallem ad nos. quæ autè divina? Vigere, ſapere invenire meminiſſe.* Et paulò poſt ex Cõſolatione ſua hæc adfert: *Ita quicquid eſt illud, ꝙ viget, cæleſte & divinum eſt.* Et lib. 2. fin cap. *Quod rationem habeat à naturâ mentemque datam & acrem & vigentem.*

Vigilia noctu; obſcœno ſenſu. Pſeud.

Vincea potio: laqueum, quo collo vincitur. Ridicule. Stich. 4. 2. ℣. 56.

Vincere Verbum proprium & aptum exultantibus, & votum præſertim multis laboribus adeptis. Caſ. 2. 8. ℣. 76. *Noſtro omine it dies : jam vicdi vicimus.* Exempla collegit Ianus Gebhartus lib. 1. Crepund. cap. 8. pag. 11.

Vincere, pro, *Euincere*. Moſt. 1. 2. ℣. 12. *vero vincam*. Mil. 2. 2. ℣ 31. *Vt verbis vincat, ne ſe viderit.* Vide paulò poſt, *Vincere* probare.

Vincere animum. Pſeud. 1. 3. ℣. 7.

Vincere Argumentis. Amph. 1. 2. ℣. 276. & ℣. 271. *Victus ſum, ſi dixeris.* Propert. lib. 1. Eleg. 9. *Non me Chaonia vincant in amore columba Dicere.* Plaut. Amph. 2. 3. ℣. 44. *Si verum vi vincitur.*

Vincere duritiâ tergi : confidere in tergo ſuo. Pſeud. 1. 2. ℣. 18.

Vincere virtute vera. Ciſt. 1. 3. ℣. 49.

Vincere: pro eo, quod vulgò, *probare*, docere, evincere. Marius ad Ciceronem l. 11. Epiſt. 28. *Id quidem me cupere, niſi & ante acta nota & reliqua mea ſpes tacente me probat, dicendo vincere non poſtulo.* Et ante in eâd. Epiſt. *Perinde ac ſi jam vicerit obitum eius Rtip. fuiſſe utilem.* Livius lib. 27. cap. *Quem principem civitatis eſſe vel Hannibale judice victurus eſſet.* Cicero pro Cluent. c. *Mane, aliquod à Cluentio profecta pecunia veſtigium oſtende. vince; deinde virum bonum fuiſſe Oppianicum hominem, integrum* Et 3. Accuſ. Verr. cap. *Docebo cepiſſe maximas omnes eas iniquitates, de quibus antea dixi, ſui quæſtus conſtituiſſe vincam* Ita rectè Fr. Fabric. ex v. cod. Et lib. de Orat. cap. *Peripatetici autem etiam ſanè ipſa &c. ab ſe peti vincerint oportere.* Et Parad. 4. *Ego verò te non ſtultum, ut ſæpè, non improbum ſemper, ſed dementem in ſanis rebus vincam neceſſariis.* Sic ex Mss. leg. Et videtur Horatius imitatus lib. 2. Satir. 3. ℣. 225. *Vincit enim ſtultos ratio inſanire nepotes.*

Vinceris, Vince, Vincite. Stomachantium eſt, & iratorum verbum: ut & Græc. Νίκα. Terenti Andr. 5. 3. ℣. 19. *P. Mi pater. S. Quid, mi pater? Quaſi tu hujus indigeas patris! Domus, uxor, liberi inventi invito patre. Adducti qui illam civem hanc dicant. viceris!* vbi & Donat. *Verbum hoc familiare iratis eſſe* ait. Cæſar lib. 5. bell. Gall. cap. *Vincite,* inquit, *ſi ita vultis.* Sueton. initio Iul. Cæſ. *Satis conſtat Syllã cum deprecantibus amiſſimis & ornatiſſimis viris aliquandiu denegaſſe, atque illi pertinaciter contenderent, expugnatum tandem proclamaſſe vincerent, ac ſibi haberent.* Sic & Sophocl. Electra: ἐιδὲ μὴ καλῶς λέγῃ, οὐ νικᾷ. Et Oedip. Col. νικῶ χρόνῳ γὰρ οἶδ᾽ ὅτι [illegible]. Eurip. Νικᾷ μοῦ οὐ μὴν &c. Quę adno-

vinarius. De eo, quod ad vinum pertinet: & pro eo, qui vinum vendit. Ger. ein Weinhänd-ler. Sic *vinoſus, violentus,* pro ebrio, *vinolentus.* Plaut. Ciſt. 1. 3. ℣. 11. *vinolentus multâ nocte in viâ.* Et Curc. 1. 1. ℣. 79. *Quid opus eſt verbis? vinoſiſſima a-nus eſt:* Horatius:

Laudibus arguitur vini vi-noſus Homerus. φίλοινος.

Livius lib. 41. cap. 4. *At Iſtro-rum pauci, qui modicè vinoſi erant, memores fuerunt fugæ: a-lijs ſomno mors continuata eſt.* Vbi *vinoſi,* pro, *ebrij.* Vide & de *vinario* Vlp. l. 45. D. de Æ-dil. *Et idem aleatores & vina-rios non contineri pro edicto quoſdam reſpondiſſe Pompo-nius ait.* Vlp. l. 25. *Aleator for-te vel vinarius, vel erro eunſit.*

vinum: pro *ebrietate.* Aul. 4. 10. ℣. 65. Mil. 3. 1. ℣. 59.

vinum: pro convivio. Germ. ein Zech. Aſin. 4. 1. ℣. 54. *Ad vi-num.* Terent. Heaut. 3. 3. ℣. 7. *In vino.* Cicero pro Cœlio: Nonnunquam *etiam ad vi-num diſertiſint.* Catullus:

Marrucine Aſini, manu ſini-ſtra

Non bellè vteris in ioco atque vino.

Tollis lintea negligentiorum.

Annæus Seneca in Epigram-mate:

Sed tu perque iocum dicis, vi-numq; : quid ad rem, Si plorem? riſus ſi tuus iſta facit.

vinum album, atrum. Men. 5. 5. ℣. 17.

vinum edentulum: vetuſtum, ὀδόντας οὐκ ἔχον, vt ait Alexis a-pud Euſtath. ad Odyſſ. β. Pœ-nol. 3. 3. ℣. 85. *Leucadium, Coum, Lesbium, vetuſtate e-dentulum.* Sic Archeſtratus a-pud Athenæum lib. 1. pag. 29. vinum vetus ait πολιὸν κρᾶτα φορεῖν, *caput canum geſtare.* Sic *vinum edentulum* apud Plautũ interpretantur quidam vinũ vetuſtiſſimũ. Alij tamen [ma-lint, vinum fugiens. Ger. Ver-rochner Wein. Alterã mentẽ prætulerim ex ſenſu eiuſdem Alexidis, qui ita quoq; loqui-tur de veteri vino. *Οἶνον δὲ τὸν παλαιότατον σπουδάζομεν. Ὅτι οὐ δάκνει· ἀλλ' ἱλαροὺς ἡμᾶς ποιεῖ. vetuſtum vinum perplacet omnibus. Non enim mordet, ſed hilaros nos facit.*

vinum meracium, ut matre, h. e. vite natũ eſt. Amph. 1. 1. ℣. 27. ἄκρατον, quod non eſt iugula-tum àquis, πιστικὸν. Vide D. Heinſii Exercit. ad Hebr. cap. 3. pag. 528. & 559. Caſ. 3. 5. verſ. 15.

vinum infuſcare. Vide *Merum.*

vinum epotum. Men. 3. 2. ℣. 5.

vinum nardinum. Vide litt. N.

vinum pendens coctum: illud, quod in uvis adhuc pendet: hoc, quod eſt benè maturum, & ex-coctum in uvis. Trinum. 2. 4. verſ. 125. Martial. Xen. Epigram. 112. *Cacuba Funda-nis generoſa coquuntur Amy-clis.* Pli. 14. 4. L. *Opinio Conſule fuit omnium generum bonitas, ea cœli temperies fulſit, quam* COCTVRAM *vocant ſo-lis opere.* Ita vinitores

ad tractum Rheni menſem Auguſtum vocant den Rochmonat. Martialis: *Cacuba ſaccentur, quaque annus* COXIT Opiml. Virgil. *Bacchus amat colles: & aliò Mitis in apricis* COQVITVR *vindemia ſaxis.*

Vinum putidum: cùm in uvis putreſcit. Trinumm. 2. 4. ỷ. 125.

Violare: pro, inficere, cõmaculare, μιαίνειν, contaminare, polluere, corrumpere. Gloſſæ vett. *violat*, μιαίνει, λυμαίνεται. Virgilius libro 12. Aen. verſ. 67.

Indum ſanguineo veluti violaverit oſtro,
Si quis ebur——

Et hinc puto *violare virginem*, pro, commaculare. Nam & *Stuprum*, *macula*, aut ſordes valet. Sic ferè Cicero de leg. Agrar. cap. *Vt nihil auro & argento violari, nihil numero & ſuffragiis, nihil manu perfringi poſſet.* Idem de Haruſp. reſp. cap. ad Clodium: *Ne hoc quidem tibi in mentem veniebat, Sibyllinas ſacerdoti hac ſacra maiores noſtros ex veſtris libris expetiſſe? Si illi ſunt veſtri, quos impiâ mente conquiris, violatis oculis, legis, contaminatis manibus attrectas.*

Violarius; Quis veſtes violæ colore inficit. Aulularia 3. 5. verſ. 36.

Violenti animi. Trucul. 2. 7. ỷ. 42.

Violentia Vulcani: ignis. Mẽ. 2. 2. ỷ. 55.

Violentiſſimus ſervus. Trucul. 2. 1. ỷ. 39.

Violentus: pro impotente, furioſo, audace. Græcè, βίαιος. Plautus Trucul. 2. 2. verſ. 61. *quamquam violentus eſt, ſpero mutari poteſt.* Cicero Philipp. de Antonio: *Neceſſe eſt quemvis ſis, ut es, violentus, & furens, cùm tibi obiecta ſit ſpecies ſingularis, perterritum te de ſomno excitari.* Et in Vatin. cap. *Si iam violentior aliquâ in re C. Caſar fuiſſet.* Terent. Eunuch. 5. 4. ỷ. 32. *Ille ubi id reſciuit factum frater violentiſſimus.*

Vir; pro *marito*, vt apud Græcos ἀνήρ. Amphitr. 1. 3. verſ. 4. & 2. 2. ỷ. 6. 14. Et Prolog. Amph. ỷ. 111. 134. Caſ. Prolog. ỷ. 58. & 2. 2. ỷ. 15. 19. 20. & 2. 3. verſ. 34. & 3. 2. ỷ. 13. & 3. 3. verſ. 23. & 4. 4. ỷ. 2. & 5. 2. ỷ. 34. & 5. 4. ỷ. 5. Ciſtell. 2. 3. ỷ. 48. & 4. 2. verſ. 87. Bacchid. 4. 8. ỷ. 11. *Quid? vir? vir, inquam. Nuptan' eſt illa, obſecro?* Stich. 1. 1. verſ. 3. 4. & 1. 2. ỷ. 41. & 2. 1. ỷ. 111. & 2. 3. ỷ. 47. 48. 65. Merc. 4. 3. ỷ. 12. 14. & 4. 9. ỷ. 2. 5. 6. Aſin. 5. 2. ỷ. 6. Men. 5. 1. ỷ. 4. & 5. 2. ỷ. 16. 23. 33.

Vir: pro genitali membro. Aſinaria 1. 3. ỷ. 84. Catull. *Itaque vt relicta ſenſit ſibi membra ſine viro.*

Vir barbatus. Caſ. 2. 8. ỷ. 26.

Vir bone: ὦ γενναῖε. Perſ. 5. 2. ỷ. 11. Pſeud. 4. 7. ỷ. 46.

Vir dentatus. Pſeud. 5. 4. ỷ. 3.

Vir frugi, continens, amans vxoris. Aſin. 5. 2. ỷ. 7.

Vir

Vir minimi pretij. Caſ. 3.4.℣.4.

Vir ſummus populi. Perſ. 3.3.℣.13.

Vir virum legere. Genus loquendi in re militari. Olim enim apud Romanos poteſtas fiebat militibus, ut ſinguli ſingulos, notos ſibi, quorumque virtuti conſiderent, legerent, cùm ſcilicet à parte copiarum pugna periculoſior erat committenda, *Vir virum legere* dicebatur. Livius lib. 9. cap. *Et ad Vadimonis lacum Ethruſci lege ſacratâ coacto exercitu, cùm vir virum legiſſet, quantis unquam aliàs antea ſimul copijs, ſimul animis dimicarunt*. Tacitus lib. 17. cap. *Apud frequentem militum concionem Imperatoriâ brevitate adoptari à ſe Piſonem more duci Auguſti & exemplo militari, qui vir virum legeret*. Cicero pro Milon. capite *Illi qui ſemper ſecum ſcorta, ſemper exoletos, ſemper lupas tum ducebat. Neminem viſi, vt virum à viro lectum eſſe diceres*. Virgil. lib. 11. ℣. 632. *legitq; virum vir*. Vbi aliter uſus eſt, nempè non de ſocio, ſed de hoſte, contra quem quiſq; pugnaret.

Vira. Amphitr. 2.2.℣.181. Vide Animadverſiones. Vtuntur autem hoc nomine interpretes Bibliorum Geneſ. 1. cap. 2. ℣. 27. quorum verba inibi hæc ſunt: *vt à viro deſumpta fuit mulier, ita nomen obtinuit vira à viri nomine derivatum, & ſexui totius in ſpecie humana commune*. Alioquin mulieris propriũ nomen fuit *Chava*. cap. 3 20. Sic tamen inflectebant priſci Latini, vt Feſtus autor eſt, & feminas, quas nunc appellamus, dicebant *viras*, hoc eſt, *ἀνδρίδας*, vt interpretatur Symmachus. *Ita* nãq; Romæ uſus obtinebat, vt *Querquetulanæ viræ* ipſo adhuc Varronis tempore dicerentur, quibus ſacellum erat in Eſquilina regione ad Querquetulanam portam. Vide etjam Notas Druſii in Geneſ. c. 98. pag. 120. Servius ad Virgil. lib. 12. *virago* dicitur mulier, quæ virile implet officium. h. e. mulier, quæ viri animũ habet. Has antiqui *viras* dicebãt.

virago ancilla. Merc. 2.3.℣.79. vide *Appoſitio* in Mantiſſa.

virere: dicuntur *oculi* hominibus iracundis. Captei. 3.4.℣.63. Men. 5.2.℣.76.

virga vlmea. Pſeud. 1.3.℣.98.

virgæ in tergo moriuntur. Capt. 3.4.℣.127.

virgarum ſupplicium. Mil. 2.6.℣.22.

virgarũ faſces viminei. vide litt. (F.

virgator: dicebatur lorarius, qui virgis & loris cædebat ſervos. Aſin. 3.2.℣.19.

virgidemia: virgarum vindemia, ficto vocabulo. Rud. 3.2.℣.22. *Si tibi vlmeam vberem eſſe ſperas vindemiam*.

virginalis, & *virginaria feles*. Perſ. 4.9.v.14. Rud. 3.4.v.42. Vide litt. F.

Virginis-vendonides: compoſitio ficta. Perſ. 4. 6. verſ. 20.

Digitized by Google

virginis vendonides. Cõpoſitio ficta. Perſ. 4. 6. ℣. 20.

Virginem locare in matrimonium. Trin. 3. 3. ℣. 52.

Virgis cadere. Pſeudol. 1. 5. ℣. 98. Men. 5. 5. ℣. 40.

Virgis verberare. Caſ. 5. 4. ℣. 24.

Virgo adulta. grandis. Aul. 2. 2. ℣. 14. Trin. 1. 2. ℣. 73. & 2. 2. ℣. 93.

virgo feſtiva Epid. 5. 1. ℣. 17.

virgo illocabilis. Aul. 2. 2. ℣. 10.

virgo integra. Truc. 4. 3. ℣. 47.

virgo indotata. Trin. Arg. ℣. 5.

virgo lepida. Curc. 1. 3. ℣. 11.

virgo pudica. vide littera P.

Virgo etiam dicta, quæ jam pe perit. vide *Puella.*

virgo ſperata dicebatur ἡ μνηστευομένη. Germ. ein Vertrawte. Amph. 2. 2. ℣. 44. Simpliciter etiam *ſpes* dicta fuit. Plautus Aſtraba: *Sequere ſequere, Polybadiſte, meam ſpem cupio conſequi.* Pol. *Sequor hercule quidem. Nam libenter, mea ſperata, conſequor.* Græcis etiam ἐλπίς. Ruffinus in Epig. Ρυφῖνος τῇ μῇ γλυκερωτάτῃ ἐλπίδι πολλὰ χαίρειν. Vide etiam Nonium.

viri: ἄνδρες. quoad ſexum. Pœn. 5. 4. ℣. 32. Stich. 5. 3. ℣. 4.

viri: homines. Trin. 2. 2. ℣. 4.

viri boni, atque *honeſti.* Ita dicendi videntur, quos Græci καλοὺς κἀγαθοὺς vocãt. Cic. 3. Verr. c. *P. Trebonius viros bonos & honeſtus complures fecit heredes.*

Viros vocare. In bello potiſſimũ. Varr. l. 5. LL. ubi de luſtro faciendo pag. 61. ſub. fin. *Præconi ſic imperato, ut viros vocet: Quod bonum fortunatumque* &c. *Omnes Quirites, pedites, armatos privatosq́ vocat.* Macrob. l. Saturn. c. 15. *Vitabant veteres ad viros vocandos etiã dies, qui eſſent notati etiam rebus adverſis: vetabant etiam feriis, ſicut Varro in augurum libb. ſcripſit in hoc verbo. Viros vocare feriis non oportet: ſi vocarit piaculum eſto.* Cic. l. 2. de Nat. Deor. cap. *Itaq. maxime Reip. partes in his bella, quibus Reip. ſalus continetur, nullis auſpiciis adminiſtrantur, nulla perennia ſervantur, nulla ex cõmunibus, nulli viri vocãtur.*

Viria, & *viriola.* Pomponius IC. l. 8. ſi tibi D. opt. vel elect leg. *Si ex quatuor viriolis duæ, quas elegiſſem, mihi legatæ ſint.*

Virilia. Paullus IC. l. impēſæ 79. in fin. D de verb. ſign. *Voluptuaria* ſc. impenſæ *ſunt, quæ ſpeciem duntaxat ornant, non etiam fructum augent: ut ſunt viridia, & quæ ſalientes.* Ita Flor: Cod. vulg. *viridiaria,* vel, *viridaria.*

virilitas. Idẽ quod Græcẽ αἰδοῖον. Author bell. Alexand. *Nam neq. interfectis amiſſam vitam, neq. exſectis virilitatem reſtituere poſſe: quod quidem ſupplicium gravius morte cives Romani ſubiſſent.* Imp. Hadr. l. 4. D. ad l. Carn. de ſall. *Audire eum præſes provinciæ debet, qui virilitatem amiſerunt.* P. in l. 7. Hiſt. de Androgyno: *Licinius Mucianus prodidit, viſum eſſe ſe Argis Areſcontem, cui nomen Aceſcuſa fuiſſet, nupſiſſe etiam mox barbam & virilitatem, uxoremq. duxiſſe.*

Viri-

Viripotens: viribus valens. Perſ.2.3.ꝟ.1.

Viritim. Pſeud.1.5.ꝟ.26.

Virtus: pro merito & dignitate. Capt.5.3.v.20. Mil.3.1.ꝟ.142.

Nunc volo obſonare, bene ut
hoſpes te virtute ex tua
Mea domi accipiam benignè,
lepidè, & lepidis victibus.

Ibid. Mil.4.5. ꝟ.12.13.

Saltem mihi voluptas eſt, cùm
ex virtute forma evenit tibi.
Mea opera ſuper hac vitina,
quam ego nunc concilio tibi.

Ibidem paulò alia facie. Mil.3.1.ꝟ.133.

Sicut merci pretium ſtatui, pro
virtute ut veneat.

Pœn.5.5.ꝟ.41.

Cumq; ex virtute vobis fortuna obtigit.

Terent. Adelph.2.1.ꝟ.22.

Si poſſiderem, ornatus eſſes tuis
virtutibus.

Virtus; pro fortitudine bellicâ. Epid.1.2.ꝟ.3. Sæpe apud Cic. & Salluſtium. Sic Sulpitia Poetria: *duo ſunt quibus extulit ingens*
Roma caput; virtus belli,
& ſapientia pacis.

Virtus. Propriè fortitudo, quaſi à viro: poſteà commune factum. Ennius apud Nonium: *Spernere melius eſt virtute jus. Nam ſæpè virtutem mali nanciſcuntur, jus & æquum ſe à malis ſperni procul.* Cic. lib. 2. Tuſc.c.18. *Atqui vide, ne cùm omnes rectæ animi affectiones virtutes appellentur, non ſit hoc proprium nomen omniū, ſed ab ea unâ, quæ ceteris excellebat, omnes nominatæ ſint. Appellata eſt enim à viro virtus: viri autem propria maxima eſt fortitudo: cujus munera duo ſunt maxima, mortis, dolorisq; contemptio. vtendum eſt igitur his, ſi virtutis compotes, vel potiùs, ſi viri volumus eſſe. quoniam à viris virtus nomen eſt mutuata.* Plutarchus initio Coriolani: ὅλως μὲν οὖν ἐν τοῖς τότε χρόνοις ἡ ῥώμη μάλιστα τῆς ἀρετῆς τὸ περὶ τὰς πολεμικὰς, καὶ στρατιωτικὰς ἐκύδαινε πράξεις, καὶ μαρτυρεῖ τό, τὴν ἀρετὴν ὑπ' αὐτῶν ἑνὶ τῷ τῆς ἀνδρείας ὀνόματι προσαγορεύεσθαι, καὶ τοῦτο γένους ὄνομα κοινὸν ὑπάρχειν, ὃ τὴν ἀνδρείαν ἰδίᾳ καλοῦσιν.

virtus γενικῶς. Per virtutem. Trin.2.2.ꝟ.55. *Cum ejuſmodi virtutibus*. Ibid.ꝟ 56.

virtus: fere ꝓ auxilio vſurpatur. Pſeud.1.1.ꝟ.7. (v.133.

virtus; ꝓ dignitate pretii. Mil.3.1.

virtus: pro *opera*. Moſt.1.1.ꝟ.32. In deteriorem partem.

virtus; in malam partem pro dolo, aſtutia. Bacch.4.4.ꝟ.23.

virtus vlmorum. Aſin. 3.2.ꝟ.3.

virtus: pro *vi ac poteſtate, omine*. Aul.2.1.ꝟ.44.

virtus: pro præſtantiâ alicuius rei. *virt⁹ formæ*. Moſt.1.3.v.17.

virtus; Dea. Bacch.4.8.ꝟ.52.

virt⁹: ꝓ *poteſtate*. Capt.2.2.v.74.

virtute atq; auſpicio. Epid. 3.2.v.45. (17.

virtute: labore &c. Trin.3.2.ꝟ.

virtute ſuâ: ſponte ſuâ. Pſeud.2.4.ꝟ.36.

virtute Deûm. Ita loquebantur veteres. Solebant enim res

 pro-

Digitized by Google

proſperas Diis & virtuti acceptas referre: contra omnia ſua minora facere, & Deorum erga ſe beneficentiam amplificare; ne ſibi ea attribuere viderentur, & in *Deos* ingrati eſſe; neue eorum invidiam in ſe commoverent. Trinumm. 2.2. verſ. 65. 74. Mil. 3.1. ✠. 81. 85. perſ. 3.1. verſ. 62. Etſi nonnumquam etiam hominum virtutem tacitam non prætermittebant. Mil. 3.1. verſ. 25. & 142. Salluſtius: *virtute ac Diis volentibus magni & opulenti eſtis.* Vide Turneb. libro 21. capite 29. & libro 18, capite 7.

virtute & ſapientiâ. Capteivei 2. 3. ✠. 50.

virtutes & opera; in malam partem. Rud. 2.2. ✠. 15.

virtutes: pro ipſis rebus geſtis, & factis. Græcis ἀριστεῖαι, ἀνδραγαθήματα. Germanis Thaten: Sic & *Laudis* verbo utuntur veteres: de quo ſuprà. Terent. Eunuch. 5.8. ✠. 60. ubi Gnatho Thrasoni: *et collaudavi ſecundùm facta, & virtutes tuas*. Sic liber Catonis de ſuis virtutibus, contra Thernium. Cicero de Senect. cap. *videtisne ut apud Homerum ſæpiſſimè Neſtor de virtutibus ſuis prædicet?* Vbi tamen Guilh. Canterus lib. 6. Novar. lect. cap. 10. putabat leg. *viribus*, Gazam ſequutus. Et ad Q. Fratr. Epiſt. *virtutes tuas in iſtis urbib' cōſecutas, & in Deorū numerum collocatas vides*. Et de Orator. *Legibus & præmia propoſita sūt virtutibus, & ſupplicia vitiis.* Et lib. 4. Tuſc. c. *ut deinceps qui accubarent, canerēt ad tibiam clarorum virorum laudes atq; virtutes.*

virtutis modus; eſt; modeſtia. Moſt. 1.2. v. 58.

vis & virtus ad animū referūtur & corpus. Amph. 1.1. v. 36. Sic Sall. *vince corporis, an virtute animi*: Idē: *Quorum omnis vis virtuſq; in lingua ſita eſt*: Idē. *Quanta animi vis fuiſſet in exercitu Catilinæ*. Et: *Ac tametſi in ipſa magna vis animi erat.* Iugurth. *ad hoc vis corporis*. Et: *Quod ſi Regū, atq; Imperatorū animi virtus*. Et: *virtutē animi ad cœlū ferunt*. Et: *vis corporis, & animi*. Et: *Omnis noſtra vis in animo & corpore ſita eſt.*

vis, vitiū; cōjūgūtur. Ep. 1.2. v. 7.

vis maior: notat eam vim apud ICtos, cui reſiſti ægre poteſt. Bacchid. 5.2. v. 9. vide l. 2. ff. de eo qu. me. cau. l. ſi ea res ff. de act. em. &c. Cic. p. Plancio: *Si autē vitā mihi ſors ademiſſet, aut vis maior reditū peremiſſet, &c.* Lactant. *Homo quia multis caſib' periculiſq; eſt, metuit ne qua vis major exiſtat, quæ illum verberet, ſpoliet, laceret, affligat, interimat.*

vis hominum: multitudo, impetus. Epid. 2.2. ✠. 64.

vis negotij: elegāter dicitur. Pœn. 1.2. ✠. 1. Sic Affranius: *Nunc eſt diſtentus animus vi negotij.*

vis eſt; proverbialiter dictum. Capt. 3.5. v. 92. Truc. 4.2. v. 40. & 4.3. v. 9. *vis ſubegit.* Ter. Adelph. 5.8. v. 13. *vis hæc quidem eſt*. Suet. Iul. c. 82. *Iſta quidem vis eſt.*

vis

Vis ac violentia. Rud. 3. 6. ℣. 1.

Vis maior, Vis divina, idem valent; quæ ſcilicet humanam ſuperet. A Iuriſconſultis uſurpatur de tempeſtatibus, fulminibus, &c. Vide Lexic. Iuris Cicero lib. 1. Tuſcul. cap. *Mihi quidem ne hæc notiora & illuſtriora carere vi divinâ videntur, ut ego aut Poeta grave plerumq; carmen ſine cæleſti aliquo mentis inſtitutum putem fundere, aut eloquentiam ſine quadam vi maiore flectere.* Et lib. 2. Rhet. Her. *Defenſoris cõqueſtio calamitatis eius, quæ non culpâ, ſed vi maiore quadam acciderit.* Servius Sulpitius apud Vlpian. l. 24. fluminum. D. §. 3. Servius D. de domin. inf. *Si id ædificij vitio acciderit, non ſi violentiâ ventorum, vel quâ aliâ ratione, quæ vim habet divinam.* Seneca lib. 4. de Ben. cap. *Vadimonium promittimus, tamen deſeritur: non in omnem datur actio, deſerentem major vis excuſat.* Et Columell. lib. 1. cap. 2. *Nam ubi ſeduló colitur ager, plerumque compendium, nunquam cæli major vis, aut domum inceſſit, detrimentum adfert.*

Vis major. Interdum pro nimiâ potentiâ. Cicero pro Murena cap. *Nolo accuſator in judicium potentiam adferat, non vim majorem aliquam, non authoritatem excellentem, non nimiam gratiam.*

Vis major. Ut, *Morbus major.* Cicero pro Plancio in fine: *Sin autem vitâ mihi ſors ademiſſet, aut vis aliqua major reditum peremiſſet.* Et l. 5. Tuſcul. cap. *Aut eloquentiam ſine majore quadam vi fluere abundãtem ſonantibus verbis, uberibuſque ſententiis.*

Vis: pro copia, Ciceroni valdè uſitatum, quod his exemplis apparet. Dicit enim: *Vis lachrimarum, vis remigum, vis vaſorum, vis ranunculorum, vis ſerpentium, vis natrium, vis viperarum, vis armatorum, vis militum, vis mellis, vis auri & argenti.*

Vi magnâ, vel *magnâ vi,* & *ſummâ vi.* Eunuchus apud Agell. lib. 18, cap. 5. *Deniq; vi magnâ quadrupes equus, atq; elephanti proijciunt ſeſe.* Livius lib. 27. cap. *Cinctus ſummâ vi operibus oppugnabat.* Et lib. 45. *Eumenus* 28. *ſummâ vi bellabat bellum.*

Vis. Hæc vis eſt! Utebantur olim hac exclamatiuncula, qui videntur, & quaſi furcis expellebantur, aut premebantur & quibus magna vis adferretur. Plautus Capt. 3. 5. ℣. 92. *Vis hæc quidem hercle eſt, & trahi, & trudi ſimul.* Sueton. Cæſar cap. 82. *Deinde clamantem, iſta quidem vis eſt, alter Caſca adverſum vulnerat paulum infra jugulum.*

Viſa: pro ſomniis. Mil. 2. 4. ℣. 34.

viſeus: Pœn. 2. 1. ℣. 31. 33. 35. 37.

Viſcus amatorius. Bacch. 1. 1. ℣. 16. & 5. 2. ℣. 39.

viſere: videre, inviſere. Ciſt. 2. 1. ℣. 14. Mil. 3. 1. ℣. 113. Rud. 2. 7. ℣. 11.

Digitized by Google

℣.11. Mercat.5.3. ℣.3. Mil. 2. 3.℣.31. Bacch.4.10.℣.9. *videre cupere*. Pſeud. 4.6.℣.1. Caſ. 5. 1.℣.2. Vide Lexicon Lucret. Dan. Parei.

viſere & ſpectare. Moſtell.3.2.℣. 107.

viſere ad. Bacch.3.5.℣.4. Capt.1. 2.℣.17.& 4.2.℣.114. Epid.2. 2.℣.120. Mil.2.6.℣.40. Trucul.2.6.℣.17. Terent. Eun.3. 4.℣.7. *Ibo ad illum, viſam ſi domi eſt*. Sic leg. Vide Lexic. Lucret. Vide *Inviſere*.

viſere aliquò. Caſ.3.℣.1.

viſere intrò. Epid.5.2.℣.46.

viſere in aliquem locum. Rud.5. 1.℣.6. Perſ.1.1.℣.20.

viſitare; pro, *videre*. Ab eo *viſitatus*, qui viſus, *inviſitatus*, non viſus, *res inviſitata* &c. Sed obſoleta hæc ſunt. Pſeud. 2.4.℣.37. Curc.1.3.℣.64. Epid.4.1.℣.12.24. Trinumm.3. 3.℣.39.

viſum, aut, *viſio*; pro eo, quod Græcè βδεσμὸς. βδόλος, & *viſere* eſt βδεῖν. Utuntur eo hodie & Germani, & Lombardi. & Franci, in ſuis idiotiſmis. Gloſſ. *viſio*, βδόλος. *Viſere* βδεῖν. Joſephus Scaliger ad illud Catulli; *Semilauta crura*, contendit Latinum eſſe verbum, ad quod alluſerit & Cicero Epiſt. ad papirium; ubi in verbo *diviſio* ait ineſſe obſcœnum, cui reſpondeat *Intercapedo*. Ita & Iſaaco Caſaubono probatur ad Sueton. Claud. Nam & vetus ſcholiõ ad illud Horat. *Quamvis eſt monitus*, pro, *quamvis ſit*, propter cacemphaton. Sed intelligit ibi Cicero ferè obſcenũ & deteſtabile. Puto tamen in provinciis id natum nomen, veteribus ignotum. & illud cacemphaton eſt, *inviſſit*. nõ enim ſatis benè ſonat.

vita; amatorium eſt; pro, blanditiis. Caſ.1.1.℣.47. Truc.2. 4.℣.37. Aſin.3.3.℣.24. Pœn. 1.2.℣.157. Stich.4.2.℣.6.

vita; pro, victu. Trin.2.4.℣.76, Stich.3.2.℣.9. Sic βίος. Luc. cap.15. Ut ibi Beza annotat. Et Donatus ad Terentium. Vide P. Merulam ad Annales Ennii, pag. 294.

vita neciſq; poteſtas: quod plerumque, *Ius vitæ & necis*. Salluſt. Jugurth. cap. *An regno conſulam, cujus vita neciſq; poteſtas alienis pendet*.

vita interdum idem quod *Cibaria*, aut res ad victum neceſſariæ, aut certè bona ad vivẽdum neceſſaria. Quare & hæc duo, *victus & vita* jungi ſolent. Vide infra Mantiſſa de *jũctis* ἐκ τῶν ἀλλήλων. Ita & ζωὴ interdum apud Homerum: quod Budæus notavit. Cicero lib.1. Acad. quæſt. cap. *Conſtituebantq; extremum eſſe rerum expetendarum, & finem bonorum adeptum eſſe omnia è naturâ, & animo, & corpore & vitâ*. Et eodem libr. *vita autem (Nam id erat tertium) adiuncta eſſe dicebant, quæ ad virtutis uſum valerent*.

vitam Paraſiti Reges ſuos nominabant. Stich.2.3.℣.47. Men.5.5.℣.5. Vide etiã *Geni*°.

vita

Digitized by Google

Vita; in blanditiis amantum: ut *delitia*. Græcè ψυχὴ. Pſeud. 1. 6. ℣. 47. Cicero 3. Accuſ. c. de Verris delitiis: *Vt te Prætore videlicet æquo iure Apronio delitias ac vitam ſuam judicio recuperatorio perſequamur*. Juvenal. Satir. 6. ℣. 195. *Ζωὴ καὶ ψυχὴ modò ſub lodice relictis*,

Vita brevis eſt. Moſt. 3. 2. ℣. 18.

Vitâ carere; mortuum eſſe. Moſtell. 2. 2. ℣. 68.

Vita familiaris. Perſ. 1. 3. ℣. 46.

Vita longinqua. Mil. 3. 1. ℣. 35.

Vita maritata. Bacchid. 2. 3. ℣. 108.

Vita varia eſt. Truc. 2. 1. ℣. 9.

Vitâ ſuâ aliquem devolvere. Men. 5. 5. ℣. 5.

Vitâ deficere. Aſin. 3. 3. ℣ 19.

Vita vivere. Epid. 3. 3. ℣. 5. Rud. 3. 2. ℣. 7. *Merc*, 2. 4. ℣. 5. Perſ. 4. 3. ℣. 24. Mil. 2. 6. ℣. 2. & 3. 1. ℣. 33. Cicero Læl. cap. 6, *Quis poteſt eſſe vitâ vitalis?* Vide infr. Mantiſſ. *Atticiſmus*. Sic Curc. 1. 3. ℣. 26. *Luce lucere*, βιωτὸς βίον. Philemon. ἡμεῖς ἀβίωτον ζῶμεν ἄνθρωποι. βίον. Sic Paulus de viduâ 1. Tim. 5. 6. ἡ χήρα σπαταλῶσα ζῶσα τέθνηκε. *Vidua laſciva viva mortua eſt*.

Vitæ ſtudeo. Truc. 2. 5. ℣. 7.

Vitalis: pro, vivax, qui diutius ſuperſit. Bacch. 4. 9. ℣. 75.

Vitalis ævus. Pœn. 5. 4. ℣. 14. Vide *Ævum*.

Vitam bonam dare; gaudium alicui parare. Caſ. 4. 4. ℣. 17. Perſ. 4. 8. ℣. 4.

Vitam bonam facere; delicatè in gaudio vivere. Caſ. 4. 4. ℣. 17. Perſ. 4. 8. ℣. 4.

Vitam colere. διάγειν. Rud. 1. 5. ℣. 25. Pſeud. 5. 2. ℣. 33. Trin. 3. 2. ℣. 74. Moſt. 3. 2. ℣. 43. Aul. 2. 2. ℣. 10. Caſin. 2. 1. ℣. 12. Ter. Heaut. 1. 1. ℣. 84.

Vitam interimere. Epid. 4. 2. ℣. 24. Caſ. 3. 5. ℣. 29.

Vitam producere ad miſeriam. Trin. 2. 2. ℣. 59.

Vitam prorogare. Pſeud. 3. 2. ℣. 38.

Vitam vivere, Mil. 3. 1. ℣. 131.

Vitare; cum dandi caſu, ut *cavere*. Caſ. 2. 2. ℣. 35. Curc. 3. 2. ℣. 9. Vide litt. C. *Cavere malo*.

Vitare ſe; quod plerumque, fugere ſe: de quo ſuprà. Horat. lib. 2. Satir. 7. in fin. ℣. 104.

—— *adde quod idem*
Non horam tecum eſſe potes: non otia rectè
Ponere: teq; ipſum vitas fugitivus & erro. &c.

Vitellus; in blanditiis amantium. *A vitulo*; ut ab annulo, *anellus*. Aſin. 3. 3. ℣. 77.

Vitia corporis ſunt rugæ. & alius ſqualor. Moſt. 1. 3. ℣. 117.

Vitiare virginem. Aul. Arg. 1. ℣. 3 Arg 2. ℣. 11. Truc. Arg. ℣. 10. Terent Eun. 5. 2. ℣. 19. *virginem vitiare civem*.

Vitio, pro, *culpâ*. *Aul*. 4. 10. ℣. 15.

Vitio vini. Truc. 4. 1. ℣. 54.

Vitio vertere. Capt. 2. 2. ℣. 9. Epid. 1. 2. ℣ 5. & 3. 4. ℣. 20.

Vitium & perjurium. Truc. 2. 7. ℣. 50.

Vitium, de ædium ruinâ. Moſt. 1. 2. ℣. 25.

Vitium

Vitium dicere: pro, vitii inſimulare. Aſin.5.2.℣.49. Gloſſæ antiquæ: *Vitium furi dico.* καταγινώσκω τοῦ κλέπτου. Teren. Hecyra: *Reddi patri autem, cui tu nihil dicas vitij ſuperbum eſt.*

Vitium eſſe alicui. Pſeudol.5.1.℣.5.

Vitilena. Sic componebant veteres: & ſic optimi Mſſ. Palatini legunt. Moſt.1.3.℣.56. Ita Cato ex vitio & litigatoribus fecit *vitilitigatores.* Sall. lib.3.Hiſtor. *Vitimagiſtratus* vocat Marianos & Cinnanos, qui vitio & per vim creati.

Vitreus: de aquis, & earum ſplendore. Virgil.lib.7.Aen.℣.758 *Te nemus Anchitiæ, vitreâ te Fucinus undâ, Te liquidi flevere lacus.* Horat.lib.3.Od.13. *O fons Blanduſiæ ſplendidior vitro.* Vide ibi vet. Interpret.

Vitulari: eſt lætari & lubentiis diffluere, A *vitâ* quæ lubentiam, & lætitiam ſignificat. Perſ.2.3.℣.2. & 5.2.℣.18.

Viva aqua. Interdum dicitur *iugis* à Cicerone, & *Perennis.* Vlpian. *Vivum ſaxum, lacus, flumen*, apud Virgil. Seneca lib.3.Nat.quæſt. *Non caleſtem eſſe, nec collectitium humorem, ſed quod dici ſolet, vivam aquam.*

Vive. Epid.2.2.℣.99.

Vivere; pro, lautè & hilariter vivere. Perſ.1.1.℣.31. Catullus: *Vivamus mea Lesbia atq; amemus, &c.* Vide ibi Muretum alioſque, & pauló poſt.

Vivere ætatem. Amph.4.2.℣.3.

Vivere; pro, eſſe. Amph. Prol.℣.75.Trin.2.2.℣.109. Bacch.3.6.℣.1.11.24. & 4.3.℣.3. Merc.2.3.℣.20. & 5.2.℣.56. Mil.1.1.℣.56. & 4.8.℣.10. Men.5.5.℣.10. Ruden.2.1.℣.1. & 5.1.℣.1. Caſ.2.8.℣.55. Truc.2.2.℣.57.62. Perſ.5.2.℣.10. Ciſt.1.2.℣.11. & 1.3.℣.42.

Vivere miſere; pro, arido victu vitam colere. Aulul.2.4.℣.36. Moſt.1.1.℣.51. *Me victitare pulchrè, te miſeris modis.*

Vivere; pro, laute vivere, & Genio indulgere, *facilius vivere.* Curc.5.2.℣.6. Sic apud Catullum: *Vivamus mea Lesbia, atq; amemus.* Martial.

Non eſt crede mihi ſapientis dicere, vivam.

Scin' nimis vita eſt craſtina, vive hodie. Lucill.

Vivite lurcones, comedones, vivite ventres.

Virgil Catalect.

Pone merum, & talos, pereat, qui craſtina curat!

Mors aurem vellens, Vivite, ait, venio.

Varro: *Properate vivere pueræ, quas ſinit ætatula ludere, eſſe, amare, & Veneris tenere bigas.* Cicero lib.2.fin. cap. *Hos ego affirmo benè quidem vivere, at beatè numquam dixerim.* Vetus inſcriptio Narbone:

AMICI. DUM. VIVIMUS.
VIVAMUS.

Vivere vitâ. Milit.3.1.℣.3.3. & Perſ.4.3.℣.24. Vide, *Atticiſmus* in Mantiſſa.

Vivere lege dura. Merc.4.6.℣.1.

Digitized by Google

Vivere vivendo; diutius vivere. Epid. 2. 1. ℣. 8.

Vivere moribus antiquis. Trin. 2. 2. ℣. 16.

Vivit malum. Rud. 2. 4. ℣. 32.

Vivito de veſtro. Truculent. 5. 1. ℣. 61.

Vivitur. Trin. 1. 2. ℣. 27.

Vivi, homines. *Aſin*. 1. 3. ℣. 83. Menæch. 2. 1. ℣. 15. Bacch. 3. 3. ℣. 67.

Vivo me, hoc eſt, Ego vivus. Bacchid. 3. 3. ℣. 15. Moſtell. 1. 3. ℣. 73.

Vivo videntiq;, *Vivus videns*. Proverbii ſpeciem habens oratio. Sic & Græcè ζῶντι καὶ παρόντι. Sophocl. Trachin. ἢ μοὶ χερσὶν τῷ ζῶντι καὶ παρόντι νῷ ἐκφέροιτ' μοχθῶν τῶν ἐφεστώτων ἐμοὶ λυσιτελεῖα. Cicero pro Sextio cap. *Ille Cyprius miſer*. &c. *Vivus, ut aiunt, eſt, & videns, cùm victu ac veſtitu ſuo publicatus*.

Vivus, viva, in vitâ. Bacch. 3. 4. ℣. 18. *Numquam viva me irridebit*. Vide, *Me vivo*.

Vivus, a. Vivens. Ciſtell. 2. 1. ℣. 46. Truc 2. 4. ℣. 86. & 4. 3. ℣. 49. Nec *vivus nec mortuus ſum*. Amph. 1. 1. ℣. 241. 302. *Aul*. 2. 2. ℣. 21. & 3. 6. ℣. 29. Bacchid. 3. 4. ℣, 18. Men. 2. 1. ℣. 20.

Vivus, ſalvus; & ſoſpes. Capt. 4 2 ℣. 93.

Vivus præſens. Moſt. 2. 1. ℣. 79. Vidi Mantiſſ. *Proverbia*.

Vix, ægrè q;. Pœn. 1. 2. ℣. 27.

Vixiſſe; pro, mortuum eſſe. Bacchid. 1. 2. ℣. 43. Moſtell. 4. 3. ℣. 10. Pſeud. 1. 3. ℣. 67. Vide *Fuit*. Virgil.

Vixi, & quem dederat curſum fortuna peregi.

Vlli, ullius. Truc. 2. 2. ℣. 38.

Vllus alter. κατὰ πλεονασμόν. Moſtell. 1. 3. ℣. 112.

Vlmea catapulta. Perſ. 1. 1. ℣. 28.

Vlmea pigmenta. Vide litt. P.

Vlmea virgidemia. Rudent. 3. 2. ℣. 22.

Vlmei ſervi; hoc eſt, qui vapulant ulmeis virgis. *Aſinar*. 2. 2. ℣. 96.

Vlmei ſtyli. Pſeud. 1. 5. ℣. 132.

Vlmi paraſiti; de virgis, quæ aliquid de tergo ſervorum abradunt, ut ſolent paraſiti de menſis divitum. Epidic. 2. 3. ℣. 6.

Vlmi; pro, ulmeis virgis. *Aſin*. 3. 2. ℣. 3.

Vlmorum Acheruns, de ſervis. Amph. 4. 2. ℣. 9.

Vlpium allium. Pœn. 5. 5. ℣. 35. Vide litt. V.

Vltimus; Extremus. Eleganter utuntur veteres his verbis, non tam de numero, quam de ſpatio, & intervallo. Ut, *in ultimo libro*. in fine lib. *In ultimâ novi* h. v. in extrema parte. nobis. Cicero: *Ad extremum ſæpe cecidit*, Terent. Phorm. 1. 4. ℣. 38. *quem video in ultimâ plateâ*. Heaut. 5. 1. ℣. 29. ultimis in ædibus. Cicero pro Murena cap. *Quam in civitate rogati infimorum hominum filios propè de nocte ex ultimâ ſæpè urbe deductum venire ſolemus*.

Vltrò

Digitized by Google

Vltrò; ſua ſponte. *Pſeud.* 2.4.℣. 60.

Vltrò & *ſponte* differunt. Vide *Verba differentia* in Mantiſſa.

vltrò iſtum; pro, *procul à me.* cum accuſandi caſu. Amph. 1. 1. ℣. 163. Capt. 3. 4. ℣. 19. Caſ. 2. 8. ℣ 23.

Vlyſſes. Bacch. 4. 9. ℣. 16.

Vlyſſes Laertius. Bacchid. 4. 9. ℣. 22.

Vlyſſes Troianus. Pſeud. 4. 7. ℣. 7.

Vlyſſes; de homine calido & vafro. Pſeud. 4. 6. ℣. 2.

vlyſſes; de conſiliario: quia eo uſus Agamemnon in bello Troiano. Men. 5. 5. ℣. 4.

Vmbilicus; media pars animalis. Men. 1. 2. ℣. 45. *Ad vmbilicum* ad mediam partem. Cicero VI. Verr. *qui locus, quod in mediâ inſulâ ſitus eſt, vmbilicus Siciliæ nominatur.* Livius Decad. 4. lib. 5. *Aetolos, qui vmbilicum Græciæ incolerent.* Plinius lib. 1. cap. 12. *Italiæ vmbilicus.* At vero Horatius Epod. 14. ℣. 8. *Ad vmbilicum adducere*, pro, *finire* uſurpat. Ad quem locum vide quæ Torrentius erudite adnotavit.

Vmbra amantum. Mil. 3. 1. ℣. 31. *Vmbra eſt amantum magis, quàm amator.* Proverbialiter dictum. Sic Ovidius 3. Faſto. *Quæ cecidit ferro, Cæſaris umbra fuit.* Et lib. 3. Amor. Eleg. 6. *Nec ſatis exactum, corpus an umbra forem.* Seneca Hercule Fur. *Herculem ſpectos quidem mater, ſed umbram, & vile neſcio quid mei.* Apud Athenæum lib. VI. paraſitus *panes atros* vocat non ἄρτους, ſed ἄρτων σκιάς. Cicero Epiſt. 3. ad Q. Fratrem: *Vidiſſes non fratrem tuum, nec veſtigium quidem aut ſimulacrum, ſed effigiem quandam ſpirantis mortui.*

vmbra antiquis illi dicebantur, qui non erant à convivii principe invitati, ſed ab aliquo cõvocatorum perducti. i Tralatè. Sicut enim umbra ſine corpore non eſt, ſed ſemper corpus comitatur; ita etiā illi cum convocatis augent numerum convivarum. Unde data eſt materia Plauto jocandi in nomen Paraſiti. Capt. 1 1. v. 1. 2. *Iuventus nomen indidit Scorto mihi. Eò, quia invocatus ſoleo eſſe in convivio.* Vide in hanc rem plura apud Jul. Scalig. in Problem. 1. ex libb. famil. Exercitat. pag. 35. Et Frideric. Lindenbruch ad Cirin. Virg. ℣. 479. pag. 297.

vmbraticola; homo mollis, qui in umbroſis locis degit, & nec ſolem, pulveremque, ut homo militaris, ferre poteſt. Græcè, σκιατροφίας. Pollux lib 4. cap. 40. Truc. 2. 7. ℣. 49. Curc. 4. 3. ℣. 24. *Vmbraticus*, Turneb. 24. 17. Juvenalis — *genus ignavum, quod tecto gaudet, & umbra.* Petronius: *Vmbraticus doctor.* Ammianus: *vmbratilis miles.* Agellius: *Vmbraticum negotium.*

Vmbraticus; abſolutè, idem quod

quod *Vmbraticola*. Cũtoul. 4. 3. ℣. 24.

Vmbri illipedis moribus prædi-ti erant. Mil. 3 1. ℣. 52.

Vnà; ſimul. Ciſtellar. 4. 2. ℣. 69. Moſt. 4. 3. ℣. 43.

Vna ætas. Eadem. Merc. 3. 2. ver. 12.

vnâ operâ; eleganter dicitur, ſicut *eadem opera*, & *Eadem* abſolutè. Moſt. 1. 3. ℣. 101. & 4. 3. ℣. 45.

vna res; vulgari formula; pro *perinde eſt*. Capt. 3. 1. ℣. 28.

Vnanimans ſocia. Truc. 2. 4. ℣. 81.

vncia; pondo. Rud. 4. 2. ℣. 8.

Vncia auri pondo. Menæch. 3. 3. ℣. 3.

vncti ſenes; libidine prurientes. Pſeud. 4. 7. ℣. 93.

vnctiones Græcæ. Stich. 2. 1. ℣. 73. *Sudatoriæ*. Ibid. ℣. 73.

vnctitare. Moſt. 1. 3. ℣. 116.

vnctiuſculum pulmẽtum. Pſeud. 1. 2. ℣. 81.

vnctor. Trin. 2. 1. ℣. 22. Vide Inſcriptionem pag. DLXXVIII. 5.

vndans chlamys, ſeu *veſtis*; quæ in inceſſu criſpatur. Epid. 3. 3. ℣. 50. Virgil. *vndans Cythoro buxum*. Sic *fluctuatim ire* eſt magnificè & contemnificè ſe inferre, ut pallium ad undarum inſtar fluctuet. Afranius: *Magnificè volo fluctuatim ire ad illum*. Et *Fluctuare* eſt crebrò movere, & inquietare ad exemplum fluctuum. Arnob. lib. 2. *Et ad ultimum clunibus & coxendibus ſublevatis lumborum criſpitudine fluctuaret*.

vnde; loco pronominis. *Scripturam vnde dent*. hoc eſt, quam dent. Truc. 2. 2. ℣. 43.

vnde; non ſolum dicitur de loco, ſed & de homine. Moſt. 3. 1. ℣. 16. 111.

vnde; duo loco. Chariſius. Rud. 1. 5. ℣. 15.

vnde gentium. Pſeud. 4. 2. verſ. 11. Aſinar. 1. 1. ℣. 77. Epid. 3. 4. ℣. 51.

vnde is? de loco. Ciſtell. 5. 2. ℣. 3. &, quo loco. Bacchid. 5. 1. ℣. 20.

vnde mihi? Formula eius, qui negat ſe aliquid habere. Pſeudol. 4. 6. ℣. 33. *vnde ea ſit mihi?* Aul. 4. 10. ℣. 31. & 3. 1. ℣. 20. *Redde aurum*, ST. *vnde mihi?* ſcil. habeam. Propert. lib. 2. Eleg. 7. *vnde mihi patriis præbere triumphis?*

vnde de plano. Sic frequenter in clauſulis legum uſi ſunt Juriſconſulti; eoque in formulis ſic uſurpata fuiſſe notavit Val. Probus V. D. B. R. L. P. hoc eſt, *vnde de plano rectè legi poſſit*. Ulpianus l. 11. §. 2. D. de inſtit. act. Proſcribere palam. Terent. Prol. Eunuch. ℣. 10. *Atque theſauro ſcripſit cauſam dicere prius, unde petitum aurum quare ſit ſuum. Quam illic qui petit unde is ſit theſaurus ſibi*. Cicero lib. 7. Epiſt. 11. ad Trebat. *Ego omnibus, unde petitur hoc conſilii dederim, ut à ſingulis Interregibus binas advocationes poſtulent*. In lege Manilia apud Frontinum: *Etſi his unde ea pecunia petita erit, condemnatus erit*. Cicero libr. 1. de Orat. cap.

Homo

Homo ex diſertorum numero poſtulabat, ut illi, unde peteretur, vetus atque uſitata exceptio daretur. Cato pro L. Turio: *Atq; ego à maiorum memoriâ ſic accepi. ſi quis quid alter ab altero peteret. ſi ambo pares eſſent. ſive boni, ſive mali eſſent. quod duo res geſſiſſent. uti teſtes non intereſſent, illi unde petitur ei potius credendum eſſe.* Cicero pro Muræna cap. *Quid huic tam loquaciter litigioſo reſponderet. & illi unde petebatur non habebat.* Vide plura Lexico Juris in *Unde*, &c.

Unde: ex omni parte, παντα-χόθεν.

Undequaq;. Vix reperitur apud Veteres ſcriptores.

Unguenta, ἐγχύματα. Truc. 5. 1. V. 48. Pœn. 3. 3. ✠. 87.

Unguentariam facere. Pœn. 3. 5. ✠. 89.

Unguentatus. Caſ. 2. 3. ✠. 23.

Unguentatus mœchus. Mil. 3. 3. ✠. 50.

Unguentis ungi. Truc. 2. 2. ✠. 34.

Unguentum lepidum. Caſin. 2. 3. verſ. 10.

Unguiculus. Epid. 5. 1. ✠. 17.

Ungula aquilina & miluina. Pſeud. 3. 2. ✠. 63.

Ungula conſtricta. Pſeud. 3. 2. verſ. 65.

Ungularum ſonitus. Men. 5. 2. ✠. 113.

Ungulas iniicere aliquò. furari. Pſeud. 2. 2. ✠. 48. Catul. Epig. 25. ad Thallum; *Quæ nunc tuis ab unguibus reglutina, & remitte.*

Uni animi; vel in ſingulari, *unius animi*; vel in plurali dictũ. Stich. 5. 4. ✠. 49.

Unicè unus; eleganter dicitur. Aſin. 1. 3. ✠. 56. Stich. 1. 1. ✠. 12. Bacch. 2. 2. ✠. 29. Truc. 1. 2. ✠. 90. Vide etiam *Pleonaſmus* in Mantiſſa.

Unico magis unicus. Capt. 1. 2. ✠. 41.

Univerſi omnes; καὶ πάντες ὁμοῦ. Trin. 4. 3. ✠. 40. Sic enim ibi MſT. Palatini: ut & Trin. 1. 2. ✠. 134. *Gregem univerſum totum avertere.* Moſt. 1. 2. ✠. 68. *Totæ perpetuæ.* Apul. lib. 7. *Talibus dictis univerſi omnes adſenſere.*

Unicus, pro, *ſummo*, & unici velut exempli, pro ſingulari, præſtanti, eximio, & præclaro, & unicè idoneo. Aſin. 4. 1. ✠. 3. *Nam tu es Poeta ad eã rem unicus.* Capt. 1. 2. ✠. 47. *Tibi ille unicus eſt; mihi etiam unico magis unicus.* Velleius lib. 2. cap. 7. *Huic atrocitati adiectum ſcelus unicum.* Fortaſſe olim hac notione Meſſala, ac Valgius, *Ætnam unicum montem* vocarunt. Quod quia Seneca non videret, ſic ait Epiſt. 51. initio: *Tu iſthic habes Ætnam, & illum nobiliſſimum Siciliæ montem, quẽ quare dixerit Meſſala unicum, ſive Valgius (apud utrumque enim legi) non reperio: cùm plurima loca evomant ignem:* Turpilius in Demetrio: *Homo unicâ eſt naturâ. & ſingulariâ*: apud Nonium in ſingularia. Afranius in Brunduſinâ:

ſina: *Quis tam ſagaci corde, atq; ingenio unico?* Feſtus: *Sardanapalus Rex Aſſyriorum fuit unica luxuria.* Et in verbo *Tholaſſionem: Raptâ virgine unica pulchritudinis.* Cicero Cal. Maj. cap. 17. *In quem illud elogium unicum. Plurimæ conſentiunt gentes.* &c. Sic eum locum male tentatum, & ferè deſperatum ex vett. codd. emẽdavit Giſanius in Collect. Lucr. in, *Sagax.* Idem lib. 3. Rhet. Herenn. cap. *Si vituperabimus, aut meritò facere, quòd ita tractati ſumus, aut ſtudio, quod utile putemus eſſe omnibus, unicã malitiam atq; nequitiam cognoſcit.* Feſtus Æmilianus: *Qui propter unicam humanitatem cognomen fuerit Aemylios.* Catullus Epigram. in Ingratum: *Vt mihi quem nemo gravius nec acerbius urget, quam modò qui me unum atq; unicum amicum habuit.* Livius lib. 7. cap. *Electum eſſe eximiũ Imperatorem, unicum ducem, qui nihil agendi, ſibi de cœlo devoluturam in ſinum victoriam cenſent.* Et lib. eod. initio de Camillo: *Fuit enim ferè vir unicus in omni fortunâ.* Et lib. 24. cap. *Archimedes is erat: unicus ſpectator cœli, ſiderumque.* Et lib. 33. cap. de Attalo Rege Pergam. *Summâ juſtitiâ ſuos rexit, unicam fidem ſocijs praſtitit.* Juvenal. lib. 3. Satir. 8. *Si quod ſpectabile ſignum ſi quis in Aedicula Deus unicus.* Feſtus, in *Pimpleides: Muſæ à fonte Macedoniæ dictæ propter liquoris eius unicã ſubtilitatem.* Vbi neſcio quare Giſanius malit ſcribere, *Pipleides.*

V*nicus*; pro, cariſſimo ferè vſurpatur. Bacch. 3. 3. ℣. *Tibi vni unicus eſt filius.*

Vncius. Interdum idem, quod *Vnus.* Sed rarior hæc notio. Lucretius tamen interdum pro uno & ſolo utitur: & alii, ni fallor; Poëtæ. Plautus noſter initio *Aſinar.* 1. 1. ℣. 1. *Sicut tu unus Vis unicum gnatum tua ſupereſſe vitæ ſoſpite. Ita te obteſtor.* Ille fortaſſe *Vnigena* dici poſſet, de quo mox, & de filio tantùm, aut filiâ: quod obſervandum. Quare & interdum conciſè *Vnicus* pro filio. Cicero in Cælianâ extremâ: *Conſtituitote vobis ante oculos huius & miſeri ſenectutem, qui hoc unico filio utitur.* Et pro Roſcio Amer. cap. *Quæramus, quæ tanta vitia fuerint in unico filio, quare is patri diſplicaret.* Lambinus ibi, ut & Epiſt. ad Pætum, *Vnicum* accipit pro dilecto, ἀγαπητῷ. Sed fallitur. Nam ſi erat dilectus, nõ poterat diſplicere. Et mox Cicero indicat hunc patri unũ fuiſſe filium: quorum duos habuerit, alter jam eſt mortuus. Et l. 9. Epiſt. 10. ad Pœtum: *Patriam eluxi jam, & gravius, quàm ulla unicum filium.* Idẽ lib. 10. Epiſt. 9. Attic. *Ne fortunas meas, ne unicam filiam, ne meos omnes tam temere proderem.* Et Epiſt. ſeq. *Si filius unicus, ſi domus, ſi opes tuæ reliquæ*

Digitized by Google

tibi chara ſunt. Et libro 4. Epiſt. 20. *Qui imperari poteſt unico labor.* Et libro 5. Epiſt. 5. *Diu inter deſiderium ſui & unici curam dubius pependi.* Horat. lib. 3. Od. 14. *Vnico gaudens mulier marito prodeat*, μονολεχὴ. Virgil. in Ciri ℣. 333.

Quod ſi non aliâ poteris ratione parentem
Flectere; ſed poteris (quid enim non unica poſſis?)

Seneca lib. 2. Controv. 2. *Tractavit quàm grave eſſet carere unico filio.* &c. Valerius Max. lib. 5. cap. 10. *Q. Martius Rex* &c. *filium ſummæ pietatis, magnæ ſpei, & quæ non parva calamitatis acceſſio fuit, unicum amiſit.* Et Cicero lib. 10. Epiſt. 7. *Pater mœrore proſtratus de unici filij obitu.*

Vnio & *Vnitas.* De numero, aut de conjunctione, non eſt Latinum, licet, *Ternio*, & *Senio* Latinè dicantur. *Vnum* de numero dici ſolet. *Vnitas* quoque de numero non dicitur, ſed idem valet, quod, Coniunctio ſumma, & Conſociatio, agglutinatio, & quaſi ζεῦξις, aut *ſimilitudo* plane gemina. Cui contraria *Separatio* diſtractio, disiunctio. Sed hoc tamen verbum poſt Ciceronis ætatẽ natum videtur. Vtuntur eo Columella, Caſſius, & Quintilianus. Vulgò hodie pro eo *Vnio* utuntur. non recte. Caſſius IC. de quo ita Vlp. l. 23. §. 4. D. de rei vind. *Dicit enim Caſſius, ſi ſtatuæ ſuâ ferruminatione junctum brachiũ ſit; unitate maioris partis cõſumi.* Columell. lib. 7. cap. 3. *Ideò niſi lavatas oves emi non oportet, quò melius unitas coloris appareat.* Et lib. 11. cap. 3. *Ferè poſt quadrageſimum diem inter ſe implicantur, & quaſi unitatem faciunt.* Plin. lib. 4. cap. 9. *Menſura ab unitate alvei, unde ſe primùm findit in latera.* Et lib. 7. cap. 12. Toranius M. Antonio; *Eximios formâ pueros, ut geminos vendidit; tanta unitas erat.* Et lib. 3. Epiſt. 2. *Et diviſus hic quoque ordo erat. Tiberii demùm principatus nono anno in unitatem venit Equeſter ordo.*

Vnigena. Vulgò, *Vnigenitus.* Cicero in Timæo; *Quorum ne quid accideret, atque ut hic mundus eſſet animanti abſoluto ſimillimus, hoc ipſo, quòd ſolus atque unus eſſet, idcircò ſingularem Deus hunc mundum atque unigenam procreavit.*

Vniverſus. Vniverſè. Ita Cicero, quod Vulgò, *Vniverſalis*, generalis, generaliter. Apud Varronem quidem reperitur *Vniverſalis*; ſed apud Ciceronem neque *Vniverſalis*, neque *Generaliter* extat. Cicero pro Sextio cap. *Si modò id conſequi potero, ut in hac confusâ atque univerſâ defenſione nihil à me prætermiſſum eſſe videatur.*

Vniuſmodi. Varro lib. 8. L. L. *Itaque in eo diſſenſio, neque eam uniuſmodi apparet.*

Vno verbo. Quaſi proverbialiter dictum. Cicero Philipp. 2. cap.

Vno

Vno verbo Remp. expulſam atque exterminatam ſuis ſedibus. Plautus Rud. 3. 2. ℣. 38. *Verbo uno abſoluam, leno eſt.* Cato: *Vno verbo, omnia ſana faciet, quò intrò dolitabunt.* Plato in Lyſide: καὶ δὴ ἡμέρας ὅλης περιφέρουσιν ἀεὶ τοιαῦτα λέγοντα, καὶ ἑνὶ λόγῳ, ὀλίγου ἂν ἐπιθυμεῖς οὐδὲν ποιοῦντα.

Vnoculus. Martiali *deſioculas.* Curc. 3. ℣. 21. 24.

Vnos ſex dies. Trin. 1. 2. ℣. 129.

Vnum; pro, *bonum, certum.* Aul. 2. 7. ℣. 3. Bacch. 1. 2. ℣. 22. *Magis vnum in mente eſt mihi.* Caſ. 2. 6. ℣. 27. *Mane, vnum venit in mentem modo.* Men. 4. 2. ℣. 46. *Nihil equidem paveo; niſi vnum, palla pallorem incutit.* Merc. 2. 1. ℣. 42. & 3. 3. ℣. 17. Terent. Adelph. 2. 2. v. 31. *Vnum hoc habeo.*

Vnum ex omnibus amare. Truc. 1. 2. ℣. 83.

Vnum factum; bonum factum Boni ominis vox. Merc. 3. 3. ℣. 17.

Vnum; valet *idem.* Merc. 3. 1. ℣. 22. *unâ ætate quâ ſit.* h. e. eadem. Moſt. 3. 1. ℣. 146. *ad unum ſaxum.*

Vnum: pro *ſolo.* Moſt. 1. 3. ℣. 110.

Vnum quicquid. Trin. 4. 2. ℣. 39. Vide ſupra *Quidquid.*

Vnumquidq. Aſinaria 2. 2. ℣. 60. Bacch. 4. 4. ℣. 57.

Vnus; eleganter παρέλκει. Moſt. 3. 2. ℣. 2. *vna eſca.* & 4. 3. ℣. 9. Aul. 1. 1. ℣. 39. *vna littera.* Vide paulò poſt Parelcon. Sic Cicero libro 1. de Orator. *Sicut unus paterfamilias.* Et Philipp. 2. *Tanquam mihi cum Marco Craſſo contentio eſſet, quo cum multæ & magnæ fuerunt, non cum uno gladiatore nequiſſimo.*

Vnus; pro, *ſolo.* Moſtellaria 1. 3. verſ. 31. & 3. 3. verſ. 24. & 4. 2. verſ. 42. Menæch. 1. 3. verſ. 19. *Pſeudol.* 1. 1. verſ. 52.

Vnus; quidam; vt in vernaculo ſermone Germanicè Einer. Pœnol. 5. 2. verſ. 82. Trucul. 1. 2. verſ. 32. & 2. 1. verſ. 39. Catullus: *Suffenus vnus caprimulgus & foſſor.* Arnob. libro 4. & libro 5. eodem modo vſurpat.

Vnus aliquis? Trucul. 1. 2. ℣. 8.

vnus de multis. Vulgaris homo, non eximius, ac ſingularis ad exemplum. Græcè, εἷς τῶν πολλῶν. Horat. libro 1. Satir. 9. ℣. 27. Græcam locutionem expreſſit: *Sum paulò infirmior, unus multorum.* Et idem dixit *Vnus è multis* libro 1. Epiſt. 5. Ad Numicium:

> *Vnus ut è multis Populo ſpectante referret*
> *Ereptus multum.*

Cicero libro 1. Offic. capite *Vt vnus de multis eſſe videatur.* Et in Bruto capite de M. Claudio: *Qui non fuit unus è multis, potius inter multos propè ſingularis fuit.* Et libro 2. de fin. capite *Tenuis L. Virginius, unusque de multis.*

Digitized by Google

Vnus pro *ullo*. Cicero de Provinc. Conſul. cap. *C. Cæſari ſupplicationes decreviſti numero; & nemini uno ex bello, honore, ut omninò nemini.* Ita vett. codd. vulg. *ullo ex bello.*

Quiſquam unus. Livius lib. 32. cap. *Hæc adhortatio Prætoris non modò quemquam unum elicuit ad ſuadendo.*

Vnus Dies. In Proverbio dictum, apud Græcos, & Latinos Authores. Nimirum in ancipiti fortunâ belli ſolatium hoc reſtabat Ducibus, unum diem omnem fortunam correcturam. Sophocles Aiace flagell. unũ diem cuncta humana inclinare, & erigere dixit. ὡς ἡμέρα κλίνει τε κἀνάγει πάλιν ἅπαντα τ᾽ ἀνθρώπινα. Hecuba apud Euripidem queritur, cunctas opes ei unicam diem abſtuliſſe, τὸν πάντα δ᾽ ὄλβον ἦμαρ ἕν μ᾽ ἀφείλετο. Oedipus apud eundem in Phœniſſis, jã oculis captus, ac omni ſpe deſtitutus, cùm anteà maximè fortunarum copijs abundaret, ait, unum ſe diem beaſſe, atque unum perdidiſſe, ἀλλ᾽, ἕν ἦμαρ μ᾽ ὤλβισεν, ἕν δ᾽ ἀπώλεσεν. Idem in Hercule furente Amphitruonem inducit Euripides, cum ſenum Choro colloquentem, quondam ſeſe ob præclara geſta mortalibus exſtitiſſe perſpicuum: illicò autem à fortunâ uno die pinnæ ſimilitudine in aëra eſſe elevatum, Ὁρᾶτέ μ᾽ ὅσπερ ἦν περίβλεπτος βροτοῖς, Ὀνομαστὰ πράσσων, καί μ᾽ ἀφείλεθ᾽ ἡ τύχη, ὥσπερ πτερὸν πρὸς αἰθέρ᾽ ἡμέρᾳ μιᾷ. Idē in Oedipo, multas, ait, vel unum diem habere mutationes. Ἀλλ᾽ ἡμέρα τοι μεταβολὰς πολλὰς ἔχει. Rurſus apud Plutarchum in τῷ παραμυθητικῷ ad Apollonium: Felicitatem, inquit, minimè ſtabilem eſſe, ſed in diem durare, unamque diem hæc quidem ad ima deprimere, hæc verò ad ſumma tollere: Οὐδ᾽ ὄλβος ὢν βέβαιος, ἀλλ᾽ ἐφήμερος. Μικρόν τε τὸ ὀφείλομεν καὶ μιᾷ ἡμέρᾳ τὰ μὲν καθεῖλεν ὑψόθεν, τὰ δ᾽ ἦρ᾽ ἄνω. Quem præſtantiſſimi Poetæ locum Phalereus Demetrius non ſatis probavit. Quod ſanè extulit Livius lib 3. cap. *Quid quaq; nox. aut dies ferat, incertum eſt: puncto temporis maximarum rerum momenta verti.* Pindarus in Olympicis brevi tempore dixit, ingens bonum permutari: Ἐσθλὸν βαιῷ πήματος ἐν μακρῷ πιδιάμεν ψαύει χρόνῳ. Cujus imitatione Lucilius: *Magna penus parvo ſpatio conſumpta peribit.* Sophocles in Tyndaro. Ἐν γὰρ βραχεῖ καθεῖλε κὠλίγῳ χρόνῳ παμπλουτον βαρυδαίμονος κακοῦ δόσις. Soſiphanes: *Vt quit*, inquit, *mortales opibus glori animi, quas vel una nox dedit, & abſtulit?* τί σεμνύνεσθε ταῖς ἐξουσίαις ἃς ἓν τ᾽ ἔδωκε φέγγος, ἕν τ᾽ ἀφείλετο; A quo illud Euphonis non abeſt, qui ait, Non ſine difficultate longo etiam temporis intervallo cumulum coacervari poſſe, una verò die facile diſſipari:

Ἔργῳ

Ἔργον σῶμα γὰρ γεῖκοσμὸν ἐν πολλῷ χρόνῳ ἐνιαυτῷ δὲ μιᾷ διαφθείρουσι ῥᾳδίως. Apollonius: Αὐτῆμαρ κεν δή μιν ὀλοῷ πυρὶ δῃώσειαν. Seneca Thyeſte: *Ima permutat brevis hora ſummis.* Livius lib. 1. de Albano excidio cap. *Egreſſis urbem Albanis, Romanus paſſim publica, privataq; omnia tecta adaequat ſolo: unaq; hora quadringentorum annorum opus, quibus Alba ſteterat, excidio, ac ruinis dedit.* Et lib. 3. cap. *Simul parta decora unius hora fortuna evertere ſolet.* Curtius lib. 8. cap. *Quid? tu ignoras arbores magnas diu creſcere, unâ horâ exſtirpari?* Huc pertinent verba illa Andronici ſenioris Imperatoris ad Nepotem, à Gregora Nicephorâ lib. 9. relata: *Ne tu homo cùm ſis, praeſenti fortunae credas; ſed rerum reſpice inconſtantiam, atq; inſtabilitatem, à me ſumpto indicio; illudque conſidera, vitam quamvis longam, finem tamen habituram. Admirare quo nam pacto me una vox, quae multorum annorum Imperatorem accepit, alieno imperio ſubiectum reliquerit.* Ennius lib. 8. Annal. *Multa dies in bello conficit unus.* Lucret. lib. 5. verſ. *tria talia texta Una dies dabit exitio.* Et libro 3. ✠.

—*miſer, ô miſer ajunt, omnia*
ademit
Una dies infeſta tibi tot praemia
vitae.

Ovidius ex imitatione Lucretij lib. 1. Amor. Eleg. 15.

Carmina ſublimis tunc ſunt
peritura Lucreti,
Exitio terras cum dabit una
dies.

Et lib. 1. de Ponto;

Una dies Fabios ad bellum
miſerat omnes,
Ad bellum miſſos perdidit una dies.

Propertius lib. 3. Eleg. *Tantum operis belli ſuſtulit una dies.* Cornel. Severus de Cicerone; *Abſtulit una dies aevi decus.* Seneca Hercule Oethaeo; *cecidit Oechalia inclyta, Unusq; Titan vidit, atque unus dies ſtantem, & cadentem.* Plautus Perſ. 2. 3. ✠. 12. *Diu quod bene erit, die uno abſolvam.* Atque iſta omnia nobis ſuppeditavit Nobiliſſ. Hieronymus Columna in Explicationibus ad Ennium pag. 152.

Unus aliquis. Q. Cicero de Petit. Conſ. cap. ad M. Fratr. *Sic homines ſaepè cùm obeunt plures competitores, & vident, unum eſſe aliquem, qui haec officia maximè animadvertat.* Cic. l. 3. de Orat. c. *Sin aliquis excellet, unus è multis effert, ſi unicum aliquid effert.*

Unus omnium. Et interdum praecisè, *Unus praeſtantiſſimus.* Cic. l. 1. de Nat. Deor. c. *Atque haud ſcio an pietate adversùs Deos ſublata fides etiam &c. Societas humani generis, & una excellentiſſima virtus juſtitia tollatur.* Et 2. Philipp. c. *At egò tamquam mihi cum M. Craſſo contentio eſſet, quo cum multa & magna fuerunt non cum uno gladiatore nequiſſimo.*

Vocare. Solemne verbum Romæ in invitationibus conviviorum. Abſolute ſæpe ponitur: eoque multi arbitrantur de gloſſa eſſe τὸ *Eſum.* Stich. 2.1.℣.28. Huic reſpondet *Revocare*, h. e. eum apud quem convivio hilarè acceptus fueris, viciſſim ad te invitare. *Nonius.* Sic Græci: *καλεῖν, φωνεῖν, ἀντικαλέσαι*: quod Lucas obſervavit. cap. 14.℣.7. Exempla alia apud noſtrum hæc ſunt. Aſin.4.1.℣.23. Men.2.3.℣.36. & 5.1.℣.11. & 5.9.℣.76. Pſeud.3.2.℣.90. & 5.2.℣.34. Curc.4.4.℣.7. Cap.1.1.℣.8. Pœn.2.1.℣.23 Stich.3.2.℣.18. & 4.1.℣.67.12. & 4.2.℣.10. 12. Catullus: *Quærunt in trivio vocationes.* Corn. Nepos in vitâ Attici: *Neque unquam ſine aliquâ lectione apud eum cœnatum eſt, ut non minus animo, quàm ventre convivæ delectarentur.* Idem in vitâ Cimonis: *Cottidiè ſic cœna ei coquebatur, ut quos invocatos in foro vidiſſet, omnes devocaret.* Cicero pro Muræna cap. de tenuibus hominibus agens: *Ipſi deniq;, ut ſolent loqui, non dicere pro nobis, non ſpondere, non vocare domum ſuam poſſunt.* Et mox plene extulit: *Et ad prandia vulgò vocati.* Et Epiſtolâ ad Pætum: *Nos jam ex aureis tantùm habemus, ut Verrium tuum & Camillum vocare ſæpius videamus.* Iuſtinus lib. 37. *Hieme deinde imminente non in convivio, ſed in Campo, non in vocationibus, ſed in exercitationibus, nec inter ſodales, ſed inter æquales aut equo, aut curſu, aut viribus contendebat.* Vbi vulg. *vacationibus*, aut, *advocationibus.*

Vocare ad cœnam. Stich. 4.1.℣.70.

Vocare contra; provocare in certamen. Stich. 5.5.℣.31.

Vocare in ius. Pœn 5.4.℣.53. De hac formulâ vide q. Iura apud J. Curacium lib. 10. Obſerv. cap. 10.

Vocare ambabus malis expletis. Trin. 2.4.℣.74.

Vocari, invitari ad cœnam. Truc. 2.6.℣.66.

Vocata res. Curc. 4.4.℣.7.

Vocatus, ûs. Vide, *Oratus*, & *Rogatus*, ſupra.

Voce bona eſſe. Moſt. 3.1.℣.45. Sic Mil. 1.1.℣.45. *Bonâ memoriâ eſſe.*

Vocem emittere: Clamare, tralate de rebus inanimis. Sueton. Græce *φωνεῖν. φωνὴ ἀ φωνεῖν*, & *βοᾶν.* Vide etiam ſupra, *Mittere.* Cic. l. 4. fin. c. *Senſus enim cujuſq; & natura rerum, atq; ipſa veritas clamabat quodammodo, non poſſe.* Et pro Cælio c. *Quid exſpectatis amplius? an aliquam vocem pietatis ipſam pro ſe ac emiſſura, & veritatem poſſe mittere?* Idem pro Cluentio c. *Ita multùm agitata, ut hodierno die primùm cauſa defenſa ſit, hodierno die primùm veritas vocem contra invidiam his judicibus freta miſerit.* Lucretius lib. 3.℣.14. (*vociferari.* *Nam ſimul ratio tua capit* Et lib. 1.℣.616.

Quod

Quod quoniam ratio reclamat vera, negatq́;
Credere poſſe animum.

Vocis ſat eſt. Truc. 2. 3. ℣. 29.

Vocis non ſatis habere. Moſt. 4. 3. ℣. 36. ſ29

Volatici homines. Pœn. 2. 1. ℣. 27.

Volens, propitius. Curc. 1. 1. ℣. 89.

Volitare aliquo verſum; pro celeriter ire. Amph. Sc. *DI veſtr.* ℣. 66. & Sc. *Quis tam.* ℣. 15.

volnus facere. Truc. 5. 1. ℣. 43.

volo, poſtulo, cenſeo. Trin. 3. 2. ℣. 70.

volo: opto. Merc. 2. 3. ℣. 34. Moſt. 1. 3. ℣. 61.

volo item. Elegans formula in aſſenſu votorum. Curc. 1. 1. ℣. 27. Trin 2. 4. ℣. 175.

volo interdum idem, quod, Cupio, opto. Sic dicimus: *Volo tuâ causâ*, & *Cupio tuâ causâ* omnia, valde aliquid. Dicimus & *Laborare alicujus causâ:* de quo ſupra, *Cauſa.* Cicero ad Dolabell. lib. 9. Epiſt. 13. *volo ipſorum causâ, meq; in eo vehementer, & amicitia movet & humanitas.* Et idem l. 13. Epiſt. 22. ad Sulpitium: *Eò quòd Varro Murenæ magnopere eius causâ vult omnia.* Et: *Te ipſius causâ vehementer omnia velle.* Et l. 11. Attic. Epiſt. *Per eos, qui noſtrâ causâ volūt, valentq; apud illum, diligentiſſimè contendas opus eſt.* Et l. 13. Epiſt. 72. *Titium: cuius causâ omnia tum cupio, tum mehercle etiam debeo.* Sic & 2. Accuſ. Verr. c. Et ad Silium Epiſt. 64. *Vehementer enim eius causâ eum cupere intellexi.* Cicero filius Tironi libro 16. Epiſt. 21. *Nam cùm omnia meâ causâ velles mihi ſucceſſa, tum etiam tuâ.* Vbi illa, *mihi ſucceſſa,* ſpuria mihi videntur, & inducenda.

Volens: pro ſpropitio. Ennius apud Cicer. libro 1. Offic. capite *Domo ducite, deque volentibus cum magnis DIs.* Cato de re ruſtica ubi agri luſtrandi formam concipit: *Cum Divis volentibus quoque benè eveniat, mando tibi &c.* Et alio loco: *Mars pater, te precor, quæſoque, ut ſies volens propitius mihi domo familiaque noſtra.* Salluſtius Iugurth. capite *Si huic imperio fortuna mutaretur, unà occidendum eſſe. virtute, ac DIs volentibus magni & opulenti eſtis.* Livius libro 1. capite *Pacem precibus expoſcunt, uti volens propitius ſuam ſemper ſoſpitet progeniem.* Agellius libro 18. capite 10. *Et cum DIs benevolentibus ope tuâ ſiſtas hunc nobis ſanum.*

Volenti eſt, erat, vel etiam, erant, bellum, militia, hæc vel illa. Genus dicendi à Græcis imitatum: idque egregiè obſervavit B. Rhen. in Tacitum. Exempla ſupra poſuimus in, *Eſſe volenti.*

Voluntas, voluptas. Hæc duo verba alterum alterius in locum ſæpe immigravit, mendosè interdum, & tamen fortaſſis etiam rectè.

Ad voluptatē loqui. h.e. voluptatem ſuo ſermone audientibus afferre. Cic. pro Quintio cap. *Fatetur ſe nō bellè dicere nō ad voluptatem loqui poſſe*. Vbi tamen aliqui, *ad voluntatem loqui*.

Volſella: inſtrumentum; quo pilos prehenſos radicitùs è corpore exſtirpant. Τριχολαβὶς Curc. 4. 4. ꝟ. 21. (ꝟ. 6.

Volſus: vulſus & glaber. Aul. 2. 9.

Voltis: pro, *vis*, per iocum. Curc. 1. ꝟ. 90.

Volturius: iactus aleæ. Curc. 2. 3. ꝟ. 78. Vide Philoſoph. Plaut, Tit. *Talorum*.

Volturij: dicuntur ſenes μεταφορικῶς: quòd inſtar volturum inhient opibus: vel etiam ob defloccatam canitiem. Moſtell. 3. 2. ꝟ. 143.

Volturius: avis rapax Mil. 4. 2. ꝟ. 53. Truc. 2. 3. ꝟ. 17.

Volucres hircinæ. Pœn. 4. 2. v. 51.

Voluoris: Adjectivè. Amph. 1. 1. ꝟ. 170.

Voluere in animo: cogitare Pſeud. 2. 3. ꝟ. 10. (ꝟ. 31.

Volvi: ebriorum eſt. Pſeud. 5. 1.

Voluntate. Abſolutè uſurpatur: ut, *ſponte*. Mil. 2. 5. ꝟ. 40. & 4. 3. ꝟ. 31. Stich. 1. 2. ꝟ. 2.

Volup. ἀρχαϊκῶς κατ' ἀποκοπὴν. Mil. 4. 1. ꝟ. 1. Caſ. 2. 8. ꝟ. 17. 18, & 4. 2. ꝟ. 5. Men. 4. 3. ꝟ. 3. Quibus locis vide Animadverſiones noſtras. Oſci olim dictionum brevitate gaudebant: ut *famul*. *capital*, *difficul*. *facil*, *facul*. pro, famulo, capitali, difficultate, facili, facultate. Terent. Phorm. 4. 3. ꝟ. 5. *Venire ſalvum volup eſt*. Ibi Vide Donatum pag. 482. Et Hecyr. 5. 4. ꝟ. 17. *Benefactū & volupe eſt*. Ibi G. Fabr. Sic Lucilius & Lucretius dicebant, *guberna*, Arati fortaſſe imitatione, qui πηδᾶ, pro πηδάλια dixerunt. Ennius plurima talia nomina decurtavit. lib. 7. Annal. *Qui cum multa volup. ac gaudia clamq; palamq;*. Idē ex Euemero, judicio Auſonij. *replet te lætificum gau*, prō, *gaudium*. Et, *Divûm domus altiſonum cœl*. pro, *cœlum*. Et, *endo ſuam do*. pro *domum*. Et 8. Annal. *debil homo*. Quod ex Homero proculdubio ſumſit, qui δῶ pro δῶμα κατ' ἀποκοπὴν dixerat: κρῖ. pro. κρῖθη. Heſiodus pro. βρῖ. & βριαρὸν βρῖ. Sophocles pro, ῥᾴδιον. ῥᾶ. Epicharmus, λῖ, pro. λίαν. & συγκῶ. pro, συγκώτας. Simias pro δῶ δῶμα. δαδῶ. Empedocles ὄψ. pro, ὄψις. qua dictione Antimachus Cereris Eleuſinæ ſacra ſignificavit. Idē ἄλφι. pro ἄλφιον. Euphorius, ἧλ. pro. ἧλος Philetas verò, ubi inducit ancillas in calathis albam lanam ferentes, pro, ἔριον. poſuit. ἔρι.

Volupe: pro, iucundum. Amph. 3. 3. ꝟ. 3. & 3. 4. ꝟ. 11. Truc. 4. 1. ꝟ. 6. Stich. 4. 1. ꝟ. 2. Mil. 4. 5. ꝟ. 12.

Volupe eſt. Mil. 2. 3. ꝟ. 6. & 3. 1. ꝟ. ꝟ. 151.
Pœn. 5. 4. ꝟ. 20. & 5. 5. ꝟ. 47. Rud. 4. 4. ꝟ. 132.

Volupe & benefactū Rud. 4. 1. v. 1.

Volupe viſitare jucundè & ſuaviter. Moſt. 1. 2. ꝟ. 73.

Volup

Volupe animo facere ſuo. Caſin. 4. 2. ỷ. 5.

Voluptaria res. Mil. 3. 1. ỷ. 45.

Voluptabilis nuncius: hoc eſt, res, quæ voluptatem parit. Epid. 1. 1, ỷ. 19.

Voluptarius locus. Pœn, 3. 1. ỷ. 34.

Voluptarij Men. 2. 1. ỷ. 34.

Voluptarius homo. Rud. Prol. ỷ. 54.

voluptas. Appellative. Bacch. 1. 2. ỷ. 7.

Voluptas: in blanditiis & deliciis amantum. Aſin, 3. 3. ỷ. 74. Pœn. 1. 2. ỷ. 152. 167. 169. & 5. 4. ỷ. 42. & 5. 5. ỷ. 13. Rud. 2. 4. ỷ. 23. 24. 26. Stich. 4. 2. ỷ. 6. Mil. 4. 8. ỷ. 36. Men. 1. 3. ỷ. 7. Moſt. 1. 3. ỷ. 91. 138. Pſeud. 1. 1. ỷ. 50. Truc. 2. 4. ỷ. 2. 67. 72. & 2. 6. ỷ. 40. 55. 65. & 3. 2. ỷ. 18. & 4. 4. ỷ. 6. 7. & 5. 1. ỷ. 7. Caſ. 1. 1. ỷ. 48. & 2. 8. ỷ. 8. 17.

Voluptati eſſe; riſum movere. Pſeud. 5. 1. ỷ. 34. Pœn. 1. 1, ỷ. 17. & 5. 4. ỷ. 33. 45. Rud. 4. 4. ỷ. 134. & 5. 3. ỷ. 18. Caſ. 2. 6. ỷ. 31.

Voluptas; libido Venerea. Truc. 2. 6. ỷ. 38.

Voluptas eſt. Stich. 4. 1. ỷ. 18. Mil. 4. 5. ỷ. 13.

Voluptates ferre. Stich. 5. 2. ỷ. 9.

Volutare; μεταφορικῶς in deliberationibus uſurpatur: ut τὸ *Iactare*, ἀναπολεῖσθαι. Moſt, 1. 2. ỷ. 4.

Voluptate miſerias ſedare. Pœn. 5. 4. ỷ. 91.

Volutare ſecum in corde. Mil. 2. 2. ỷ. 41.

Volutare animo ſuo rem. Capt. 4. 2. ỷ 1. Lucretius III. 241 *quadam qua mente volutet*.

Vomere argentum; μεταφορικῶς. pro, reddere, reſcribere. Curcul. 5. 3. ỷ. 10.

Vomica; de prægnante crumena. Perſ. 2. 5. ỷ. 11.

Vomitus; convitium eſt in hominem impurum. German. Der Unflat. Moſt. 3. 1. ỷ. 115. Sic Lucilius lib. XV. *Sat*. 4. de Trebellio; *marcebat febris, ſenium, vomitus, pus*.

Vomitus pulmoneus. Rud. 2. 6. ỷ. 27.

Vomitum excutere alicui. Merc. 3. 3. ỷ. 15.

Vorſi gladij. Caſ. 2. 5. ỷ. 35.

Vorſorium capere; eſt, reverti. Germ. Umbkehren ex itinere. τρέπειν. Trin. 4. 3. ỷ. 19. Epidic. 1. 1. ỷ. 47. Merc. 5. 2. ỷ. 34. Eſt autem, *Vorſoria* funis nauticus, quo velum vertitur. Vide Turneb. Adverſ. lib. 2. cap. 2. & Barthol. Keckermãni Problemata Nautica. Problem. IX. pag. 72. Et inprimis Nicolaus Cabeus Ferrarienſis. Societat. Jeſu in Philoſophiâ Magneticâ lib. 1. cap. 6. pag. 19. *Verum antiquis nota fuerit hac virtus magnetica dirigẽdo ſe ad polos*. Tractat hanc quæſtionem Pineda de reb. Salomonis lib. 4. cap. 15. §. 4. & quia præcipua difficultas ex eo oritur, quod nullus antiquorum de hac virtute mentionem fecerit: ideò diu varios citat Authores, qui hãc ipſam quæſtionem examinant, citat etiam ex illis locum Plauti ex Merc. 5. 2. ỷ. 34. Ubi per *vorſoriam* Lerinus,

Digitized by Google

Gyraldus, Calcagninus, & alij, intelligunt pyxidem nauticam. Ergò apud antiquos eſt mentio de hac virtute magnetis convertendi ſe ad polos. Placet tamen mihi ipſius Pinedæ, qui nullâ ratione vult Plautum intelligere per *vorſoriam* nauticam pyxidem, ſed aut funem ad contrahendum velum, quo navis convertatur, ſicut videmus ſæpe accidere in re nauticâ, aut aliud eſt inſtrumentum ad navim convertendam, ſi tamen ullum eſt: vel certè, *cape vorſoriam*, eſt idem ac; *verte iter*. Sic Itali dicunt, *Da volta*. Et Germani, kehr vmb. Et revera non eſt ad mentem Plauti pyxis nautica. Vult enim ibi celeriter curſum converti. Ergò vult accipi aliquid, quod deſerviat ad hoc: pyxis autem non deſervit ad convertendam navim, ſed ad cognoſcendam converſam. Præterea nautæ non adſpiciunt ſolùm urgente tempeſtate, ſed alijs etiam temporibus: neq; illa ventorum ſignificatio ex verſorij inſpectione manavit, ſed ex aliquo alio. Cùm igitur ex nullo antiquorum exſtet judicium huius pyxidis, quæ tamen propter commodiſſimum uſum maximam habuiſſet commemoratinnem, niſi imaginata ex hoc loco Plauti, non eſt credibile, ab illis fuiſſe cognitam.

Vorſus: à vertendo, σεσαρωμένος. Pſeud. 1. 3. ✝. 31. Ita Cic. Verr. 3. *Etenim quam tu domum, quam urbem adiiſti, quod fanum deniq; quod non everſum atq; exterſum reliqueris?*

Verſutus docte. Stich. 4. 1. verſ. 55.

Vortere Deos volo recte conſilia veſtra. Trin. 5. 2. ✝. 31.

vorti: μεταμορφοῦσθαι. Rud. 3. 6. ✝. 48. 49.

Vortitur velum. Pœnol. 3. 5. ✝. 9.

vos vos. hoc eſt, voſmetipſi. Capt. Prol. v. 3. vt, *Meme*: me ipſum: *Tete*, teipſum.

vota. Poſteriores plerumque ad nuptias retulerunt: immò pro patrimonio interdum uſurparũt: ut Antiqui verbum Cõditionis, de quo ſupr Apul. l. 4. Met. *Qui mecum primis ab annis nutritus & adultus individuo contubernio domuſculæ, immò cubiculi, thoriq; ſanctæq; caritatis affectione mutuò mihi ignoratus, votiſque nuptialibus pacto jugali pridem deſtinatus.* Impp. Honor. & Theodoſ. l. 4. C. de ſponſal. *Si pater pactum de filiæ nuptijs inierit, & humanâ ſorte conſumtus, ad vota non pervenirit.* Et eodem loco l. 2. Impp. Conſtantius & Conſtans: *Nihil fraudis ei ſit, quæ nuptias maturando vota ſua diutius ludi non paſſa eſt.* Iuſtinianus l. 24. Sancimus. C. de nupt. *Sed ex quo vota nuptiarum reipſâ proceſſerint.*

Vota facere: pro, ſummè optare, cupere. Cicero pro Milon. capite *Vota enim feceratis, ut in eos*

in eos ſe potius immitteret, quã in veſtras poſſeſſiones, vos & omnes boni vota faceretis, ut Miloni uti virtute ſuâ liceret.

Vota ſuſcipere. Amph. 1.1. verſ. 75. Vide Guther. lib. 4. de iure Pont. cap. 15. & Briſſon. Form.

quæ *Vota* ſunt; paſſivè. Amph. 3.3. ỷ. 21.

Voti reus. Voti damnari. Non rectè vulgò intelliguntur hæ formulæ. Nam *Voti reus* is dicitur, qui votum nuncupat, hoc eſt, promiſſor voti, qui ſe voto obligat. Is verò, qui qui votum ſolvit, *voti damnari* dicunt. Tralatio ſumta à foro & iure civili. Patet id ex locis Authorum. Virg. lib. 5. Æneid. ỷ. 234.

DI quibus imperium pelagi, quorum æquora curro.
Vobis lætus ego hoc candentem in littore Taurum
Conſtituam voti reus.

Suetonius Auguſt. cap. *Cùm luſtrum in campo Martio Auguſtus magnâ populi frequentia conderet, Aquila eum ſæpius cirumvolavit, tranſgreſſaq; in vicinam Aedem ſuper nomen Agrippæ ad primam litteram ſedit. Quo animadverſo Vota, quæ in proximum luſtrum ſuſcipi mos eſt, Collegam ſuum Tiberium nuncupare iuſſit. Nam ſi quamquam conſcriptis paratisq; jam tabulis, negavit ſuſcepturum, quæ non eſſet ſoluturus.*

Statius lib. 6. Thebaid. ỷ.

— at talia fletu
Verba pio miſcens, alio tibi perfide pacto
Iupiter hunc crinem voti reus ante dicaram.

Macrobius lib. 3. Saturn. cap. 2. *Hæc vox propriè ſacrorum eſt, ut reus vocetur, qui ſuſcepto voto ſe numinibus obligat: damnatus autem, qui promiſſa vota jam ſolvit.* Sic igitur contraria ſunt, *ſuſcipere vota*, & *ſolvere vota*, ſive *damnari voti*. Livius lib. 22. cap. 47. *Deos omnes, Deasq; precabantur, ut illis fauſtum iter, fælixque pugna, matura ex hoſtibus victoria eſſet, damnarenturq; ipſi votorum, quæ pro iis ſuſcepiſſent.* Idem lib. 30. cap. 37. *Bis eiuſdem voti damnata Reſpubl. in religionem venit.* Et lib. 39. cap. 9. *Mater adoleſcentulum appellat, ſe pro ægroto voviſſe, ubi primùm convaluiſſet, Bacchis cum ſe initiaturam damnatam voti Deûm benignitate, exſolvere id velle.* Idem lib. 5. cap. 25. *Furere civitatē, quæ damnata votis omnium rerum potiorem curam, quam religione ſe exſolvendi habeat.* Et lib. 7. cap. 28. *Inter ipſam dimicationem ædem Iunoni Monetæ vovit cuius damnatus voti cùm victor Romam revertiſſet; Dictaturâ ſe abdicavit. Senatus Duumviros ad ædem eam pro amplitudine populi Romani faciendam creari iuſſit.*

Sic

Digitized by Google

Sic Virgil. Eclog. 5. ℣. 80.
—*damnabis tu quoque votis.*

Titinius Veliterna, apud Nonium:
Fortaſſe votum fuiſſe quo die liber fores,
Nunc eius voti condemnatus immolavit hoſtiam.

Turpilius Leucadia:
Et amplius illam apparere cōdecet,
Quandquidem voti condemnata eſt.

Sisenna Hiſtor. lib. 3. *Quod voti damnati, fœtum omnem dicuntur eius anni ſtatim conſecraſſe.* Plura vide apud Joſ. Caſtal. Obſervat. Decad. 3, cap. 9.

Votita; de religione & voto dicta. Aſin. 4. 1. ℣. 44.

Voto, pro, *veto*, antiquè, teſte Caſſiodoro Gramm. de Orthographia, pag. 2283. *Aſin.* 3. 1. ℣. 19. Et ubique ferè in Membranis Pall. Vide Animadverſiones paſſim.

Vovere; pro, *promittere*, *addicere*. Curc. 2. 2. ℣. 9.

vovere; voto teneri. Eſt propriè, *promittere aliquid* DEO. Sed interdum generale eſt idem, quod, *Promittere*: ut & *votum* idem quod *Promiſſum*. Sed ita Poetæ ferè loqui ſolent. Cicero lib. 12. Attic. Epiſt. 19. *Sed jam quaſi voto quodam & promiſſo me teneri puto.* Quãquam ibi propriè quoq; accipi poteſt: quia de fano filia mortua agit.

vox, de corvis. Aul. 4. 3. ℣. 2. *voce ſuâ crocibat corvus.*

vox ad aures mihi advolavit. Amph. 1. 1. ℣. 168. Metaphoræ rationem indicat *Torrent.* ad Horat. lib. 1. Epiſt. 18. ℣. 17.

vox ſonat: Bacch. 4. 9. ℣. 55. Pſeudol. 2. 4. ℣. 11.

vox ſumma. Aſin. 2. 2. ℣. 30.

vpupa. Inſtrumentum foſſoriũ in lapicidinis. *Græcè* ἔποψ, quia refert caput, upupæ, cum roſtro. Germ. Ein Pickel. Capt. 1. 4. ℣. 7. translatè de ſervo in lapicidinas dato.

Vrbani amaſii. Truc. 3. 1. ℣. 13. Vide Cl. Salmaſii Notas ad Trebell. pag. 315. *A.*

vrbani aſſidui cives ſcurræ. Trin. 1. 2. ℣. 165.

vrbanitas, pro, vita in Urbe. Cicero lib. 7. Epiſt. ad Trebat.

vrbanus; pro, humano, polito. qui Barbarè, *Civilis*. Quæ notio nova ætate Ciceronis. Quintilianus lib. 8. cap. 3. *Favorem & urbanum Cicero nova credit. Nam & in Epiſtolâ ad Brutum & ad Appium Pulchrum ait, Te hominem non ſolùm ſapientem, verùm etiam, ut nunc loquuntur, urbanum.*

vrbe. Truc. Arg. ℣. 2.

Ad urbem eſſe. Vide ſupra. *Ad.*

vrbicapus: de glorioſo milite. Mil. 4. 2. ℣. 64. πτολίπορθος. *Hoſticapax*, apud Feſtum. Interpretatur ipſe Plautus. Bacch. 4. 6. ℣. 42. *vrbes urbis qui inermis capit.*

vrbicum pecus: iocularìter de ruſtico, qui *rus merum*, convitium

vitium ſibi factum ab vrbana ancilla: falſe ſic reponit. *Trucul.* 2.3.℣.14. Ubi vide Animadverſiones noſtras. Eſt enim ancepslectio.

Vri. angi, cruciari. Bacch. 5.1.℣. 5. Pœn. 3.5.℣. 25. *vritur cor*. Perſ. 5.2.℣.21. *Terent*. Eun. 2,2.℣.43. Vide Biſciolam l. 8. cap.20. ſubſ. hor.

vrinator. Rud.2.3.℣.66.

vrna aquæ. Rud. 2.4.℣.25.

vrna mulſi. Caſ. Prol. ℣.76.

Vrna Veneris, veneria. Rud.2.4. ℣.16.18.

Vrtica marina. Rud.2.1.℣.9. Vide Plin. lib.9.c.49.

Vſitata; pro ea, quæ uſu eſt. Sed hoc Poeticum, & quidem obſoletum. Cicero ex veteri Tragico lib. 9. Epiſt. 22. *Qua mulier una uſitata duplex cubile.*

Vſquam eſſe; hoc eſt, ullo in pretio eſſe. Ut Græcè. οὐδαμῶ. Sic poſſet quis dicere. *Nuſquam illud mihi eſt*; vel, *illo*. Terent. Adelph. 2.2 .℣ 15. *Quaſi jam uſquam tibi ſint viginti minæ*. Non enim hoc dicit, ut neget illi eas minas eſſe paratas, ſed non magni eas illum facere, nullo ferè in pretio, aut loco eas apud eum eſſe. Sic Sophocles Antigonâ. *καὶ μείζον' ὅστις ἀντὶ τῆς αὑτοῦ πάτρας φίλον νομίζει, τοῦτον οὐδαμοῦ λέγω.*

Vſque; continuò, ſemper, perpetuò. Bacch. 2.3.℣.14. & 4.1. v. 5. & 5.1.℣. 9. & 5.2. ℣. 7. 8. Moſtell. 2.1.℣.19. & 3.1. verſ. 3. & 3.2, verſ. 81. & 5. 1. verſ. 2. *Perſ*. 1.1. verſ. 23. & 5.2. verſ. 40. Epidic. 1.2. verſ. 26. & 2.2.℣.121. & 2.3. ℣.6. Mercat. 2.3.℣.53. & 5.2. ℣.17. Truculent. 1.2,℣.8. & 2.4.℣. 67. Curcul. 1.1. verſ. 16. Stich. 3.2.℣.14. Caſin. 2. 1. ℣.21 Captiv. 3.5.℣. 97. Pſeudol. 1. 5.℣.132.147. Caſin. 3.1. verſ. 15. Menæch. 1.1.℣.29. Amph. 2.2.℣.47. & 83. *Aſin*. 1.1. ℣. 27. & 1.3 ℣.58.59. Pœn. 1.2. ℣.149. & 3.3.℣.87. Trin. 2.2. ℣.36. Truc. 2.2.℣.33.

Vſq; ab aurorâ. Pœn. 1.2.℣.8.

Vſque adhuc, hucuſque. *Aul*. 2. 3.℣.10. *Aſin*. 5.9.℣. 51.74. Mil. 2.6.℣.107. Pſeudol. 4.7. ℣.14.

Vſque; pro: *adeò*. Moſt. 1.2.v.22.

Vſq; adeò. Truc. 1.1.℣.18. *Vſque adeò donicum*; vel, *uſq; adeo donec*. Rud. 3.5.℣.31. Ciſt. 2.3. ℣.40.

Vſque donec. Mil. 2.2.℣.113.

Vſq;; notat interdum motum de loco. Perſ. 4.1.℣.13. *Vſque à perſiâ*.

Vſque à principio. Aul. 3.6.℣.2. Rud. 4.3 ℣.95. *uſque à campis ultimis*.

Vſq; ab radicibus. h. e. radicitus. Aul. 2.2.℣.72.

Vſq; ab ſtirpe. Trin. 1.2.℣.180.

Vſque ad; de fine & exitu rei. Truc. 2.7.℣.17. *uſque ad ſpectaculum*. Interdum abſolutè *uſque*, valet, *Vſq; ad*. Cicero: *Nec verò ſapienti uſque plaudite vivendum*. Idem in Verrem: *Erant accepta pecunia à C. Verrutio; tamen, ut uſq; alterum V. littera conſtarent integra.*

Digitized by Google

ægra, Terent. Andr. 1.5.℣.26. *Tum patris pudor, qui me tam leni paſſus eſt animo uſque huc.* Sic ibi Mſſ. Prudentius: *Veſtis & uſq; pedes deſcendens.*

Vſq; affatim. Pœn. 3.1.℣.31.

Vſque aſſiduò. Ciſtellaria 1.3.℣.37.

Vſque, & diu. Pœn. 1.2.℣.34

Vſq; dum. h.e. donec. Men. 5.1.℣.28. *uſque è Perſide*. Perſ. 4.1.℣.13.

Vſq; ex ungniculis; ἐξ ὀνύχων ἁπαλῶν. Stich. 5.5.℣.20.

Vſq; illinc. Truc. 4.2.℣.61.

Vſq; quò; uſque dum. Pſeud. 1.3.℣.72.

Vſquequaq; Bacch. 4.4.℣.83. Moſt. 3.2.℣.80. vulgò nō rectè dicunt, *vbiq;*.

Vſu facere; *uſu capere*, *uſu perdere*; eleganter componuntur à Plauto Amph. 2.2.℣.215.

Vſui eſſe. Menæch. 2.3.℣.6. Mil. 3.1.℣.6. Pſeud 1.2.℣.49, & 4.7.℣.29. Truc. 4.2.℣.10.

Vſui eſſe; *fieri*, Pſeud. 1.3.℣.70. Mil. 3.1.℣.176.

Vſui bono eſſe. Curc. 4.2.℣.15.

Vſura: uſus Pſeud. 1.2.℣.3. Sic quoq; uſurpat Paulus JC. l. 2. de uſurpationibus; & iterum Plautus Trin. 1.2.℣.144.

Vſuraria ara. Truc. 1.1.℣.53.

Vſuraria uxor: Mulier ea eſt, quâ quis utitur, quamque accipit velut mutuatitiam; ut *pecunia uſuraria*. Nam *uſura* pro *uſu*, ut paulò ante notavimus. Sic dicitur *Commodatarius Mandatarius*, Sic de Helvidibus Solinus: *Nulla datur fœmina propria Regi: ſed per viciſſitudines, in quacumque commotus fuerit, uſurariam ſumit.* Poteſt & dici ea, quæ uſu marito cōiuncta eſt. Amphit. Arg. 1.℣.3. & 1.2.℣.36. & 3.3.℣.27 & 4.2.℣.40. *præbere uxorem uſurariam.* & prolog. ℣.108.

Vſurarius puer: eſt catamitus. Curc. 3.℣.12.

Vſurpare: variis ſenſibꝰ attribuitur. *Vſurpare oculis, pedibus.* &c. Bacch. 1.2.℣.4. *ut ego te uſurpem lubens.* h.e. videam. Sic, *uſurpare oculis, pedibus*, noviter dictum, pro, videre, ſalutare. Trin. 4.1.℣ 4. Lucr. l. 227. *nec frigora quimus Vſurpare oculis, nec voces cernere ſuëmus.* Philippus Imp. C. *Si amiſſa ſit culpa Teſtamenti cùm iam neq; adiri hæreditas ex Teſtamento, neq; bonorum poſſeſſio poſſit. indicium defuncti non uſurpabitur, ſed irritū juris ratione revocatum eſt.*

Vſurpare. Valet interdum idem quod *Dicis cauſâ aliquid facere*, aut ſolennitatis & veteris juris ac conſuetudinis cauſa retinendæ. Cicero in Rullum cap. **Sunt igitur Decemviri neq; veris Comitiis, hoc eſt, populi ſuffragiis, neq; illis ad ſpeciem, atque ad uſurpationē vetuſtatis per triginta lictores auſpiciorum cauſâ adumbratis conſtituti.* Ibid. *Dixit paucis tribus ad uſurpandam libertatem vocare.* Livius lib. 26. cap. *Non tamen ultrà proceſ-*

Digitized by Google

proceſſum eſt: quam unus ex plebe uſurpandi juris cauſâ P. Licinius Tribunus militum crearetur. Agellius lib. 3. cap. 2. *Quintum quoque Mutium Iuriſconſultum dicere legi, non eſſe uſurpatam mulierem, quæ cum Kalendis Ianuariis apud virum cauſâ matrimonij eſſe cæpiſſet, ante diem IV. Kall. Ianuar. ſequentes uſurpatum eſſet. Non enim poſſe impleri trinoctium, quod abeſſe à viro uſurpandi cauſâ ex XII. Tabb. deberet.* Paullus JC. l. 2. D. de uſurp. & in cap. *Vſurpatio & uſucaptionis interruptio. Oratores autem uſurpationem frequentem uſum vocant.* Quæ Pauli verba non directe, ſed per conſequentias vera mihi videntur. Nam *Vſurpatio* propriè & directè eſt actio quædam ſolemnis, quæ dicis cauſa Juris uſitati retinendi: quâ re quia impeditur *Vſucapio*, per conſequentias *Vſurpatio* dici poterit *Vſucaptionis* interruptio.

Vſurpare. Interdum idem quod, *Subripere*, Sublegere, clam ſibi ſumere de alieno. Gloſſ. Germ. *Vſurpat*, σφετερίζεται ἀποχρῆσαι, ὅ ἐστιν ἐγχρησιμοποιῆσαι κλοπῇ. Uſurpator σφετεριστής. Cicero lib. 2. Offic. cap. *Quē C. Lælius, is qui ſapiens uſurpatur, Prætor fregit, & comminuit.* Et de Univerſo: *Quos fratres inter ſe agnatoſque uſurpari atque appellari videmus.* Ubi Plato λεγομένους. Feſtus, in Segiſta: *Vt factum eſt in Malevento, quod Beneventum dictum eſt. Et in Epidamno, quod uſurparunt.* Dyrrhachium. Lucret. lib. 1. ✠. 53.

— ſemina rerum
Appellare ſuemus, & hac eadē
uſurpare
Corpora —

Vſu venire. Idem ferè quod, *Accidere*, contingere. Ciceroni familiariſſimum. Vulgò vix notum. Cicero de Nat. Deor. cap. *Quod in illo mihi ſæpe uſu venit. idem modò cùm te audirem, accideret.* Et de Seneſt. cap. *Nam ſi id culpâ ſenectutis accideret, eadem mihi uſu venirent omnia reliquiſque omnibus maioribus natu.*

Vſus; pro, *opus, utile.* Iungitur accuſandi & auferendi caſui. *Amph.* 2. 3. ✠. 7. Rud. 1. 2. ✠. 12. & 4. 4. ✠. 39. Merc. 4. 3. ✠. 32. & 5. 2. ✠. 13. Perſ. 2. 5. ✠. 27. Pſeud. 1. 1. ✠. 48. Aſinar. 1. 1. ✠. 76. & 2. 2. ✠. 46, 57. 109. Mil. 1. 1. ✠ 3. & 3. 1. ✠. 93. & 4. 3. ✠. 39. Ciſtell. 1. 2. ✠. 28. *Si quid uſus venerit,* Vide ibi notas marginales. Et ibid. ✠. 11. *Quod tacito uſus eſt.* Curc. 3. ✠. 13. Bacch. 2. 3. ✠. 124. *si uſus venerit*: hoc eſt, ſi utilius fuerit. & 4. 4. ✠. 9. 54. 55. 57. & 4. 5. ✠. 3. & 4. 9. ✠. 47. Epidic. 2. 1. ✠. 2. & 4. 1. ✠. 9. Moſt. 1. 3. ✠. 92. *Men.* 5. 2. ✠. 1. Stich. 1. 1. verſ. 49. Mercat. 3. 1. verſ. 20. *Pœnol.* 3. 4. verſ. 16. Stich. 3. 2. ✠. 21. Terent. Heaut. 3. 2. ✠. 42. *Non uſus veniet ſpero.* Phorm. 3. 2. verſ. 20. *Non enim huiuſmodi unquam*

uſus

Digitized by Google

vſus venit vt conflictares malo. Cicero lib.3. Epiſt.8. *Cum præſertim mihi vſum venturũ non arbitrarer.* Aul.3.2.℣.20. Pſeud.1.3.℣.150. Ciſt.1.2.v.7.

Vſus facto opus. Rud.2.3.℣.67.

Vſus dicto. Trin.2.4.℣.103.

Vſus: pro vtilitate, vel ipſo actu agendi. *Bacch.*1.1.v.29. Moſt. 1.2.℣.42. *Merc.*1.3.v.60. Perſ. 4.4.℣.14.

Vt. elegans particulæ uſus ex locis ſubjectis melius colligi, quàm verbo uno aut altero exprimi poteſt. Vide infr. Mantiſſ. *de particulis.* Livius lib. 23. cap. *Satis multis ut ex tanta paucitate interfectis.* Subiungã nunc varium uſum huius particulæ ex Plauto noſtro.

Vt: pro, *poſtquam.* Amph.1.1.℣.173.& 2.2.℣.107.& 5.1.℣.15. Sc.DI.voſtr.℣.63. Aſin.2.2.℣.76 Capt.3.1.℣.18. Curc.5.2.℣.46. Bacch.1.1.℣.73.& 3.1.℣.7.& 3.2.℣.4.& 4.4.℣.33. Epid.4.2.℣.30. Merc. Prol.℣.68.& 1.2.℣.75.& 2.3.℣.3.& 2.3.℣.37.54. Mil.4.6.℣.49. Moſt. Arg.℣.3.& 1.3.℣.63.& 1.3.℣.110.& 2.2.℣.40.53. Stich.1.1.℣.29.& 2.3.℣.55. Trin. Arg.℣.8. Truc.1.2.℣.6.& 2.7.℣.22.& millies alibi.

Vt ſubiunctiuo præſenti iunctũ poſt perfectum. *Facit vt vigilem,* Amph.1.1.℣.124.

Vt, cauſam impulſiuam, & modũ notat. Aul.3.6.℣.14.

Vt animi conſternati. Epid.1.1.℣.34.

Vt: comparationis particula: *ſicut, veluti, quemadmodum,* Amph.1.3.℣.26.28.& 5.1.℣.77. Aſin.1.1.℣.12.& 1.3.℣.86.& 1.9.℣.93.& 2.3.℣.1. Capt.2.2.℣.42. Epid.3.2.41.& 5.3.℣.5. Men.1.3.℣.23.& 2.3.℣.8.14.& 4.3.℣.5 Pœn.5.2.v.37. Pſeud.4.7.℣.15.& 5.2.℣.15. Rud.4.1.℣.10.

Vt: prout. Men.5.2.℣.1. Pſeud.1.3.℣.43. Stich.4.1.℣.16. Trin.3.3.℣.1. Truc.4.3.℣.1.

Vt: pro, quàm, quomodo. Amph.2.2.℣.208.& 5.1.℣.51. Moſt.1.3.℣.80.

Vt aſſeuerantis. Capt.4.2.℣.99. Caſ.2.6.℣.32.

Vt exſecrantis. Caſ.2.4.℣.1.21.& 2.6.℣.38. Perſ.2.4.℣.27. Moſt.1.3.℣.35.

Vt θαυμαστικὸν eſt. Aſin.3.3.v.39. Men.4.2.℣.1.177.& 5.2.℣.6.76. Mil.2.4.℣.42.& 5.2.℣.56.& 3.1.℣.161.& 4.6.℣.21.51.& 4.2.℣.74.80.& 4.7.℣.6. Mer.3.4.℣.76.& 4.3.℣.5.& 5.4.℣.15. Stich.3.2.℣.12.13.& 4.1.℣.64.65.& 4.1.℣.1.& 5.2.℣.2. Rud.1.2.℣.66.82.85.& 1.4.℣.27.& 2.3.℣.23.50.56.77.80.& 2.4.℣.8.28.& 2.5.℣.2.& 4.4.℣.131. Pœn.3.3.℣.40.& 5.2.℣.10.28.& 5.2.℣.148.& 5.4.℣.26. Perſ.1.1.℣.17.& 1.3.℣.11.& 2.5.℣.8.& 4.3.℣.7.& 5.2.℣.17.18. Bacch.1.2.℣.41.& 4.4.℣.3.& 4.6.℣.25.& 4.9.℣.101.& 5.2.℣.54. Epid.1.1.℣.11.& 2.2.℣.38.& 3.3.℣.30.& 5.2.℣.52. Caſ.2.6.℣.31.& 2.8.℣.13.16.21.& 3.4.℣.7. Pſeud.1.2.℣.19.& 2.1.℣.1.& 4.1.℣.34.36.& 4.7.℣.63. Truc.1.2.℣.82.& 2.2.℣.8.& 2.2.℣.25.

℣.25.& 2.3.℣.21.& 2.4.℣.3.& 2.5.℣.11.& 4.1. ℣.3.& 4.3.℣. 51. & 4.4.℣.10. & 5.1.℣.65. Capt.1.2.℣.62.Rud.1.2.℣.75. & 82.& 85.& 4.4.℣.131.&2.3. ℣.34.

vt optantis. *Vt ego cupio!* Pœn.4. 2 ℣. 48.

vt vales? Formula. Epid.1.1.℣.7. Rud.5.2. ℣.17. Sic Lucianus pag.273.pro lapſu inter ſolut. ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς (Ρωμαῖοι). τοὺς προσαγορεύοντας ἀντιδεξιούμενοι τῷ τῆς ὑγείας ὀνόματι πολλάκις ἀμειβόμεθα. *Sed & vos cùm ſalutantes viciſſim verbis accipitis, ſalutis nomine plerumque reſpondere illis ſoletis.*

Vt! adiurantis particula. Aſin. Prol.℣.15.Bacch. 4. 6.℣.8.10. vbi perſpicuitatis cauſa iteratur. Eandem vim habet obteſtantis particula *Sic* apud Tibullum libro 2. Eleg.6. *Annue ſic tibi ſint intonſi Phœbe capilli.*

Vt; πῶς, quomodo. German. Wie ſein. Trin.1.2.℣.10.13.& 2.4.℣.28.& 3.2.℣.72.& 3.3.v. 20.& 4.2.℣.68.Pœnol.1.2.℣. 39.& 5.4.℣.20.Perſ.1.1.℣.17. & 4.4.℣.5.Men.2.3.v.79.Mil. 2.4.℣.3. Rud.2.2.℣.67.& 5. 2.℣.17. Merc.2.3.℣.57.58.& 5.2.℣.107.Moſtell.3.2.℣.29. Truc.2.3.℣.16.& 2.7.℣.22.& 4.3.℣.50.70.

Vt : eleganter vſurpatur in conciſis interrogationibus. q.d. *verum ne eſt, vt.* &c. Moſt.4.3. ℣.25.& 1.3.℣.112.

Vt--- *vti* : aſſenſum notat. ...atia 4. 2. verſ. 51. *Vt ſigna dicit.* Capteivei 43. ℣. 2.

Vt ne, & *Vt non* differunt. *Vt ne* notat finem. *Vt non* eventum. Mil.1.1.℣.71. Cicero lib.5.Epiſt.4. *Vt tibi litteris obſtrepere non auderem.* Plura vide apud Gaſp. Scioppium Hypobolimæo Scalig.pag.232b.

vt; pro, *quùm, quando.* Mil.3.1.℣. 42.

Vt : pro, *item.* Stich. 3.2.verſ.9. 10.

Vt; pro, *tanquam*, *veluti.* Aſin.3. 3.℣.124.

Vt; pro, *an, num.* Aul.4.10.℣.32. Trin.2.2. ℣.97.Truc.4.2.℣. 45.

Vt qui. Elegans coniunctio particularum. Aſin.3.1.℣.2.Capt. 3.4.℣.21. *Bacch.* 2.3. ℣.49. Mil. Arg.I.℣.7.

Vt: cum primùm. Merc. Arg.II. ℣. 3.

vt, *exinde.* Moſt. 1.3.℣.70.

Vt ibi. Bacch. 4.9.℣.34.

Vt ne; pro, *ne.* Aul.4.4.v.21.Mercat.5.3.℣.16. Aſin. 3. 3. ℣.129. Ciſt. 4.3.℣.10. Bacch.4.8.℣. 35.Moſt.5.1.℣.12.Trucul.5.1. ℣. 27.

Vt ſi. Trin.2.4.℣.68.

Vt, *itidem*; particulæ ſimilitudinis. Amph. 3.4.℣.9.

Vt cenſes illum, illam. Vide *Immò*, & *Quod.*

Vt volo: elegans formula: *vt volupe eſt*: ſeu, *ex animi ſententia.* Amphitr. 1.1. verſ. 79. Mil. 2.1. verſ. 39. Mercat. 1. 1. verſ. 94. Trinumm. 4. 1. ℣. 8.

vt ſit: vt vt ſe res habeat. Formula a-

la abrumpendi, & concedendi. Ciſt.2.3. ℣.23.

Vt ubi. Trin.4.2.℣.36. Trucul. Prol.℣.10.

Vtrubi; vtro loco. Stich.5.4.℣.14.&5.5.℣.9.

vt poteſt; quantum poteſt. Rud.3.5.℣.49.

vt, ita. Pſeud. 1.3.℣.51. *ut voles eſſe me, ita ero.* Trin. 2.2.℣.62, & 4.2.℣.15.

vt magis: tantò magis. Moſt.3.2.v.149.

Vt ut. Eleganter geminatur, & alterum ſignificat idẽ, quod, *Cumq; utcumq; quomodocũque*. Amph.5.1.℣.49. Bacch.1.1.℣.9.&4.6.℣.18.&5.2.℣.72. Ciſt.1.1.v.111. Merc. Prol.℣.82.&3.2.℣.15. Moſt.3.1.℣.14. Pſeud.1.3.℣.33.75. Truc.5.1.v.2. *Vt* pro, *ut ut*. Pœn.4.2.℣.11. Ter. Phorm. 5.4.℣.1. Cicero lib. 16. Epiſt. 18. *Sed ut eſt, indulge valetudini tuæ.* Vbi tamen male non nemo intruſit, *ut ut*. Vide amplius Obſervat. lib.3. cap.8. Frid. Gronovij.

Vt, ſic. Truc.2.2.℣.9.

Vt homo eſt. Terent. Phorm 5.2.℣.1. *Haud ſcio hercle, ut homo eſt, an mutet animum.*

Vt hæc ſunt: pro ratione rei, aut temporis. Terent. phorm.3.2.℣.46. *Sed ut hæc ſunt, tamen hoc faciam.*

Vt eſt. Ita Lucret. pro, *Vt ſit* lib. 6.℣.1197.

Quorum ſi quis, ut eſt, vitarat funera lethi.

Quod vis, ſis, ut es, ut eſt, ſicut eſt, ut ſunt. Cicero 2. Philipp. cap. *Quamvis enim ſis ſine mente, ſine ſenſu, ut eſt.* Et lib. 1. Tuſc. cap. *Sed hic quamvis eruditus ſit, ſicut eſt, hoc magiſtro concedat Ariſtoteli.* Et in Orat. Perſ. cap. *An quibus verbis ſacrorum alienatio fiat, docere honeſtum eſt, ut eſt.* Ita ibi Rivius recte, Et l.1. Attic. Epiſt. 3. *Quæ ſint profectò vides, ut ſunt, graviſſima eſſe.* Et lib. 12. *Enim vis prudens ad rogandũ ſis, ut eſſes.*

Vt ſit. Livius lib.4. cap. *Niſi in trajectu forte fluminis prohibẽdo, aliquarum navium concurſum in maius, ut ſit, celebrantes navalis victoriæ vanũ titulum appetivere.* Et lib.30. cap. *Et ex mentione ac ſpe pacis negligentiâ, ut ſit, apud Pœnos Numidasq; orta.* Teren. Phorm. 4.3.℣.6. *Multa advenienti, ut ſit, nova hic compluria.*

Vt multum: pro ∴ ad ſummum. Martial. lib.10. Epigr. 11. *Et lotam, ut multum, terque quaterque togam.*

Vt nunc eſt: Vt nunc quidem eſt. Elegans dictio, eadem cum iſta: *quomodo nunc eſt.* Cæl. l.8. Epiſt.4. *Decurione, ſed ut ſpero & volo, & ut ſe fert ipſe, bonos & Senatũ malet: totus ut nunc eſt, hoc ſcaturit.* Et Epiſt. 13. *Cum L. Domitio, ut nunc eſt, mihi inimiciſſimo homine.* Et Cic. l.7. Attic. Epiſt. 4. *Sed ut nunc eſt, ad* 111. *Nõ iã ad Vrbẽ cogito.* Aſinius Pollio ad Cic. l.10. Epiſt. 30. *Conſtitutũ nunc eſt, cum exercitu proficiſcor.*

Vt vi-

vt videtur. Vulg. *Quemadmodum placuerit*. Cicero lib. 1. de Orat. cap. *Quidſi inquit Craſſus, petimus ab Antonio, ut ea, quæ continet, explicet nobis: ut videtur, inquit Sulpitius.*

Vtcumque; quomodocumque, vel, prout. *Bacch.* 4. 4. ℣. 13. Epid. 1. 1. ℣. 47. Pœnol. 3. 5. ℣. 9. Livius lib. 6. c. *Ab occaſu ſtagnum claudit, paullùm & ad Septentrionem fuſum incertæ altitudinis utcumq; exæſtuat, aut deficit mare.*

Vtuſque; porro, in perpetuum. Moſt. 4. 1. ℣. 14.

Vtendi verbum eleganter veteres juxiſſe legimus cum nominibus quibuſdam, pro eo ferè, quod diceremus, *Eſſe*, & *habitare*, verſari.

Vtendũ dare; propriè eſt, *Cõmodare*; & *mutuũ dare* Curc. 5. 2. ℣. 5. Trin. 5. 2. ℣ 7. Perſ. 1. 3. ℣. 38. Sic Paulus in l. 2. ff. de Calumn. *Si gratuitò pecunia utenda data ſit.* Vide Cunr. Rittershuſii Comment. Inſtitut. lib. 3. *Tit.* 14. pag. 410. & 411.

Vtendum rogare: accipere mutuum. Aul. 1. 2. ℣. 18. Agell. lib. 7. cap. 15. & lib. 15. ff. de poſſ.

Vter: pluraliter conſtruitur. Men. 5. 2. ℣. 29. & 5. 9. ℣. 60.

Vter, pro, *Vtervis*, Vtercumque ut ita dicam. Cicero Parad. 3. *Cauſa igitur hæc, non natura diſtinguit, quæ quãdo ultro acceſſit, ut ſit propenſius. Sin utroque adjuncta eſt, paria fiant neceſſe eſt.* Ita Car. Lang. emẽdavit. Ita in Edicto Verris 3. Accuſ. cap. *Quod omnium controverſiarum, quæ eſſent inter Aratorẽ & Decumanum, ſi uter velit eiicit, ſe recuperatore daturũ.* Et mox: *Quod ita ſcribit; ſi uter velit.*

Vteri dolores. ὠδῖνες. Stich. 2. 1. ℣. 11.

Vterque; plurali iunctum. Curc. 1. 3. ℣. 31. *vterque inſaniunt.* Amph. 1. 1. ℣. 68.

V*terum*; neutro genere. Nonius. Aul. 4. 7. ℣. 10.

V*ti*; pro, vt, cauſale. Amph. 1. 1. ℣. 59. Aſin. 1. 1. ℣. 61. Pſeud. 5. 1. ℣. 27.

V*ti*; pro, vbi. Amph. 1. 1. v. 81. 117. Catullus ad Furium: *Littus ut longo reſonans ut unda tunditur.* Idem ad Coloniam: *Verum totius ut lacus putidæque paludis eſt profunda vorago.*

Vti; in execrationibus. Caſ. 2. 3. ℣. 64.

V*ti*; paſſivè. Mil. 3. 1. ℣. 83. Dicimus, *vti aliquo*, & *vti ſeipſo*. Capt. 4. 4. ℣. 12.

V*ti*; [illegible] cum accuſandi ca- Men. 4. 2. ℣. 1. Aſin. 1. 3. ℣. 47. Merc. 1. 2. ℣. 34. *Pœn*. 5. 2. ℣. 128. Rud. 4. 7. ℣. 15. Aulul. 2. 5. ℣. 14.

V*ti amicâ* Truc. 4. 2. ℣. 21.

V*ti operâ*. Stich. 4. 2. verſ. 36. & Pœnol. 5. 2. verſ. 128. V*ti operam.*

Vti aliquo, vel operâ alicuius. Aulularia 2. 1. verſ. 21. *Tua erit me utere*. Perſ. 2. 5. verſ. 27.

V*ti ſeſe* aliquis dicitur, qui Genio ſuo indulget. Mil. 3. 1. ℣. 83.

Digitized by Google

V*tique*, pro, tantum modò, duntaxat. Gaius Iuriſconſ. lib 41. de verb. ſign. *Armorum appellatio non utiq; ſcuta & gladios, & galeas ſignificat, ſed & fuſtes, & lapides.* Vlpian. l. 3 §. 13. Qui pecuniam. D. de ſuſp. tutor. l. 13. §. culpam. *Sed ſciendum eſt, non omnes hac ſeveritate debere tractari, ſed utiq; humiliores ceterùm eos, qui ſunt in aliquâ dignitate poſiti, non opinor vinculis publicis contineri oportere.* Paullus IC. quod ſi nolit. 31. §. culpam. D. de Aedil. edict. *Culpam autem omnem accipiemus, non utiq; latam* Idem de hac particula obſervatum ſibi affirmat Perilluſtris & Clarus vir D. Gaſpar Scioppius Comes de Clara Valle, in ſuo in quam Antiquarum Obſervationum libro, ad Symmach. lib. 9. Epiſt. 34. Edit. Magunt. nec non Noricis ſuis Prælectionibus in Plauti Moſtell. 1. 3. ℣. 3. quas mecum communicavit olim Scioppiani nominis indulgentiſſimus Melchior Guldinaſtus, ſive poſteà κατὰ συγκοπὴν, Goldaſtus, Contubernalis & auditor Scioppij.

V*tpote*, eleganti vſu. Mil. 2. 6. ℣. 49.

V*tris veteris vini*. Truc. 5. 1. ℣. 11.

V*trobidem*. Truc. 1. 2. ℣. 49.

V*troquevorſum*. Capt. 1. 3. ℣. 8.

V*trumcumque*. Amph. 1. 1 v. 187.

V*trumvis* Pœn. 5. 7. ℣. 12.

V*ua penſilis*; vſurpatur de ſuſpendio. Aul. 1. 1. ℣. 39. Pœn. 1. 2. ℣. 99. Vide Horat. lib. 2. Sat. 2. v. 121. Inde *uua paſſa*.

V*uida veſtis*; humida. Rud. 1. 4. ℣. 31. & 2. 3. ℣. 78. & 2. 7. ℣. 15. 27. & 3. 4. ℣. 20. & 4. 3. ℣. 5. *Vuidum rete.* Sic Horat. l. 1. Od 5. *Vuida ſuſpendiſſe potenti Veſtimenta maris Deo.* Lucretius *Vueſcere* dixit. lib. 1. ℣. 231.

V*ulcanus Mulciber*. Epid. 1. 1. verſ. 32.

V*ulcanus*; Deus. Bacch. 2. 3. ℣. 21.

V*ulcanus iratus*. Epid. 5. 2. ℣. 8.

V*ulcanus*; κατὰ μετωνυμίαν de igne. Aul. 2. 6. ℣. 10. Rud. 3. 4. ℣. 54. *A*mph. 1. 1. ℣. 184.

V*ulcani violentia* ignis. Men. 2. 2. ℣. 55.

V*ulgarius*: pro V*ulgari*, utebãtur ut & *Singularius*, de quo ſuprà Sed obſoletæ Antiquitatis ſtudioſi illis uſi videntur. Agell. lib. 3. cap. 16. *Quare uſus & verbo non vulgaria ſignificationis.* Sic in Epiſt. ad Marinum. lib. 13. *Vt intelligeres, me non vulgariè, nec ambitioſè, &c.* Sic ibi Mss. teſte P. Victor. Non aliter dicebatur, *ſublime*, pro, *ſubliniter*, *recens*, pro, *recenter*. &c.

V*ulgo vulgare*. Mil. 4. 2. ℣. 44.

V*ulturius*. Mil. 4. 2. ℣. 53.

V*ulturij*, aues magnæ. Truc. 2. 3. ℣ 16.

V*ultus triſtis*; qualis eſt ſenum. Moſt. 3. 2. ℣. 127.

V*xor dotata*. Moſt. 3. 2. ℣. 14.

V*xor diligens*. Amph. 3. 3. ℣. 19.

V*xor incommoda*. Aſin. 1. 1. ℣. 48.

V*xor indotata*. Aul. 3. 5. ℣. 6.

V*xor lepida*. Caſ. 5. 4. ℣. 29.

V*xor placida, & pacata*. Merc. 5. 4. ℣. 4.

V*xorcula*: in blanditiis. Caſ. 4. 4. v. 19. & 5. 2 ℣. 32.

Digitized by Google

Vxorē indotatatam ducere. Trin. 2.2.v.97.

Vxorium imperiū. Aſin. Arg. v.2.

X.

X*yſtilis*: mererriculæ nomē. Pſeud.1.2.ꝟ.76.

Y

Y*φ'λ* Vide in Mantiſſa Lexic Critici.

Z.

Z*Acyntus*. Inſula maris Ionii. Merc.3.4.ꝟ.62.& 5.2.ꝟ. 99.102.

Zamia: ζημία Doricè ζαμία mulcta, jactura, damnum, pœna. Aul.2.2,ꝟ.20. Vide litt.O. *Onerare*. Plin. lib. 16.cap.26. in pinu nominat zamiam. *Quæ ſe in arbore ipſa diviſere, vocantur zamia, leduntque cæteras, niſi detrahantur*. Aſchylus: γλώσσα ματαία ζημία προσγίγνεται. *Stolida ſibi ipſi lingua maxime nocet*. Paſſerat. ad 4.propert. Eleg.5. *Onerat aliquam zamiam*, interpretatur *imponit damnum*. Sic Moſtell.3.2.ꝟ.92. *Vehere citellas*.&*homines clitellarios*, ſenes vocat Tranio: & alibi: *Plus juſto vehis*.

Zeô! Admirandi. *Pſeud*.1.5.v.28. Caſ.3.6.ꝟ.10.

Zeuſis. pictor. Epid. 5.1.ꝟ.20. Pœn.5.4.ꝟ.99.

Zona. In viali habitu vſurpata ad condendam pecuniam. Curc. 2.1.ꝟ.5. Merc.5.2.ꝟ.85. Perſ. 1.3.ꝟ.75.& 5.2.ꝟ.48. *Truc*.5. 1.ꝟ.63. *Zonas ſolve*. Sic Matth. 10.9. μὴ κτήσησθε χρυσὸν, μηδὲ ἄργυρον, μηδὲ χαλκὸν εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν. C. Gracchus in ea, quam habuit concione, cum ex Sardiniâ rediit: *Itaq. Quirites, cum Româ profectus ſum, zonas quas plenas argenti extuli, eas inanes retuli*. In *Rezonare* apud Nonium in *Nubentes*. Aliud tamen eſt in ritu Nuptiarum: *Solvere zonam*. *Vide* philoſ. Plautina Tit. *Nuptiarū*.

Zonarius ſector. Crumeniſex, Saccularius, Aſconio. βαλαντιοτόμος. Germ. Ein Seckelſchneider. Ipſum crimen. *Crumeniſecium*. Trin. 4.2.ꝟ.20. *Vide* etiam litt.S.

FINIS LEXICI CRITICI.

Digitized by Google



PAVLI MELISSI SCHEDII
Franci, Comitis Palatini, Equitis Aurati, Civis Romani, Poetæ Laureati

In Inſignia PAREORVM
AD CL. VIRUM
D.D. DAVIDEM PAREVM
Theologum incomparabilem.

EPIGRAMMA.

RUPES aurea, regiuſque ſupra
Puer floridulis genis coronâ
Cinctus aureolâ, tibi tuiſque
Fratribus clypeum, PAREE, pulchrè
Ornat, caſſida cornuum duorum
Robur firmat. Habetis hoc *M*ELISSI
Donum perpetuos gerendum in annos.
Et ſublimis Honos, & alta Virtus
Vos hoc munere jūdicavit eſſe
Dignos. Poſteritas & hanc & illam
Ponat ante oculos ſibi uſque & uſque:
Nil non efficiet per hanc & illam.
Certè quo mage creverint Nepotes,
Hoc crerit mage Honos & ipſa Virtus.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google